5596

5535

COLLEZIONE PISTOIESE
ROSSI-CASSIGOLI

65

BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE

COLLEZIONE PISTOIESE

RACCOLTA DAL

CAV. FILIPPO ROSSI-CASSIGOLI

nato a Pistoia il 23 Agosto 1833
morto a Pistoia il 18 Maggio 1890

Pergamene - Autografi - Manoscritti - Libri a stampa - Opuscoli - Incisioni - Disegni - Opere musicali - Facsimile d'iscrizioni - Editti - Manifesti - Proclami - Avvisi e Periodici.

21 Dicembre 1891

Digitized by Google

JOANNIS JACOBI

SCARFANTONI

J. C. PATRITII, ET ECCLESIÆ PISTORIEN. CANONICI

ANIMADVERSIONES

AD

LUCUBRATIONES CANONICALES FRANCISCI CECCOPERII

De Canonicorum Præcedentia, Officio in Choro ac circa Sacrificium Miſſæ, necnon de eorum Poteſtate in Capitulo

Novo ordine, clariorique methodo digeſtas,

DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, ET CLARISSIMORUM JURISCONSULTORUM VOTIS AD MATERIAM EDITIS,

EJUSDEM SCARFANTONI OPERA AC STUDIO, AUCTAS, ATQUE ILLUSTRATAS.

Pars Prima.



VITERBII, MDCCXXXVIII.

Proſtant

VENETIIS

APUD JOSEPHUM BORTOLI.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO SALUTEM.

PAucis te monitum velim, amice Lector, quid me potiſſimum cauſæ impulerit, ut in tanta Librorum copia, quibus adeo Scientia Juris Canonici aucta id temporis, atque illuſtrata fuit, ego quoque ad ſcribendum aggreſſus ſim, qui nulla re cum eorum Auctoribus ſum comparandus. Vereor enim nè quod

------------- tenet inſanabile multos
Scribendi cachoetes,

eo me quoque teneri ſuſpiceris. Hujus igitur excudendi Operis occaſio fuit, quòd, quum Elucubrationes Canonicas Ceccoperii exituras iterum accepiſſem (in quibus plura de Canonicis Inſtitutis ſingulariter babentur collecta, ob idque Sacra Rota Romana ſæpius illius auctoritatem eſt amplexa) gratiam me ſtudioſorum bominum initurum putavi, ſi quæ ab ipſo tractantur, alio ordine digeſſiſſem, ſi quatuor Libros, in quos diviſum eſt Opus, in Titulos diſtinxiſſem, ſi ſua ſingulis Argumenta titulis appoſuiſſem, ſi Operi denique univerſo locupletiſſimum Indicem adjunxiſſem. Et ſiquidem manus operi admoveram, non inutile prorſus exiſtimavi Deciſiones aliquot ejuſdem Sacræ Rotæ, quæ ad rem pertinebant, adjungere, quibus tanti Viri doctrina magis, magiſque illuſtraretur. Quod vero ad illas Animadverſiones attinet, quas ad ea, quæ à laudato Auctore tractantur bis Libris, cuicunque titulo appoſitas à me invenies, nolim putes, eo paratas animo, ut typis illas mandare conſtituiſſem. Non enim mibi tantum tribuebam, quum iis ſtudiis, Romæ præſertim, navarem operam, quæ meo ſtatui, vitæque rationi jam ſuſceptæ convenire maximè videbantur, ut, quæ privato ſtudio collegeram, tuis digna oculis, & publica luce putarem. Sed quum ea Viris nonnullis amicis, ac perneceſſariis meis, omni doctrina ornatiſſimis communicaſſem, eorumque judicio graviſſimo ſubjeciſſem, quæ probari iis ſenſi, eorum tandem auctoritate adductus ſum, ut in lucem edenda curarem. Habes, benevole Lector, rationem conſilii mei, cujus me numquam pœnitebit, ſi quid fortè boc meo labore, ſtudioque ad tuam utilitatem, & fructum attulero. Vale.

EGo ſubſcriptus, juſſus à Reverendiſſimo D. Joanne Baptiſta Santucci Vicario Generali Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Geneſii Calco Epiſcopi Lucani, ſumma qua porui diligenria legi Librum cui ritulus eſt *Joannis Jacobi Scarfantonii Animadverſiones ad Lucubrationes Canonicas Franciſci Cercoperii*, maximamque ex eo voluptatem hauſi, profunditatem namque Doctrinæ cum claritate, implexam Quæſtionum varietatem cum methodo, multiplicem eruditionem cum ſelectu conjunctam, vetera novis, communia ſingularibus miſta inveni, adamavi, ſuſpexi, Sacrorum Canonum Bibliothecam hoc uno in opere habebit Lector, & Auctores omnes legiſſe credet, cum unum percurrerit. Attamen præter Auctoris conſilium accidiſſe puto, ut dum alterius nomen ſuis notis illuſtrare voluir, ſuum immortalitari conſecravit. Itaque opus Sacrorum Canonum Decreris, Sacrarum Congregarionum Deciſionibus, & ſanæ Doctrinæ undequaque conſentaneum, prælo digniſſimum judico.

Octavius Sardi Archidiaconus Cathedralis Lucanæ.

INDEX

INDEX ARGUMENTORUM TITULORUM CECCOPERII, ET ANIMADVERSIONUM SCARFANTONII,

Quæ in Prima Parte hujus Operis continentur.

LIBER PRIMUS.

TITULUS I.

DE Præcedentia in genere, & quomodo ſit tuenda ab Eccleſiaſticis, & à quo Jure promanet; & an ſit laudabile lites ſuper Præcedentia inſtituere.

ANIMADVERSIO.
Ad eundem Tit.

Quæſtiones ſuper Præcedentiis quis Judex, & qualiter terminare debeat. Conſuetudo in controverſiis hujuſmodi eſt attendenda; & plura ad materiam Conſuetudinis.

TITULUS II.

De Canonicorum Præcedentia, illorumque origine, & antiquitate, inſtituto, ac ratione vivendi una cum Epiſcopo communi menſa, ac de conſilio Canonicorum, quo Epiſcopi in adminiſtratione Eccleſiæ, utebantur.

ANIMADVERSIO.

De origine Canonicorum, eorumque veteribus Inſtitutis, & Vita. Qualiter ab initio fundatæ fuerint Præbendæ, & de earum Simultanea Collatione inter Epiſcopum, & Capitulum. An, & quomodo eadem Collatio Simultanea poſſit dividi in Turnum, ſive Alternativam; & qui ſint ejus effectus. Qualiter facienda ſit proviſio dictarum Præbendarum in Eccleſiis Collegiatis.

TITULUS III.

De nomine, ac Titulo Canonicorum, & de facultate eligendi Prælatum, tam in Cathedrali, quàm in Collegiata. Capellani undè ſint dicti, & quale ſit eorum officium.

ANIMADVERSIO.

De Jure novo Prælatitiæ Dignitates providentur per Summum Pontificem in Conciſtorio; exceptis tamen Locis, ubi juxta Concordata providentur prævia electione Capitulorum. Examinatur materia Electionis, hujuſmodi, faciendæ ad formam *Text. in cap. Quia propter, de Elect.*, quoad perſonas Electorum, locum, & vota, eorumque computationem; Et an, & quando iidem Electores, vel eorum legitimè impeditorum Procuratores, rejici poſſint. Agitur etiam de Beneficiatis, & Capellanis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & eorum obedientia debita Capitulo, ejuſque ordinationibus; & qualiter eos in Divinis Officiis delinquentes idem Capitulum, ſeu Dignior, aut alius ſpecialiter Deputatus mulctare poſſit; cum aliis circa Adminiſtrationem Anniverſariorum, Eleemoſynarum, aliarumque piarum Oblationum, ad ipſummet Capitulum privativè ſpectantem, & earum reſpectivè participationem.

TITULUS IV.

Quid ſit Capitulum, & à quibus conſtituatur, & qualia ſint ejus requiſita. An Capitulum ſit Dignitas. An illud poſſint conſtituere Capellani, vel Parochi, & an iſti poſſint pro eorum libito Congregationes facere, & tanquam unum Corpus ſe congregare.

ANIMADVERSIO.

An Capellani, ſeu Beneficiati, poſſint ſe congregare, & Capitula facere abſque Superioris licentia; & an talis facultas poſſit ab Epiſcopo concedi ſine conſenſu, & conſilio Capituli? An & quando Parochi, & reliquus Clerus Civitatis, & Diœceſis, poſſit ſe adunare abſque licentia Superioris, & Collectas exigere pro expenſis ad aliquod negocium expediendum neceſſariis. Quæ probationes, & ſigna requirantur, & reſpectivè ſufficiant pro inducenda qualitate Collegialitatis; Et ad quem ſpectet ſimplicem Eccleſiam ad Statum Collegialitatis elevare.

TITULUS V.

De Præeminentia Eccleſiæ Collegiatæ ſupra Parochiales, aliaſque Eccleſias inferiores Cathedrali. An deſtructo Collegio poſſit adhuc Eccleſia nuncupari Collegiata. De prælatione Collegiatæ inſignis non inſigni, & ex quibus arguatur qualitas Inſignitatis.

ANIMADVERSIO.

Qualitas inſignitatis, ac Præcedentia inter plures Eccleſias Collegiatas cui competat remittitur Judicis arbitrio, penſatis aliquibus circumſtantiis, quæ in præſenti Animadverſione enumerantur, & ſimilibus. In concurſu tamen Parochialis, ſeu Collegiatæ Regularis, ſemper prælatio debetur Eccleſiæ Collegiatæ Sæculari.

TITULUS VI.

Quid ſit Præbenda, & Canonia, & quid utriuſque nomine veniat, ac quid importet Jus Canoniæ, & Jus Præbendæ, & an Præbenda veniat ſub nomine Beneficii. Quantitas, ſeu redditus Præbendæ Canonicalis debet eſſe talis, ut ex ea Canonicus commodè vivere poſſit, & ſubſtinere gradum Canonicalem, & in qua ſumma poſſit ſtatui; Item qualis debeat eſſe Præbenda Capellani.

ANIMADVERSIO.

Quæ requirantur pro validitate unionum Beneficiorum ſimplicium ab Epiſcopo faciendarum Præbendis Canonicalibus ad formam *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformatione*, necnon pro illarum, jam factarum, diſſolutione, & an eædem regulæ procedant in unionibus, quas Epiſcopus facere velit ſua Ordinaria Juriſdictione juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem. Quando locum habeat *Reg. XIII. Cancell.* revocatoria unionum, quæ ſuum effectum ſortitæ non fuerint de tempore publicationis ipſarum Regularum.

TITULUS VII.

De habitu Canonicorum in Choro; qualis fuerit, & quibus Inſignibus uterentur dum Divina celebrabant Officia. Canonici, qui ex privilegio utuntur Cappis, poſſunt tempore æſtivo deferre Cottam ſupra Rochetum, non obſtante contraria conſuetudine. Inſignia prædicta poſſunt per Canonicos deferri etiam extra Diœceſim. Qualis debeat eſſe habitus uſualis Canonicorum, & qualis fuerit antiquitus, & cujus coloris.

ANIMADVERSIO.

A quo poſſit concedi uſus Cappæ Magnæ, Rocheti, & Almutiæ, & undè nomen traxerint; & de eorum uſu, & ſignificatione. An, & à quibus habitus Canonicalis præſcribi valeat. Quando uſus prædicti habitus veniat ſub generali Conceſſione, concepta cum Clauſula *ad inſtar*. An, & quando Canonici Cathedralis prohibere poſſint illis Collegiatæ uſum ſimilium Indumentorum. An ea poſſint Canonici deferre etiam

extra

extra propriam Eccleſiam, & coram Superiore; & quid de Epiſcopis coram Legato, & aliis ſimilibus. An Epiſcopus indutus Rochetto, & Mozzetta, & Archiepiſcopus cum Cruce, ante ſe delata, poſſint ingredi loca exempta, præſertim occaſione Viſitationis.

TITULUS VIII.

Prærogativa arguitur ex ordine ſedendi, & habendi Sedes eminentiores in Eccleſia, vel actibus publicis. Canonicis debetur in functionibus locus eminentior, ac diſtinctus à cæteris Clericis; Ad eoſdem ſpectat deſervire Epiſcopo Pontificaliter celebranti. Incedere, ſedere, & loqui primo loco eſt ſignum prærogativæ, & ab uno infertur ad alia. Inter privilegiatos, & etiam inter pares, magis privilegiatus præfertur minùs privilegiato. Præeminentia arguitur ex quo quis prior ſit deſcriptus, & nominatus.

ANIMADVERSIO.

An, & quando poſſit à Canonicis junioribus occupari Sedes Canonicorum antiquorum abſentium, ſive etiam à Canonicis Sedes Dignitatum; An & quando liceat Canonico antiquiori optare Stallum dignius vacans; & an liceat Vicario Generali Epiſcopi, uti Vicario in Choro intervenienti, occupare primum Stallum alterius lateris in concurſu alicujus Prælati, ſeu alterius Perſonæ magis qualificatæ. Quem locum poſſit prætendere Parochus in propria Eccleſia. An, & quando Canonicus, privatus Canonicatu, & deinde per gratiam reſtitutus, recuperet ſuum locum, ſuamque Præcedentiam in præjudicium Canonicorum medio tempore receptorum.

TITULUS IX.

Canonici an ſint in Dignitate conſtituti. In Hierarchia Eccleſiaſtica, quoad regulandam prælationem, conſideratur in perſonis Dignitas, vel Officium, tempus, & ordo. De Præcedentia Papæ, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum. De variis ſpeciebus Abbatum, ac de illorum Præcedentia cum Canonicis Cathedralis. De Prothonotariis Apoſtolicis, illorumque Præeminentia, ac Præcedentia, præſertim in concurſu Canonicorum.

ANIMADVERSIO.

Abbates antiquitus habebant curam non tantum Regularium, ſed etiam Canonicorum Secularium. A' quo tempore conſecuti fuerint immunitatem à lege Diœceſana; & quam Juriſdictionem, non obſtantibus privilegiis, retinuerint Ordinarii. Quando exercere valeant Pontificalia ex Indulto eis conceſſa, etiam extra Septa Monaſterii; Et quando idem uſus Pontificalium eis vetitus ſit etiam intra ſepta Monaſterii. Enumerantur conjecturæ, ex quibus excluditur qualitas Territorii Separati. Quando Abbates habeant in Conciliis generalibus votum deciſivum. Quando Abbates benedicti præcedant Canonicos, & Dignitates Eccleſiarum Cathedralium.

TITULUS X.

De Præcedentia Canonicorum Cathedralis in Choro, & extra cum Vicario Epiſcopi, & cum Canonicis, & Dignitatibus Collegiatarum. Prima Dignitas in Cathedrali eſt de jure Archidiaconatus. De Præcedentia Vicarii Foranei, ac de illius Juriſdictione, & Officio.

ANIMADVERSIO.

Vigore immemorabilis conſuetudinis introduci poteſt, quòd, conveniente Capitulo Eccleſiæ Cathedralis cum Capitulo Collegiatæ, Dignitates, & Canonici unius Eccleſiæ cum illis alterius confundantur, & miſceantur, ſervata tamen Ordinis Dignitate, & Præeminentia. An, & quando ſervari debeat conſuetudo, quòd aliquæ Perſonæ digniores de Clero, ſedeant, ac in Proceſſionibus immediatè incedant poſt Canonicos; immò & in Capitulo Vocem habeant; An, & quando Vicarius Generalis Epiſcopi Præcedentiam habere debeat ſupra Canonicos, & poſſit occupare Sedem, ſeu Stallum primæ Dignitatis; vel potiùs ei debeatur extra Subſellia Canonicorum Sedes cæteris honorabilior.

TITULUS XI.

De Præcedentia Canonicorum diverſarum Cathedralium, ac inter Canonicos ejuſdem Cathedralis, ſeu Collegiatæ, & quando attendatur tempus adeptæ poſſeſſionis; & quid, quando Præbendæ ſunt diſtinctæ in Presbyterales, Diaconales, & ſubdiaconales, & quomodo reguletur Præcedentia, ſi poſterior in poſſeſſione præcedat antiquiorem in Ordine.

ANIMADVERSIO.

Præcedentia inter Canonicos, & Dignitates diverſarum Eccleſiarum Collegiatarum, regulatur à prioritate temporis, licèt Eccleſia antiquior appareat minus nobilis, & digna. Quid ſi Collegiata Secularis concurrat cum Regulari antiquiori, Secularizzata poſt erectionem in Collegiatam alterius. Quæ ſpectanda ſint quando initia Collegialitatis ſunt adeo vetuſta, ut non conſtet, quæ priùs fuerit in Collegiatam erecta; Et quid ſi eadem die ambæ Eccleſiæ ad Statum Collegialitatis fuerint elevatæ. An, & quando Eccleſia Secularis ad Statum Regularem, mediante unione, tranſlata, ſi deinde unio diſſolvatur, recuperet locum & Præcedentiam, qua ante tranſlationem fruebatur. Quomodo regulanda ſit Præcedentia inter Canonicos ejuſdem Eccleſiæ: & afferuntur plura *S. Rit. Congr. Decreta*.

TITULUS XII.

De Præcedentia Coadjutorum Dignitatum Cathedralium, & Collegiatarum, & ſimplicium Canonicorum, tam in Choro, quàm in cæteris actibus; Et de Canonicis Supranumerariis, eorumque ſpeciebus.

ANIMADVERSIO.

De materia Coadjutorum, eorumque Præcedentia, circa quæ, & quando ipſis debeatur; & de differentia inter Coadjutorem datum ſimplici Canonico, & illum datum Dignitati. De intereſſentia in Choro, & Capitulo, an, & quando Coadjutoribus competat, vocemque in illo habeant, & ad officia eligi poſſint. An Coadjutore legitimè abſente lucretur Coadjutus Diſtributiones quotidianas; & an è converſo cauſæ excuſantes Coadjutum ab intereſſentia, excuſent etiam Coadjutorem.

TITULUS XIII.

De Parochis, & Plebanis, ac Vicariis perpetuis Parochialium: Item de Capellanis, ſeu Beneficiatis, aliiſque ſimplicibus Sacerdotibus, ac de Præcedentia inter eos. Nomine Clericorum non veniunt Canonici, niſi in favorabilibus.

ANIMADVERSIO.

Parochus Defuncti, exceptis Canonicis quando in Corpore incedunt ad aſſociandum funus, reliquos omnes de Clero præcedit. An, & quando Capellani, ſeu Beneficiati, ſi non Parochum Defuncti, ſaltem alios Eccleſiarum Parochialium Rectores præcedant.

TITULUS XIV.

Canonicis competit Præcedentia ſupra Parochos, Capellanos, ac Doctores, etiam ſi ſint in ordine minores, etiam in omnibus actibus, & congreſſibus Civilibus, non Capitularibus, in quibus interveniunt uti ſinguli, non tamen ſupra dictos Parochos in propria Eccleſia: Item competit Præcedentia ſupra Monachos, alioſque Regulares, etiam Canonicos Lateranenſes, quando iiſdem Canonicis competit de jure, ſeu conſuetudine aliqua Functio in eorum Eccleſiis, & de ratione.

ANIMADVERSIO.

De Canonicis Supranumerariis, eorumque ſpeciebus, & de Juribus, prærogativis, atque emolumentis, quibus unaquæque ſpecies reſpectivè gaudere valeat, pleniſſimè tractatur.

TITULUS XV.

De Præcedentia in Proceſſionibus, tam inter Perſonas Eccleſiaſticas Seculares, quàm Regulares, ac inter Confraternitates Laicorum; & denique de Præcedentia Principis Secularis in iiſdem Proceſſionibus.

ANIMADVERSIO.

Quando debeatur Præcedentia Capitulo, & Canonicis Cathedralium ſuper Magiſtratus Laicos, & è converſo. An, & quando hujuſmodi Magiſtratus, ſoliti intereſſe Sacris Functionibus in Cathedrali, poſſint compelli ad continuandam eorum aſſiſtentiam.

TITULUS XVI.

In una; eademque Eccleſia poſſunt eſſe duæ Congregationes; una Canonicorum Secularium, altera Monachorum; non tamen debent eodem tempore Divina Officia celebrare, & quomodo intelligatur. Laici ſunt regulariter contrarii Clericis, & de ratione.

Bona

Bona Clericorum ſunt exempta à collectis, & quando ipſi teneantur contribuere ad onera publica.

ANIMADVERSIO.

In una, eademque Eccleſia poteſt eſſe duplex Collegium, ſeu Capitulum; unum Secularium, alterum Regularium; ac item unum Canonicorum, & alrum Canonicatum; Non debent tamen Perſonæ de diverſo Collegio, ſexu, vel profeſſione, in Eccleſiaſticis Functionibus permiſceri; Et quomodo ſit regulanda Præcedentia inter Clerum Secularem, & Regularem. Ac denique de auctoritate Epiſcopi in Monachos, qui Eccleſiæ Cathedrali loco Canonicorum inſerviant.

ARGUMENTA TITULORUM, ET ANIMADVERSIONUM

LIBRI SECUNDI.

TITULUS I.

PRæcipuum Canonicorum munus eſt perſolutio Divini Officii, in eoque recitando ſervandus eſt ordo ab Eccleſia receptus, nec poteſt in publica recitatione Officii perverti abſque legitima cauſa ſine incurſu peccati mortalis: item ſervanda eſt forma, nempe ut ſolùm Officia ab Eccleſia approbata recitentur; item obſervandum eſt tempus, locus, & modus.

ANIMADVERSIO.

Ad quem finem introductus fuerit in Eccleſia uſus canendi; & qualis debeat eſſe. De peritia cantus, quæ requiritur in Canonicis, & Beneficiatis, maximè ex Fundatione, vel Statuto; Et de Officio Primicerii.

TITULUS II.

De loco, in quo recitari debent Horæ Canonicæ. Obligatio illas recitandi in Cathedrali, vel Collegiata, eſt realis, quæ afficit Collegium, ſeu Capitulum, non autem perſonas ſingulares Canonicorum. De modo ritè recitandi eaſdem Horas Canonicas, & de dando ſigno cum pulſatione Campanarum, & de ordine ſervando in ingreſſu Chori; ac de illo ſervando in ſedendo; & an Sedes vacuæ Canonicorum poſſint occupari ab inferioribus.

ANIMADVERSIO.

Quæ obſequia per Canonicos debeantur Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam ad aſſiſtendum Divinis Officiis; quæque debeantur Epiſcopo Suffraganeo, ſeu Coadjutori. An omnia præeminentialia, quibus gaudet Epiſcopus, competant etiam Suffraganeo, ſeu Coadjutori. Canonici an teneantur ſubminiſtrare Epiſcopo, Pontificalia exercere volenti, Sacra Paramenta. De onere, quod habet Epiſcopus reſidendi apud Eccleſiam Cathedralem in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus. Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam cum Cappa, ad effectum aſſiſtendi Miſſis Conventualibus, Concionibus &c. Canonici tenentur obviam ire, & in reditu aſſociare uſque ad Januas Eccleſiæ.

TITULUS III.

De loco Epiſcopi in Choro, quando renuntiato Epiſcopatu obtinet Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata ſuæ olim Diœceſis. Et quid de Abbate, qui Suæ Abbatiæ renunciavit. Canonicus ſpoliatus Canonicatu, ſi poſtea recuperet Jus ſuum, an reintegretur ad ſuum locum. Quid in caſu optionis alterius Præbendæ, vel permutationis. Inter Canonicos in Choro nullus debet interponi, præſertim Laicorum. An Laici, ac præſertim Supremi Principes habere debeant locum in Presbyterio.

ANIMADVERSIO.

Laici non debent ſedere, nec verſari in Presbyterio, niſi aliquo modo ad Sacra explenda miniſtrent. An hujuſmodi prohibitio extendatur etiam ad Imperatorem, & Reges. Pro iis, quibus ob Patronatum, Dignitatem, vel aliam cauſam, Sedes diſtincta in Eccleſia debetur, eadem collocanda eſt in loco honorificentiori, extra Presbyterium. De uſu Baldacchini, quibus competat, vel non. Conſuetudo retinendi Scamnum in Eccleſia ab eo, qui non eſt Patronus, eſt ſervanda. An Regularis factus Epiſcopus recuperet ea, quæ ante profeſſionem renuntiavit, & quando.

TITULUS IV.

Canonici tenentur ſub pœna amiſſionis Diſtributionum perſolvere Horas Canonicas in ſuo Stallo, & induti habitu Chorali, Illorum habitus debet eſſe uniformis, & quid ſi aliquis Canonicus ſit Prothonotarius. Mozzetta an poſſit adhiberi præſente Epiſcopo. Vicario Epiſcopi qui locus ſit dandus in Choro.

ANIMADVERSIO.

An Vicarius Capitularis Piſtorienſis jus habeat concedendi Literas Dimiſſoriales, in caſibus à Jure permiſſis, Clericis Præpoſito Piſcienſi ſubjectis, eo modo, quo dantur per Epiſcopum uti Viciniorem.

TITULUS V.

In Functionibus Eccleſiaſticis præſcriptæ Cæremoniæ ſervandæ ſunt, nec poſſunt omitti ſine reatu culpæ, & incurſu pœnæ: Et comprobatur exemplis ex Sacra Scriptura deſumptis. Canonici in prædictis Cæremoniis debent ſervare uniformitatem. Varii Ritus, & Cæremoniæ Sacrarum Functionum exponuntur.

ANIMADVERSIO.

Ad quem ſpectet tam præſidere in Choro, eaque ordinare, quæ Divinum Cultum concernunt, quàm circa prædicta delinquentes corrigere, & mulctare, & ad quid extendatur hujuſmodi Juriſdictio.

TITULUS VI.

Canonicus, qui incepto Officio Chorum ingreditur, quomodo ſe gerere debeat, & quando, tardè adveniens, amittat Diſtributiones. Quænam pars Officii voluntariè prætermiſſa ſufficiat ad incurrendum reatum culpæ lethalis. Horariæ Preces tam privatim, quàm publicè ſine interruptione ſunt recitandæ. Modus eas recitandi alternatim præſcribitur.

ANIMADVERSIO.

Quale peccatum committant ii, qui Choro interſunt, principaliter ut Diſtributiones lucrentur. An, & quando valeant Statuta concedentia indultum Jubilationis poſt laudabile, & continuum ſervitium, per annos quadraginta præſtitum. Ad quæ extendatur ſimile Indultum, & alia ad materiam.

TITULUS VII.

Omittentes in recitatione Horarum Canonicarum quando incurrant culpam mortalem, & pariter quando conſideratè verba præcidunt, ſeu tranſcurrunt. Uſus Organi quando ſit adhibendus in Officiis Divinis. Dum pulſatur Organum debent ab aliquo de Choro recitari intelligibiliter verba, quæ prætermittuntur. Qualis eſſe debeat ſonus Organicus. Canonici non ſatisfaciunt ſuo muneri canendo ſubmiſſa voce, & an à recitatione illos excuſet conſuetudo; Item an teneantur canere cantu muſicali in Divinis Officiis.

ANIMADVERSIO.

Agitur de uſu Muſicæ, & Muſicalium Inſtrumentorum in Divinis Officiis. Quando initium habuerit; quales in iis adhiberi debeant ſoni, & cantus; Et ad quem electio Magiſtri Capellæ, & Muſicorum pertineat.

TITULUS VIII.

Officium Divinum non ſolum perſolvendum eſt cum externis Cæremoniis, ſed cum interna animi devotione, ad quam præparari oportet mediante contritione, & elevatione mentis ad Deum, conſiderando eum ibi eſſe præſentem. An voluntariè recitans cum evagatione mentis Horas Canonicas, incurrat peccatum mortale. Et agitur de tribus ſpecie-

ſpeciebus attentionis, & qualis attentio requiratur. Ad quem effectum ſint introductæ quotidianæ Diſtributiones, & an incurrat in aliquam ſpeciem reatus Simoniæ ille, qui ſola intentione illas lucrandi accedit ad Chorum.

ANIMADVERSIO.

An Canonici teneantur pſallere in Choro, & intereſſe etiam Horis minoribus. An à prædicta obligatione valeant ex conſuetudine, ſaltem immemorabili, excuſari, & quando.

TITULUS IX.

Diſtributiones quotidianæ non debentur non intereſſentibus in Choro, niſi fuerint abſentes propter corporis neceſſitatem, aut manifeſtam Eccleſiæ utilitatem. Quæ ſint cauſæ excuſantes ab intereſſentia Chori.

ANIMADVERSIO.

Agitur de iis, qui ob infirmitatem, ſeu aliud legitimum impedimentum non intereſſentes Choro lucrantur fructus, & Diſtributiones, ac ſi eſſent præſentes. Et an valida ſint Statuta, denegantia taliter impeditis dictos fructus, & Diſtributiones; & è converſo eaſdem concedentia, ſi Epiſcopi approbatione careant.

TITULUS X.

De Canonico Theologalem Præbendam poſſidente, ac Pœnitentiario, & exercente Curam Animarum: ac de Vicario Capitulari: De Canonico Camerario, & Sacriſtiæ Præfecto. An iſti occupati in eorum Officiis lucrentur Diſtributiones.

ANIMADVERSIO.

Quinam fructus, & Diſtributiones debeantur Canonicis infirmis, ſeu alias legitimè impeditis. An Canonicus, ſive Beneficiatus acquirat dominium Diſtributionum, quas ob interveneientiam Chori lucratur. An, & quando Canonicus, Canonicatui renuncians, Diſtributiones acquirat, aut reſpectivè ad hæredes tranſmittat.

TITULUS XI.

An Canonici, abſentes à Choro ex juſta cauſa, lucrentur etiam Diſtributiones non intereſſentium abſque legitima cauſa. An hujuſmodi Canonicis debeantur etiam Diſtributiones Candelarum, aliarumque Eleemoſynarum, quæ in Funeribus, & Anniverſariis dantur. De Canonicis abſentibus ex cauſa Studii, ac Deputatis ad Servitium Epiſcopi, & Vicarii Generalis, vel Foranei, ac pro Viſitatione Diœceſis. De obligatione tam reſidentiæ in loco, quàm intereſſentiæ in Choro, præſertim ſi Canonici habeant annexam Curam animarum.

ANIMADVERSIO.

Adducuntur plura exempla in quibus Canonici, & Beneficiati habentur pro intereſſentibus ad effectum lucrandi Diſtributiones quotidianas. Quando omnes redditus Canonicatus conſiſtunt in Diſtributionibus, tunc duæ, ex tribus partibus aſſumunt naturam præbendæ, & lucrantur per Canonicos addictos ſervitio Epiſcopi, & per illos qui morantur in Univerſitatibus publicis cauſa ſtudii, quod plenè explicatur.

TITULUS XII.

An Canonici per tres menſes continuos poſſint abeſſe à ſervitio Chori quolibet anno abſque aliqua licentia, & quomodo ſit computandum dictum tempus. An, & quomodo procedi poſſit contra Canonicos ad privationem Canonicatus, ſeu illius fructuum ex cauſa non reſidentiæ. An peccent non reſidendo ultra tres menſes; An, & quando teneatur ad reſtitutionem Diſtributionum, & fructuum Canonicatus, tam non recitans Horas Canonicas privatim, quàm publicè in Choro; Et an hæc obligatio extendatur ad recitandum extra Chorum Officium B. V., quod ex conſuetudine recitatur in Choro.

ANIMADVERSIO.

In Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, tenentur Canonici reſidere apud ſuas Eccleſias, nec abeſſe poſſunt ultra tres menſes, niſi majus ſervitium per particularia Statuta demandetur. De tempore Vacationum an debeantur Canonico non reſidenti fructus, & Diſtributiones. Concilium an derogaverit Statutis confirmatis à Sede Apoſtolica, & conſuetudinibus immemorabilibus. Epiſcopus poteſt revidere, & examinare Cauſas licentiarum à Capitulo conceſſarum Canonicis abeſſendi ab Eccleſia propter cauſas etiam juſtas, & neceſſarias.

TITULUS XIII.

Prima Dignitas non debet à Choro abeſſe, niſi ex cauſa neceſſaria, ob plures rationes, quæ hìc referuntur. Ad eandem ſpectat dirigere Chorum, ac invigilare, nè ibi admittantur indecentia; & inobedientes punctantur, vel mulctantur juxta formam Statutorum, *& Sac. Congr. Decretorum*; niſi tamen ex conſuetudine alter Canonicus huic muneri per Capitulum præficiatur.

ANIMADVERSIO.

Dignitates Cathedralium licèt de Jure non ſint de gremio Capituli, poſſunt tamen ut Capitulares reputari, vel ex Conſuetudine, vel Statuto, vel Fundatione. Quibus præeminentiis eædem Dignitates perfruantur ſupra Canonicos extra Capitulum; Quibuſque in rebus poſſint ſeſe ingerere cum ipſis Canonicis.

TITULUS XIV.

De officio Punctatoris in Choro, & quando debeat punctare exeuntes à Choro. An debeant punctari Canonici non intereſſentes Proceſſionibus. Qui poſſint cogi intereſſe Proceſſionibus, præſertim indictis pro re gravi; ad quem ſpectet eas indicere: Et de ordine in iiſdem Proceſſionibus incedendi.

ANIMADVERSIO.

De privatione Canonicatuum ex cauſa non reſidentiæ ad formam *Sac. Conc. Trid.*, ac de modo procedendi ad dictam privationem.

DE CA-

Digitized by Google

DE CANONICORUM PRÆCEDENTIA

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

De Præcedentia in genere, & quomodo ſit tuenda ab Eccleſiaſticis, & à quo Jure promanet; & an ſit laudabile, lites ſuper Præcedentia inſtituere.

SUMMARIUM.

1 *Novitas eſt grata.*
2 *Omnis novitas non caret perturbatione, etiamſi res nova ſit bona.*
3 *Cauſa eſt materia, ſeu origo negotii, & infert neceſſariò ſuum cauſatum.*
4 *Occaſionem quærit, qui vult ab amico recedere.*
5 *De cauſa irrationabili, & remota, non eſt curandum.*
6 *Cauſæ Præcedentiæ reputantur graves, cum ſtatum perſonarum concernant.*
7 *Præcedentia eſt majoritatis recognitio, in certis actibus debita uni perſonæ ſupra aliam.*
8 *Eſt jus pretioſum, & an poſſit defendi armata manu.*
9 *Eccleſiaſtici ſunt milites Cæleſtis Militiæ, non armatæ.*
10 *Pro defenſione Patriæ licet eiſdem cuſtodire armis mœnia, & portas Civitatis, non tamen jus Præcedentiæ.*
11 *Injuria afficitur is, cui locus competens adimitur, & poteſt agere actione injuriarum.*
52 *Præcedentia ſpectat ad Jus publicum, & provenit à Deo, à natura, & à lege.*
13 *Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.*
14 *Sublata Præcedentia, ſequeretur confuſio.*
15 *Peccat, qui Præcedentiam, ſibi non debitam, uſurpat.*
16 *Ambitioſus non eſt dicendus, qui Juris authoritate cuſtodit ſuam Præcedentiam.*
17 *Ambitio eſt inordinatus appetitus gloriæ, & honoris terreni.*
18 *Non debet quis ſuum honorem negligere.*
Inſipiens appellatur, qui ſuo loco cedit in publico, ibidem.
19 *Nullum crimen eſt appetere Præcedentiam, moderatè tamen, ut debitus honor majori tribuatur.*
Militans Eccleſia imitatur triumphantem, ibid.
Non eſt cenſenda peccaminoſa defenſio Præcedentiæ in Canonicis, ibid.
20 *Sub humillimo Chriſto diverſi gradus extitere Diſcipulorum, Evangeliſtarum, & Apoſtolorum.*
21 *Epiſcopi debent ſummariè terminare quæſtiones de Præcedentia, tam inter perſonas Eccleſiaſticas, quàm Regulares, exortas in functionibus Eccleſiaſticis.*
22 *Si minor recuſat dare Præcedentiam majori in actibus civilibus privatis, non poteſt implorari à majore Judicis officium.*
23 *Epiſcopus tamen poteſt jubere Clericis, ut ſibi invicem honorificentiam præſtent, juxta cujuſque dignitatem.*
24 *Lites ſuper Præcedentia non ſunt novæ in hoc ſeculo, eruntque quamdiù mundus durabit.*
25 *In fine mundi ceſſabit lis Præcedentiæ, ſed non deſinet majoritas, & ordo manſionum.*

TITULUS I.

GRata novitas, vulgari fertur adagio, 1
& inquit *Gloſſ. in proœm. ff. vet. in ſec.
verſ. Nova*. Verùm omnis rerum novatio non caret perturbatione, ut cecinit *Cornelius Gallus*;
Eventus varios res nova ſemper habet. 2
Quod plerumque etiam accidit, quantumvis res nova ſit bona. *Extravag. Inter cuncta, tit. de privil.*, & notat *Guido Papa in cap. cum conſuetudinis num. 2. de conſuet.* Et quis ignorat, nato Chriſto Domino, Mundi Salvatore, ob hoc novum, & ſummum bonum, turbari Herodem Regem, & omnem Jeroſolymam cum illo? *Matth. cap. 2.* Hæc perſpeximus, & manus noſtræ contrectarunt, mutato ſtatu hujus ſimplicis Parochialis Eccleſiæ in celebrem Collegiatam; ex hujuſmodi enim nova Eccleſiæ qualitate quamplures, & diverſæ ſubortæ ſunt, ac excitatæ controverſiæ, & contentiones inter Canonicos, & aliquos de Clero Seculari, & Regulari, necnon quoſdam de Populo, & exindè inter ipſoſmet Capitulares; idque evenit non cauſa, ſed novi Collegii occaſione, quæ differt à cauſa *ex cap. 1. de ma-*
jor., & obed. Nam cauſa eſt materia, ſeu origo ne- 3
gotii. *Zabar. in Clem. Dudum n. 4. de ſepult.*, infertque neceſſariò ſuum cauſatum: Et mala ſunt, quæ mali præbent cauſam *cap. ex parte, de conſuet.* Occaſio verò
comprehendit quamlibet cauſam ſine ratione. *Dec. in* 4
cap. cognoſcentes n. 7. de conſtit. Abb. in cap. Ut noſtrum. num. 10. ut ben. ſin. dom. conſ. Conſonat illud, Occaſionem quærit, qui vult ab amico recedere. Quærit iſte, ut ait *Tuſc. l. C.*, cauſam irrationabilem, remotam, & non veram, de qua non eſt curandum, ut
inquiunt *Zabar. in Clem. cauſam n. 3. de elect. & elect.* 5
poteſt. Sperell. dec. 176. num. 87. part. 2.

Collegiata Maſſæ dicitur nova, quia non fuit priùs. *cap. Non autem 5. quæſt. 1.* cumque ſit erecta ad Divini cultus augumentum, ideò bona: nec deſinit eſſe pium, & juſtum opus, licèt propter eam altercationum occaſiones acciderint, ex *Nav. in Com. de orat. cap. 18. num. 12. & Monet. de Diſtrib. part. 1. quæſt. 5. num. ult.* In eadem Collegiata munus Chori, & Divinorum, Abbati, & Canonicis tantummodo à Papa in Bullis fuit injunctum; nihilominus ſimplicium Beneficiorum ejuſdem Eccleſiæ Capellani, ac duo

Sacerdotes, qui ab Abbate deputantur in auxilium
animarum curæ, Abbatiæ annexæ, nec non alii ſim-
plices Præsbyteri, Choro non addicti, diebus Feſtis
quandoque in Chorum convenientes ad decantandas
unà cum Canonicis Miſſas, & Veſperas, præten-
dere cæperunt ibidem in Superiori Luna cum Capi-
tularibus ſedere, & in cæteris, de quibus infra,
pari honore affici, ac tractari, prout Canonici. Immò
eorum aliqui, aſſerentes ſe in ordine Presbyteratus an-
teriores, nitebantur in omnibus actibus civilibus, &
promiſcuis, extra Eccleſiam Canonicis anteferri. Ean-
dem prætenſionem pariter habuerunt Suburbiorum Pa-
rochi quoad actus civiles. Quibus prætenſionibus, uti
injuſtis, & indebitis, Canonici pro poſſe obſtiterunt
6 non ignorantes Præcedentiæ Cauſas haud eſſe leves,
prout enunciare ſolent, qui ad pauca reſpiciunt,
ſed valdè graves, cum ſtatum perſonarum concer-
nant. *Chaſſan. in Cath. Glor. Mund. part. 1. conſid. 2. Puteus dec. 449. num. 4. lib. 2. Sperell. dec. 76. num. 2. vol. 1.* Præcedentia enim eſt majoritatis recogni-
7 tio, in certis actibus debita uni perſonæ ſupra
aliam. *Præpoſit. in cap. Si quis ægrotans S. quæſt. 3.*
8 Quod jus eſt adeò pretioſum, ut *Bald. in l. obſervare ff. de Proconſ.*, & *Caſſan. ad Conſuet. Burgund. rubr. 6. numer. 7.* non dubitent affirmare, armata
manu poſſe defendi ab his, quibus ea claré competit.
Explica de ſecularibus inter ſe, ut innuunt *Monet. de Diſtrib. part. 2. quæſt. 12. num. 66. Ant. de Prat. in Clyp. Paſt. cap. 8. num. 11. Roman. ſingul. 394. Bertach. v. Protector*, & alii. Siquidem Eccleſiaſtici ſunt milites
9 Cœleſtis, non armatæ militiæ, & horum arma
ſunt Breviarium. *cap. Porrò. 16. quæſt. 4. cap. Convenientior 23. quæſt. 4.* Et quamvis pro defenſione Pa-
10 triæ ipſis liceat mœnia, & portas Civitatis armis
cuſtodire, quando imminet præſens periculum, &
ad id non ſufficiunt Laici, ut obſervant *Innoc. Hoſt.* & cœteri Scribentes *ſuper cap. 2. de Immun. Eccleſ.* quos ſequitur *Graſſ. de Effect. Cler. effec. 3. numer. 212.* omninò videndus; ex hoc non infertur ad defenden-
dum armis jus eorum Præcedentiæ, quia eſto inde-
bitè in functionibus Eccleſiaſticis quis privetur; nam
habet paratum juris remedium, Judicis officium im-
plorando, petendo inhiberi, nè alter ſuperiori loco
ſedeat in Choro, & Proceſſionibus, nè priùs can-
tet Antiphonam, Suffragiis reſpondeat in Capitulo,
ſubſcribat, & ſimilia faciat, ſed relinquat hæc cui
11 de jure debentur. *Campanil. rubr. 12. cap. 12. num. 7.* atque poteſt agere actione injuriarum; Injuria
enim afficitur is, cui locus competens adimitur *Bald. J. C. & Gerald. de Petraſan. ſign. 33. n. 3.* quos ſequi-
tur in *Comment. Bull. bon. reg. Cobel. cap. 31. numer. 153.*

12 Præcedentia ſpectat ad jus publicum, & prove-
13 nit à Deo, à natura, à lege. A' Deo, nam ea,
quæ ſunt ordinata, à Deo ſunt. A' natura, quia ipſi
naturæ repugnat, omnes de univerſitate eodem gra-
du conſiſtere. *cap. ult. quæſt. 89. Turrecr. ibid. & Decian. conſ. 67. n. 25. vol. 2.* Undè ſi primus homo non pec-
caſſet, adhuc inter homines reperiretur majoritas,
& Præcedentia, ita *D. Thom.* quem refert *Leonel. de Præced. quæſt. 5. art. 1.* Ratio eſt, quia animus ho-
minis generoſus de ſe tendit ad honores. Denique
Præcedentia eſt à lege humana, quæ in honoribus
jubet quarumlibet perſonarum ordinem, gradumque
eſſe ſervandum: & proprium eſt legis, rationabili-
ter, & ordinatè ſtatuere. *C. ut dignior. lib. 11. Natta conſ. 637. num. 5. vol. 5.* Quòd ſi à lege non daretur
Præcedentia majori, non daretur ordo, ſequeretur
14 confuſio. *Gloſ. in cap. 4. diſt. 22. Neviz. in Sylv. lib. 1. cap. 1. numer. 9.* Ordo eſt parium, diſpariumque
diſpoſitio, ſua cuique loca tribuens, ex *D. Auguſt. de Civit. Dei lib. 19.* & tunc dicitur adeſſe ordinem,
quando minores majoribus cedunt, ut benè adnota-
15 runt *Jacob. Ben. part. 3. privil. 1. & Rebuff. in repet. cap. poſtulaſti num. 194.* Peccat qui Præcedentiam,
ſibi non debitam, propria authoritate aſſumit; ita
notabiliter dicit *Navarr. in cap. inter verba 2. conſ. 1. numer. 12.* & talem ſacrilegii reum dicunt *Bald. conſ. 337. vol. 1. Boer. de ord. grad. part. 1. n. 8. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 4. caſ. 32.* & iſtum inſolentem
appellat *Felin. in rubr. de major. & obed. n. 30.* Huic-
que in pœnam ultimum locum dari, à Jure ſtatutum
eſſe referunt *Abb. conſ. 21. part. 1. Chaſſan. in Cath. Glor. Mund. part. 1. conſid. 39.* quæ coadjuvantur doctri-
na Chriſti apud Lucæ Evangelium *cap. 14.* ibi. Da
huic, nempè honoratiori, locum, & recumbe in no-
viſſimo, loquens de quodam invitato ad nuptias,
qui alienam ſedem ſibi uſurpavit, & certè, qui in
locum majoris ſe introducunt, injuſtum committunt.
Ambitioſa, vana, & inordinata res eſt ſibi velle ho-
norem, & locum non debitum, vel majorem, quàm
convenit *cap. Jamdudum de præb. & cap. fin. de tranſlat. Epiſ.* Et hunc ignarum eſſe oſtendit *Plato lib. 12. de Republic.* Dum verò quis Juris authoritate alteri 16
præferri prætendit, & locum ſibi debitum cuſtodit,
ac cum moderamine defendit, non eſt dicendus am-
bitioſus, ut conſiderant *Ant. de Butr. in Rubr. de major, & obed. numer. ult. Imol. ibid. numer. 3. Caiet. 2. 2. quæſt. 13. art. 1.* nam merita excuſant ab ambi-
tione. *Gloſ. fin. cap. Miramur 61. diſt.* Ambitio enim 17
eſt inordinatus appetitus gloriæ, & honoris terreni.
Cap. Miramur 6. diſt. Hojed de Incomp. Benef. part. 1. cap. 3. numer. 3. & propterea honorem appetere,
ſibi à Jure debitum, nullam eſſe culpam, poſt *Nav.* quem allegat, tradit *Teoph. lib. 7. v. honor numer. 1.* & favet *Cherub. in Comp. Bullar. lib. 3. fol. 3.* ubi di-
cit, Virtute, & juſtitia licet ambire, non favoribus,
& fraudibus. Non debet homo ſuum honorem, & 18
famam, à virtute procedentem, negligere, ut pluri-
ribus auctoritatibus, & rationibus comprobat *Barb. in Vot. deciſ. Can. vot. 93. num. 14.* nec pati, ut honor
ſuus reſpectu gradus parvipendatur. *Grat. cap. 110. n. 24.* Hinc *Lotther. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 16. numer. 27.* inſipientem vocat eum, qui ſuo loco cedit in pu-
blico, & *Roſſ. in Conviv. Mor. v. Præcedentia*, inquit,
quòd publicè permittens diminutionem Præcedentiæ,
quæ ſibi de jure debetur, eſt indignus accipere in ea
augmentum. Hìc advertendum eſt, quòd & ſi quis
gradum, & dignitatem, quam retinet, æſtimare de-
beat, humilitatem tamen in corde retineat, & pro-
priam perſonam parvipendat, gloriam, quæ à ſolo Deo
eſt, ſemper optando. *Matt. cap. 5.* Uti primis locis,
vocari Rabbi, nulla culpa eſt: cæterùm hæc amare
pro ſe ipſis tantùm, peccatum eſt: inquit *Emin. Cajet. in Expoſit. Matth. Evang. cap. 23.*

Veruntamen ſi honor, & Præcedentia ex ſe bo-
na, ſecundum ordinationem juris moderatè appetan-
tur, nullum erit crimen, quoniam ex ſe eſt objectum
indifferens, propriè accedens ad rationem honeſti, ut
aliis citatis tradit *Bauc. in Opuſc. tractat. de Martyr. quæſt. 2.* At verò cum in hac nova perſonarum va-
rietate inſtari dicatur, ut debitus honor majori, ac
digniori gradatim tribuatur, juxta diſpoſitionem
Jurium, quæ ita ſtatuerunt, ut ex ordine ſtatuum,
officiorum, graduum, exornetur militantis Eccleſiæ
Monarchia, & unitatis concordia ſervetur, imitan- 19
do pulcherrimum illum ordinem, conſtabilitum in
Eccleſia triumphanti, ubi novem ſunt Angelorum
Chori, alius alio ſuperior, & honoratior, & in
Sanctis ſunt ordines dignitatum, & unus alium præcel-
lit *Gloſſ. in cap. ſingula diſt. 89. Bellam. ſuper cap. ſtatuimus, de maior. & obed.* non eſt pro parte Canoni-
corum cenſenda vana, & peccaminoſa inſinuata præ-
tenſio, ſive defenſio Præcedentiæ, ſed potiùs ratio-
nabilis, laudabilis, ac neceſſaria ad civilem politi-
cam conſervandam, ad tradita per *Decian. l. c. conſ. 20. num. 2. Natta conſ. 637. n. 1. vol. 3.* quod debuit
fieri à Canonicis non tantùm pro ſe, ſed & pro ſuis
ſucceſſoribus *Bordon. de Præced. quæſt. 5. num. 4.* Nec
debent Laici ſcandalum ſumere dum cernunt, vel au-
diunt Eccleſiaſticos, in, & deſuper Præcedentiis con-
tendere, namque id eſt opus ſapientiæ, ac juſtitiæ,
non ambitionis, ut probat *Lel. Altogr. conſ. 1. num. 8. p. 2.* & dixit *Leonell. l. c. quæſt. 1. art. 5.* Inſuper con-
ſiderent etiam ſub humillimo Chriſto Redemptore 20
diverſos gradus extitiſſe, ſcilicet Diſcipulos, Evan-
geliſtas, & Apoſtolos, quorum gradus excellentior
erat: Ita advertit *Marſ. de Red. Eccle. cap. 10. numer. 10.* & inter ipſoſmet Apoſtolos unus erat major alte-
ro, ſic de Evangeliſtis, & Diſcipulis, & majores
præcedebant minoribus. *Genuen. qq. tract. quæſt. 301. num. 3.*

Non

Non ſolùm Præcedentiæ ſunt licitæ, ut oſtendimus, inter Clerum Secularem, ſed etiam inter Regulares Ordines, qui ſic appellantur, quia in his omnia debent eſſe ordinata. Undè inter ipſaſmet Religiones oriri ſolent plures de Præcedentia controverſiæ: patet ex multis S. R. C. declarationibus, & Summorum Pontificum Conſtitutionibus, quarum meminere *Tam. de Jur. Abb. tom. 1. diſp. 25. quæſt. 1. Farin. part. 2. dec. 26. Penott. in Hiſt. tripar. l. 2. per tot. Portel. part. 2. caſ. 5. & ſeq.* De Præcedentia tractat *Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 13.* ubi junctis declarationibus *S. C. ſuper eod. cap.* datur facultas Epiſcopis ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, brevi manu componendi, & terminandi omnes, & ſingulas controverſias de Præcedentia, quæ in Proceſſionibus oriuntur
21 inter perſonas Eccleſiaſticas, tam Seculares, quàm Regulares, amota omni appellatione, intellige, quoad effectum ſuſpenſivum, non devolutivum, ſive lis fuerit in acquirendo, ſive in recuperando, ſive in conſervando. *Novar. in Lucer. Reg. V. Præcedentia. Urſoll. Hoſt. part. 2. concl. 128. n. 88.* & ampliatur hujuſmodi facultas Epiſcoporum in deferenda Umbrella in Proceſſionibus, in ſeſſionibus, oblationibus, & aliis actionibus Eccleſiaſticis. *Lara de Capell. lib. 1. cap. 2. numer. 29. Sanchez lib. 6 conſ. cap. 9. diſp. 2. tom. 2. Cancer. Var. part. 3. cap. 10. numer. 105. & Piaſec. Prax. part. 3. cap. 3. numer. 40.* & non ſolùm inter Eccleſiaſticos, ac Confraternitates Diſciplinatorum, ſed etiam inter Laicos nobiles circa prædicta. *Barb. in ſuis Vot. dec. Vot. 66. numer. 84. Vulp. in Prax. cap. 11. num. 10.* Nam actus præcedendi ut ſupra, eſt actus ſpiritualis, *cap. 2. de pact. Grat. dec. 203. num. 5.* Undè in cogreſſibus Civilibus non poteſt
22 Epiſcopi, vel alterius Judicis officium implorari, ſi minor recuſet dare Præcedentiam majori, ut poſt *Fely.* & alios, docent DD. apud *Tiraq. de Nob. cap. 20. numer. 57.* quos ſequitur *Leonell. de Præced. quæſt. 1. art. 17. in fin.* Ratio eſt, quia hujuſmodi honor ſolum debetur de congruitate. *Hoſt. in Sum. tit. de Off. Archid. §. Si quis. Graff. part. 1. dec. lib. 2. cap. 56. Dan. de Nob. diſp. 75. n. 56.*

Secus dicendum, ſi inferior ex Clero Seculari renueret etiam in actibus Civilibus locum cedere Superiori, quia ad id tenetur, non ſolùm de honeſtate, ſed de juſtitia. *D. Thom. 2. 2. quæſt. 104. art. 3. Riec. dec. 31. part. 1.*, & propterea ad talem reverentiam, ſive honorificentiam poteſt cogi, & compelli *Gerald. ſingul. 33. Mart. de Juriſd. part. 2. cap. 53. numer. 31.* Adde, jus eſſe Epiſcopo com-
23 pellere Eccleſiaſticos minores ad ſalutandum majores publicè obviantes, dum contrafacientes ſcandalum ob id populo afferrent, ut deducitur ex *Nov. conſ. 7. de off. Jud. ord.* nam pro ſcandalo evitando receditur à regulis Juris. *Fely. in cap. Nihil. de præſcript. numer. 2.*

Prætenſiones de Præcedentia non ſunt novæ in hoc ſeculo, ut conſtat de Jacob, & Eſau, qui Matris in utero de Principatu contenderunt, eruntque quandiù Mundus durabit, ut ait *Anton. de Præt. in Clyp. loc. cit.* Ex quo ſimiles differentias in
24 dies conſpicientes non oportet ſcandalum pati, aut admiratione affici, ita admonet *Dan. de Nob. diſp. 44. numer. 2.* Poſt extremum diem, quando Deus erit omnia in omnibus, ceſſabit omnis lis de Præcedentia; quoniam quivis pro ſua capacita-
25 te glorioſus erit, ut poſt Theologos docet *Surd. de Alim. tit. 4. quæſt. 18. numer. 72.* ſed non deſinet majoritas, & ordo manſionum. *cap. in domo diſt. 4. de pœn.*

A R G U M E N T U M.

Quæſtiones ſuper Præcedentiis quis Judex, & qualiter terminare debeat. Conſuetudo in controverſiis hujuſmodi eſt attendenda; & plura ad materiam conſuetudinis.

S U M M A R I U M.

1 *Unicuique debetur, juxta ſuam majoritatem, honor, ac præcedentia*, & n. 2.
3 *Sunt tamen reprehendendi, qui ob inanis gloriæ cupiditatem, honores appetunt.*
4 *Controverſiæ ſuper Præcedentiis ab Epiſcopis terminandæ ſunt, etiam inter Regulares, alias exemptos, ſummariè, omnique omiſſa Judiciorum ſolemnitate.* Declara num. 5.
6 *Juxta Bullam Gregor. XIII. in Proceſſionibus Præcedentia debetur Conventui, qui eſt in quaſi poſſeſſione præcedendi.*
7 *In dubio quoad Regulares mendicantes, Præcedentia debetur iis, qui ſunt in loco controverſiæ antiquiores; reſpectu verò Confratrum, iis, qui priùs Saccis uſi ſunt*, & num. 8.
9 *In Præeminentiarum materia, regula generalis eſt, ut totum faciat conſuetudo, & poſſeſſio.*
10 *Etiamſi Juris diſpoſitioni adverſetur.*
11 *Ceſſante reſiſtentia Juris, ſufficit conſuetudo decennalis.*
12 *Actus, geſti ex quadam conniventia, non ſunt habendi in conſideratione ad conſtituendam quaſi poſſeſſionem Præcedentiæ.*
13 *Non tamen impediunt, quominus poſſeſſor obtineat manutentionem, donec diſcutiatur, an tales actus ex eo motivo proceſſerint.*
14 *Multiplicitas actuum, per longum tempus continuatorum, facit ceſſare præſumptionem, quòd precariò geſti fuerint.*
15 *Et ſufficit, quòd continuati fuerint per ſpatium decem annorum.*
16 *Immemorabilis eſt attendenda, etiamſi adverſetur Cæremoniali Romano, non autem conſuetudo minoris temporis.*
17 *Idem Cæremoniale Romanum non abrogat alia Ritualia, ſeu Statuta particularia Eccleſiarum, quæ ſunt in viridi obſervantia.*
18 *In tranſactione ſuper Juribus Eccleſiaſticis, & incorporalibus, requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, etiamſi agatur inter duas Eccleſias, cum ſit ſpecies alienationis.*
19 *Limita in componendis controverſiis, ſuper Præcedentiis exortis.*
20 *Item quoad decimas, funeralia, & alia Jura Parochialia.*
21 *Requiritur tamen auctoritas, & confirmatio Epiſcopi, cum præcedenti cauſæ cognitione.*
22 *Aliàs tranſactio eſt nulla.*

ANIMADVERSIONES.

Controverſiæ, quas paſſim Forus audit inter Eccleſiaſticas perſonas circa Præcedentiam, an laudabiliter promoveantur, quærit hìc noſter Author, ac reſolutio dubii pendet ab inſpiciendo, à quo ſpiritu ducantur illas excitantes. Siquidem, ſi Eccleſiaſticæ perſonæ, animo ſervandi debitum ordinem, quem Eccleſia militans æmula, ſeu potiùs imitatrix quodammodo triumphantis, conſtantiſſimè ſervat, in qua quiſque Angelicorum Spirituum, ac Beatorum, in ſuo ordine, & Choro conſiſtit, hujuſmodi controverſias, debito ſervato moderamine proſequantur; potiùs laude dignæ habendæ ſunt, cum ita, ſublata confuſione, quæ ex perverſione Eccleſiaſticæ Hyerarchiæ exoritur, unuſquiſque juxta ſuam majoritatem, honorem, ac Præcedentiam conſequatur; & 1
inferior majoris non occupet locum, ſeu officii adminiſtrationem uſurpet, ut animadvertunt *Daniel de Nobil. diſput. 44. in princ. Menoch. conſ. 51. num. 2., & ſeqq. vol. 1. Valenz. conſ. 34. n. 1., & ſeqq. tom. 1. Tondut. Quæſt. Benef. lib. 1. part. 1. quæſt. 81. nu. 2.*

A 2 *Franc.*

Franc. de Eccl. Cathed. cap. 33. n. 7. Rota in Colonien.
Præceden. ſuper bono Jure 4. Junii 1696. §. 1. cor. Muto,
& in Lucana Præeminentiarum, 28. Julii 1700. cor.
Molines: Cum in hoc ſimul concordent tum Pon-
2 tificiæ, tum Cæſareæ leges, ſtatuentes unicuique
ſecundum ſuum gradum, dignitatem, & hono-
rem, Præcedentiam deberi. cap. ſolitæ, de major.,
& obed. cap. ut debitus, de appellat. 59. cap. ex
ore 17. de privileg. lib. 4. & toto. tit. Cod. ut dignita-
tis ordo ſervetur. lib. 12. licèt non niſi vituperatione
digni ſint, qui ambitu, & humanæ gloriæ cupi-
ditate, honores appetunt, & affectant contra,
3 Domini præceptum, qui vetuit, nè primas Cathedras
occupare inquireremus, ut habetur Matth. cap. 22.
& explicat D. Thom. 2. 2. quæſt. 131. art. 1. & in hoc
ſenſum intelligendum venit Juſtinians reſponſum in l.
ad ſplendidioris 7. Cod. de div. Offic. lib. 10. ut etiam
conſideravit Rot. in d. Lucana Præeminentiarum d. §. 1.
verſ. fin.

Hujuſmodi autem controverſiæ præeminentiales,
ut ote quæ non niſi cum Fidelium ſcandalo ut plu-
rimum inter Eccleſiaſticos exoriuntur, ſummariè,
ac omiſſa ſolemnitate Judicii, & quacunque appel-
4 latione poſtpoſita, ab Epiſcopis componendæ, ac
terminandæ ſunt, etiam inter Regulares, licèt ex-
emptos, juxta diſpoſitionem Sacr. Concil. Tridentin.
ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. ut etiam hìc notat Au-
thor, & pluribus allegatis comprobat Tranched. con-
ſultat. 14. num. 25. quod tamen intelligendum venit
quoad effectum duntaxat ſuſpenſivum, cum ante-
5 dictum Concialiare Decretum non ſubſtulerit appel-
lationem devolutivam. Barboſ. in Collect. ad Conc. d.
cap. 13. num. 9. & de Off. & Poteſt. Epiſc. alleg. 78. n.
26. Sperell. dec. 179. num. 6. tom. 2. Panimoll. dec. 1. ad
not. 1. n. 2. Rot. poſt Poſth. de Manut. deciſ. 32. num. 12.
& dec. 85. n. 10. part. 5. tom. 1. rec.

Ac reſpectu Proceſſionum, tam publicarum, quàm
privatarum, ut materia diſſenſionum penitus ſub-
moveretur, tam inter Fratres Mendicantes, quàm
inter Confraternitates Chriſtifidelium Laycorum,
per ſpecialem Conſtitutionem S. M. Greg. XIII. in
Nov. Bull. conſt. 84. tom. 2. ſancitum fuit, ut quibuſ-
cunque poſtpoſitis, iis in hujuſmodi Proceſſioni-
bus Præcedentia debita eſſet, qui in quaſi poſſeſ-
ſione Præcedentiæ, ac Juris præcedendi reperiun-
6 tur: quòd ſi conſtare non poſſet, cui nam quaſi
poſſeſſio aſſiſteret, tunc reſpectu Regularium Men-
dicantium Præcedentia deberetur iis, qui eſſent in
loco controverſiæ antiquiores; reſpectu verò Con-
7 fratrum, iis, qui priùs Saccis uſi forent; quam
Gregorianam Conſtitutionem refert, & exornat idem
Tranch. d. conſult. 14. num. 9. & ſeq. & dixit etiam Ro.
cor. Merl. dec. 779. num. 1. & Panimoll. d. dec. 1. num. 2,
apud quem latiſſimè hæc Præcedentiæ materia inter
perſonas Eccleſiaſticas pertractatur in pluribus Adno-
tationibus ad d. dec. 1.

Et cum præallata Conſtitutione Gregori XIII. con-
8 cordat Conſtitutio ſubſequens S. M. Urbani VIII. in
nov. Bull. conſt. 139. in qua confirmantur variæ Reſo-
lutiones Sacr. Cong. Conc. Trident. ac Rituum.

Cœterùm in hac Præcedentiæ, ſeu Præeminentia-
rum materia, regula generalis eſt, ut totum faciat
9 conſuetudo, & poſſeſſio. Tranched. cit. conſult. 14. nu.
1. & 5. Rot. dec. 781. n. 5. part. 18. rec. cum aliis in
Illerden. Juris præſidendi in extractione Priorum 12. Jan.
1704. §. Præſertim, cor. Scotto: proindèque à Judicibus
non de facili eſt alteranda, cum novitates nonniſi
cum ſcandalo jubeantur, ob elegantem rationem,
quam expendit. D. Aug. in Epiſt. 118. cap. 5. ad In-
quiſit. Januar. nimirum, quòd ipſa mutatio conſuetudi-
nis, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat, & facit
tex. in cap. quod dilectio 3. de conſanguin. & not. in cap.
cum conſuetudinis, de conſuet. Gonz. Tell. ibid. n. 9. Va-
lenz. conſ. 114. num. 27. Capon. diſcept. 85. n. 12. Card.
Bon. in Liturg. lib. 1. cap. 6. De Luc. in Miſcell. diſc. 39.
numer. 17. Rot. in Hiſpalen. Proceſſionis ſuper 2. dub.
28. Junii 1700. §. Sanè, & ſeqq. cor. R. P. D. meo An-
ſaldo; quamvis conſuetudo Juris diſpoſitioni adver-
10 ſaretur, cum in concurſu illius conſuetudo ſit atten-
denda, non tantùm in poſſeſſorio, Judicio, ſed
etiam in petitorio. Tranched. ubi ſupra numer. 6. Rota
dec. 102. n. 16. & ſeqq. part. 10. Panimoll. dec. 1. adnot.
1. n. 2. dec. 483. n. 2. part. 5. dec. 156. n. 5. part. 17. &
dec. 785. n. 5. part. 18. rec. & in Colonien. Præcedentiæ ſu-
per bono Jure 22. Martii 1697. §. Siquidem, cor. Muto;
Et quoties Juri non repugnat, ſufficit decennalis. Gloſſ. 11
in cap. fin. de conſuetu. in 6. Rot. cor. Seraphin. dec. 697.
num. 11. dec. 522. num. 1. part. 2. dec. 102. n. 10. part.
10. rec. & in Papienen. Præeminentiarum 11. Decem-
bris 1702. §. Et hæc, cor. Lancetta, & in d. Iller-
den. §. Præſertim, cor. Scotto, & in Florentina Quartæ
Funeralis 1. Decembris 1704. §. Secundo, coram Mo-
lines.

Et quamvis etiam regula ſit, quòd actus geſti gra- 12
tuitò, & ex quadam conniventia, non ſint habendi
in conſideratione Rot. cor. Mantic. dec. 344. numer. 10.
& deciſ. 483. numer. 10. part. 5. tom. 2. rec. nihilomi-
nus hujuſmodi prætenſio; quòd Præcedentia conceſ-
ſa fuerit ex tolerantia, & quodammodo precariò,
non impediti, quominùs donec diſcutiatur, an tales 13
actus ex dicto motivo proceſſerint, Poſſeſſor obtineat
manutentionem. Rot. cor. Bich. dec. 522. n. 5. & in Tar-
raconen. Juris punctandi ſuper manutentione 26. Februa-
rii 1703. §. Idem, cor. Omana, & in Geruden. Manu-
tentionis 18. Junii 1703. §. fin. cor. eod. Quinimmò,
attenta multiplicitate actuum per longum tempus con-
tinuatorum, remanet excluſa præſumptio, quòd
iidem geſti fuerint precario, quia gratia, ſeu facul- 14
tas continuata abſque interruptione non præſumatur
Poſth. de Manut. obſervat. 57. numer. 20. Rot. cor. Bich.
dec. 522. numer. 19. & dec. 543. numer. 10. & in dict.
Tarraconen. §. Idem quoque, cor. Omana, & in Mo-
nopolitana Præeminentiarum ſuper manutentione 26. Ju-
nii 1705. §. Nec dicatur, cor. Molines, ubi, quòd
ad excludendam præſumptionem, quod actus geſti
fuerint ex gratia, ſeu precariò, ſufficit, quòd 15
iidem continuati fuerint, per ſpatium decem an-
norum.

Quòd ſi conſuetudo circa Præcedentiam adverſare-
tur diſpoſitis per Cæremoniale Romanum, juſſu
Clem. VIII. editum, ac ſpeciali Conſtitutione confir-
matum, attamen ſi adeſſet imemorabilis, ſeu centena-
ria, illa attendenda foret, cum per idem Cæremo-
niale virtus immemorabilis, ſeu centenariæ ſublata non
intelligatur, ſed tantummodo conſuetudines, mino- 16
ris temporis præſidio vallatæ. Pignattell. conſult. 18.
n. 12. tom. 3. Rot. cor. Dunozett. Sen. dec. 198. num. 3. cor.
Coccin. dec. 1620. Morel. dec. 109. n. 1. & in d. Colonien.
Præcedentiæ 22. Martii 1697. §. Conſuetudinis, cor. Muto
impreſſa poſt De Luc. ad Mat. Juriſd. dec. 28. Sicuti ne-
que abrogat Statuta, ſeu Ritualia particularia Ec-
cleſiarum, quæ ſunt in viridi obſervantia, ut teſtan-
tur Barboſ. dec. Apoſt. 79. num. 7. Rot. cor. Dunozett. Jun.
deciſ. 855. num. 11. & ſeqq. & in rec. dec. 102. num. 15.
part. 10. & in d. Colonien. §. Ex ipſo, de anno 1696. 17
& in Confirmatoria anni ſubſequentis, d. §. Conſuetu-
dinis.

Pro hujus materiæ majori elucidatione advertendum
eſt, quòd licèt in tranſactionibus, etiam ſuper Juri-
ribus Eccleſiaſticis, & incorporalibus (cum tranſactio
ſit ſpecies alienationis) requiratur Beneplacitum A- 18
poſtolicum, etiam ſi agatur inter duas Eccleſias: Rot.
in recen. dec. 24. nu. 17. & ſeqq. part. 10., & cor. Ottob.
dec. 159. & 220. cum aliis apud Card. de Luc. de Alien.,
& Contr. prohib. diſc. 17. num. 2., attamen concordia
inita inter Perſonas Eccleſiaſticas ſuper Præceden-
tiis, ſeu modo procedendi in Proceſſionibus, non ca-
dit ſub prohibitione Extravagantis Paulinæ. Rot. cor. 19
Seraph. dec. 36., & cor. Dunozett. Sen. dec. 168. Sicuti
quoties concordia inita eſt ſuper Decimis, Funerali-
bus, ſeu aliis Juribus Parochialibus, ut Text. in c. 20
1., & fin. de pact. in 6. Rot. dec. 270. part. 4. rec. de-
ciſ. 402. num. 1. & ſeqq. part. 5. dec. 162. nu. 2., & de-
ciſ. 218. num. 3. part. 7., quamvis neceſſaria ſit au-
thoritas, & confirmatio Epiſcopi, cum præcedenti 21
cauſæ cognitione, ut declarat de Luc. d. diſc. 17. n. 5.
& Rot. d. dec. 270. part. 4. rec. aliàs tranſactio eſt nul-
la, ut in terminis tranſactionis initæ inter Capitulum,
& Communitatem Beneficiatorum, reſpondit Rot. de-
ciſ. 755. num. 2. in fin. part. 2. rec. per Text. in cap. 2.,
ubi DD. Extr. de tranſact., & de tranſactione inita 22
inter duas Eccleſias, Urceol. de Tranſact. quæſt. 32.
nu. 6.

Google

n. 6. Rot. dec. 581. n. 7. part. 5., & dec. 190. n. 11. part. 7. & dec. 336. n. 6. part. 10. rec.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De Canonicorum Præcedentia, illorumque origine, & antiquitate, inſtituto, ac ratione vivendi unà cum Epiſcopo communi menſa, ac de conſilio Canonicorum, quo Epiſcopi in adminiſtratione Eccleſiæ utebantur.

SUMMARIUM.

1 *Canonici ſunt præferendi Capellanis.*
2 *Canonicis novæ Collegiatæ debetur Præcedentia ſupra Plebanos, & Rectores, ad inſtar Canonicorum antiquarum Collegiatarum.*
3 *Canonicorum Præcedentia deducitur ex eorum antiquitate.*
4 *In principio Eccleſiæ omnia erant communia, ac duo erant, prout modò, Chriſtianorum genera, Clericorum, & Laicorum.*
5 *Aliqui ex Laicis profecti ſunt ad habitandas ſylvas, dictique ſunt Monachi.*
6 *Eccleſiæ gubernabantur conſilio Clericorum.*
7 *Quid ſit Diœceſis.*
Epiſcopi ſubrogati fuerunt loco Apoſtolorum ibid.
8 *Creſcente numero Clericorum, peritiores ex eis eligebantur ab Epiſcopis, tamquam Collaterales, & communi menſa, & habitatione utebantur.*
9 *Ab Epiſcopis fuerunt inſtituta Clericorum Collegia, qui in Domo, Canonica nuncapata, communiter vivebant, & Divinas laudes in Eccleſia perſolvebant.*
10 *Dicti Clerici ab Epiſcopo victum, & veſtitum recipiebant, nullaſque Præbendas habebant.*
11 *Fuerunt appellati Canonici, ut ab aliis Clericis diſcernerentur.*
12 *Unus ex eis conſtituebatur Decanus, qui vice Epiſcopi præſidebat.*
13 *Nomen Abbatis convenit propriè capiti Monachorum.*
14 *Deinde hoc nomen aſſumptum fuit à prima Dignitate Eccleſiæ ſecularis.*
15 *Dionyſius Papa diviſit Diœceſes per Parochias.*
16 *Nomen Parochi, à quo derivet, & quale ſit ejus officium.*
17 *Canonici noſtrorum temporum, licèt communi habitatione, & menſa non utantur, attamen in aliqua parte conſervant regulas antiquorum.*
18 *Faciunt unum corpus cum ſuo Capite, cujus authoritas modò eſt tantùm fraterna, & charitativa.*
19 *Epiſcopus poteſt cogere Canonicos ad habitandum in loco apto ad munus ſuum præſtandum.*
20 *Canonici præferuntur cæteris Clericis, tanquam perſeverantes in majori bono.*
21 *Canonici nuncupati fuerunt Eccleſiæ militantis Angeli.*
22 *Dicuntur habere officium publicum, & continuum.*

TITULUS II.

UT autem ad noſtrum inſtitutum deveniamus,
incipiendo à quæſtione illa, An Canonici ſint
1 præferendi Capellanis, dico hoc eſſe clarum, &
dubitatione indignum, & propterea nullus, quem
viderim Scriptorum, id in concertationem ponit,
& meritò; nam in his, quæ trita ſunt, ſuperfluum
eſt laborare, ut dixit *Abb. in cap. ſi diligenti, de for. comp.* Diſcuſſione olim opus fuit; numquid Canonici nuper erectæ Collegiatæ ſecularis in Civitate
Bononien. deberent præcedere Plebanos, & Rectores ejuſdem Civitatis? & concluſum fuit à *Rota Rom.*
dictos Canonicos eſſe anteferendos tam de jure, quàm
de conſuetudine, cum expreſſa declaratione, hanc prærogativam eis abſolutè competere in omnibus locis, &
conventibus publicis, & privatis, ad inſtar Canoni-
2 corum aliarum Collegiatarum: ita referunt *Seraph. part. 2. dec. 1225. Ricc. collec. 1069. part. 3.* Eandem deciſionem in alia ſimili Cauſa canonizavit *Rot. apud Burrat. dec. 488. num. 2.* & ſic ſervandum apud nos pluriès aſſerere non dubitavi. Quod ut evidentiùs appareat, ſequentia pono enunciata, in quibus aliæ Canonicales prærogativæ pariter controverſæ connectuntur, & laconicè diſſolvuntur:

Canonicorum Præcedentia deducitur ex eorum an-
tiquitate, majorique perſeverantia in bono, quibus 3
multum defertur, ut paſſim tradunt Doctores. Et pro
clariori notitia opus eſt advertere, quòd in principio
naſcentis Eccleſiæ omnes, qui Chriſtianam amplexabantur Fidem, propria bona vendebant, pretiumque ad Apoſtolorum pedes ponebant, ut omnia eſſent ſimul communia, ut videre eſt in *Act. Apoſt. cap. 4.* & habetur: *in cap. futuram, cap. dilectiſſimis 12. quæſt. 1.* & notant *Turrecr. in cap. ſint ead. cauſ. quæſt. 1. & Card. Tolet. ſuæ Inſtruct. lib. 5. cap. 76. n. 2.* quæ communio brevi permanſit, teſte *Valen. tom. 3. diſp. 10. quæſt. 3. part. 7.* magis enim expedire viſum fuit, ut loco pretii, prædia, & bona ſtabilia Epiſcopis traderentur, qui de eorum fructibus neceſſaria Fidelibus miniſtrarent; *cap. Videntes 12. quæſt. 5. cap. Decimæ, ibid. Abb. in cap. 1. de privileg. Laym.*
Mor. lib. 4. tract. 2. cap. 2. & Pat. dec. 361. numer. 4
5. lib. 5. Duo tunc temporis erant, prout modò ſunt,
Chriſtianorum genera, alterum erat mancipatum Divino muneri, hique omnes aliquo Eccleſiaſtico ordine gaudebant, & dicebantur Clerici, hoc eſt in ſortem Domini vocati, *cap. ſi ſententia, de ſent. excomm. lib. 6. Archid. in cap. quod 6. diſt. n. 1.* undè Simoni Mago dictum fuit *Act. cap. 8. non eſt tibi ſors in ſermone iſto.*

Alterum genus erat eorum, qui appellabantur Laici, à Græco vocabulo, quod Latinè dicitur popularis *cap. duo 12. quæſt. 1. gloſ. in cap. 2. de hæret. in 6.* Hi à communi vita cum Clericis defecerunt tempore Sylveſtri Papæ primi, ac ſeparatim habitare ceperunt, propria bona retinendo. *Barb. in cap. quia tua 12. quæſt. 1. n. 9. & Marſil. ubi ſupra cap. 5.*

Non multò poſt nonnulli ex ipſis Laicis arctiorem
vitam eligendo, profecti ſunt ad habitandas ſylvas,
nè populari acceſſu eorum devotio impediretur, qui 5
dicti ſunt Monachi, hoc eſt; ſolitarii. *cap. ſi cupis 16. quæſt. 1.*

Et quia de communi Clericorum conſilio Eccleſiæ
gubernabantur, melius judicatum fuit ſtatuere, (prout 6
decretum fuit,) ut unus ex Præsbyteris majoribus
per partes crearetur Epiſcopus, ideſt Superintendens, ad quem cura ſuæ Diœceſis ſpectaret. *cap. legimus 93. d. cap. Epiſcopi. diſt. 80.*

Diœceſis nil aliud eſt, quàm diviſio, indè Epiſcopus dicitur Diœceſanus *cap. cum olim, de præſcript.*
tuncque Diœceſis tota pro una Parochia accipieba-
tur. *cap. Apoſtolica. de donat.* & habetur *in diſt. 80.* 7
per tot. Atque præfati Epiſcopi ſubrogati fuerunt loco Apoſtolorum; ut recenſet *Barb. in cap. in novo. diſt. 21.*

Creſcente in dies Religione Chriſtiana, crevit & numerus Clericorum; & quidam ex his non ſatis periti, Sacerdotali ordine initiabantur, unde Epiſcopi, matura deliberatione, è Hierarchia Eccleſiaſtica, magis peritos ſelegerunt, qui, ut Collaterales, cum eodem Antiſtite in Cathedrali reſiderent,
parati ad omne munus Eccleſiæ, ab Epiſcopo deman- 8
dandum, ubi communi habitatione, ac menſa utentes, Divina Officia cum magno devotionis fervore ſimul explebant. *cap. omnibus. de conſecr. diſt. 5. Anchar. in cap. quoniam, num. 2. de vit. & hon. Cler.* Sed quia ſub gubernio Epiſcopi plures conſiſtebant Eccleſiæ, pluribus conſequenter indigebant Operariis. Quam ob rem eodem inſtanti ab Epiſcopis peracta fuit altera electio de Clericis Doctoribus, qui pariter eſſent Operarii, & Conſiliarii Epiſcopalis ſollicitudinis.

Ex iiſdem Clericis peritioribus alia Collegia in Civitate, & Locis inſignibus Diœceſis fuerunt ab Epiſcopo inſtituta, & hi in certa Domo, nuncupata Canonica, cibum ſumebant, dormiebant, Divinaſque
laudes in Eccleſiæ Choro unanimiter perſolvebant. *cap.* 9
Præter. diſt. 32. cap. In omnibus. de conſecr. diſt. 5. Monact. de Diſtrib. 6. part. 1. quæſt. 5. n. 17. Spond. in Annal.

Baron. anno 1063. Ipſimet ſelecti Clerici, tam Cathe-
dralium, quàm Collegiatarum, erant abſque Præben-
dis, ut notant *Innoc. in cap. ult. de Cler. non reſid.* &
Abb. in cap. cum M. de conſt. & recipiebant ab Epi-
10 ſcopo alimenta, & de uno ærario veſtimenta. *Mo-
net. ubi ſupra. Brancat. in Epiſt. V. Canonici quo ad vi-
ctum*.

Statimque appellati fuerunt Canonici. *Spond. ubi
ſupra*, quo nomine ab aliis Clericis diſcernebantur.
11 *Azor. par. 1. lib. 12. cap. 22. quæſt. 2. & Comit. lib. 1.
quæſt.* 61. Reſidente Epiſcopo apud Cathedralem,
unus ex memoratis Canonicis reſpectivè conſtitueba-
tur Prior, ſive Præpoſitus, aut Decanus in Colle-
giatis Eccleſiis, ubi vice Epiſcopi præſidebant, &
12 imperabant Canonicis, habentes authoritatem deſpo-
ticam, & judicialem. *Molan. de Canon. lib. 2. cap. 2.*

Abbas, ejus origine attenta, erat proprium no-
men Capitis Monachorum, quorum ſupra memini-
mus. *Campanil. rub. 7. cap. 6. n. 92.* Abbas idem ſonat,
13 quod Pater. *Urſell. lib. c.* & Abbatia, Paternitas.
Conc. Meld. cap. 10. ejuſque officium tantummodo erat
onus, miniſterium, & ſolicitudo ſuper Monachos.
*cap. fin. de renunc. Panorm. in cap. tuam num. 3. de
ætat. & qualit. Paſqual. dec. 25. numer.* 4. Poſteacre-
vit in nomen Prælaturæ, & Dignitatis Regularis. *cap.
2. de Judic. Rodriquez. qq. reg. tom. 1. quæſt. 15. art.
5.* & fusè docet *Moſcon. de Maieſt. Milit. Eccleſ. lib. 1.
cap. 9. per tot.* Deindè hoc nomine denominata fuit
quævis Eccleſiæ Collegiatæ ſecularis prima Digni-
14 tas. *Marc. Mant. de Conc. §. Statim, n. 151. Molan. de
Canon. cap. 5., & Ciarl. contr. for. part. 2. cap. 120. n. 57.*
ubi dicit, hoc nomen Abbatis competere omnibus
Collegiatarum Præpoſitis, ſive Decanis, aut Prio-
ribus; ſiquidem differentiæ vis non conſiſtit in nomi-
ne, nec attenditur quomodo vocentur, ſed conſide-
ratur poteſtas, nempè, an habeant juriſdictionem,
qua olim gaudebant in Canonicos ſeculares: qui,
ut diximus, cum ſuo Capite in communi Domo vi-
vebant in primordiis eorum Inſtitutionis, quamvis
cœteri de Clero deſierint vivere de eleemoſynis, hi-
ſque permiſſum fuerit vitam communem deſerere,
in propriis ædibus commorari, & bona patrimonialia
poſſidere *cap. certo. 12. Marcheſ. part. 3. §. 1. de Commiſſ.
15 admiſſ.* Decurſu temporis, cum magis augeretur,
fidelis Populus, à Dionyſio Papa diviſa fuit Diæceſis
per Parochias. *Gloſ. in cap. 1. diſt.* 90. quæ commiſſæ
fuerunt pro adminiſtrandis Sacramentis aliquibus Pres-
16 byteris, qui dicti ſunt Parochi à Parochia, idem de-
notante, quod partitio curæ populi: *Archid. in cap. Ec-
cleſias 13. quæſt.* 3. & ab aliis appellati fuerunt Recto-
res, à regendis Eccleſiis, & animabus, ſibi concre-
ditis. 13. *quæſt. 1. cap. 1. & Extra tot. tit. de paroch.* Hi
Parochi, ſive Rectores, deſumpti fuere ab Epiſcopo,
ex illis Presbyteris, quibus communionem vitæ cum
Canonicis ſervare non placuit; ut poſt alios obſervat
Carol. Baſſ. de Can. c. 18. pag. 155. Atque cuilibet Pa-
rocho aſſignati ſunt redditus de præfatis bonis, &
oblationibus, ut ſupra porrectis: *Rodoan. de Spol. quæſt.
3. n. 26. & Cevall. contr. quæſt. 388. n. 27.*

Canonici, ut ſuperiùs prælibavimus, antiquitatis
tenaciſſimi, in prima communione perſeverarunt:
quamvis noſtræ ætatis Canonici communi menſa ut
plurimum non utantur, ſed ſingulis pro victu, & ve-
ſtitu propria aſſignetur Præbenda, ac quiſque in
paterna domo inhabitet, ſuadente hanc relaxatio-
nem temporum varietate; ut innuunt *Abb. in capit.
Accedentes num. 5. de præſcript. & Francol. de Hor.
Can. cap. 24. n. 23.* nihilominus quoddam primitivæ
Eccleſiæ inſtitutum præſeferunt, ut inquit *Conc. Co-
lon. cap.* 4. atque regulas priſcorum Patrum, à qui-
17 bus continuatam originem traxerunt, in majori par-
te conſervant, quotidie convenientes in Eccleſiam ad
Divina Officia perſolvenda. *Clleg. Bonon. conſ. 1. n.
42.* & exiſtentes uniti ad tractanda, & ſervanda
ſui Capituli jura, dicuntur in unum habitare, li-
cèt in ædibus ſeparatis, & diſperſia conſiſtant. *Dani.
l. c. V. habitare*: Et faciunt unum corpus cum ſuo
Capite, cujus auctoritas modò eſt tantùm frater-
na, & charitativa, ſive ſimul inhabitent, ſive non.
18 *Gloſ. in l. 3. §. à municipibus ff. de bonorum poſſeſ. &
Nic. Beſ. de Jur. Univ. cap. 2. n. 55.*

Præterea, ſi ad præſens Canonici ab eorum Eccle-
ſia longè habitatione diſtarent, ideoque Eccleſia in
Divinis pareretur, ab Epiſcopo eſſent compellendi,
ut in loco apto ad munus ſuum præſtandum habitarent.
*Compoſt. in cap. Quoniam, num. 1. de vit. & hon. Cler.
Abb. ibid. n.* 2. Nec tali caſu ab Epiſcopo habenda eſt 19
ratio commoditatis Canonicorum, quia magis provi-
dendum eſt Eccleſiæ, quàm perſonæ, ut benè *Guido
Papa in Rubr. nè Sed. vac. n. 4.*

Cum autem ex præmiſſis liquidò appareat, non
Canonicos, ſed alios Clericos, antiqua, & bona in-
ſtituta deſeruiſſe, meritò hi poſtponuntur Canoni-
cis: Tum quia Canonici, uti perſeverantes in ma-
jori bono, debent eſſe melioris conditionis: *cap. ſi* 20
*ex bono, de pœnit. diſt. 4. Imol. & Boich. ſupra cap. Inſti-
tuimus, de major. & obed.* inter omnes enim Chriſtianæ
Reipublicæ functiones Divinus cultus apicem tenet:
& propterea nonnulli, ut magis Canonicos nobili-
tarent, eoſdem Eccleſiæ militantis Angelos nuncu- 21
parunt; & non immeritò, cum imitentur in terris
Cœleſtis militiæ Choros: Tum quia Canonici dicun-
tur habere officium publicum, & continuum, ut
oſtendunt *Socin. in cap. Sacris n. 63. de ſent. excom. &* 22
Abb. in cap. Cum non liceat, not. 3. de præſcript. At-
que uti in prolixiore labore verſantes, plus ſunt ho-
norandi: Ita *arg. l. Nemo, C. de Offi. Mag.* docent,
*Gloſ. in cap. fin. diſt. 17. in cap. Dilectus de elect. Pa-
riſ. conſ. 36. part. 4. Colleg. Bonon. l. c. num.* 15. Eccle-
ſia magis colit Laurentium Diaconum, quàm Six-
tum Summ. Pontiſ. quia illius martyrium plurimum
eluxit.

A R G U M E N T U M.

De origine Canonicorum, eorumque veteribus inſti-
tutis, & vita. Qualiter ab initio fundatæ fuerint
Præbendæ; & de earum ſimultanea collatione in-
ter Epiſcopum, & Capitulum. An, & quando
eadem collatio ſimultanea poſſit dividi in turnum,
ſive alternativam; & qui ſint ejus effectus? Qua-
liter facienda ſit proviſio dictarum Præbendarum
in Eccleſiis Collegiatis.

S U M M A R I U M.

1 *Canonicis olim Juriſdictionem ſimultaneam cum Epi-
ſcopo habebant in adminiſtratione Eccleſiæ, & Diæ-
ceſis*, & n. 2. & 3.

4 *Hæc tamen ſimultanea Juriſdictio ſucceſſivis tempori-
bus fuit ſublata, atque Epiſcopis omnis auctoritas
translata*, & n. 7.

5 *Nonnulla graviora negotia tenetur Epiſcopus etiam
nunc expedire cum conſilio, & etiam conſenſu Ca-
pituli.* Declara n. 6.

8 *Communes antiquitùs erant reditus, ac proventus Epi-
ſcopi, & Capituli, itemque victus ad inſtar Ob-
ſervantiæ Regularis*, & num. 9.

10 *Canonici habitabant in loco contiguo Palatio Epi-
ſcopi.*

11 *De anno 1553. in communi, & ad formam dictæ
Regularis Obſervantiæ vivebant Canonici Cathe-
dralis Piſtorienſis.*

12 *Probibitum erat antiquitus, non tam Epiſcopis: quàm
inferioribus Clericis, de una ad aliam Eccleſiam
tranſire*, & n. 13.

14 *Ita pariter Sodalitium, & Collegium deſerere, &
multò magis Canonicatui renunciare.*

15 *Communis Maſſa redditaum Epiſcopi, & Capituli,
poſt aliquod tempus diviſa fuit inter utrumque, &
ſingulis de Capitulo aſſignata portio bonorum, par-
ticulariter adminiſtranda, quæ Præbenda fuit ap-
pellata.*

16 *Ex dicta autem primordiali communione redditaum
Epiſcopi, & Capituli, exorta eſt ſimultanea Collatio
Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſiæ Cathe-
dralis.*

17 *Ita tamen, ut tam penes Epiſcopum, quàm Capitu-
lum, inſolidum remaneret Jus Collationis.*

18 *Poteſt autem eadem Collatio pertinere, vel ad ſolum
Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum.*

19 *Ad ſolum Capitulum ſpectare poſſet, ſi conſtaret*
ex il-

Google

ex illius peculiari Maſſa erectas eſſe dictas Præbendas, ſeu Canonicatus, vel adeſſet immemorabilis obſervantia, vel centenaria, immò ſolus lapſus quadragenariæ, & n. 20. & 21.

22 *Neque eſt neceſſarium titulum deducere. Contrarium, quòd ſaltem requiratur, titulus putativus* n. 23.

24 *Et ita in praxi, & Curia receptum eſt.*

25 *Capitula Cathedralium quoad Collationem Præbendarum, in iis exiſtentium, reputantur Ordinarii Collatores.*

26 *Proviſio dictarum Prebeadarum, facta à Capitulo per viam Collationis, ad ſui perfectionem non expectat auctoritatem Ordinarii.*

27 *Ad differentiam proviſionum, quæ per viam electionis ſeu præſentationis fiunt*, & num. 28

29 *Jus Collationis vigore ſimultaneæ, adeò dicitur reſidere inſolidum, tam penes Epiſcopum, quàm penes Capitulum, ut ſi in eamdem perſonam non concurrant, neuter actus ſuſtinetur, & pro illa vice Collatio ad Pontificem devolvitur*, & n. 32.

30 *Validè tamen ab utroque ſeorſim explicatur.*

31 *Epiſcopo, vel Capitulo, intra legitima tempora non conferente, vel conferente invalidè, totum Jus Collationis in altero conſolidatur.*

33 *Proviſus à Capitulo habet titulum ab habente poteſtatem inſtituendi.*

34 *Quando Epiſcopus obtinuit à Sede Apoſtolica facultatem conferendi Beneficia, etiam in menſibus reſervatis, an hujuſmodi Indultum extendatur etiam ad Capitulum, reſpectu tamen Beneficiorum ſimultaneæ Collationis, propter Jus connexum utriuſque, declaratur.*

35 *Sede Epiſcopali vacante, totum Jus conferendi conſolidatur in Capitulo, & tunc tamquam unicus, & ſolus Collator confert. Amplia* n. 39.

36 *Propter Excommunicationem, Interdictum; vel aliud ſimile impedimentum, Epiſcopo, vel Capitulo non conferente, ſola Collatio alterius non impediti ſuſtinetur.*

37 *In quibus caſibus tam Epiſcopus, quàm Capitulum, non conferunt Jure devoluto, ſed Jure proprio, ſive Epiſcopus intervenerit in Collatione tanquam Epiſcopus, vel tanquam Canonicus.*

38 *Sive etiam Capitulum conferre debeat, non ſimultaneè cum Epiſcopo, ſed tantùm cum ejus conſenſu.*

40 *Mortuo Epiſcopo, & interim ante promotionem Succeſſoris, vacante Canonicatu ſimultaneæ Collationis, ad ſolum Capitulum ſpectat Collatio.*

41 *Si Collatio Canonicatus, in quo ad mentem S. C. Trid. erecta fuerit Pœnitentiaria, ex fundatione ad Epiſcopum, & Capitulum conjunctim ſpectet, Jus Capituli cenſetur præſervatum per idem S. C. Trid. ita ut poſſit Præbendam conferre perſonæ ab Epiſcopo prælectæ*...

42 *Diviſio ſimultanea non poteſt fieri, niſi de conſenſu Epiſcopi ſimul, & Capituli, ita ut uno ex eis reluctante, ad diviſionem deveniri non poſſit.*

43 *Nemo cogitur in ſocietate invitus permanere.*

44 *Et hæc regula procedit etiam circa materias Spirituales, & Eccleſiaſticas.*

45 *Tranſlato Epiſcopo ad alium Epiſcopatum, ſtatim fit conſolidatio totius Juris conferendi in Capitulo, etiam ante notitiam tranſlationis factæ in Conciſtorio* & n. 46. & 47.

48 *Secuta pariter in Conciſtorio Epiſcopi depoſitione, ſtatim remanet irritum quicquid per ipſum geſtum fuerit.*

49 *Poſſunt Epiſcopi, ante notitiam tranſlationis ad aliam Eccleſiam, exercere ea, quæ pertinent ad ordinariam Juriſdictionem.*

50 *Non poſſunt tamen Beneficia conferre, cum eorum Collatio non ſit de Juriſdictionalibus, ſed connumeretur inter fructus*, & n. 51.

52 *Valet argumentum à fructibus ad Collationem.*

53 *Collatio, facta ab exiſtente in Turno, habetur ac ſi ab utroque expleta fuiſſet*, & num. 54.

55 *Per obitum Epiſcopi in Turno exiſtentis, Collatio plenè pertinet ad Capitulum per viam Juris non decreſcendi, nec intrant in ejus præjudicium regulæ reſervatoriæ, & tunc confert, tanquam proprius, & ordinarius Collator*, & n. 57.

56 *Amplia, vacante tam Sede Epiſcopali, quàm Apoſtolica.*

58 *Non poteſt Epiſcopus, vigore alternativæ obtentæ à S. Apoſtolica, conferre Beneficia, quæ ſunt ad nominationem Capituli.*

59 *Vel ſunt Collationis ſimultaneæ inter Capitulum, & Epiſcopum.*

60 *Diviſa tamen Collatione per Turnum, proviſio facienda cadit ſub dicta alternativa.*

61 *Si Epiſcopus, vel Capitulum, in ſuo Turno exiſtens, conferat ex cauſa permutationis, ſuum Turnum conſumit, non minùs ac ſi liberè contuliſſet.*

62 *Non poteſt tamen Capitulum tunc validè permutationem admittere, niſi interveniat auctoritas Ordinarii.*

63 *Si fiat permutatio Canonicatus liberæ Collationis Capituli in ſuo Turno exiſtentis, cum Beneficio, ad liberam Collationem Epiſcopi pertinente, tunc uterque explere debet actum Collationis.*

64 *Ad Capitulum ſpectat admittere reſignationem, vel liberam dimiſſionem Beneficii, cujus Collatio ad ipſum ſpectat.*

65 *Quando ob delictum, ſeu aliam quamcunque cauſam locus eſt privationi, & ſimultanea non ſit diviſa, tam Epiſcopus, quàm Capitulum ad actum privationis concurrere debent.*

66 *Turnus non dicitur conſumptus ante acceptationem Proviſi.*

67 *Si is, ad quem ſpectat Collatio, permittat alterum non exiſtentem in Turno conferre, idem Turnus dicitur eſſe conſumptus*, & n. 68.

69 *Secus ſi Collatio facta fuiſſet bona fide, & cum probabili Juris opinione.*

70 *Capitulum conferens Canonicatum per obitum Epiſcopi, in Turno exiſtentis, non conſumit ſuum Turnum; ſecus ſi ipſumet Capitulum in Turno exiſtat.*

71 *Concordia ſuper Alternativa, inita ſub certis conditionibus, eſt omnino ſervanda, alias proviſio eſt nulla.*

72 *Etiamſi non adeſſet decretum annullativum.*

73 *Diviſa Collatione per Turnum, ad Capitulum ſpectante inter ipſoſmet Capitulares per menſes, vel hebdomadas, vel alio modo, an hujuſmodi Collatio poſſit pertinere ad Canonicum, in ſacris non exiſtentem, ideoque vocem in Capitulo non habentem*, & num. 74.

75 *Canonico in Turno exiſtente, & in termino ſibi à Conſtitutionibus præfinito negligente conferre, vel nominare, non ſubintrat in ejus locum alius Canonicus ſucceſſor in menſe, vel hebdomada, ſed ipſum Capitulum.*

76 *Proviſio Præbendarum in Eccleſiis Collegiatis regulariter facienda eſt ad electionem illius Collegii.* Limita n. 77. & 78.

79 *In impetratione Beneficiorum, ſeu Canonicatuum, quæ ſunt ad electionem Capituli, ſi reticita fuerit qualitas electiva, Gratia redditur nulla, & ſubreptitia.*

ANIMADVERSIONES.

A Primis ferè adoleſcentis Eccleſiæ temporibus Canonicorum inſtitutum cepit. Erant enim, qui poſtea nuncupati fuerunt Canonici; nonnulli ex clericali ordine Preſbyteri, & Diaconi, ætate, prudentia, ac Sacrarum rerum peritia cæteris præſtantiores, qui quoddam conſtituebant Collegium, quod demum Capituli nomen ſortitum fuit, ac in partem ſolicitudinis Paſtoralis ab Epiſcopo adſciti, & vocati, una cum ipſo, Eccleſiæ Cathedralis, 1
& Diœceſis negotia adminiſtrabant, & Clericorum inferioris ordinis diſciplinæ, ac reliqui Populi præſidebant, Cauſaſque, præſertim graves, cum eodem Epiſcopo definiebant, ut ex pluribus veteribus monumentis latiſſimè comprobat eruditiſſimus. *Thomaſin. in ſua Vet. & Nov. Eccleſiæ diſcipl. de Benef. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *ferè per tot.* adeout Epiſcopi ſententia, ſine Canonicorum ſuorum præſentia, & con- 2
ſenſu prolata, irrita remaneret, ut definitum fuit in *Concil. Cartag.* 4. *Can.* 23. Cujus, ſimultaneæ quodammodo Juriſdictionis Collegii Canonicorum

cum Epiſcopo, pro moderandis Eccleſiæ gubernacu-
lis, extant etiam in jure nonnulla veſtigia, & præ-
ſertim *in cap. novit, de his, quæ fiunt à Prælat, ſine*
3 *conſenſu Capit., & cap. ex quanto. eodem tit.*; licèt
paulatim immutata Eccleſiaſtica diſciplina, ſucceſſi-
vis temporibus forſan parum conveniens pro recta,
ac pacifica Eccleſiarum adminiſtratione, viſa fuerit
hujuſmodi ſimultanea Juriſdictio, & ob id ſumma
rerum gerendarum authoritas in Epiſcopos translata
4 fuit, ut etiam nuperrimè definivit *Sacrum Concilium Tri-
dentinum ſeſſ. 25. cap. 6. de reformat.* & dixit *Rot. in
Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §.
Licet, cor. dell' Olmo, & in Aſtoricen. Præeminentia-
rum 2. Junii 1704. §. Obſiſtit, cor. R. P. D. meo Anſaldo*;
ita ut (præſcidendo à quibuſdam gravioribus nego-
5 tiis, quæ etiam nunc tenetur Epiſcopus dum conſi-
lio, & etiam cum conſenſu Capituli expedire: *cap.
dilect. de majorit. & obedient. Lap. alleg. 48. ſub num. 8.
Felin. in cap. edoceri a. 3. de reſcript.* non ad integran-
dam Epiſcopi perſonam, ſed propter intereſſe, quòd
6 Capitulum habere dignoſcitur circa ſtatum Eccleſiæ,
*Felin. ibidem ſub d. nu. 3. Rot. cor. Millino deciſ. 343.
num. 2. & ſeqq.*) in cæteris Epiſcopi, privativè quo-
ad Capitula Cathedralium, miſtum, & merum im-
7 perium in ſubditos liberè exerceant, omniaque defi-
niant *ad Text. in cap. de Zenodochiis, & cap. cum ve-
nerabilis. de relig. domibus, & cap. cum Epiſcopus de
off. Ordinar. in 6. Gloſſ. in Clement. 1. in V. aut earum
parte. de for. competen. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. §.
2. proœmiali n. 35. Campanil diverſ. Jur. Can. rub. 11.
cap. 33. num. 151. Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſcopi alle-
gat. 80. num. 1. & ſeqq. Caputaquen. deciſ. 5. cum aliis
cor. Carill. deciſ. 58. n. 1.*

Communes erant antiquitus Eccleſiæ redditus, ac
proventus, Epiſcopi, & Capituli, itemque commu-
8 nis victus, cujus rei præclarum teſtimonium extat
in *Concil. Turonen. 3. can. 23.* celebrato anno Salutis
Dom. 813. teſte *Thomaſin. d. lib. 3. cap. 9. §. 7.* ubi hæc
habentur = *Canonici, & Clerici Civitatum, qui in Epiſ-
copiis converſantur, conſideravimus, ut in Clauſtris ha-
bitantes, ſimul omnes in uno Dormitorio dormiant, ſi-
mulque in uno reficiantur Refectorio, quo faciliùs poſſint
ad Horas Canonicas celebrandas occurrere, ac de vita,
& converſatione ſua admoneri, & doceri, victum, ac
veſtimentum juxta facultates Epiſcopi accipiant*, ac item
in *Concilio Meldonenſe* ſub Carolo Calvo celebrato
anno Domini 845. ubi in *Can. 53.* ſtatuitur, ut *Ca-
nonici in Civitate, vel Monaſteriis, ſicut conſtitutum eſt,
in Dormitorio dormiant, & in Refectorio commedant,
& tam ſani, quàm infirmi canonicè veſtiantur, atque in
Clauſtris horis congruis degant, & ſub cuſtodia Canonica
lectionibus, & cæteris Divinæ inſtitutionis inſiſtant officiis* =
9 Ex quo infert idem *Thomaſin. in d. §. 9.* Canonicorum
Cathedralium vitam, & diſciplinam perindè eſſe
ac Regularem, & ad Canonum normam accomoda-
tam.

Locus, in quo degebant Canonici Cathedralis,
10 erat continguus, ſeu ſaltem valdè vicinus Palatio
Epiſcopali, cum hoc neceſſe eſſet ut poſſet Epiſco-
pus eandem vitam vivere, & frequentare Regularem
ſocietatem cum ſuis Canonicis, ut præcœteris depro-
mitur *ex Concil. Pontigonen. de anno 876. in Can. 8.* relato
per *eumdem Thomaſin. loco proximè citato §. 9.* ib. *Ut
Epiſcopi in Civitatibus ſuis proximum Eccleſiæ ſuæ Clau-
ſtrum inſtituant, in quo ipſi cum Clero ſecundum Cano-
nicam Regulam Deo militent* =, aliaque ſimilia refert
teſtimonia hujus veritatis idem *Thomaſin. in d. cap. 9.
§. 11. ad fin.* ex quibus non ſolum comprobatur, quòd
Canonicorum vita, & victus erat communis, & à
Maſſa reddituum Epiſcopi ſubſtentabantur, verùm
etiam, quòd Epiſcopi eorumdem Conſilio in admini-
ſtratione Eccleſiæ utebantur, ac Sede vacante in Ju-
riſdictione Epiſcopali ſuccedebant.

Hujuſmodi autem communis victus, & Regularis
obſervantia viguit, ac floruit in Noſtra Cathedrali
11 Piſtorienſi, in cujus veritatis teſtimonium hic tran-
ſcribendam cenſui confirmationem dictæ Regularis ob-
ſervantiæ, factam ab *Anaſtaſio 4. S. Pont. de anno 1153.*
ſuponentem alias ſimiles confirmationes, editas ab
Alex. 2. Urban. 2. Lucio 2. & Eug. 2. Summ. Pon-
tificibus, cujus Bullæ, ſeu Diplomatis Pontificii
originale aſſervatur in Noſtro Archivio Capitulari.

*Anaſtaſius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis Fi-
liis Præpoſito, & cæteris Piſtorienſis Canonicæ Fratribus,
tam præſentibus, quàm futuris, in recta Regularis vitæ
obſervantia permanſuris in perpetuum.*

*Implenda ſemper ſunt poſtulantium deſideria, quoties il-
la poſcuntur, quæ à ratione non deviant. Ea propter di-
lecti in Domino Filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer
annuimus, & ad exempla Prædeceſſorum noſtrorum b. m.
Alex. Urbani, Lucii, & Eugenii Romanorum Pontificum
obſervantiam Canonicæ vitæ, quam profeſſi eſtis, autho-
ritate noſtri Privilegii communimus. Præſenti igitur de-
creto ſtatuimus, ut nemini viventium liceat vos, & ſuc-
ceſſores veſtros à vita Canonicæ communione diſtrahere,
neve alicui veſtro poſt profeſſionem liberum ſit à Congre-
gatione diſcedere, & laxioris vitæ prærupta ſectari.
Quamobrem decernimus, ut ſi ex vobis quiſpiam à propo-
ſito aberraverit, ad corrigendum eum, & ſecundum di-
ſciplinam Regulæ coercendum, tibi, vel Succeſſoribus
tuis, & cæteris, qui præfuerint, nulla debeat perſona
obſiſtere. Obeunte te, vel Canonicæ veſtræ Rectoribus,
nullus ibi, qualibet ſubreptionis aſtutia, vel violentia præ-
ponatur; niſi quem Regulares Fratres ſecundum Dei ti-
morem, vel de ſuis, ſi talem inter ſe repererint, vel de
alienis, ſi opportuerit, cum conſilio Epiſcopi, qui Cano-
nicè electus, & per Romanam Eccleſiam fuerit ordina-
tus, elegerint.* Sequitur confirmatio Eccleſiarum, &
reddituum Capituli, ac alia ſtatuuntur circa nume-
rum Canonicorum, quæ omittuntur; ſicuti ſubſcri-
ptio Papæ, & Cardinalium. *Datum Lateri per manum
Rolandi S. R. E. P. Card. & Canc. 6. Februarii Ind. 2. In-
carnationis Dominicæ 1153. Pont. verò Domini Anaſtaſii
PP. 4. anno 1.*

Et quoniam in præallata Bulla Anaſtaſii præcipi-
tur, non licere Canonicis poſtquam Eccleſiæ nomen
dederant, ab illa diſcedere, notandum eſt: quòd hoc
valdè conſentaneum eſt antiquæ diſciplinæ, ſecundum
quam non modò Epiſcopis, ſed etiam inferioribus
Clericis vetitum erat de una ad aliam Eccleſiam trans-
ferri, ut ex reſponſo *Greg. Magn. relat. in Can. 122.* 12
cauſ. 1. queſt. 5. ubi ſic decernitur = *quiſquis ſemel
in hac Eccleſia ordinem acceperit, egrediendi ab ea ulte-
riùs licentiam non habeat.*

Exiſtimabant quippè Veteres, non magis dedece- 13
re Clericos Eccleſiam, cui adſcripti erant, deſerere,
quàm viro ſuam conjugem, ut deducitur etiam ex
cap. inter quæ. cap. quantæ, & cap. licet. de traslation.
& potiſſimam Canonicis, nam ſemel cooptati, &
mancipati Eccleſiæ ſervitio, carebant omninò fa-
cultate deſerendi Sodalitium, & Collegium, & mul-
tò minus renunciandi Canonicatui, quinimmò ſe vo- 14
to, ac quadam profeſſione adſtringebant ad perſeve-
rantiam, ut dilucidè eruitur ex eadem Bulla, & eru-
ditè probat *Deſnoſ. de Canon. Secul. & Regular. lib. 2.
cap. 10. per tot.*

Ex memorata autem communi Maſſa reddituum,
Epiſcopi, & Capituli ſubſtentatio pendebat, ut no-
tavit idem *Thomaſin. de cap. 5. n. 8.* ſed ſenſim frige-
ſcente charitatis fervore, & Regulari obſervantia,
eadem Maſſa ex communibus Eccleſiæ redditibus con-
flata, diviſa fuit inter Epiſcopum, & Capitulum, ac
deindè ſingulis de Capitulo, proportionata bono- 15
rum portio in particularem adminiſtrationem conceſ-
ſa fuit, quæ ſub nomine Præbendæ fuit, appellata.
Thomaſ. ubi ſupra cap. 8. §. 5.

Ex hac autem primordiali communione reddituum
profluxit, quòd Collatio Canonicatuum, & Præben-
darum Eccleſiæ Cathedralis, ab Epiſcopo, & Capi- 16
tulo ſimultaneè explenda eſſet, *ad Text. in cap. Poſtu-
laſtis, de conceſſ. Præbend.* & animadvertunt commu-
niter *Canoniſtæ, & Gloſſ. in cap. cum Eccleſia Vulterra-
na, de elect.* & ſignantèr *Fagnan. ibid. num. 11. & ſeqq.
Gonzal. ad Reg. 8. Canc. gloſſ. 45. in prin. num. 36. cum
aliis adductis per Rot. in Fanen. Canonicatuum 5. Maji
1700. §. Quamvis, cor. Eminentiſſ. Caprara*; ità ta-
men, ut tam penes Epiſcopum, quàm Capitulum,
inſolidum reſideat poteſtas, & jus conferendi præ- 17
dictas Præbendas Cathedralis. *Gonzal. d. gloſſ. 45. n.
69. & ſeqq. & eadem Gloſſ. §. 3. n. 44. Corrad. in Prax.
Beneſ. lib. 3. cap. 6. n. 72.*

Poteſt tamen earundem Præbendarum Collatio ad
ſolum

Google

18 ſolum Epiſcopum , vel Capitulum pertinere . *Fagnan.*
in dict. cap. cum Eccleſiæ Vulterr. n. 26. Murg. de Be-
nef. queſt. 3. ſect. 11. n. 198. Rot. apud Garz. part. 5.
cap. 4. ſub n. 33. & dec. 159. n. 12. & dec. 255. n.
8. part. 17. & in d. Fanen. Canonicatuum §. At quia ,
coram Card. Caprara . Et ſi conſtare poſſet , quòd il-
larum erectio , non ex dicta communi Menſa , ſed ex
19 particulari Capituli , effecta fuiſſet , vel ſi adeſſet diu-
turna , & immemorabilis obſervantia , per quam ap-
pareret , quòd Capitulum ſolum Collationes exple-
viſſet abſque interventu Epiſcopi , tunc ad illud
dumtaxat ſpectaret , ut in terminis imemorabilis con-
20 ſuetudinis reſpondit *Rot. in dec. 244. part. 16. rec.*
21 & æquipollentis centenariæ *in deciſ. 124. num. 2. part.*
22 *3. rec.* ac etiam ſolius quadragenariæ in *eadem dec.*
244. n. 3. part. 16. etiam ſine obligatione deducendi
titulum , cum ſolus lapſus dictæ quadragenariæ de ſe
ſufficere poſſit ad præſcribendum contra Epiſcopum
ſimultaneam Collationem , ut dixit *Rota* in his ſpe-
cialibus terminis *dec. 637. part. 4. diverſorum per tot.*
& dec. 74. n. 8. & ſeqq. part. 11. rec. quamvis non de-
ſint qui cenſeant , non ſufficere ad præſcribendum
23 contra Epiſcopum Jus ſimultaneæ Collationis , pro
quo , ut diximus , habet Epiſcopus aſſiſtentiam Ju-
ris communis in *d. cap. Poſtulaſti , de conceſſ. præbend.*
ſed neceſſarium eſſe ſaltem titulum putativum , *ex reg.*
Text. in cap. Epiſcopum , de præſcription. in 6. & in
ſpecie argumentatur *Rot. cor. Pen. dec. n. 993. n. 8.*
24 & hanc eſſe opinionem in praxi , & Curia receptam
teſtatur *De Luc. de Benef. diſc. 1. n. 27. & 28.* & re-
ferendo utriuſque opinionis ſectatores , ac fundamen-
ta *Rot. in dict. Fanen. Canonicatuum §. At quia , cor.*
Caprara.

Variæ , ac multiplices controverſiæ in Foro audiun-
tur circa hujuſmodi ſimultaneam Collationem Cano-
nicatuum in Cathedralibus inter Epiſcopum , & Capi-
tula , tam perdurante ipſa ſimultanea in ſuo primævo
ſtatu , quàm etiam poſtquam exercitium Collationis
per concordiam inter Epiſcopos , & Capitulo diviſa
eſt , ità ut per alternas vices , ſeu per determinatas
Præbendas , ab unoquoque ſingulariter explenda ſit :
undè pro illarum declaratione , quoad primam par-
tem , nimirum , quando viget ſimultanea indiviſa ;
præmittendum eſt , etiam Capitula Cathedralium ;
25 quoad Collationem Præbendarum , in iis exiſten-
tium , cenſeri , & reputari ordinarios Collatores , &
uti tales in numero ordinariorum Collatorum enu-
merantur . *Gloſſ. in cap. quanquam , de elect. in 6. Rebuff.*
de Benef. tit. de Collat. n. 7. pag. 24. Gonzal. ad Reg. 8.
gloſſ. 23. n. 2. ad 10. & gloſſ. 45. n. 37. Murg. de Benef.
queſt. 3. ſect. 11. n. 198. Garz. eod. Tract. part. 5. cap. 3.
n. 1. & ſeqq. Vener. Examin. Epiſc. lib. 4. cap. 53. num.
5. Rot. in Tiraſonen. Portionis 14. Aprilis 1704. §. Mi-
nus obſtat , cor. Molines ; Ac proindè per proviſiones di-
ctarum Præbendarum , factas à Capitulo , utpotè per
26 actum Collationis , quæ tribuit Proviſo jus plenum
in Beneficio , illumque , ſtatim poſt acceptationem ,
efficit Beneficii dominum *Garz. de Benefic. part. 4. cap.*
2. n. 1. actus ex omni parte perfectus remanet , nul-
lamque Superioris authoritatem expectat , ad diſtin-
ctionem Proviſionum , quæ per viam Electionis , ſeu
27 Præſentationis explentur , quæ Superioris authorita-
tem ad ſui perfectionem expoſcunt *Rot. in Rom. Cle-*
ricatus S. Petri 3. Decembris 1696. §. . . . . , cor.
Priolo , impreſſ. poſt Antonell. de Jur. & Oner. dec. 14.
prout ſequitur in proviſione Præbendarum Eccleſia-
rum Collegiatarum , quæ per Prælatum , & Capitu-
lum earundem per actum electionis fieri debet , &
28 ob id tanquam actus imperfectus exquirit illum Con-
firmationis , ſeu Inſtitutionis Epiſcopi . *Abb. in d. cap.*
cum Eccleſia Vulterrana , de elect. n. 8. verſ. quoad 2. ca-
ſum . Gonzal. d. Gloſſ. 45. num. 47. 71. Murg. d. queſt.
3. ſect. 11. n. 198. Barboſ. de Canon. cap. 14. num. 55.
& 20.

Secundò item præmittendum eſt , quòd , quotieſ-
cunque ob ſuperiùs inſinuatam præſumptionem , quòd
Præbendæ Cathedralis fuerint ex communi Menſa
Capituli , & Epiſcopi conflatæ , ideòque ſimultanea
illarum Collatio ad utrumque ſpectet , tale ejus Col-
lationis dicitur eſſe inſolidum , tam penes Capitulum ,
quàm Epiſcopum , & æquale omninò ſit utriuſque
jus , ita ut Vox Epiſcopi non præponderet Voci Ca-
pituli , ideòque ſi non concurrant in eamdem perſo- 29
nam , neuter actus ſubſtinetur , nec concluſus rema-
net , ſed Collatio pro illa vice ad S. Pontificem devol-
vitur . *Gonzal. ad Reg. 8. d. Gloſſ. 45. ferè per tot. Lotter.*
de Re Benef. lib. 2. queſt. 25. n. 26. licèt validè expli-
cetur ab utroque ſeorſim , cum ad effectum exercitii 30
Juris conferendi Præbendas ſimultaneæ Collationis ,
Epiſcopus , & Capitulum non cenſeantur unum cor-
pus , ſed ad invicem diſtinguantur . *Gonzal. ad Reg. 8.*
Gloſſ. 45. n. 51. Corrad. Prax. Benef. lib. 3. cap. 6. n. 71.
Lotter. lib. 2. queſt. 21. n. 24. Rota cor. Put. deciſ. 116.
lib. 3. coram Achill. dec. 4. n. 10. de Præben. cor. Cocc. dec.
212. n. 4. cor. Emerix Sen. dec. 104. n. 9.

Varii ſunt effectus dicti Juris ſolidalis penes Epiſ-
copum , & Capitulum ; primus , quòd ſi alter ex eis
neglexerit intra legitima tempora explicare ſuum a-
ctum Collationis , vel illum invalidè perfecerit , in al- 31
tero totum Jus conſolidetur ; illiuſque Collatio fir-
ma , & efficax remaneat , taliter ut neque per ſuc-
ceſſivam proviſionem Apoſtolicam , habentem ſoli-
tam Clauſulam , *dummodo tempore datæ præſentium &c.*
jus Proviſi ſublatum cenſeatur ; quinimmò præſerva-
tum , cùm Collatio facta ab uno ſit in ſtatu validita-
tis , neque illa reſolvi , neque annullari valeat , niſi per
validam Collationem factam ab altero , ſcilicet in tem-
pore habili , & ad ſavorem diverſæ perſonæ capacis , 32
quo caſu , ut prædiximus , devolvitur Jus ad S. Pon-
tificem ; *Lotter. de Re Benef. lib. 2. queſt. 21. n. 24. 25.*
Gonzal. ad Reg. 8. Gloſſ. 43. n. 69. 70. Barboſ. de Canon.
part. 14. n. 4. Corrad. Prax. Benef. lib. 3. cap. 6. n. 72.
Rot. cor. Achill. d. 4. n. 53. cor. Seraph. dec. 980. n. 16.
cor. Coccin. dec. 212. n. 3. & in Majoricen. Canonicatus
Pænitentiarii 30. Decembris 1663. cor. Emerix Sen. inter
ejus dec. 59. n. 5. & quia ut advertit *Rot. in d. dec. 212.* 33
cor. Coccin. nu. 3. Proviſus à Capitulo habet titulum
ab habente poteſtatem inſtituendi .

Secundus effectus eſt , quòd quoties Epiſcopus ob-
tinuit à Sede Apoſtolica facultatem conferendi Bene-
ficia , etiam in menſibus reſervatis , hujuſmodi indul-
tum ſuffragatur etiam Capitulo reſpectu Beneficiorum
ſimultaneæ Collationis propter Jus connexum utriuſ- 34
que , & in hoc caſu Capitulum venit appellatione Epiſ-
copi , ut pluriès reſpondit *Rot.* & ſignanter in *dec. 414.*
part. 5. & dec. 279. n. 11. part. 7. recentior. Hæc ta-
men opinio non eſt ſequenda poſt noviſſimam Conſti-
tutionem Urbani VIII. de die 10. Septembris 1626.
in qua declaravit , Indulta prædicta non ſuffragari Ca-
pitulo habenti ſimultaneam , & firmavit *Rot. cor. Coc-*
cin. dec. 2159. n. 47. & ſeqq. Lotter. de Re Benefic. lib.
2. queſt. 21. n. 126. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 6.
n. 77. & hoc videtur confirmari poſſe exemplo Juriſ-
patronatus miſti , in quo quando vacatio ſequitur in
Turno Eccleſiaſtici , cadit ſub reſervationibus Apo-
ſtolicis . *Rot. cor. Priol. dec. 362. n. 10. & dec. 383. n.*
14. & dec. 432. n. 18. & cor. Anſald. intèr recollectas per
D. Palm. dec. 196. num. 23. tom. 2. etiamſi temporaliter
tantùm , & revocabilitèr tranſiverit ad Eccleſiam .
Rot. dec. 289. & dec. 244. part. 9. tom. 1. rec.

Tertius effectus eſt , quòd ſede Epiſcopali vacante ,
totum Jus conferendi hujuſmodi Præbendas conſolida-
tur in Capitulo , quod tunc Jure proprio tanquam
unicus , & ſolus Collator eaſdem Præbendas confert. 35
Gonzal. ad Reg. 8. Glo. 45. §. 3. num. 44. & ſeqq. Lotter.
de Re Benef. dict. queſt. 14. num. 15. Rot. in Segobien. Ca-
nonicatus 21. Aprilis 1740. §. . . . . . cor. Scotto.

Quartus effectus eſt , quòd quoties Epiſcopus , ſive
Capitulum , propter aliquod impedimentum , veluti
propter excommunicationem , interdictum , ſeu abſen-
tiam , non poſſunt actum Collationis explere , vel
alioquin illum expediendo nullitèr proceſſerint , tunc in
omnibus prædictis caſibus , alterius non impediti ſola 36
Collatio ſubſtinetur. *cap. 5. nè ſed. vacan. in 6. cap. fin.*
de reg. jur. in 6. Fagnan. in cap. diverſitatem n. 15. nè ſed.
vacan. Barboſ. de Canon. queſt. 14. n. 3. Buratt. dec. 809.
n. 51. & latè dixit *Rot. in d. Majoricen. Canonicatus an-*
ni 1663. confirmat. cor. eod. ſub diebus 22. Februarii 1666.
& 2. Decembris 1667. Et in unoquoque ex prædictis
caſibus , tam Epiſcopus , quàm Capitulum , non con-
ferunt Jure devoluto , ſed Jure proprio , idque pro-
cedit , tam ſi Epiſcopus interveniat in Collatione ,
tam-

Digitized by Google

tamquam Epiſcopus, ſivè tamquam Canonicus, juxta Tex. in cap. à collatione. de appellat. in 6. ſivè etiam
38 Capitulum conferre debeat non ſimultaneè cum Epiſcopo, ſed tantùm cum ejus conſenſu d. cap. 2. nè ſed. vacan. & hæc pocedunt etiam hodie, non obſtante Bulla Pii V. incipiente; Sanctiſſimus de anno 1576. ac
39 Reg. 3. Cancell. in qua reſervantur Papæ Beneficia vacantia, dum Eccleſia Cathedralis Paſtore viduatur; ut notant poſt alios Barboſ. de Jur. Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 53. Ventrigl. in Prax. adnot. 3. §. 3. num. 18. part. . . . .

Quintus effectus eſt, quod etiam mortuo Epiſcopo, & ſecuta interim, ante promotionem Epiſcopi Succeſſoris, vacatione Canonicatus ſimultaneæ Collationis, ad Capitulum ſolum ſpectat Collatio,
40 ex quo attendi debet tempus ſecutæ vacationis, in quo nimirum totum Jus conferendi conſolidatum fuerat in eodem Capitulo per obitum Epiſcopi. Rot. apud Garz. de Benef. part. 5. cap. 4. ſub num. 252. Gonzal. ad Reg. 8. Gloſſ. 15. §. 2. num. 87. & 89. Gratian. diſcept. 127. num. 47.

Sextus effectus eſt, quòd licèt Sacrum Concilium Tridentinum in cap. 8. ſeſſ. 24. de reformat. ſtatuerit, electionem ad Canonicatum Pœnitentiariæ ad ſolum Epiſcopum ſpectare, attamen, ſi ad mentem ejuſdem Sacri Concilii fuerit facta erectio Canonicatus Pœnitentiarii de Præbenda, quæ ad Collationem Epiſcopi conjonctim cum Capitulo pertinebat, præſcindendo à dicta electione, actus Collationis, ſpectans
41 ad Capitulum, præſervatus cenſetur; ita ut poſſit idem Præbendam conferre perſonæ ab Epiſcopo præelectæ, ut declaravit etiam Sacra Congregatio Concilii apud Garz. de Benef. part. 5. cap. 4. n. 143. & ſeqq. Fagan. in d. cap. cum Eccleſia Vulterrana n. 15. & 21. Rot. dec. 140. n. 2. & ſeq. part. 14. recen. & in Fanen. Canonicatuum 3. Maji 1700. §. Multoque minus, cor. Card. Caprara.

Deveniendo autem ad effectus promanantes à concordia, quam ſæpè inire ſolent Capitula cum ſuis Epiſcopis, per quam dividitur per Turnum, ſive per alternas Vices, exercitium Juris conferendi, prout accidit quo ad Collationem Præbendarum liberæ Collationis noſtræ Cathedralis Piſtorienſis, præmittendum eſt, quòd talis diviſio Collationis fieri nequit niſi de conſenſu Capituli ſimul, & Epiſcopi, ità ut
42 altero ex eis reluctante, non poſſit ad diviſionem prædictam deveniri, non obſtante regula, quòd nemo
43 in ſocietate invitus permanere cogatur, de qua Jaſon in l. ſtipulationes n. 13. ver. tamen ff. de verb. oblig.
44 quam etiam procedere circa materias Spirituales, & Eccleſiaſticas, liquet ex Gloſſ. in can. obeun ib. diſt. 63. in V. nunc ergo quæritur, & ex cap. cum ab eo, de ſepulturis in 6. ut optimè diſcuſſis utriuſque opinionis fundamentis, reſpondit Rota in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ 4. Julii 1700. cor. Priolo per tot.

Primus autem effectus dictæ diviſionis eſt, quòd tranſlato Epiſcopo de uno ad alium Epiſcopatum, ſtatim fit conſolidatio totius Juris conferendi in Capitulo, etiam antea notitiam tranſlationis factæ in Conciſtorio, ita ut Collatio poſt dictam tranſlationem facta ab Epiſcopo, ſed tamen ante ejuſdem tranſlationis notitiam habitam, non conſumat Turnum, nec
45 præjudicet Epiſcopo Succeſſori; qui non obſtante prædicta Collatione facta de tempore, quod ad Capitulum ex dicto Jure conſolidationis ſpectabat, & illam neglexit perficere, debet conferre, ut Articulo maturè diſcuſſo firmavit Rot. in d. Segobien. Canonicatus 22. Aprilis 1704. cor. Scotto.

Et ratio præmiſſorum in eo conſiſtit, quòd ſtatim poſt tranſlationem Epiſcopi prior Eccleſia remanet vi-
46 duata, & reſoluto vinculo, quo Epiſcopus primæ Eccleſiæ alligabatur, remanet alligatus ſecundæ, licèt dictam tranſlationem ignoraverit. Fermoſin. de Poteſt. Capituli Sed. Vacan. part. 1. quæſt. 2. n. 22. Gratian. diſcept. 96. num. 28. Barboſ. de Poteſt. Epiſcopi alleg. 5. num. 92. part. 3. Corrad. in Prax. l. 3. cap. 6. num. 66.
47 quia hoc operatur præconizatio facta in Conciſtorio. Rot. deciſ. 475. part. 1. recen. & cor. Dunozet. Jun. dec. 73. num. 1. ſicuti etiam ſi Epiſcopus in eodem Conciſtorio depoſitus fuiſſet; cum etiam ante notitiam de-
48 poſitionis remaneat irritum quicquid per eum geſtum fuerit. cap. 1. de conceſſ. Preb. in 6. & ibi Gemin. Garz. de Benef. part. 5. cap. 1. n. 249. & quamvis ante notitiam tranſlationis, quam ſolent Epiſcopi tranſlati habere per litteras Secretarii Sacri Collegii, vel per aliam
certam ſcientiam, poſſint iidem exercere ea, quæ pertinent ad ordinariam Juriſdictionem: Gratian. c. 18. n. 49
5. & cap. 127. num. 22. & 30. & cap. 296. num. 33. & ſeq. Meſſobr. in Prax. haben. concurſ. req. 1. dub. 9. num. 11. 12. Barboſ. in cap. 1. de tranſlat. Epiſcop. n. 5. Garz. de Benef. part. 11. cap. 6. num. 39. Barboſ. de Pot. Epiſ. part. 3. alleg. 54. num. 161. alleg. 197. num. 7. Tondut. Reſol.
Benef. part. 2. cap. 4. §. 6. num. 91. nihilominus cum 50
Beneficiorum Collatio non ſit de Juriſdictionalibus: Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 21. num. 34. & quæſt. 2. num. 5. & lib. 2. quæſt. 2. à num. 5. ad ſeq. Solier. in Addit. ad Paſtor. de Benef. lib. 3. tit. fin. fol. 485. Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Devolut. num. 89. Fermoſin. de Capitul. Sed. Vac. quæſt. 33. num. 7. ſed connumeretur inter fructus,
ideò non poteſt pertinere ad Epiſcopum poſt tranſlatio- 51
nem Gloſſ. in cap. cum olim in V. Capitulo. de major. & obed. ibique Abb. Felin. & Imol. & Barboſ. n. 4. & 5. Gonzal. ad Reg. 8. gloſſ. 45. §. 2. num. 8. Tondut. Quæſt. Benef. part. 1. cap. 111. n. 2. Lagunez. de Fruct. quæſt. 1. cap. 31. Garz. de Benef. part. 5. cap. 1. num. 245. cum valeat argumen-
tum à fructibus ad Collationem, d. Gloſſ. in cap. cum 52
olim. Gonzal. d. Tract. §. 4. proœm. num. 61. & gloſſ. 56. num. 42.

Secundus effectus, reſultans à diviſione ſimultaneæ Collationis per alternas vices, eſt, quòd Collatio fa-
cta ab exiſtente in Turno, reputatur ac ſi ab utroque 53
expleta fuiſſet. Rot. cor. Seraph. deciſ. 980. num. 11. & deciſ. 635. n. 8. part. 18. recen.

Tertius effectus eſt, quòd ille, qui eſt in Turno, dicitur abſolutus dominus, & ſolus Collator; cum
in eo tranſlatum dicatur totum Jus conferendi. Rot. 54
apud Garz. part. 5. cap. 1. ſub num. 708. cor. Seraph. d. dec. 980. n. 11. & in Placen. Canonicatus 6. Februarii 1696. §. Ceſſat, cor. dell' Olmo, confirmata 14. Martii 1698. cor. Pio, impreſſ. poſt Antonell. de Jur. Cler. deci. 23.

Quartus, quòd quotieſcunque non fuit diviſa per Turnum proprietas, ſeu ſubſtantia, ſed tantùm ipſius undum exercitium, cum proprietas inſolidum remaneat penès utrumque Collatorem, Epiſcopum nempè, & Capitulum, altero ex eis deficiente, Collatio per-
tinet ad ſuperſtitem per viam Juris non decreſcen- 55
di, nec intrant in ejus præjudicium Regulæ Reſervatoriæ, ac propterea etiam ſi vacatio ſuccedat in Turno Epiſcopi, adhuc, ob illius obitum, jus conferendi conſolidatum remanet in Capitulo, prout diximus ſupra in caſu, quòd non fuerit facta diviſio ſimultaneæ, ſed in tali caſu jure independente, & tamquam proprius, & ordinarius Collator, conferre poteſt. Gonzal. ad Reg. 8. gloſſ. 45. §. 3. num. 48. & ſeq. cum aliis apud. Rot. in Tiraſonen. Portionis 23. Junii 1702. §. Attamen, cor. Anſaldo, 7. Maji 1703. §. Ceſſare, & 14. Aprilis 1704. §. Minus obſtat, cor. Molines; licèt hoc indubitatotiùs procedat, quoties vacet tam Sedes Epiſcopalis, quàm Apoſtolica, cum tunc, ceſſantibus omnibus
Regulis, manus cujuslibet Ordinarii Collatoris, ſub 56
cujus nomine venit etiam Capitulum, quando ei competit facultas providendi vigore ſimultaneæ Collationis cum Epiſcopo, liberæ remaneant. Rot. in d. Placen. §. Minus autem, cor. dell' Olmo, & in d. Tiraſonen. anni 1704. §. fin. cor. Molines. Cumque Jus conferendi prædictum ſit individuum, diviſio illius per Turnum cenſetur ſemper facta quoad ſimplex exercitium, ita
ut illa nunquam impediat conſolidationem Juris in Ca- 57
pitulo, quoties contingit mors Epiſcopi, vel in aliis caſibus ſupra expreſſis. Rot. cor. Millin. deciſ. 184. per tot. & in d. Tiraſonen. 23. Junii 1702. §. Hocque adeò verum, cor. Anſaldo.

Quintus eſt, quòd licèt Epiſcopus non poſſit conferre Beneficia, vigore alternativæ obtentæ à Sede Apo-
ſtolica, quando illa ſunt ad nominationem Capituli: 58
De Luc. de Benef. diſc. 93. num. 4. Rot. cor. Priolo deciſ.
246. vel ſunt Collationis ſimultaneæ, deciſ. 299. num. 59
11. part. 10. recen. nihilominus Collatione diviſa per Turnum, cum eadem diviſio operetur, quòd exiſtens
in illo, ut dictum eſt, reputetur tanquam ſolus Colla- 60
tor, cadit ſub dicta alternativa acceptata ab Epiſcopo. Tondut. Quæſt. Benef. part. 1. cap. 3. num. 34. Rot. apud Garz. de Benef. part. 5. cap. 1. ſub n. 708.

Sextus

Sextus eſt, quòd etiamſi Epiſcopus, vel Capitu-
lum, in ſuo Turno exiſtens, conferant ex cauſa per-
mutationis, ſuum Turnum conſumunt, non minùs
61 ac ſi liberè Canonicatum contuliſſent. *Gonzal. ad Reg.
8. gloſſ. 45. §. 3. n. 52. circa fin.* Notandum tamen ve-
nit, quòd in dicto caſu permutationis, licèt reperi-
retur in Turno Capitulum, non poſſet illud permu-
62 tationem validè admittere, ſed neceſſaria eſſet Epi-
ſcopi authoritas. *Archid. in cap. venit, ante num. 1.
verſ. tuam Collationem, de rer. permut. Rot. dec.* 230.
num. 18. part. 9. recen. Et ſi permutatio Canonicatus
liberæ Collationis Capituli, utpotè in ſuo Turno
exiſtentis, fieret cum Beueficio, ad liberam Epiſcopi
63 Collationem pertinente, tunc uterque explere de-
bet actum Collationis ſui Beneficii. *Rot. dec.* 230.
num. 19. part. 9. rec. prout etiam, in caſu liberæ di-
64 miſſionis, ſeu reſignationis, quæ ſemper facienda eſt
in manibus ſui Collatoris, ſi ad Capitulum ſpectet
Collatio, ad illud pariter pertinere debet actus ad-
mittendi eandem renunciationem: *Imol. in cap. ad
audien. num. 4. de his quæ vi, met. cauſ. Rot. dec.* 124.
num. 2. part. 3. & d. dec. 230. num. 17. part. 9. rec. ita
pariter, ſi ob delictum, vel aliam quamcuuque cau-
ſam locus eſſet privationi dictarum Præbendarum,
ſpectantium ad ſimultancam Collationem Epiſcopi,
65 & Capituli, uterque ad actum dictæ privationis con-
currere deberet. *Gonzal. ad d. Reg. 8. gloſſ. 45. n. 37. Ca-
putaquen. dec. 153. n. 1. & per tot. part. 1. Put. dec. 18.
lib. 3.*

Septimus eſt, quòd non inducitur conſumptio Tur-
ni, ante acceptationem factam ab eo, cui collatus
66 fuit Canonicatus, itaut illo non acceptante, poſſit
fieri nova Collatio alteri perſonæ, *ad Tex. in cap. ſi tibi
abſenti 17. de præben. in 6. Gonzal. ad Reg. 8. gloſſ. 15. §.
2. num. 6. Rot. in Friſigen. Canonicatus 4. Julii. 1692. §.
Tanto magis, cor. Molin.*

Octavus eſt, quòd Turnus dicitur legitimè couſum-
ptus ab eo, ad quem ſpectabat Collatio, ſi tacens per-
67 miſit alterum non exiſtentem in Turno conferre. *Rot.
dec. 301. num. 3. & ſeq. part. 10. recen.* cum Collatio
68 nulla non præſtet impedimentum ſuccedenti iu Turno.
*Put. deciſ. 179. num. 1. lib. 3. & dec. 898. num. 1. part.
69 5. diverſor.* quamvis ſorſan ſecus eſſet, ſi Collatio
facta fuiſſet bona fide, & cum probabili opinione Ju-
ris. *Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 45. §. 2. n. 28. Lambertin.
de Jurep. lib. 2. part. 1. quæſt. 3. art. 6. num. 12. & ſeqq.
Rot. dec. 5. num. 4. & ſeqq. de conceſſ. præben. cor. Achill.
de Graſſ. De Luc. de Canon. diſc. 2. num. 8. Spad. conſ.
34. n. 5.*

Nonus eſt, quòd quando Capitulum ob mortem
Epiſcopi confert Canonicatum Sede Epiſcopali vacan-
te, ſed nondum ab Epiſcopo, in Turno exiſtente,
collatum, cum tunc fiat dicta conſolidatio Juris
70 in Capitulo, & ſolus remaneat Collator, Collatio
tune expleta per dictum Capitulum nou operatur con-
ſumptionem ſui Turni, ſed poteſt in ſucceſſiva va-
catione conferre, quamvis ſecus eſſet, ſi tunc in
ſuo Turno reperiretur, ut declarat *Gonzal. ad Reg. 8.
gloſſ. 45. §. 3. numer. 37. & 38.* apud quem opti-
mè, & dilucidè hujuſmodi materia Turnorum expli-
catur.

Decimus eſt, quòd ſi in concordia inita ſuper al-
ternativa proviſione dictarum Præbendarum, cautum
fuerit, quòd exiſtens in Turno teneatur conferre cer-
to generi perſonarum, ſeu aliqua qualitate pollenti,
71 eſſet etiam quoad hoc concordia religiosè ſervanda,
alioquin Proviſio eſſet nulla. *Federic. de Sen. conſ. 69.
ſub num. 2. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 21. n. 33.*
quia cum Collator metiatur ſuam poteſtatem ab ipſa
concordia, ſi non ſervet formam præſcriptam, actus
corruit ex defectu poteſtatis, juxta *doctr. Gloſſ. in Clem.
prima V. Inhibentes de Jurepatr.* etiamſi in ipſa concor-
72 dia non adeſſet decretum annullativum. *Lotter. d. qu.
21. n. 34. & ſeq. & n. 70. & ſeq.*

Et quia multoties (prout ſervatur in Noſtro Capi-
tulo Cathedralis Piſtorienſis, quòd fruebatur hujuſ-
modi facultate conferendi Canouicatus, & Dignita-
tes ſimul cum Epiſcopo, poſtquam autem per concor-
diam, authoritate Apoſtolica roboratam, fuit diviſa
per Turuum illorum Collatio, eadem dividitur per
Turnum inter ipſos Capitulares per menſes, vel heb-
domadas, ſeu alio modo) cadit difficultas, an hu-
juſmodi Collatio poſſit pertinere ad Canonicum in Sa-
cris non exiſtentem, ideòque vocem in Capitulo non
habentem; reſolutio pendet à videndo, an Capitu-
laris, exiſtens in Turno, debeat actum explicare per
viam Collationis, ſcilicet quòd ipſe conferat expe-
diendo ſuo nomine Litteras, ſeu Bullas ad favorem
Proviſi, ſive potiùs per viam nominationis, videlicet
nominando Perſonam providendam eidem Capitulo,
quod ad favorem nominati à Canonico Turnario ex-
plicet actum Collationis. Primo enim caſu; cum di-
cta ſimplex nominatio non ſit actus, neceſſariò explen-
dus in Capitulo, ſed poſſit extra illud perfici, etiam
Canonico, in Sacris non exiſtenti, talis actus compe- 73
tere poteſt, ut luculenter firmavit *Rot. in Romana Cle-
ricatus S. Petri 3. Decembris 1696. cor. Priolo impreſſ. poſt
Antonell. de Jur. & Oner. Cler. dec. 14.* quia licèt Cano-
nicus non exiſtens in Sacris Ordinibus privetur vo- 74
ce in Capitulo, non tamen privatur fructibus, alii-
ſque Juribus, ratione Canoniæ, & Præbendæ com-
petentibus, ac per conſequens Jure conferendi, eiſ-
dem fructibus annexo. *Gloſſ. in Clem. ut ii V. Capitulo,
de ætate, & qualitate &c. Rot. d. Rom. Clericatus §. Et
in prædictorum, & ſeqq.*

Si verò Canonicus in Turno exiſtens, in tempo-
re, ſibi à Capitularibus Conſtitutionibus præfiniro,
conferre, ſive nominare neglexerit, vel fuerit ad hoc
impeditus, non ſubintrat in ejus locum Canonicus, cui 75
ſubſequens menſis, ſeu hebdomada fuit aſſignata, ſed
ſubintrat jure proprio Capitulum in ejus locum. *Gon-
zal. ad d. Reg. 8. gloſſ. 45. num. 46. De Luc. de Benef. diſc.
1. num. 9. 11. & ſeqq. & in d. Romana Clericatus S. Petri
§. fin. cor. Priol.*

Hæc procedunt quoad Collationem Præbendarum,
& Canonicatuum Cathedralium; diverſa tamen eſt
regula, quoad proviſionem illorum iu Eccleſiis Colle-
giatis; nam illorum proviſio regulariter facienda eſt 76
ad electionem ipſius Collegii, juxta diſpoſitionem
*Text. in cap. tranſmiſſa. de renunc. & cap. ſignificatur
de præben. Garz. de Benef. part. 5. cap. 4. n. 58. & ſeqq.
De Luc. de Benef. diſc. 17. n. 5. Rot. deciſ. 157. num. 22.
part. 6. dec. 133. num. 3. part. 7.* Tamen hoc eſt ſolum-
modo verum, quoties præſumptio ſtet, quòd Canoni-
catus dotati fuerint de bonis, ac Juribus ipſius Colle- 77
giatæ, prout ſemper militat dicta præſumptio ad ejus
favorem, quòd uimirum de illius bonis fundati fue-
rint. *Rot. deciſ. 157. num. 25. part. 6.* Secus verò quo-
tiès conſtaret, quòd illorum erectio ſecuta fuiſſet,
mediante uninne, ſeu ſuppreſſione Beneficiorum libe-
ræ Collationis Epiſcopi; eo namque in caſu per muta- 78
tionem Status eorumdem Beneficiorum in Canonica-
tus, non alteratur Jus Epiſcopi circa illorum Colla-
tionem. *De Luc. d. diſc. 17. num. 6. & de Jurepatr. diſc.
66. num. 12. Rot. dec. 600. num. 2. part. 2. recen. & dec.
43. n. 2. & 3. part. 6. rec.*

Poſtremò notandum venit, quòd quando Benefi-
cium, ſeu Canonicatus ſunt ad electionem Capituli,
ac in impetratione facta à Sede Apoſtolica reticita
fuit qualitas electiva, Gratia remanet nulla propter
defectum ſubreptionis. *Rot. in antiq. dec. 4. tit. de Reſcri- 79
pt. Lotter. de Re Benef. lib. 3. quæſt. 3. num. 25. Gonzal.
ad Reg. 8. gloſſ. 19. n. 12. Corrad. dec. 278. n. 7. & in Ur-
gellen. Canonicatus 4. Maji 1703. §. Nec pro ſubſiſtentia,
cor. Kaunitz. &c.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De nomine, ac titulo Canonicorum, & de facultate
eligendi Prælatum, tam in Cathedrali, quàm in
Collegiata. Capellani undè ſint dicti, & quale ſit
eorum officium.

SUMMARIUM.

1 *Nomen*, Canonicus, *eſt titulus gradus, & præ-
rogativæ.*
2 *Et dicitur à Canone, hoc eſt regula, rectè, ac benè
vivendi, ſub qua recipitur.*
3 *Valet argumentatio ab Ethymologia nominis appellativi.*

4 Non

4 *Non poteſt notari ambitione, ore proprio ſe Canonicum appellans.*
5 *Canonici plurium Eccleſiarum nuncupabantur Cardinales.*
6 *Paulus* III. *vetuit, nè dicto nomine Cardinalium nuncuparentur.*
7 *Canonici Eccleſiæ Compoſtellanæ adhuc nuncupantur Cardinales.*
8 *Canonici habent quandam comparationem cum Epiſcopo, ſicut Cardinales cum Papa.*
9 *Ad Canonicos Cathedralium, excluſis Beneficiatis, Epiſcopi electio pertinebat.*
10 *Ad Canonicos Collegiatarum ſpectabat electio Prælati, prout ad præſens ſpectat in Germania.*
11 *Canonicatus in pluribus Eccleſiis adnectitur Epiſcopali Dignitati.*
12 *Rex Hiſpaniarum, Rex Franciæ, ex Indulto Apoſtolico, recipiuntur in Canonicos plurium Eccleſiarum.*
13 *Canonici conſueverunt appellari, honorificentiæ gratia, Domini.*
14 *Titulus*, Dominus *competit etiam Plebanis, Eccleſiarum rectoribus, non autem Capellanis.*
15 *Capellani unde dicti.*
16 *Impropriè appellantur Capellani Curati Sacerdotes, qui aſſumuntur à Parocho ad auxiliandum in cura animarum.*
17 *In Eccleſia Parochiali unus tantùm Curatus debet inſtitui.*
18 *Capellani prædicti, quia nullum habent titulum, etiam ſine cauſa à Parocho removentur.*
19 *Nomen Presbyteri quid ſignificet.*

. T I T U L U S III.

1 Iſtud nomen Canonicus eſt titulus gradus, & prærogativæ, ſic tradunt *Mol. de Can. lib.* 5. *Carol.*
Baſſ. ubi ſupra *cap.* 2. *& Rot. Rom. de præb. deciſ.* 26.
n. 5. *in nov.* confirmat *Faſc. de Viſit. lib.* 1. *cap.* 15.
Dicituṙque Canonicus à Canone, hoc eſt regula re-
2 ctè, & benè vivendi, ſub qua recipitur. *Abb. in c.*
Cauſam de judic. Ripa in rub. de Conſtit. n. 26. *& Rebuff.*
in Prax. part. 5. *tit. de Collegiatis*. Bonum, & amabile eſt habere bonum nomen, ut firmant *Cened. in*
Collect. ad Decret. Coll. 24. *Lara. l. cit. lib.* 2. *c.* 4. *num.*
137. Et facit, quod dixit Deus ad Moyſem *Exod.*
cap. 23. *Inveniſti coram me gratiam, & te ipſum novi*
ex nomine. Ita notat *Zabar. in Clem.* 1. *de V. ſignif.*
n. 3. Et licèt non valeat argumentum à nomine proprio, cum hoc imponatur ad beneplacitum, *l. ſi quis*
in funde ff. de legat. valet argumentatio ab Ethymo-
3 logia nominis appellativi. *Everard. loc. cit. Ab Ethymol.*
quia ſumitur à profeſſione, quæ exercetur. *Ant. de*
Butr. in c. dilecta num. 12. *de exceſſ. Prælat.* Nullus
Præbendatus eſt puro nomine appellandus, ſed proprio nomini præponendum eſt nomen Canonicus, ad
tradita per *D. Bern. in Spec. Diſcipl. c.* 6. Ex quo inju-
4 ria à quibuſdam ambitionis æſtu notati ſunt Canonici, qui ſe ſe proprio ore Canonicos appellabant: benè ſic loquuntur, proferentes nomen, in quo eorum
profeſſio exprimitur, *c. Cum ſecundum tit. de præb.*
Gloſſ. ibid. Dec. in cap. Quod vult. numer. 568. *de Jud.*
& Henriq. in Summ. lib. 14. *cap. Si juncta*, *Gloſſ. ibid.*
lit. g.

5 Jam plurium Eccleſiarum Canonici dicebantur
Cardinales, ut de Eccleſiæ Siracuſanæ habetur *in c.*
Quorumdam diſt. 74. & Neapolitanæ *in cap. Fraternitatem diſt.* 71. & de Aurien. Raven. Mediolan. & aliarum Eccleſiarum Canonicis, qui dicebantur Cardinales, meminit *Caſt. Palao tom.* 2. *tit. de Benef. tract.*
13. *diſc.* 2. *pun.* 22. *§.* 4. *num* 10. & ante eum antiquus Doctor *Jo: à Capiſtram in c. Quia n.* 5. *de Cler. non*
reſid. & alii apud *Compoſt. in cap. Cum acceſſiſſem, de*
conſtit. in addit. Et ita appellati ſunt uſque ad Paulum
6 III. qui abrogato, quoad Canonicos, nomine Cardinalis, eos juxta proprium nomen Canonicos appellari voluit; idem confirmavit *Pius V.* teſte *Nald. in Sum.*
V. Cardinalis a. 1.

Eccleſiæ tantum Compoſtellanæ Canonici ad hæc
7 uſque tempora nomine tenus ex peculiari Summi Pontificis indulto Cardinales appellantur. *Gloſſ. ſuper Clem.*
Dignum. de celeb. Miſſ. Vital. ibid. num. 13. Canonici habent quandam comparationem cum Epiſcopo, ſicut Car- 8
dinales cum Papa: ſunt illi Epiſcoporum Conſiliarii, veluti hi Summi Pontificis *Moſcon.* ubi ſupra *c.* 15.
Card. Tuſc. Lit. C. concl. 95. Canonici jam pridem nominabantur Electionarii; quia ad Canonicos Cathe-
dralium, excluſis aliis Beneficiatis, Epiſcopi electio 9
pertinebat. *cap. Sacrorum §. Ex his. diſt.* 43. *c. cum in*
veteri. de electione. *Gloſſ.* in *c. quamquam, eod. tit. Abb. in*
c. Scriptam, de elect. num. 4. Et ad Canonicos Colle-
giatarum ſpectabat electio Prælati, & Capitis haben- 10
tis juriſdictionem in iſdem. *c. Quapropter, de elect. Gloſſ.*
in c. Præſentium de teſt. & permanſerunt Electionarii
uſque ad tempus Clem. V.

In Germania verò uſque ad præſens, Canonici ſuum
Prælatum eligunt, ut prius, ita ſcribunt *Fran. Zep.*
in Comp. Pont. lib. 1. *tit. de Elect. num.* 1. *& Vivian. de*
Patr. lib. 3. *c.* 1. *numer.* 36. *part.* 2. Canonici nun-
cupantur Primarii inter omnes alios Civitatis, ac Diœ- 11
ceſis Clericos. *Conc. Aquiſg. apud Hom. in Gom. part.*
3. *tr.* 14. *reſ.* 6. Canonicatus in pluribus Eccleſiis adnectitur Epiſcopali Dignitati, ut tradunt *Jo: Andr.*
in c. Cum Eccleſia. de præb. in 6. *Fely. in cap. Ex litteris n.* 1. *eod. tit. Purpur. conſ.* 491. *num.* 5. *part.* 2. Et
ſic ſervari Capuæ, ubi Archiepiſcopus Metropolitanæ
Eccleſiæ eſt ſimul Canonicus, teſtatur *Rague. de Voc. q.*
6. *num.* 1. *in fin.* Hiſpaniarum Rex ex Privilegio Apoſtolico non dedignatus Canonicatu potiri in Eccleſia Legionenſi, ut ſcribit *Petr. Henriq. conſ.* 9. *n.* 11.
part. 1. Pariter Rex Franciæ in pluribus ſui Regni
Eccleſiis ex indulto Sum. Pont. fit Canonicus. *Syla.*
de Benef. part. 2. *queſt.* 23. *num.* 39. *Molan. de Canon. l.*
5. *c.* 5. & ſignanter Eccleſiæ S. Hilarii Pictavien. ut
enarrant *Ricc. part.* 3. *dec.* 66. *in fin. & Rodoan. l.* 12
c. part. 2. *c.* 13. *num.* 5. Quinimmò ipſe Imperator antequam coronetur, recipitur in Canonicum, & fratrem à Reverendiſſimis Canonicis S. Petri de Urbe,
quos omnes, & ſingulos ſtans ante Altare Deiparæ
Virginis recipit ad oſculum pacis. Ita diſponitur in
Cærem. Rom. lib. 1. *c.* 3. *ſect.* 5. & notat *Duran.* ubi ſupra
lib. 2. *c.* 8. *fin.* Et poſt coronationem ruſus aſſumitur
in Canonicum, & fratrem Eccleſiæ S. Jo: Laterani:
ut habetur in Pontificali Romano *tit. de Cor. Imperat.*
fol. mihi 89. & ſcribit *Moſcon. de Majeſt. Mil. Eccl. c.*
2. *fol.* 67n.

Capitulares quarumcunque Eccleſiarum, ex eorum 13
primæva inſtitutione conſueverunt vocari non ſolùm
Canonici, ſed Domini Canonici. Non quidem ob
dominium Præbendarum ſuarum, ut quidam opinati ſunt, ſed honorificentiæ ergo, in quem ſenſum Sarra vocabat Dominum Abraham virum
ſuum. *Geneſ. c.* 18. dicens, *Dominus meus vetulus eſt;*
de quo laudatur à D. Petro 1. *cap.* 3. Mos ſemper
fuit nuncupandi Dominum, quem quis honore vult
afficere. *Gloſ. in lib. cum quis §. Cæcum in V. dominum, de leg.* 3. hujuſmodi nomen, Dominus, Canonicis competere, pluribus rationibus comprobat *Penott.*
l. c. lib. 11. *c.* 39. *§.* 3. & ſequitur *Molan.* ubi ſupra *lib.*
3. *c.* 1. Ubi tamen monet, hoc non eſſe à Canonicis
affectandum, aut in eo complacendum, neque per
ſemetipſos tribuendum, juxta illud *Prov. c.* 27. *Laudet*
te alienus, non os tuum. Plebanis quoque, & Eccle- 14
ſiarum Rectoribus competit iſte titulus Dominus; ad
tradita per *Dan. de Nob. diſp.* 44. *n.* 21. Non autem
Capellanis, qui nec gradum, nec officium obtinere
dicuntur, præſertim, qui non ſunt titulares, & purè
nuncupandi ſunt Capellani, ſic dicti à D. Martini 15
Cappa, quam olim deferebant ad Caſtra, & ſub tentorio collocabant, ac ſub ea Miſſam celebrabant,
dum Gallorum Reges præſentes erant in bello. *Ita*
Alberic. Trot. de Perfect. Cler. lib. 1. *c.* 12. *num.* 3. *Filliuc.*
lib. 3. *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 15. Indè deductum eſt nomen Capellaniæ, quæ accipitur modò pro Altari in
Sacra æde conſtructo; cui inſtitutus dicitur Cappellanus. *Rebuff. in Prax. part.* 1. *§. Seculare*. *Dan. de Nob.*
loc. modò cit. Lotther. ubi ſupra *qu.* 13. *n.* 40. Qui verò
his Capellaniis ab antedictis Capellani deputantur
pro celebrandis Miſſis, abuſivè dicuntur Capellani,
propriè enim dicendi ſunt Altariſtæ, ſeu Officiatores ab officiando, *Bald. conſ.* 18. *ad fin. lib.* 2. *Lara de*
Capell. lib. 2. *c.* 2. *num.* 35. Prout etiam impropriè nuncupan-

cupaotur Capellani, Curati, illi Sacerdotes, qui à
Parocho aſſumuntur ad ſibi auxiliandum in Cura ani-
16 marum, nam propriè iſti appellandi ſunt conductitii.
Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 39. d. 4. n. 17. & nullate-
nus poſſunt dici ſimpliciter Curati. *Dec. in cap. ex par-
te. de reſcript. Abb. ibid. Verall. dec.* 340. *num.* 4. *part.* 3.
Bald. conſ. 18. *lib.* 5. *Gem. conſ.* 86. *num.* 3. *Ricciul. de
Jur. Perſ. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 60. *Fragoſ. l. c. lib.* 10. *diſc.*
21. *num.* 19.

Curatus abſolutè dicitur, qui curam nomine pro-
prio exercet, non alieno. *Genuen. quæſt.* 231. *Gomeſ.
de Lit. Grat. fol.* 88. *Rot. part.* 2. *diverſ. dec.* 52. *num.* 16.
Vidal. in Oper. mor. inq. 4. *n. eod. in addit.* In una Eccle-
ſia Parochiali unus tantum Curatus poteſt inſtitui,
17 veluti Arca Noe unicum tantum habuit Curatorem:
cap. ſicut in una 2. quæſt. 24. cap. cum ignores. de præb.
& notat *Petr. de Anchar. in d. cap. extirpandæ.* Nec dicti
Capellani poſſunt dici Vicecurati, niſi quando Paro-
chus abeſt à loco reſidentiæ. *Zabarell. in d. Clem.* 1.
num. 4. *Ant. de Butr. conſ.* 31. *num.* 3. Et quia nullum
habent titulum, etiam ſine cauſa à Parocho amo-
18 ventur. *Rot. apud. Buratt. part.* 2. *deciſ.* 382. *num.* 4.
& Coccin. dec. 18. *num.* 43. Presbyteri propriè dicun-
tur, qui Sacerdotali ordine ſunt inſigniti, & eſt no-
men Græcum, quòd Latinè Senior ioterpretatur, ob
judicii maturitatem, qua hujuſmodi ordini opus eſt.
19 *Turecr. in cap. Mulier d.* 32. *num.* 2. Et potiùs vide-
tur nomen ætatis, quàm gradus, & officii, aut qua-
litatis. *cap. legimus* 93. *diſt. & Gloſſ. in cap. quamquam*
2. *quæſt.* 7.

His ſic præmiſſis, & ſimul attentis, honorificentius
nomen, æſtimatio, & titulorum multiplicatio, qui-
bus, ut vidimus, refulgent Canonici, ipſorum Præe-
minentiam ſupra Parochos, Rectores, Capellanos,
& ſimplices Presbyteros ſatis oſtendunt; ut firmant
Abb. in c. cum accedentes, n. 2. de præſcript. Decian. conſ.
61. *n.* 46. *vol.* 1. *conſ.* 67. *n.* 10. *vol.* 2.

A R G U M E N T U M.

De Jure novo Prælatitiæ Dignitates providentur per Summum Pontificem in Conciſtorio; exceptis tamen locis, ubi juxtà Concordata provideotur prævia electione Capitulorum. Examinatur materia Electionis hujuſmodi, faciendæ ad formam *Tex. in c. quia propter, de elect.*, quoad perſonas Electorum, locum, & vota, eorumque computationem; & an, & quando iidem Electores, vel eorum legitimè impeditorum Procuratores, rejici poſſiot. Agitur etiam de Beneficiatis, & Capellanis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum; & eorum obedientia, debita Capitulo, ejuſque ordinationibus, & qualitèr eos, in Divinis Officiis delinqueotes, idem Capitulum, ſeu digoior, aut alius ſpecialitèr deputatus, mulctare poſſit, cum aliis, circa adminiſtrationem Anniverſariorum, eleemoſynarum, aliarumque piarum Oblationum, ad ipſummet Capitulum privativè ſpectantem, & earum reſpectivè participatiooem.

S U M M A R I U M.

1 *De Jure communi electio Prælatorum ſpectat ad Capitulum, Collegium, ſeu Conventum.*

2 *Confirmatio verò Prælati electi ad proximum Superiorem.*

3 *De Jure autem novo, vigore* Regulæ 11. Cancell., *Prælatitiæ Dignitates providentur per Summum Pontificem in Conciſtorio.*

4 *In Germania tamen, juxta Concordata, eædem Dignitates providentur prævia electione Capitulorum.*

5 *Per* d. Reg. 11. Cancell. *nulla irogatur injuria Capitulis, quia etiam olim ad Romanam Eccleſiam, utpotè aliarum fundatricem, ſpectabat Prælatorum electio,* & num. 6. & 7.

8 *Capitulum Piſtorienſe continuavit in electione ſui Prælati uſque ad annum* 1307.

9 *Soli Canonici de Jure faciunt Capitulum, & unum Corpus conſtituunt.*

10 *Beneficiati, ſeu Portionarii Eccleſiæ Cathedralis, nullum habent votum in Electione Prælati.*

11 *Quæ ſint requiſita ſubſtantialia pro validitate electionis,* remiſſivè.

12 *Neceſſe eſt, quòd electio concludatur per vota majoris partis Capituli.*

13 *Ita ut non ſufficiat medietas votorum, niſi etiam excedant ipſam medietatem.*

14 *Et quidem comparativè ad totum Capitulum.*

15 *Sufficit tamen exceſſus votorum in ſola medietate voti.*

16 *Quæ requirantur, ut Procurator alicujus ex Electoribus legitimè impediti, inter ipſos Electores ſit computandus,* & n. 17. & 18.

19 *Receſſus aliquorum abſque legitima cauſa à Capitularibus Comitiis, ſi major pars Electorum devenire voluerit ad actum indictæ Electionis, non obſtat, quin illa ſit valida. Limita* nu. 21.

20 *Immò Capitularis recedens à Capitulo, cum contemnat ipſum Capitulum, non eſt iterum requirendus.*

22 *Capitulares, alioquin ob aliquam cauſam privati Jure eligendi, ſi admittantur ad tractatus futuræ ſucceſſionis, alioſque actus præliminares, non poſſunt demum, tanquam ſemel à Capitulo approbati, rejici ab electione,* & num. 23.

24 *Non poteſt aliquis excludi ab actu electionis, prætextu privationis ob aliquod delictum, ſeu aliam cauſam, etiamſi privatio inducta eſſet cum verbis latæ ſententiæ, niſi præceſſerit ſententia declaratoria ſuper ipſo facto, ſeu delicto,* & n. 25.

26 *Item habentes titulum nullum, ſeu injuſtum, ſi reperiantur in poſſeſſione ſui Canonicatus, non poſſunt, imminente Electione, privari Jure eligendi.*

27 *Sicuti nec ob litem pendentem ſuper titulo, ac proprietate Canonicatus,* & n. 28.

29 *Electio debet fieri in loco ſolito, nempè Aula Capitulari.*

30 *Forma præſcripta in* cap. quia propter de elect. *ſervanda eſt de neceſſitate ſolùm in electione Prælati, non verò in electionibus ad Canonicatus, ſeu Dignitates, in quibus ſufficit conſenſus Capituli, quomodocunque præſtitus.*

31 *Capellani, ſeu Beneficiati Eccleſiæ Cathedralis, ſeu Collegiatæ, nuncupantur etiam Manſionarii.*

32 *Item Aſſiſi, eo quòd aſſiduam operam præſtant in Divinis Officiis.*

33 *Capellani prædicti non veniunt ſub appellatione Capituli.*

34 *Nec inco ullum Jus habent, maximè ſtatuendi circa Eccleſiam, ejuſque ſervitium.*

35 *Sed reputantur Servi Eccleſiæ.*

36 *Et ideo nullam habent Præeminentiam, ſeu Dignitatem.*

37 *Poteſt Capitulum eoſdem Capellanos, in eorum muneribus delinquentes, per modum fraternæ correctionis mulctare, mediante fructuum, ſeu Diſtributionum moderata, & ad modicum tempus, ſubtractione, ſeu alia levi pœna,* & num. 40. 41. & 42.

38 *Hæc autem mulcta non debet cedere in particularem Capitularium utilitatem, ſed vel in communem, vel Eccleſiæ.*

39 *Et talis facultas ſpectat ad habentem præſidentiam in Choro.*

43 *Quando autem Epiſcopus eſt præſens in Choro, dignior Canonicus, ſeu alius præſidentiam habens, non exercet Jus corrigendi, & mulctandi delinquentes privativè ad ipſum Epiſcopum, ſed ad ſummum tantùm cumulativè,* & n. 44.

45 *Exerceri etiam poteſt prædicta facultas corrigendi, & mulctandi delinquentes in Divinis Officiis, contra ipſoſmet Capitulares.*

46 *Poteſt quoque Capitulum condere Statuta pœnalia contra eoſdem Capitulares, & alios Eccleſiæ Miniſtros, circa Officia Divina delinquentes, dummodo, ut dictum eſt, reſtringantur intra metam fraternæ correctionis, & levis mulctæ.*

47 *Statuta verò pœnalia, pro punitione gravium delictorum, idem Capitulum condere non poteſt, niſi accedat auctoritas, ſeu confirmatio Epiſcopi.*

48 *Ad ipſum Capitulum ſpectat, privativè ad Capellanos, adminiſtratio Anniverſariorum, eleemoſynarum, aliarumque piarum Oblationum. Amplia* num. 49.

50 *Non poteſt tamen à Capitulo alterari antiquus ſtatus Eccleſiæ circa Diſtributiones, in præiudicium eorum, qui Divinis Officiis ſuam aſſiſtentiam præſtare conſueverunt.* Limita num. 52.

51 *Sed requiritur etiam auctoritas Epiſcopi, qui de conſenſu Capituli poteſt novam conſuetudinem inducere in Eccleſia, ſi illa ſit bona, & laudabilis.*

53 *Item Capitulo non licet imponere Capellanis, & Beneficiatis onus, quod non habent, cum exoneratione ipſorum Canonicorum.*

54 *Neque iidem Capellani, ſi choro interſint, regulariter excludi poſſunt ab emolumentis Anniverſariorum*, & nu. 55.

57 *Sicuti etiam non excluduntur ab Anniverſariis relictis Capitulo, cum præſumatur Teſtatorem voluiſſe comprehendere etiam Capellanos, & alios Clericos Eccleſiæ Cathedralis, qui cum Canonicis in Divinis Officiis ſolent aſſiſtentiam præſtare.*

ANIMADVERSIONES.

IN Cathedralibus Eccleſiis, ut hìc docet *Cecoperius*, in Collegiatis Secularibus, & in Conven-
tualibus, ſive Regularibus, de Jure communi Ele-
1 ctio Prælati ſpectat ad Capitulum, Collegium, ſeu
Conventum, ad *Text. in cap. 1., & cap. cum terra,*
de election. Prælati verò electi confirmatio ad proxi-
2 mum Superiorem, *cap. cum ad noſtram, & cap. venerabilem, eod. tit. Sylv. de Beneſ. part. 2. quæſt. 22. caſ. 3. num. 9. Fagnan. in cap. cum Eccleſia Vulterrana n. 39., & ſeq. de elect.* De Jure verò novo, ob ſuperventas nimirum Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, quas Summi Pontifices in craſtinum eorum Aſſumptionis publicare ſolent, præſertim in Italia, Hiſpania, Capitulis, & Conventibus prædictis ſublatum fuit jus eligendi Prælatum, ac Summo Pontifi-
3 ci reſervatum, ut cantum eſt in *Regula ſecunda* Cancellariæ, eædem verò Prælatitiæ Dignitates per eundem Summum Pontificem providentur in Conciſtorio, taliſque Conciſtorialis Proviſio habet vim Electionis, & Confirmationis, ut notat *Gloſſ. in cap. 1. in V. proviſionem, de elect. in 6, Ripa in cap. cum eam te num. 11. de reſcript.*

In Germania verò, juxta Concordata cum illa in-
4 clyta Natione tempore Summi Pontificis Nicolai V. Eccleſiæ, ac Dignitates præſatæ providentur prævia electione Capitulorum *Rot. deciſ. 1552. num. 42. & 50. cor. Coccin., & in Olmucen. Canonicatus 29. Martii 1692. §. Quod autem, & §. Quibus præhabitis, cor. Muto.*

Notandum tamen eſt, quòd licèt ex allegatis juribus, aliiſque concordantibus, Prælatorum electiones ad Capitulares pertinerent, nihilominus per Sedem Apoſtolicam, mediante publicatione Regularum Cancellariæ, non fuit irrogata injuria Capitulis; ad
5 Romanam ſiquidem Eccleſiam, utpote omnium Eccleſiarum, ac Dignitatum fundatricem, illarum proviſio, ac omnimoda diſpoſitio olim ſpectabat: *cap. 2. de præben. in 6. Gemin. conſ. 88. num. 3. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. §. 5. proœm. in princ. Fagnan. in cap. nullus num. 2., & ſeq. de elect.* ac demum ex ſola ejuſ-
6 dem S. Sedis Apoſtolicæ munificentia Capitulis, & Conventibus facultas eligendi Prælatos conceſſa fuit: *cap. congregatio 16. quæſt. ult. Fagnan. ubi ſupra nu. 14.*, undè ex graviſſimis cauſis adimendo Summ. Pontifices eiſdem Capitulis electionem, quam de eorum indulgentia habebant, ac reducendo dictas Proviſiones ad ſuam primævam naturam, uſi ſunt jure ſuo, nec
7 de hoc juſtè conqueri poſſunt Capitula, ut ponderant *Rebuff. in Prax. Beneſ. tit. de Elect. in princ. Card. Bellarm. tom. 1. controv. 5. cap. 8. lib. 1. Fagn. in d. cap. nullus num. 13.* ac diſertè ad propoſitum *Rot. in Cæſaraugustana Beneficii 7. Januarii 1709. §. Idque ſecluſa, coram Anſaldo.*

Uſque ad Annum 1307. noſtrum Piſtorienſe Capitulum apparet continuaſſe in electione ſui Prælati, ut
8 teſtatur *Ughell. in Ital. Sacr.*, loquendo de Epiſcopis Piſtorien., *pag. 372.*, qui etiam eodem loco tranſcribit quoddam Breve Innocent. IV., extractum ex Regeſtro Vaticano, directum Præpoſito, & Capitulo noſtro circa dictam electionem, ſequentis tenoris.

Præpoſito, & Capitulo Piſtorienſi. Ne ex longa Eccleſiarum vacatione, propter quam Eccleſiæ non modica incurrere detrimenta, Eccleſia veſtra deſtituta Paſtore læſionem incurrat aliquam, vel jacturam, Volentes vobis ſuper hoc & ipſi Eccleſiæ paterna ſolicitudine providere, mandamus, quatenus infra octo dies poſt receptionem præſentium, de conſenſu, & aſſenſu Vener. Fratris noſtri Epiſcopi Mutinenſis, Vobis Perſonam idoneam in Epiſcopum, & Paſtorem, eligatis, non obſtantibus aliquibus Literis generalibus, vel ſpecialibus quibuſcunque, ſuper Epiſcopatu ſibi concedendo, cum vacaverit, ab Apoſtolica Sede conceſſis, & proceſſibus habitis ſuper eaſdem. Alioquin eidem Epiſcopo noſtris Literis dedimus in mandatis, ut ipſe ex tunc ſublato cujuslibet contradictionis, appellationis, & difficultatis obſtaculo, Eccleſiæ ſtudeat de Perſona idonea providere, non obſtan. Dat. Peruſii 8. Kal. Maii Anno IX.

Ad Canonicos tantùm ſpectabat, & modò ſpectat electio Præſulis in iis locis, in quibus per Concordata cum Sede Apoſtolica adhuc licet, cum ſoli Canonici de Jure Capitulum faciant, ac unum corpus conſti- 9
tuant. *cap. novit, de his quæ ſiunt à Prælat.* unde Portionarii, aut Beneficiati Eccleſiæ Cathedralis, utpote extranei à Capitulo, nullum habent votum in electione *Fagnan. in d. cap. nullus num. 31. & ſeq. de* 10
elect.

Ut autem electio Prælati ſit valida, oportet, ut exactè ſervata fuerint ſubſtantialia requiſita, conten- 11
ta *in cap. quia propter, de elect.*, quæ fusè examinat *Tamburin., de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 6. & Fagnan. ubi ſupra ex num. 36.*

Item quòd fuerit concluſa per vota majoris partis 12
Capituli, *ad Tex. in cap. auditis 29. de elect. Abb. in cap. in Geneſi n. 11. eod. tit. Rot. cor. Manzaned. dec. 890. n. 1. Adden. ad Buratt. dec. 890. n. 9.* ita ut non ſufficiat concurſus votorum Electorum in ſola medietate, cum 13
vota debeant excedere medietatem. *cap. Eccleſia veſtra, & ibi Gloſſ. in fin. de elect. Tondut. Quæſt. Beneſ. cap. 71. n. 15. part. 3.* & quidem comparativè ad totum Capitulum, & non tantùm reſpectu votorum, quæ ali- 14
qui ex Electoribus ad favorem diverſarum Perſonarum dederunt: *d. cap. Eccleſia veſtra 48. de elect. Card. De Luc. de Canon., & Capitul. diſc. 28. n. 8. Adden. ad Burratt. d. dec. 809. n. 10.* quamvis ad effectum conclu- 15
dendi Electionem ſufficiat exceſſus votorum, habito reſpectu ad totum Capitulum, in ſola medietate voti. *Abb. in cap. poſtulaſtis n. 14. de conceſſ. Præben. De Luc. d. deciſ. 28. n. 2. Rot. cor. Merlin. dec. 443. n. 19. & 20. & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. §. Applicando, cor. R. P. D. Anſaldo.*

Verum tamen eſt, quòd ad computandum numerum Electorum, non ſolùm habenda eſt ratio illorum, qui fuerunt præſentes in Capitulo, verùm etiam il-
lorum, qui aliquo juſto, ac rationabili impedimento de- 16
tenti, Procuratorem deputaverunt ad eligendum cum ſpeciali mandato, continente nedùm expreſſionem impedimenti, ſed etiam juramentum ſuper veritate ejuſdem impedimenti, ad *Text. in d. cap. quia propter, §. Illud autem. Adden. ad Panormit. in cap. bonæ mem. eod. tit. ſub n. 9. lit. I. Rot. dec. 169. num. 6. part. 19., & cor. Peutinger. dec. 2. n. 1.* Quinimmò quòd requiratur etiam quòd mandatum contineat facultatem Procuratoris
præſtandi juramentum in animam Conſtituentis ſuper 17
eodem impedimento, docent *Gloſſ. in cap. ſi quis V. detentus, de elect. in Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. cap. 19. n. 25. Paſſerin. de Elect. cap. 10. num. 40. Speculat. lib. 4. rub. de Elect. ſub num. 6. circa fin. Rot. cor. Peutinger. dec. 241. n. 9. & 10. & in rec. dec. 56. n. 1. & ſeq. part. 18. & dec. 396. n. 11. part. 16.* quoque alioquin non teneantur Electores Procuratores admittere, nec iterum monere abſentes, ut mandata iterum tranſmittant cum opportunis facultatibus, & interim ſuper-
ſedere in actu Electionis, ſed quòd ad illam legi- 18
timè procedere valeant die condicto, probat *Text. in cap. ſi quis juſto 46. §. Sin autem*, ibique *Gloſſ. in V. detentus, & in V. admitti*, ibique etiam *Franch. n. 2. & Ancharan. n. 4. de elect. in 6. Innoc. in d. cap. quia propter n. 11. in fin. Hoſtien. ibid. num. 62. Bellamer. n. 5. Zabarell. ibid. §. Illud autem n. 2.*

Computandi verò non ſunt ad effectum prædictum Capitulares illi, qui abſque legitima cauſa, poſt-

quam

quam in die ſtatuto congregati fuerunt pro electione
19 facienda, à Capitularibus Comitiis receſſerunt, ſi
major pars Electorum ad actum indictæ Electionis
devenire voluerit, quia in reliquis coadunatis, tan-
quam integrum Corpus Capituli repræſentantibus to-
tum jus conſolidatum remanet, ac ii, qui ſponté re-
ceſſerunt, voci ſuæ renunciaſſe pro illa vice cenſen-
tur, ad *Text. in c. cum Nobis, de elect. ibiq. Abb. n. 3. & 10. Bald. in d. cap. Eccleſia veſtra num.* 2. ubi quòd Ca-
20 pitularis recedens à Capitulo, cum contemnat ip-
ſum Capitulum, non eſt interum requirendus. *Paſſe-
rin. de Elect. cap. 11. num. 10. Tamburin. de Jur. Abb. tom. 1. diſput. 5. quæſt. 3. ex nu. 24. ad 29. Antonell. de Temp. Legal. cap. 13. numer. 5. & 6. Rot. dec. 36. num. 3. & 4. part. 6. dec. 169. num. 3. & deciſ. 313. num. 13. part. 19. rec.*

Hoc tamen procedit, ſi ſpecialiter ad actum Electio-
nis Capitulares convocati, & congregati fuiſſent,
21 quia ſi convocatio facta fuiſſet ad effectum expediendi
alia negotia, & aliqui vellent actum Electionis ex-
plere, aliqui verò renuerent, ac è Capitulo exi-
rent, præſertim ſi cum eis diſcederet Decanus, ad
quem ſpectat jus convocandi Capitulares, certé actus
Electionis, concluſus per reliquos in Capitulo rema-
nentes, non ſubſtineretur, quia deficeret intimatio
ſpecialis ad actum Electionis, vel omnium conſen-
ſus, pro ſupplendo illius defectu. *Rot. cor. Pnt. dec. 283. lib. 3. cum aliis* luculentèr *in dec. 1. per tot. impreſ. ad De Luc. in Mantiſſ. tom. 12. de Benefic.*

Illud etiam notandum eſt, quòd ſi nonnulli ex Ca-
pitularibus propter aliquam cauſam, ſeu delictum,
privati forent jure eligendi, ita ut legitimè à Capitu-
laribus excludi poſſent à ferendo voto in Electione,
22 & nihilominus ab ipſis fuiſſent admiſſi ad tractatus
futuræ Electionis, alioſque actus ejuſdem prælimi-
nares, non poſſent demum, tanquam ſemel à Capitu-
lo approbati, rejici ab Electione, ad *Tex. in cap. cum Vintonien. de elect. ibiq. Gloſ. in V. admiſerunt. Hoſtien. ibi. numer. 3. & 4. in fin. Jo: Andr. numer. 13. Ancharan. nu. 1. Imol. num. 4.*, quia talis admiſſio ad actus præpa-
ratorios operatur, ut alioquin privati voce activa,
habilitati, ac reſtituti intelligantur ad priſtinum Jus
23 quod amiſerant. *Abb. in d. cap. cum Vintonien. num. 19. Ancharan. ibid. numer. 1. verſic. & primo. Layın. poſt. Theol. Moral. Quæſt. Canon. de Prælat. Elect. cap. 7. num. 67.*

Non poteſt tamen quis excludi ab actu Electionis,
ſeu ab aliis Capitularibus Comitiis, ex cauſa alicujus
delicti, vel alterius cauſæ, propter quam vigore Sta-
tuti Eccleſiæ, ſeu aliàs de Jure, quis voce activa pri-
vatus foret, etiamſi privatio à lege inducta fuiſſet,
cum verbis latæ ſententiæ, veluti *ipſo facto, & ipſo*
24 *iure*; ſed antequam præceſſerit ſententia Judicis de-
claratoria ſuper ipſo facto, ſeu delicto, eſt admitten-
dus ad dictos actus Capitulares, etiam Electionis.
Abb. in c. quia propter §. Niſi nu. 6. de elect. Bald. in cap. bo. memoriæ num. 33. eod. tit. Spad. conſ. 48. num. 2. & 6. vol. 3. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 19. n. 64. Rot. cor. Coccin. dec. 2021. num. 15. & in rec. dec. 313. n. 22. part. 19. undè etiamſi aliqui ex Electoribus dictam
25 pœnam privationis incurriſſent, ob non ſervatam for-
mam prææallegati *cap. quia propter*, non idcirco Ele-
ctio per eos facta, ante ſententiam declaratoriam cen-
ſeri poſſet invalida. *Ancharan. in cap. d. auditis n. 3. ver. aut non. Fagnan. in cap. publicato n. 22. de elect. Paſſerin. de Elect. cap. 9. num. 62. Rot. cor. Coccin. d. dec. 2021. n. 15. & ſeq.*

Quinimmò neque ab actu Electionis, & per conſe-
26 quens à cœteris actibus Capitularibus minoris momen-
ti, repelli poſſunt Canonici, habentes titulum nullum
ſeu injuſtum, dummodò reperiantur in poſſeſſione Ca-
nonicatus, vel quaſi; ideòque imminente Electione
non valent privari Jure eligendi, ad *Text. in cap. in Geneſi, de elect. ibidemque Bald. num. 9. Barboſ. vot. 47. num. 103. & ſeq. Sperell. dec. 181. num. 52. & 53. De Luc. de Canon. diſc. 27. num. 19. & ſeq.* Sicuti neque
ſi jam lis penderet ſuper titulo, ac proprietate Cano-
27 nicatus. *Lavor. Elucubrat. tit. 4. c. 10. n. 5. Paſſerin. de Elect. cap. 11. num. 14. & c. 14. num. 36. & 40. Rot. dec. 439. num. 6. & ſeq. part. 19. tom. 2. rec.*, quia, cum ea
pendente adhuc Canonicus ſit in poſſeſſione Canonica-
tus, non poteſt illius fructu, & effectu privari. *cap.*
cum in cunctis, de elect. Cucch. Inſtit. Moral. de Elect. tit. 1. 28
num. 74. ad 97. fol. 305.

Ad validitatem Electionis pertinet & locus, nam
ſi ſine urgenti cauſa, etiam de conſenſu majoris par-
tis Capituli, Electio fieret extra locum ſolitum, &
conſuetum, nempè Aulam Capitularem, coadunatio
potiùs cenſenda eſſet conventicula, quàm Canonica
congregatio; undè ſi aliqui ex Capitularibus nulla ur-
gente gravi cauſa ſe ſe ad Electionem coadunarent ex- 29
tra locum ſolitum, licèt majorem partem conſtitue-
rent, nulliter agerent, ad *Text. in cap. in Geneſi, & cap. quia propter, de elect. Fagnan. ibidem. numer. 37. Pellizzar. Manual. Regul. tract. 9. cap. 2. ſect. 1. numer. 22. Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 5. quæſt. 6. num. 4. tom. 2.*

Cæterùm pro coronide hujus materiæ eſt adverten-
dum, quòd forma præſcripta *in d. cap. quia propter, de elect.* non eſt de neceſſitate ſervanda, niſi in Electione
Prælati, per cujus obitum Eccleſia viduatur, ac proin-
dè in Electionibus ad Canonicatus, ſeu Dignitates, 30
per Capitula faciendis, ſufficit ejuſdem Capituli con-
ſenſus, quocunque modo præſtitus, & tam manifeſta-
tus per verba, quàm per facta. *Hoſtien. in d. cap. in Geneſi n. 14. cum aliis apud Rot. dec. 210. n. 9. & ſeq. part. 9. tom. 2. rec.*

Agit etiam hìc noſter Auctor de Capellanis, ſeu Be-
neficiatis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiata-
rum, pro quorum majori notitia nonnulla notanda ve-
niunt; ac primo, quòd hujuſmodi Capellani, ſeu Be-
neficiati, non ſunt de corpore Capituli, & nuncupan- 31
tur etiam *Manſionarii*, ut in *cap. 1. quis Epiſcopos 8. cauſ. 5. quæſt.* 1. & *Aſſiſii*, eo quòd aſſiduam operam præ- 32
ſtent in Choro in Divina pſalmodia, ac Divinis Lau-
dibus perſolvendis, ut docet *Gloſſ. in cap. penult. V. Aſſiſios, de Cleric. non reſiden. ibiq. Barboſ. & de Canon. c. 4. num. 37. & ſeq. Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 9. quæſt. 1. Gonzal. in d. cap. penult. num. 1. de Cleric. non reſiden.* Ad eos verò, utpote perſonas extraneas à Ca- 33
pitulo, neque ſub illius appellatione venientes *Abb. in cap. ſcriptum n. 4. de elect. Cæſar de Graſſ. dec. 4. num. 6. de his, quæ fiunt à ma. part. Capit.* nullum Jus in eo com-
petere poteſt, & maximè ſtatuendi circa Eccleſiam, 34
ejuſque ſervitium. *Rot. dec. 76. num. 4. & 5. part. 7. rec.*
ſed ad eos, qui reputantur ſervi Eccleſiæ, *cap. penult.*
ibiq. Gloſſ. in d. V. Aſſiſios, de Cler. non reſid. ſpectat ob- 35
ſequendi neceſſitas, cum manus eorum propriè ſit ſer-
vitorium, nullamque habeant Præeminentiam, ſive
dignitatem, ſed Capitulo tanquam illius Servitores 36
ſubſint. *De Luc. de Canon. diſc. 32. n. 11. Rot. d. dec. 76. n. 6., & dec. 112. n. 13. eadem part. 7. rec.*

Hinc eſt, quòd ad idem Capitulum ſpectat facultas
eoſdem Capellanos, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, 37
ejuſdem ſervitio mancipatos, quoties in aliquibus ex
injunctis muneribus, ſeu officiis delinquuntur, per
modum fraternæ correctionis mulctare, mediante
fructuum, ſeu Diſtributionum moderata ſubtractione
per modicum tempus, ſeu alia ſimili levi mulcta. *c. irrefragabili §. Exceſſus, & cap. quanto, de offic. Ordin. ibiq. Canoniſtæ. Tondut. Quæſt. Benefic. part. 1. cap. 61. n. 14., & cap. 62. n. 17. Seraphin. dec. 639. num. 9. dec. 274. n. 12. part. 19.*, & optimè *in Illerden. Juris mulctandi ſuper negotio principali 23. Januarii 1702. per tot. cor. Muto & in Tarraconen. Juris punctandi ſuper negotio principali §. Stetit 26. Febr. 1703. cor. Omana*; & antea *in Hiſpalen. Juris præſidendi in choro 2. Julii 1700. §. Quo enim ad primum, cor. dell' Olmo.*

Mulcta verò, quæ fit mediante ſubtractione
fructuum, ſive Diſtributionum, pro punitione Be-
neficiatorum delinquentium in eorum officiis, nulla-
tenus cedere debet in particularem ſtatuentium, vi-
delicet Capitularium utilitatem, ſeu commodum, ſed
vel in communem, vel Eccleſiæ, convertenda eſt. *Rot.* 38
poſt Conſtan. ad Stat. Urb. dec. 1. n. 11. & in Barcinonen. Statuti 10. Martii 1704. §. Citra quod, in fin. cor. Priolo.

Jus verò mulctandi venit in ſequelam juris præſiden-
di in Choro, quod ad Capitulum, quod illud exer-
cet, ſeu per digniorem, ſeu per alium Canonicum ſpe-
cialiter deputatum, ſpectat, ac proindè dictam Præ- 39
ſidentiam habens, per aliqualem modicam coercitio-
nem, & pœnam, ut diximus, inobedientes, & con-

tumaces

tumaces, ac in Divinis Miniſteriis delinquentes, punire poteſt, ac debet, *argumen. Text. in l. 1. §. ult. de offic. ejus cui mand. eſt juriſd., & in l. final. cod. tit.* quia alioquin inanis eſſet juriſdictio, ſi ſaltem jus modi-
40 cæ coercitionis non haberet, ut optimè in his terminis *Rot. dec. 693. numer. 8. cor. Seraphin. dec. 66. nu. 14. cor. Ludoviſ. & dec. 253. per tot. part. 6. rec.*

Quod adeò verum eſt, ut licèt ad Epiſcopum ſolum ſpectet correctio, & punitio delictorum ſuorum ſubditorum, cum apud eum ſolummodo reſideat vis
41 coactiva, *Rot. in d. Tarraconen. Juris punctandi §. Parum itaque:* attamen reſpectu delictorum levium, commiſſorum circa Divina Officia in Cathedrali, ejuſque Eccleſiæ ſervitium, per Beneficiatos, alioſque Miniſtros, quæque non ſunt punibilia in forma judiciali, ſed per modum fraternæ correctionis, ut ſupra
42 explicavimus, illorum punitio, ac correctio ſpectat ad Capitulum, quod in Eccleſia Cathedrali figuram Domini facit. *Duaren. de Sac. Eccleſ. Miniſtr. lib. 1. c. 18. Barboſ. de Canon. cap. 32. num. 1. Rot. in Seguntina Præeminentiarum ſuper prælatione Altarium 17. Martii 1681. §. Contra, cor. Rondinino, & latius in d. Tarraconen. §. Parum, in fine, & in Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Quo ad primam, cor. dell' Olmo.*

Hoc tamen limitandum venit in caſu, quo Epiſcopus non adeſſet in Choro: nam cum in eo præſens eſt, & aſſiſtit ad Divina Officia, cum Canonicis, & aliis
43 Eccleſiæ Miniſtris, dignior Canonicus, ſeu alius præſidentiam habens nomine Capituli, non exercet jus corrigendi, & mulctandi delinquentes privativè ad ipſum Epiſcopum, ſed ad ſummum tantùm cumulativè cum illo, ut in puncto docet *Aretin. conſ. 102. n. 1. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. num. 14. Rot. cor. Peutinger. dec. 46. numer. 2. & per tot. & in Tarraconen. Juriſdictionis ſuper edictis die 28. Junii 1700. §. Quandoquidem, & in d. Hiſpalen. d. §. Quo enim ad primam, cor. dell' Olmo.* Etiam ſi nulla Decani, ſeu alterius, Deputati in corrigendo negligentia interveniret, vel etiam ſi immemorabilis concurreret obſervantia, quòd ſolus Deputatus à Capitulo juberet in Choro, & corrigeret delinquentes, quia hæc non eſſet niſi corrupte-
44 la, & abuſus, cum inferior excluderet ab exercitio juriſdictionis Superiorem, & Caput, ut ponderat *Rot. in d. Hiſpalen. §. penult., & ult. cor. dell' Olmo, & in ead. Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro, & Capitulo, ſuper Remiſſoria 2. Julii 1700. §. Ex eiſdem, & §. Multoque minus, ad fin. cor. eod.*

Hæc facultas in Capitulo corrigendi delinquentes circa Divina Officia, exerceri poteſt etiam contra ip-
45 ſoſmet Capitulares de gremio exiſtentes. *Abb. in cap. cum contingat n. 28. de for. compet. Rot. dec. 432. num. 5. part. 2. diverſ., & in Barchinonen. juriſdictionis, ſeu pœnæ 5. Junii 1694. §. Non refragante, cor. Urſino*, eademque facultas extenditur etiam ad condenda Statuta pœnalia contra eoſdem Capitulares, & Eccleſiæ Miniſtros, in officio delinquentes, dummodo non excedant modo fraternæ correctionis, ac levis mulctæ,
46 quia correctio, & coercitio pro gravibus delictis eſt actus juriſdictionis, quàm, præcindendo à ſpeciali privilegio, ſeu immemorabili conſuetudine, non poſſunt nec etiam contra illos de gremio exercere Capitula, niſi Sede vacante. *Felin. in cap. cum omnes n. 9. in fin. & n. 10. de conſtit. Rot. poſt Conſtan. ad Stat. Urb. dec. 1. n. 3.* niſi talia Statuta pœnalia, etiam exceden-
47 tia præſcriptam metam, robur accepiſſent à confirmatione Epiſcopi, in quo reſidet ſuſtantialitèr juriſdictio, & vis coactiva. *Rot. dec. 107. num. 7. part. 7. rec. & latiùs in Barchinonen. Statuti 10. Martii 1704. §. Nec talis, cor. Priolo.*

Quoad materiam Beneficiatorum, ſeu Capellanorum, illud pariter eſt obſervandum, quòd ad Capitulum, privativè ad eoſdem Capellanos, ſpectat admi-
48 niſtratio Eleemoſynarum, Anniverſariorum, aliarumque piarum Oblationum Eccleſiæ Cathedralis, potiſſimum illarum, quæ pendent à Jure Parochiali, eo quia cura habitualis dictæ Eccleſiæ Capitulo incumbat. *Turret. conſ. 143. n. 4. De Luc. de Paroch. diſc. 32. n. 4. de Juriſd. diſc. 42. n. 2. in fin. & in Miſcellan. diſc. 35. numer. 6. Rot. poſt Poſth. de Manut. deciſ. 166. numer. 6. Merlin. dec. 257. per totum. Coccin. deciſ.* 2059. *n.* 19. quod etiam eſt verum, licèt prædicti Capellani in iiſdem obventionibus habeant intereſſe, ac de illis participent prout practicatur per noſtrum Capitulum, non ſolùm in adminiſtratione dictarum Oblationum, ſed etiam Maſſæ Diſtributionum eorumdem 49
Capellanorum, cum in hiſce adminiſtrationibus ſeſe ingerere nullatenus poſſint. *Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 17. num. 8. Cæſar de Graſſ. dec. 4. numer. 1. de his quæ fiunt à ma. part. Capit. Verall. dec. 84. nu. 5. part. 1. & dec. 145. n. 4. & ſeq. part. 5. rec.* quamvis reſpectu adminiſtrationis Maſſæ Diſtributionum communis, ſeu etiam particularis ipſorum Capellanorum, ratione intereſſe quod habent in illius certa, ac fideli adminiſtratione, eiſdem etiam ratio per Capitulum adminiſtratorem reddi debeat, ut diſcuſſo articulo *Rot. dec. 224. per tot. part. 17. recen.*

Hæc tamen abſoluta adminiſtratio, quam dictarum Oblationum habet Capitulum, limitanda venit in caſu, quo vellet per novum Statutum innovare, & immutare antiquam Eccleſiæ conſuetudinem, alteran- 50
do modum diſtribuendi, tam quotidianas Diſtributiones, quàm provenientes à dictis Anniverſariis, & Exequiis, inter eoſdem Canonicos, & Beneficiatos, qui eiſdem Anniverſariis, aliiſque Divinis Officiis ſuam aſſiſtentiam præſtare conſueverunt, cum hoc Capitulo non liceat, ad *Text. in cap. unic. de Cleric. non reſid. in 6. Rot. dec. 32. numer. 3. & ſeqq. part. 7. rec.*, ſed requiratur etiam auctoritas Epiſcopi, qui de conſenſu Capituli novam conſuetudinem in Eccleſia inducere poteſt, ſi illa ſit bona, & laudabilis. *can.* 51
novit. diſt. 12. cap. cum conſuetudinis, de conſuetud. Geminian. in d. cap. unic. de Cler. non reſid. Rot. d. dec. 32. n. 8. part. 7. rec. niſi ageretur de Statuto facto à Capitulo quod reſpiceret id, quod de jure cautum eſt, & per contrariam conſuetudinem abrogatum fuiſſet, vel niſi Statutum novum circa dictam Diſtributionum repartitionem non eſſet contrarium obſervantiæ Eccleſiæ, aut voluntati Defunctorum, ex quorum piis diſpoſitionibus Anniverſaria celebrantur, ut declarat *Rot. in d. dec. 32. numer. 9. 10. & 11.* Undè cum Capitulum *Barchinonen.* per quoddam Statutum adſtrinxiſſet Ca- 52
pellanos ad aſſociationem cadaverum Peregrinorum, & Pauperum, nulla ipſis perſoluta mercede, quam tamen antea Sacerdotibus conductitiis ſolvere conſuevereat, ac pluries propoſitum fuiſſet in S. Rota du- 53
bium ſuper validitate dicti Statuti, contrariis captis reſolutionibus, tandem cenſuit, recedendo à firmatis *in dec. 107. part. 7. recen.* Statutum non ſubſtineri, quia licèt in dubium revocari non poſſit facultas in Capitulo ſtatuendi circa regimen, & adminiſtratione n Eccleſiæ, attamen hæc facultas non poteſt extendi ad imponendum Capellanis onus, quod non habent, cum exoneratione ipſorum Canonicorum, cum hoc manifeſtam involvat irrationabilitatem, & injuſtitiam, ut reſpondit *in d. Barchinonen. Statuti 11. Maji 1709. coram Priolo.*

Præfati Capellani, aliique Clerici, Choro intereſſentes, & de quotidianis Diſtributionibus participantes, regularitèr excludi non poſſunt ab emolumentis Anniverſariorum, niſi particularis obſiſtat conſuetu- 54
do, ſeu Statutum contrarium, aut aliter à Teſtatoribus cautum fuerit, ex literali diſpoſitione *d. Text. in cap. unic. §. final. juncto §. Statuimus, de Cler. non reſiden. in 6.* quia cum etiam ipſi Eccleſiæ aſſiſtant, conſequens eſt, ut regulando emolumentum ab onere, de dictis Diſtributionibus participent, ut benè *Rot. dec. 39. à n. 1. ad 6. & ferè per tot. part. 7. rec.* & dixit etiam *in d. Barchinonen. Statuti §. Eo fortiùs, & §. ſequen., cor.* 55
Priolo.

Nec relevat, quòd in legato relicto pro Anniverſario Capitulo, non videantur comprehendi Beneficiati, aliique Clerici Cathedralis, qui appellatione Ca- 56
pituli non veniunt, ex allegata *Gloſſ. in cap. penult. in V. Aſſiſioſ. de Cleric. non reſiden.* cum concordantibus; quia ratione ſubjectæ materiæ, nempè Anniverſarii, cui ſolent cum Canonicis aſſiſtentiam ſuam præſtare cæteri Cathedralis Eccleſiæ Clerici, præſumitur Teſtatorem ab iis excludere noluiſſe eoſdem, ſed ideò ad favorem Capituli ſcripſiſſe legatum, quia ad illud ſpectat illius adminiſtratio privativè quoad dictos Clericos: *cap. relatum, de teſtament. Gloſſ. in d.*

cap. pe-

cap. penult. V. Aſſiſſos, de Cler. non reſid. Rot. d. dec. 279.
numer. 2. & ſeq. part. 7., ac in his terminis ratioci-
natur in d. dec. 59. numer. 37. & ſeqq. ead. part.
7. rec.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

Quid ſit Capitulum, & à quibus conſtituatur, & qualia ſint ejus requiſita. An Capitulum ſit dignitas. An illud poſſint conſtituere Capellani, vel Parochi, & an iſti poſſint pro eorum libito Congregationes facere, & tanquam unum corpus ſe congregare.

SUMMARIUM.

1 *Soli Canonici conſtituunt Capitulum.*

2 *Capitulum eſt Congregatio Collegarum in uno honore ad invicem poſitorum.*

3 *Capitulum dicitur, quia conſtat ex Canonicis, qui dicuntur Capita, minora tamen, ad differentiam Epiſcoporum.*

4 *Nomen Capituli ſolùm conveniebat olim Eccleſiæ Cathedrali, nunc verò etiam Eccleſiæ Collegiatæ.*

5 *Erectio Cathedralis, ſeu Collegiatæ, probatur ex Bulla fundationis.*

6 *Item per communes tractatus, fieri ſolitos à Canonicis canonicè adunatis.*

7 *Item ſi habeant Sigillum commune.*

8 *Item Camerarium, locum Capitularem, & Arcam communem.*

9 *Item ſi habeant propria Statuta, ac unam Dignitatem pro eorum capite.*

10 *Non eſt neceſſe, ad probandam Collegialitatem, quòd concurrant omnia ſigna prædicta, ſed ſufficit unum.*

11 *Capitulum Eccleſiæ ſecularis eſt propriè Dignitas.*

12 *In odioſis non venit appellatione Dignitatis.*

13 *Capitulum aliquando poteſt eſſe majus Epiſcopo.*

14 *Capitulum non poſſunt conſtituere Parochi, nec Capellani, nec alii Presbyteri.*

15 *Prædicti non poſſunt ſe congregare, ſine licentia Epiſcopi.*

16 *Nec eis convenit commune Sigillum.*

TITULUS IV.

SOli Canonici conſtituunt Capitulum: Innoc. ſupra
1 cap. 2. de inſtit. Ant. de Butr. in cap. Relatum n.
5. de teſt. cap. Eam te, de reſcript. Fely. in cap. Olim,
de re jud. Verall. deciſ. 84. part. 1. Caval. dec. 57. &
91. & ad illud conſtituendum ſufficiunt: Ant. de Butr.
in Rubr. de elect. num. 2. Innoc., cap. 1. eod. tit. Abb.
conſ. 25. part. 2. & ſuper cap. Nullus, de elect. Ca-
pitulum eſt congregatio Collegarum, in uno hono-
2 re ad invicem poſitorum; ita docent Jo: Andr. in
cap. Capitulum, de reſcript. Sylv. in Summ. eod. V.
numer. 1. Card. Paleot. de Adminiſtr. Bonon. Eccleſ. part.
1. cap. 5. Diciturque Capitulum, quia conſtat ex Ca-
nonicis, qui dicuntur Capita, nempè minora, ad
3 differentiam Epiſcoporum, qui ſunt Capita majora,
ut tradunt Ragucc. de Voc. quæſt. 5. numer. 5. & Lot-
ther. ubi ſupra quæſt. 25. num. 11. Capitulum olim
nominabatur dumtaxat in Eccleſia Cathedrali, &
4 in Eccleſia Collegiata dicebatur Collegium, à Col-
ligendo, quaſi plures in unum collecti: cap. 1. diſt.
15. Nunc verò dicitur Capitulum propriè, vel Col-
legiata: cap. cum non liceat, de præſcript. Jo: Andr.
in cap. niſi eſſem num. 3. de præb., & Abb. in cap. cum
terra, de elect. Idque liquidò apparet ex lectura
Bullæ erectionis hujus Collegiatæ, in qua plu-
ries repetitur - Abbas, & Canonici conſtituunt Capi-
tulum. Quod ſatis eſſet ad probandum Capitulum,
ad tradita per Hoſt. in d. cap. cum Eccleſiarum, &
Farinac. deciſ. 201. n. 5. part. 1. quia agit Papa de fa-
cto, coram ſe geſto. Rota apud Cenc. de Cenſib. part.
2. dec. 130. num. 5. Capitulum ex Bulla fundationis
5 Cathedralis, vel Collegiatæ ſatis probatur, cap. porrò
de privil. Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap. 1. num. 4., de qua
ſi non conſtaret, probari poſſet per ſequentes conje-
cturas.

Primò, per communes tractatus, fieri ſolitos à Ca- 6
nonicis, canonicè coadunatis: cap. 3. de prob. Rot.
apud Buratt. deciſ. 455. num. 2. cum aliis.

Secundò, per Sigillum commune, cap. ſignificavit,
de appellat. Ludoviſ. deciſ. 482. num. 4. quod Capituli ſi-
gillum eſt authenticum, & publicum. Vulp. in Prax. 7
cap. 18. n. eod.

Tertiò per Camerarium, quem eligunt Canonici,
cap. unic. de ſyndic., & poſt alios notat Fenzon. ad Stat. 8
Urb. part. 1. cap. 72. n. 5.

Quartò per locum Capitularem. Gloſ. in c. Statutum
de elect. in 6. Alex. conſ. 75. n. 2. lib. 4.

Quintò per Diſtributiones, Arcam, & Maſſam
communem. Innoc. in cap. cum olim, de ſent. & re judic.
Duar. dec. 29. num. 2.

Sextò per propria Statuta, à Canonicis condita, ita
poſt alios docet Card. Mant. deciſ. 175. num. 1.

Septimò, & ultimò dicitur ſignum Capituli, quan-
do Canonici in Eccleſia, in qua inſerviunt, habent 9
unam Dignitatem pro eorum capite. Maſſobr. in Prax.
prælud. 2. dub. 1. 2. 6. Selva de Beneſ. part. 2. quæſt. 16.
num. 14. Nec eſt neceſſum, ut omnia ſupramemorata
argumenta ſimul concurrant, ſed ſufficit unum ex il-
lis extare. Maſcard. de Prob. concl. 384. 10

Quodcunque Capitulum ſecularis Eccleſiæ eſt verè
& propriè dignitas. Lotther. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 14.
n. 47. & dixit Ant. de B. in cap. Cum non ignores n. 4. de 11
præb. Imò non eſt dicendum ſimplex Dignitas Abb. in
cap. de multa num. 24. eod. tit. & DD. ſtatim citati.
Idcircò in odioſis non venit nomine Dignitatis, cap. 12
grave, Extra. de præb. Abb. ibid. & Nald. in Summ. V.
Capitulum numer. 9. Neque in materia ſtricta compre-
henditur appellatione perſonarum, ad tradita per Put.
dec. 84. num. 2. part. 1. Gonzal. lib. 1. gloſſ. 37. num. 2.
Et ita diſpoſitio Clem. 1. de Jud., dum dicit quibuſ-
cumque perſonis, non includit Capitulum; atque de-
rogatio privilegiorum, quibuſcunque perſonis conceſ-
ſorum, non comprehendit privilegia conceſſa Capitu-
lo. Farinac. dec. 397. num. 6. part. 2. in Poſth. Capitu- 13
lum aliquando in ſpecie eſt majus Epiſcopo, ut quan-
do eſt in Capitulo uti Canonicus. Gloſſ. in dicta cap.
irrefragabilis, Gemin. in cap. Non putamus, de con-
ſuet.

Quia eo caſu eſt de Capitulo, quod eſt majus om-
nibus, & ſingulis ipſorum. Graſſ. part. 1. dec. 3. num.
1. de reſcript. Zerol. part. 2. V. Concilium. Hujuſmodi 14
Capitulum non poſſunt conſtituere Parochi, nec Ca-
pellani, aliique, ſimplices Presbyteri. Ant. de Butr.
in d. cap. irrefragabili num. 9. Abb. in cap. Ad hoc, num.
ult., de Cler. non reſid. Gonzales l. 1. Gloſſ. 19. numer. 16.
Vulp. in Prax. cap. 44. num. 2. Ratio eſt, quia hi non
faciunt unum corpus, ut Canonici, ſed in Eccleſiis
conſiderantur ut ſinguli. Rot. part. 1. diverſ. dec. 455.
& part. 7. dec. 136. & 351. num. 2. Ratio rationis eſt,
quia nequeunt ſibi caput efficere. Abb. in cap. Dilecta n.
1. de exceſſ. Prælat. & Mart. Digeſt. noviſ. p. 6. tit. Cano-
nicus, cap. 25. Neque poſſunt liberè ſeſe congregare,
ſed quando occurrit id agere, ob eorum negotia, te- 15
nentur licentiam petere ab Epiſcopo, ut non ignoret
quid iſti agant. Rot. part. 5. diverſ. dec. 32. num. 1. &
in Add. deciſ. 112. n. 7. iiſdem Parochis, & Capellanis
non convenit commune Sigillum: Caputaquen. dec. 42.
n. 1. part. 1. Prout competit Capitulo habere non tan- 16
tùm unum, ſed plura ad diverſos effectus, & actus,
deſtinatos: nempè Sigillum magnum pro ſignandis
negotiis Capituli, & parvum, pro ſigillandis literis
miſſivis quotidianis. Jo. Bertacch. in tract. de Epiſc. lib.
3. num. 33. Et quia prædictis conſiderabilibus præfa-
ti de Clero ſunt expertes, meritò poſtponendi ſunt
Canonicis. Federic. de Sen. part. 1. conſ. 34. & Graſſ.
dec. 131. n. 6.

ARGUMENTUM,

An Capellani, ſeu Beneficiati, poſſint ſe coogregare, & Capitula facere, abſque Superioris licentia; & ao talis facultas poſſit ab Epiſcopo concedi, ſine conſenſu, & conſilio Capituli. An, & quando Parochi, & reliquus Clerus Civitatis, & Diœceſis, poſſit ſe adunare abſque licentia Superioris, & Collectas exigere pro expenſis, ad aliquod negotium expediendum neceſſariis. Quare probationes, & ſigna reiiciantur, & reſpectivè ſufficiant, pro inducenda qualitate Collegialitatis; & ad quem ſpectet ſimplicem Eccleſiam ad Statum Collegialitatis elevare.

SUMMARIUM.

1 *Capellani, ſeu Beneficiati, non faciunt corpus, ſive Collegium, nec poſſunt ſe congregare, & Capitula facere abſque Superioris licentia. Limita* n. 3. & 4.

2 *Monſtrum præſefert, quòd in una, eademque Eccleſia biceps corpus exiſtat, Canonicorum, & Beneficiatorum.*

5 *An Epiſcopus poſſit indulgere Beneficiatis facultatem ſeſe coadunandi, & conſtituendi Collegium, abſque conſenſu, vel conſilio Capituli, remanſit apud S. Rotam indeciſum.*

6 *Epiſcopo non licet ſtatuere contra Jus, ſed hoc eſt Summ. Pont. reſervatum.*

7 *Res gravis, & ardua, & Jus Capituli tangens, abſque ejus conſenſu, vel conſilio, expediri non poteſt.*

8 *Beneficiati poſſunt conſiderari tanquam Corpus, etiam quando ſunt diſtincti, & ſeparati à Capitulo, ad aliquem certum actum, veluti ad effectum intereſſendi in Funeralibus, vel incedendi in Proceſſionibus.*

9 *Item Parochi Collegium conſtituere non poſſunt, niſi ſpeciale indultum habeant, cum requiſitis ad hunc effectum neceſſariis.*

10 *Multò minus tanquam Corpus conſiderari poteſt reliquus Clerus Civitatis, ſeu Diœceſis, licèt ex aliqua juſta cauſa poſſit in unam convenire, & quandam univerſitatem repræſentare.*

11 *Idem Clerus, aliæque perſonæ ex eodem Clero, quæ uti ſingulæ conſiderantur, ſi juſta de cauſa velint ſe congregare ſuper negotio tangente intereſſe Superioris, veluti de promovenda lite contra eundem, ſufficit, quòd licentiam petierint, licèt eam non obtineant.*

12 *Cauſa, cur prohibeantur dictis perſonis Congregationes, & Adunantiæ, eſt ſola ſuſpicio conſpirationis, ſeu machinationis.*

13 *Ea verò ceſſat, quoties conſtat de intereſſe Congregatorum.*

14 *Licitum eſt Clero occaſione promovendæ litis contra Superiorem, exigere collectas à ſingularibus perſonis ejuſdem Cleri, etiam inſcio, & invito Superiore, à ſponte tamen contribuere volentibus.*

19 *Limita in caſu victoriæ, tunc enim quiſque poteſt compelli ad ſolutionem ſuæ ratæ.*

16 *Cauſa principalitèr vertente inter Collatores ſuper pertinentia, & Jure conferendi, ac pro determinando Eccleſiæ Statu pro futuris vacationibus, attendenda eſt qualitas Beneficii, legitimè præſcripta.*

17 *Secus ſi Lis agatur ſolùm inter Proviſos, quia tunc ultimus Status eſt unicè attendendus.*

18 *Etiamſi ultimus Status impreſſus fuiſſet per Proviſiones Apoſtolicas, quæ cæteroquin Beneficii Statum, & naturam non immutant.*

19 *Declara quando hujuſmodi Proviſiones non apparerent continuatæ per notabilem temporis decurſum, aptum ad imprimendam Beneficio novam qualitatem,* & num. 29.

20 *Quaſi poſſeſſio, quoad Collationem unius, vel aliquorum ex Beneficiis, in Eccleſia Collegiata, vel è converſo, ſuffragatur etiam quoad reliqua Beneficia ejuſdem naturæ, & qualitatis, in eadem Eccleſia conſiſtentibus, ob univerſalitatem cauſæ, à qua reliqui actus promanant.*

21 *Neque prædictus ultimus ſtatus abſorbetur, niſi per indubitatas probationes, reſultantes, vel à ſententia, vel à Partis confeſſione, vel à publico Inſtrumento.*

22 *Et hoc eſt regulare in materia Beneficii Juriſpatronatus, ut attendatur ultimus ſtatus, niſi clara, & undequnque innegabilis oſtendatur juſtificatio anterioris, ſeu diverſi Status.*

23 *Pro firmando Statu, ac qualitate Eccleſiæ, an ſcilicet ſit Collegiata, magis rigoroſæ exigantur probationes, nec æquivocæ ſufficiunt.*

24 *Quæ ad hunc effectum dicantur probationes æquivocæ, & irrelevantes,* & n. 25.

26 *Quæ pariter ſigna reputentur inefficacia pro convincenda qualitate Collegialitatis, niſi urgentioribus adminiculis ſint ſuffulta.*

27 *Quæ autem unita cum prædictis ſignis ſufficiant, ad probandam dictam qualitatem Collegialitatis.*

28 *Ad immutandam naturam Beneficii requiritur in Papa ſcientia Status antiqui, ac voluntas immutandi, quæ nunquam poteſt præſumi in ſimplici proviſione emanata ad Partis ſupplicationem.*

30 *Poſita indubitata qualitate Collegialitatis, iſta non deperditur, ex quo à multo tempore Canonici non reſideant.*

31 *Et non obſtante defectu Canonicorum, ob tenuitatem redditu um, vel aliam cauſam remanet Eccleſia Collegiata ſaltem habita.*

32 *Præſertim ad effectum, ut intret reſervatio* Reg. IV. Cancell.

33 *Ad ſtatum Collegialitatis elevare ſimplicem Eccleſiam, eſt Supremæ auctoritati Sedis Apoſtolicæ reſervatum.*

34 *Reprobatur opinio veterum Canoniſtarum, ſimilem facultatem attribuentium etiam Epiſcopis.*

35 *Ita etiam non poteſt Epiſcopus Eccleſiam Collegiatam è converſo ad ſtatum ſimplicis Parochialis reducere, nec expreſsè, nec implicitè, illam conferende, uti Parochialem.*

36 *Poteſt autem idem Epiſcopus, vel etiam illius Vicarius Generalis, declarare ſuper qualitate Collegialitatis alicuius Eccleſiæ, quæ per plura ſecula deſtituta fuit Canonicorum Collegio, eamque in priſtinum Statum reſtituere.*

ANIMADVERSIONES.

EX his, quæ ſupra notavimus, circa Capella- 1
nos, ſeu Beneficiatos, nempè quòd illorum officium eſt merè ſervitorium, & Capitulis ſubſunt,
profuit etiam, quòd ipſi conſiderantur tanquam ſin- 2
guli, proindèque corpus, ſive Collegium non conſtituunt, nec non in unum ſeſe congregare poſſunt,
& Capitula facere, ſine Superioris licentia. *Abb. in*
cap. dilecta, in fin., de exceſſ. Prælat. & in cap. no- 3
bis numer. 8, de Jurepatr. Rot. cor. Cæſar. de Graſſ. dec.
4. numer. 24. de his quæ fiunt à maior. part. Capit. &
dec. 136. num. 1. part. 6. & dec. 76. num. 33. part. 7.
recent. cum quodammodo monſtrum præſeferat, quòd
in una eademque Eccleſia biceps Corpus exiſtat Canonicorum, & Beneficiatorum. *Abb. in d. cap. dilecta* 4
numer. 1. & 2. de exceſſ. Prælat. niſi prædicti Beneficiati, ſive Capellani, ſpeciale indultum, & privilegium haberent congregationes faciendi, & repræſentandi Collegium. *Hoſtien. in Summ. de exceſſ. Prælat. §. 3. verſ. ſubditi verò, circa med. Pignattell. conſult. 50. n. 6. tom. 3. Rot. dec. 136. n. 3. part. 6. rec.* vel ſaltem immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, ut proſequitur *ead. Rot. d. dec. 136. num. 4. & ſeq.*

In dubium revocari ſolet, an Epiſcopus poſſit ſua
ordinaria auctoritate indulgere Beneficiatis faculta- 5
tem ſeſe coadunandi, & conſtituendi Collegium, ſine conſenſu, vel conſilio Capituli; & quamvis Rota hunc articulum indeciſum reliquerit, tam in *deciſ. 155. part. 1. diverſ., & in dec. 126. numer. 8. part. 6. rec.*, videtur negativam eſſe probabiliorem, quia cum Capitulo Canonicorum jus aſſiſtat conſtituendi in Eccleſia Cathedrali Collegium, ac

reſiſtat,

reſiſtat, nè illud faciant Beneficiati, hoc eſſet quo-
dammodo ſtatuere contra jus, quod Epiſcopo non
6 licet, ſed tantummodo hoc eſt reſervatum Summo
Pontifici. Rot. in Barchinonen. Status 11. Martii 1079.
§. Quo verò coram Priolo. Aut ſaltem tanquam
7 res gravis, & ardua, & jus Capituli tangens, ſine
ejus conſenſu, vel conſilio, expediri non poſſet. Ve-
rall. dec. 305. num. 3. cum aliis pleniùs deductis in Anima-
dverſione ad tit. 2. circa princ.

Poſſunt tamen Beneficiati conſiderari tanquam Cor-
8 pus, etiam quando ſunt diſtincti, & ſeparati à Ca-
pitulo, ad aliquem certum actum, veluti ad effectum
intereſſendi Funeralibus, vel incedendi in Proceſ-
ſionibus; quamvis ad reliquos effectus careant faculta-
te conſtituendi Collegium, juxta Conſ. Calderin. 5. de
his quæ fiunt à Prælat. & optimè ponderat Pignatell.
conſult. 50. n. 6. & 7. tom. 3.

Parochi ſimiliter Collegium facere non poſſunt,
quia etiam ipſi conſiderantur, tanquam ſingulares per-
ſonæ, niſi habeant ſpeciale Indultum, ab habente
9 auctoritatem ſibi conceſſam, unà cum cæteris requi-
ſitis, ad conſtituendum Collegium neceſſariis. Rot. dec.
1879. n. 1. & dec. 2081. & dec. 2174. utrobiq. n. 1. &
ſeqq. cor. Coccin. & poſt Urceol. de Tranſact. dec. 85. n.
9. & dec. 256. num. 5. & ſeqq. & dec. 192. n. 10. part.
14. rec.

Idem pariter, ac quidem majori ratione, ſtatuen-
dum eſt de reliquo Clero Civitatis, ſeu Diœceſis,
cujus perſonæ conſiderantur uti ſingulæ, nec in
10 unum Corpus coaleſcunt, licèt ex aliqua juſta cau-
ſa in unum convenire poſſint, & quandam Uni-
verſitatem repræſentare. Jo: Andr. in cap. Conſtitution.
num. 3. ibiq. etiam Gemin. numer. 5. de V. ſignif. in
6. Franc. Marc. dec. Delphin. 456. num. 10. part. 1. Rot.
dec. 148. n. 1. part. 7. rec., & quamvis, ut prædixi-
mus, ſemper ſit neceſſarius Superioris aſſenſus; hoc
tamen fallit, quotieſcunque ageretur de coadunatio-
ne facienda ſuper negotio tangente intereſſe ipſius
Superioris; veluti de promovenda Lite contra eun-
dem; quia tunc licentia petita, licèt non obten-
ta, poſſent haberi Congregationes per Clerum,
ſive alias Perſonas ex eodem Clero, quæ re-
gulariter tanquam ſingulæ conſiderantur, quia in
11 hoc caſu idem eſſet denegare facultatem ſeſe con-
gregandi, ac extinguere Litem. Alciat. conſ. 103.
numer. 2. lib. 5. cum aliis apud Rot. d. dec. 148. numer.
2. part. 7. rec., & ſic indirectè adimere Clero mo-
dum appellandi, ac recurrendi ad Superiores ipſius
Epiſcopi, pro reparandis gravaminibus, ſibi forſan
cum Conſtitutionibus, ſive Edictis nimium rigoro-
ſis, vel injuſtis, illatis, quod ſanè nulla æquitas
patitur; undè cum potiſſima cauſa, ex qua hujuſ-
modi adunantiæ prohibentur abſque Superioris per-
miſſione, ſit ſola ſuſpicio conſpirationis, ſeu machi-
12 nationis, ea, verò penitus propulſetur, quando
adeſt juſta cauſa, ut eſt Litis pendentia, pro cu-
jus proſecutione, ac directione, ſunt neceſſa-
rii tractatus intereſſe habentium, pro capiendis
opportunis conſiliis, & reſolutionibus, tunc poteſt
indubiè fieri dicta convocatio; cum regulariter pro
excludenda præſumptione prædicta, propter quam
13 adunantiæ vetantur, ſatis ſit quòd conſtet de intereſ-
ſe Congregatorum. d. cap. conſtitutionem, de V. ſignific.
Roland. conſ. 17. n. 31. lib. 3. Rot. d. dec. 148. n. 4. &
5. part. 7. rec.

Quin etiam, in figurato caſu Litis promovendæ
contra Superiorem, poteſt licitè Clerus exigere col-
lectas à ſingularibus Perſonis ejuſdem Cleri per mo-
dum Conſtitutionis, etiam inſcio, & invito Supe-
14 riore; non tamen ab invitis; ſed ſolùm à ſponte
contribuere volentibus; cum non poſſit habere Cle-
rus vim coactivam, quæ in ſola Epiſcopali, ſeu
quaſi Epiſcopali Dignitate regulariter reſidet, ut
diximus in antecedentibus Animadverſionibus; quam-
15 vis in caſu victoriæ renuentes juris remediis compelli
poſſent ad ſuæ ratæ ſolutionem, nè alienis impen-
ſis commmodum contra omnem æquitatem repor-
tarent, ut firmat d. dec. 148. numer. 6., & ſeqq. part.
7. rec.

Recenſet hìc Ceccoperius requiſita Collegii, ſeu
Eccleſiæ Collegiatæ, cujus occaſione prænotandum
venit, quòd quoties qualitas Collegialitatis examina-
tur, ad effectum ſubſtinendi, nec nè, provisionem
factam ab Ordinario, cum eo caſu quæſtio principa-
liter non ſit inter Collatores ſuper pertinentiam, & 16
jure conſerendi, ac pro determinando Eccleſiæ Sta-
tu pro regulandis futuris vacationibus, ad terminos
Tex. in cap. cum de Beneficio 5. de præben. in 6., ſed
tantummodo inter Proviſos pro adjudicatione Bene-
ficii, ſuſpenſa pro tunc diſcuſſione Collegialitatis,
eaque reſervata, pro contingentia aliarum vacatio-
num, ultimus Status eſt unicè attendendus, juxta 17
Text. in cap. conſultationibus, de Jurepatr. Rot. cor.
Priol. dec. 98. numer. 4. & 5. in Burgo S. Sepulchri
Juriſpatr. ſuper inſtitutione 3. Julii, & 11. Decembris
1690. in princ. coram Benincaſa, & in Mediolanen.
Præpoſituræ 10. Maii 1695. §. Moti, cor. Muto, im-
preſ. ad D: Luc. ad Mat. de Benefic. dec. 2. numer. 2.
etiamſi ultimus Status impreſſus fuiſſet per proviſio- 18
nes Apoſtolicas, quæ cæteroquin Beneficii Statum,
& naturam non alterant, neque immutant, ex de-
ductis per Rot. cor. Emerix Jun. dec. 1173. numer. 4.
& alibi paſſim; potiſſimùm ſi hujuſmodi proviſiones
non apparerent continuatæ per notabilem temporis de- 19
curſum, quod aptum fuiſſet ad novam qualitatem Be-
neficio imprimendam. Mareſcott. Var. Reſol. lib. 2. cap.
55. num. 17. & ſeq. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt.
34. num. 26. Rot. cor. Royas dec. 340. num. 12. & in d.
Mediolanen. Præpoſituræ §. Haud obſiſtentibus, cor.
Muto.

Quinimmò quaſi poſſeſſio acquiſita per Collato-
rem, quoad Collationem unius, vel aliquorum ex
Beneficiis, in aliqua Eccleſia exiſtentibus, tanquam
de ſimplicibus, utpotè in Eccleſia non Collegiata,
vel è contra, tanquam de reſidentialibus, anne-
xam habentibus qualitatem Canonicatus, ſuffraga-
tur etiam quoad reliqua Beneficia ejuſdem naturæ,
& qualitatis, in eadem Eccleſia conſiſtentia, li-
cèt quoad ſingula non fuerit quæſita poſſeſſio, cum 20
attendatur in hoc caſu cauſa univerſalis, dependens
à Collegialitate, vel non Collegialitate Eccleſiæ,
cum ex ea inferatur ad omnes actus, ab eadem uni-
verſalitate promanantes, juxta Theor. Bald. in l. 1. nu.
24. C. de emancipat. lib. 10. Poſth. de Manut. obſervat. 73.
n. 174. & ſeq. cum aliis in eadem Mediolanen. §. Tum de-
mum, cor. Muto.

Neque effectus ultimi Status, & quaſi poſſeſſio-
nis, per Collatorem acquiſitus, impediri poteſt,
niſi incontinenti per indubitatas probationes conclu-
dentiſſimè doceatur de contrario Statu ipſius Bene- 21
ficii, nempè reſultantes à lectura publici Inſtrumen-
ti fundationis, vel Sententiæ, quæ in judicatum
tranſiverit, vel à Patris confeſſione. Rot. cor. Du-
nozett. Junior. dec. 79. numer. 2. cor. Priol. dec. 38. nu-
mer. 8. & latiùs in d. Mediolanen. d. §. Tum demum;
& hoc etiam eſt regulare in materia Beneficii Ju-
riſpatronatus, in quo ultimus Status non abſorbe-
tur, niſi clara, & undequaque innegabilis afferā- 22
tur juſtificatio anterioris, ſeu diverſi Status. Rot. in
Aſcolana Beneficii, ſeu Abbatiæ 8. Martii 1700. §. Conſi-
deratum, coram R. P. D. Anſaldo., & in Mediolanen.
Prioratus 15. Febr. 1700. §. Verum, cor. Molines, cum
aliis in Lucana Beneficii 21. Martii 1703. §. Iterum
cor. Muto.

Quoties verò agitur ad alium diverſum effectum,
nempè pro firmando Statu, ac qualitate Eccleſiæ,
an ea nimirum ſit Collegiata, diverſæ militant re- 23
gulæ, & magis rigoroſæ exiguntur probationes pro
illa concludenda, quàm pro ſuſtinenda Collatione
jam facta, juxta unum, ſeu alium Statum; ac
proindè equivocæ, ac inſufficientes pro determi-
nanda Collegialitate Eccleſiæ reputantur antiquæ
nuncupationes Canonicorum, & Capituli, niſi in-
ſimul fiat mentio Eccleſiæ Collegiatæ; cum frequen-
ter, potiſſimùm in antiquis, etiam ſimplices Be-
neficiati abuſivè nuncupentur Canonici, illorumque 24
convocationes, & adunantiæ expliceutur ſub no-
mine Capituli, prout obſervat Card. de Luc. Bene-
fic. diſc. 14. num. 9., & diſc. 59. num. 5. & Rot. cor.
Coccin. dec. 1616. num. 10., & in d. Mediolanen. §.
Quandoquidem, cor. Muto. Potiſſimùm, ſi non
appareant factæ in loco, ſeu Aula Capitulari,

25 ſed diverſis in locis, ac in iiſdem Congregationibus
actum non fuerit de negotiis tangentibus Menſam,
ſeu redditus communes. *Rot. dec. 59. n. 9. & 10. part.
5. rec., & in eadem Mediolanen. §. Quæ ratio*, ubi ex-
penduntur etiam aliæ non abſimiles circumſtantiæ
irrelevantes ad concludendum Statum Collegiali-
tatis.

Inefficacia pariter ſunt hic recenſita per noſtrum
Auctorem ſigna pro effectu prædicto, quando aliis
non ſunt ſuffulta adminiculis urgentioribus, clariùs
dictam qualitatem Collegialitatis convincentibus,
proindeque paſſim à Rota reiiciuntur ex eo, quia
26 quamplurimæ reperiantur ſimplices Eccleſiæ Paro-
chiales, præſertim in locis, ubi ſunt unicæ, vel
Matrices, quæ habent Clericos, ſeu Capellanos,
potiſſimùm originarios, illarum ſervitio adſcriptos,
ac Divina Officia, ad inſtar Collegiatarum, per-
ſolvunt, & Menſam, & Syndicum habent, ac de-
nique eorum Congregationes Capitula appellant,
& tamen citra dubium non ſunt Eccleſiæ Collegiatæ
proindèque *eadem Rota* de facili ſigna prædicta re-
probat, ut in *dec. 143. & dec. 226. part. 7. & deciſ.
147. part. 10. rec.*, ac ſæpè monet *Card. de Luc. de
Beneſ. diſc. 54. num. 7., & diſc. 51. n. 3. de Præem.
diſc. 8. n. 11., & ſeq.*

Cæterùm ſi prædictis ſignis uniantur etiam ali-
qua, quæ non conveniant, niſi Eccleſiæ Collegia-
tæ, tunc ea etiam admittuntur ab *eadem Rota*, ve-
luti ſi probarentur actus Capitulariter geſti, ac
27 præſertim ſi conſtaret de electione ad Canonicatus,
vel de Canonicorum inſtallatione, cum aſſignatio-
ne loci, tam in Choro, quàm in Capitulo, & de
ſimilibus, quæ expenduntur *in dec. 234. part. 16.
rec.* in qua, non obſtante ultimo Statu tanquam de
ſimplici Parochiali, impreſſo per Apoſtolicam pro-
viſionem, reſolutum fuit pro qualitate Collegialita-
tis, ad effectum reſervationis ex Regula 4. Cancel-
lariæ; non ſolùm quia qualitas Parochialitatis non
eſt incompatibilis cum Collegiata; verùm etiam
quia ſtatus erat unicus, & contrarius præcedenti-
bus, ac tanquam emanatus à Sede Apoſtolica,
cum ſuppoſito expreſſionis factæ à Supplicante,
non erat aptus ad immutandam Beneficii naturam,
28 cum ad immutationem ſtatus requiratur in Papa
ſcientia ſtatus antiqui, ac voluntas immutandi,
quæ nunquam poteſt præſumi in ſimplici proviſio-
ne, emanata ad Partis ſupplicationem. *Rot. dec.
87. num. 15., & 16. cor. Merlin., & dec. 234. num.
22. & ſeq. part. 16. rec.*. Niſi, ut dictum fuit, pro-
viſiones Apoſtolicæ continuatæ apparerent per cen-
tenariam, ſeu aliud longiſſimum tempus, aptum ad
09 præſumendum novum titulum, ut dixit *Rot. in Me-
diolanen. Præpoſituræ 26. Novembris 1691. & 4. Julii
1593. cor. Molines*.

Verùm tamen eſt, quòd, poſitis indubitatis ſignis
Collegialitatis, talia qualitas non dicitur deperdita,
ex quo à multo tempore Canonici non reſideant,
30 actuſque Collegiales non exerceant, dummodo reſi-
deat ipſorum Caput ſeu Prima Dignitas. *Maſſobr.
de Concurſ. ad Parochiales in prælud. 2. num. 28. Lot-
ter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 54. nu. 109.*, quia, non
obſtante defectu Canonicorum non reſidentium, pro-
pter tenuitatem redditũum, ſeu aliam quamlibet cau-
31 ſam, remanet Eccleſia Collegiata, ſaltem habitu.
*Rota deciſ. 44. num. 6. poſt Vrvian. de Jure patr. Add.
ad Buratt. dec. 455. num. 6. & 7. Merlin. dec. 87. num.
14. dec. 221. num. 22. part. 6., & deciſ. 234. num. 20.
& ſeq. part. 16. recentiorum*, præſertim ad effectum,
32 ut intret reſervatio dictæ regulæ primæ Cancellariæ,
pro qua ſufficit ſola Collegialitatis habitualitas. *Add.
ad Buratt. dec. 455. n. 6. Rot. cor. Rembold. dec. 376.
n. 13. cum aliis in dec. 1. n. 23. poſt De Luc. ad mater. de
Beneſ. tom. 12.*

Pro pleniori hujus materiæ notitia, advertendum
eſt, quòd Epiſcopus non valet ſua auctoritate ordi-
naria Eccleſiam ſimplicem ad Statum Collegialitatis
33 elevare; cùm hoc ſit ſolummodo reſervatum ſupremæ
auctoritati Sedis Apoſtolicæ, prout docet opinio, & pra-
xis Curiæ Romanæ, de qua poſt *Rebuff. de Beneſ.*
teſtantur *Lotter. lib. 1. quæſt. 14. num. 49. Add. ad
Burrat. dec. 912. num. 14. De Luc. de Beneſ. diſc. 14.
num. 12. & in relat. Rom. Cur. diſc. 2. num. 43. Rot.
dec. 99. num. 9. part. 7. rec.* contra id quod ſenſerunt
veteres Canoniſtæ, ſimilem facultatem Epiſcopali Di-
gnitati etiam attribuentes *in cap. quoniam, de vita &
honeſt. Cler.*, Ac proindè neque poteſt Eccleſiam Col-
legiatam ad Parochialem ſimplicem reducere, ac il- 34
lius ſtatum immutare, neque expreſsè, neque impli-
citè illam conferendo uti Parochialem, quia ſemper
remanet ſaltem habitu Collegiata, neque extincta
intelligitur, niſi appareat de illius ſuppreſſione to- 35
tali, Papæ auctoritate facta, ſublata omni ſpe re-
viviſcentiæ, *Rot. dec. 376. num. 11. & 12. coram
Rembold. dec. 221. numer. 23. part. 6. rec., & dicta dec.
1. num. 21. & ſeq. poſt De Luc. tom. 12.* Poteſt tamen
idem Epiſcopus, ſive etiam illius Vicarius Generalis,
ſi Eccleſia Collegiata, etiam per plura ſecula deſti-
tuta fuerit Canonicorum Collegio, per ſententiam de-
clarare dictam qualitatem Collegialitatis, eamque in 36
priſtinum ſtatum reſtituere, Canonicatus erigendo,
ac alia ſtatuendo, ad hoc ut ad actum reducatur
habitualitas, ut luculenter probavit *D. meus Piton.
diſcept. Eccleſ. 1. per tot. & ſignanter ſub num. 23.
& ſeq.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Præeminentia Eccleſiæ Collegiatæ ſupra Paro-
chiales, aliaſque Eccleſias inferiores Cathedrali.
An deſtructo Collegio, poſſit adhuc Eccleſia nun-
cupari Collegiata. De prælatione Collegiatæ inſi-
gnis non inſigni, & ex quibus arguatur qualitas Inſi-
gnitatis.

S U M M A R I U M.

5 *Collegiata eſt illuſtrior qualibet Parochiali.*
2 *Collegiatæ ſunt ſecundariæ poſt Cathedrales.*
3 *Sunt viſitandæ antè Parochiales.*
4 *Non conceditur Collegiatarum erectio niſi in Civitati-
bus, vel Oppidis, aut Terris inſignibus.*
5 *In odioſis Collegiata non venit appellatione Parochia-
lis, licèt in ea exerceatur Cura animarum.*
6 *Parochialis, licèt matrix, eſt inferior Eccleſia Filia-
li, erecta in Collegiatam.*
7 *Epiſcopus non poteſt inſtituere Collegiatam, neque etiam
deſtituere.*
8 *Eccleſia Collegiata diruta, & deindè reædificata, con-
tinuat privilegia Collegiatæ.*
9 *Eccleſia Collegiata, licèt non habeat actu Collegium,
adhuc poteſt talis nuncupari.*
10 *Collegiata inſignis præfertur non inſigni, licèt anti-
quiori.*
11 *In impetratione primæ Dignitatis Collegiatæ inſignis,
facienda eſt expreſſio talis Inſignitatis.*
12 *Quæ dicatur Collegiata inſignis.*
13 *Collegiata Maſſæ, eſt inſignis.*
54 *Maſſa eſt oppidum vetuſtiſſimum; nunc Civitatis Im-
perialis.*
15 *Collegiata inſignis æquiparatur Cathedrali.*

T I T U L U S V.

ILluſtrior, & excellentior eſt Eccleſia Collegiata
qualibet ſimplici Parochiali. *Abb. de vit. & ho- 1
neſt. Cler. n. 12. Colleg. Bonon. conſ. 1. num. 7. Feder.
de Sen. lib. 5. con. 132. num. 2. Card. Tuſc. lit. D. con-
cl. 419. numer. 13. Gratian. diſcept. foreuſ. cap. 578. n.
16. Paſqual. qq. mor. cent. 1. quæſt. 79. n. 17.* Collegia-
tæ ſunt ſecundariæ poſt Cathedrales. *Conc. Colon. 2. part.
3. cap. 2. Brancat. in Epit. Can. V. Eccleſiæ Collegiatæ*;
atque de jure communi, Cathedralis etiam dicitur 2
Collegiata; *Monet. de Comm. cap. 11. nu. 36. & Corrad.
in Praxi lib. 2. cap. 6. n. 34.* Eccleſiæ Collegiatæ ma-
jores ſunt titulo, quàm Parochiales; *ex tex. in. cap.
fin. de offi. Archid. Hoſt. & Jo: Andr. ibid.* Et proindè
ab Epiſcopo primùm viſitantur Cathedrales, & po-
ſtea Collegiatæ; denique Parochiales Eccleſiæ, &
hæ poſſunt per alios inferiores ab Epiſcopo vi-
ſita-

Digitized by Google

3 ſitari ; Collegiatæ verò per Epiſcopum tantùm : *cap.*
Romana, *de cenſ. Abb. in Theſ. ſing. V. Eccleſia Collegia-*
ta . Honob. in Comp. part. 3. *tr.* 15. *cap.* 3. *num.* 6. Pa-
rochialis non ſolum in Civitate , ſed & io Villis ,
& Pagis quibuſcunque inſtituitur ; at Collegiata
non conceditur niſi io Civitatibus , vel Oppidis ,
4 aut Terris inſignibus , in quibus habitant homi-
nes civiles , & Populus oumeroſus ; quod fit nè
Collegiatæ dignitas vileſcat , prout conſiderant *Gloſſ.*
in Extrav. Sedes Apoſtolica , *de Offic. Delegat.* & *An-*
ton. de Butr. in cap. Epiſcopali numer. 2. *de privil.* Sim-
plex Parochialis interdum nuocupatur Capella . *Bel-*
lam. in cap. concedimus , *de conſecr. Gonzal. gloſſ.* 5.
numer. 62. & *Azor. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. & ſic dici-
tur , quædam ſupra Eccleſiam Parochialem Seravi-
ziæ , quam ſimul pluries de commiſſione Epiſcopi
viſitavi .

Collegiata verò ſemper appellatur Eccleſia ; per
Abb. in cap. expoſuiſti num. 6. *de Preb.* Quioimmò io
5 odioſis appellatione Eccleſiæ Parochialis non inclu-
ditur Collegiata , licèt in ea exerceatur Cura ani-
marum , *cap. ſuſceptum* , *de reſcript. in* 6. *Abb. conſ.* 47.
num. 4. *part.* 2. *Gallet. V. Parochialis* , *Nald. V. Ordo*
num. 2. Ratio eſt , qoia habet qualitatem Collegii ſu-
pra curam , ut benè obſervant *Jo: Andr. in cap. Sta-*
tutum , *de elect. lib.* 6. & *Sylv. de Benef. part.* 1. *quæſt.*
3. *numer.* 24. Quæ Collegii qualitas , tam conſidera-
bilis eſt , us ſi Eccleſia filialis , dependens à Paro-
chiali Baptiſmali , (quæ dicitur Matrix , eo quòd
ſicut mater generat filios , ita ipſa regenerat per
Baptiſmum . *Dan. de Nobil. lib.* 1. *diſp.* 44. *num.* 2.)
6 erigatur in Collegiatam ; anteponenda ſit in Præe-
minentiis ipſi Baptiſmali matrici . *Seraph. deciſ.*
1445. & *Farinac. dec.* 3. *num.* 6. *part.* 2. *in Poſth.*
atque illa regula *de non tollendo iure quæſito* , non
procedit in nova erectione Collegiatæ . *Mart. Di-*
geſt. noviſſ. tom. 6. *tit. Eccleſia. cap.* 25. Eccleſia Pa-
rochialis non parvum recipit honorificeotiæ incre-
mentum , ſi erigatur in Collegiatam , *ex Rebuff.*
lib. 1. *de Erect. Colleg.* & *Rot. de ſepult. deciſ. ult. in*
antiq. Quod facilè ſuadetur ex eo , quòd Epiſcopus
poteſt inſtituere Parochialem , non verò Collegia-
tam : *Dec. conſ.* 563. *num.* 1. *Mando. de Signat. Grat.*
7 *V. Erectio. Rebuff. lib.* 1. *num.* 14. *Fuſc. de Viſit. lib.*
2. *cap.* 1. *numer.* 4. *Vivian. de Jurepat. lib.* 1. *cap.* 1.
nu. 212. *Azor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 4. Nec
poteſt deſtruere Collegiatam , & de Collegiata
facere non Collegiatam ; nam qui non poteſt in-
ſtituere , non poteſt deſtruere . *Flam. de Reſig. lib.* 7.
quæſt. 10. *num.* 15. *Lotter. de Re Ben. lib.* 1. *quæſt.* 14.
8 *num.* 106. Quod ſi Eccleſia Collegiata fuerit diruta
abſque facultate Summi Pontificis , ſtatim reædifica-
ta contiouat privilegia Collegiatæ : *Gloſ. in cap. Statu-*
tum , *de elect. in* 6.

Quinimmò Eccleſia , quæ olim fuit Collegiata ,
quamvis in præſentiarum ob ajus paupertatem non
habeat actu Collegium : nihilomious , ſi non conſtet
fuiſſe Pontificia authoritate deſtructam , ouncupari
9 poteſt Collegiata . *Maſcard. de Prob. concl.* 384. *num.* 5.
Atque ſi veneris ad pinguiorem fortunam , oti pote-
rit juribus Collegii uti priùs ; quia ouoquam fuit ex-
10 tincta habitu . *Abb. in cap. de multa nu.* 4. *de præb. Rot.*
part. 1. *recent. dec.* 163. *n.* 4.

Collegiatæ prælatio cum Parochiali , eò magis emi-
cat , ut ait *Molan. l. c. lib.* 1. *cap.* 4. , ſi fuerit inſi-
gnis ; cum hæc præferatur non inſignibus , etiam
11 priùs inſtitutis , licèt fuerit erecta abſque præjudicio
alterius ſimplicis Collegiatæ . Ita declaravit S. R. C.
apud *Barb. in Sum. Apoſt. deciſ. collect.* 181. *numer.* 4.
Ratio eſt , quia qualitas Inſignitatis attenditur ;
quamobrem obtinens in forma Primam Dignitatem
Collegiatarum inſigniom , quam talem non expoſuit
12 Summo Pootifici , gratia eſt nulla ; ut reſolvit *Rot.*
part. 2. *diverſ. dec.* 29. *per totam* . Collegiata dicitur
ioſignis , dum pro tali fuerit à Papa enunciata , pro-
ut de Maſſenſi legimus in privilegio conceſſo can-
tandi Miſſam Pontificalem , ubi Summus Ponti-
fex eam geminatis verbis pronunciat ; quæ verbo-
rum repetitio majorem firmitatem oſtentat ; *Mar.*
Ant. Var. lib. 3. *reſp. prima* , *numer.* 32. *Farinac. dec.*
14. *num.* 2. *part.* 2. & operatur , quòd nil poſſit oppo-

ni . *Pariſ. conſ.* 59. *lib.* 3. Appellatur etiam inſignis
ea Collegiata , quæ retinet eas qualitates , quæ
ipſam talem reddunt ex fama , ſive communi homi-
num opinione , ac æſtimatione , licèt de hujuſmodi
Inſignitate nullum fuerit factum verbum à Papa in
ejus Diplomate . *Everard. loc. ab opinione vulgi. Barb.*
ſuper cap. tranſmiſſæ numer. 3. *de V. ſignif. Gavan. in*
man. V. Eccleſia collegiata num. 2. *in addit. Antonell. de*
Regim. Eccleſ. Epiſc. lib. 3. *cap.* 8. *numer.* 5. Quapro-
pter Eccleſia Collegiata Maſſæ , Altarium ornatu ,
perpulchra precioſa ſupellectili , liberalitate Princi- 13
pum onuſta , pluribus Beatorum Corporibus decora-
ta , in qua adſuot Abbas prima Dignitas , inſigni-
tus Mytra , & Baculo , quæ jure privilegiario ad de-
corem , magnificentiam , & honorem Eccleſiæ con-
cedunt : *Abb. in cap. inter de ſen.* & *re jud.* , & his ſe-
ni Canonici ſolemnia munia præſtantes , redditur
cum effectu celebris , & inclyta . *Mant. deciſ.* 175. *n.*
2. *Rot. part.* 2. *diverſ. deciſ.* 28. *n.* 5.

Pariformiser inſignis per ſe dicitur Collegiata ,
quando eſt io loco non parùm conſpicuo conſtituta .
Ita reſolutum fuit à S. C. teſte *Gavan. loc. prox. cit. n.*
3. *in addit.* Et quia Maſſa vetuſtiſſimum Oppidum
& ut perhibet *Philipp. Cluve. in ſua Geograph. lib.* 3. 14
pag. 236. jam Herculis Faoum , nunc ſub piis Prin-
cipibus ex vetuſtiſſima , & Nobiliſſima Cybea Fa-
milia Civitas Imperialis , Cœli clementia mitis ,
ſitu , & aſpectu ſatis jucunda , in qua Principes ſi-
bi Sedem elegeruot , vitæque domicilium , quorum
Palatium eſt valdè ſpatioſum , ac ſuperbum , ibi-
que ioter cœtera ineſt Sacellum , tam decori operis ,
ut nulli alteri privatò Maximorum Priocipum ſit ſe-
cundum : omni ex parte conſpicitur Urbs , mœni-
bus benè clauſa . Arce propemodùm inexpugnabi-
li roborata , variarum Eccleſiarum , Cœoobiorum
virorum , & Sanctimonialium , quam plurimis Æ-
dium ædificiis non parùm eſt conſpicua . Præter Su-
burbium , & Pagorum domos , à quibus oon obſcu-
rum recipit ornamentum , gaudet numeroſo Clero ,
Doctorum copia ; Illuſtribus Familiis , Populi mul-
situdioe , in concordia tranquillam vitam ducenti-
bus : io qua Subditorum pace conſiſtit , & honor
Principis . *Caſſan. lib.* 5. *part.* 1. *conſil.* 16. Atque
prædicta omnia Collegiatam ſatis inſignem reddunt ,
ex Alber. in Dict. V. Inſignis . Ricc. in Prax. lib. 1.
reſol. 576. *Nav. conſ.* 1. *de V. ſignif. Rot. part.* 7. *di-*
verſ. dec. 357. *num.* 4. *cum aliis cit.* Undè ſi de ea , 15
vel ſimili fiat mentio in ſcriptis , exprimenda eſt
Collegiata inſignis ; cum tales equiparentur Cathe-
dralibus . *Rot. part.* 2. *diverſ.* 29. *num.* 8. , & *Ricciul.*
de Jur. Perſon. lib. 1. *cap.* 13. *num.* 56. , aliàs intel-
ligeretur de ſimplici . *Mant. dec.* 215. *numer.* 3. Quæ
eſt minor Inſignitate gaudente : quamvis quælibet
vulgaris Collegiata ſit præclarior quacunque ſimpli-
ci Parochiali , ut diximus cum DD. quibus adde *Jo:*
Andr. in d. cap. Statutum , & *Bellett. diſq. Cler. part.* 1.
tit. 18. *num.* 33. Et antedicta majoritate attenta , be-
nè infertur , quoſcunque Canonicos , uti majores in
adminiſtratione , quia adminiſtrant actus Eccleſiæ
Collegiatæ , eſſe præferendos Plebanis , & Rectori-
bus Parochialium Eccleſiarum : ita *Colleg. Bon. conſ.* 1.
Abb. conſ. 21. *n.* 3. *part.* 1. *Card. Tuſc. lit. P. V. Præcedere* ,
concl 477. *Rodriq. qq. Reg. l. c.*

A R G U M E N T U M.

Qualitas Inſignitatis , ac Præcedentia inter plures Ec-
cleſias Collegiatas , cui competas , remittitur Judi-
cis arbitrio , penſatis aliquibus circumſtantiis , quæ
io præſenti *Animadverſione* enumerantur , & ſimili-
bus . In concurſu tamen Parochialis , ſeu Colle-
giatæ Regularis , ſemper prælatio debetur Eccleſiæ
Collegiatæ Seculari .

S U M M A R I U M.

1 *Quas circumſtantias perpendere debeat Index , in ſta-*
tuendo , an aliqua Eccleſia Collegiata mereatur præ-

rogativam Inſignitatis, eique prælatio, ac Præcedentia debeatur, in concurſu alterius Eccleſiæ Collegiatæ, non inſignis.

2 *Singulare eſt in Eccleſiis Collegiatis inſignibus, ut primæ earum Dignitates conferri tantùm debeant Magiſtris, & Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, ſeu in Jure Canonica.*

3 *Eccleſia Collegiata Prælatione, ac Præeminentia fruitur ſupra Parochialem, etiamſi ante erectionem in Collegiatam ea inferior eſſet Parochiali, & ab ipſa tanquam filialis dependeret.*

4 *Amplia, etiamſi in Literis Apoſtolicis erectionis in Collegiatam legatur ſolita clauſula* ſine alterius præjudicio, ac Reg. Cancell. Apoſtolicæ de Jure quæſito non tollendo, *quia præjudicium reſultans Eccleſiæ Parochiali venit in ſequelam prædictæ erectionis in Collegiatam, ideoque non remanet præſervatum.*

5 *Efficacia, ac virtus dictæ Clauſulæ, & Reg. Cancell., non ſe extendit ad præſervandum præjudicium conſecutivum.*

6 *Sed ſolum illud, quòd venit principaliter.*

7 *Ita ut nec poſſit dari de ſubreptione, quia cum agatur de Gratia, de ſui natura præjudiciali, non valet allegari ignorantia Papæ.*

8 *Prætacta* Reg. de Jure quæſito non tollendo *præſervat quodcunque Jus alteri quæſitum, etiamſi ageretur de Gratiis, motu proprio emanatis, & de Jure quæſito ex privilegio, vel conſuetudine immemorabili.*

9 *Limita quoad Gratiam de ſui natura præjudicialem, qualis eſt erectio ſimplicis Eccleſiæ ad ſtatum excelſiorem Collegiatæ, ſeu etiam Cathedralis.*

10 *Eccleſia unita, ſeu aggregata auctoritate Apoſtolica alteri Eccleſiæ exemptæ, iiſdem Privilegiis, & exemptionibus gaudet, non attento præjudicio Tertii, quod in ſequelam unionis, & aggregationis venit.*

11 *Omnis Eccleſia Regularis, in qua reſident Regulares, eſt de Jure Collegiata.*

12 *Non tamen habet prælationem in concurſu alterius Eccleſiæ Secularis inferioris, & qualitate Collegialitatis deſtitutæ, ſed Eccleſia Secularis præcedit.*

ANIMADVERSIONES.

QUalitas inſignitatis Eccleſiæ Collegiatæ, de qua
hic noſter Author, & an tali honorifica nun-
cupatione decoranda ſit, ita ut in concurſu
alterius Eccleſiæ Collegiatæ non inſignis, prælatio-
nem, ac præcedentiam mereatur, arbitrio Judicis re-
1 mittitur; qui, perpenſis tum loci, tum ſtructuræ
ædificii Eccleſiæ qualitate, etiam communi reputa-
tione, & fama, inſimul cum numero, & qualitate
Canonicorum, aliorumque Sacerdotum, in ea Divi-
nis Miniſtrantium, aliiſque ſimilibus circumſtantiis,
ſtatuere debet, an tali prærogativa digna exiſtat, jux-
ta monitum *Card. De Luc. de Præem. diſc. 8. num. 14. & Rot. dec. 29. part. 2. diverſ.*

Illud ſingulare eſt in Eccleſiis Collegiatis, prero-
gativa Inſignitatis fulgentibus, ut primæ Dignitates
2 earum conferri tantùm debeant Magiſtris, & Doctori-
bus, aut Licentiatis in Theologia, ſeu in Jure Cano-
nico, ex cenſura *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de refor.*, & dixit eadem *Rot. d. dec. 29. num. 8. part. 2. diverſ.*

Indubitata pariter eſt regula, quam hic tradit no-
ſter Author, de Prælatione, ac Præeminentia Ec-
cleſiæ Collegiatæ ſupra Parochialem, licèt antequàm
ad ſtatum Collegiatæ elevata fuiſſet, inferior eſſet
3 Parochiali, quinimmò licèt ab illa, tanquam filia-
lis dependeret; quia ob ſuperventam qualitatem, &
acquiſitum Statum diverſi, ac ſuperioris ordinis,
extra lineam Parochialium, pro regulanda Præce-
dentia, & Majoritate, non eſt attendendus Status
antecedens, ob idque Parochialis, etiam Matrix,
cedere debet filiali Eccleſiæ, in Collegiatam erectæ.
De Luc. de Præem. diſc. 9. n. 4. Rot. cor. Seraphin. dec. 1445. per tot.

Quod adeò verum eſt, ut, non obſtante quòd
in Literis Apoſtolicis erectionis in Collegiatam le-
gatur ſolita clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, ac re-
gula Cancellariæ Apoſtolicæ *de jure quæſito non tollendo*
adhuc conſecutivè præjudicatum remanet juribus, ac
præeminentiis Eccleſiæ Matricis; quia, cum præ-
judicium veniat in conſequentiam, ac ſequelam
erectionis in Collegiatam, per quam aſſumitur ad 4
gradum ſuperiorem qualibet Parochiali, non rema-
net præſervatum ex virtute dictæ Clauſulæ, ac re-
gulæ Cancellariæ, ad *Text. in l. honores, ibiq. Gloſſ. C. de Decurion. cum aliis penes Seraphin. d. dec. 1445. num. 3.*, cum illarum efficacia non extendatur ad 5
præſervandum præjudicium conſecutivum, ut pro-
ſequitur *De Luc. de Præem. d. diſc. 9. num. 4. & Rot. cor. Seraphin. d. dec. num. 4. & ſeq.*, ſed ſolùm illud, 6
quod venit principaliter. *Rot. deciſ. 372. num. 2. & 3. part. 2. & dec. 730. num. 4. part. 3. rec.* Ita ut nec
poſſit dari de ſubreptione, ad infringendam gra-
tiam Pontificis; quia, cum agatur de gratia de ſui
natura præjudiciali, non poteſt allegari ignorantia 7
Papæ. *De Luc. de Præem. diſc. 1. num. 29. Seraph. d. dec. n. 6.*

Et licèt prætacta regula *de Jure quæſito non tollendo* præſervet quodcunque jus alteri quæſitum, etiamſi
ageretur de Gratiis motu proprio emanatis, & de 8
Jure quæſito ex privilegio, vel conſuetudine imme-
morabili, per ea, quæ ſuper dicta regula obſervat
Chokier. num. 28. & ſeq. Rot. dec. 8. num. 2. part. 2. & dec. 208. part. 3. & dec. 57. num. 12. part. 4. recen.,
hoc non relevat, quoties, ut diximus, verſamur
in terminis Gratiæ de ſui natura præjudicialis, ut
eſt elevatio Eccleſiæ ſimplicis ad Statum, & ordi- 9
nem excelſiorem Collegiatæ, ſeu etiam Cathedralis
quæ eo ipſo, quòd in tali Statu conſtituuntur, ſupra
reliquas Eccleſias inferioris ordinis præcedentiam nan-
ciſcuntur, ut optimè *Rot. d. deciſ. 208. part. 3. rec.* cum
aliis proximè allegatis.

Simile exemplum eſt in Unione, ſeu aggregatione
Eccleſiæ facta per Papam alteri, quæ ſit exempta,
quo caſu unita induit naturam Eccleſiæ, cui facta
fuit unio, iiſdemque privilegiis, ac exemptionibus
gaudet, nullatenus attento Tertii præjudicio, utpotè 10
quod venit in ſequelam Unionis, & aggregationis
prædictæ. *Lap. in cap. cum perſonæ §. Si vero, de privileg. in 6. ibiq. Gemin. n. 3. Ancharan. num. 6. Jo: Andr. num. 9. Franch. num. 4. Rot. dec. 30. num. 6. & 7. & ſeq. part. 11. & in Cæſarauguſtana Juriſdictionis 8. Februarii 1693. §. Neque ad eludendam. cor. Emerix Jun.*

Hoc autem notandum circa hanc materiam Præ-
cedentiæ Eccleſiarum Collegiatarum, quòd licèt om-
nis Eccleſia Regularis, in qua reſident Regulares, 11
fit de Jure Collegiata *Hoſtien. in cap. Nobis, ſub num. 3. verſ. quicquid etiam, de jurepatr. ibiq. Abb. num. 8. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 14. num. 42. Rot. dec. 147. num. 3. part. 10. rec. cum aliis in dec. 1. nu. 10. ad De Luc. de Beneſ. tom. 10.*, ex hoc nihilo-
minus non infertur, quòd Eccleſia Regularis, licèt
Collegiata exiſtat, prælationem habeat ſupra cœ- 12
teras Eccleſias Seculares inferiores, & deſtitutas qua-
litate Collegialitatis; quia quælibet Eccleſia ſecula-
ris Præeminentiam habet ſupra Regularem; cum ad
regulandam Præcedentiam attendatur diverſitas Or-
dinis Hierarchici, ſecundùm quem Secularis Cle-
rus ſupereminet Clero Regulari, ut optimè ad-
vertit *De Luc. in Summ. de Præem. diſcor. 22.*, &
alibi.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Quid ſit Præbenda, & Canouia, & quid utriuſque nomine veniat, ac quid importet jus Canoniæ, & jus Præbendæ, & an Præbenda veniat ſub nomine Beneficii. Quantitas, ſeu redditus Præbendæ Canonicalis debet eſſe talis, ut ex ea Canonicus commodè vivere poſſit, & ſubſtinere gradum Canonicalem, & in qua ſumma poſſit ſtatui; item qualis debeat eſſet Præbenda Capellani.

S U M M A R I U M.

1 *Præbenda Canonicalis eſt jus percipiendi proventus in Eccleſia, competens uni de Collegio.*

2 *Canonicatus, & Præbenda non veniunt appellatione Beneficii in materia odioſa.*

3 *Canonicatus, & Beneficium differunt, ut ſpecies, & genus.*

4 *Quid ſit Canonìa, quidve Præbenda.*

5 *Nomine Canonicatus venit etiam Præbenda, & è converſo.*

6 *Alimenta regulantur juxta conditionem perſonarum.*

7 *Pro victu Capellani aſſignantur viginti quatuor ducati.*

8 *Præbenda Canonicalis dicitur à præbeo, quia debet præbere Canonico fructus, ex quibus commodè vivere poſſit.*

9 *Quid intelligatur ſub dicto verbo* commodè, *& qualis ſumma requiratur, pro commoda Canonici ſuſtentatione.*

10 *Clerico pauperi licèt aliquo artificio ſibi victum quærere, non tamen Canonico.*

11 *Epiſcopus debet attendere, ut Canonici habeant ſufficientes Præbendas.*

12 *Concilium Tridentinum indulſit Epiſcopis, ut augerent tenues Præbendas Canonicorum cum unione Beneficiorum ſimplicium, vel cum aliquarum ſuppreſſione.*

13 *Traditur exemplum de quodam Theologo, qui in veſte ordinaria in Capitulo generali comparuit, & non fuit benè tractatus.*

14 *Canonici præferuntur Parochis, ſive Capellanis, licèt ex eorum Beneficiis majores redditus percipiant.*

T I T U L U S VI.

PRæbenda Canonicalis eſt jus percipiendi proven-
tus in Eccleſia, competens uni de Collegio. *Mol-*
1 *ſeſ. in Summ. tract. 6. tit. de Benef. cap. 2. num. 53.*; &
honorabilior eſt Capellaniis, & Beneficiis curatis.
Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 3. caſ. 216. num. 6. Anguill. conſ. 98. num. 4. Colleg. Pad. conſ. 1. num. 59. Sylv. de Benef. part. 1. quæſt. 3. num. 5. Quamobrem Canonicatus, & Præbenda non veniunt ſub nomine Beneficii in materia odioſa: *cap. 1. de fil. Presb. Abb. in*
2 *cap. noſtra, num. 1. de reſcript., ubi addit. lit. C. Rot. part. 1. diverſ. deciſ. 343. num. 1.* Hinc ſi Papa mandaret conſerri Beneficium alicui in certa Eccleſia, non includitur Præbenda Canonicalis. *Innoc. c. Sedes, de Reſcript. Feder. de Sen. l. c. conſ. 21. Filliuc. lib. 3. tract. 41. cap. 6. num. 18.* Canonicatus, & Beneficium diffe-
3 runt, ut ſpecies, & genus. *Zabarell. in Clem. diſpendioſam. num. 4. de Jud. Rot. de conſuetudine deciſ. 6. in noviſ.*

In Canonicatu duo diverſa jura concurrunt, ſcilicet Canoniæ, & Præbendæ. *Hoſt. in cap. 1. de Præb.*
4 *& Zabar. in Clem. fin. eod. tit.* Canonìa eſt quædam peculiaris prærogativa, ex qua quis conſequitur receptionem in fratrem, Stallum in Choro, locum in circuitu, vocem in Capitulo, facultatem participandi de diſtributionibus, & jus ad Præbendam, quæ in favorabilibus venit ſub nomine Beneficii, quod eſt quædam portio fructuum, quæ datur Miniſtro Eccleſiæ pro ſervitio. *Bald. in cap. cum M., numer. 170. de conſt. Moſcon. l. c. tit. de benef.*, & quamvis Beneficium non in Canonicatu, ſed in Præbenda conſiſtat. *Bellam. in cap. Apoſtolicæ numer. 8. de Præb.* Nil ſecius Canonìa eſt dignior Præbenda; ut docet *Dec. in Rubr. de Jud.*, & eo magis aliis Beneficiis ob tot prærogativas, ex ea provenientes. *Seraph. part.*

2. deciſ. 1495. num. 24 Et quia Canonìa in omnibus Cathedralibus, & Collegiatis Italiæ eſt annexa Præbendæ, ratione connexionis, corpus incorporale, & individuum cenſetur, quod duobus communicari non debet: *cap. dilectus, de Præb. Abb. ibi-*
dem, & in cap. adeò de reſcript., & nomine Ca- 5
nonicatus accipitur Præhenda, & è contra; ſicque Præbenda exiſtit magis qualificata portio, quàm Capellania, & Beneficium curatum. *Ricc. in Prax. reſol. 72. num. 6. part. 4. cum aliis.*

Alimenta, dubio procul, diſtinguuntur ex condi-
tione, & qualitate perſonarum, quibus præbentur: 6
cap. Et ſi quæſtione. de Simon. cap. Non cogantur, 41. d. Hinc pro victu Capellani regulariter aſſignantur viginti quatuor Ducati, teſte *Monach. de veſt. cap. 12. n. 13.* At viginti quinque ducati de Camera, commputatis
diſtributionibus, non conſtituunt Præbendam con- 7
gruam, ut obſervant *Caputaq. par. 1. deciſ. 65. & Marta ff. noviſſ. tit. Bneficium cap. 76.* Canonicalis Præbenda, dicitur à præbeo, quia præbere debet Canonico
fructus, ex quibus poſſit commodè vivere. *Jo: Andr. in* 8
Rubr. de præb. n. 1. Abb. in cap. Ex parte, de inſtit. & latius eſt alendus, quam dicti inferiores de Clero. *Bero. in cap. cum omnes num. 90. de Conſt.* & congruunt tradita in *Prax. Neap. cap. 64.* Nec in hoc eſt arguendus Canonicus, quia non qualitas ciborum, ſed appetitus noxius, & guloſus reprobatur. *Hoſt. in Summ. de vit., & hon. Cleric.* Dixi *commodè*, quod idem ſonat, quod deceoter, congruè, competenter, honeſtè, & laudatè, quæ omnia differunt, & vivere ſine penuria. *Abb. in d.*
cap. poſtulaſtis, & cap. 1. de Stat. Reg., & latè *Campa-* 9
nil. rubr. 8. cap. 2. num. ultimo. Poteſt enim Canonicus cum ſcutis triginta ſine penuria vitam degere, at juxta ſui ſtatus qualitatem non poteſt etiam cum quinquaginta ſimilibus ſe commodè ſuſtentare. *Ex Navar. de Orat. Miſcell. 52. in fin. Abb. ſuper dicto cap. poſtulaſtis*, ubi *Dec. num. 7. & conſ. 555. n. 14. part. 2.* & ſequitur *Em. de Lugo de Juſt. & jur. part. 1. diſp. 4. num. 54. & ſeq.*, affirmans, id procedere, licèt aliquis Canonicus ex humili fortuna, in qua parciùs vivebat, ad Canonicatum fuerit elatus. Et quia alimentorum nomine
veniunt pariter, & veſtes, ut ex *l. Legatis ff. de alim.* 10
tradunt *Sylv. in Summ. V. alimenta, Hoſt. in Summ. de vit. & hon. Cler. & Zacch. de Salar. & merc. quæſt. 7. num. 2.* Plus etiam aſſignari debet Canonico pro veſtitu, quàm Capellano. *Abb. in cap. cum omnes num. 9. de conſt. Bero. ibid. num. 90.* & clariùs *Monach. l. c. cap. 12. n. 15.* Quod reddituum diſcrimeo inter Canonicos & alios de Clero inferiores, ordinatum cenſeo: tum ex ratione ſuperius allata; tum quia his poſſibile, & licitum eſt rus proficiſci, & ibi laborare: *cap. Presbyter 91. diſt.* vel alio artificio ſibi victum quærere: *cap. Clericus victum, ead. diſt. Barb. ibi*, & dixit *Jo: Capiſtr.* Quæ peragere nequeunt Canonici, cum teneantur ad reſidentiam, & aſſiſtentiam in Choro ferè per totam diem implicari in perſolvendis divinis laudibus: pro quibus ſanctis laboribus etiam naturali Jure debent congrua alimenta recipere de patrimonio Chriſti, *gloſ. in cap. vinc. de ſent. excom. V. labore, Anchar. in cap. tuæ, de præb. Sylv. l. 1. part. 2. tit. 13. punct. 10. nu. 4.* ultra quod, ſi Canonici pro pane lucrando adirent rus, vel in aliquod artificium pro mercede incumberent, eſſent ludibrio Civibus, & Populo, & afferrent dedecus gradui Canonicali, cui valdè neceſſaria eſt honeſtas, & gravitas perſonarum. *Farinac. part. 1. dec. 437. num. 3. & part. 3. deciſ. 167. num. 2. ac*
dec. 607. n. 6. in poſth. part. 2. Unde Epiſcopus debet 11
attendere, ut Canonici habeant Præbendas ſufficientes ad victum. *Conc. Arelat. 3. cap. 9.* Atque pro ſuſtinendo decenti Cannnicorum gradu, tam Collegiatæ inſignis, quàm Cathedralis, poteſt Præbendas tenues vacantes in menſibus non reſervatis, ad pauciorem, numerum reducere, vel ſimplicia beneficia iiſdem
unire, Ita proviſum fuit à *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24.* 12
cap. 15. de reform., & declaravit *Sac. Congr. apud. Paſqual. cent. 1. l. quæſt. 42. nu. 3.* Certè, qui pannoſa, aut lacera, vel ſordida veſte opertus progreditur, flocci penditur *Monach. de veſt. cap. 19. num. 4., & Jo: And. in cap. 1. tit. de privil. num. 4.*, ubi recenſet exemplum de quodam Theologo, qui veſte ordinaria comparens
in Capitulo Generali, prima ſeſſione non fuit benè 13

tractatus, & altera die ipſo redeunte cum pretioſa Cappa, honorificè receptus, Cappæ gratias retulit: Hic advertendum, ſi eveniat, Capellanos; & Parochos ex eorum Beneficiis uberiores percipere redditus, quam Canonici, non propterea his anteponuntur. *Go-*
14 *meſ. & Staph. loco cit. tit. de prærog. num.* 24. Ratio eſt, quia reditus ſunt quid accidentarium, quod non mutat ſubſtantiam. *Caſſan. part. 8. conſid. 22. & Cutell. de Libert. Eccleſ. lib. 2. quæſt. 31. num. ult.*

A R G U M E N T U M.

Quæ requirantur, pro validitate Unionum Beneficiorum ſimplicium, ab Epiſcopo faciendarum Præbendis Canonicalibus ad formam S. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap. 15. de reform.*, nec non pro illarum jam factarum diſſolutione, & an eædem regulæ procedant in Unionibus, quas Epiſcopus facere velit ſua ordinaria Juriſdictione, juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem. Quando locum habeat *Reg. XIII. Cancel.* revocatoria Unionum, quæ ſuum effectum ſortitæ non fuerint, de tempore publicationis ipſarum Regularum.

S U M M A R I U M.

1 *Poſſunt Epiſcopi ex facultate, ſibi attributa à S. Conc. Trid. augere fructus Præbendarum Canonicalium, quoties nimis tenues eſſent, mediante unione ſimplicium Beneficiorum.*

2 *Pro forma, ſeu ſolemnitate huiuſmodi unionis, debet primò intervenire expreſſus conſenſus Capituli.*

3 *Itaut non ſufficiat conſenſus tacitus, vel implicitus.*

4 *Quod eſt de forma, non poteſt per æquipollens adimpleri.*

5 *Iſte autem conſenſus non debet neceſſariò eſſe contemporaneus actui, ſed eundem ſubſequi poteſt.*

6 *In unionibus faciendis ad favorem Capituli, licèt principaliter non tendant in ejus commodum, ſed tantum ex conſequenti, non ſufficit conſenſus ejuſdem Capituli, ſed ulteriùs requiritur Papæ auctoritas.*

7 *Declara, quod uniones Beneficiorum, ad favorem Præbendarum Canonicalium faciendas vigore ejuſdem S. Conc. Trid.*

8 *Et declaratur.* Clem. ult. de reb. Eccl. non alien., & DD. in c. cum acceſſiſſent, de conſt., & num. 9.

10 *Defectus conſenſus Capituli in unionibus hujuſmodi illas annullat, quatenus de nullitate dicat idem Capitulum, ad cujus favorem talis ſolemnitas inducta fuit.*

11 *Et regulariter Contractus, ſine ſolemnitate geſtus ſuper re Eccleſiæ, tunc demum eſt nullus, ſi Eccleſia ipſa velit.*

12 *Prædicta diſpoſitio S. Conc. Trid. non habet locum in unionibus, quæ fierent Menſæ Capitulari, ſeu Menſæ diſtributionum, quæ eadem eſſet cum illa.*

13 *Non poteſt Capitulum auctorizare actum, ſuum principale commodum reſpicientem.*

14 *Secundò pro forma unionis faciendæ vigore dictæ Conciliaris Diſpoſitionis, requiritur, quòd fiat ſingulis Præbendis, non autem Maſſæ Capitulari in genere.*

15 *Ulterius requiritur, quòd hujuſmodi actus fiat per viam unionis acceſſoriæ, non verò per viam ſuppreſſionis, ac extinctionis tituli Beneficii, cum id Epiſcopis non liceat.*

16 *Quæ ſit unica cauſa deveniendi ad iſtas uniones ad formam dicti Decreti Conciliaris*, & num. 17.

18 *Pro juſtificatione dictæ cauſæ non attenduntur Epiſcoporum aſſertiones, niſi adminiculis ſint ſuffultæ.*

19 *Declara prædicta, niſi unio ſuum effectum ſortita eſſet, & obſervata per ſpatium triginta annorum, quod facit præſumere omnia neceſſaria ad validitatem unionis interveniſſe.*

20 *Item declara concluſionem poſitam ſub n. 15. quod non poſſit redargui de nullitate unio concepta per verba* unimus, ſupprimimus, & incorporamus, *quæ verificari poſſunt de unione fructuum, ac redditUUM.*

21 *Declara pariter aliam concluſionem ſub* nu. 12. *poſitam, quando Epiſcopus unionem fecit*, pro Cannnicis, eorumque Præbendis, ac pro illorum congrua ſuſtentatione, ac aliàs omni meliori modo, *ut ea hoc modo concepta non adverſetur. S. Conc.*

22 *Si tenuitas non verificaretur reſpectu omnium Præbendarum, ſed tantùm reſpectu aliquarum, actus unionis corrueret quoad omnes ratione individuitatis.*

23 *Quæ circumſtantiæ debeant ponderari ad decernendum, an Canonici congruam, & neceſſariam ſuſtentationem percipiant ex Canonicatu.*

24 *Canonici Cathedralium debent eſſe præditi ſcientia, & ſacrarum rerum peritia, atque aliis moribus, ac pietate antecellere*, & num. 26.

25 *Saltem dimidia pars Canonicatuum Eccleſiæ Cathedralis conferenda eſt Magiſtris vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel Jure Canonico.*

27 *Quidam Romanus, Canonicus Eccleſiæ Argentinæ, videns quòd Capitulum eſſet plenum Canonicis illiteratis, & indignis, occaſione ſui Turni, elegit ſuum Aſinum.*

28 *Unio Beneficiorum, ſimplicium Præbendis Canonicatuum competit Epiſcopis, etiam ex diſpoſitione Sacr. Canonum.*

29 *Et ſi utantur auctoritate ſibi attributa per dictos Sacr. Canon. validæ ſunt uniones ab eis factæ etiam cum ſuppreſſione tituli Beneficii, & licèt tendant in communem Canonicorum utilitatem.*

30 *Regulæ Cancellariæ à quolibet S. Pont. in craſtina ſuæ aſſumptionis die publicantur.*

31 Regulæ XIII. Cancell. *revocatoriæ unionum, quæ effectum ſortitæ non fuerint uſque ad diem dicta ipſarum publicationis, non ſubjacent uniones ab Epiſcopis factæ in vim* dict. Decreti Concil. *ex cauſa neceſſaria, conſiderata tantùm moraliter, Eccleſiæ ſervitium primariò reſpicente.*

32 *Secus quando cauſa non eſt ipſa moralis neceſſitas, ſed potius commodum ipſorum Capitularium; quia tunc licèt unio de Jure ſubſiſtat, cadit tamen ſub* dicta Reg. XIII. Cancell.

33 *Limita quando de tempore publicationis* Reg. Cancell. *unio effectum ſortita eſſet reſpectu unius tantum ex pluribus Beneficiis, unico actu unitis, mediante actuali apprehenſione poſſeſſionis.*

34 *Sicuti Epiſcopus poteſt facere dictas uniones, ita valet illas diſſolvere ex juſta cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ.*

35 *Et tali caſu, ultra cognitionem neceſſariam in actu faciendæ unionis, requiritur etiam ejuſdem Capituli aſſenſus.*

36 *Limita in caſu, quo Epiſcopus, per viam Juris procedendo, nullam declararet unionem propter aliquem defectum.*

ANIMADVERSIONES.

PRo ſuſtinendo decenti Canonicorum ſtatu providè *Sac. Concilium Triden. ſeſſ. 24. cap. 15. de refor.* induliſit Epiſcopis facultatem augendi fructus Præbendarum Canonicalium, quoties nimis tenues eſſent, mediante unione ſimplicium Beneficiorum. Verùm quia variæ, 1
ac multiplices paſſim exoriuntur queſtiones, circa hujuſmodi unionum validitatem, tam quoad modum, & formam, ſeu ſolemnitatem, in iiſdem ſervandam, quàm circa legitimitatem, ſeu ſufficientiam cauſæ; idcirco breviter, ut noſtrum patitur inſtitutum, utriuſque requiſiti magis ſubſtantiales conditiones perſtringemus.

Quatenus pertinet ad formam, ſeu ſolemnitatem unionis faciendæ Præbendæ Canonicali, debet primò intervenire expreſſus Capituli conſenſus, ad ter- 2
minos *Ten. in Clemeut. 2. de reb. Eccleſ. non alien. Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 38. 152. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 32. n. 8. & ſeq. Rot. de c. 455. part. 3. rec.* Ita
ut neque ſufficiat tacitus, reſultans ab acquieſcentia, 3
ſive etiam implicitus reſultans ab acceptatinne unionis in Præbendarum Canonicalium favorem factæ; quia cum iſte conſenſus ſit ſolemnitas, ac de forma, non
poteſt per æquipollens adimpleri. *Barboſ. d. cap. 32. n.* 4
11. de Poteſt. Epiſc. allegat. 66. n. 24. De Luc. de Beneſic. diſc. 45. n. 3. & 4. Rot. cor. Penia dec. 1379. num. 5. licèt non

Digitized by Google

non ſit de neceſſitate, quod ſit contemporaneus actui
unionis, geſto per Epiſcopum, ſed eumdem ſubſequi
5 poſſit. *Rot. deciſ. 133. num. 8. part. 2. diverſ.*
Et quamvis *Turricell. in Tractatu de Unionibus cap. 9.*
num. 32. & ſeq. teneat, quòd in unionibus faciendis
ad favorem Capituli, licèt unio principaliter non tende-
6 ret in ejus commodum, ſed tantum ex conſequenti non
ſuficiat ejuſdem Capituli conſenſus, ſed requiratur Pa-
pæ authoritas; eo quia repugnat, quòd quis actum au-
thorizzat ad propriam utilitatem; nihilominus videtur
7 contrarium ſentiendum, in caſu unionis Beneficiorum,
ad ſavorem Præbendarum Canonicalium, propter ex-
preſſam, ac litteralem legem *Sac. Concilii in præcita-*
to cap. 15. ibi -- *liceat Epiſcopis cum conſenſu Capituli,*
vel aliquot ſimplicia Beneficia, non tamen regularia iis
unire &c. ac proindè diſpoſitio *Clem. uls. de reb. Ec-*
cleſ. non alien., in qua ſtatuitur non ſufficere Capi-
8 tuli conſenſum in unionibus, quæ tendunt in illius
commodum, & ut notant *DD. in cap. cum acceſſiſſent*
de Conſtit. Azzor. Inſt. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt.
17. ceſſat in unione facienda vigore Concilii eiſdem
Præbendis; cum unio ſolùm conſecutivè redundet in
9 utilitatem Capituli *Ricc. in Prax. part. 1. reſol. 389.*
per tot. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 47.
cum aliis apud *Ventrigl. annot. 8. §. 2. part. 2. num. 10.*
10 & declarando ipſam *Clem. Rot. dec. 133. num. 8. part. 2.*
diverſ., in qua ſingulariter firmatur, quòd defectus
conſenſus Capituli in unione, eatenus illam annullat
quatenus de nullitate dicat idem Capitulum, cum
ſolummodo ad ejus ſavorem fuerit inducta ſolemnitas
ipſius conſenſus, ad inſtar contractus ſine ſolemnitate
11 geſtus ſuper re Eccleſiæ, qui ita demum erit nullus,
ſi Eccleſia velit, ut proſequitur *dicta dec. num. 9. ad*
12. Quamvis ſecus eſſet, ſi unio fieret Menſæ Capi-
tulari, ſeu Maſſæ diſtributionum, quæ eſt eademmet
cum eadem Menſa; quia tunc, ultraquamquod non
intraret diſpoſitio *Sac. Concilii*, quæ loquitur de Unio-
ne facienda Præbendis, nec poteſt extendi ad unio-
12 nem Menſæ Capitulari; cum materia unionis ſit odio-
ſa, ac ſtrictè interpretanda; non poſſet authorizzari
à Capitulo, quod in hoc caſu conſenſum præſtaret in
13 actu ſuum principale commodum reſpiciente, ut
optimè declarat *Rot. dec. 337. n. 31. & ſeq. p. 9. t. 2. rec.*
Quod ſi Beneficium eſſet de Jurepatronatus, ſive Lai-
cali, ſive Eccleſiaſtico, requireretur, ultra conſenſum
Capituli, etiam illud Patronorum *Rocc. de Jurepatr. V.*
honorificum, quæſt. 3. Lambertin. lib. 3. quæſt. 6. art. 2.
Turricell. de Union. cap. 9. n. 40. Ventrigl. in Prax. annot.
14 *8. §. 1. num. 12. part. 2.* Quin immò non ſufficeret con-
ſenſus majoris partis, ſed requireretur omnium, aliàs
eſſet nulla, *Turricell. loc. cit. Ventrigl. ibid. num. 12.* cum
aliis apud eum relatis.

Requiritur item pro forma unionis Beneficii, fa-
cienda vigore Concilii, quòd ea fiat ut etiam præ-
tactum fuit, ſingulis Præbendis, non autem Maſſæ
Capitulari in genere. *Barboſ. in d. cap. 15. ſeſſ. 24. num.*
18. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 8. n. 57. Fagnan.
in cap. expoſuiſtis num. 26. & 27. de Præben. De Luc. ad
Conc. Triden. diſc. 8. n. 17. de Benefic. diſc. 44. n. 2. Rot.
dec. 565. part. 5. & dec. 337. n. 30. part. 9. & dec. 316.
n. 17. part. 17. recen.

Ac denique, quòd unio non ſit facta per viam Sup-
preſſionis, ac extinctionis tituli Beneficii, ſed per
15 viam unionis acceſſoriæ, ſcilicèt mediante applicatio-
ne fructuum Beneficii uniti, remanente illius titulo,
ac nomine; cum vigore Concilii non liceat Epiſcopis
facere uniones extinctivas. *Navarr. cauſ. 9. numer. 7.*
de Præbend. Turricell. de Union. cap. 4. numer. 6. & 7.
Rot. deciſ. 758. num. 1., & ſeqq. part. 1. diverſ. cor. Pe-
nia dec. 98. n. 8. & cor. Peutinger. dec. 169. n. 11. & dec.
200. n. 22.

Quò verò ad ſufficientiam, ſeu legitimitatem cau-
ſæ, deveniendi ad unionem, ex cenſura dicti *Sac. Con-*
cilii unica eſt, conſiſtens in tenuitate Præbendarum,
ita & taliter, ut illarum redditus, neceſſariæ Cano-
nicorum ſuſtentationi impares ſint, ac proinde Divi-
16 num ſervitium negligatur, ſive non inveniantur Per-
ſonæ idoneæ, juxta exigentiam Eccleſiæ Cathedra-
lis, quæ Canonicatus, propter illorum paupertatem,
voluerint acceptare. *Turricell. de Union. d. cap. 8. n. 22.*
De Luc. de Beneſ. diſc. 43. n. 3. & diſc. ſeq. num. 6. Rot.
dec. 337. n. 10., & ſeq. part. 9. & dec. 275. n. 7. & dec.
174. n. 2. part. 10. rec. cum non ſufficiat ratio commo- 17
dioris ſuſtentationis. *Turricell. d. c. 8. nu. 18. De Luc.*
ad Concil. diſc. 8. n. 23. Adden. ad Burat. dec. 576. n. 83.
96. & 97. Nec pro juſtificatione dictæ tenuitatis, atten-
dantur Epiſcoporum aſſertiones, niſi adminiculis ſint 18
ſuffultæ *Garz. de Beneſ. part. 12. cap. 2. nn. 121. & ſeq.*
Turricel. d. tract. cap. 10. n. 6. De Luc. ad Concil. diſc. 8.
num. 13. Rot. dec. 222. n. 23. part. 9. rec., vel niſi unio
ſuum effectum ſortita eſſet, & obſervata per ſpatium 19
triginta annorum, quòd facit præſumere, quòd omnia
ad validitatem unionis neceſſaria, intervenerint, tam
circa formam, quàm circa cauſam. *Turricell. d. tract.*
cap. 10. n. 19. Rot cor. Ludoviſ. dec. 57. nn. 6. & Adden.
dec. 431. n. 14. cor. Dunozzet. Jun. deciſ. 525. nu. 4. &
dec. 173. n. 14. part. 7. rec. præcipuè ſi Epiſcopus, ul-
tra teſtimonium proprium circa tenuitatem prædictam,
etiam per teſtium depoſitiones illam comprobarit. *Rota*
in Urgellen. Beneficii 30. Junii 1704. §. Et demum, cor.
Omana.

In præmiſſorum verò declarationem advertendum
eſt, quòd licèt, ut dictum eſt, Epiſcopus non poſſit,
vigore *Concilii Tridentini*, facere uniones extinctivas,
& ſuppreſſivas tituli Beneficii; attamen contra dictæ
Conciliaris diſpoſitionis formam non dicitur, ac proin- 20
de de nullitate redargui non poteſt unio, concepta per
verba *unimus, ſupprimimus, & incorporamus*; eo quia
verificari poſſunt de unione fructuum, ac reddituum,
ex traditis per *Turricell. d. tract. c. 4. n. 6. & 7. & Rot.*
in d. Urgellen. Beneficii 30. Junii 1704. §. Nec obſtat, cor.
Omana.

Sicuti pariter, quòd de nullitate redargui non valet,
tanquam facta Menſæ Capitulari, ſeu Canonicis in ge-
nere quando Epiſcopus unione fecit *pro Canonicis, eorum-*
que Præbendis, ac pro illorum congrua ſuſtentatione, ac aliàs 21
omni meliori modo; quia, ſic facta, non dicitur adverſari
Concilio, ut præcisè tenuit *Rot. in d. Urgellen. §. Mi-*
nus, cor. Omana confirmata 2. Martii 1705. coram Muto.

Quamvis, ſi tenuitas Præbendarum non verificare-
tur, reſpectu omnium, ad quarum ſavorem unio fa-
cta fuit, ſed tantùm reſpectu aliquarum, eò quia ali-
quæ, ſufficientes redditus haberent, actus remanerer
infectus quoad omnea, ratione individuitatis ipſius 22
actus, qui non poteſt pro parte valere, & pro parte
non valere, juxta regulam *Text. in l. 4. §. Cato, ff. de*
V. obligat. Rot. dec. 337. n. 38. part. 9. & dec. 174. n. 11.
part. 10. rec.

Ac pariformiter, quoad requiſitum ſufficientiæ cau-
ſæ, pro facienda unione vigore Concilii, eſt obſer-
vandum, quòd non ità ſtrictè accipienda videtur Præ-
bendarum tenuitas, ut præcisè verificetur, quòd ob
eamdem tenuitatem nullus repertus fuerit, qui Cano-
nicatum acceptaverit; quia ad illam menſurandam,
ſpectanda eſt qualitas Perſonarum, loci, & onerum
Canonicatui incumbentium, & his, aliiſque ſimili- 23
bus ponderatis circumſtantiis, decernendum eſt, an
Canonici congruam, & neceſſariam ſuſtentationem ex
Canonicatu percipiant, ut definivit *Concilium d. cap.*
15. ſeſſ. 24., ibi -- *ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradu*
pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant. & adver-
titur *in d. Urgellen. §. Hoc poſito.*

Quod ſanè videtur valde conſonum, non ſolùm ver-
bis, ſed menti *Sac. Concilii*, ac etiam *veterum Cano-*
num, quia, cum ex illorum ſanctione, obtinentes Ca-
nonicatus, & Dignitates in Cathedralibus, conſilio,
& opere adjuvare teneantur Epiſcopos in regimine Ec-
cleſiæ, cum Senatum Eccleſiæ repræſentent, & ob id 24
in eis maximè requiratur ſcientia, & ſacrarum rerum
peritia, ac excellentia morum, & pietatis, ex la-
tiùs ponderatis in *Animadverſion. Tit. 2.* ac proinde jux-
ta cenſuram ejuſdem *Concilii cap. 12. ſeſſ. 24. de reform.*
ſaltem dimidia pars eorumdem Canonicatuum confe-
renda ſit Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis
in Theologia, vel Jure Canonico, ſit manifeſtum, 25
quod tenuitas, conſiderata per idem Concilium, non
eſt cum tali rigore accipienda, ut nullus, etiam ſi
indoctus, & vilis conditionis, repertus fuerit, qui,
reſpectu ad eam, Canonicatus voluerit acceptare, ſed
quod de illis, attenta eadem tenuitate, provideri re-
cuſaverint Perſonæ litteratæ, aliiſque decoratæ qua-
litatibus, quibus non ſolùm decet, ſed juxta præmiſ-

ſam *Sac. Canonum*, *& Sac. Concilii* mentem oportet
condecoratos eſſe Cathedralium Cannnicos. *Rot. in d.*
Urgellen. Beneficii d. §. Hoc poſito, cor. Omanna; Nam
aliàs ſequeretur, quòd de Canonicis Argentinis di-
xit *Jo: Andreas* relatus per *Daſnos de Canon. Secul. ac*
27 *Regul. lib. 1. cap. 12. circa fin.* quòd cum illorum Ca-
pitulum eſſet plenum Canonicis illiteratis, & indi-
gnis, quidam Romanus, Canonicus illius Eccleſiæ,
elegit, occaſione ſui Turni, ſuum Aſinum.

Cæterùm, ſi Epiſcopus in unione Beneficii non
proceſſiſſet, vigore facultatis ſibi competentis ex *Sac.*
28 *Concilio*, ſed ex diſpoſitione *Sac. Canonum*, & ſic ſua
ordinaria authoritate eidem attributa *in cap. ſicut uni-*
re, de exceſſ. Prælat., & cap. expoſuiſti, de Præben.,
& Clem. ſi una de reb. Eccleſ. non alien., & Clem. 1.
§. Ad hæc, de Stat. Monach. tunc unio non ſubjacet
29 regulis præallatis, ideoque etiam uniones factæ cum
ſuppreſſione tituli Beneficii, ac tendentes in commu-
nem Canonicorum utilitatem, ſuſtinent *Turricell.*
d. tract. cap. 15. num. 24. & ſeq. Rot. coram Dunoz-
zet. dec. 523. nu. 6. coram Cavaler. dec. 449. & dec.
28. n. 1. p. 9. rec. & in dicta Urgellen. §. Nec obſtat,
& §. Non minus, cor. Omanna, & in confirmatoria an-
ni 1705. cor. Muto.

Tandem pro pleniori hujus materiæ notitia, ad-
vertendum eſt, quòd licèt per *regulam 13. Cancella-*
riæ revocatoriam unionum, revocentur, & annullen-
tur uniones Beneficiorum, effectum non ſortitæ, uſ-
que ad diem publicationis ipſatum Regularum, quæ
à quolibet Summo Pontifice in craſtinum ſuæ aſſum-
30 ptionis eduntur, & publicantur; hoc non habet lo-
cum in unionibus factis in executionem dicti Con-
ciliaris Decreti, ex cauſa neceſſaria, conſiderata ta-
31 men moraliter, videlicet, quando, attenta Præben-
darum tenuitate, negligererur Eccleſiæ ſervitium,
vel Canonici ſuum gradum ſuſtinere non valerent,
cum hujuſmodi unio dictæ Regulæ revocatoriæ non
ſubjaceat. *Rot. cor. Seraphin. dec. 1078. n. 4. cor. Lu-*
doviſ. dec. 494. nu. 3. De Luc. ad Ventrigl. d. annot. 8.
§. 2. n. 6. quòd ſi unionis cauſa non fuiſſet dicta mo-
ralis neceſſitas, illaque primariò Eccleſiæ ſervitium
non reſpiceret, ſed potiùs commodum ipſorum Capi-
tularium, licèt de Jure ſubſiſtentiam haberet, cum
Epiſcoporum authoritas, circa uniones, non ſit re-
ſtricta ad dictam moralem neceſſitatem, pro cultu,
& ſervitio Eccleſiæ, ſed ex aliis etiam juſtis cauſis
illas facere valeant; nihilominus, ſi de tempore pu-
32 blicationis Regularum Cancellariæ in creatione novi
Pontificis, ſuum effectum ſortita non fuiſſet, cade-
ret ſub revocatione: cum Regula prædicta capiat
etiam uniones validas, dummodo effectum non ſor-
titas. *Rot. dec. 337. n. 20. & ſeq. & nu. 36. & deciſ.*
174. n. 8. p. 10. rec. quamvis ad hoc, ut unio non
remaneat impedita per eamdem Regulam, ſufficiat,
33 quòd de tempore dictæ publicationis effectum ſubſecu-
ta eſſet, reſpectu unius tantùm ex pluribus Beneficiis
in unico actu unitis, mediante actuali apprehenſione
poſſeſſionis. *Garz. de Benef. part. 12. c. 2. n. 294. De*
Luc. ad Ventrigl. dec. 8. n. 8.

Sicuti, ut ſupra diximus, unio requirit de forma
Capitnli conſenſum, ita pariter, quatenus Epiſcopus
ex juſta cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ unio-
34 nem diſſolvere vellet, utpotè quia unio redundaret in
illius detrimentum, prout tali caſu facere poteſt. *Re-*
buff. de Benef. tit. de Unior. revoc. nu. 24. Azzor. Inſtit.
Mor. c. 29. q. 5. 6. p. 2. l. 6. Rot. dec. 578. & dec. 596.
part. 3. diverſ. præter cauſæ cognitionem, eodem mo-
do, quo exigitur in actu faciendæ unionis, requiritur
35 etiam ejuſdem Capituli aſſenſus, cum unumquodque
ſolvatur eodem modo, quo ligatum fuit. *Rebuff. ubi ſu-*
pra n. 4. Garz. de Benef. p. 13. c. 2. n. 103. Ventrigl. in
Prax. d. annot 8. §. 2. n. 33. niſi tamen Epiſcopus per
36 viam nullitatis, procedendo per viam Juris, declara-
ret propter aliquem defectum unionem irritam *Oldrad.*
conſ. 262. n. 5.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De habitu Canonicorum in Choro, qualis fuit anti-
quitùs; & quibus inſignibus uterentur, dum Divi-
na celebrabant Officia. Canonici, qui ex privile-
gio utuntur Cappis, poſſunt tempore Æſtivo defer-
re Cottam ſupra Rocchettum, non obſtante contra-
ria conſuetudine. Inſignia prædicta poſſunt per Ca-
nonicos deferri etiam extra Diœceſim. Qualis de-
beat eſſe habitus uſualis Canonicorum, & qualis
fuerit antiquitùs, & cujus coloris.

S U M M A R I U M.

1 *Ex qualitate extrinſeca Eccleſiaſtici ornamenti major perſonæ demonſtratur honorificentia.*
2 *Antiquitùs Canonici, dum res Divinas celebrabant, utebantur Epiſcopalibus ornamentis; habitus modernus Choralis Canonicorum qualis ſit.*
3 *Antiquus habitus Canonicorum eſt Cappa.*
4 *Habentes uſum Capparum, poſſunt tempore æſtivo geſtare Cottas ſupra Rocchettum.*
5 *Etiamſi adeſſet contraria obſervantia.*
6 *Privilegium non tendens in aliorum gravamen, nunquam perditur per non uſum.*
7 *Canonici, habentes uſum dictorum Inſignium, poſſunt ea geſtare, etiam extra Diœceſim, & quomodo.*
8 *Habitus Canonicorum non denotat Superioritatem, ſed tantùm ornamentum perſonæ.*
9 *Ex ornamentis Eccleſiaſticis, quibus utuntur Canonici, elicitur ipſorum Præcedentia ſupra alios Clericos.*
10 *Habitus uſualis Canonicorum olim erat violacei coloris.*
11 *Modò aſſignatur nigri coloris, ſed decentior Plebanis Cappellanis.*

T I T U L U S VII.

EX qualitate extrinſeca Eccleſiaſtici ornamenti ma-
jor perſonæ honorificentia efformatur *cap. quo-*
niam, de vit. & hon. Cler. Cap. ut Apoſtolicæ de Privil. 1
in 6. ubi *Gemin. Anchar. n. 2.* & clariùs docent *Colleg. Pa-*
duan. conſ. 2. num. 25. Boer. de auct. mag. n. 29. Monne. l.
c. cap. 17. num. 57. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 64.
num. 3. Purpurat. conſ. 540. nu. 17. part. 2. Daoyz. V. Di-
gnitas numer. 6. & Card. Paleot. de admin. Eccleſ. Bonon.
part. 5. cap. 5. Dum antiquitùs Canonici res divinas
celebrabant Mytris, & aliis Epiſcopalibus ornamen-
tis utebantur; ut teſtatur *Molan. l. c. lib. 3. cap. 9. &* 2
Lauren. in ſuo magno Theatr. vit. hum. lit. I. fol. mihi 327.
Ad præſens etiam utuntur Mytra ex Privilegio, quo
lætantur Canonici Cathedralis Lucæ in Hetruria,
nec non Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Neapolis,
ut refert *Pyrr. Corrad. in Prax. Diſpenſ. Apoſt. lib. 4. cap.*
2. num. 33.

Ordinarius Canonicorum habitus modernus Chora- 3
lis eſt Almutia, ſive Mantellectum, vel Cappa vio-
lacei coloris, aut Mozzetta, quæ inſignia concedun-
tur tantùm Canonicis à Summo Pontifice. *Ricc. part.*
3. deciſ. 332. nu. 2. Quorum antiquior habitus eſt Cap-
pa, ut notat *Ughell. de Epiſ. Ital. tom. 3. pag. 634.* Et
quando Papa concedit Cappas, intelligitur conceſ- 4
ſus uſus Rocchetti; atque addendo, *geſtari ſolitas per*
Canonicos Principis Apoſtolorum, & ad eorum inſtar,
hujuſmodi Clauſula idem ſonat, quòd, ad veram,
propriam, & adæquatam imitationem, tam in for-
ma, quàm in colore, prout eis datum fuit. *Navar. in*
Com. de jubil. not. 26. n. 2. Bald. in l. omnia C. de Epiſc.
& Cler. ac declaravit *S. R. C. die 21. Maji 1634.* Quo
indulto gaudentibus liberum eſt æſtivo tempore hujuſ-
modi Cappas deponere, quas aliis temporibus defe-
runt opertas pellibus Agnorum, aut Cuniculorum,
aut Armellinorum, & aſſumere Coctam ſupra Roc-
chettum, prout ſervatur in Urbe Roma, vel remo-
tis pellibus, æſtate geſtare eaſdem Cappas abſque pel-
libus, holoſerico Clatteo coopertas, complicatas, vel
juxta conſuetudinem explicatas, uſque ad talos ad for-
mam. *Cærem. cap. 3.*

Et

Et hæc delatio Capparum, licèt per plures annos
5 continuata non tollit Canonicis ſupradictis libertatem
æſtivo tempore geſtandi, quando placuerit, Cottam
ſupra Rocchettum; Ita ad preces Canonicorum Tau-
rinen. habentium ſimile indultum deſerendi Cappas
ad inſtar illorum S. Petri Romæ declaravit *S. R. C.*
6 *die* 23. *Decembris* 1634. Ratio hujus determinationis
eſſe poteſt, quia Privilegium non tendens in aliorum
gravamen, nunquam perditur per non uſum. *Felyn.
in cap. cum acceſſiſſent numer.* 3. *de Conſt. Mar. Ital. de
immun. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 1. *Caſtr. Palao tract.* 3. *de leg.
pun.* 18. *num.* 3. Antedicta inſignia Canonicis imper-
tita poſſunt ab iiſdem deferri in functionibus Eccle-
7 ſiaſticis etiam extra Diœceſim; dummodo non oc-
cupent proprias Sedes illius Eccleſiæ Beneficiato-
rum, ut deducitur ex decreto *S. R. C. die* 19. *Au-
guſt.* 1634. Ratio eſt, quia, eſt privilegium per-
ſonale, quod perſona ſecum ubicumque defert, &
non reſtringitur in loco, *Gloſſ. in cap. Privilegium,
de Reg. Jur. in* 7. & ibi DD. quos ſequuntur *Caſtr.
Pal. loc. prox. cit. punct.* 6. *num.* 1. *& Bonac.* ubi ſu-
8 pra *punct.* 5. *num.* 1. *& alii*; Tum quia hujuſmodi
habitus non denotant Superioritatem, vel poteſta-
tem, ad tradita per *Decian. conſ.* 8. *num.* 243. *vol.* 1.
& Goffred. in Rub. de uſu Pall. num. nlt. ſed dumta-
xat perfectionem, gravitatem, & ornamentum per-
ſonarum, & quòd non ſint ſimplices Presbyteri. *Bel-
lamer. ſuper cap. à memoria tit. ut lit. pend. numer.* 3.
& ſic, ut adnotatur in *Magn. Theatr. vit. hum. lit. I.
fol.* 327. ſecernuntur ab aliis de Choro, qui non ha-
bent Dignitatem, quorum habitus Choralis eſt Cot-
ta, ut obſervant *Molan., l. c. in præfat. & Petr. de
Anch. in cap. ut Apoſtolicæ num.* 5., ex quibus ornamen-
tis Eccleſiaſticis, quibus gaudent Canonici, ſuade-
9 tur ipſorum Præcedentia ſuper alios de Clero ſecula-
ri, quos innuimus. *Dec. conſ.* 19. *numer.* 32. *vol.* 3.
Decian. loc. cit. conſ. 67. *numer.* 33. Conſtat etiam
dicta Canonicorum Præeminentia ex eorum veſtimen-
10 tis ordinariis uſualibus, quæ olim in totum erant
violacei coloris, ut habetur in *Theat. l. mox. c.* & ad
præſens per *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.*
nigri coloris aſſignantur Canonicis Cathedralium, &
Collegiatarum inſignium, ſed decentiora, quàm Ple-
banis, & Capellanis *Noſcon. l. cit. cap.* 15. *&* 16.
Aſpirat doctrina *Baldi in l. ſi quid §. Sufficit, num.*
1. dicentis, operæ pretium eſſe, ut aliter veſtiantur
11 Milites, aliter Senatores, quales appellantur Cano-
nici, *Gloſſ. fin. cap. Eccleſia* 17. *quæſt.* 1. *Daoyz. l. c.
V. Capitulum*, & in puncto *Concil. Trident. loc. ſta-
tim cit.*

ARGUMENTUM.

A quo poſſit concedi uſus Cappæ, Rocchetti, & Almutiæ, & unde nomen traxerint: & de eorum uſu, ac ſignificatione. An, & à quibus habitus Canonicalis præſcribi valeat? Quando uſus prædicti habitus veniat ſub generali conceſſione, concepta cum Clauſula *adinſtar*. An, & quando Canonici Cathedralis prohibere poſſint illis Collegiatæ uſum ſimilium indumentorum. An ea poſſint Canonici deferre, etiam extra propriam Eccleſiam, & coram Superiore, & quid de Epiſcopis coram Legato, & aliis ſimilibus? An Epiſcopus indutus Rocchetto, & Mozzetta, & Archiepiſcopus cum Cruce, ante ſe delata, poſſint ingredi Loca exempta, præſertim occaſione viſitationis?

SUMMARIUM.

1 *Conceſſio delationis Cappæ, & Rocchetti, & etiam Almutiæ ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, neque circa ea quidquam ſtatuere poſſunt Epiſcopi.*

2 *Prohibitus de Jure intelligitur uſus dictorum Inſignium iis, quibus permiſſus non oſtenditur ex peculiari Privilegio*, & n. 4.

3 *In hac materia habituum in Choro per Canonicos geſtandorum, ac etiam circa illorum colores, Epiſcopi nullam authoritatem habent, ſed omnia ſunt Papæ reſervata.*

5 *Uſus hujuſmodi Inſignium non præſcribitur curſu quadraginta annorum.*

6 *Rocchettum alio vocabulo nuncupatur* Linea, *ſeu* Camiſia Romana.

7 *Et juxta aliquos dicitur à* Richa *voce Gallica, forte introducta, cum Avenione degerent SS. Pontif.*

8 Card. Baron. ad an. 261. n. 40. *cenſet eſſe vocabulum Italum.*

9 *Iſtud nomen Rocchettum deſignat veſtem lineam Prælatorum, & Canonicorum Regularium, & fuit in uſu apud Philoſophos, & Sacerdotes prophanos, & etiam apud Judeos, à quibus Chriſtiani hanc veſtem ſumpſerunt.*

10 *Hujuſmodi Lineæ, ſeu Albæ geſtatio antiquitus communis fuit omnibus Clericis, eaque induti prodibant in publicum.*

11 *Illa tamen non utebantur inter ſacrificandum, ſed prophana cenſebatur, ut eſt nunc uſus Rocchetti.*

12 *Alba, ſeu Linea candorem munditiæ, Cappa verò rigorem pœnitentiæ ſignificant.*

13 *Canonicorum habitus præcipuus in Choro antiquitùs erat communis cum Epiſcopo, ſcilicet Linea, & Cappa.*

14 *Cappa alio nomine* Byrrus *nuncupatur.*

15 *Quid ſit Almutia, & quomodo geſtetur.*

16 *Quæ autem ſit illius myſtica ſignificatio.*

17 *Hodiè hujuſmodi Inſignia effecta ſunt peculiaria Dignitatis Pontificalis, ita ut Canonicis ſint prohibita, neque iidem poſſint manutentionem obtinere in quaſi poſſeſſione illorum geſtationis, niſi incontinenti doceant de Privilegio obtento à Sede Apoſtolica.*

18 *Poſſeſſio deſtituta titulo ſufficienti, circa uſurpationem Regalium Principis, non ſolùm non meretur manutentionem, ſed eſt etiam punibilis.*

19 *Prædicta tamen limitantur, quando adeſſet legitima præſcriptio, ſaltem quadragenaria, quæ ſemper requiritur in iis, quæ habent Juris reſiſtentiam.*

20 *Declara, dummodo non conſtaret, quod poſſeſſio initium ſumpſiſſet à titulo infecto*, & n. 23.

21 *Item, quatenus non ageretur de conſuetudine irrationabili, & de inducenda præſumptione privilegii inſoliti, & non conceſſibilis, prout eſſet, ſi ab aliis, quam à Canonicis prætenderetur præſcribi uſus Rocchetti, concedi ſolitus à S. Apoſtolica ſolis Canonicis*, & n. 22.

24 *An conceſſio uſus ſimilium Inſignium veniat in generali communicatione Privilegiorum, ſeu in generali conceſſione* adinſtar, *vel potiùs requirat ſpecialem, & individuam mentionem.*

25 *An, & quando magis ſpecialis communicatio Privilegiorum importet conceſſionem eorumdem Inſignium*, & num. 26.

27 *Inſignia majorum Dignitatum, ſine earum injuria, non fiunt minoribus communia.*

28 *Eccleſia Cathedralis habet jus prohibendi Collegiatæ geſtationem Inſignium, quibus ipſa utitur, eodem modo, quo prohibere quis poteſt, nè alter propria Inſignia ſibi uſurpet, præſertim ſi fuerit ignobilior.*

29 *Limita, ſi inſignia Collegiatæ eſſent difformia, & ignobiliora, quam illa Eccleſiæ Cathedralis, cujus ideo nullum præjudicium eſſet.*

30 *In conceſſione tamen ſimilium Indultorum, favore Eccleſiæ Collegiatæ, non conſideratur geſtatio habitus dignioris per Canonicos ejuſdem Collegiatæ, præſertim, ſi illa exiſtat extra Civitatem ſolet tamen limitari Indultum, quando Canonici Collegiatæ ſimul conveniunt cum Canonicis Cathedralis in habitu Chorali. Et quid ſi agatur de duabus Cathedralibus unitis, ubi de Eccleſiis Piſtorien., Praten.*

31 *Uſus hujuſmodi indumentorum in Canonicis, ac etiam Mozzettæ Epiſcopalis, non denotat Juriſdictionem, ſed quoddam ornamentum Perſonæ, per quod ab aliis Clericis inferioris ordinis contradiſtinguntur.*

32 *Canonici, habentes indultum geſtandi ſimilia indumenta, poſſunt ea deferre non ſolum in propria Eccleſia, ac in tota Diœceſi, ſed etiam extra illam.*

33 *Et*

33 *Et poſſint etiam eadem geſtare coram Superioribus* Amplia num. 35. *Licèt regula ſit , quod Inferior debeat in præſentia Superioris deponere Inſignia , ſuam Juriſdictionem denotantia* eod. numer. 33.

34 *Et afferantur exempla Epiſcopi coram Legato , Patriarchæ coram eodem Legato , & in Urbe Cardinalium coram Pontifice .*

36 *Spatium quadraginta annorum exuberat ad præſcribenda accidentalia viſitationis .*

37 *Habitus ordinarius , ac præcipuus Epiſcopi eſt Rocchettum , & Mozzetta , iiſque uti poteſt in tota ſua Diœceſi .*

38 *Monaſteria Regularium , quamvis exempta ſint à Juriſdictione Epiſcopi , ſunt tamen verè , ac propriè de illius Territorio , ac Diœceſi .*

39 *Epiſcopi non tenentur deponere propria Inſignia , quoties accedant ad Monaſteria , ſive Eccleſias Regularium .*

40 *Olim Epiſcopis competebat Juriſdictio tam circa loca , quàm Perſonas Regularium .*

41 *In locis exemptis , & ſignanter Regularium , poſſant Epiſcopi Cathedram erigere , benedictionem Solemnem Populo impertiri , cæteraſque Pontificales Functiones peragere .*

42 *Abbates Regulares , Epiſcopo præſente , in reverentiam antiquæ ſubiectionis , Cathedram aſcendere non poſſunt , ſed eam cedere debent eidem Epiſcopo .*

43 *Per geſtationem huiuſmodi Inſignium , ſeu exercitium Epiſcopalium Functionum non remanet violata exemptio Regularibus competens .*

44 *Secus eſſet , ſi Epiſcopi in locis exemptis exercere vellent ea , quæ contentioſam Juriſdictionem involvunt .*

45 *Epiſcopus ad Monaſteria exempta Monialium accedens , occaſione viſitationis Clauſuræ , Juriſdictionem delegatam à Sede Apoſtolica exercet .*

46 *Quoties Epiſcopo competit in aliquo caſu Juriſdictio in locis exemptis , poteſt eamdem Juriſdictionem exercere tanquam Judex .*

47 *Card. Epiſcopus ex Apoſtolico Indulto gaudens privilegio deferendi ante ſe Crucem , adinſtar Archiepiſcopi , poteſt illam ante ſe deferre facere , etiam in Eccleſia Regularium occaſione viſitationis Confraternitatum Laicorum in eadem Eccleſia erectarum , non verò ita ingredi Monaſterium , in quo nulla occaſio eſſet exercendi Functiones Pontificales .*

48 *Delatio Cappæ , & Rocchetti non permittitur niſi Prælatis , vel aliis inferioribus habentibus ſpeciale Apoſtolicum Privilegium .*

49 *Nec valet conceſſio , vel immutatio habitus facta ab Epiſcopo .*

50 *Supplicans pro Indulto fatetur eodem Indulto carere .*

51 *Teſtes pendente Lite , & ſine Partis citatione examinati , non ſunt attendendi .*

52 *Ubi adeſt Juris reſiſtentia , non ſufficit ſola poſſeſſio , ſeu quaſi , ſed neceſſarius eſt titulus , vel obſervantia longiſſimi temporis .*

53 *Poſſeſſio à Petitorio claro remanet abſorta .*

ANIMADVERSIONES.

USus , ſeu delatio Cappæ ; & Rocchetti , quinimmo etiam Almutiæ , non permittitur Canonicis
1 Eccleſiarum , tam Collegiatarum , quàm Cathedralium , niſi ſpeciale indultum habeant à Sede Apoſtolica , cum illorum Inſignium conceſſio ſit de Regalibus Summi Pontificis , neque quoad ea quicquam ſtatuere poſſint Epiſcopi . Quoad uſum Rocchetti clarè liquet ex decreto *S. Mem. Urbani VIII.* edito devoto *Sac. Congregationis Rituum* , ut tradit *Pignattel. conſult.* 22. *num.* 3. , & 4. ideoque omnibus illis , quibus ex peculiari privilegio illius uſus permiſſus non oſtenditur , intelligitur à Jure prohibitus , ut de Rocchetto , ac etiam de
2 Cappa teſtatur *Corrad. in Prax. Beneſ. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. ubi plura refert memoratæ Congregationis Decreta ; ac *num.* 26. ait , Epiſcopos in hac materia habituum , & Inſignium , in Choro per Canonicos ge-
3 ſtandorum , ac etiam circa illorum colores , nullam prorſus authoritatem habere ; cùm omnia Papæ ſint
reſervata , idque etiam monet *Ricc. dec.* 332. *ſub num.* 3. *§. Cæterum* , ubi refert , ita fuiſſe deciſum contra Archiepiſcopum Neapolitanum . *Barboſ. in Sum. Apoſtol. dec. collect.* 20. *num.* 5. & *collect.* 302. *num.* 1. & *collect.* 127. *num.* 2. *Campanil. in diverſ. rubr.* 9. *cap.* 5. *num.* 3. & *ſeq. Gratian. diſcept.* 845. *numer.* 52. & 53. , ubi ,
quòd talia Inſignia ſunt à Jure prohibita , niſi adſit ſpe- 4
cialis conceſſio . *Anaſtag. Germon. de Immunit. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 72. & *ſeq. Pignatell. conſult.* 60. *ſect.* 59. *num.* 8.
tom. 6. , ubi , quòd neque curſu quadraginta annorum 5
præſcribitur *num.* 10. & concordat *Rot. in Gerunden. Almutiarum* 12. *Januarii* 1690. *§. Prima pars* , *cor. Hervavult* .
Nomen Rocchetti , quod alio vocabulo *Linea* ſeu 6
Camiſia Romana , nuncupatur , nonulli arbitrantur derivaſſe à Gallis , à voce *Richa* , apud Avenionenſes
trita , occaſione , quòd Avenione degebant Summi 7
Pontifices . *Gavant. tom* 1. *de rit. ſervien. in celebr. Miſ. tit.* 1. *num.* 2. *Biſſus in Hieurgia* , ſeu *Cæremonial. tom.* 2. *V. Rocchettum* , *Craſſ. lib.* 1. *cap.* 21. *Nicolaus Deſnos in Tract. de Canonic. Secular.* & *Regular. lib.* 4. *cap.* 6. §. 9.
Card. Baron. verò *ad annum* 261. *num.* 40. loquens *de* 8
Linea Cypriani , cenſet , vocabulum eſſe Italum , & aliàs ejuſdem Rocchetti etymologias doctè recenſet *Deſnos loco citato* ; illud certum eſt , quod illud voca-
bulum uſurpatum ſemper fuit , pro deſignanda Veſte 9
Linea Prælatorum , & Canonicorum Regularium , cujus uſus apud Philoſophos , & Sacerdotes prophanos , itemque etiam veteris Teſtamenti invaluiſſe , & deinde à Judæis traxiſſe hanc veſtem Sacerdotes Chriſtianos veriſimile putat *laudatus Deſnos d. lib.* 4. *cap.* 7.
Hujuſmodi Lineæ , ſeu Albæ geſtatio , antiquitùs fuit commiſſa omnibus Clericis , qui eadem induti pro-
dibant in publicum , ut colligitur *ex Epiſtol. D. Hierony-* 10
mi ad Nepotianum , & ex aliis veteribus monumentis comprobat *citatus Deſnos d. lib.* 4. *cap.* 8. *in princ.* Hæc autem veſtis Linea non erat illa , cujus uſus erat inter
ſacrificandum , ſed tanquam prophana cenſebatur , 12
prout eſt etiam nunc uſus Rocchetti , quod in functionibus omninò prophanis , & civilibus etiam adhibetur , & adnotavit idem *Deſnos l. c.* apud quem doctæ habentur diſſertationes , tam ſuper forma , uſu , & myſtica ſignificatione Rocchetti , ſeu Lineæ prædictæ , ac etiam Cappæ , quas hìc longiùs tranſcribere eſſet inutile , cum apud eum haberi de facili poſſint *d. lib.* 4. *cap.* 16. & 17. ; ideoque ſolùm addo , quòd Alba , ſeu
Linea candorem munditiæ , Cappa rigorem pœniten- 12
tiæ ſignificant , ut piè , diſertèque monens ſuos Canonicos , dixit *Stephanus Epiſcopus Torniacenſis apud eumdem Deſnos in cap.* 11. *circa fin. Hac duplici veſte regulariter induti videamus , nè Superpelliceum noſtrum ſordibus polluatur , & nè Cappa noſtra ſciſſuris rumpatur , ut per munditiam omni tempore veſtimenta noſtra ſint candida , & per continuam pœnitentiam , tanquam tunica talaris ſit Cappa noſtra* -- & concordat *Divus Carolus* , *qui in Concilio Mediolanen.* 5. *de* Cappæ myſtica ſignificatione , dicit -- *Cum Canonicus Cappam induit , quæ humeros contegit , & brachia quaſi devincit , ex eo amictu intelligat , ſe repreſſas , quaſique devinctas habere debere appetitiones , ac ſe totum ad Dei voluntatem accommodare* -- .
Antiquitùs habitus Canonicorum præcipuus in Cho-
ro erat communis cum Epiſcopo , ſcilicet Linea , & 13
Cappa , ſic vocata à capite , cui imponitur , vel quia corpus capiat , & ambiat , ut tradit *Deſnos d. lib.* 4. *c.* 12. *in princ.* & *per totum* , ubi refert verba *D. Auguſtini* circa uſum communem cum ſuis Canonicis Lineæ ,
& Cappæ , alio etiam nomine *Byrrus* nuncupatæ ; Al- 14
mutiorum verò uſus recentiùs invaluit , & hunc commoditas introduxit , dum Cappam integram , ęſtate pręſertim , deferre grave videretur . Almutium verò , ſeu Almutia eſt indumentum pelliceum , quòd olim ſuper
caput , & humeros , deinde illorum geſtatio ſuper unam 15
ſcapulam , vel ſuper brachium ſiniſtrum introducta fuit , ac de Almutiorum uſu mentionem facit *Concilium Baſileenſe ſeſſ.* 11. ibi -- *Canonici Eccleſias ingrediantur , Almutias , vel Byrretta tenentes in capite* -- ut refert idem
Deſnos cap. 14. *in princ.* illiuſque myſticam ſignificatio- 16
nem tradidit *S. Carolus in Concil. Mediolanen.* 5. *ſub tit. de Canonic.* his verbis -- *Canonicum , dum humeris , vel brachiis Almutiam Pelliceam imponit , eam cogitationes ſuſcipere , in ſe reſtrictas , ac planè mortuas eſſe oportere , re-*

rum

rum mundanarum affectiones, atque cupiditates, ut ejus rei
ſignificans eſt illa animalis intermortui pellis, quam de mo-
re geſtat.

Quamvis autem Canonicorum habitus, nt dictum
eſt, eſſet Linea, & Cappa, nibilominus, cum dein-
dè hæc Inſignia propria, ac peculiaria effecta fuerint
Pontificalis Dignitatis, prohibitus ſuit illorum uſus
Canonicis, & reſervata ſacultas conceſſionis Summ.
Pontifici, ita ut iiſdem pro obtinenda manutentione in
quaſi poſſeſſione geſtationis eorumdem neceſſe ſit do-
cere in continenti de titulo ſubſiſtenti, videlicet de
17 Privilegio obtento à Sede Apoſtolica, eo quia contra
eos militat expreſſa juris prohibitio, ad *Text. in l. qui-*
cumque C. de fund. limit. lib. 11. cap. final., de reſtit. ſpo-
liat. Peregr. de Jur. fiſc. lib. 7. tit. 3. numer. 20. Caſſador.
dec. 1. de reſt. ſpoliat. cum aliis apud *Pignattell. conſult.*
59. num. 8. & 13. tom. 6. Rot. dec. 126. num. 2. part. 15.
rec., cum poſſeſſio deſtituta titulo ſufficienti, veluti
expreſſo Privilegio, vel immemorabili, aut centena-
ria, eidem æquipollenti, utpote uſurpativa Regalium
Principis, non ſolùm non mereatur manutentionem,
18 verùm etiam ſit punibilis, juxta textum in *l. 2. &*
tot. tit. C. de veſtibus boloberis, & auratis lib. 11. ibi --
non enim levi animadverſione plecti debet quiſquis vetito,
& indebito non ſe abdicaverit indumento, & in l. eos §.
Qui ſe ff. ad l. Cornel. de falſ. ibi -- *Vel illicitis inſigni-*
bus uſus ſit -- cum aliis adductis per *Viv. Comm. opin.*
540. n. 15.

Hoc tamen limitandum foret, quando adeſſet legi-
tima præſcriptio, quæ privilegii præſumptionem indu-
ceret, videlicet ſaltem quadragenaria, quæ ſemper eſt
19 neceſſaria, quoties agitur de præſcriptione habente ju-
ris reſiſtentiam *de Luc. de Canonic. diſc. 20. numer. 7.,*
& de Judic. diſc. 44. numer. 107. Rot. cor. Buratt. deciſ.
312. num. 12. cum ſeqq., & in Caputaquen. Subventionis
ſuper bono Jure 26. Junii 1702. §. Sublata, cor. Eminen-
tiſſ. de la Tremoille, dummodo non conſtaret, quòd
poſſeſſio initium ſumpſiſſet à titulo infecto, exempli
gratia obtento à non habente facultatem, veluti ab
Epiſcopo, qui, ut dictum eſt, nullam in hoc habet
20 auctoritatem, ut, ultra allegatos, reſolvit, *S. Cong.*
Rit. in Eluen. 10. Januarii 1604. quia, corruente titu-
lo, corruit etiam poſſeſſio, tanquam ex infecta radi-
ce promanans, ut in his terminis firmavit *Rot. in dict.*
Gerunden. Delationis Almutiarum 13. Januarii 1690. §.
Nulla autem, cor. Hervavult. & in Iſernien. Inſignium 1.
Julii 1697. §. Excluſo, cor. Pio Ac dummodo non age-
retur de conſuetudine irrationabili, & de inducenda
21 præſumptione Privilegii inſoliti, & non conceſſibilis,
prout erat caſus *Pignattell. dicto conſult. 59. t. 6.* in quo
quidam Beneficiati ſe tueri volebant antiqua poſſeſſio-
ne, pro ſuſtinendo uſu Rocchetti, quod à Sede Apo-
ſtolica non niſi Canonicis concedi ſolet, cum antiqui-
tas temporis non ſit habilis ad tribuendum privilegium,
22 quod, ultra reſiſtentiam juris, etiam veriſimiliter con-
ceſſum non fuiſſet, argumento *Text. in cap. illud 22.*
diſt. 93. ubi Gloſſ. verb. præſumptum, & cum his limita-
tionibus intelligenda venit ſupra adducta regula, quod
neque quadragenaria ſit ſufficiens ad legitimam præ-
23 ſcriptionem inſignium prædictorum, videlicet, quan-
do conſtat de titulo infecto, vel conſuetudo continet
irrationabilitatem, aut inveriſimilitudinem conceſſio-
nis Privilegii.

Hac occaſione, non erit incongruum hic quærere,
an conceſſio uſus ſimilium inſignium poſſit venire in
generali communicatione Privilegiorum, ſeu in con-
24 ceſſione generali *ad inſtar*, vel potius requirat ſpecia-
lem, & individuam mentionem; & videtur reſolven-
dum pro negativa; cum hujuſmodi indulta non de fa-
cili à Dataria obtineri ſoleant, & potiſſimùm inci-
dentur, ac per viam communicationis, ſed ſuper il-
lorum conceſſione expediantur Literæ ſpeciales; ideo-
que intret regula *Text. in cap. in generali, de Reg. Jur.*
in 6. Donat. rer. Regul. tom. 1. tract. 7. quæſt. 14. per tot.
Rot. cor. Cocc. dec. 279. num. 3. & dec. 2254. n. 8. &
dec. 250. n. 13. & ſeq. part. 19. rec.

Quamvis ſecus eſſet dicendum, quando in ſpecie
fuiſſet conceſſa in Bulla erectionis Collegiatæ, vel alia
ſimili occaſione aſſumptio ornamentorum, ſeu indu-
25 mentorum ad inſtar Collegiatarum Provinciæ; quia
tunc poſſet aſſumi vigore talis conceſſionis idem habi-
tus, tam circa formam, quàm circa colorem, qui eſ-
ſet in uſu in aliis ſimilibus Eccleſiis ejuſdem Provin-
ciæ; quia in hoc caſu dicta expreſſio æquipolleret in-
dividuæ mentioni, ut in propoſito *Oldrad. conſ. 300.*
num. 5. in fin. Rot. deciſ. 337. num. 10. & ſeq. part. 10.
rec., & diſtinguendo inter generalem communicatio- 26
nem Privilegiorum, ac magis ſpecialem communica-
tionis indumentorum, tradit *Corrad. in Prax. benef. lib.*
2. cap. 14. n. 6.

Cæterùm ſi per aliquam Collegiatam, abſque ſuffi-
cienti, ac valido titulo, aſſumpta fuiſſent inſignia,
geſtari ſolita per Cathedralis Canonicos, dubitari poſ-
ſet, an iſtis competeret jus prohibendi ſimilem uſum,
& agere poſſent pro illorum dimiſſione; & dubii reſo-
lutio pendet à videndo, an inſignia aſſumpta per Ca-
nonicos Collegiatæ differant in forma, colore, vel alio
ornamento ab illis, quæ geſtantur per Canonicos Ca-
thedralis, quia ſi eſſent eadem, cum hoc in iſtorum
tenderet præjudicium, cum inſignia majorum Dignita-
tum, ſine earum injuria, non fiant minoribus com- 27
munia *Bartol. in Tract. de inſign. & Arm. num. 5. & ſeq.*
Torr. de Primogen. Ital. part. 1. cap. 38. §. 4. nu. 154. &
ſeq. fol. 397. poſſent ſine dubio agere, eodem modo,
quo quis prohibere poteſt, nè alter propria inſignia ſibi
uſurpet, vel aſſumat, præſertim ſi ignobilior nobilio- 28
ris aſſumeret *Tiraquell. de Nobilit. cap. 6. n. 17. Caſ-*
ſan. in Cathal. glor. Mund. conſiderat. 58. concl. 23. cum
cæteris adductis *per Rot. deciſ. 253. à num. 23. & ſeqq.*
part. 13. rec. Verùm ſi è contra inter Collegiatæ, &
Cathedralis Inſignia difformitas adeſſet, & ignobilior
eſſet habitus Collegiatæ, cum per hoc ſubmotum eſſet 29
Cathedralis præjudicium, quia remaneret cum majori
prærogativa reſpectu Collegiatæ, ceſſaret actio, quæ
non datur ſine intereſſe, ad *Text. in cap. ut Apoſtolicæ,*
de Privileg. in 6. Caſſan. in Cathal. glor. Mund. conſiderat.
38. concluſ. 48. nu. 9., & in puncto *Rot. cor. Carill. dec.*
76. nu. 12. Sacra tamen Congregatio Rituum, cujus
Votum à Dataria ante conceſſionem ſimilium Indul-
torum, exquiri ſolet, non attendit, occaſione dictæ
conceſſionis, præjudicium Cathedralium, reſultans à
geſtatione habitus dignioris per Canonicos Collegia-
tæ, præſertim, quando Collegiata non eſt in Civita- 30
te, ſed in Terris, vel Oppidis Diœceſis, quamvis ſo-
leat limitare indultum, quando Canonici Collegiatæ
ſimul conveniunt cum Canonicis Cathedralis in habi-
tu Chorali, ut refert *Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap.*
14. n. 16. Pignattel. conſult. 59. n. 8., & nuper ad rela-
tionem Eminentiſſimi Barberini reſolvit in *Colonien. 5.*
Julii 1698.

Hinc Sac. Congregatio Rit., cui SS. D. N. remi-
ſerat pro Voto ſupplicem libellum Canonicorum Pra-
ten. qui eidem Sanctiſſimo ſupplicaverant pro conceſ-
ſione Indulti Cappæ Magnæ, voluit audire prius Ca-
pitulum Piſtorien., & annuendo ejus precibus, retu-
lit Sanctiſſimo, Indultum prædictum concedendum eſ-
ſe taliter, ut ſemper, tam tempore æſtivo, quam hye-
mali differentia intercederet inter Canonicos Piſto-
rien., & Praten. circa delationem habitus, & ſalva
remaneret prærogativa Eccleſiæ Piſtorien., non ſolùm
propter ejus Digunoritatem, ſed quia Civitas Prati erat
ſubjecta Piſtorien. tanquam Matrici, antequam à S.
Mem. Innoc. X. erecta eſſet in Cathedralem, & uni-
ta Eccleſiæ Piſtorien. ut patet ex Diplomatibus Apo-
ſtolicis *Innoc. II. Celeſtini item II. Anaſtaſii IV. Urbani III.*
Innoc. III. & Honorii III. de quibus apud *Fagnan. in cap.*
cum Eccleſiarum de Offic. Ord. num. 15. & ſeq. Ita enim
congruum erat, ut Mater ſecerneretur à Filia, quia
licèt iſta fuerit elevata ad Statum Cathedralis, & æquè
principaliter unita Piſtorien., nihilominus ex dicta
unione non proceſſit confuſio, & incorporatio Privile-
giorum, & Præeminentiarum, ſed unaquæque reman-
ſit in primævo ſtatu ſui honoris, & Dignitatis, ad tra-
dita per *Turricell. de Union. cap. 1. n. 1. Pac. Jordan. Lucu-*
brat. Can. tom. 2. lib. 10. De Luc. in Miſcellan. Eccleſ. diſc.
2. n. 38., eùm Eccleſia antiquior, non obſtante unio-
ne majoritatis, debeat ſemper prænominari, ut, cæ-
teris adductis *Piton. diſcept. Eccleſ. 9. n. 6.* & per conſe-
quens in cæteris præeminentialibus ab inferiori diſtin-
gui, & ſignanter in geſtatione habitus, ex qua majo-
ritas deſignatur *cap. ut Apoſtolicæ, de Privileg. Corrad. in*
Prax. Benef. c. 14. n. 11.

Illud

Illud autem notandum, quòd hujuſmodi Inſignium
uſus in Canonicis, ac etiam Mozzettæ Epiſcopalis non
31 denotat juriſdictionem, ſed tantummodo reputantur
tanquam ornamentum Perſonæ, per quòd à cœteris
Clericis inferioris ordinis contra diſtinguuntur, ut
obſervat *Dominus meus Piton. diſcept. Eccleſ.* 4. *num.*
9. ac proinde ſequitur, ut etiam advertit hic noſter
Author, quòd Canonici, habentes Indultum ſimi-
lium Inſignium, poſſunt ea geſtare non ſolum in pro-
32 pria Eccleſia, ac in tota Diœceſi, ſed etiam extra
illam, cum tanquam jus perſonale loco non circumſcri-
batur, ut teſte eodem *Piton. loc. cit.* reſolvit *Sacr. Rit.
Congr.* 19. *Auguſti* 1634. Ac etiam quòd eadem Inſignia
33 geſtare poſſint coram Superioribus, nec in illorum
præſentia deponere teneantur, quamvis regula ſit,
quòd inferior debeat in præſentia Superioris deponere
inſignia, ſuam juriſdictionem deootantia ad *Tex. in
cap. volentes, de Offic. Legat. & in l. ult. ff. de Offic.
Proconſul. Canoniſtæ in cap. 1. ut lit. pend. in* 6. & po-
tiſſimùm *Abb. num.* 7. Unde etiam videmus, quòd
in præſentia Legati Epiſcopus deponit Mozzettam,
& non benedicit Populo, nec Patriarcha in Urbe,
ſeu coram Legato Crucem elevat, nec ipſimet Car-
dinales Rocchettum diſcoopertum in præſentia Summi
34 Pontificis deſerunt, ut notat *Gratian. dec. March.* 29.
num. 5., *& per tot.*, quia, ut diximus, in Canonicis
utpote juriſdictione carentibus, hujuſmodi habitus
conceduntur, tanquam ſimplex ornamentum, ipſos
à reliquo Clero ſecernens, quapropter eis licet uti
35 dictis Inſignibus, etiam coram proprio Epiſcopo,
quamvis illius habitus minorem Præeminentiam præ-
ſeferret, ut contingit quando Epiſcopus eſt Regula-
ris, proindeque habitum geſtat coloris Religioni cor-
reſpondentem, quamvis ſit niger, vel obſcurus,
qui, tanquam appropinquans tenebris, connumera-
tur inter infimos colores *Bartol. in tract. de Inſign. &
Arm. num.* 4. *& ſeq. Caſſan. in Cathal. glor. Mund. part.*
2. *conſiderat.* 66. *num.* 67. *& conſiderat.* 93. *verſ. color.
etiam obſcurus part.* 12.

Difficultas aliqua poteſt eſſe circa uſum Inſignium
Epiſcopalium, an ſcilicet Epiſcopo liceat ea deſerre
etiam in Locis exemptis. Hujuſmodi quæſtio nuper
orta fuit inter PP. S. Dominici hujus Civitatis, ſub
quorum gubernio manent duo Monialium Monaſteria,
ac inter noſtrum meritiſſimum, ac Vigilantiſſimum
Præſulem de Illuſtriſſima, & pervetuſta, ac Sancto-
rum Virorum fæcunda Proſapia de Vicedominis Cor-
tigianis, ſuper modo explendi Viſitationem Clauſu-
ræ eorumdem Monaſteriorum ad mentem *Sac. Cano-
num, & Concilii Triden.*, an nimirum liceret eidem
Domino Epiſcopo ingredi ſepta Monialium induto
Rocchetto, ac Mozzetta, ſuper quo dubio conſul-
tus à præfato Domino meo Antiſtite, reſpondi,
quod nullatenus poſſet impediri geſtatio habitus præ-
dicti, occaſione dictæ Viſitationis, quia (præter-
quamquod ab immemorabili ſupponebatur, conſueviſ-
ſe Prædeceſſores Epiſcopos actum Viſitationis ita ex-
36 plere, ac proinde dicebam, quòd ſi ipſum Jus juriſ-
dictionale viſitationis præſcribi poteſt per ſpatium
quadraginta annorum, multo fortiùs adeò diuturna
conſuetudo exuberare debebat ad præſcribendum ac-
cidentalia Viſitationis, ſcilicet modum, & formam in
eadem ſervandam, per ea quæ docet *Murga qu. Paſto-
ral. quæſt.* 1. *ſect.* 4. *n.* 4. *Rot. dec.* 394. *nu.* 1. *& ſeq. inter
recollect. per Farinac. tom.* 1.) clarum, & indubitatum
eſt, quòd intentio Epiſcopi, circa uſum dicti indu-
menti, fundata eſt in literali diſpoſitione *Cæremonia-
lis Epiſcop. in cap.* 3. *de habit. Ordin. Epiſcop.* ubi præ-
37 ſcribitur, quòd Epiſcopus in tota ſua Diœceſi uti po-
teſt Rocchetto, & Mozzetta, iſque eſt ſuus ordina-
rius, ac præcipuus habitus, & notarunt etiam *Peſcet.
in Prax. Cærim. lib.* 1. *ſect.* 10. *n.* 2. *Card. de Luc. in re-
lat. Rom. Cur. diſc.* 3. *n.* 12. Et licèt Regulares, eo-
rumque Monaſteria ſint ab Epiſcopali juriſdictione
exempta, non ſequitur exinde, quòd eadem Monaſte-
ria Territorium, ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi con-
ſtituant, ſed, quamvis exempta, ſunt verè, ac pro-
38 priè de illius Territorio, ac Diœceſi, cum exemptio
naturam loci non immutet, ad *Text. in cap. cum Epi-
ſcopus*, *ibiq. Gemin. num.* 3. *de offic. Ordin. in* 6. *Gra-
tian. diſcept.* 467. *ferè per tot. Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell.
gloſſ.* 43. *num.* 187. *Pignattell. conſult.* 7. *num.* 10. *tom.* 7.
Rot. cor. Millin. dec. 48. *a.* 2. *coram Emerix Jun. dec.* 395.
n. 12. *dec.* 324. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1. *dec.* 70. *nu.* 28. *part.*
53. *dec.* 483. *n.* 13. *& dec.* 340. *nu.* 17. *part.* 15. *rec.* &
ob id quoties Epiſcopi ad dicta Monaſteria, ſive Eccle-
ſias accedunt, non eſt cur debeant deponere prædicta 39
inſignia ſuæ Dignitatis, cum reperiantur in ſua Diœ-
ceſi; in qua pro illorum libero uſu habent juris aſſiſten-
tiam in dicto Cæremoniali; quinimmò propter quan-
dam habitualem juriſdictionem, Epiſcopis olim com-
petentem, tam circa loca, quàm Perſonas Regula-
rium, de qua ſunt *Tex. in can. qui verè* 16. *quæſt.* 1. *can.* 40
Abbates 18. *quæſt.* 2. *& in cap.* 3. *ibi Gloſſ. de Religioſ. Do-
mib.*, & notant *Franceſ. in Paſtoral. regul. part.* 2. *quæſt.*
11. *nu.* 1. *&* 2. *Prax. Jordan. lucubrat. Can. lib.* 7. *tit.* 14.
n. 2. *&* 3.; eiſdem licet in locis exemptis, ac ſignan-
ter Regularium, ea omnia peragere, ac exercere, quę
honorem, ac prærogativam Dignitatis concernunt,
ac, quod majus eſt ſimplici geſtatione Mozzettę ſupra 41
Rocchettum, poſſunt Epiſcopalem Cathedram erige-
re, benedictionem ſolemnem Populo impertiri, cœte-
raſque Pontificales functiones peragere, ut ſancitum
habetur in generali Decreto *Sac. Congregationis Epiſcop.*
relato per *Peyrin. de offic. Subd. regul. ad Conſtit.* 24. *ſ.*
24. *n.* 45., *& per Quarant. in Summ. Bullar. verb. Privi-
leg. Regular.* & tradiderunt *Gavant. in V. Baldachinum.
Barboſ. in Summ. Apoſt. dec. collect.* 53. *Gratian. diſcept.*
467. *n. Card. De Luc. de juriſd. diſc.* 35. *numer.* 5. *& ſeq.*
quin etiam ipſimet Abbates Regulares, habentes
uſum Pontificalium, in reverentiam antiquæ ſubje-
ctionis, Epiſcopo præſente, Cathedram aſcendere non 42
poſſunt, ſed illam Epiſcopo cedere tenentur, ut proſe-
quitur idem *De Luc. d. diſc.* 35. *n.* 6.

Et ratio præmiſſorum in eo conſiſtit, quia per hanc
inſignium geſtationem, ſeu exercitium Epiſcopalium
functionum, quod ſolum honorem, ac prærogativam
Dignitatis Epiſcopalis reſpicit, nullatenus violata re-
manet exemptio, iiſdem Regularibus competens, *An- 43
charan. in Clem. Archiepiſcopus n.* 3. *de Privileg. Gratian.
d. diſcept.* 467. *nu.* 33., *& in Addit. ad dec. March.* 113.
nu. 9. *&* 10. quamvis ſecus eſſet, quoties Epiſcopi in
locis exemptis exercere vellent ea, quæ contentioſam 44
juriſdictionem involvunt, quæ ſanè, citra exemptio-
nis jacturam, & præjudicium, in illis exerceri non
poſſunt, ad *Text. in cap. cum Epiſcopus, de offic. Ord. in*
6. *Gratian. d. diſcept.* 467. *De Luc. d. diſc.* 35. *nu.* 5. *Rot.
dec.* 145. *n.* 1. *part.* 2. *diverſ.*

Quæ indubitantius procedere dicebam in caſu, de
quo agebatur, dum Epiſcopus in actu acceſſus ad di- 45
cta Monaſteria juriſdictionem delegatam à Sede Apo-
ſtolica exercebat, tam *ex cap. periculoſo ſ. ult. de Stat.
Monach. in* 6. *Conc. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regular.*
quàm etiam ex ſubſequenti *Conſt. S. mem. Greg. XV. de
exempt. privileg.* ac proinde, majori fulgebat juriſdi-
ctione, quàm ſi ſua ordinaria uteretur; Et alioquin 46
certum eſt, quod quoties Epiſcopo aliquo in caſu com-
petit juriſdictio in locis exemptis, poſſit eamdem ju-
riſdictionem exercere tanquam Judex, & per conſe-
quens aſſumere uſum inſignium, vel aliarum rerum,
per quæ denotetur juriſdictio, *Jo. Monac. in cap. cum E-
piſcopus de Offic. Ordin. in* 6. *num.* 3. *verſ. ſed poſſe Antonell.
de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 17. *& d. dec.* 147. *num.* 2.
& ſeq. part. 2. *diverſ.*

Prædicta Controverſia amicabiliter fuit compoſita,
per receſſum ab eadem, factum per PP. Dominicanos,
qui agnoſcentes bonum Jus D. Epiſcopi, conſenſe-
runt, ut juxta ſolitum expleretur viſitatio, prout ſecu-
tum fuit, me tanquam Canonico Viſitatore, deputa-
to à Reverendiſs. Capitulo, aſſociante dictum Illuſtriſ-
ſimum D. Epiſcopum.

Non abſimilis controverſia fuit nuperrimè agitata
*in S. Congregatione Concilii inter clar. me. Cardinalem Mo-
rigiam Epiſcopum Papien. & Monacos Carthuſiæ*, an vi-
delicet occaſione acceſſus ad illorum Eccleſiam pro vi-
ſitanda quadam Confraternitate Laicorum, in ea-
dem erecta, poſſet præfatus D. Cardinalis Epiſcopus
ſibi deferre facere ante Crucem, quam ad inſtar Ar-
chiepiſcoporum, ex Apoſtolico indulto erigere poteſt;
unde propoſito dubio -- *An Eminentiſſimo Epiſcopo Pa- 47
pien. licuerit in ſuo acceſſu ad Carthuſiam Papien. occaſio-
ne reviſionis computorum eleemoſynarum, ingredi, erecta*

Cru-

Cruce, Eccleſiam, & Monaſterium eiuſdem Carthuſiæ in caſu. Eadem Sacra Congregatio reſpondit die 17. Decembris 1707. *Affirmativè quoad Eccleſiam: Et negativè in caſu, de quo agitur, quoad Monaſterium* -- Eo quia tunc in Monaſterio, nec juriſdictionem, nec aliquam Functionem Pontificalem exercere debebat, ut eidem neceſſarius eſſet uſus elevationis Crucis, ſed de hoc alibi pleniùs agemus.

Quoniam verò ſupra actum fuit de Conceſſione uſus Rocchetti, & Cappæ, & de facultate Canonicorum Cathedralis prohibendi talem uſum Canonicis Eccleſiarum inferiorum, hic adnectere placuit particulas *Deciſ. emanat. in Januen. Inſignium ſuper manutentione 4. Februarii 1075. cor. Muto, & in eadem ſuper negotio principali ſub eadem die cor. eodem*, in quibus mirificè prædicta confirmantur.

COR. R. P. D. MUTO.

Januen. Inſignium ſuper negotio principali Mercurii 4. Februarii 1705.

CONceſſit uſque de anno 1583. Sanct. Mem. Gregorius XIII. Eccleſiæ S. Mariæ, & SS. Fabiani, & Sebaſtiani de Carignano Civitatis Januæ, indultum, ut erigi poſſit in Collegiatam, concedendo inter cætera Abbati, & Canonicis dictæ Eccleſiæ pro tempore exiſtentibus ornamentum, ac indumentum *ad inſtar Canonicorum aliarum Collegiatarum Eccleſiarum illarum Partium*. In cujus Indulti ſequelam ſecuta erectione, Canonici initio ſola Almutia, & Cotta contenti, deinde loco Cottæ, Rocchettum, & loco Almutiæ Cappam magnam geſtare cœperunt, & in hac geſtatione per notabile tempus ex poſt continuarunt, donec, orta controverſia inter ipſos, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, ſuper prohibitione delationis eorumdem inſignium, poſt varios caſus, & diverſa decreta coram diverſis Judicibus emanata, tandem A. C. Aldrovandus pronunciavit, non licuiſſe, neque licere geſtare dicta inſignia, prohibendo illorum delationem, adverſus quam Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Carignani recurſum habuerunt ad Signaturam, & Cauſam committi obtinuerunt cum Clauſula *de appellatione &c.*

Quòd autem non Jus Collegiatæ ſit clarum, & maniſeſtum, conſtat, quia neminem latet, delationem
48 Cappæ, & Rocchetti, non permitti niſi Prælatis, vel aliis inferioribus, habentibus ſpeciale Privilegium Apoſtolicum, teſte *Gratian. diſcept. 845. nu. 52. & 53., Modern. Salentin. conſult. Canon. 59. in 2. nn. 8., & 13. tom. 6. Scopp. ad Gratian. dec. 29. num. 5. 6. & 7. Germon. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 6. num. 72. & ſeqq. Campanil. diverſ. Jur. Canon. rubr. 9. cap. 5. n. 3. & ſeqq. Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap. 14. n. 1. & 15. Ricc. dec. 322. ſub n. 3. §. Cæterum, uſque ad finem. Barboſ. in Summ. Apoſt. Dec. collect. 172. n. 2.* & de Rocchetto extat ulteriùs Decretum prohibitorium *ſanct. mem. Urbani VIII.*, impreſſum in principio Miſſalis, & teſtatur *Nicol. in Floſc. V. Veſtis, n. 3. Modern. Salentin. conſult. Canonic. 22. n. 3. tom. 4.*

Tantaque eſt neceſſitas obtinendi hujuſmodi Privi-
49 legium à S. Sede, ut non valeat conceſſio, vel immutatio habitus, facta ab Epiſcopo. *Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap. 14. num. 26. Barboſ. Collect. Deciſ. Apoſtol. 20. num. 5. & collect. 302. numer. 5. Ricc. dec. 332. ſub num. 3. §. Cæterum, uſque ad finem*, ubi refert, ita fuiſſe deciſum contra Archiepiſcopum Neapolitanum. *Rot. in Gerunden. Almutiarum ſuper negotio principali 13. Januarii 1690. §. Prima pars, coram Reverendiſs. Turonen. &c.*

Nec Canonici Collegiatæ deſumere poſſunt Privilegium Apoſtolicum deferendi Rocchettum, & Cappam Magnam, ex Indulto illius fundationis, conceſſo à ſanct. mem. Gregorii XIII. pro delatione Veſtium
50 ad inſtar Canonicorum Collegiatarum Eccleſiarum illarum Partium &c. Prima nempè, quòd noviſſimè ipſimet Canonici Collegiatæ, pendente hujuſmodi Lite, inſteterunt penes Sanctiſſimum pro gratia deferendi hujuſmodi Inſignia, quæ inſtantia certè facta non fuiſſet, ſi illorum geſtatio ex Indulto Gregoriano permiſſa eſſet, fruſtra enim, precibus impetratur, quod de jure, vel ex præcedenti conceſſione habetur *Rota coram Coccin. dec. 375. & dec. 5632. utrobique nu. 13. & in Hortana Sylvarum 25. Februarii 1701. §. Et quinto demùm, coram Mem.*

CORAM EODEM R. P. D. MUTO.

Eadem Januen. ſuper manutentione, ſub eadem die.

NOn enim conſtat de poſſeſſione Collegiatæ circa delationem habitus, cum dentur ad hunc effectum teſtes ad perpetuam examinati anno 1701., qui attendendi non ſunt, tanquam examinati pendente Li-
te, & ſine citatione Partis, *cap. 2. de teſtibus, leg. ſi* 51
quando Cod. eodem titul. Rot. cor. Rich. dec. 533. num. 1. Zarat. deciſ. 73. num. 15. & in rec. dec. 115. num. 11. part. 14., & in Gerunden. delationis Almutiarum ſuper manutentione 13. Januarii 1690. §. Nulla, coram Reverendiſs. Turonen. &c.

Tùm etiam quia delatio Rocchetti, & Cappæ quoad Canonicos Collegiatarum habet juris reſiſtentiam, & nequit permitti, niſi ex Indulto Pontificio, ut dictum fuit in alia mea *hodierna Deciſione*, qua juris reſiſtentia concurrente, in his, quorum conceſſio eſt ſpe-
cialiter Supremo Principi reſervata, non ſufficit ſo- 52
la quaſi poſſeſſio, ſed neceſſarius eſt titulus, vel obſervantia temporis longiſſimi, quæ hic deficit, in puncto *Pignatell. Conſult. Canon. 59. num. 50. & ſeqq. & per tot. tom. 6. Rot. in Gerund. Delationis Almutiarum ſuper manutentione 13. Januarii 1690. §. Nulla, coram Reverendiſs. Turonen. & in Iſernien. Inſignium 1. Julii 1697. §. Excluſa, coram R. P. D. meo Pio*, & generaliter *Spada conſ. 55. num. 9. lib. 1. Cenc. de Cenſ. quæſt. 81. num. 24. & quæſt. 93. numer. 28. Paſſerin. de Stat. Hom. quæſt. 187. art. 4. nn. 18. Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap. 77. num. 3. & ſeqq. Franceſ. Var. reſolut. cap. 15. numer. 31. Card. De Luc. de Regal. diſc. 14. n. 2. & de Judic. diſc. 43. n. 107. Menoch. de retinend. remed. ultim. n. 24. Rot. cor. Veroll. dec. 296. num. 4. part. 1. deciſ. 304. nu. 2. part. 3. apud Poſth. de Manut. deciſ. 587. nu. 8. coram Buratt. dec. 312. num. 12. & 13.*

Et in omnem caſum, cum ex deductis in alia mea Deciſione conſtet de non jure Eccleſiæ Collegiatæ, manutentio eidem concedi minimè valet, cum quæcunque poſſeſſio, ſi quæ adeſſet, à petitorio claro rema-
neret abſorta. *Poſth. de Manut. obſervat. 42. nu. 146. &* 53
ſeqq. Rota coram San. mem. Alexand. VIII. dec. 234. num. 32., & in recent. dec. 254. num. 22. part. 11. & in Romana Hæreditatis de Ruſpolis 13. Maii 1704. §. 56. coram Reverendiſs. D. meo Decano, & in his terminis eadem *Rota in Gerunden. Delationis Almutiarum 13. Januarii 1690. §. Nulla, coram Rev. Turonen.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Prærogativa arguitur ex ordine ſedendi, & habendi ſedes eminentiores in Eccleſia, vel in actibus publicis. Cum Canonicis debetur in Functionibus locus eminentior, ac diſtinctus à cæteris Clericis; ad eoſdem ſpectat deſervire Epiſcopo pontificaliter celebranti. Incedere, ſedere, & loqui primo loco, eſt ſignum prærogativæ, & ab uno infertur ad alia. Inter privilegiatos, & etiam inter pares, magis privilegiatus præfertur minùs privilegiato. Præeminentia arguitur ex quo quis prior ſit deſcriptus, & nominatus.

SUMMARIUM.

1 *Ex ordine ſedendi diſtinguuntur prærogativæ.*
2 *Canonici debent ſedere in primis ſubſelliis, Curati verò, & Capellani in aliis inferioribus.*
3 *Quomodo parari debeant ſubſellia pro Canonicis, quando intervenit Epiſcopus, ac item pro reliquo Clero.*
4 *Epiſcopo celebranti debent aſſiſtere Canonici.*
5 *In erectione Collegiatæ ſaltem debet conſtitui duodenarius numerus Canonicorum.*
6 *Deficientibus Canonicis neceſſariis, pro aſſiſtentia in Fun-*

Functionibus Pontificalibus aſſumendi ſunt alii honeſtiores Clerici .
7 *Honor Canonicorum conſideratur in ſedendo cum Epiſcopo* .
8 *Honorabilis eſt , quem talem Princeps oſtendit* .
9 *Dignior reputatur ille , à quo digniora tractantur* .
10 *Epiſcopo pontificaliter celebranti in Plebania , præſentibus Canonicis Collegiatæ , ad eos , & non ad Plebanum , & Clericos dictæ Eccleſiæ , ſpectat miniſtrare* .
11 *Canonici miniſtrantes Epiſcopo , tantùm ſe inclinant , reliqui de Clero genuflectunt* .
12 *Quomodo Canonici procedant ad oſculandam Crucem in die Veneris Sancti* .
13 *Item ad recipiendas Palmas in Dominica Palmarum* .
14 *Omnis jure major in honore anteferendus eſt minori* .
15 *Signa , majoritatem denotantia , ſunt priùs vocari , & reſpondere* .
16 *Incedere , ſedere , & vocari , aut loqui , ſunt prærogativæ . quæ à pari procedunt* .
17 *Non valet lex , ut minor præcedat majorem* .
18 *Magis privilegiatus præfertur minùs privilegiato , ubi exemplis explicatur* .
19 *Abbas infulatus præfertur Abbati antiquiori , non habenti tale privilegium* .
20 *Canonici Piſarum habent uſum Cappæ coloris rubei , ideò ſunt præferendi Canonicis aliarum Eccleſiarum , non habentibus tale indultum* .
21 *Similiter Canonici , habentes uſum indumenti magis honorifici , præferuntur non habentibus* .
22 *Limita , ſi concurrerent Canonici Cathedralis cum Canonicis Collegiatæ* .
23 *Canonici ſoli admittuntur ad oſculum pacis ab Epiſcopo* .
24 *Canonici poſſunt condere ſtatuta* .
25 *Dignior reputatur , qui fuit priùs deſcriptus , ſeu nominatus* .
26 *A nobilioribus ſemper eſt inchoandum* .

T I T U L U S VIII.

EX ordine ſedendi diſtinguuntur prærogativæ . *Gloſ. in cap. Tua , de conſuet. in 6. Lotther. de Re Ben.*
1 *lib. 2. quæſt. 530. n. 45. Farinac. dec. 863. n. 2. part. 4.* ,
& elicitur ex *Cærem. Rom. lib. 3. ſect. 2. cap. 1.* Locus
nobilior in Choro eſt aſſignandus Canonicis . *Rot. part.*
6. diverſ. deciſ. 252. & 288. Atque his ſedes eminen-
tiores competunt ; nempè in ſuperiori Luna Curati
autem , Capellani , & alii Clerici , cum ſint infe-
rioris Ordinis , ſedere debent in ſecunda Luna ; hoc
2 eſt in ſubſellis inferioribus , ac disjunctis à Canonica-
libus ; incongruum eſt enim , ut ordines confundan-
tur . *Rot. part. 7. dec. 309. num. 2. Marcheſ. de Commiſ.*
appell. in Cauſ. penſ. part. 1. §. 1. fol. 553. Graſſ. dec.
55. num. 4. de præb. Franc. Marc. dec. 881. n. 1. quæſt. 1.
Farinac. part. 2. in Poſth. dec. 62. n. 4. dec. 423. n. 3. &
dec. 606. n. 1.

Et quando contingit fieri Chorum pro ſolemniz-
zando aliquo Feſto in certo ſitu Eccleſiæ in quo non
adeſt diſtinctio primæ , & ſecundæ Lunæ , & interve-
3 nerit Epiſcopus : pro eodem debet ibi parari Sedes E-
piſcopalis , ac prope eam paratur locus pro Canoni-
cis ; ita cenſuit *S. R. C. die 18. Maii 1606.* : cæteris
verò de Clero non paratur locus , ſed ibi ſedeant in
nudo ſcamno , remotiori ab Epiſcopo , ex quibus co-
ruſcat gradus Canonicalis , *Cittad. de Jurepatr. part. 4.*
nu. 2. Imol. in cap. Solitæ , de major. & obed. num. 11.
Ant. de Butr. ibid. n. 19. Et dum Epiſcopus ſolemniter
celebrat in Cathedrali , vel Collegiata , tenetur aſſu-
4 mere Canonicos , uti nobiliores , qui ei ſerviant . *S.*
C. penes Barb. collect. 202. n. 13. Ideò in prima erectio-
ne ſaltem duodenarius Canonicorum numerus conſti-
5 tuendus eſt , ut docet *Moſcon. de Majeſt. Mil. Eccleſ. lib.*
1. cap. 15. & ſeq. Quod ſi non reperirentur tot Ca-
nonici , quot opus ſunt pro celebrandis Miſſis Ponti-
ficalibus , (ut accidit in quibuſdam Eccleſiis Sardi-
6 niæ) aſſumendi ſunt ab Epiſcopo alii honeſtiores de
Clero , qui inſerviant , & aſſiſtant , ut ſupra , ita in
puncto docet *Jo: Andr. in cap. 1. de his , quæ fiunt à præl.*
Et quia honor conſideratur in ſedendo cum Epiſco-
7 po , tam in functionibus Eccleſiaſticis , quàm in Ci-
vilibus , *Ricc. in Prax. part. 3. reſol. 555. num. 1. Novar.*
part. 1. gravam. 115. num. 7. : in referendis negotiis ad
aures Eminentiſs. Card. Epiſcopi in ſua prima Viſi-
tatione , circa regimen Spirituale , Canonici tecto ca-
pite ſedentes locuti ſunt , at Capellani , aliique ſim-
plices Presbyteri , ſtantes dixerunt , ad terminos reſo-
lutionis jam in ſimili caſu factæ per *Rot. Rom. apud*
Mart. ff. noviſs. tom. 6. tit. Canonicus , cap. 51. Et quis
ignorat , honorabiliorem eſſe , quem talem oſtendit 8
Princeps ? *cap. Redemptor. 12. quæſt. 2. Gloſſ. in cap. Qui*
autem 17. quæſt. 3. in V. dignus . Rocc. de Curt. l. c. part.
3. num. 26. Petr. Raven. ſign. 81. Unde legitur in Libro
Eſter cap. 6. Hoc honore condignus eſt quemcunque voluerit
Rex honorare .

Digniora ſunt præferenda minus dignis , *l. 1. & 2.*
de alb. ſcrib. Penia dec. 541. num. 3. part. 2. Abb. in Theſ.
ſingular. V. digniora . Dignior autem reputatur ille , à 9
quo digniora tractantur . *Cravett. conſ. 489. num. 9. Burſatt. conſ. 343. nu. 11.* Et quia ſatis honorificum mu-
nus eſt inſervire Epiſcopo Pontificaliter celebranti , ut
oſtendunt *Ciarlin. contr. For. tom. 2. cap. 208. & alii* ;
conſequitur , ſi Epiſcopus , ut ſupra , celebraret in Ec-
cleſia Plebaniæ ſuæ Diœceſis , ibique convenirent Ca- 10
nonici Collegiatæ ejuſdem loci , ad hos ſpectaret , (ſi
vellent ,) Epiſcopo miniſtrare , non ad Plebanum , &
Presbyteros ejuſdem Eccleſiæ . *Campanil. rubr. 7. cap.*
6. numer. 107. , & ita declaravit *S. C. relatore Andan.*
apud Barb. Coll. 292. numer. 13. Quòd ſi non adeſſent
Canonici , & Epiſcopus ad id aſſumeret alios de Cle-
ro ; nihilominus dignoſcitur Canonicorum prærogati-
va . Etenim Plebani , Rectores , Capellani , & cæte-
ri inferiores de Clero , in Miſſis Pontificalibus mi-
niſtrantes , genuflexi cantant *Confiteor* ; Canonici ve- 11
rò capite tantùm inclinato . Ita habetur in *Pont. Rom.* ,
& Cærem. Epiſ. lib. 2. cap. 2. Atque in fine Miſſæ
Pontificalis illi genuflectuntur ad Benedictionem , hi
caput apertum profundè inclinant . Canonici capiunt
cineres de manu Epiſcopi , caput humiliando ; Capel-
lani , & alii de Clero genuflexi , & regulariter quan-
documque Canonici tranſeunt ante Altare , vel E-
piſcopum , caput , & humeros inflectunt , & alii de
Clero genuflectunt . *Graſs. de Cærem. lib. 1. cap. 22.*
Quæ omnia ſervata ſunt in Miſſis , & in functioni-
bus Solemnibus , hìc peractis per dictum Eminentiſs.
Cardin. Epiſcopum , uno toti functioni Veneris San-
cti aſſiſtente , deſcenderunt Canonici poſt ipſum ad
adorationem Crucis , fimbrias poſteriores eorum Cap- 12
pæ ad terram trahentes , ſecundum nonnullarum Ec-
cleſiarum conſuetudinem , & poſt Canonicos ad oſcu-
landam Crucem acceſſit Excellentiſs. Princeps cum
ejus Familia , exindè alii de Clero , ad formam *Cæ-*
remonialis Epiſ. lib. 2. cap. 26. Jamque in Dominica
Palmarum idem Eminentiſſimus Palmas , à ſe in ea-
dem Collegiata benedictas , primum porrexit Cano- 13
nicis , ſibi inſervientibus , & aſſiſtentibus , poſtea ſuo
Vicario Generali , qui in Presbyterio permanebat ,
habitu Prælatitio indutus , uti Prothonotarius Apoſto-
licus , ut diſponit *Rot. Rom. part. 2. Diverſ. dec. 316.* ;
exindè alii Canonici non parati de manu Prælati ſtan-
tes receperunt ramos Olivarum , Crucibus , & floc-
culis compoſitos ex palmarum foliis ſpecioſiores aliis ,
quos cæteri de Clero genuflexi habuerunt juxta diſpo-
ſitionem *Cærem. l. prox. cit. & ſeq. Rot. in addit. ad 5.*
part. dec. 459. num. 5. ex quibus benè arguitur Cano-
nicorum præeminentia .

Juris Divini , naturalis , Pontificii , & Cæſarei eſt , 14
majorem in honore anteferri minori , quod deſumitur
ex cap. Quia 50. diſt. & l. ut gradatim ff. de mun. &
honor. & docent *Gloſ. in cap. Sedes , de reſcript. & in*
Clem. 1. de relig. Dom. V. humilitatis . Signa majorita-
tem denotantia , ſunt priùs vocari , & reſpondere . 15
Zabarell. conſ. 30. numer. 7. Præpoſ. ſuper cap. Epiſcopus , diſt. 17. Petr. à Mont. de Monarch. Conc. §. 1. Ex
quibus in Diœceſana Synodo , quam primam habuit
Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. Proſper Spinula Epiſ-
copus noſter , omni virtutum , ſcientiarumque gene-
re eminentiſſimus , Canonici hujus Collegiatæ ante
Plebanos , & Rectores priùs vocati reſponderunt , &
in ejuſdem Synodi Proceſſione eos præceſſerunt , pro-
ut juris eſſe dicunt , *Leo in Theſ. Eccleſ. part. 1. cap.*
9. num. 4. & Henriq. de Synod. part. 3. cap. 9. num. 4.

Et

Et ſcieudum, quòd incedere, ſedere, vocari primò
aut loqui, ſuut prærogativæ, quæ à pari procedunt,
16 & data una, aliæ ſequuntur pro ſervanda uniformi-
tate: quæ omnia, & ſingula Canonicorum majo-
ritatem præſeferunt: *Bon. de Curt. in Tract. de Nobil.
cap. 3. Tiraquell. eod. tract. cap. 1. & Caſſan.* ubi ſupra
par. 1. conſid. 11. atque in materia præcedentiæ plu-
rimum attenduntur. *Leonell. l. 1. quæſt. 3. art. 7. Barb.
in cap. Concilia, ead. diſt. num. 7. & in cap. Certum,
num. ult. de major. & obed. & Lel. Altogr. conſ. 1. num.
38. part.* 2. Quibus de jure, & de facto conſiſtentibus
quia major infert minorem, *Jo: And. in cap. Licet, num.
3. de transl. Epiſc.*, Canonici, ut majores, antepo-
nendi ſunt dictis de Clero, ut minoribus, in omni-
bus iis, quæ ſunt magis honorabilia. *Gerald. ſing.* 33.
in addit. Poſt. de Manuten. obſer. 45. n. 12. Eſſet contra
Jura Divina, humana, & naturalia, quòd major
debeat reverentiam exhibere inferiori. *Bellett. l. c.
tit. de favor. Cler. num.* 20. Ideò non poteſt fieri lex,
ot minor præcedat majorem. *Hoſt. in cap. 1. de major.
& obed. Decian. conſ. 21. n. 4. vol.* 1. Nec officit, in
17 quibuſdam Eccleſiis Cathedralibus de conſenſu Supe-
riorum Statuto diſponi, Capellanos in Sacris anteponi
Canonicis, iu minoribus Ordinibus dumtaxat conſti-
tutis: Nam boc ibi permiſſum fuit in odium Canoni-
corum, Sacros Ordines, ut tenebantur, ſuſcipere ne-
gligentium: Ita obſervat *Rot. apud Mart. Digeſſ. noviſſ.
tom. 6. tit. Canonicus, c.* 5.

Magis privilegiatus minori privilegiato præfertur
*Gloſſ. in cap. Accuſatus §. Sanè, de privil. in 6. Monach.
de exerc. in veſt. cap. 14. num. 83. Bellam. in d. cap. Sta-
tuimus, n.* 6. Hinc Epiſcopus, habens uſum Pallii,
18 eminet aliis Epiſcopis, etiam antiquioribus. *Caſſan.
par. 4. conſid. 26. & Grat. diſcept. for. c. 298. num.* 63.
Pariter Abbas inſulatus præfertur alio Abbati, vel
19 antiquiori his inſignibus non gaudenti *Nav. conſ. 5. n.
5. tit. de major. & obed. Say. in flor. dec. 1. eod. tit. Leo
in Theſ. par. 1. cap. 9. num. 4. Urſell.* ubi ſupra *concl.
1. n.* 15. Immò Abbas, cui conceſſus eſt uſus My-
træ auriſriſiatæ, eſt dignior Abbate, cui tantùm uſus
Mytræ ſimplicis fuit conceſſus: *Navar. in Lucer. Re-
gul. V. Mytra*; ubi alios concordantes adducit: Atque
Canonici Metropolitanæ Eccleſiæ Piſarum, eo quia
habent privilegium deferendi Cappam more Cardina-
20 lium rubei coloris, ot notat *Ugbell. de Epiſc. Ital.
t. 3. fol.* 582., anteponuntur aliis Canonicis ſimilium
Eccleſiarum, quibus in Cappa color rubeus non eſt
permiſſus: *Manriq. de Præced. quæſt. 10. numer.* 14.
& conſonant tradita per *Grat. diſcept. for. cap. 319.
num.* 26.

Similiter Canonici; habentes uſum Cappæ violacei
coloris, præferuntur aliis Canonicis, qui tantùm de-
ferunt Almutiam: quod procedit, ſi tam illi, quàm
hi, ſint Canonici Cathedralis: Aliàs Canonici Col-
21 legiatæ, quibus fuit datus uſus Cappæ violacei coloris
non propterea anteponuntur Canonicis Cathedralis,
22 qui tantùm gaudent Almutiis. *Ric. part. 4. reſol.* 393.
n. 5. Veruntamen non eſt neceſſe narrare Papæ, à quo
petitur delatio Capparum in Collegiata, eas non de-
ferri in Cathedrali. *Rot. part. 7. diverſ. 256. num.* 19.
Prætereà Canonici, non autem Capellani, ad oſcu-
23 lum pacis ab Epiſcopo ſolemniter celebraute recipiun-
tur, quod eſt ſignum magnæ nobilitatis, & præemi-
nentiæ Canonicorum, ut ex *cap. dilecto, de præb.* notat
Zypeus l. c. tit. de Reſcript: n. 4. Inſuper citra Canonicos
non poteſt fieri receptio in fratrem. *Rot. part. 6. diverſ.
dec.* 222., quod jus conſiderabile dicit *Put. deciſ. 85. n.*
3. Poſſuntque Canonici ſtatuta condere, ut inſra *lib.* 4.
24 quæ & alia Privilegia non competunt Plebanis, Re-
ctoribus, Capellanis, ut conſiderant *Calder. conſ. 9. de
reb. Eccleſ. non alien. num. 2. Mantic. deciſ. 215. num. 5.
Caſſan. part. 4. conſid. 32. Jo: de Mont. l. 1. diviſ. 1. n. 12.
& Garz. l. c. par. 3. cap. 2. n.* 84.

Prior deſcriptus, & nominatus à Summo Pontifice
honoratior, dignior inter deſcriptos, & nominatos
præſumitur, atque præcedere debet ſubſcriptos in ea-
dem littera, *cap. Mandato, de præb. in 6. cap. quorundam
25 de elect. lib. 6. in Gloſ. in cap. benè diſt. 96. Boni, de Cur-
til. l. c. cap. 3. num. 21. Vital. ſuper Clem. in proœm. num.*
11. Optimumque eſſe argumentum in tali materia ab
ordine litteræ, ac denominatione deſumptum, au-
thumant *Bellam. in cap. 1. de ætat. & qual. ordin. num.
1. Fely. in cap. dilecta, de reſcript.* Siquidem à nobilio- 26
ribus ſemper eſt inchoandum. *Imol. in Rubr. de con-
ſuet.* At verò ſatis compertum eſt, quotieſcunque iu
Sacris Canonibus, Bullis, & Conſtitutionibus Pon-
tificiis fit mentio de prænarratis Perſonis Eccleſiaſti-
cis, Canonici Catbedralium, & Collegiatarum, an-
teponuntur in litteris Plebanis, Rectoribus, & aliis
Presbyteris, in dignitate oon conſtitutis; ex quo ma-
nifeſtò apparet illorum ſuper his Præcedentia. *Abb. in
cap. ſedes nu. 5. de reſcript. in Clem. præſenti num. 4. de
Bapt.*

ARGUMENTUM.

An, & quando poſſint à Canonicis Junioribus occu-
pari Sedes Canonicorum antiquiorum abſentium,
ſive etiam à Canonicis Sedes Dignitatum. An,
& quando liceat Canonico antiquiori optare Stal-
lum dignius vacans, & an liceat Vicario Gene-
rali Epiſcopi, utl Vicario in Cboro intervenien-
ti, occupare primum Stallum alterius lateris, in
concurſu alicujus Prælati, ſeu alterius Perſonæ
magis qualificatæ. Quem locum poſſit prætende-
re Parocbus in propria Eccleſia. An, & quando
Canonicus, privatus Canouicatu, & deindè per
gratiam reſtitutus, recoperet ſuum locum, ſuamque
Præcedentiam, in præjudicium Canonicorum, me-
dio tempore receptorum.

SUMMARIUM.

1 *Ordinum diſtinctio in præeminentiali materia eſt val-
de ſervanda.*

2 *Ita ut contraria obſervantia, ſeu conſuetudo non ſit
attendenda.*

3 *Canonici non debent aſcendere ad Stallum Dignitatum
abſentium.*

4 *Quando liceat Canonicis minùs dignis digniorum ab-
ſentium loca occupare*, & n. 6.

5 *Si adſit conſuetudo capiendi poſſeſſionem Dignitatis in
Stallo peculiari, ac determinato, tunc illud cenſe-
tur fixum, nec poteſt ab aliis occupari.*

6 *Poſſeſſio dignitatis, quæ babet Sedile fixum, extra ip-
ſum capta, nullitatis vitio ſubjacet* ibid.

7 *In Functionibus Eccleſiaſticis reſplendere debet animo-
rum, & corporum unitas.*

8 *An Sedes abſentium replere permittantur etiam aliis,
qui non ſunt veri Canonici, nec de gremio Capi-
tuli*, & n. 12.

9 *Æqualitas babitus, & ordinis ſedendi, & inceden-
di, parem omninò dat Præeminentiam.*

10 *Præpoſiti Eccleſiæ Valentinæ, quamvis ſint impropriè
Canonici, nec exiſtant de gremio Capituli; tamen
quia multi æquantur veris Canonicis, poſſunt ab-
ſentium Canonicorum Stalla occupare.*

11 *Item Beneficiati Baſilicæ Vaticanæ, quos inſtituit Sa.
mem. Innoc. VIII., quia eumdem geſtant babitum
ac antiqui Beneficiati, ac poſt eos immediatè ſe-
dent, eorumdem abſentium Stalla ſubingrediuntur.*

13 *Stallum dignius ſemper reputatur illud, quod eſt à dex-
tro cornu Chori.*

14 *Non licet Canonico antiquiori optare Stallum dignius,
vacans per obitum, vel dimiſſionem Canonica-
tus, quod exiſtit in alio latere Chori*, & nu-
mer. 15.

16 *Maximè concurrente obſervantia decennali in contra-
rium.*

*A' Baſilicas Urbis decet reliquas Orbis Eccleſias
normam, & regulam recipere*, eodem nu-
mer. 16.

17 *Limita in Vicario Generali Epiſcopi, in Choro inter-
veniente utl Vicario, quando primus locus in la-
tere dextero reperiretur occupatus per aliquem
Prælatum, vel aliam Perſonam magis qualifi-
catam.*

18 *Parochus in ſua Parochia reputatur tanquam Epiſco-
pus in parva Diœceſi.*

19 *Non tamen ei debetur in medio Chori Sedes elatior,
& à cæteris Sacerdotibus, ſeu Beneficiatis di-
ſtincta.*

20 *Aſſiſtentia Juris favore Parochi circa Præcedentiam in ejus Eccleſia, ſive Parochia, militat ſolùm quoad ea, quæ Parochiale munus concernunt.*

21 *In perſolvendis autem Divinis Officiis in Choro nullus Parochialitatis actus exercetur.*

22 *Ac proindè Parocho ſolùm debetur prima Sedes à latere dextero.*

23 *Sedes eminentior, ac diſtincta in medio Chori, reſervanda eſt Epiſcopo, qui in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis eam debet habere.*

24 *Novitates ſemper odium, & ſcandalum pariunt, ideoque ſunt abolendæ.*

25 *Canonicus legitimè Canonicatu privatus, & deindè per gratiam reſtitutus, non recuperat ſuum locum, & Præcedentiam in præjudicium Canonicorum, medio tempore receptorum. Declara* num. 32.

26 *Ita nec recuperat fructus, ſeu obventiones, medio tempore ſibi debitas, & aliis diſtributas. Amplia* n. 28. *Declara* n. 29.

27 *Qui fuit aliquo Officio privatus, ſi poſtea ad illud exercendum reſtituatur, Officium non recuperat, ſi fuerit illud ante reſtitutionem alteri collatum.*

30 *Voluntas Pontificis quando eſt clara, derogat etiam Juri tertii.*

31 *Judex, minùs rectè procedens, non ſpoliat poſſeſſione.*

ANIMADVERSIONES.

QUoad modum ſedendi in Choro, ſolet oriri
controverſia, an poſſint à Canonicis juniori-
bus occupari Sedes Canonicorum antiquiorum
abſentium, ſive etiam à Canonicis Sedes Dignitatum
& regula eſt, quòd aut Sedes Dignitatum ſunt ſituatæ
in loco eminentiori, ac nobiliori, diſtincto à Sedibus
Canonicorum, & tunc, Dignitatibus abſentibus,
non licet Canonicis illas occupare, quia hoc eſſet or-
dines confundere, quorum diſtinctio in hac Præemi-
1 nentiali materia apprimè eſt ſervanda. *l.* 5. & 2. *C. ut*
dignit. ord. ſerv. lib. 12. *Menoch. conſ.* 126. *n.* 5. *Gratian.*
diſcept. 845. *num.* 3. *Rot. dec.* 288. *n.* 18. *part.* 6. *rec.*, ita
ut obſervantia, ſeu conſuetudo, intervertens, ac con-
2 fundens ordines in ſedendo, nullatenus eſſet atten-
denda. *Pignatell. con.* 104. *n.* 6. *in fin. tom.* 4., & in
3 individuo caſus occupationis Sedilium Dignitatum ab-
ſentium à Canonicis, *Gavan. in Manual. Epiſc. V. Cano-*
nic. munera, in Addit. nu. 3. *Barboſ. de Canon. cap.* 18.
num. 41. *Pignatell. conſult.* 83. *n.* 5. & *d. conſult.* 104. *n.*
6. *tom* 4. *Panimoll. deciſ.* 1. *adnot.* 8. *n.* 36., & reſolvit
Sac. Rit. Congr. in Capuana 18. *Martii* 1618. & *in Palen-*
tina tenoris ſequen. - -

Archidiaconus, & Præpoſitus Cathedralis Palentinæ conqueſti ſunt de Canonicis ejuſdem Cathedralis, occupantibus Stalla Dignitatum, ipſius Dignitatibus abſentibus, & ſupplicant provideri, & Sac. Congr. reſpondit *die* 25. *Maii* 1632.

Sedes Dignitatum abſentium non debere occupari ab aliis Dignitatibus, ſeu Canonicis, ſed unamquanque Dignitatem in proprio Stallo permanere debere, prout in Capuana 12. *Martii* 1618. idemque reſcripſit in *Gerunden. die* 11. *Februarii* 1702. *ad quiatum dubium.*

Quòd ſi non adeſſet dicta Sedilium diſtinctio inter
Dignitates, & Canonicos, ita ut illa Dignitatum
non eſſent fixa, ac determinata, & poſita in pecu-
liari loco, ſed æqualis Dignitatum, & Canonico-
rum foret ordo ſedendi, cum ſimplici Præcedentia
4 digniorum, liceret tunc minùs dignis digniorum loca
occupare, ut benè diſtinguunt *Fermoſin. de Cap. Sed.*
Vac. Tractat. 1. *quæſt.* 57. *n.* 13. & *ſeqq. De Luc. in Miſcel-*
lan. Eccleſ. diſc. 39. *nu.* 14. & 15. *Rot. dec.* 25. *nu.* 6. &
288. *ferè per tot. part.* 6. *recen.*

Ad dignoſcendum verò, an Sedilia ſint fixa, &
determinata pro Dignitatibus, ita ut intret applica-
tio primæ partis allatæ diſtinctionis, ſpectandum eſt
an adſit conſuetudo capiendi poſſeſſionem Dignitatis
5 in Stallo peculiari, ac determinato, tunc enim cen-
ſeretur fixum, nec ab aliis repleri, ſive occupari
poſſet, utpote illius Dignitatis proprium *Butr. in cap.*
ex litteris num. 30. *verſ.* & *ſi non ſint, de reſtit. ſpoliat.*
Roman. conſil. 482. *n.* 2. *Cavaler. dec.* 158. *num.* 1., ubi
etiam firmatur, quòd in hoc caſu, quo Sedilia ſint
fixa pro Dignitatibus, neceſſe eſt, ut in eodem Se-
dili poſſeſſio capiatur, aliàs vitio nullitatis ſubja-
ceret.

Quoties verò non adeſt Sedilium diſtinctio, ſed to-
talis illorum uniformitas, ſine deſtinatione primorum
pro Dignitatibus, tunc, ut diximus, non ſolum poſ-
ſunt vacantes impleri à minùs dignis, ſed debent,
nè ſcindatur unitas, ac per notabilem diſtantiam in- 6
ter unum, & alterum Canonicum, deturpetur quo-
dammodo Eccleſiaſtici ritus decor, & majeſtas: *Rot.*
dec. 411. *nu.* 2. *par.* 2. *rec.* cùm illa diſperſio quandam
præſeferat animorum diſcrepantiam, in unum non
cohærentium, quæ alioquin ſummopere dedecet, quòd
in Choro, & Eccleſiaſticis functionibus appareat, in
quibus conjunctiſſima animorum, & corporum unitas 7
reſplendere oportet, ut benè proſequitur *Rot. d. dec.*
252. *num.* 11. & *ſeq. par.* 6. *rec.* & *cor. Coccin. dec.*
197. *n.* 4.

Quod adeo verum eſt, ut ad evitandam dictam in-
decentiam, ſeu monſtruoſitatem, debeant digniorum
abſentium ſedes repleri, etiam ab aliis, qui non ſint
de gremio Capituli, dummodo Stallum habeant in 8
æquali ordine Canonicorum, prout eſſet exemplum
in Canonicis noſtræ Cathedralis, qui vulgo nuncu-
pantur Supernumerarii, & cum non habeant neque
Præbendam, neque jus ad vacaturas, neque vocem
in Capitulo, ſed ſimplicem honorificentiam, non ſunt
niſi ficti Canonici, attamen cùm ipſi deſerant eun-
dem habitum in Choro, quo utuntur Canonici ve-
ri, ac in eodem ordina ſedeant, debent, & ipſi di-
gniorum abeuntium Sedes occupare in Eccleſiis, ubi
eædem non ſunt fixæ, ac determinatæ, quia æqua-
litas habitus, & ordinis ſedendi, & incedendi, ex.
gr. in Proceſſionibus, parem omnino exigat præemi- 9
nentiam, ita ut qui in uno ex dictis actibus illam
habeat, & in cæteris habere debeat; cum ab uno
rectè inferatur ad alia, ex traditis *per Geminian. in*
cap. ut Apoſtolicæ, num. 2. *ibiq. Franch. num.* 2. *de privil.*
in 6. *Boer. in Tract. de Auth. Magn. Concil. n.* 29. & 42.
Gratian. diſcept. 845. *num.* 5. Et in terminis Præpoſi-
torum Eccleſiæ Valentinæ, quamvis impropriè Ca-
nonicorum, nec de Capitulo exiſtentium, ex eo quòd 10
in multis circa Præeminentialia veris Canonicis æqua-
bantur, reſpondit *Rot. d. dec.* 252. *n.* 53. & *dec.* 288.
n. 19. & 20. *par.* 6. *rec.* ubi etiam affertur exemplum
Beneficiatorum Baſilicæ Vaticanæ, quos inſtituit San.
Mem. Innoc. VIII., qui licèt ſint recentioris, ac di-
verſi & imparis ordinis, ſedent immediatè poſt anti- 11
quos Beneficiatos, quia eundem geſtant habitum, eo-
rundem abſentium Stallum ſubingrediuntur.

Nec relevaret animadverſio, ad effectum impedien-
di, nè Canonici non veri, ſed habentes æqualem ſeſ-
ſionem cum veris, quòd in actu apprehenſionis poſſeſ-
ſionis Canonicatuum per Canonicos veros, inſtallu-
rentur iidem in poſtremo Stallo, ex quo inferri poſſet
reliqua ſuperiora, ad excluſionem aliorum, aſſignata
eſſe tantummodo pro veris Canonicis; qua quotieſ-
cunque non adeſt diſtinctio ſedium, vel omnimoda
æqualitas, poſſunt vacantes repleri, & occupari ab
aliis, quantumvis inferioris ordinis, contiguam ſeſ-
ſionem habentibus, ut declarando præallatam Doctri- 12
nam *Butrii*, dixit *Rot. d. dec.* 288. *num.* 50. & *ſeqq. par.*
6. *rec.*

Illud notandum circa hanc materiam, quòd & ſi
Canonico antiquiori debeatur Stallum dignius, quo-
ties per obitum, ſeu dimiſſionem Canonicatus; illud
remanet vacans, nihilominus, quando dictum Stallum 13
dignius vacans ut ſemper reputatur illud, quod eſt
ſitatum à dextero cornu chori, ut notant *Canoniſtæ*
in rubr. de majorit. & *obed. ac Tiraquel. de Primogen.*
in præfat. n. 13. & *ſeq.*, non reperitur à latere, in
quo Canonico antiquiori Stalum aſſignatum fuit in ap-
prehenſione poſſeſſionis Canonicatus, non licet eidem
Canonico optare dictum Stallum, exiſtens in alio cor-
nu ejuſdem Chori. *Monet. de Option. Canonic. cap.* 7. 14
quæſt. 2. *ſub. n.* 21. *circa fin.* cum continua perturbatio,
& interverſio ſequeretur ordinis Chori, ſi permiſſum
eſſet digniori Canonico occupare locum, ſeu Stal-
lum vacans in altero latere, ut benè diſcuſſo articu-
lo ponderavit *Sperell. dec.* 76. *num.* 5. & 13. *ac per tot.*
tom. 1.

tom. 1. proindéque ob evitandum dictum majus in-
conveniens, tolerari debet, ut minùs dignus ſedeat
16 in loco digniori, videlicet in latere dextero, ac di-
gnior in ſiniſtro; maximè ſi concurreret etiam decen-
nalis obſervantia, optandi Stalla, niſi in proprio Cor-
nu, quæ ſine dubio ſervanda eſſet, non ſolum ex præ-
allatis motivis, verùm quia eſſet uniformis conſue-
tudini vigenti in Baſilicis Urbis, à quibus normam,
& regulam recipere reliquas Orbis Eccleſias ſummo-
perè convenit, ut advertit *citatus Sperell. d. dec.* 76.
num. 16.

Hoc autem, quod dictum eſt, de non optando Stal-
lo in altero latere Chori, non procedit in Vicario
Generali Epiſcopi, cui, utpotè radiis Epiſcopalis Di-
gnitatis præfulgenti, in omnibus ſeſſionibus, & acti-
bus, in quibus uti Vicarius intervenit, debita eſt ſupra
17 Canonicos Præcedentia, & ob id, ſi juxta conſue-
tum ſederet in primo Stallo Chori, videlicet ſituato
in latere dextero, ac illud reperiretur occupatum per
aliquem Prælatum, ſeu aliam Perſonam magis quali-
ficatam, quæ functioni aſſiſtentiam præſtaret, eo ca-
ſu eidem Vicario liceret occupare primum Stallum,
ſitum in Cornu ſiniſtro, in quo ſedet ſecunda Dignitas
prout reſolvit *Sac. Congr. Rit.* teſte *Card. de Luc. de
Regular. diſc.* 17. *n.* 2. Et ratio diſparitatis inter utrum-
que caſum eſſe poteſt, quia Vicarius Generalis non
habet propriè Stallum in Choro, ſed ſolùm, ratione
ſuæ Dignitatis, eidem debita eſt ſedes nobilior Ca-
nonicis, undè poteſt digniorem vacantem implere tam
à latere dextero, quàm ſiniſtro; in Canonicis verò,
qui ſedem habent fixam à Cornu, in quo cœperunt
poſſeſſionem, ſequeretur abſurdum mutandi locum,
& de una ad aliam Chori partem ſaltandi.

Quæſitum fuit, an Parocho, qui reputatur uti E-
piſcopus ſuæ Parochiæ, tanquam parvæ Diœceſis,
18 ac in ſua Eccleſia primam figuram facit, ut notant
Marant. Contr. Jur. part. 4. *reſponſ.* 21. *n.* 64. *Barboſ.
de Offic. Paroch. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. cum aliis *in Imolen.
Adminiſtrationis Sacramentorum* 11. *Januarii* 1703. §. *Re-
ſolutionis fundamentum, cor. Omanna*; *& in Pampilonen.
Juris ſedendi* 28. *Januarii* 1706. §. *Nuſquam, cor.* R.P.D.
meo Anſaldo, debeatur ſedes eminentior, & ornatior
in medio Chori, diſtincta à ſedibus deſtinatis pro re-
liquis Sacerdotibus, ſeu Capellanis, in eadem Ec-
cleſia Divinis Officiis aſſiſtentiam præſtantibus, &
19 negativam opinionem amplexata fuit *Rot. in d. Pam-
pilonen. manutentionis* 10. *Maji* 1706. §. *Utrumque, cor.*
R. P. D. *Caſſarello, & in eadem Juris ſedendi* §. *Nuſ-
quam tamen, cor.* R. P. D. *Anſaldo*, quia aſſiſtentia Ju-
ris favore Parochi circa Præcedentiam in ejus Eccle-
20 ſia, ſive Parochia, militat ſolùm quoad ea, quæ Pa-
rochiale munus, & officium concernunt, ut tradunt
Gratian. diſcept. 106. *n.* 38., *& diſcept.* 298. *num.* 1. non
autem quoad cætera, ac ſignanter dum agitur de per-
21 ſolvendis Divinis Officiis in Choro, in quibus nullus
actus Parochialitatis exercetur: *Rot. penes Gratian. d.
diſcept.* 298. *n.* 40. *Rot. in d. Pampilonen. manutentionis* §.
Utrumque, circa fin., ac proindè debet eſſe contentus
occupare primam ſedem à latere dextero, relicta ſede
magis elata, ac diſtincta, in medio Chori poſita, jux-
22 ta declarationem *Sac. Congregat. Rit. in Turritana* 14.
Febr. 1632. de qua teſtatur *Barboſ. in Summ. Apoſtolic.
deciſ. collect.* 346. *n.* 6. amplexa *per Rot. in locis pro-
ximè citatis*, cum Sedes prædicta eminentior à nul-
lo ſit implenda, ſed reſervanda Epiſcopo, qui in qua-
23 libet ſuæ Diœceſis Eccleſia eam habere debet, ut
conſiderat *Ceccoper noſter lib.* 2. *num.* 46. juxta primam
impreſſionem *Squillant. de Oblig., & Privileg. Epiſc.
part.* 1. *c.* 7. *n.* 6. *Pax. Jordan. Lucubrat. Canonic. tom.* 1.
prælud. 4. *n.* 16. *Franceſ. de Eccleſ. Cath. c.* 18. *n.* 244.,
& Rot. in eadem Pampilonen. §. *Et ſi fortè, &* §. *Subli-
mior, cor. Anſaldo*.

Eoque maximè, ſi res eſſet nova, & non practi-
cata per Parochos anteceſſores, qui in ſimplici ſcam-
no, communi, cum cœteris Clericis, ſediſſent; cum
in his materiis omnino deferendum veniat conſuetu-
24 dini, & novitates, quæ ſemper odium. & ſcandalum
pariunt, ſint abolendæ, ut cæteris adductis, *Rot. in d.
Pampilonen. cor. Caſſarell. in fin.*

Illud denique non eſt omittendum, quòd ſi Cano-
nicus fuiſſet legitimè Canonicatu privatus, ac dein-
dè per gratiam reſtitutus, non recuperaret ſuum lo-
cum, ſuamque Præcedentiam, in præjudicium Ca- 25
nonicorum medio tempore receptorum, juxta doctri-
nam *Bartol. in l.* 2. *ff. de Decurion. Torr. de pact. futur.
Succeſſ. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 77. *Rot. dec.* 44. *nu.* 2. *part.* 3.
rec., ſicuti nec etiam recuperaret fructus, ſeu obven-
tiones, dicto medio tempore ſibi debitas, & aliis di-
ſtributas. *Gunnaver. deciſ.* 13. *Barboſ. in cap. quamvis n.* 26
3. *de reſcript.* cum aliis apud *Torr. loc. cit. n.* 87.; quia
reſtitutus poſt privationem non recuperat ea, in qui-
bus fuit medio tempore aliis jus quæſitum, ut eſt ex-
emplum in perſona de aliquo officio privata, quæ ſi
poſtea reſtituatur ad illud exercendum, officium non 27
recuperat, ſi fuit ante reſtitutionem alteri collatum,
ex latè traditis per *Donat. Ant. de Marin. lib.* 1. *reſol.* 98.
Rovit. dec. 37. Etiam ſi ageretur de gratia reſtitutio-
nis, conceſſa à Papa motu proprio, quia nunquam cen- 28
ſetur voluiſſe juri, tertio competenti, derogare, ni-
ſi aliter ſuaderent verba reſtitutionis, cùm nulli ſit 29
dubium, quòd in Eccleſiaſticis, & Spiritualibus,
Papa abſolutam habeat poteſtatem, ac proindè ſo-
lummodo quæſtio reducatur ad indagandam ejus vo- 30
luntatem, quæ ſi eſſet clara, etiam juri tertii deroga-
ret. *Torr. ubi ſupra, n.* 80.

Hoc tamen, quod dixi de Canonico privato, ac re-
ſtituto, quòd non recuperet ſuam Præcedentiam, pro-
cedit ſolùm, quando ſententia privationis eſſet juſta
nam per factum judicis, minùs rectè procedentis, ſi-
cuti non cecidiſſet à ſua poſſeſſione, juxta theor. *An-* 31
geli in l. clam poſſidere §. *Qui, ff. de acquir. poſſeſſ.*, ita
nec Præcedentiam, ſuæ poſſeſſionis ſequelam, amiſiſ-
ſet, & dicendus eſſet potiùs amotus, quàm priva-
tus, ac proindè ſuum primum locum retineret, ut 32
optimè *Rot. d. dec.* 44. *n.* 2. *part.* 3. *rec.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Canonici, an ſint in dignitate conſtituti. In Hierar-
chia Eccleſiaſtica, quoad regulandam prælationem
conſideratur in perſonis dignitas, vel officium,
tempus, & ordo. De Præcedentia Papæ, Cardina-
lium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abba-
tum. De variis ſpeciebus Abbatum, ac de illo-
rum Præcedentia cum Canonicis Cathedralis. De
Prothonotariis Apoſtolicis, illorumque præeminen-
tia, ac Præcedentia, præſertim in concurſu Cano-
nicorum.

S U M M A R I U M.

1 *Canonia, & Dignitas æquiparantur, & lata ſigni-
ficatione, Canonicatus Cathedralis, appellari poteſt
Dignitas.*
2 *An Canonici Collegiatarum ſint in Dignitate conſtituti,
& an eis delegentur Commiſſiones juſtitiæ.*
3 *Sacerdos, ſeu Plebanus, an ſit in Dignitate conſti-
tutus.*
4 *Prælatio, qua ratione ſit regulanda, an à dignitate,
an ab ordine, vel à tempore.*
5 *Papa eſſe nomen dignitatis.*
6 *Quot ſint ſpecies Abbatum.*
7 *Abbates exempti præferuntur non exemptis.*
8 *In Abbatibus ſubjectis Epiſcopo Pontificalium uſus
eſt ſterilis.*
9 *Si huiuſmodi Abbates ſint capita Collegiatarum, &
præcedant Canonicos Cathedralis, & quando.*
10 *Inter Abbates præfertur antiquior.*
11 *Simplices Rectores Parochialium vocantur etiam Ab-
bates, & nullam ob id habent præeminentiam:
Amplia etiamſi in Eccleſia canerentur Miſſa, &
Horæ Canonicæ.*
12 *Dignitates non conſtituuntur, niſi in Cathedralibus,
& Collegiatis.*
13 *Prothonotarii participantes præcedunt omnes Canonicos
& Abbates.*
14 *Non participantes, ſeu honorarii, à quibus creentur.*
15 *Quid teneantur præſtare poſt creationem.*
16 *Dicuntur in dignitate conſtituti.*

17 *Poſſunt deputari Conſervatores, eligi Judices Synodales, & conſtitui Collectores Apoſtolici.*
18 *Illorum beneficia ſunt reſervata Papæ, niſi ſint de jurepatronatus Laicorum.*
19 *Poſſunt ponere ſuper ſtemmatibus propriæ familiæ pileum nigrum cum chordulis.*
20 *Geſtantes continuò habitum prælatitium ſunt exempti à juriſdictione Epiſcopi, & aliis fruuntur privilegiis, de quibus infra nu.* ſeqq.
24 *Dicti Prothonotarii conſiderantur ſicuti perſonæ ſingulares, ideò non præcedunt Canonicos Capitulariter incedentes, ſecus verò Canonicos particulares, & quando* n. 26.
25 *Collegium Eccleſiaſticum eſt dignius perſona ſeculari, in dignitate conſtituta.*
27 *Quomodo reguletur Præcedentia inter ipſos Prothonotarios.*
28 *Dictis Prothonotariis nulla debetur Præcedentia, quando incedunt in habitu communi, & ordinario.*
29 *Olim Prothonotarii non creabantur, niſi perſonæ nobiles, & Doctores.*
30 *Hodie illorum dignitas viléſcit, ob eorum numeroſitatem.*
31 *Et etiam, quia ab eis non ſuſtinetur officii gradus.*

T I T U L U S IX.

QUI eſt in dignitate Eccleſiaſtica poſitus, præcedit cœteros dignitate non fulgentes, *cap. Statutum, de reſcript.*, & docent ibi Canoniſtæ. *Azor. lib. 3. cap. 13. quæſt. 2. part. 2.* At Canonia, & dignitas æquiparantur: *Verall. dec. 257. n. 3. part. 5.* & quòd larga, & generica ſignificatione Canonicatus Ca-
1 thedralis poſſit dici dignitas, patet ex traditis per *Gloſ. penult. in cap. Si Canonici, de off. ordin. in 6. & in capt. Si quando, de reſcript.* De jure antiquo etiam Canonici Collegiatarum dicebantur in quaſi dignitate conſtituti eiſque delegabantur Commiſſiones Juſtitiæ, quæ
2 dumtaxat in dignitate poſitis, vel quaſi *ex cap. Statutum, de reſcript. in 6.* committi ſolent. *Gloſ. in d. cap. Statutum, & Maſſobr. de Synod. cap. 4. diſp. 10. num. 5.* Quod ad hæc uſque tempora ſervatur in Germania, ut poſt *Rebuff.* notat *Manriq. l. c. quæſt. 1u. n. 3.* Et ubique terrarum ex certa ſcientia dictæ Commiſſiones committuntur potiùs Canonicis Collegiatarum, quàm Plebanis, & Capellanis, qui nunquam fuerunt habiti in quaſi dignitate conſtituti, ut obſervat *Dan. de Nob. diſp. 44. n. 21.* Cui doctrinæ non refragantur verba Collectæ Miſſalis; ſcilicet *Deus, qui N. feciſti Sacerdotali dignitate vigere &c.*: quoniam ibi accipitur pro ornamento, reverentia, poteſtate, conditione, & munere, non pro illa dignitatis qua-
3 litate, de qua in dicto *cap. Statutum*, & in aliis Juſibus Pontificiis. *Gloſ. in cap. Denique, diſt. 4. Hoſt. in cap. Ex geſtis, num. 2. de Cler. non reſid. Caſſan. l. c. part. 1. conſid. 66. Rebuff. in Prax. part. 1. §. Seculare Beneficium, & Quintaduen. part. 1. ſingul. tit. de ſub. tr. 8. diſp. 7. & in append. tr. 3. diſp. 7.* Ut autem clarior appareat præfata Canonicorum majoritas ſupra Curatos, Beneficiatos, & ſimplices Præsbyteros, ac ſimul nè intacta remaneant cœtera, quæ in hac materia fuerunt in praxi, ſciendum eſt in Hierarchia Eccleſiaſtica duo eſſe conſideranda perſonarum genera Alterum dignitatis, vel officii, aut qualitatis conſiderabilis; alterum temporis, ſive ordinis.

In primo, non attenta ordinis anterioritate, præfertur, qui eſt in majori Dignitatis, Officii, vel qua-
4 litatis conſiderabilis gradu. In ſecundo, qui major eſt ordine; & data ordinis paritate, qui prior eſt tempore; Ita colligitur *ex cap. Cleros diſt. 21. cap. Laicis 16. quæſt. 7. & ex l. 1. C. de Conſul. lib. 10. in fin. Gloſ. in cap. Placuit, 16. Caſſan. loc. c. conſid. 78. Henriq. in Sum. lib. 10. cap. 26. n. 1. Petr. à Mont. ubi ſupra §. Ordo, n. 4. Moron. l. c. reſp. 5. n. 6.*

Hinc Papa, nomen dignitatis, *Pariſ. l. c. lib. 2. quæſt. 1. num. 23.* citra controverſiam præcedit omnes in qualibet dignitate, vel ordine conſtitutos; eſt enim ſtupor Mundi, non Deus, non homo, ſed utrumque.
5 *Gloſ. in proem. Clem.* Cardinales præcedunt Epiſcopos, & Archiepiſcopos, quamvis hi quoad ordines ſint illis majores: *Paul. de Caſtr. conſ. 420. num. 2. Bald. in cap. Bonæ 1. de poſtul. Prælat. n. 1.* Archiepiſcopi Epiſcopos, & hi anteferuntur Abbatibus, qui in tres ſcinduntur ſpecies. Alii nulli ſubſunt Epiſcopo, & habent Juriſdictionem ordinariam, qui ſunt propriè
Prælati, & dicuntur Abbates magni. *Bloſſ. de Jubil.* 6
ſect. 3. caſ. 26. §. 3. n. 62. Barb. vot. 57. num. 3. lib. 2. & de his loquitur *cap. Adrian. 2. 63. diſt.* Ex propria dignitate utuntur inſignibus Pontificalibus, & præcellunt.

Secundæ ſpeciei Abbates ſunt, qui quo ad ſuam perſonam tantùm ſunt exempti à Juriſdictione Epiſcopi, *cap. cum Epiſcopus, de off. ordin. in 6.* Hi ve-
rò præferuntur non exemptis, ob privilegium exem- 7
ptionis. *Fely. in rubr. de major. num. 8. Maſſobr. de Synod. cap. 4. d. 6. numer. 5. Tamb. de Jur. Abb. l. c. d. 25. n. 1.*

Tertiæ ſpeciei Abbates ſunt omninò Epiſcopo ſubjecti, & ab aliis Dignitatibus non diſcrepant, etiamſi ex privilegio habeant uſum Pontificalium. Ratio eſt, quia hæc inſignia iſtis non competunt ex propria dignitate, nec ad aliquid ſignificandum, ſed in his remanent ſterilia; ut obſcæno verbo exemplificant *Jo: Andr. in cap. ut Apoſtolicæ, de priv. in 6. n. 2. Gemin.*
ibid. num. 6. Port. conſ. 165. n. 8. & Marc. dec. 1074. n. 8
1. Veruntamen, ſi hujuſmodi Abbates minores exiſtant Capita Collegiatarum, reſpectu Capituli Canonicorum, appellantur Prælati. *Gloſ. in Clem. ut hi, de ætat. & qualit. ord. Put. dec. 25u. n. 3. lib. 3. Azor. part. 2.*
cap. 25. Et præcedunt de per ſe quamlibet Dignitatem 9
Cathedralis Eccleſiæ. *Bald. in cap. Paſtoralis, de off. deleg. Gav. l. c. V. Præcedentia, num. 17. Marzill. l. c. tit. 2. de conſt.* Quod procedit etiamſi tales Abbates forent capita Collegiatæ Diœceſis. *Lotther. de Re Benef. lib. 1. cap. 17. n. 18.* Secus dicendum, ſi Dignitates, & Canonici capitulariter progrederentur, vel conſiſterent; quia tunc Abbates, cujuſcunque generis ſint, illis poſtponuntur. *Dec. in cap. 2. de jud. Nav. de major. & obed. conſ. 3. n. 1. Novar. quæſt. for. par. 1. quæſt. 24.*
num. 18. Inter ipſos Abbates, ut ſupra, reſpectivè 10
conſideratos, antiquior præfertur, ut docent Scribentes ſuper *cap. 1. de maior. & obed. & Caſſan. ubi ſupra, part. 4. conſ. 48.* Intellige, cœteris paribus,
ut dictum eſt ſupra. In aliquibus lucis ſimplices Re- 11
ctores Parochialium dicuntur Abbates: *Abb. in cap. Tranſmiſſa, num. 5. de renunc.* Quibus nulla competit prærogativa ſuper Canonicos, vel ſingulos, cum ſic vocentur corrupto vocabulo. *Lotther. de Re Ben. l. c. quæſt. 25. numer. 36.* Idem aſſeverandum de Abbate Beneficiatorum in ſimplici Eccleſia, quæ non concedenda eſt Collegiata, eo quia in ipſa cantantur Miſſa, & Horæ Canonicæ, ut advertit *Maſſobr. in Prax. part. 7. dub. 10. nu. 160.* & Dignitates non con-
ſtituuntur, niſi in Cathedralibus, & Collegiatis, ad 12
tradita per *Penin dec. 1163. num. 6. part. 2.* & conſequenter, ob nomen Abbatis impoſitum, nulla ei debeatur antelatio, etiam de per ſe, ſuper Canonicos Collegiatarum, ut deciſum refert *Penia dec. 1603. n. 2. & dec. 1671. n. 2.* Multò magis cedere debent Canonicis cœteri ſimplices Beneficiati, qui multis in lo-
cis intumeſcunt hoc nomine Abbatis, præſertim in 13
Hiſpania, & Neapoli: ut refert *Campanil. rubr. 7. capit. 6. numer. 106.* Hoc loco agendum videtur de Prothonotariis Apoſtolicis, quorum duo ſunt genera.

Primum eſt illorum, qui Prothonotarii Participantes, ſive Ordinarii appellantur, qui ſunt verè Prælati, quibus etiam in Choro, & Presbyterio datur locus ante omnes Canonicos, Dignitates, & Abbates quoſcunque. *Cærem. Epiſc. l. 1. cap. 13. & cap. 23.*

Secundum genus eſt eorum, qui vocantur Prothonotarii in partibus, ſive non participantes, vel extraordinarii, aut ſupranumerarii, ſive honorarii, vel titulares, aut de privilegio, qui honoris gratia crean-
tur à Summo Pontifice, & ſub eadem forma à Car- 14
dinalibus Legatis de Latere, necnon à Collegio Prothonotariorum de numero Participantium. *Buratt. dec. 54u. n. 22. in add.*

Hujuſmodi Prothonotariatus confertur Clericis per Breve, quo recepto, tenetur electus fidelitatis jura-
mentum præſtare, ac profeſſionem Fidei emittere in 15
manibus perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ

de

de quo fit inſtrumentum. *Rot. in addit. ad 5. part. di-*
verſ. dec. 213. *num.* 11. nec priùs liberum eſt ſe in-
duere habitn Prælatitio. *Ricc. in Prax. For. Eccl. part.*
16 4. *reſol.* 114. *num.* 13. Iſti Prothonotarii ſunt propriè
in dignitare collocati. *Maſſobr. de Synod. cap.* 4. *dub.*
12. *n.* 8. *Monet. de Diſtrib. lib.* 1. *quæſt.* 19. *nu.* 40. *Peusa*
dec. 56. *n.* 10. *part.* 1. *Pyrr. Corrad. in Prax. Diſp. Apoſt. l.*
5. *c.* 6. *n.* 47. *Sperell. dec.* 167. *num.* 24. *part.* 2. *Dan. de*
Nob. ubi ſupra *in addit. ad diſput.* 29. *num.* 97. ubi di-
cit, ſe recedere à ſua contraria opinione, ob decla-
rationem S. R. C., & ideò poſſunt deputari in Con-
17 ſervatores alicujus Religionis; *Gavan. in Nav. hoc ver.*
n. ult., & eligi Judices Synodales. *Maſſobr. de Synod. c.*
4. *dub.* 12. *Ciarl. contr. for. cap.* 120. *num.* 135. *tom.* 2.
Atqne conſtitui Collectores Apoſtolici. *Bellett. l. c.*
quæſt. 108. *n.* 1. Quæ officia non conceduntur, niſi per-
ſonis, dignitate Eccleſiaſtica decoratis. *Grat. dec.* 170.
n. 4. *Monet. de Decim. cap.* 9. *quæſt.* 5. *n.* 202. Et licèt Pro-
thonotarius non ſit dignitas ex illis, quæ eſſe ſolent
in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, neque de
eo nulla fiat mentio *in d. cap. Statutum*, *&c. cap. fin. de*
off. deleg. in 6.

Eſt tamen dignitas Eccleſiæ Romanæ, quæ eſt alia-
rum Eccleſiarum Mater, & Magiſtra. *cap.* 2. *Summ.*
Trint. & propterea horum Prothonotariorum Bene-
18 ficia vacantia per obitum ſunt Papæ reſervata; ut ob-
ſervant *Farinac. dec.* 298. *num.* 2. *part.* 2. *in poſth. Putc.*
lib. 2. *dec.* 309. *Caputaq. dec.* 407. *part.* 2. *Buratt. dec.* 706.
num. 4. *part.* 2. *Coccin. dec.* 349. Intellige, niſi Benefi-
19 cium ſit de Jurepatronatus Laicorum; ut advertit
Maſſobr. in Prax. prælud. 7. *diſc.* 20. *num.* 158. Iſti Pro-
thonotarii honorarii habent facultatem ponendi ſuper
ſuæ familiæ Stemmatibus Pileum nigrum cum Chot-
dulis, & ornamentis ſolitis ejuſdem coloris. S. Con-
gregatio apud *Pyrr. Corrad. in Prax. Diſp. Apoſt. lib.* 5.
c. 6. *num.* 52. Et gerentes continuò habitum Prælati-
20 tium remanent exempti à Juriſdictione Epiſcopi. *Ant.*
de Prat. l. c. num. 17. *Brancat. in Epit. V. Prothonotaris*.
Quòd ſi communi tantum habitu Clericali incedant,
21 licèt Eccleſiæ non inſerviant, ac tonſuram non deſe-
rant, adhuc fori privilegio gaudent. *Marchin. de Sacr.*
Ordin. tract. 2. *part.* 1. *diff.* 9. Atque ſunt exempti, ſi
libuerit, à Juriſdictione Ordinariorum in cauſis Civi-
libus excedentibus ſummam viginti qninque aureorum
22 de Camera. Ita ex *Bulla* 10. *Leonis* X. reſolutum fuit à
S. Cong. Conc. teſte *Paſqual. dec.* 109. *n.* 5. *&c. Cherub. in*
Comp. Bullar. part. 1. *ſchol.* 1. *ad eandem Bullam*; Poſ-
ſuntque geſtare per Urbem Sbbtaneam violacei co-
loris; ut declaravit S. Congregatio apud *Pyrr. loc.*
prox. cit. Ultra privilegia, & exemptiones, quas
23 innuimus, lætantur & aliis, de quibus nè poſſit du-
bitari, Collegium Participantium ſolet Litteras ſua-
rum facultatum expreſſivas concedere, quarum
meminit *Barb. de Jur. Eccleſiæ Univ. lib.* 1. *cap.* 23.
num. 15.

Sed quia memorati Prothonotarii titulares nun-
quam, & nuſquam conſtituunt Capitulum, aut Colle-
24 gium; idcircò ſemper conſiderantur ut perſonæ parti-
culares: atque ut tales ſemper debent cedere Præce-
dentiam Canonicis, tam Cathedralium, quàm Colle-
giatarum, Capitulariter incedentibus. *Antonell. de Re-*
gim. Eccl. Epiſc. l. 3. *cap.* 18. *n.* 10. *&c. Rub. ſing. part.* 4.
tit. de Prothon. nu. 46. Ratio eſt, quia quodlibet Col-
25 legium Eccleſiaſticum eſt dignius perſona ſeculari,
etiam in dignitate poſita, *cap. ſtatutum, de elect. in*
6. *Decian. l. p. reſp.* 66. *numer.* 8. *&c. Gratian. diſcept.*
for. c. 511. *n.* 8. Quandò verò aliquis Canonicus Cathe-
dralis, vel Collegiatæ, convenit de per ſe in aliquam
26 Functionem Eccleſiaſticam, tam publicam, quàm pri-
vatam, ſimul cum aliquo ex dictis Prothonotariis, ha-
bitu Prælatitio indutis, præfertur in honoribus Pro-
thonotarius; *Cutill. loc. cit. de Præced. diſc.* 11. *Caſſan. loc.*
cit. part. 4. *conſid.* 29. Poſtponuntur verò dicti Protho-
notarii aliis Dignitatibus antiquioribus etiam de per
ſe. *Cantellor. de Præced. n.* 47. *&c.* 52. Nam prior eſt
in honore, qui prior eſt in dignitate, *l. qui balneum ff.*
27 *qui potiores &c.* Inter ipſos autem Prothonotarios po-
tiores eſſe, qui in eorum Privilegiis data ſunt prio-
res, cenſeo cum *Ricc. in Prax. part.* 4. *reſol.* 114. *num.*
3. Non attenta opinione *Caſtald. l. c. lib.* 1. *cap.* 10. *in*
fin. &c. lib. 2. *ſect.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. ubi vult, Protho-
notarios creatos à Papa, præcedere creatos à Legatis,
quòd ſolùm eſt verum, quando eodem die, & anno in-
ſtituuntur, ut colligitur ex *Gemin. in cap. Statutum, de*
reſcript. Ant. de Butr. in cap. per tuas, de maior., *&c.*
obed. nu. 2., & in puncto tradit *Corrad. ubi ſupra*. Con-
ſideratè dixi deberi Præcedentiam ſuper Canonicos
Prothonotariis habitu Prælatitio indutis: in habitu
enim communi nulla his debetur præcedentia ſuper 28
Canonicos, aut ſimplices Presbyteros, in Sacerdotio
antiquiores: ſi quidem tunc conſiderantur dumtaxat,
ut perſonæ Eccleſiaſticæ: Ità *Leo in Theſ. Eccleſ. part.*
1. *cap.* 2. *num.* 35. *Vulp. in Prax. cap.* 34. *n.* 23. *&c. Man-*
riq. de Præced. quæſt. 42. *num.* 3. Hujuſmodi Protho-
notariatus jampridem non conſerebatur, niſi Clericis
nobilibus, aut Doctoribus: *Pyrr. Corrad. l. c. num.* 62.
in addit. 2. *edit. ſuæ Prax.* Et conſonant notata per *Pe-*
rand. in ſuis Epiſt. fol. 165. ſed ad præſens creantur, 29
etiam ſi generis nobilitate, aut Doctoratus gradu ca-
reant. *Maſſobr. de Synod. cap.* 4. *diſc.* 12. *nu.* 6. *Ricc. in*
Prax. part. 4. *reſol.* 113. *nu.* 3. *Ant. de Prat. in Clyp. Paſt.*
cap. ult. num. 17. *Ciarl. contr. forenſ. part.* 2. *cap.* 45. *nu.*
2. De quo ſum teſtis ocularis. Jam non toto procrea- 30
bantur Prothonotarii honorarii, prout modò, ob quo-
rum numeroſitatem eorum Dignitatem vileſcere, in-
quiunt *Mandoſ. de Signat. Grat. §. Prothonotarii. Ant. de*
Butr. in cap. Epiſcopalia, num. 2. *de privil. Caſſan. l. c.*
part. 1. *conſid.* 79. Ego verò arbitror id evenire, quia
quamplures hujus officii dignitatem, & gravitatem
non ſervant, & vice habendi ſervum, ipſi aliis,
inſerviunt, & quandoque Laicalia munia exercent,
prout ſe vidiſſe teſtatur *Dan. de Nob. l. c. diſ.* 30. *num.*
5. Quapropter privilegio abutentes, ejus virture pri- 31
vantur: *Abb. in cap. gratum, n.* 4. *de præſcrip.* Sic viri
nobiles, vilem artem exercentes, reputantur ignobi-
biles. *Soccin. part.* 2. *conſ.* 247. *Selv. de Ben. part.* 3. *qu.*
2. *nu.* 11. Et quidam Comites, eo quòd agreſtium mo-
re vivunt, perdunt nobilitatem. *Menoch.*, *de Arbitr. l.*
2. *caſ.* 68. *n. ult.* Et ita aliquando ſeorſim conſideratur
Dignitas: quandoque conſideratur dumtaxat Perſo-
na, interdum conſiderantur copulativè, ex *Fely. in*
cap. Mandata, num. 2. *de præſcrept.*

A R G U M E N T U M.

Abbates antiquitùs habebant curam non tantùm Re-
gularium, ſed etiam Canonicorum ſecularium. A'
quo tempore conſecuti fuerint immunitatem à Le-
ge Diœceſana; & quam Juriſdictionem, non ob-
ſtantibus Privilegiis, retinuerint ordinarii. Quan-
do exercere valeant Pontificalia, ex Indulto eis con-
ceſſa, etiam extra ſepta Monaſterii; & quando idem
uſus Pontificalium eis vetitus ſit etiam intra ſepta
Monaſterii. Enumerantur conjecturæ, ex quibus
excluditur qualitas Territorii ſeparati. Quando Ab-
bates habeant in Conciliis generalibus votum de-
ciſivum. Quando Abbates benedicti præcedant
Canonicos, & Dignitates Eccleſiarum Cathe-
dralium.

S U M M A R I U M.

1 *Canonici Seculares olim regebantur per Abbates, tan-*
quam Prælatos Epiſcopo inferiores, ac ſub eorum
cura manebant, circa Canonicam vitam, &c. Ec-
cleſiaſticam diſciplinam.

2 *Domus Canonicorum olim appellabatur Monaſterium.*

3 *Abbatis titulus, ſeu nomen, Paternitatem ſignificat.*

4 *Abbatis Regulares, omneſque Monachi, juxta anti-*
qua tempora, Epiſcopis, tanquam ſubditi obedie-
bant.

5 *Ac proindè Abbas, præſcindendo ab exemptione, te-*
netur fidem, obedientiam, &c. reverentiam promit-
tere Ordinario.

6 *Abbates, cæterique Regulares, conſecuti fuere immu-*
nitatem à Lege Diœceſana ſub dicto Gregorio Magno.

7 *Solùmque remanſit apud ordinarios Juriſdictio in ali-*
quibus determinatis caſibus.

8 *Ex veterum item Canonum ſanctione ad Epiſcopus*
ſpectabat confirmatio electionis hujuſmodi Abbatum,
in quorum Territorio ſita erant eorum Mona-
ſteria.

9 *Abbates, gaudentes Indulto uſus Pontificalium, illa exercere non poſſunt extra ſepta Monaſterii, niſi ſit locus cum qualitate Nullius, conſtituens Territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi*, & numer. 11.

10 *Minimè repugnat, quòd in aliquo loco inferior Prælatus habeat Juriſdictionem, & exemptionis privilegio gaudeat; & nihilominus Epiſcopus, intra cujus Diœceſim talis locus eſſet ſitus, ſuam Ordinariam, & Diœceſanam Juriſdictionem cumulativè exerceat.*

11 *Liber uſus Pontificalium convenit ſolùm iis Prælatis qui habent in loco plenitudinem poteſtatis, à Lege Territoriali provenientem.*

12 *Exercitium, & uſus Pontificalium, non ſemper competit hujuſmodi Abbatibus etiam intra ſepta Monaſterii; ſed illis prohibetur in præſentia Epiſcopi, in cujus Diœceſi eſt Locus, & Monaſterium.*

13 *Prima ex conjecturis, excluſivis qualitatis Territorii ſeparati, eſt exactio per Epiſcopum facta Cathedratici, aut Charitativi Subſidii à Prælato Loci unà cum ejus Clero.*

14 *Secunda eſt receptio Olei Sancti per Eccleſiam Matricem Loci à Cathedrali Epiſcopi.*

15 *Tertia eſt approbatio ad audiendas Sacramentales Confeſſiones.*

16 *Quarta eſt convocatio ad Synodum Diœceſanam, & ad illam reſpectivè acceſſus Prælati, ejuſque Cleri.*

17 *Quinta eſt Collatio Ordinum, ſeu Dimiſſoriarum Litterarum conceſſio.*

18 *Sexta eſt deputatio ad præſidendum in electionibus Abbatiſſarum, & ad eas confirmandas, ac Monaſteria viſitanda.*

19 *Septima eſt erectio Eccleſiarum, Monaſteriorum, Confraternitatum, & Locorum Piorum.*

20 *Octava eſt adminiſtratio Sacramenti Confirmationis in Loco.*

21 *Nona eſt licentia, Prædicatoribus conceſſa, annunciandi Verbum Dei.*

22 *Recenſentur plures alii actus, qui ad effectum convincendi ſubjectionem, ac ſituationem Loci intra Diœceſim, valdè operantur, ſi tamen ſint plures, ac geſti ſcientibus, & patientibus Prælatis, ac fuerint effectum ſortiti.*

23 *Ad inducendam exemptionem activam non ſuffragatur Indultum Apoſtolicum, in quo Clerus, & Populus appareat ſuſceptus ſub immediata protectione D. Petri, & S. Sedis Apoſtolicæ.*

24 *Non cenſetur conceſſa Juriſdictio cum Territorio ſeparato, niſi verba Indulti ſint adeo clara, ut in alium ſenſum aliquatenus detorqueri non valeant.*

25 *Abbates Regulares, cæteriquæ ſeculares, in Concilio generali licèt habeant votum deciſivum, illud tamen non conſtituunt, niſi ſimul tres ex ipſis in eandem ſententiam conveniant.*

26 *Voti integritas, in hujuſmodi Conciliis, citra peculiare S. Sedis privilegium, non competit, niſi perſonis, Epiſcopali dignitate fulgentibus.*

27 *Abbate benedicti præcedunt ſingulares perſonas Canonicorum, & Dignitatum Eccleſiarum Cathedralium; ſecus verò, quando Capitulariter incedant.*

ANIMADVERSIONES.

ABbatialis Dignitas, quæ licèt Epiſcopali inferior, Prælaturæ nomenclaturam habuit, & etiam nunc habet communem cum Epiſcopali, fulſit antiquitus, non ſolùm apud Monachos, verùm etiam apud Canonicos Seculares. Collegia ſiquidem Ca-
1 nonicorum Secularium per Abbates regi conſueverant, tanquam per Prælatos Epiſcopo inferiores, eorumque præcipua jura verſabantur circa Canonicam vitam, & Eccleſiaſticam diſciplinam eorumdem Canonicorum, prout ex variis veteribus teſtimoniis comprobat eruditus *Deſnos de Canon. Secular. & Regular. l. 1. cap. 13.* & ſignanter ex *Concil. Magantino de anno* 813. *can.* 21. — ibi — *Epiſcopi ſciant, qualiter Canonici, qui ſunt cum Abbatibus, vivant, & præcipimus, ut unuſquiſque Epiſcopus ſciat per ſingula Monaſteria quantos quiſque Abbas Canonicos in Monaſterio ſuo habeat* — & ex *Concil. Turonen. ejuſdem anni* 813., in quo poſtquam in *can.* 23. actum fuit de Canonicis, qui in Epiſcopiis converſantur, ac proindè ſine dubio de Canonicis Secularibus, in ſubſequenti *can.* 24. cautum fuit — *ſimili modo, & Abbates Monaſteriorum, in quibus Canonica Vita antiquitus fuit, vel nunc videtur eſſe, ſolicitè ſuis provideant Canonicis* — *Sintque Abbates ſibi ſubditis benè vivendo duces, & pravii*. Neque adverſatur quòd fiat mentio in allato *Canone* de Monaſteriis, ut proindè argui poſſit, quòd ibi agatur de Monachis, quia ut optimè notavit idem *Deſnos loc. cit.* etiam Do- 2
mus Canonicorum Cathedralium appellabatur Monaſterium, ut patet ex *Concil. Aquiſgranen. anni* 816. *in can.* 138.

Titulus, & nomen Abbatis eſt potiùs nomen præſeferens, ſeu denotans ſolicitudinem, quàm honorem aut Dignitatem, unde Paternitatem ſignificare cenſet præcitatus *Deſnos d. tract. lib. 1. cap. 13.* juxta illa Sac. 3
Scripturæ Verba — *Abba, Pater*, quæ habentur apud *Marc. cap. 14. & apud Paul. ad Roman. 8. & Galat. 4.* ac proindè ex titulo, ſeu qualitate Abbatiali, non infertur ad Juriſdictionem, ſeu Exemptionem, cum in ſui origine, videlicet uſque ad quinque priora Secula, Abbates Regulares, omneſque Monachi, Epiſcopis, tanquam ſubditi, obediebant *Can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. Can. quidam Monachorum, diſt. 10. quæſt. 2.* & *latè Card. Albir. in 2. diſput. de Juriſd. Cardinal. in ſuis Titul. n. 3. & 4. Rot. in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono jure 1. Junii 1708. §. Ad rem, cor. Reverendiſ. P. D. Anſal.* Quamobrem ſepoſita ſpeciali exemptione, 4
Abbas tenetur fidem, ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam promittere Ordinario, cum illius juriſdictio nihil aliud reſpiciat, quàm ſubalternum regimen, ac diſciplinam ſuorum Monachorum. *Innoc. in cap. de multa, col. ult. de præben. Gloſſ. in cap. nulla 18.* 5
quæſt. 2. V. totam Franceſ. de Eccleſ. Cath. cap. 31. nu. 60. Rot. in d. Fulden. num. 18. cor. Anſaldo.

Immunitatem autem à lege Diœceſana, & ſubjectione Ordinariorum, conſecuti ſunt Abbates, cæterique Regulares, ex munificentia Sanctæ Sedis; ac 6
ſub protectione Beati Petri recepti fuerunt uſque à temporibus Divi Gregorii Magni, ut habetur in *Concil. Lateranen. celebrato de Anno* 601., ut eruditè advertitur in *Firmana Juriſdictionis 10. Maji 1700. §. Domini, cor. Molines*. Solùmque Ordinariis remanſit jus exercendi 7
in eoſdem Regulares delegatam Juriſdictionem in certis, ac determinatis caſibus, recenſitis potiſſimùm in *Conſt. Gregor. XV.*, quæ incipit *Inſcrutabili* & dixit *Rot. in d. Fuldea. n. 30. & 31. cor. Anſaldo*.

Confirmatio electionis hujuſmodi Abbatum, juxtà veterum Canonum ſanctionem Epiſcopis competebat, 8
in quorum Territorio; ſeu Diœceſi ſita erant eorum Monaſteria, *ut Text. in can. 1. & ibi Gloſſ. in V. inſtituere, & can. Abbas, & can. ſi quis Abbas, & can. Monaſteria 18. q. 2. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 6. q. 2. Rot. in Toletana Juriſdictionis 3. Martii 1692. §. Fuit decidendi ratio, coram Molines*.

Inter Abbates ſunt nonnulli, qui ex particulari Privilegio Sanctæ Sedis, vel ex immemorabili conſuetudine, eidem æquipollenti, in aliquo Loco in Clerum, & Populum Juriſdictionem exercent, & iſti, licèt habeant indultum exercitii, & uſus Pontificalium, ſi Locus non ſit cum qualitate Nullius; ita ut 9
conſtituat Territorium ſeperatum à Diœceſi Epiſcopi tale Privilegium Pontificalium non extenditur ultra ſepta Monaſteriorum, cum ſola Exemptio, ac Juriſdictio in Loco, non operetur excluſionem Juriſdictionis Epiſcopi, qui, maximè quoad Spiritualia, illam cumulativè cum Abbate exercere poteſt; quia talis Locus dicitur de Territorio, ac Diœceſi Epiſcopi, licèt per Abbatem inibi Juriſdictio exerceatur; cum nullatenus repugnet, quòd aliquis inferior Prælatus in aliquò Loco, ac Diſtrictu habeat Juriſdictionem, ac ſi- 10
mul polleat Privilegio Exemptionis, & nihilominus Epiſcopus, intra cujus Diœceſim ſituatus eſt Locus, ſuam etiam Ordinariam, & Diœceſanam cumulativè juriſdictionem exerceat. *Rot. dec. 340. n. 4. & ſeq. cor. Priol. & dec. 13. n. 12. & 13. impreſſ. poſt De Luc. ad mater Juriſdict. tom. 1.* & latiùs *in d. Fuldea. numer. 70. cor. Re-*

verta-

verendiſs. P. D. Anſaldo; prout agendo de Juriſdictio-
ne Præpoſiti Collegiatæ S. Stephani de Prato, &
Epiſcopi Piſtorien. tanquam Diœceſani, latè *Fagnan.
in cap. cum ab Eccleſiarum, à num. 13. ad fin. de offic.
Ordin.* Et hinc eſt quòd, ut ſupra tactum fuit, præ-
ſcindendo à ſpeciali, ac expreſſo Apoſtolico Privile-
gio, in quo concedatur hujuſmodi inferiori Prælato
liber uſus Pontificalium in toto Diſtrictu, in quo cu-
mulativam exercet cum Epiſcopo, non poteſt is talibus
Inſignibus uti, niſi intra limites Monaſterii, cum li-
ber illorum uſus ſolùm conveniat iis Prælatis, qui
11 fruuntur in Loco plenitudine poteſtatis, & Juriſdictio-
ne quaſi Epiſcopali, dependente à Lege Territoriali,
ita ut verè, ac propriè Locus ſit Nullius Diœceſis, ut
explicat *Gloſſ. in Clem. 1. in V. propriis, de reb. Eccleſ.
non alien. Chokier. de Juriſd. in Exempt. part. 1. quæſt. 9.
ſub num. 6.*, cum aliis plenè deductis *in Calagurritana
Pontificalium 4. Maji 1697. §. Quo namque, & ferè per
tot., coram Urſino, impreſſ. poſt De Luc. ad mat. Juriſ-
dict. dec. 26. tom. 1.* Quinimmò etiam intra ſepta ip-
ſius Monaſterii exercitium Pontificalium limitatum
remanet, nam illius uſus eſt dictis Abbatibus vetitus
12 in præſentia Epiſcopi, intra cujus Diœceſim eſt Lo-
cus, & Monaſterium, quia qualitas Territorialis Præ-
eminentiæ, reſidens penes Epiſcopum, prævalet, &
eſt efficacior exemptione Monaſterii, & Juriſdictio-
ne cumulativa Abbatis, ut declarat *d. dec. 27. circa fin.*

Acres paſſim audiuntur quæſtiones inter Epiſco-
pos, & Abbates circa exercitium Juriſdictionis in
Locis exemptis, quæ dependet à determinatione, an
Locus ſit tantùm exemptus, an verò ſit cum qualita-
te Nullius. Multiplices autem ſunt conjecturæ pro ar-
guenda una, vel altera qualitate, & ad eas ut plu-
rimum recurrere oportet, cum agatur de rebus vetu-
ſtiſſimis, quæ ex ſolis ſignis, & ab obſervantia, fide-
li illarum interprete, judicantur.

Inter eas enim, quæ excludunt qualitatem Territo-
rii ſeparati, quæque ſunt operativæ, ut Epiſcopus poſ-
ſit viſitationes Eccleſiarum, Locorumque Piorum,
cœteroſque actus ad Juriſdictionem cumulativam ſpe-
ctantes explere, ſunt urgentiores. Prima ſi Prælatus
Loci, unà cum ſuo Clero, Cathedraticum, aut Cha-
ritativum Subſidium Epiſcopo perſolvere conſueverint
13 cum hujuſmodi ſolutio arguat ſuperioritatem Epiſcopi
& reſpectivam dependentiam Prælati, & Cleri,
proindèque nonniſi proprio Epiſcopo fiat à perſonis,
ſuæ ordinariæ Juriſdictioni ſubjectis, in ſignum ſubje-
ctionis, & ubedientiæ, ut notant *Barboſ. de Univ. Jur.
Eccleſ. Tit. de Charit. Subſid. tom. 2. cap. 21. nu. 3. Rot.
cor. Carill. dec. 126. num. 11. cor. Bich. dec. 290. numer.
25. & dec. 70. n. 4. part. 13. recen.* Secunda eſt receptio
14 Olei Sancti, facta, ab Eccleſia Matrice Loci à Ca-
thedrali Epiſcopi, quæ quandam dependentiam præſe-
fert, proindèque videmus, quòd Oleum Sanctum re-
cipere tenentur inferiores Eccleſiæ ab Eccleſiaſtica
Plebania, vel Matrice. *Rota cor. Zarat. deciſ. 10. n. 25.
15 & d. dec. 70. n. 56. part. 13. rec.* Tertia elicitur ab ap-
probationibus Confeſſariorum ad audiendas Sacramen-
tales Confeſſiones. *Rot. penes Poſth. de Manut. dec. 310.
n. 3., & cor. Zarat. d. dec. 10. num. 19. & dec. 22. n. 3.
part. 8. rec.* Quarta deſumitur à convocatione ad Syno-
dos Diœceſanas, & ad illas reſpectivè acceſſu Præla-
ti, & Cleri. *Rot. cor. Zarat. d. dec. 21. num. 32. & in
16 Gerunden. Juriſdictionis 17. Junii 1692., §. Etenim, co-
ram Molines.* Quinta ex collationibus Ordinum, ſeu
Dimiſſoriarum Litterarum conceſſionibus. *Rot. cor.
Zarat. d. dec. 10. n. 20. & dec. 21. num. 32. & dec. 70.
17 n. 36., & 57. part. 13. rec.* Sexta item ex deputatio-
nibus ad præſidendum in electionibus Abbatiſſarum,
18 & ad eas confirmandas, & ad illarum Monaſteria vi-
ſitanda, *cap. conquerente, de offic. Ordin. Rot. dec. 10. nu.
18. cor. Zarat., & cor. Merlin. dec. 84. num. 3.* Septima
19 ex erectionibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Con-
fraternitatum, & Locorum Piorum, ad *Text. in cap.
nullus omninò 16. quæſt. 7. Rot. cor. Rojas deciſ. 311. num.
2., & d. dec. 70. num. 2. part. 13. rec. & in d. Gerunden.
Juriſdictionis §. Etenim, cor. Molines.* Octava ex admi-
20 niſtratione Sacramenti Confirmationis in Loco. *Rot. d.
dec. 10. num. 21. cor. Zarat., & d. dec. 70. nu. 56. part.
21 13.* Nona ex licentiis Predicatoribus conceſſis annun-
ciandi verbum Dei. *Rot. penes Poſth. de Manut. dec. 310.
num. 3.* Itidemque valdè operantur ad effectum con-
vincendi ſubjectionem ac ſituationem Loci intra Diœ-
ceſim actus conceſſionis licentiarum alienandi bona
Eccleſiarum, uniones, ſeu diſmembrationes Beneficio-
rum; conſecrationes Eccleſiarum, & Altarium; appro-
bationes Patrimoniorum pro ſuſcipiendis Sacris Ordini-
bus; diſpenſationes ſuper defectu natalium, & ſuper 22
proclamationibus faciendis in contrahendis Matrimo-
niis, & inſtitutiones Beneficiatorum; dummodò ta-
men ſint plures, & ſcientibus, & patientibus Prælatis
geſti, & appareant effectum ſortiti, cum tales actus
non niſi in ſubditos, & ordinariæ Juriſdictioni ſubje-
ctos regulariter exerceantur, ut optimè *Rot. dec. 483.
n. 1. & 10. part. 14. rec., & in Gerunden. Juriſdict. de
Campo rotundo 4. Julii 1698. §. final. cor. Pio*, cum aliis
luculentiùs adductis in *Leodien. Juriſdictionis 25. Martii
1700. §. Clarior.; cor. Eminentiſſimo Scotto, & 29. Apri-
lis 1701. §. Verùm, & §. ſeqq. cor. Eminentiſs. Priol.*

Neque pro convincenda qualitate Territorii ſepara-
ti, & Exemptione à Lege Diœceſana, ſuffragatur In-
dultum Apoſtolicum, in quo Clerus, & Populus ſu-
ſceptus appareat ſub immediata protectione D. Petri, 23
& Sedis Apoſtolicæ: nam hujuſmodi ſuſceptio opera-
tur quidem Exemptionem paſſivam à ſuperioritate E-
piſcopi, ſed adhuc remanet ſubjectio activa illius Ju-
riſdictioni, cum, ut ſupra tactum fuit, Exemptio ſo-
la, quæ per dictam ſuſceptionem ſub protectione S. Se-
dis acquiritur, non ſit adeò efficax, ut ſeparet Locum
à Diœceſi, & conſtituat in ſtatu Loci independentis,
cum qualitate Nullius; nam ad hunc effectum, cum
agatur de privilegio exorbitanti, & Epiſcopali Digni-
tati adeo præjudiciali, requiruntur verba privilegii ad-
eò præjudiciali, requiruntur verba privilegii adeò cla- 24
ra, & expreſſa, quæ dictam omnimodam excluſionem
Epiſcopalis Juriſdictionis importent, nec in alium ſen-
ſum aliquatenus detorqueri valeant, *ad Text. in cap. re-
cepimus 8. in fin., & in c. ex part. 18. de privil. Chokier. de
Juriſd. in Exemp. part. 1. q. 9. numer. 3. Lotter. de Re Be-
nef. l. 1. quæſt. 24. numer. 91. & ſeq. Rot. in Brixien. Ju-
riſdict. 5. Julii 1688. §. Quibus, cor. Eminent. Caprara,
& in d. Leodien. §. Neutra, cor. Molines, & 4. Febr.
1699. §. Minoris, cor. Priol., & in Leodien. Juriſd.
ſuper bo. Jure 29. Aprilis 1701. §. Vindicata, cor. eodem.*
Hic autem recenſere incongruum, & ſupervacaneum
duco conjecturas, ſeu argumenta, ex quibus concludi-
tur qualitas Territorii ſeparati, cum omnimoda exem-
ptione ab Epiſcopali Juriſdictione; cum omnia in unum
collecta, & eruditiſſimè digeſta habeantur in prælle-
gata *Nullius*, ſeu *Fulden. Juriſd. ſuper bono Jure 1. Junii
1708. Rev. D. mei Anſaldi Decani*, quæ habebitur impreſ-
ſa in fine Operis.

Antiquam verò finem huic obſervationi impona-
mus. Circa hanc materiam Abbatialis Dignitatis duo
notanda ſunt: ac primò, quòd Abbates Regulares,
aliique Seculares, evocati ad generalia Concilia, li-
cèt habeant votum deciſivum, tamen illud non conſti- 25
tuunt niſi ſimul tres ex ipſis in eandem conveniant ſen-
tentiam, ut notavit *Cardinal. Pallavicin. in ſua Hiſtor.
S. Conc. Triden. p. 1. l. 6. n. 4.* Cum voti integritas non
competat, præſcindendo à peculiari Sedis Apoſtolicæ
privilegio, niſi perſonis, Epiſcopali dignitate ſulgen-
tibus. *Azor. Inſtit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 11. verſ. bis* 26
*omnibus, Ventrigl. de Juriſd. Epiſc. cap. 33. num. 10. Tam-
burin. de Jur. Abbat. diſput. 24. quæſt. 1. num. 1. & ſunt
etiam Text. in can. 2. diſt. 12., & can. Synodum, ead.
diſt. 12.* Secundò verò quòd Abbates benedictini præ-
cedunt ſingulares perſonas Canonicorum, & Digni-
tatum Eccleſiarum Cathedralium, non tamen quan-
do Capitulariter & in Corpore incedunt, quia tunc,
cum Epiſcopalem Cathedram repræſentent, illiuſque 27
radiis fulgeant, dictos Abbates præcedunt. *Felin. in
c. paſtoralis, num. 11 de offi. delegat. Tamburin. de Jur. Ab.
diſput. 25. quæſt. 2. Ricciardel. in Luc. Eccleſ. cap. 1. §. 3.
n. 11.* Neque cum adſit contraria conſuetudo, prout Lu-
cæ, cujus Canoninici Eccleſiæ Cathedralis, haben-
tes uſum Mitræ, & Juriſdictionem temporalem, præ-
feruntur etiam uti ſinguli Abbatibus Regularibus, cæ-
teriſque habentibus Inſignia Pontificalia, nec non Prio-
ribus quoque Collegiatarum, ut aliàs jam firmavit *Rot.
cor. Ghiſlerio 24. Januarii 1628. quæ eſt dec. 483. p. 5. rec. t. 2.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

De Præcedentia Canonicorum Cathedralis in Choro, & extra, cum Vicarin Epiſcopi, & cum Canonicis, & Dignitatibus Collegiatarum. Prima Dignitas in Cathedrali eſt de jure Archidiaconatus. De Præcedentia Vicarii Foranei, ac de illius Juriſdictione & officin.

S U M M A R I U M.

1 *Canonici Cathedralium parati, præcedunt Vicarium Generalem Epiſcopi.*
2 *Secus, ſi non ſint parati, nam eos ubique præcedit idem Vicarins.*
3 *Hoc tamen fallit, ſi adeſſet conſuetudo legitimè præſcripta.*
4 *Non tamen quando ſunt extra Chorum.*
5 *Dignitates Cathedralium præcedunt Dignitates Collegiatarum.*
6 *Dignitates Collegiatarum, an præcedant Canonicos Cathedralium.*
7 *Canonici Cathedralis non ſunt propriè in dignitate conſtituti.*
8 *Quid operetur circa dictam Præcedentiam conſuetudo.*
9 *Prima Dignitas, poſt Pontificalem, eſt Archidiaconatus.*
10 *Archidiaconus præcedit Archipresbyterum, etiamſi non ſit Sacerdos, & affertur ratio.*
11 *In eadem Eccleſia poſſunt eſſe plures Dignitates ejuſdem nominis.*
12 *In aliquibus Cathedralibus prima Dignitas eſt Decanatus, in aliis Archipresbyteratus, & in aliis Præpoſitura.*
13 *Quocunque tamen nomine nuncupetur prima Dignitas, cæteras præcedit.*
14 *De Jure quomodo regulanda veniat Præcedentia inter Dignitates.*
15 *Quid operetur, ad dictum effectum, prior poſſeſſio.*
16 *Prædictæ Dignitates non habent Juriſdictionem, licèt ſint veræ Dignitates.*
17 *Canonicis Cathedralis, tam Collegialiter, quàm ſingulariter, debetur Præcedentia ſupra Canonicos Collegiatæ, non obſtante contraria conſuetudine.*
18 *Amplia, etiam in ipſa Eccleſia Collegiata.*
19 *Vicarius Foraneus quando præcedat Præpoſitum Collegiatæ.*
20 *Vicarius Foraneus non eſt in dignitate conſtitutus.*
21 *Quam Præcedentiam habeat, ſi ſit etiam Canonicus Collegiatæ.*
22 *Vicarius Foraneus* in *Proceſſionibus Synodi præcedit Clerum Diœceſis.*
23 *Inferior non poteſt tollere legem Superioris.*
24 *Declarationes Sacrarum Congregationum, an obligent, ſi non fuerint acceptatæ.*
25 Sacr. Cong. Rit. *eſt inſtituta pro ſacris Ritibus.*
26 *Declaratur quodam Decretum* Sacr. Congr. *circa Præcedentiam.*
27 *Relatio reſtringitur ad illud, quod eſt in relato.*
28 *Vicario Foraneo quare debeatur Præcedentia.*
29 *Duo vincula magis ſtringunt, quàm unum, idque procedit etiam in materia Præcedentiæ, & afferuntur exempla.*
30 *Dupliciter qualificatus quando anteferatur ſimpliciter qualificato.*
31 *Vicarius Foraneus in multis gerit vices Epiſcopi.*
32 *Dicitur Foraneus, quia foris in illa parte Diœceſis retinet Tribunal.*
33 *Ejus Cancellarius gaudet privilegio Fori.*
34 *Archipresbyter Ruralis quam Juriſdictionem habeat de Jure antiquo.*
35 *In locum dicti Archipresbyteri ſucceſſit Vicarius Foraneus.*
36 *Decidit cauſas minores, & quam juriſdictionem exerceat* num. ſeq.
38 *Fabricat Proceſſus Informativos in criminalibus.*
39 *Poteſt inhibere cum cauſa Confeſſario approbato, nè audiat Confeſſiones.*
40 *Ad eum ſpectat revidere computa Locorum Piorum, & alia de quibus* n. ſeq.
43 *Eidem Vicario debetur obedientia, etiam à Sacerdote Officiali Sac. Inquiſitionis.*
44 *Sicuti Miniſtri Principis ſecularis ſunt honorandi, ita etiam Vicarii Foranei, qui ſunt officiales Epiſcopi.*
45 *Vicarius Foraneus Canonicus præcedit cæteros Canonicos de ſua Vicaria.*

T I T U L U S X.

SEd ut à diverticulo in viam, quam cœpimus, redeamus, Dignitates, & Canonici Cathedralium
parati, præcedunt in Choro, & Proceſſionibus, Vi- 1
carin Generali Epiſcnpi; præſentis, vel abſentis: *Rota Rom. part. 2. diverſ. deciſ.* 316. Quòd ſi non ſint parati, Vicarius Generalis, tam in Coro, quàm extra, an-
teſertur Dignitatibus, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ 2
Cathedralis in functionibus Eccleſiaſticis publicis, & privatis, ac in omnibus actibus, vel civilibus, ita *Moſtrill. dec.* 13n. *a. ult. Caputaq. dec.* 307. *aum.* 5. *Urſell. l. e. concl.* 137. *a.* 23. *Leo in Theſaur. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Verum eſt, quòd ſi in aliquibus Eccleſiis adeſſet præſcripta conſuetudo, quòd prima Dignitas in Chorn, & Proceſſionibus anteponatur in præſtantinri ſeſ-
ſione, & loco, eidem Vicarin, eſſet valida, & ſervan- 3
da. *Nav. conſ.* 1. *num.* 3. *de major. & obed.* & innuit *Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 3. *tit. de Sed. Epiſc.*, ut nbſervat *Mar. Italia de Immun. lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. *n.* 15.

Dixi in Choro; Nam in actionibus civilibus, dum Archidiaconus, vel aliæ Dignitates deambulant, utì ſinguli, cum Vicario Generali, ſemper præſtantior lo-
cus debetur Vicario, & contraria conſuetudo non eſ- 4
ſet attendenda, quia repugnaret Juri naturali. *Abb. conſ.* 21. *part.* 1. *Sbroz. de Off. Vic. quæſt.* 1. *e.* 1. *n.* 5. *lib.* 1.

Dignitates Cathedralium præcedunt Dignitates Col-
legiatarum, & Canonicos Cathedralium. *Monet. de Opt.* 5
cap. 4. *quæſt.* 8. *num.* 15n. & alii communiter. Eſt verò quæſtin, ſatis controverſa; num Dignitates Collegiatæ, quæ non ſint primæ, & capita, debeant præ-
cedentiæ locum cedere Canonicis Cathedralium utì 6
ſingulis. Et conſulendum arbitror in ſavorem hujuſcemodi Dignitatum; etenim is anteponendus eſt, qui majorem nbtiner Dignitatis gradum, ſive honoris præ-
rogativam: *cap. Epiſcopos, ubi Gloſ. de major. & obed.* 7
Buratt. dec. 903. *n.* 18. At clarum eſt, Canonicos, vel Cathedralis, de per ſe, latè tantùm, non propriè eſſe in dignitate conſtitutns, prout verè ſunt Collegiatarum Dignitates. *Caſſan. lib.* 1. *conſid.* 38. *Abb. antiq. in cap. Quiſquis, de elect. Bald. in cap. Paſtoralis, de off. deleg.*

Nec prædictis obſtat *deciſio Rotæ Rom.* in *una Lucana ſub die* 24. *Jan.* 1628., quam refert *Dan. de Nob. diſp.* 45. *n.* 5., in qua reſnlvitur, Præcedentiam in caſu, de quo loquimur, deberi Canonicis Cathedralis: quia
id determinatum fuit in vim conſuetudinis Civitatis 8
Lucæ; aliàs Dignitates Collegiatarum bonum Jus ſovere, ac pro ſe Juris aſſiſtentiam habere, innuit eadem Rota, ubi ſupra. At verò circa Dignitates Cathedralium inter ſe, primæ Dignitati ſuper cæteras debetur præcedentia.

De jure Dignitas prima poſt Pontificalem eſt Archi-
diaconatus. *Alex. conſ.* 172. *n.* 4. *lib.* 6. *Marc. dec.* 1365. 9
num. 5. *part.* 1. & *Gram. dec.* 64. *n.* 2. Et præcedit, licèt non ſit Sacerdos, tam in Eccleſia, quàm extra, Archipresbyterum Sacerdotio inſignitum: *Urſell. ubi ſupra concl.* 137. *n.* 5. Et ita fuit deciſum à *Rot. Rom.* ut refert
Theod. Rab. ſingul. part. 4. *tit. de præced.* Ratin eſt, quia 10
Archidiaconus eſt major ratione adminiſtrationis, licèt ſit minor ordine. *Ludoviſ. dec.* 411. *numer.* 5. *Farinac. dec.* 244. *numer.* 3. *part.* 3. Plures ejuſdem nominis
Dignitates in eadem Eccleſia eſſe poſſunt. *Fillíuc.* 11
tract. 41. *cap.* 1. *num.* 27. *part.* 3. *in addit.* inquit, in Cathedrali Toletana reperiri ſex Archidiaconos.

Ad primnm tamen, nè proveniant confuſiones, ſemper ſpectat inſervire in his, quæ ad ejus nfficium pertinent, &, en impeditn, antiquior in poſſeſſinne ſupplet. *Ant. de Butr. in cap. Ex parte, aum.* 8. *de off. deleg.* Di-
xi de Jure, quia de conſuetudine, quæ attendenda 12
eſt, *Buratt. dec.* 473. *n. ult. part.* 2., in nonnullis Cathedralibus prima Dignitas eſt Decanatus; in aliis Ar-

chipreſ-

Digitized by Google

chipresbyteratus; in aliis Præpoſitura. *Marc. l. c. dec.*
365. n. 8. Pariſ. conſ. 31. nu. 40. Et qui primam Di-
gnitatem retinet, quocunque nomine vocetur, ubi-
que præcedit alias ejuſdem Eccleſiæ Dignitates, et-
13 iam Archidiaconum, licèt ipſe de Jure præcedere de-
beat Archipresbyterum, & Archipresbyter Deca-
num, Decanus Præpoſitum, Præpoſitus Primicerium,
14 ſive Theſaurarium, vel Sacriſtam, de quibus vide
Moſcon. de Majeſt. Mil. Eccl. lib. 1. cap. 16. Alex. conſ.
77. n. 5. vol. 2. In Collegiatis verò, firma ſemper re-
manente præeminentia primæ Dignitatis, inter cæ-
teras ejuſdem Collegiatæ Dignitates, deficiente con-
ſuetudine, vel Statuto, ubique præfertur, qui prior
15 dignitatis poſſeſſor extitit pacificus, ſive nuncupetur
Archidiaconus, ſive aliis nominibus, quorum ſtatim
meminimus; Ita docet *Manriq. de Præced. quæſt. 5. n.*
5. Ratio eſt, quia hæ Dignitates nullam habent Ju-
riſdictionem, vel adminiſtrationem, aut officii exer-
16 citium. *Abb. in cap. 5. de Cler. non reſid. & Gorgon. lib.*
8. quæſt. 1. cap. 2. ſunt tamen veræ Dignitates, ut di-
ximus, & latè probat *Menoch. de Arbitr. Jud. cent. 1.*
caſ. 168. n. 53.

Canonicis Cathedralis, tam collegialiter, quàm
ſingulariter reſpectivè major debetur præeminentia,
17 quàm Canonicis Collegiatæ, non obſtante quacun-
que conſuetudine in contrarium. *Penia dec. 1603. nu.*
2. part. 2. Azor. part. 2. lib. 3. cap. 11. Immò ſi Colle-
gialiter cum Epiſcopo accederent ad Eccleſiam Col-
legiatam pro peragenda aliqua functione Eccleſiaſti-
18 ca, anteponuntur in ſeſſionibus, & thurificationibus,
non ſolùm Canonicis Collegiatæ, ſed eorum Præpo-
ſito. *Urſell. concl. 137. num. 18. Barb. ſuper cap. Non*
licet, numer. 4. de præſcript. Gratian. cap. 115. numer.
11. Buratt. dec. 903. num. 16. tom. 3. Videatur *Tam-*
burin. de Jur. Abb. tom. 1. d. 25. in fin. ubi diſponit
19 loca Canonicorum Cathedralis, & Collegiatæ in
hoc caſu.

An verò Collegiatæ Præpoſitus ſit præferendus Vi-
cario foraneo, cum diſtinctione reſpondeo; quòd in
Congregationibus, quæ ab ipſo menſatim fiunt, præ-
fertur Vicarius foraneus; ita de mente S. R. C. tra-
dit *Cancell. de Præced. dub. 13.* In aliis autem actibus
Collegiatæ Præpoſitus anteponitur Vicario foraneo,
ſecundum *Ricc. in Prax. part. 1. tit. Praxis Præceden-*
tiarum, reſol. 562., qui movetur ea ratione, quoniam
Præpoſitus eſt verè in Dignitate Eccleſiaſtica conſti-
20 tutus, & Vicarius foraneus propriè non dicitur ob-
tinere Dignitatem, ſed officium. *Gloſ. in cap. 1. de*
off. ordin. in 6. Caſtropal. part. 1. tr. 3. diſp. 4. pun. 16. §.
7. nu. 16. Aliud apud nos emerſit dubium; numquid
idem Vicarius, qui ſimul eſt Canonicus, ſit antepo-
nendus ejuſdem Collegiatæ ſimplici Canonico ævo ma-
jori? & reſpondi, In Choro, Proceſſionibus, ac aliis
21 actibus Capitularibus, illum eſſe conſiderandum uti
Canonicum, & conſequenter in his non poſſe præ-
tendere præcedentiam à Canonico antiquiori in Cano-
nicatu: at extra dictas functiones, competere Cano-
nico Vicario, non refragante quodam Sac. Congreg.
Decreto, quod oſtentat quidam in ſua ſenectute glo-
rians, in quo habetur, priorem in Sacerdotio præpo-
nendum eſſe Vicario foraneo in Eccleſiis, & extra,
prout ab ea pluries fuit deciſum: Circa quod adver-
tendum, inſinuata Decreta in multis Provinciis, qua-
rum unaquæque abundat in ſuo ſenſu, *ex cap. Certifi-*
cari, de ſepult., non fuiſſe recepta, etiam in functio-
nibus Eccleſiaſticis, ut refert *Gavant. Sac. Rit. Congr.*
Conſultor, in ſua Prax. de Synod. part. 1. cap. 9. Vica-
rium foraneum in Proceſſionibus Synodi incedere cum
22 Pluviali, ac præcedere Clerum Diœceſis, & in his
partibus à centum annis, & ultra, per Synodicas San-
ctiones antiquas, & recentiores decernitur, ut omnes
de Clero ejus Vicariæ honorabiliorem locum ubique
cedant Vicario foraneo, demptis functionibus, Pa-
rochi officium in propria Eccleſia concernentibus,
quod cum à tempore immemorabili fuerit in more po-
ſitum, non ſolùm apud nos, ſed in finitimis Diœce-
ſibus, non tollitur à S. C. Decreto, quamvis canta-
ret, *non obſtante conſuetudine. Covar. Var. lib. 3. cap.*
13. num. 5. Gonzal. l. c. gloſſ. 33. num. 9. Nec vinces,
dicendo, Epiſcopum non poſſe ſtatuere contra decla-
23 rationes S. C., cum inferior tollere nequeat legem

Superioris. *Clem. Ne Romani, de elect. Gloſſ. in Clem.*
ſæpè, de V. ſignif. Sot. in 4. diſt. 33. quæſt. 1. art. 2. Ga-
ler. de Renunc. lib. 3. cap. 1. num. 32., & clarum eſt,
S. Congregationem eſſe ſuperiorem quocunque Ordi-
nario, ad tradita per *Pellizzar. de Monial. cap. 5. ſect.*
4. num. 584. Nam, vel in opinione eorum, qui re-
neut, has Declarationes eſſe leges, reſpondetur, eas 24
non obligare, quando ab initio non fuerunt receptæ,
ut in caſu noſtro: ità *Vidal. loc. cit. tit. de Can. inq. 1.*
num. 10. Boſſ. de tripl. Jub., & de Matrim. tom. 1. cap.
8. numer. 75. Valer. de diff. utr. for. V. abſolutio numer. 20.
Manriq. de Præced. quæſt. 52. num. 4. & quæſt. mor. part.
1. cap. 15. num. 14. fuſiùs docet *Verricell. tract. 2. quæſt.*
6. & 52. num. 10. tract. 8. id amplians, etiamſi fuerint
ſolemniter publicatæ, & ſequitur *Leotard. de Uſur. qu.*
44. num. 5. Quamplures apud *Barboſ. Gavan.*, & alios
apparent S. C. Declarationes, quæ ſi non exiſtunt ac-
ceptatæ, non obligant. Sed concedamus, abſque ve-
ri injuria, memoratum Decretum, in quo dicitur, de-
beri Præcedentiam Præsbyteris ſenioribus in Eccleſiis,
& extra, eſſe receptum: certè non loquitur in con-
greſſibus civilibus, ut in accubitu ad menſam, deam-
bulationibus per vias, & plateas, & ſimilibus pro-
phanis actibus, circa quæ S. R. C. nunquam ſe intro-
mittit ad decidendas Lites Præcedentiæ, cum ſit tan- 25
tùm inſtituta pro Sacris Ritibus, ut elicitur ex nomi-
ne, ac notat *Brancatt. in Epit. S. Congr. Rit.* Nec his
contrariatur illa particula, *extra*, relata in eodem de-
creto, quæ interpretatur ſecundum ſubjectam mate-
riam, ſcilicet in Eccleſiis, & extra, hoc eſt in Pro-
ceſſionibus, quæ fiunt extra Eccleſiam, ac in aliis 26
actibus Eccleſiaſticis; videte *Card. Tuſc. lit. V. concl.*
95. Gozadin. conſ. 30. nu. 16. & Barboſ. axiom. 167. nu.
6. Quod evidentiùs patet ex ipſius Decreti ſequentibus
verbis, nempè, *ut alias pluries fuit deciſum*: Quando-
quidem inſinuatæ declarationes ſolummodò tractant de
Functionibus Eccleſiaſticis; ut videre eſt apud *Barb.*,
qui eas omnes recenſet de *Can. & Dign. cap. 18. n. 59.*,
& clarum eſt, quòd relatio ſemper reſtringitur ad il- 27
lud, quod eſt in relato dumtaxat. *Grat. Diſcept. For.*
cap. 401. n. 16. Mar. Ant. Var. lib. 2. reſol. 59. caſ. 19.
His præmiſſis; quia in actibus civilibus competit Præ-
cedentia ei, qui habet majora merita, *Gloſ. in cap. à*
multis, de ætat. & qual. ord. V. obſervare, Leunell. de
Præcedentia quæſt. 6. art. 6. Mar. Ant. l. c. lib. 1. reſol. 81.
num. 2. & alii paſſim; non erit dubium in his actibus 28
Præcedentiam deberi Vicario foraneo: tum quia ob
publicum officium, quod gerit, in majori ſolicitudi-
ne, & adminiſtratione verſatur, *cap. per ſingulos 2.*
quæſt. 3. & arg. Text. in cap. cum illis, de preb. in 6. ob-
ſervat *Samuell. l. c. contr. 2. n. 15.* Tùm quia duas reti-
nendo qualitates, conſiderabiles ad Præcedentiam,
Vicariatus, & Canonicatus, habet Jus potentiùs,
cum retineat iſtud plus, quod præponderat, nempè
Vicariatum. *Vivian. ſuper cap. duobus, de reſcript. Me-*
noch. conſ. 51. n. 31. vol. 1.

Duo enim vincula ſunt fortiora, quàm unum; ut
in hunc ſenſum ſcribit *Tirnquell. de Nob. cap. 5. nu. 8.* 29
Sic Prælatus Referendarius Canonicus, extra fun-
ctiones, quæ fiunt in Eccleſia, præcedit alios Cano-
nicos, etiam antiquiores, ut notat *Cantell. de Præced.*
quæſt. 1. nu. 9. Et Epiſcopus retinens officium in Cu-
ria, anteponitur cæteris Epiſcopis antiquioribus. *Caſ-*
ſan. in Cath. glor. Mund. par. 5. conſid. 37. Menoc. conſ.
126. numer. 14. part. 2. Pariter inter Seculares, Co-
mes, & Marchio præfertur ſimplici Marchioni. *Mol.*
conſ. 167. n. 80. Dec. l. c. conſ. 161. ubi aſſeverant, Militem,
& Doctorem anteferri in honoribus Doctoratus tantùm
gradu honeſtato; Prout Juris utriuſque Doctor antecellit
unica ſolùm facultate decoratum; *Rom. conſ. 333. Ca-*
vall. quæſt. 693. num. 36. Sylv. in Summ. V. Doctor. Atque 30
ſecundum omnes dupliciter qualificatus anteſertur al-
teri ſimpliciter qualificato, quando, ut ait *Cobell. l. c.*
cap. 31. numer. 153. adjuncta qualitas eſt conſiderabi-
lis, ut in præſenti caſu; namque hoc officium Vica-
rii foranei eſt aliquid, & non parvæ æſtimationis: Ita
his formalibus verbis ſcriptum reliquit doctiſſimus *Bor-*
don. in ſuo *Tract. de Præced. quæſt. 396. numer. 535.*
ejuſque nomen non eſt inane inter dentes, ut dixe-
runt quidam deſpicientes. quæ conſequi nequeunt,
ex *Ghiac. de Synd. ſub numer. 390.* Sed, teſte *Boſſ. de*
Ma-

Matrim. tom. 1. *cap.* 4. §. 26. *n.* 68. proprietate ſermonis
nuncupatur Vicarius foraneus Epiſcopi: *Gloſ. in Clem.*,
& ſi, *tit. de reſcript. Vidal. in Oper. mor. tit. de Vicar.*
31 *inq.* 1. Quia in multis gerit vices Epiſcopalis Digni-
tatis: quæ cum non debeat repræſentari à vili mini-
ſtro; *Gloſ. in cap. Statutum de reſcript. Caſtr. Pal. tom.*
1. *tr.* 3. *diſp.* 4. *pun.* 16. §. 8. *num.* 2., ad id Vicarii
munus eligendam eſſe ab Epiſcopo perſonam non vul-
garem, ſtatuit *D. Carol. in Conc. Prov. hoc tit. part.* 2.
Et dicitur Foraneus, quia foris in illa parte Diœceſis
32 proprium Tribunal facit. *Vitalin. in dicta Clem.*, *& ſi*
nu. 2. *Lazzar. can. qq. quæſt.* 6. *nu.* 9. *Vidal. l. c.* Qua-
mobrem ſuum retinet Cancellarium, qui gaudet fori
33 Eccleſiaſtici privilegio, ut probat *Ciarl. contr. for. cap.*
86. *n.* 60. *tom.* 2.

De jure antiquo Archipresbyter Ruralis poſſidebat
juriſdictionem ordinariam in determinando minora,
34 referendo graviora ad Epiſcopum, *Gloſ. in cap. Ut ſin-*
guli, *de off. Archipresb.* ubi *Abb. Alagon.*, *& alii Canoni-*
ſtæ, & firmat *D. Anton. in Summ. part.* 3. *tit.* 19. *cap.* 7.
circa fin. Ordinaria juriſdictio dicitur illa, quando
quis agit virtute illius: Delegata, regulariter loquen-
do, dependet à Delegante; dum juriſdictio alterius
alicui committitur. *Vidal. in append. inq.* 50. *nu.* 114.
Inſinuata Archipresbyteri Ruralis Ordinaria juriſdi-
ctio modò extincta eſt, & ipſius loco, teſtibus *Bero.*
ubi ſupra *num.* 4. *& Barb. de Can. & Dign. cap.* 6. *n.*
28. ſuffectus fuit Vicarius Foraneus, qui in modicis
35 cauſis, quas innuunt *Gloſ. in Clem. & ſi principalis V.*
Foraneos, *de reſcrips.*, *& in cap.* 1. *de off. ordin. ac in*
cap. Romana, *eod. tit. Vener. de Exam. lib.* 4. *cap.* 12.
36 *num.* 5. reputatur veluti Ordinarius, quia hujuſcemo-
di cauſas minores ex proprio officio decidit, & quia
Epiſcopus non poteſt commorari in omni Territorio
ſuæ Diœceſis, tenetur habere Vicarios Foraneos, ne
Clerici Diœceſani ob quamlibet levem cauſam, Epiſ-
copum adeundo, nimium fatigentur laboribus, &
expenſis, ut habetur in *Archiepiſcop. Bonon. hoc. tit.* &
fuſiùs docet *Guazzin. in tract. de deſe. Anim. lib.* 2. *cap.*
ult. n. 24. *in addit.* In his cauſis ad ſuum Auditorium
vocat, citat, ac mandata executiva in civilibus re-
laxat, quæ Superioritatem, ac Juriſdictionem ipſius
ſuper Clerum ſuæ Vicariæ oſtendunt. *Ber. Grev. conſ.*
56. *n.* 2. *Vrvian. in cap. Qualiter*, *de Cler. non reſid.* Par
37 etenim nou citat parem, ſed requirit, ut notat *Card.*
Tuſc. lit. P. conc. 89. *n.* 16.

In Criminalibus per ſe Proceſſus informativos fa-
bricat. *Gavan. in Man. Epiſcop. V. Vicarius num.* 3. Fa-
cit Præcepta pœnalia pro novi operis nunciatione, vel
38 pro tollendo aliquo ſcandalo, & in gravi crimine de-
prehenſos detrudi mandat in carcerem: Atque in aliis
gravibus contingentibus, expedito remedio Indigenti-
bus providet: videatur *Molſ. l. c. tract.* 3. *cap.* 10. *num.*
39 24. Cum cauſa inhibet Confeſſario, ab Epiſcopo jam
approbato, nè audiat Confeſſiones. *Nav. lib.* 5. *conſ.*
40 29. *de ſent. encom. Say. in Flor. eod. lib. & tit. deciſ.* 30.
Vulp. in Prax. cap. 35. *num.* 5. Ad ipſum ſpectat Pio-
41 rum Locorum computa revidere, *Moſcon. l. c. tit. de*
Socies. fol. 360. Quod nil aliud importat, quàm reli-
quum ſolvere. *Ricc. in Prax. part.* 2. *reſ.* 2. Super ci-
bis vetitis, attenta Medicea fide, diſpenſare, ac ope-
ra ſervilia exercendi in Feſtis cum cauſa licentiam da-
re. *Guazzin.*, ubi ſupra, *Poſſev. de off. cur. cap.* 12. *n.*
59., & determinavit Sac. Conc. Cong. relatoribus
Gav. l. c. V. Feſti dies, *numer.* 1. *in addit. Moron.* ubi ſu-
pra *reſp.* 8. *num.* 11. Et ita Sac. Cong. Epiſc. & Reg.
jam ſcripſit Archiepiſcopo Materæ *ſub die* 12. *Novem-*
bris 1599. In cauſa vertente inter Vicarium Fora-
neum, & Parochum. Alia conſultò ſubticeo de jure,
42 & de conſuetudine, quæ ſecundùm omnes dant Juriſ-
dictionem *Oldrad. conſ.* 11., *&* 128. *Ambroſ. de imm.*
cap. 14. *num.* 11. Ac vigore Conſtitutionum Synoda-
lium eidem Vicario competentia. In noſtris manda-
tur, ut omnes de Clero ſuæ Vicariæ in ejus Officio
ei obediant. Idem ſtatuit *D. Carol.*, ut refert *Brancat.*
in Epit. Can. V. Epiſcopi Vicarius: Nec ab hujuſmodi
obedientia Sacerdos Secularis eximitur, etiam ſi eſſet
Officialis Sac. Inquiſitionis, ut tradit *Ciarl. contr. for.*
43 *part.* 2. *cap.* 120. *per tot.*, & cui debetur obedientia,
ab his debetur Præcedentia, ut reſolvit *Abb. in ſingul.*
V. obedientia.

Miniſtri Principis Secularis de rigore ab aliis ſunt
honorandi, ut pluribus rationibus probat *Ricciull. l. c.*
cap. 16. *num.* 4. Multò magis ab Eccleſiaſticis ſuæ Vi- 44
cariæ in communibus congreſſibus honorandus eſt Vi-
carius foraneus, non ſolùm quia eſt Officialis Epiſco-
pi *ex clem.* 2. *reſcript. Bero. in rubr. de pot. Jud. deleg.*
Covar. pract. qq. lib. unic. cap. 4. *num.* 8. *Syl. in ſum. V.*
Vicarius, *num.* 4. *Gratian. cap.* 225. *num.* 4. Sed, ob
inſinuatam ejus talem qualem Juriſdictionem, à præ-
fatis eidem debetur memoratus honor Præcedentiæ,
ut carpitur ex *Dec. conſ.* 161. *Menoch. part.* 2. *conſ.* 126.
num. 17. *Paſqual. dec.* 105., & concordant omnes, ut
inquit idem Doctor in ſuis *cent. part.* 1. *quæſt.* 79. Da-
ta in cæteris paritate, ut ſequitur inter Vicarium fo-
raneum Canonicum, & cæteros Canonicos de ſua Vi- 45
caria, horum quippe, ratione Vicariatus, cum ſit
prior, erit quoque major, prout his præciſis verbis
concludit *Bordon. de Præced. quæſt.* 196. *n.* 535. Secus
dicendum de Canonicis Cathedralis, qui ubique præ-
cedunt Vicarios foraneos, & cæteros de Clero Civi-
tatis, & Diœceſis. *Abb.*, *& Fely. in cap. cum non li-*
ceat n. 4. *de præſcript.*

A R G U M E N T U M.

Vigore immemorabilis conſuetudinis introduci poteſt, quòd, conveniente Capitulo Eccleſiæ Cathedralis cum Capitulo Collegiatæ, Dignitates, & Canonici unius Eccleſiæ cum illis alterius confundantur, & miſceantur, ſervata tamen ordinis Dignitate, & Præeminentia. An, & quando ſervari debeat conſuetudo, quod aliquæ Perſonæ digniores de Clero ſedeant, ac in Proceſſionibus immediatè incedant poſt Canonicos, immò, & in Capitulo vocem habeant. An, & quando Vicarius Generalis Epiſcopi Præcedentiam habere debeat ſupra Canonicos, & poſſit occupare Sedem, ſeu Stallum primæ Dignitatis, vel potiùs ei debeatur, extra Subſellia Canonicorum, Sedes cæteris honorabilior.

S U M M A R I U M.

1 *Dignitates, & Canonici Eccleſiæ Cathedralis cæteris Clericis præcellunt, ac etiam Dignitatibus, & Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, maximè quando capitulariter incedunt.*

2 *Conſuetudine immemorabili introduci poteſt, ut occaſione alicujus Sacræ Functionis Dignitates, & Canonici Cathedralis miſceantur, una cum Dignitatibus, & Canonicis Collegiatæ, ac per modum unius ſedeant, ſeu incedant, ſervata tamen Præeminentia, & ordinis dignitate, ita ut Dignitates Cathedralis præcedant illas Collegiatæ, & Canonici Canonicos*, & n. 4.

3 *Tanta eſt immemorabilis conſuetudinis vis, ut, ceſſante irrationabilitate, non ſit attendenda contraria Juris diſpoſitio.*

5 *Affertur temperamentum in ſimili caſu adhibitum à S. Conc. Congreg.*

6 *Extraneæ Perſonæ non debent cum Capitulo intermiſceri.*

7 *Limita, quando adeſt conſuetudo legitimè præſcripta, & potiſſimùm immemorabilis.*

8 *Servanda pariter eſt conſuetudo, qua aliquæ Perſonæ digniores ex Clero locum habent immediatum poſt Canonicos, ita ut cum dictis Canonicis unum, & idem corpus repræſentent*, & n. 11.

9 *Conceſſio loci Canonicalis facta à Capitulo Perſonæ extraneæ conſtituit illam quodammodo de illius gremio.*

10 *Immò poteſt etiam facere conſuetudo, ut Perſonæ extraneæ locum, & vocem habeant in Capitulo.*

12 *Capellani, ſeu Beneficiati, aliique Clerici Eccleſiæ Cathedralis, cum unum corpus conſtituant, non debent dividi, ac ſeparari à Canonicis.*

13 *Declara, quando plura adhibentur vexilla; ſecus, ſi totus Clerus ſub unica Cruce incedat*, & numer. 14.

15 *Qui Præcedentiam habet in actibus, qui intra Eccleſiam geruntur, illam habere debet, & in iis, qui extra Eccleſiam fiunt.*

16 De-

16 *Declara, quatenus tam in Eccleſia, quàm extra quis eandem perſonam repræſentet.*

17 *Conſuetudo non eſt operativa in caſu diverſo, nec de caſu ad caſum extenditur.*

18 *Vicario Generali Epiſcopi ſemper, & ubique debetur Præcedentia ſupra Canonicos. Sacris veſtibus non indutos.*

19 *Idem Vicarius Generalis non debet ſub quocunque prætexta occupare Sedem primæ Dignitatis, ſed debet eſſe contentus Sede, ita & taliter ſituata, ut prima, & cæteris dignior appareat,* & oum. 2*n.*

20 *Limita, ubi adeſt contraria obſervantia, quæ videtur toleranda.*

21 *Non tamen cenſetur Vicarius Generalis, ſedens ex conſuetudine loco primæ Dignitatis, illius Stallum occupare.*

23 *Declara prædicta, circa Præcedentiam Vicarii Generalis non habere locum, quando Epiſcopus cum ſuo Capitulo in aliqua functione ſtant, ſeu incedunt per modum unius, nè hoc caſu ſequatur abſurdum, quòd caput, quod eſt Epiſcopus ſeparetur à membris, ſcilicèt Canonicis.*

24 *Et tunc, ſi aliàs prædictum inconveniens evitari non poſſit, debet ab interventu abſtinere.*

25 *Non dicitur tamen Epiſcopus unum corpus facere cum omnibus Canonicis, quando in ſua Cathedra Pontificali ſedet cum Canonicis aſſiſtentibus, ſed tantùm cum dictis Canonicis aſſiſtentibus, adeo ut eo caſu Vicarius debeat admitti.*

26 *Vicarius, tanquam extraneus, non debet deſcendere ad circulos, quando Epiſcopus cum Cappa, vel Pluviali in ſua Cathedra aſſiſtit Miſſæ ſolemni.*

27 *Communior, & receptior hodie videtur opinio, quod Vicarius Generalis ſedere debeat in Synodo Diæceſana, immediatè poſt Epiſcopum.*

28 *Dubitatur de ſubſiſtentia rationis, quam Auctores tradunt præcedentis concluſionis.*

29 *Approbatur motivum, adductum à* Rot. in Hiſpalen. Juris ſedendi in Syoodo coram Mut. *conſuetudini innixum.*

30 *Quid in hac quæſtione, præcluſa conſuetudine, ſentiat* Add.

31 *In quibus terminis procedat eadem* Hiſpalen. *Juris ſedendi in Synodo.*

32 *In materia Præcedentiæ, occaſione interventus Canonicorum cum Epiſcopo, canonizzatur à* Rot. diſtioctio, *inter caſum, quando Canonici capitulariter, & illum quando ſingulariter interveniunt.*

ANIMADVERSIONES.

QUamvis extra dubitationis aleam poſitum ſit Di-
gnitates, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ,
uti refulgentes radiis Cathedræ Epiſcopalis, &
cum Epiſcopo corpus principale Eccleſiæ conſtituen-
tes, cæteris Clericis præeminere, ac etiam Dignita-
1 tibus, & Canonicis Collegiatarum, maximè quando
Capitulariter, & in corpore incedunt; vel conve-
niunt, Corpus Capituli repræſentantes *De Luc. de præeminen. diſc. 17. num. 4. Pignattel. conſult. 48. num. 50. tom. 3. Rot. dec. 111. num.* 10. *& 11. part. 5. rec.* cum
aliis adductis *in Colonien. Præcedentiæ impreſſ. ad De Luc. ad mater. juriſdict. deciſ. 27. num. 1. tom. 1.* Nihilominus
immemorabili conſuetudine introduci poteſt, eaque
ſervanda eſt, ut conveniente ad aliquam Sacram fun-
ctiooem Capitulo Cathedralis, unà cum Capitulo
alicujus Collegiatæ, non unumquodque Corpus ſepa-
2 ratum ab altero incedat, ſeu ſedeat; ſed quod Di-
gnitates, & Canonici Cathedralis, unà cum Digni-
tatibus, & Canonicis Collegiatæ ad invicem confun-
dantur, & miſceaotur, ac per modum unius Corpo-
ris progrediantur, ſeu interſiot, ſervata tameo cu-
juslibet ordinis dignitate, ac Præeminentiæ, ita ut
Dignitates Cathedralis præcedant illas Collegiatæ, &
Canonici Canonicos. Et quamvis hujuſmodi confuſio
3 Corporum adverſetur Juris diſpoſitioni, attamen eſt
adeo efficax operatio immemorabilis conſuetudinis,
ut ceſſante irrationabilitate, in illios concurſo non
ſit curanda Juris cenſura, ut latiùs fuit animadver-
ſum in primis noſtris *Animad. ad titul. 1. lib. 1.* In
propoſita autem facti ſpecie ceſſat irrationabilitas
quam ſanè confovere non poteſt immemorabilis, cum
tunc mereatur nomen corruptelæ, & abuſus; quia 4
minor non præcedit majorem, dum io pari ordine Ca-
pitulum Cathedralis ſuam majoritatem, ac Præceden-
tiam conſequitur, ut latè diſcuſſo articulo reſpondit
Rot. in præallegata Colonien. Præcedentiæ impreſſ. poſt De Luc. ad Mat. Juriſd. dec. 27. n. 31. & io confirmato-
ria ibid. *impreſſ. dec. 28. n. 17. ac per tot.*

Et ad arcendam dubietatem, quod in confuſione
Diverſorum Corporum non interveniant irrationabili-
tes, dummodo ordo ordini præferatur, facit, tempe-
ramentum adhibitum *S. Congreg. Concil. in Nolana 4. Maji 1697. in lib. Decr. 47. fol. 196.*; in qua, cum eſ-
ſet orta controverſia inter duo Capitula Collegiata- 5
rum ſuper Præcedentia, occaſione iminentis Synodi
Diæceſanæ, nec jura Partium circa eamdem Præ-
cedentiam, eſſent clara, ita ut poſſet controverſia an-
te ipſius Synodi convocationem terminari, decrevit,
quod, ſine præjudicio jurium utriuſque Collegiatæ,
in dicta Synodo incedere, ac ſedere deberent Cano-
nici utriuſque Eccleſiæ alternatim, & per modum 6
unios Corporis, incipiendo à Dignitate, ſeu Caooni-
co antiquiore; quod utique S. Congregatio non de-
mandaſſet, ſi dicta confuſio pareret deformitatem, aut
irrationabilitatem redoleret.

Et licèt juris diſpoſitio in *cap. novit, & in cap. quanto de his quæ fiunt à Prælat.* prohibeat, nè extraneæ Per-
ſonæ cum Capitulo intermiſceantur; attamen quo-
ties admiſſio extraneorum, fumentum recipit à con-
ſuetudine legitimè præſcripta, & potiſſimum imme- 7
morabili, tunc dictorum Canonum cenſuram locum
non habere docent *Abb. in cap. cum olim, num. 8. de ſent., & re judic. Pignattell. conſult. 53. num. 4. tom. 6. Rot. dec. 27. ferè per tot. part. 7. & dec. 251. n. 6. part. 19. rec., & in dicta Colonien. poſt de Luc. dec. 27. n. 37., & ſeqq.*

Hinc eſt, quod facilius admittenda, ac ſervanda ſit
conſuetudo, alioquin legitimè præſcripta, cujus vi-
gore in poſtremis Stallis Canonicorum ſedeant, ac io
Proceſſionibus immediatè poſt ipſos, aote Manſiona-
rios, ſeu Capellanos incedant aliquæ Perſonæ Di-
gniores de Clero, veluti Rectores magis inſignium
Eccleſiarum Civitatis, ita ut cum Canonicis unum, 8
& idem corpus repræſenteot, quia cum in hoc caſu
abſit irrationabilitas, ſeu monſtruoſitas, cum major
præcedat minorem, ooo eſt alteranda obſervantia
diuturni temporis, quæ in his materiis Præcedentiæ
totum facere videtur; tanto magis, quod Juris aſ-
ſiſtentia non eſt penitus deſtituta conſuetudo, quod
per modum Univerſitatis, ac ſolius corporis ſimul
uniantur in Sacris, & Eccleſiaſticis functionibus Di-
gniores Perſonæ ex Clero, licet ſiot diverſi ordinis,
ac membra diverſorum Corporum, ex his, quæ notat
Gloſſ. in cap. ſcriptum 40. de elect., & ibi Innocen. ſub num. 2., & obſervat *Rot. in d. Colonien. Præcedentiæ §. final.*

Neque adverſatur, quod per interpoſitionem per-
ſonarum extranearum à Corpore Capituli ſcindatur il-
lius unitas, quam alioquin ſervari ſemper oportet; 9
quia ceſſat irrationabilitas obſervando, quod conceſ-
ſio Stalli Canonicalis, ſeu loci in incedendo, facta
perſonæ extraneæ, illam conſtituit quoddammodo
de illius gremio, ut benè obſervat *Rot. in Eugubina Præeminentiarum 20. Februarii 1702. §. Ex hac ratione, cor. Eminentiſs. Priol.*, undè etiam, quòd majus eſt,
conſuetudine iotroduci poteſt, quòd extraneus à Ca- 10
pitulo in eo vocem habeat, ut probant Jura, & Au-
thoritates relatæ *in d. Eugubina §. Eoque magis*, quapro-
pter eadem *Rota* cenſuit, non eſſe alterandam, ſeu
immutandam conſuetudinem, per quam quidam Pa- 11
rochus fruebatur loco io Choro in ſubſelliis Canoni-
corum, ſed tamen poſt ipſos, quia per hanc ultimam
ſeſſionem ſatis præſervata remanebat præemineotia,
& prærogativa Capituli, ut in *d. Eugubina §. Tantò æquius, cor. Priolo.*

Quod adeo verum eſt, ut io Proceſſionibus, in qui-
bus omnes de Clero ſeculari, ſub unico Eccleſiæ Ca-
thedralis Vexillo, proceduot, licèt regulariter Capel-
lani, ſeu Beneficiati aliique Clerici, ejuſdem Eccle-
ſiæ ſervitio addicti, utpotè efformantes unum corpus

Cleri

Cleri Cathedralis, non debeant dividi, ac ſeparari
12 à Canonicis, ſed poſt ipſos immediatè procedere,
cum, ratione conſortii cum ipſis, in tali actu digniores
reputentur Parochis, ac reliquis de Clero, ut alibi
probatum etiam fuit, & docent *Barboſ. collect. 60.
V. Beneficiatas, num. 3., & collect. 122. num. 6. V. Capellani.
Novar. in Summ. Bullar. commentar. 85. num.
16. part. 2. Rot. cor. Arguell. dec. 12. & cor. Coccin. dec.
1619. & dec. 1651.* nihilominus in dicto caſu, quo
totus Clerus incedat ſub unica Cruce, poſt Canonicos
Cathedralis ſubſequuntur Perſonæ digniores, ſe-
13 cundùm cujuslibet Dignitatis, vel Officii prærogativam;
tunc enim omnes uniuntur ſimul ad efformandum
unicum Corpus, & ſic evitatur abſurdum, quòd
Capellani ſeparentur à Capite, nempè à Capitulo,
ut diſtinguendo tradunt *De Luc. de Præeminen. diſc. 43.
num. 5. & ſeq. Rot. in dicta Eugubina Præeminentiarum
§. Ex ratione, cor. Priol.* Quamvis ſecus ſit, quotieſcunque
in Proceſſionibus plura adhibentur Vexilla;
nam tunc uniuſcujuſque Eccleſiæ Clerici incedere debent
ſub ſua Cruce, ſeu Vexillo, nec perſonæ magis
qualificatæ, ac digniores prætendere poſſunt locum ſupra
Beneficiatos Cathedralis, quia conſiderantur velu-
14 ti diverſa Corpora, quæ non debent ab invicem ſeparari,
& confundi, ſed unuſquiſque contentus eſſe debet
præcedentia in ſuo Corpore, ut præter adducta in
ſæpè allegata *Eugabina Præeminentiarum*, dixit etiam
*ead. Rot. poſt Antonell. de Jur. & onerib. Cler. dec. 21. &
dec. 29. per tot.*

Non eſt hic omittendum, ad pleniorem hujus materiæ
notitiam, quòd eadem prorſus regula ſervanda eſt
pro determinanda perſonarum Præcedentia in actibus,
qui geruntur extra Eccleſiam, ac obſervatur in illis,
qui intra eandem fiunt; ac proindè ſi quis in ſedendo,
vel incedendo in Eccleſia habet Præcedentiam, de-
15 bet pariſormiter ſimili gaudere prærogativa in reliquis
ſunctionibus; nam eſſet abſurdum, quòd quis in
Choro Præcedentiam haberet, illam verò non haberet
extra, & in cæteris actibus, ut ponderavit *Rot. in
d. Eugubina in §. Ex ordine, & §. Ex hoc, cor. Priolo*; quod
tamen non abſolutè accipiendum eſt, ſed
quatenus tam in Eccleſia, quàm in præfatis aliis functionibus,
& actibus, quibus eandem repræſentet perſo-
16 nam; nam ſi quis intra eam, vel in uno actu unam
formalem perſonam, extra verò, vel in alio actu diverſam
repræſentaret, tunc ex conſuetudine præcedendi
in uno caſu, non rectè inſerretur ad Præcedentiam
in alio, ut diſtinguit *Rot. in Hiſpalen. Juris ſedendi
in Synodo* 21. *Junii 1697. §. Prout etiam, cor. Muto
impreſſ. ad De Luc. ad mater. de Juriſdict. dec.* 29.; cum
17 in hoc caſu locum habeat regula, quòd conſuetudo
non eſt operativa in diverſitate caſus, nec de caſu ad
caſum extenditur. *Rot. in Hiſpalen. Diviſionis ſimultaneæ
11. Febr. 1697. cor. eod.* & latiùs in terminis in *d.
Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo §. Minaſque, & §. Prout
etiam.*

Quatenùs pertinet ad Præcedentiam Vicarii Generalis
Epiſcopi in concurſu Canonicorum Cathedralis,
18 de qua hic Author breviter agit, indubitatum eſt,
Vicarium præfatum, uti gerentem perſonam Epiſcopi,
ſemper & ubique Præcedentiam ſibi vindicare ſupra
dictos Canonicos, ſacris veſtibus non indutos,
tam præſente, quàm abſente Epiſcopo. Illud eſt dubium,
an poſſit in Choro occupare Sedem, ſeu Stallum
primæ Dignitatis, vel eidem debeatur potiùs Sedes
honorabilior cæteris, non tamen in ordine Canonicorum,
de quorum corpore ipſe non exiſtit; & licèt
19 hæc poſterior opinio ſit verior, pro qua *De Magiſtr. in
Sylv. Eccleſ. lib. 2. cap. 6. numer. 36. & Ricciardell. in
Lyc. Eccleſ. cap. 8. §. 1. num. 12.* allegat reſolutionem
Sac. Congreg. Rit., in qua deciſum fuit, Vicarium non
debere, ſub quocunque prætextu, occupare Sedem
primæ Dignitatis, ſed debere eſſe contentum Sede ſituata
in Choro taliter, ut prima, & dignior cæteris
20 appareret; nihilominus ubi adeſſet contraria obſervantia,
videretur toleranda, attentis infra relatis Reſolutionibus,
datis à Sac. Congr. Conc. Epiſcopo Portugalien.
tenoris ſequen.

*Portugalien. 22. Septembris 1691. lib. 41. Decret: fol.
198. ter.*

*Prudens Epiſcopus ea, qua tenetur Paſtorali cura, ſine
litium ſtrepitu abuſus evellere, ſupplicat declarari, quis,
præſente, vel abſente Epiſcopo, Vicario ſuo in Spiritualibus,
& Temporalibus generali, locus in Choro competat.
Sacr. Congregatio cenſuit danda eſſe Decreta Sacr.
Congreg. Rit. edita ſub die 15. Septembris 1637. tenoris
ſequentis.*

*Petitum fuit reſponderi, an Vicario generali debeatur
Præcedentia in Choro, Proceſſionibus, & actibus publicis
ſupra omnes de Capitulo, tam præſente, quàm abſente Epiſcopo.
Et Sacra Congregatio, prout alias ſæpè, ita in
propoſito caſu reſpondit, Vicario Generali in habitu Vicariali
ſemper, & ubique deberi Præcedentiam ſupra
omnes de Capitulo, tam præſente, quàm abſente Epiſcopo,
dummodò Canonici aliique de Capitulo non ſint Sacris
veſtibus induti.*

*Et in Iſclana 30. Julii 1689., quæſitum fuit in Sac.
Rit. Congreg. An Vicarius Generalis Epiſcopi habeat primum
locum, quamvis incedat cum habitu ſuo ordinario,
hoc eſt pallio, & veſte talari, quibus quotidie utitur
extra Functiones Eccleſiaſticas, vel poſſit uti Mantelletto
nigro cum veſte talari pariter nigra ſine Rocchetto.*

*Secundo, an, præciſa conſuetudine, habeat proprium
Stallum in Choro, vel ſedere debeat in loco ſeparato à Choro.
Et Sac. Congr. reſpondit.*

*Ad primum quæſitum, Vicario Generali quotidiano habitu
induto, ſive ſit Prothonotarius cum Rocchetto, &
Mantelletto, inhærendo Decretis alias editis, dandam eſſe
Præcedentiam ſemper, & ubique ſuper omnes Dignitates,
& Canonicos, Sacris veſtibus non indutos.*

*Ad ſecundum, ſervandam eſſe conſuetudinem Cathedralis
Eccleſiæ Iſclanæ, & ita cenſuit, & ſervari mandavit,
hac die 30. Julii 1689.*

Quòd ſi vigore antiquæ conſuetudinis Vicarius Generalis
ſederet in loco primæ Dignitatis, non cenſere- 21
tur occupare illius Stallum ex rationibus adductis per
d. De Magiſtr. in l. c. num. 40., & ſi è converſo, juxta
conſuetum, Sedem haberet extra Subſellia Canoni- 22
corum, non poſſet ſuo arbitrio ſibi parari facere Sedem
ornatiorem, aut ſituare in loco inſolito, aut illam
cum tapetibus, vel pulvinaribus ornari facere,
tam abſente, quàm præſente Epiſcopo, ſed contentus
eſſe debet ſolita, & conſueta Sede, ut referendo
Reſolutionem *dictæ Sac. Rit. Cong.* firmat *d. De Magiſtr.
in l. c. cap. 6. num. 41.* Cæterùm, quod dictum eſt generàliter
de Præcedentia Vicarii Generalis ſupra Canonicos,
limitandum venit in caſu, quo Epiſcopus
cum ſuo Capitulo in Choro, ſeu aliqua Functione
ſtant, ſeu incedunt per modum unius, ac unum corpus
efformant, quia in hoc caſu, nè ſequatur abſur- 23
dum, quòd caput, quod eſt Epiſcopus, à membris,
videlicet à Canonicis ſeparetur, & disjungatur per interpoſitionem
Vicarii, qui ab illo corpore reputatur
extraneus, non poteſt habere à Canonicis Præcedentiam,
licèt iiſdem ſit dignior. *Gratian. Diſcept. Forenſ.
cap. 111. numer. 3. 13. & ſeq. De Magiſtr. d. cap.
6. numer. 51. & ſeqq. De Luc. de Præem. diſc. 18. numer.
6. Rot. poſt eundem De Luc. ad mater. Juriſdict. deciſ.
29. numer. 5. tom. 1. Ricciardell. in Lyc. Eccleſ.
cap. 8. §. 1. numer. 12.*, ſed in hoc caſu deberet abſtinere
ab interventu, ſi ſervata dicta unitate Epiſco- 24
pi cum Capitulo non daretur modus inveniendi Sedem,
ſeu locum proportionatum Dignitati ipſius Vicarii.

Illud notandum eſt, quòd quando Epiſcopus in ſua
Cathedra Pontificali ſedet cum Canonicis ſibi aſſiſtentibus,
non dicitur facere unum corpus cum omnibus 25
ſuis Canonicis, ſed tantummodo cum dictis ſolis Aſſiſtentibus,
ac proindè, cum eo caſu non ſequatur abſurdum
ſeparationis membrorum à capite, debet admitti
Vicarius, ut advertit *d. De Magiſtr. l. cit. numer.
59.*, & in hoc etiam concordat *Cæremonial. Epiſc.
lib. 1. cap. 18. de reverent. circ. med.* licèt ipſe Vicarius,
tanquam extraneus, non debeat deſcendere ad
circulos, prout deſcendunt Canonici, quando Epiſ- 26
copus cum Cappa, vel Pluviali, in ſua Cathedra aſſiſtit
Miſſæ ſolemni. *Riccitardell. in Lyc. Eccl. cap. 8. §.
n. 12. ... in fin.*

Anceps diù remanſit quæſtio, an Vicarius Generalis
in Synodo Diœceſana ſedere debeat immediatè
poſt Epiſcopum, ſeparando Capitulum à ſuo capite,
ita ut

Digitized by Google

ita ut propoſito bis dubio in *Rota cor. Bubalo*, indeciſum remanſerit, in diverſas opiniones euntibus Patri-
27 bus; verùm communior, ac receptior hodie videtur opinio, aſſiſtens Vicario, in quam etiam inclinavit *eadem Rot. in prææallegata Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Quo vero, cor. Muto impreſſ. poſt De Luc. ad mater. Juriſdictionis decıſ. 29.*; quamq. amplexi fuerunt *Fagnan. in cap. ad hæc, num. 8. de præben. Pignattell. conſult. 63. per tot. tom. 3. De Luc. ad Gratian. cap. 3. num. 2. & ſeq. Marchett. de Vicar. Capitul. part. 2. tit. 5. num. 15. Bordon. tit. de Præceden. num. 510., & ſeqq.* cum aliis plena manu congeſtis in *d. Hiſpalen. cit. §. Quo verò*. Qui omnes pro evitanda amaritudine, quæ occurrit, dum extraneus intermiſcetur inter caput, & membra, & quodammodo cor-
28 pus per fruſta ſcinditur, reſpondere conantur, quòd iſtud abſurdum ceſſat, quia Vicarius non eſt cenſenda perſona extranea, tanquam conſtituens cum Epiſcopo unum caput, ſicut unum, idemque conſtituit Tribunal; verùm hanc rationem non plenè ſatisface-
29 re, attento rigore Juris, patet ex ſupra dictis; undè eatenus cenſeo primum locum poſt Epiſcopum concedendum eſſe Vicario, quatenus talis conſuetudo inoleverit, quæ abuſus ſpeciem ſubſtulerit, prout in hoc caſu ferè communis uſus & conſuetudo illam ſabſtuliſſe cenſendum eſt, undè ex hoc peculiari motivo in hanc ſententiam venit *Rota in eadem Hiſpalen. ut in d. §. Quo verò*. Hinc proindè, ſemota antiqua conſuetudine, de Jure eam recipiendam eſſe crederem ſolummodo, quoties cum Epiſcopo non interveniunt Capitulares, tanquam unum corpus myſticum conſtituentes, utpotè quando aliqui tantùm ex Capitularibus,
30 uti ſinguli, & non tanquam totum Capitulum repræſentantes, veluti pro aſſociando eodem Epiſcopo, vel pro alia quacunque ſimili occaſione, interveniunt; cum in hac hypotheſi ceſſet ponderatum abſurdum,
31 & hic erat præciſus caſus controverſiæ diſputatus *in d. Hiſpalen.* cum ageretur de Præcedentia inter Vicarium Generalem, & Canonicos Deputatos à Capitulo pro intereſſentia in Synodo, non autem inter totum Capitulum, in quo caſu occurrunt ſolummodò prætactæ repugnantiæ, & improprietates. Et hæc diſtinctio eo faciliùs videtur admittenda, quia ad effe-
32 ctum Præcedentiæ, quando ſimul interveniunt Canonici cum Epiſcopo ſingulariter, & Capitulariter, canonizzata fuit *à Rota in Ampurien. & Civitatem Præeminentiæ 19. Aprilis 1660. coram Melito*, ut refert *Card. De Luc. in tit. de Præem. diſc. 57. & de Regular. diſc. 56. n. 6. & 7.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Præcedentia Canonicorum diverſarum Cathedralium, ac inter Canonicos ejuſdem Cathedralis, ſeu Collegiatæ, & quando attendatur tempus adeptæ poſſeſſionis; & quid, quando Præbendæ ſunt diſtinctæ in Præsbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, & quomodo reguletur Præcedentia, ſi poſterior in poſſeſſione præcedat antiquiorem in ordine.

S U M M A R I U M.

1 *Canonici Baſilicarum Urbis præcedunt Canonicos Cathedralium aliarum Civitatum.*
2 *Inter Canonicos cujuslibet Eccleſiæ debetur Præcedentia antiquiori in poſſeſſione.*
3 *Etiamſi alter fuerit prior in data, & proviſione.*
4 *Canonici inſtituti ad Præbendas Pœnitentiariæ, vel Theologiæ, niſi contrarium per Statutum cautum ſit, non præcedunt antiquiores.*
5 *Poſterior in poſſeſſione præcederet antiquiorem, ſi illam non apprehendiſſet, propter aliquod impedimentum, injuſtè illatum ab antiquiore.*
6 *Quomodo ſit regulandu Præcedentia inter Canonicos inſtitutos, in prima erectione Cathedralis, ſeu Collegiatæ*, & num. ſeq.
8 *In Eccleſiis ubi ſunt diſtinctæ Præbendæ, præferuntur priores in ordine antiquioribus, ordine inferioribus; quid ubi non ſunt diſtinctæ* n. 10.
9 *Non obſtante contraria conſuetudine.*
11 *Canonicus antiquior non Sacerdos poſtponitur Canonico juniori Sacerdoti.*
12 *Recuperat tamen ſuam Præcedentiam, poſt promotionem ad Sacerdotium.*
13 *Dicta regula procedit tam in Cathedralibus, quàm in Collegiatis.*
14 *In Collegiatis, in quibus omnes Præbendæ ſunt Clericales, an Sacerdotes noviter recepti præferantur antiquioribus Clericis*, & numer. ſeq., & numer. 18.
16 *Quid in hoc caſu operetur conſuetudo.*
17 *In Collegiatis, de Jure Præbendæ non requirunt Ordinem Sacrum.*
19 *Præeminentia in Choro eſt fructus Præbendæ.*
20 *Sedes in qua Canonicus capit poſſeſſionem, dicitur propria ipſius Canonici, nec eadem poteſt abſque ejus culpa ſpoliari.*
21 *De conſuetudine Collegiatarum Romæ, Florentiæ, & Lucæ, circa dictam Præcedentiam.*
22 Cap. ſtatuimus *non habet locum in Collegiatis, ubi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, nec requirunt Ordines Sacros.*
23 *In materia Præcedentiæ magis attenditur conſuetudo, quàm ipſa lex.*
24 *Canonici poſſunt facere Capitulum, abſque licentia Vicarii Foranei, ſi adſit conſuetudo.*
25 *An dicta regula Præcedentiæ locum habeat etiam in actibus civilibus.*
26 *Habens plures qualitates, an præferatur habenti unam tantùm, & quando procedat* n. ſeq.

T I T U L U S XI.

INter Canonicos Cathedralium diverſarum Civitatum debetur Præcedentia ei, qui Canonicatu potitur in ſatis nobiliori Civitate, veluti Civis ſupremæ Civitatis præcedit Civem inferioris Civitatis. *Gomeſ. l. cit. Leonell. ubi ſupra quæſt. 10. art. 7. Sperell. dec. 67. num. 20. vol. 2.*

Et quia omnes Civitates, quantumvis eximiæ, reputantur minores reſpectu Urbis Ramæ, ut poſt alios ſcribit *Archid. in cap. Omnes, num. 1. diſt. 25.*, non obſtante regula ſupradicta, ob honorem Romanæ Curiæ, Canonici Collegiatarum Almæ Urbis, in omni Civi- 1
tate, & loco, præcedunt Canonicis quarumcunque Cathedralium aliarum Civitatum. *Zerol. in Prax. V. Canonia. Verall. part. 5. dec. 257.* Et quia inter Eccleſias Urbis præſtantior eſt Baſilica Lateranenſis, ut declaravit *Greg. XIII. ſua Conſt. incipien. Cum ſicut, edita anno 1577.*, hi Canonici præcedunt omnes alios Canonicos Romæ, etiam S. Petri. *Jo: And. in cap. licet, n. 4. de elect. in 6.*

Intes Canonicos autem cujuslibet Eccleſiæ, tam Cathedralis, quàm Collegiatæ, reſpectivè præcedit, qui prior fuit in poſſeſſione Canonicalis Præbendæ. 2
Innoc. in d. cap. ſtatuimus. Felyn. ibid. num. 5. Marant. in Proem. ſuæ Prax. nu. 9. Quod ſequitur, etiamſi alter fuerit prior in Data, & Proviſione: *Gratian. dec. 17. num. 6. Novar. qq. for. part. 2. quæſt. 47. numer. ult.* 3
Farinac. part. 2. deciſ. 410. num. 4. Et in hac materia unius horæ prioritas attenditur; immò unius puncti, uniuſque momenti. *Abb. in cap. dilecto, de præb. Mar. Ant. Var. lib. 5. reſol. 48. num. 7. Ferret. conſ. 21. num. 1. vol. 1.* Nec habetur ratio, quòd aliqui ſint Canonici 4
inſtituti ad Præbendas Pœnitentiariæ, vel Theologiæ, niſi Statuto aliud ſit cautum, ut reperitur in Metropolitana Eccleſia Mediolani: teſte *Monet. de Comm. ult. vol. cap. 8. quæſt. 2. num. 552.* Sepoſito Statuto, attendenda eſt Antianitas. *Navar. conſ. 5. & 5. num. 8. de major. & obed.* Quæ numeranda eſt à die, quo quis admiſſus, vel admittendus erat in poſſeſſionem, & per ipſum non ſtetit, quin admitteretur, ſed per im- 5
pedimentum injuſtè illatum à poſteriori Canonico. *Gonzal. loc. cit. §. 3. proem. num. 38. & Ludoviſ. deciſ. 342. num. 1.*, Et ſciendum eſt, punctum, de quo modò diximus, eſſe quartam partem unius horæ, & momentum decimam partem unius puncti *Jo: Andr. in cap. 5. n. 7. de cauſ. poſſeſ.* Undè hora continet quatuor puncta,

punćta, & quadraginta momenta, ut notat *Rodeſ. qu.*
35. num. 6. & Petr. de Anchar. in cap. ſuſcepti, num. 7.
de cauſ. poſſ. Hic expedienda eſt illa quæſtio: Quid
6 agendum, ſi Canonici in ipſa prima Cathedralis, vel
Collegiatæ erećtione inſtituantur? cui reſpondi, Pri-
mùm nominatos à Papa in Diplomate ejus erećtionis
eſſe præfereodos: *ex cap. ſi quis juſto, §. Verùm, in fin.*
ubi gloſ. V. nominatus, de elećt. in 6. Abb. in cap. cum
olim, num. 7. de conſuet. & in Clem. ſi præſenti, numer.
4. de bapt. Dec. conſ. 160. num. 2. Craſſ. part. 2. conſ. 3.
lib. 1. de temp. ordin. Dan. de Nob. diſp. 45. numer. 11.
part. 6. Rot. diverſ. deciſ. 322. numer. 5. Nam quod
prius eſt in voce, præſumitur eſſe prius in ſenſu.
Abb. & alii Scribentes *ſuper capit. quoniam, de of-*
fic. deleg.

Et videmus Cardinalem, priùs nominatum, præ-
cedere ſubſeqoentes, eadem vice in ſcriptis datos à
Papa, dicente, *habete iſtos in fratres.* Quod non igno-
rantes Fratres minores, quibus, (ut ſcribit *Felyn. in*
cap. cum dilećta, num. 4. de reſcript.) Urbanus Papa
dixit, ut ſibi darent in ſcriptis nomina trium Fra-
trum dođorum, volens unum ex nomioatis creare
Cardinalem: illi deſcripſerunt nomina, non rećto or-
dine, ſed in ſcriptura ſpherica, nè poſſet agnoſci,
quis eorum eſſet dignior. Idem refert *Everad. loc. cit.*
arg. ab ord. Quòd ſi io prima elećtione nullus fuerit
7 nominatus in Bulla, ſed tantùm inſtituti e. g. duode-
cim Clerici in Canonicos, & univerſi extiteriot ſim-
plices Presbyteri, arbitraotur *Ricc. in Prax. loc. cit.*
reſol. 270. numer. 2. Cutill. ubi ſupra dub. 10., illis
competere prælationem, qui fuerint priores in Sa-
cerdotio. Si verò inter eos adſuerint aliqui Dođo-
res, hi præferuntur aliis Canonicis non Dođoribus.
Maſtrill. part. 2. deciſ. 130. Farinac. loc. cit. deciſ. 144.
numer. 2.

In Eccleſiis Cathedralibus jam erećtis, quibus Præ-
8 bendæ in tres gradus ſuot diſtiođæ: nempè Presby-
terales, Diaconales, & Subdiaconales: proviſus de
Presbyterali, licèt noviter in Canonicorum numero
ſit receptus, præcedit omnes, & ſingulos Canonicos,
ad Diaconalem, vel Subdiaconalem Præbendam jam
admiſſos. *Gloſ. in cap. fin. V. antiquiores, de conſuet. Ve-*
rall. dec. 357. num. 2. lib. 3. Seraphin. dec. 437. num. 3.
Similiter Diaconalem Præbendam ouper obtinens,
antecellit Canonicum, qui Subdiaconalem Præben-
dam jamdiù obtinuit: *Innoc. & alii ſuper dićto cap. ſta-*
tuimus; Atque juxta aliàs reſoluta, inſtante Illuſtriſ-
9 ſimo, & Reverendiſſimo D. Epiſcopo noſtro, *S. R.*
C. in una Sarzanen. 24. Januarii 1640. ità obſervari
mandavit, non obſtante contraria conſuetudine, quæ
potiùs erat abuſus, ad tradita per *Mart. Digeſt. tom. 6.*
tit. Canonicus, cap. 38. In illis Eccleſiis, ubi omnes
10 Præbendæ ſunt Sacerdotales, præcedunt Canonici in-
ter ſe juxta ſuam receptionem, dummodo ſint ađu
Sacerdotes: ut notat *Barboſ. de Canonicis cap. 18. num.*
9. Etenim, ſi in eadem Eccleſia fuerit receptus in
Canonicum aliqnis Clericus, nondum Sacerdotio inſi-
gnitus, & paucis interjećtis diebus, inſtallatus fuerit
11 alter ađu Sacerdos, iſte ſecundariò receptus anteſer-
tur dićto Canonico non Sacerdoti, cui tamen ad Pres-
byteratum promoto, cedenda eſt Præcedentia ab il-
lo, qui poſt ipſum in poſſeſſionem Canonicatus immiſ-
ſus fuit, ita declaravit. S. R. C. teſte *Sellio* penes
Barboſ. collećt. 91. & 228. numer. 5. & ex d. cap. ſtatui-
12 *mus*, notat *Vener. in exam. Epiſcop. lib. 4. capit. 15.*
numer. 11. Ratio eſt, quia tunc eſt æqualis cum col-
lega, eoque major ob tempus receptionis. Sic in
quibuſdam Eccleſiis Regularibus Sacerdotes præcedunt
aliòs Fratres, nondum Sacerdotio ioitiatos, qui po-
ſtea Sacerdotes effećti, illis anteponuntur profeſſione
junioribus ita refert *Monet. de Option. cap. 7. quæſt. 3.*
numer. 38.

In Eccleſiis Collegiatis Secularibus, quibus Præ-
bendæ triſariam, ut ſupra, diſtinguuntur, vel omnes
13 ſingulæ ſuot Sacerdotales, idem ſervandum circa Præ-
cedentiam, quod de Cathedralibus mox diximus, ut
docet *Vener.* nbi ſupra *c. 21. n. 12.*

In illis autem Collegiatis, ubi Præbendæ non ſunt
diſtinćtæ in diverſis ordinibus, ſed omnes, & ſingulæ
ſunt Clericales, & ſine diſparitate conferuntur cuili-
bet Clerico, io minoribus, cui, ſtatim inſtituto, io-
cumbunt omnia munia, quæ ad alios Canooicos ſpe- 14
ćtant per ſe, vel alium Concanonicum, ut innuit
Bertach. l. c. V. Canonicus, & ſequitur hìc apud oos.
Dubitatum fuit, num Sacerdos, noviter in Cano-
nicum receptus, ſit præferendus aliis in inferiori-
bus ordinibus conſtitutis, qui jamdudum ibidem Ca-
nonicatu potiebantur? Caſus fuit in praxi, & quam-
plures aſſerebant, Presbyterum, in Canonicorum nu-
merum nuper redaćtum, eſſe anteponendum duobus
Canonicis Diaconis, jam in poſſeſſione Canonicatus
exiſtentibus.

Primò *ex cap. ſtatuimus, de major. & obed.* cujus ſpe-
cifica verba ſunt, *Statuimus, ut Presbyteri primum lo-* 15
cum, Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium habeant, &
ſic de reliquis obſervetur ordinatim, etiamſi poſteriùs ad-
mittantur.

Secundò, ex S. R. C. Decreto in una Urbis, ema-
nato *die 30. Auguſti 1632.* tenoris ut infra, *Canoni-*
ci Collegiatæ, antiquiores tempore, licèt non ſint ordine
Presbyteri, præferendi ſunt Presbyteris, ubi viget ta-
lis conſuetudo. Qua apud nos non exiſtente præſcri- 16
pta, deducebant, dićtos Diaconos poſtponendos eſ-
ſe præfato Presbytero. His non obſtantibus, ſcri-
bere non dubitavi ad ſavorem Diaconorum, & Cle-
ricorum Minoruto Ordinum, priùs in poſſeſſione
Canonicatus exiſteotium, motus infraſcriptis ratio-
nibus.

Primò, quia hujus Eccleſiæ Præbendæ non ſunt
diſtinćtæ, oullumque Sacrum requirunt Ordinem,
prout de Jure procedere in Collegiatis, tradunt *Ant.*
de Butr. ſuper cap. 2. de juſt. Abb. ibidem. Sperell. deciſ. 17
76. num. 181. Grat. diſcept. for. cap. 482. num. 4. Ita-
que poteſt quis eſſe Canonicus, quin Sacerdos: & di-
viſio in non Sacerdotem, non eſt generis in ſpecies,
ſed ſubjećti in accidentia, quæ non attenduotur, *l.*
qui habet ff. de tutel. Tamb. de Jur. Abb. diſp. 25. quæſt.
1. numer. 217. Ratio eſt, quia illa qualitas Sacer-
dotii non eſt connexa eſſentialiter Canonico Colle-
giatæ, nec ordinata ad miniſterium Canonicale, nec
ad ađum Præcedentiæ, de quo agitur; ſiquidem iſte 18
non eligitur ut Sacerdos, ſed ut Clericus, ut ob-
ſervant *Abb. in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præb. nu-*
mer. 8. Meron. loc. cit. reſp. 5. Verricell. ubi ſupra,
quæſt. 23. num. 25. & favet *Rot. in una Albiganen.* 20.
Junii 1653.

Secundò, Præeminentia in Choro eſt frućtus Præ-
bendæ, & datur ob ſervitia præſtita Eccleſiæ, ſe-
cundum anterioritatem in poſſeſſione inter habeotes 19
ordinem, quem requirit ſua Præbenda. *Gloſ. in cap.*
ult. V. Antiquiores, de conſuetudine in 6. Et Sedes, in
qua capta fuit poſſeſſio, dicitur propria ipſius Cano- 20
nici. *Roman. conſ. 481. Cavaler. dec. 198. num. 1.* qna
Canonicus abſque culpa non eſt ſpoliandus: Nam in
Eccleſia Dei qnis provehitur de minori ad majus io
honore. *Gloſ. in cap. legimus 93. diſt. Vital. in Clem.*
quod ſi, num. 10. de elećt. & aſcendere reputatur honor,
deſcendere dedecus. *Altograd. loc. cit. numer. 8.* Quæ
confirmantur argumento *cap. licèt, & cap. quanto, de*
traſl. Præl. ex traditis per *Abb. in cap. Ad hæc, de*
relig. domib.

Et pro hujus dođrinæ corroboratione addidi in Bul-
la hujus Collegiatæ concedi, Canonicos io antelatio-
nibus uti poſſe conſuetudinibus aliarum Italiæ Col-
legiatarum, & notorium eſt, Romæ, Florentiæ, Lu-
cæ, ac in aliis Civitatibus, in quarum Collegiatis
Præbendæ non ſunt diſtinćtæ, Canonicos primò re- 21
ceptos, licèt minoribus tantùm initiatos, præcedere
in Choro, & Proceſſionibus alios Canonicos poſtea
receptos, etſi in Sacerdotio conſtitutos.

Ad ea, quæ ex adverſo fuerunt allata, reſpondi,
allegatum *cap. ſtatuimus*, & ſuper eo Scribentes, non
loqui de Collegiatis, ubi Præbendæ non ſuot diſtin- 22
ćtæ, nullumque Sacrum requirunt ordinem, ſed de
illis Eccleſiis, nbi adſunt tres gradus Sacrorum Ordi-
num diſtinćti; ut poſt alios innuit *Verricell. qq. mor. tr.*
8. qu. 23. n. 14.

Ad ſecundum, nempè S. C. Decretum dupliciter
reſpoodeo. Primò, propriè non eſſe legem, ut cum
aliis tenet *Bonac. de leg. diſp. 1. quæſt. 1. punćt. 8. num.*
4. Et ex verbis legis tantùm ſumitur argumentum à
contrario ſenſu. *Bero in cap. 1. de conſtit. num. 27. Rota*
part. 7.

part. 7. diverſ. dec. 60. num. 32. Secundò, quia in materia de Præcedentia conſuetudo eſt valdè potens, ac
23 magis æſtimatur, & attenditur, quàm ipſa lex. *Felyn. in d. cap. ſtatuimus. Bald. in cap. Olim, num. 1. de conſuet.* & conſtat ex *Carem. lib. 1. cap.* 23. ibi -- *pro conſuetudine Eccleſiarum*. Ea propter ſæpiùs S. C. in reſponſis ad porrectas preces potiùs conſuetudinem, quàm Jus præponderare ſolet. Videmus inter cæteræ quoddam Capitulum Collegiatæ apud *Barboſ. collect.* 21. *numer.* 8. ſupplicaſſe Sacr. Congregationem ad declarandum, Canonicos poſſe facere Capitu-
24 lum abſque licentia Vicarii foranei, & Sacra Congregatio, etſi id eſſet de Jure, reſpondit *Conſuetudo, ut Canonici valeant facere Capitulum abſque licentia Vicarii Foranei, ſervanda eſt*: ſic in caſu noſtro.

His rationibus in Judicio adductis, ſententiam favorabilem pro primo receptis in Canonicos, licèt minoribus Ordinibus tantùm initiatis, ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Epiſcopo Sarzanæ reportavi, &
25 fuit in more poſitum. Puto tamen, quòd in actibus Civilibus anteceſſio debeatur præfato Presbytero, cum illis Diaconis, de quibus diximus, quia ille eſt Diaconus, & Sacerdos, poteſtque una, eadem perſona cenſeri duplicis juris ob diverſos reſpectus, quoniam, ut dictum eſt, habens plures qualitates anteponitur in communibus congreſſibus unam tantùm retinenti, ita *Dec. Felyn.* & alii apud *Caneroll. loc. cit. quæſt. 1. num.* 5. Quod ſemper intellige de qualitate conſiderabili ad Præcedentiam; aliàs etiam in actibus civilibus ha-
26 bens plures gradus, quorum nullus de per ſe ſufficit ad Præcedentiæ prætenſionem, non præcellit virtute omnium. *Menoch. conſ. 189. Lotther. de Re Benef. l.* 2. *quæſt. 32. num.* 15. & probat *Roman. conſ.* 332. Ut ſi quis eſſet Comes, & Marchio, non præfertur Duci, quoniam Dignitas Ducatus abſorbet illas Comitatus, & Marchionatus.

Sic Plebanus, & Capellanus non præfertur in honoribus ſimplici Canonico, ex *Felyn. in Rubr. de major. & obed. numer.* 2. *Caſſan. loc. cit. part.* 50. *conſ.* 32.
27 Quando verò Eccleſiaſtici ſunt pares in Sacris Ordinibus, nec non in aliis qualitatibus conſiderabilibus; tunc Præcedentia in actibus civilibus regulatur ab ea, quæ inter ipſos ſervatur in Choro, & Proceſſionibus, nè contingat eandem perſonam in uno caſu honorari, & in alio deſpici, ex ſententia *Rot. part. 6. recent. dec.* 252. *num.* 23.

A R G U M E N T U M.

Præcedentia inter Canonicos, & Dignitates diverſarum Collegiatarum regulatur à prioritate temporis, licèt Eccleſia antiquior appareret minùs nobilis, & digna. Quid, ſi Collegiata Secularis concurrat cum Regulari antiquiori, ſecularizzata poſt erectionem in Collegiatam alterius, Quæ ſpectanda ſint, quando initia Collegialitatis ſunt adeo vetuſta, ut non conſtet, quæ priùs fuerit in Collegiatam erecta; & quid, ſi eadem die ambæ Eccleſiæ ad ſtatum Collegialitatis fuerint elevatæ. An, & quando Eccleſia Secularis, ad ſtatum Regularem, mediante unione, tranſlata, ſi deindè unio diſſolvatur, recuperet locum, & Præcedentiam, qua ante tranſlationem fruebatur. Quomodo regulanda ſit Præcedentia inter Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, & afferuntur plura Sac. Rit. Congreg. Decreta.

S U M M A R I U M.

1 *Ex diverſis Eccleſiis Collegiatis, Præcedentia debetur ei, quæ priùs ad formalem qualitatem Collegialitatis evecta fuit.*

2 *Declara quando Eccleſiæ, de Præcedentia contendentes, ſunt in æquali linea, & ordine Dignitatis.*

3 *Limita, quoad Eccleſiam Regularem ſecularizzatam, quæ in concurſu alterius Eccleſiæ Collegiatæ Secularis, Præcedentiam obtinere non poteſt, niſi à die ſecularizzationis.*

4 *Si ob vetuſtatem Collegialitatis, dubium fuerit, quæ Eccleſia fuerit priùs hac qualitate inſignita, valdè deferendum eſt hiſtoriis.*

5 *Item attendi debet obſervantia, ſeu conſuetudo.*

6 *Item Præcedentia deſumitur à priori nominatione, ſeu deſcriptione, potiſſimùm in Scripturis antiquis.*

7 *Si verò ambæ Eccleſiæ eodem die eſſent ad Statum Collegialitatis evectæ; tunc regulanda eſſet Præcedentia à prærogativis, quibus utraque fulgebat ante erectionem.*

8 *Antiquioritas ad hunc effectum adeò ſervanda eſt, ut non attendantur extrinſecæ, & accidentales qualitates, quibus poſtmodùm Eccleſia minùs antiqua aucta fuerit*, & n. 9.

Qui primò adeptus fuit Conſulatum, præferendus eſt ei, qui bis geſſit Conſulatus honores, ibidem.

In materia nobilitatis de Jure non ſolùm ſpectatur origo, verùm etiam progreſſus, ibidem.

10 *Eccleſia Secularis alteri Eccleſiæ Regulari unita, ſi poſtea ad priſtinum ſtatum reducatur, procedendo per viam juſtitiæ, quia ſcilicet unio invalida fuiſſet, recuperat Præcedentiam, qua ante unionem fruebatur, etiam contra Eccleſias Collegiatas medio tempore erectas; ſecus verò ſi reſtitutio fieret ex mera gratia*, & n. 12. & 14.

11 *Et in caſu reſtitutionis, faciendæ per viam Juſtitiæ, non eſt opus nova creatione, ſed ſolùm reductione rei in priſtinum.*

13 *Ratio autem prædictorum eſt, quia intermedio tempore inter unionem, ac reſtitutionem, Jura dicuntur potiùs obdormiſſe, quàm expiraſſe.*

15 *Canonici Sacerdotes, quamvis poſſeſſione Canonicatus poſteriores, ubi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, & ſemper & ubique præferendi ſunt Canonicis inferioris ordinis, etiamſi in receptione antiquioribus, non obſtante contraria conſuetudine, etiam immemorabili; & afferuntur nonnullæ* S. Rit. Congreg. *Declarationes, ex quibus una Pontificio oraculo fuit confirmata.*

16 *Amplia, quòd nec ipſiſmet Canonicis Clericis competat reintegratio ad Præcedentiam, poſtquam effecti fuerint Sacerdotes.*

17 Deciſio 66. coram Emerix *impugnatur*.

18 *Fallit in Capitulo Piſtorienſi, in quo Canonicus inferioris ordinis, poſſeſſione antiquior, poſt promotionem ad Sacerdotium jus Præcedentiæ recuperat, vigore Capitularis Conſtitutionis, à S. Sede in forma ſpecifica confirmatæ.*

ANIMADVERSIONES.

PRo regulanda Præcedentia inter Canonicos, & Dignitates diverſarum Eccleſiarum Collegiatarum, tam loquendo de ſingularibus perſonis Canonicorum, quàm de univerſali Corpore Capituli, ſeu Collegii, ſpectanda eſt temporis prioritas, nimirum quæ ex Eccleſiis contendentibus de Præcedentia priùs ad formalem qualitatem Collegialitatis evecta fuerit; cum an- 1
tiquiori, ſupra recentiorem, ſemper debeatur, tam in Eccleſiaſticis Functionibus, quàm in cæteris actibus, Præcedentia: & per conſequens ejus membris, etiam ſingularibus, de illa participantibus, ut loquendo de Præeminentia Inſignis Collegiatæ SS. Joannis, & Reparatæ ſuper alteram S. Paulini Lucen., dixit *Rot. in Lucana Præeminentiarum 12. Martii* 1703. §. *Inconcuſſa, cor. Molines*; cum antiquioritas temporis regulariter vincat cæteras qualitates, quæ pro arguenda dignioritate recentioris deduci poſſint, dummodò tamen Eccleſiæ, de Præcedentia diſputantes, ſint in æquali 2
linea, & ordine Dignitatis. *Decian. reſponſ. 38. num. 4. De Luc. de Præeminen. diſc. 25. num. 5. Paciva. allegat. 150. numer. 5. Rot. in Provinciarum Ord. B. M. de Mercede 23. Januarii 1692. §. Habet enim, cor. Emerix Jun. & in d. Lucana d. §. Inconcuſſa, in fin.*

Quòd ſi antiquioritas unius Eccleſiæ Collegiatæ proveniret à Statu Regulari, quem habuiſſet antequam ſecularizzata fuiſſet, non per hoc vinceret in dignioritate aliam Collegiatam, ad hunc ſtatum elevatam ante ſecularizzationem alterius, quia Collegiata Regularis, ratione ordinis hyerarchici, ut alibi latiùs fuit obſervatum, eſt inferior qualibet Parochiali Seculari; ac proindè hujuſmodi qualitas, antecedens ſta- 3
tum Collegialitatis Secularis, non ſuffragaretur ad obtinendam Præcedentiam. *Rot. cor. Arguell. deciſ. 62. n.* 10.

num. 10., *& citato noſtro Ceccoporio*, *Rot. in d. Lucana*
Præeminentiarum §. Sed quando, *cor. Molines*.
Quando autem adeò vetuſta ſunt principia Colle-
gialitatis, ut conſtare non poſſit, quænam ex duabus
Eccleſiis Collegio fuerit priùs inſignita, argumenta
antiquioritatis deſumi valent ab hiſtoria, quas ad
4 hunc effectum, ceſſantibus aliis magis indubitatis pro-
bationibus, valdè ſpectanda eſſe monent *Curſius*, *de*
Præeminen. cap. 6. nu. 29. Novar. in Summ. Bullar. com-
ment. 96. num. 51. De Luc. de Præeminent. diſc. 25. nu.
5. Rot. dec. 718. nu. 2. part. 4. diverſ., *& in Hiſpalen.*
Præcedentiæ 29. Januarii 1691. §. Cæterùm, *cor. Eme-*
rix Jun., *& in d. Provinciarum Ordinis B. M. de Merce-*
de §. Habet.
Item ab obſervantia, ſive conſuetudine, quæ cen-
5 ſetur ad inſtar legis in materia Præcedentiæ, *cap. cum*
olim, *de conſuetud. l. obſervare §. Antequam*, *ff. de offic.*
Proconſul. Rot. dec. 304. nu. 26. & dec. 771. nu. 5. part.
18. dec. 99. n. 10. & ſeqq. part. 19. rec.
Item à priori nominatione, ſeu deſcriptione, po-
tiſſimùm in antiquis ſcripturis, ſeu monumentis; prior
6 enim deſcriptio, emiſſa in aliquo actu proportionato,
magnum eſt indicium dignioritatis, ideoque apta ad
obtinendam Præcedentiam, *ad Text. in l. 1. ff. de al-*
bo ſcriben. l. decernimus ubi Gloſſ. in V. reſidendi C. de
Sacroſ. Eccleſ. Rot. dec. 242. num. 14. part. 16. deciſ.
556. num. 5. part. 17. & dec. 596. num. 3. part. 18.
rec. cum aliis in *d. Provinciarum*, *§. Tum etiam*, *cor.*
Emerix Jun.
Cæterùm, ſi ambæ Eccleſiæ eſſent coævæ, eo-
dem videlicèt die ad ſtatum Collegialitatis evectæ,
per actus ſeparatos, ita ut à priori alterius denomi-
7 natione de dignioritate conſtare non poſſet; tunc re-
gulanda eſſet inter eas Præcedentia à præcellentia qua-
litatum, quibus utraque pollebat ante erectionem,
veluti antiquioritate, ſeu alia ſimili qualitate, qua
altera ſuper alteram præeminebat. *Navarr. conſil. 5.*
numer. 41. & conſil. 10. numer. 9. de major. & obed.
Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 3. cap. 18. numer. 17.
Rot. in d. Provinciarum Ord. B. M. de Mercede §. Non
obſtat.
Poſita verò antiquioritate alicujus Collegiatæ, &
per conſequens illius majori dignitate ſupra recentio-
rem, non per hoc, quòd minùs antiqua, habito reſ-
pectu ad ſtructuram fabricæ Eccleſiæ, ad numerum
Canonicorum, ac Miniſtrorum, in ea inſervientium,
nobilior ac dignior appareret, anteponenda foret an-
tiquiori, quæ attentis prædictis, aliiſque ſimilibus
qualitatis reſulgentibus in altera, longè inferior re-
putanda videretur; quia ad effectum regulandi Præ-
8 cedentiam, juxta Juris diſpoſitionem, attenditur,
quænam prior ſit elevata ad gradum Collegialitatis,
non autem quæ poſtmodùm magis aucta extrinſecis,
& accidentalibus qualitatibus fuerit, ex quibus non
augetur Dignitas, quæ cauſet Præcedentiam argu-
mento *Tex. in l. 1. C. de Conſulib. lib. 12.* ubi ex hac
ratione ſancitur, quòd qui primò adeptus fuit Con-
ſulatum, præferendus veniat ei, qui bis geſſit Conſu-
latus honores, cum in hoc caſu non procedat regu-
la, quæ de Jure attenditur in materia nobilitatis, vi-
delicet, quòd non ſolùm ſpectetur origo, verùm etiam
9 progreſſus, ſed unicè, juxta prædicta, ex antiquiori
principio inferatur ad Præcedentiam, ut benè ad pro-
poſitum *Rot. in ſæpè allegata Provinciarum Ord. B. M.*
de Mercede §. Denique.
Illud, antequam ad alia progrediamur, ad hanc ma-
teriam, notandum eſt, quòd ſi aliqua Secularis Ec-
cleſia Collegiata ad Regularem ſtatum tranſiiſſet me-
diante unione alicui Ordini Religioſorum; ac ſubin-
dè propter penuriam eorundem, vel alia de cauſa,
diſſoluta unione, rediiſſet ad ſtatum Secularem, du-
bium oriretur, num recuperaret locum, & Præceden-
tiam, qua, antequam per Regulares provideretur,
fruebatur, ſicuti adverſus alias Collegiatas, medio
10 tempore erectas; & illius reſolutio pendet à forma,
ſeu modo, quo facta eſt, & reſpectivè diſſoluta unio,
quia ſi eadem unio facta fuiſſet per viam ſuppreſſio-
nis ſtatus Secularitatis, & extinctionis jurium Colle-
gii, & per actum quendam novæ creationis facta ere-
ctio Collegiatæ Regularis, quæ undique valida, &
effectuata fuiſſet, proculdubio reſtitutio ad primævum
ſtatum Secularem, utpotè dependens à mera gratia,
non importaret jus recuperandi priorem Præceden-
tiam, neque etiam contra Eccleſias Collegiatas, me-
dio tempore inſtitutas, juxta *Text. in cap. ex inſinua-*
tione 26. de ſimon., *& in l. 2. ff. de Decurion.*, & con-
ferunt deducta à *Rot. in d. Provinciarum Ordin. B. M.*
de Mercede §. Prout non officit; quòd ſi reſtitutio pro-
ceſſiſſet per viam juſtitiæ, utpotè quia unio ex inſub-
ſiſtentibus cauſis facta fuiſſet, vel alio defectu labo-
raret; ita ut de jure unio diſſolvi, & Eccleſia ad ſuum
ſtatum reduci deberet, quo caſu non eſt opus novæ 11
erectionis, ſed ſolùm reductionis rei in priſtinum. *Ar-*
chidiac. in can. unio. quæſt. 3. numer. 10. Rebuff. in Prax.
Beneſ. tit. de Union. revocan. num. 1. Rot. dec. 406. nu-
mer. 19. part. 16. recen. tunc talis reſtitutio, ex juſti-
tia procedens, reducit rem in gradum priſtinum, tri-
buitque omnia primæva jura, ac Præcedentias, etiam 12
in præjudicium tertii, cui medio tempore fuerunt ac-
quiſita. *Peregrin. de Jur. Fiſc. lib. 5. titul. 2. num. 44.*
Capyc. Galeott. controv. 45. num. 28. lib. 2. Rocc. de Offic.
rubr. 5. §. 9. num. 29. & 30. Gratian. diſcept. 845. num.
9. & plur. ſeqq. nam intermedio tempore inter unio-
nem, ac reſtitutionem, cenſentur jura obdormiſſe, po- 13
tius quàm expiraſſe, ut optimè *Bald. in cap. cum ac-*
ceſſiſſent, *num. 38. de conſtit.*, & eleganter hanc mate-
riam in proximis terminis explanavit. *Rot. in d. Pro-* 14
vinciarum Ord. B. M. de Mercede §. Minus, *& §§. ſequen.*
coram Emerix Jun.
Tranſeundo autem nunc ad aliam quæſtionem, de
qua hic noſter Author nimirum de ordine Præceden-
tiæ inter Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, quando anti-
quior in receptione eſt in Ordine Sacro inferior eo,
qui recentiùs in Canonicum fuit admiſſus, videntur
omninò, pro dirimenda controverſia, amplectendæ 15
infra relatæ Reſolutiones *S. Rit. Cong.*, potiſſimùm
quia ejus particulare munus eſt quæſtiones hujuſmodi
decidere, & etiam quia una ex ipſis emanavit per viam
legis univerſalis, & Pontificio oraculo confirmata fuit;
ac proindè etiam ab ipſa *Sacra Rota Romana* reveren-
ter ſuſcipiuntur, ut paſſim profitetur, & ſunt ſe-
quentis tenoris. *Decretum Alex. VII. ſub die 27. Septem-*
bris 1659.
Auditis Pompilio Zuccarino, *& Michaele Angelo Bo-*
naccefuſio Canonicis Clericis Collegiatæ Eccleſiæ S. Ma-
riæ ad Martyres de Rotunda nuncupatæ, *inter non exi-*
gua ſpatia dilationis, *eiſdem repetitis vicibus indulta*,
ad jura quæcunque cumulanda, *contra Canonicum Joan-*
nem Carolum Vallonum, *in Sacerdotali Ordine conſtitu-*
tum, *poſteriorem prædictis in poſſeſſione Canonicatus*, *ac*
tandem, *& noviſſimè relata per Eminentiſſimum*, *&*
Reverendiſſimum D. Carolum Ghiſium hujuſmodi contro-
verſia in Congregatione Sac. Rit. ordinaria, *habita co-*
ram SS., *Sanctitas Sua decrevit*, *Canonicos Sacerdo-*
tes, *quamvis poſſeſſione Canonicatus poſteriores*, *ubi Præ-*
bendæ non ſunt diſtinctæ, *ſemper & ubique præferen-*
dos eſſe Canonicis inferioris ordinis, *etiamſi poſſeſſione*
Canonicatus anterioribus, *non obſtante immemorabili con-*
ſuetudine, *quam abuſum impræſcriptibilem declaravit*,
ob idque in prædicta Collegiata Decretum emanatum ſub
die 29. Martii præſentis anni debitæ executioni deman-
dari, *& poſthac inviolabiliter*, *ac inconcuſſè ſervari*
mandavit.
Monopolitana -- *Pro parte Hyacinthi Venetiani Ca-*
nonici Sacerdotis Cathedralis Monopolis adverſus Canoni-
cum Antonium Sforza, *Clericum ejuſdem Cathedralis*,
ſupplicatum fuit apud Sac. Rit. Congreg., *per reſolutio-*
nem infraſcripti dubii: *An ſupradictus Canonicus Clericus*
ſedere debeat, *tum in Choro*, *tum in Capitulo*, *& ſta-*
re in loco ſuæ receptionis; *an verò poſt omnes Canoni-*
cos Sacerdotes, *etiam poſtquam fuerit effectus Sacerdos*,
in loco tamen ex tunc ſibi tangente, *& eadem Sac. Con-*
greg., *inhærendo aliis Reſolutionibus*, *in ſimilibus ema-*
natis, *& præcipuè in una Urbis S. Mariæ ad Marty-* 16
res de Rotunda ſub diebus 29. Martii, *& 27. Se-*
ptembris 1659., *iterum declaravit*, *quòd Canonici*, *ubi*
Præbendæ non ſunt diſtinctæ in Presbyterales, *Diacona-*
les, *& Subdiaconales*, *quamvis antiquiores receptione*,
non ſint præferendi Canonicis Presbyteris, *etiam poſt-*
quam ipſi Canonici Clerici fuerint effecti Sacerdotes, *&*
tunc nec ipſis competere reintegrationem, *ſeu Præceden-*
tiam adverſus Canonicos Sacerdotes, *poſteriores receptio-*
ne,

ne, cum Jus, ſemel adeptum ex Sacerdotio, nunquam
amittatur, non obſtante immemorabili in contrarium con-
ſuetudine, quam abuſum impræſcriptibilem declaravit;
Et ita cenſuit, & ſervari mandavit in prædicta Eccle-
ſia Cathedrali Monopolitana, dummodo tamen in eadem
Præbenda ſint ſolummodò Presbyterales, hac die 17. No-
vembris 1674.

Et nuper etiam ad relationem Eminentiſſimi D. Cardi-
nalis Caprara reſpondit *eadem Sac. Congr. in una Sutrina*
Præcedentiæ ſub die 17. Auguſti 1707.

Hinc, licèt *Rota coram Emerix dec. 66. per tot.* arti-
culum definiverit favore Canonici antiquioris in rece-
17 ptione, videlicet, quòd promotus ad Sacerdotium
recuperet jus Præcedentiæ ſupra Canonicos Sacerdo-
tes, medio tempore receptos, eo quia *Text. in cap. ſta-*
tuimus, de maiorit. & obedien., non procedat niſi quan-
diù durat diſparitas ordinis, non videtur poſſe reci-
pi in concurſu præallatarum Reſolutionum, ex ratio-
nibus proximè adductis. Hoc tamen fallit in noſtro
Capitulo Piſtorien., in quo Canonicus antiquior in
receptione, & inferior in ordine, poſt promotionem ad
Sacerdotium recuperat Jus Præcedentiæ, propter ex-
18 preſſam Conſtitutionem Capitularem, hoc jus tribuen-
tem, quæ cùm ſit confirmata in forma ſpecifica à Se-
de Apoſtolica, etiam in concurſu contrariæ diſpoſitio-
nis Juris videtur ſervanda, prout inconcuſsè ſerva-
tur.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Præcedentia Coadjutorum Dignitatum Cathedra-
lium, & Collegiatarum, & ſimplicium Canonico-
rum, tam in Choro, quàm in cœteris actibus;
Et de Canonicis ſupranumerariis, eorùmque ſpe-
ciebus.

S U M M A R I U M.

1 *Coadiutores Dignitatum præcedunt Canonicos anti-*
quiores.
2 *Dignitates Honorariæ præferuntur Canonicis.*
3 *Hujuſmodi Dignitates non ſunt Beneficia.*
4 *Coadjutores Canonicorum non præcedunt Canonicos,*
etiam noviter receptos; & quid in actibus civilibus
n. ſeq.
6 *Coadjutor ſuum Coadiutum repræſentat ſolùm in*
Choro.
7 *Quid ſi in Bulla Coadiutoriæ dictum fuerit, quòd*
Coadiutor fruatur omnibus præeminentiis Coadiuti.
8 *An in congreſſibus civilibus?*
9 *Canonici ſupranumerarii olim creabantur ab Epiſcopo,*
modò ſolùm à Papa.
10 *Quando ſunt inſtallati, dicuntur de corpore Capituli.*
11 *Cedunt tamen locum Canonicis numerariis eiuſdem*
ordinis.
12 *Præcedunt Coadiutores.*
13 *Canonicus ſupranumerarius, cum Expectativa, poteſt*
eſſe Delegatus Apoſtolicus.
14 *Coadiutores non poſſunt eſſe Delegati Apoſtolici.*
15 *Supranumerarii, & Coadiutores Ordinariorum, an-*
teponuntur Canonicis Honorariis tantùm.
16 *Qui ſint Canonici Honorarii.*

T I T U L U S XII.

COadjutores Dignitatum, tam Cathedralis, quàm
Collegiatæ, præcedunt reſpectivè Canonicis an-
1 tiquioribus. *Vivian. de Jur. Patr. part. 2. lib. 5. cap. 1. n.*
84. Garz. de Ben. part. 4. cap. 5. n. 65. Idem dicendum
de Dignitatibus Honorariis, quæ anteponuntur om-
nibus aliis ſimplicibus Canonicis, etiam antiquiori-
bus. *Maſſobr. in Prax. hab. conc. prælud. 21. dub. 1. nu.*
16., ubi dicit, ſolitum eſſe in Cathedrali Biturien.
2 Dignitatem Archipresbyteratus committi alicui ex
Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, qui proindè
præcedit aliis Canonicis ejuſdem Cathedralis, vivente
Epiſcopo, à quo ſolet deputari. *Gloſ. in Extrav. exe-*
3 *crabilis de præb.* Quoniam verò talis Dignitas non eſt
Beneficium formale *Ciarl. part. 2. cap. 127. num. 56.*

poſtponitur habenti re ipſa Dignitatem, ex *Lotther.*
de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 25. Coadjutores Canonicorum 4
cedunt locum Canonicis numerariis ejuſdem Ordinis
quantumvis noviter receptis. *Gonzal. ſuper reg. 8. Can-*
cell. gloſ. 5. §. 9. n. 98.

Intellige in Choro, & Proceſſionibus; nam in com-
munibus congreſſibus Coadjutor Presbyteri non præ-
cedit Canonicum proprietarium Diaconalis, vel Sub-
diaconalis Præbendæ; ſiquidem ille non eſt verus Ca- 5
nonicus, ut deciſum refert *Nald. in Summ. V. Canoni-*
cus, nu. 5. Ficto autem verus præfertur. *Gemin. conſ.*
538. n. 1. Coadjutor repræſentat tantùm ſuum Coad-
jutum in Choro, & ad hunc finem datur. *Leonell. l. c.*
quæſt. 12. art. 3. Nec facit, in ejus Bulla legi, quòd de-
beat frui præeminentiis, quibus ſuus Coadjutus; Id 6
enim interpretatur in Functionibus Eccleſiæ, non au-
tem in actibus civilibus cum veris Canonicis. *Caſtr.*
Pal. part. 1. de Beneſ. tract. 13. diſp. 10. pun. 10. n. 29. Penia
dec. 243. n. 3. part. 1. Ex quibus cogitandam relinquo 7
reſolutionem quæſtionis, quam in facto ponit *Honob.* in
ſuis *Conſult. part. 3. reſp. 10.* circa Præcedentiam in com-
munibus congreſſibus inter Coadjutorem Canonici Ca- 8
thedralis, & Canonicum Ordinarium inſignis Eccle-
ſiæ Collegiatæ.

Canonici ſupranumerarii, qui olim ab Epiſcopo,
modò ſolùm à Papa creantur *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c.*
19., poſtquam fuerint inſtallati in Choro, & loco Ca- 9
pituli, dicuntur de ejus Corpore, & gaudent diſtri-
butionibus, prout alii Canonici Ordinarii. *Fran. Mar.*
deciſ. 16. part. 1. Grat. Diſcept. For. cap. 482. num. 11. 10
Et quamvis hi cedere debeant honorabiliorem locum
Canonicis numerariis ejuſdem Ordinis: *Rip. conſ. 11.* 11
n. 5. vol. 1. Rot. deciſ. 655. n. 1. part. 4. diverſ. reor his
competere Præcedentiam ſuper Coadjutores, quia ſu-
pranumerarii, verè, & propriè ſunt Canonici. *Gomeſ*
l. c. de ſer. expect. num. 8. Azor. part. 2. mor. lib. 3. cap. 12
11. quæſt. 5. & Paul. de Caſtr. conſ. 365. num. ult. vol. 1.,
ubi ſubdit, Dignitatem conferendam Canonico, poſ-
ſe conferri Canonico Expectativo, qui & poteſt eſſe
Delegatus Apoſtolicus juxta *cap. Statutum, de reſcript.*
in 6. Marc. deciſ. 1121. num. ult. part. 1., & Judex Sy- 13
nodalis, ita *S. C. C. ad ſeſſ. 25. cap. 12. de refor.*, quod
de Coadjutoribus negat *Garzia loc. cit. part. 4. cap. 5. n.*
131. in add. Nec retragatur, Supranumerarios carere
Præbenda, cum illam habeant in potentia, veluti & 14
Canonicus Ordinarius, privatus ob delictum omnibus
fructibus ſuæ Præbendæ, adhuc retinet honores, &
prærogativas Canonicales. *Vener. loc. cit. lib. 9. cap. 1.*
num. 42.

Nonnulli ſunt Canonici, qui Præbendas non habent
in ipſa Collegiata, ſed in alia Eccleſia, ex gratia
Sum. Pont. & ſunt Canonici veri, ut docet *Pyr. in*
Prax. lib. 2. cap. 5. num. 38. Supranumerarii, & Coad-
jutores Ordinariorum anteponuntur in præcedentiis
Canonicis honorariis tantùm *Rip. loc. cit. n. 27.* Ra- 15
tio eſt, quia hi vocem in Capitulo non habent, neque
Diſtributiones, nec ſpem, aut expectationem Præben-
dæ, & creantur ab Epiſcopo ad honorem Eccleſia- 16
rum. *Archid. in cap. Gratia, num. ult. de reſcript. Jo:*
Quint. in cap. de multa, n. 10. de præb. Hi tamen præ-
feruntur Parochis, & Plebanis, ut colligitur *ex Caſſan.*
part. 6. conſid. 5.

A R G U M E N T U M.

De materia Coadjutorum, eorumque Præcedentia,
& quæ, & quando ipſis debeatur; & de differen-
tia inter Coadjutorem datum ſimplici Canonico, &
illum datum Dignitati. De intereſſentia in Cho-
ro, & Capitulo, an, & quando Coadjutoribus com-
petat, vocemque in illo habeant, & ad officia eli-
gi poſſint. An Coadjutore legitimè abſente, lu-
cretur Coadjutus Diſtributiones quotidianas; & an
è converſo cauſæ, excuſantes Coadjutum ab intereſ-
ſentia, excuſent etiam Coadjutorem.

S U M M A R I U M.

1 *Tenor Literarum Coadiutoriæ unicè eſt attendendus,*
licèt eſſet præter, vel contra Jus.
2 *Coadiutores non ſunt niſi ficti Canonici.*

3 *Coadjutoria eſt ſimplex munus, & officium, non autem Beneficium.*

4 *Penes Coadjutum reſidet totale Jus in Canonicatu.*

5 *Quale tempus attendatur pro determinanda Coadjutorum antianitate, ſeu Præeminentia*, & num. 6.

7 *Non poſſunt duo eandem rem inſolidum, eodem reſpectu, eodemque tempore poſſidere.*

8 *Agens nomine alterius, non ſibi, ſed principali acquirit.*

9 *Monſtruoſum eſt unius Beneficii eſſe ſimul duos Sponſos.*

10 *Coadjutores non veniunt appellatione Canonicorum in Statutis, aliiſque diſpoſitionibus.*

11 *Coadjutor non poteſt juvari concordia, cum veris Canonicis inita.*

12 *Communicatio Privilegiorum, & Jurium Coadjuto competentium, facta à Dataria Apoſtolica favore Coadjutoris, reſtringenda eſt ad ea, quæ de Jure communi, non ad ea, quæ Jure ſpeciali veris Canonicis competunt.*

13 *Eveniente obitu Coadjuti, debet Coadjutor poſſeſſionem capere Canonicatus, & quidem Capitulariter, ut ſit manutenibilis*, & n. 14.

15 *Poſt mortem Coadjuti expirat Coadjutoria, & ex gratia penitùs diverſa, licèt iiſdem Literis contenta, obtinet Coadjutor Canonicatum.*

16 *Limita concluſionem poſitam* ſub n. 13. *quando Coadjutor continuaret in exercitio actuum Canonicalium patientibus Canonicis.*

17 *Coadjutor non tenetur ſolvere ſolitam taxam Fabricæ ſeu Sacriſtiæ à die ſuſcepti officii, ſeu adminiſtrationis.*

18 *Coadjutor non tenetur emittere profeſſionem Fidei, niſi quando poſt mortem Coadjuti capit veram poſſeſſionem Canonicatus.*

19 *Coadjutor non poteſt repelli ob defectum æqualitatis, requiſitæ pro obtinendo Canonicatu, vel in vim fundationis, vel ex diſpoſitione Statutorum Capitularium, ſed ſolùm poſt mortem Coadjuti.*

20 *Coadjutoribus debentur omnes præeminentiæ, Coadjutis competentes, tam in Eccleſia, in qua Coadjutoriam exercent, quàm extra illam.*

21 *Contrarium eſt veriùs, & referuntur plura* S. Rit. Congr. Decreta.

22 *Coadjutoriæ officium, quoad Præcedentiam, non operatur, niſi dum actu exercetur*, & num. 24.

23 *Coadjutoria inducta eſt, non in gratiam Coadjutoris, ſed ipſius Eccleſiæ, ad hoc ſcilicèt, ut Coadjuto, infirmitate, vel ſenectute detento, per Juniorem Coadjutorem ipſi inſerviatur.*

25 *Coadjutor datus Dignitati, abſente Coadjuto, ſedere debet in Stallo eidem Dignitati debito, omniaque explere, quæ ad Coadjutum ſpectarent: Coadjutor verò Canonici, ſedere debet, & functiones, facere poſt omnes Canonicos, etiam poſt ſuſceptum Coadjutoriæ officium, receptos*, & .numer. 26.

27 *Quando Coadjutor, poſt mortem ſui Coadjuti, non teneatur relinquere Stallum, quod, eo vivente, occupabat, cum Præeminentia ſupra Canonicos, durante Coadjutoria, receptos*, & num. 27.

29 *Limita concluſionem poſitam* ſub num. 25., *quoad Coadjutorem Dignitatis, in caſu quo duæ eſſent in eadem Eccleſia Dignitates coæquales; quia tunc Coadjutor, datus antiquiori, debet alteri cedere.*

30 *Declara id procedere, circa locum, & Præcedentiam; non verò quoad Functiones, & hebdomadam ad Coadjutum ſpectantem, in quibus Coadjutor inſervire debet ante alteram Dignitatem.*

31 *Item limita eamdem concluſionem, quoad Coadjutorem ſimplicis Canonici, quando Præbendæ eſſent diſtinctæ, quo caſu ipſe ſedere debet in ultimo loco illius ordinis, de quo eſt Coadjutor.*

32 *Coadjutores Canonicorum præcedere debent Canonicos ſupranumerarios, qui ſine ſpe ad Præbendam, ad ſolum honorem creantur, licèt ante obtentam Coadjutoriam electos.*

33 *Coadjutor, Sacris non initiatus Ordinibus excludi non poteſt ab exercitio aliarum Functionum, quæ cum ſolo habitu Canonicali explentur.*

34 *Limita in Functionibus honorariis, veluti aſſiſtentiæ Epiſcopo, aliiſque ſimilibus, in quibus Coadjutores non admittuntur, niſi in defectum Canonicorum Titularium*, & n. 36.

35 *Canonici minùs digni vices immediatè digniorum, qui reperiuntur impediti, ſupplere debent.*

37 *Declara, non poſſe Coadjutores ſupplere vices aliorum Canonicorum, ſed tantùm illas ſui Coadjuti.*

38 *Coadjutor occupans locum, vel Functionem exercens patiente Capitulo, contra id, quod de Jure eſt permiſſum, non valet manutentionem prætendere*, & num. 39.

40 *Coadjutor actibus Capitularibus intereſſe prohibetur, etiam abſente Coadjuto, ſicuti pariter ad Officia Capituli eligi, niſi aliud expreſsè contineatur in Litteris Coadjutoriæ.*

41 *Poteſt verò Choro intereſſe, præſente Coadjuto, dummodò idem Principalis aſſentiatur, & in ultimo loco ſedeat.*

42 *Et unica, eo caſu, debetur Diſtributio.*

43 *Quæ cauſæ excuſent ab intereſſentia Chori, remiſſivè.*

44 *Coadjutor, omittens intereſſentiam Chori in caſibus à Jure permiſſis, lucratur Diſtributiones ad favorem Principalis.*

45 *Contra verò cauſæ, excuſantes ab intereſſentia Coadjutum, non excuſant Coadjutorem.*

46 *Coadjutor, effectus inhabilis ad præſtandum ſervitium Eccleſiæ, amittit Jus ad futuram ſucceſſionem in Canonicatu, & poteſt Coadjutus petere, ut ſibi detur alius Coadjutor*, & n. 47.

48 *Coadjutor debet in Canonicatu ſuccedere, etiamſi ſervitium Eccleſiæ non præſtitiſſet, ob ſecutum Coadjuti deceſſum ante Literarum expeditionem, poſt ſignatam Gratiam Coadjutoriæ.*

49 *Coadjutus excommunicatus non lucratur fructus, & Diſtributiones propter ſervitium Coadjutoris, & affertur ratio* n.ſeq.

ANIMADVERSIONES.

UT in hac materia Præcedentiæ Coadjutorum Ca-
nonicorum, clariori, qua fieri poteſt, metho-
do procedamus, præmittendum eſt, primam regulam, 1
ſpectandam circa dictam Præcedentiam, ac pro reſolu-
tione ferè omnium controverſiarum, quæ paſſim oriun-
tur tam inter Capitula, quàm inter Coadjutores, &
Coadjutos, eſſe inſpectionem literarum Coadjutoriæ
quæ cum diverſimodè expediantur à Dataria, ex illa-
rum tenore potiſſimùm pendet deciſio earundem, & li-
cèt ſit præter, vel contra Jus, unicè eſt attendendus, ut
monuerunt *Pignatell. conſult.* 185. *n.* 22. *tom.* 4. *& Rot.
in Olomucen. Canonicatus §. Tantum abeſt, infra ſæpè al-
leganda, & in Romana Coadjutoriæ* 14. *Martii* 1696. *§.
Evidens cor. Muto.*

Secundò item præmittendum, Coadjutores non poſ-
ſidere, nec eſſe niſi fictos Canonicos. *Barboſ. de Canon.
cap.* 29. *n.* 6. *& ſeq. Monet. de Option. Canonic. quæſt.* 8. 2
n. 143. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *§.* 9. *n.* 107.
Tondut. Reſol. Benefic. part. 2. *tit.* 1. *§.* 13. *n.* 6. *Rot. dec.*
456. *n.* 8. *part.* 1. *& dec.* 667. *n.* 12. *part.* 19. *rec.* nec ha-
bere titulum, ſeu Jus in Canonicatu, ſed dumtaxat 3
in ſpe, propter Gratiam Expectativæ; cùm Coadju-
toria non ſit niſi ſimplex munus & officium, non au-
tem Beneficium. *Gonzal. d. gloſſ.* 5. *§.* 9. *numer.* 31. *&*
37. *Rot. in Olomucen. Canonicatus* 29. *Martii* 1694. *§. In
propoſito, cor. Muto, impreſſ. ad De Luc. de Benef. de-
ciſ.* 19. Cumque Coadjutores, per officium Coadjuto-
riæ, non conſequantur niſi munus adminiſtrandi no- 4
mine Coadjuti, penes quem reſidet totale Jus in Ca-
nonicatu *Rot. cor. Coccin. dec.* 1902. *num.* 28. *& ſeqq.*,
indè ſequitur, non à die ſuſceptæ adminiſtrationis eo-
rum officii ſumere initium eorum antianitatem, ſeu 5
Præeminentiam, pro qua determinanda attenditur
tempus captæ poſſeſſionis, non autem, admiſſionis,
ſeu proviſionis; *ad Text. in l.* 1. *C. de Conſ. lib.* 12. *cap.*
1. *de major. & obed. Gloſ. in l. ſi quis V. Antiquiorèt, de
conſt. in* 6., ſed tantummodò poſt obitum Coadjuti,
quando fit locus Expectativæ, & de ficto Canonico 6
Coadjutor evadit verus Titularis. *Rota deciſ.* 456.
nu. 5. *part.* 1. *rec. & coram Coccin. dec.* 1902. *nu.* 32.

Hæc

Hæc adminiſtratio Coadjutoriæ non conſtituit Coa-
djutorem in poſſeſſione, quæ cum remaneat inſoli-
dum penes Coadjutum, implicat quòd ſimul poſſit eſ-
ſe etiam penes Coadjutorem, cum duo non poſſint
7 eandem rem inſolidum eodem reſpectu, eodemque
tempore poſſidere *l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir.
poſſeſſ. l. ſi. duo ff. de precario*. Præterquamquòd, cum
adminiſtratio ſit facta nomine Coadjuti, illa non po-
teſt juvari Coadjutor, tanquam agens nomine alte-
8 rius, qui non ſibi, ſed principali acquirit, per *Tent.
in l. 1. §. Per procuratorem, & l. quod meo ff. de acquir.
poſſ. Rot. deciſ. 456. n. 2. & ſeq. part. 1. rec.*, & in ſubje-
cta materia redoleret monſtruoſitatem, quòd eſſent duo
9 ſimul ſponſi unius Beneficii, ut in terminis Coadju-
toris dati Epiſcopo, qui non contradiſtinguitur à Coa-
djutore dato in cœteris Beneficiis, dixit *Rota in d. Olo-
mucen. Canonicatus d. §. In propoſito, coram Muto*.

His præmiſſis, in eorum ſequelam venit, quòd Coa-
djutores Canonicorum nequaquam veniaot appellatio-
10 ne Canonicorum, quotieſcumque in Statutis, aliiſ-
que diſpoſitiooibus, Canonicorum fit mentio: *Garz.
de Beneſ. in addit. ad cap. 5. part. 4. num. 96. Barboſ. ad
Conc. ſeſſ. 23. cap. 7. num. 29. de reformat., & de Cano-
nicis cap. 29. nu. 38., cum aliis in d. deciſ. 667. n. 12.
in fine, part. 19. rec.* proindèque nec juvari poſſe Coa-
djutores concordia, ſeu contractu, vel alia ultima
diſpoſitione, ſcripta, ſeu reſpectivè inita, ſavore Ca-
nouicorum; quia cum, ut diximus, Coadjutores non
ſint Canonici, niſi per fictionem, & ſimplicem oun-
cupationem, non poſſunt comprehendi in hujuſmodi
11 diſpoſitionibus, prout in terminis concordiæ ſuper Præ-
cedentia initæ cum veris Canonicis, reſpondit *Rot. d.
dec. 667. n. 4.* Et licèt juxta moderniorem praxim Da-
tariæ Apoſtolicæ, cum ampliſſimis clauſulis commu-
nicentur Coadjutoribus omnia privilegia, jura, &
honores, Coadjutis competentes, illarum amplitudo
coarctanda venit ad ea tantùm privilegia, quæ de
12 jure commuoi Canonicatui ſunt anoexa, nec exten-
denda ad illa, quæ jure ſpeciali, veluti ex concordia,
vel ex teſtamento, veris Canonicis competunt, ut
advertitur *in d. dec. 667. numer. 6. & ſeqq.*, & an-
tea in Deciſionibus in eadem Cauſa præcedenter
emanatis.

Et pariformitèr, quòd eveniente caſu obitus Coa-
13 djuti, debeat Coadjutor capere poſſeſſionem Cano-
nicatus, & quidem capitulariter, ad hoc ut ſit manu-
tenibilis, *Rota dec. 122. n. 3. 4. part. 10. rec.* cum ſibi
aotea poſſidere non potuerit. *Lotter. de Re Beneſ. l. 2.
14 quæſt. 25. n. 32. Ventrigl. annot. 13. §. Unico, n. 49. part.
2.* quia per mortem Coadjuti ceſſat, & expirat quò
ad omnes effectus Coadjutoria, illiuſque adminiſtra-
15 tio, & Coadjutor ex gratia penitos diverſa, & ſe-
parata ab illa Coadjutoriæ, licèt in iiſdem Litteris
contenta, obtinet Canonicatum. *Rota cor. Put. dec.
98. lib. 2. & dec. 226. n. 16. lib. 3. & d. dec. 436. n. 5.
& ſeqq.*

Quòd ſi novam non capiendo poſſeſſionem, poſt
mortem Coadjuti, patientibus Canonicis, continua-
16 ret in exercitio actuum Canonicalium, cenſeretur ſibi
mutaſſe cauſam poſſeſſionis, & vigore novi tituli ſu-
pervenit, videlicèt Gratiæ futuræ ſucceſſionis poſſide-
re. *Rota coram Put. dec. 451. lib. 1. dec. 143. n. 3. part.
2. diverſ. & d. dec. 476. n. 7. part. 1. rec.*

Cæterùm ex præallatis rationibus, Coadjutor non
17 tenetur à die ſuſcepti officii Coadjutoriæ ſolvere Fa-
bricæ, ſeu Sacriſtiæ Eccleſiæ ſummam, ſolitam per-
ſolvi per novos Canonicos in actu adipiſcendæ poſſeſ-
ſionis. *Barboſ. de Jur. Eccleſ. l. 4. c. 10. n. 72.* ſicuti ne-
que emittere Fidei profeſſionem, quàm ad formam
18 *Conc. Trid.* tenentur facere veri Canonici, ſed tantum-
modò poſtquam, ſecuto obitu Coadjuti, factus eſt lo-
cus Gratiæ expectativæ, & per eam capitur vera poſ-
ſeſſio Canonicatus *Barboſ. de Offic., & Poteſt. Epiſcop.
alleg. 61. n. 13. 14.*

Sicuti pariter in caſu, quòd ex vi ſundationis Ca-
nonicatus, vel Statutorum Capitularium, teneretur
illius poſſeſſor aliqua pollere qualitate, veluti Docto-
ratu, non eſſet neceſſe, quòd Coadjutor, datus Poſ-
ſeſſori talis Canonicatus, hujuſmodi qualitatem habeat
19 nec ob id à Capitulo repelli poſſet ab exercitio Coad-
jutoriæ; quia cum in vita Coadjuti non ſit titularis,
ſed tantummodo poſt illius mortem, tunc ſolùm poteſt
Capitulum opponere de defectu sequiſitæ qualitatis.
Rot. dec. 436. & deciſ. 437. part. 5. rec. & in terminis
cor. Coccin. dec. 1902. n. 33.

Deſcendendo nunc ad præeminentias Coadjutoribus
competentes, viventibus eorum Coadjutis, licèt jux-
ta teſtimonium *Ventrigl. in Prax. annot. 13. §. Unic. nu.
34. part. 2.* Sacra Congr. Rit. *in una Piſtorien. 15. Martii*
1608. cenſuerit Coadjutoribus deberi omnes præemi- 20
nentias Canonicis titularibus competentes, non ſolùm
in Eccleſia, in qua Coadjutoriæ officium exercent,
verùm etiam extra illam, ac in omnibus actibus,
tam abſentibus, quàm præſentibus eorum Coadjutis,
ac eſſe tractandos, tanquam veros Canonicos; nihilo-
minus contrarium tenendum eſt, nempe extra actus, 21
quos Coadjutores gerunt nomine, & vice ſuorum Prin-
cipalium, nullam deberi Præcedentiam, ſeu Præemi-
nentiam, ut recentiùs decrevit *d. Sac. Rit. Cong. in An-
conitana 18. Martii 1623. tenoris ſequentis*.

*Sacra &c. cenſuit, Coadjutores Dignitatum extra Eccle-
ſiam nullum babere Privilegium, ſed Præcedentiam inter
eos ſervandam eſſe, ac ſi non eſſent Coadjutores* -- & pa-
riter *in Lauden.* tenor. ſequen. -- *Sacra &c. ad inſtantiam
Dignitatum, & Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis Lau-
den. reſpondit, Coadjutori Dignitatis extra Eccleſiam, &
actus Capitulares, nullam deberi præeminentiam, ſeu præ-
rogativam ſupra antiquiores in Ordine Sacerdotali* -- die 7.
Martii 1637.

Et hinc eadem Sac. Congregatio, occaſione cujuſ-
dam controverſiæ, exortæ inter Confratres Congre-
gationum Presbyterorum Secularium Piſtorien., de
quorum numero exiſtunt quamplures Canonici Cathe-
dralis, ſuper modo præcedendi in actibus, & ſacris
Functionibus earumdem Congregationum, inter cæ-
tera decrevit, Canonicis Coadjutoribus nullam debe-
ri Præcedentiam, ot in Decr. ſeq. tenoris.

*Sac. Rit. Cong. Cenſuit Canonicos juxta eorum antiquam
conſuetudinem uti debere in dictis Societatibus babitu Ca-
nonicali, eoſdemque Canonicos, ſive ſint Priores, ac etiam
ſi ſint duo Priores ejuſdem Societatis eodem tempore, ſi-
ve ſint Officiales, vel unus, vel plures, ſive nullus eo-
rum babeat officium, omnes ſimul reſidere ſemper debe-
re in primis locis ad ſiniſtram Chori, atque inter eos Of-
ficiales præcedere aliis, non habentibus officium, non ob-
ſtante maiori Dignitate, aut priori receptione in Canoni-
catu: Presbyteros verò non Canonicos, etiam ſi duo
Priores unicus Societatis pari modo ſiat, ſederè contra
debere ad dexteram Chori*: Coadjutores verò Canoni-
corum oulla in dictis Societatibus gaudere Præceden-
tia *In reliquis nibil immutari voluit. Et ita ſervari
mandavit facto verbo cum SS.ᵐᵒ bac die 12. Januarii*
1628.

Et ratio, propter quam Coadjutores nullam habe-
re debeot Præcedentiam extra Eccleſiam, cui inſer-
viunt, & actus Capitulares, quos nomine ſuorum
Principalium gerunt, eſt manifeſta, quia ex forma
Coadjutoriæ, non niſi in Eccleſia, & quoad actus Ca-
pitulares, vices ſupplent Principaliom, eoſdemque re-
præſentant, unde, iis caſibus exceptis, cum deſtituti
remaneaot illa prærogativa, qua mediante cæteris præ-
cedebant, ſequitur, quòd nullam habeant Præceden-
tiam, ita ut etiam in concurſu eorundem cum aliis ſim-
plicibus Sacerdotibus deheat attendi dumtaxat regula
antianitatis in Ordine, nullatenus attento officio Coa-
djutoriæ, quòd ad hunc effectum non operatur, niſi 22
dum actu exercetur. *Pignattell. conſult. 185. n. 8. tom. 4.*
& buic rationi altera adſtipulatur, nimirum, quòd
Coadjutoria non datur in gratiam Coadjutoris, ſed ip-
ſius Eccleſiæ, nempe ad effectum, ut illius ſervitium
ab infirmitate, vel ſeoectute Coadjnti impeditum, per 23
junioris Coadjutoris aptitudinem ſuppleatur. *Gonzal. ad
Reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 9. n. 43. & 82. & ſeqq. Rot. in
Calaritana Canon. 4. Dec. 1697. §. final., coram R. P. D.
meo Anſaldo*; & proindè cum extra Eccleſiam, illiuſ-
que functiones, non conſideretur uti Coadjutor, ceſ- 24
ſetque finalis cauſa Coadjutoriæ, ceſſant etiam, in
ejus ſequelam, illius prærogativæ. *Pignattell. d. con-
ſult. 185. n. 11. tom. 4.*

In his verò functionibus, & actibus, in quibus Coa-
djutum ſuum repræſentat, quoad ejus Præcedentiam,
diverſa eſt ſtatuenda regula in Coadjutore, dato ſimpli-

ci Canonico, ac dato Dignitati. Coadjutor enim datus Dignitati, abſente Coadjuto, debet ſedere in Stallo debito Coadjuto, omneſque functiones facere,
25 quæ ad illum ſpectarent: *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 10. n. 68. Ventrigl. annot. 13. §. unic. n. 29. part. 2.* Coadjutor verò Canonici ſedere, incedere, & functiones facere debet poſt omnes Canonicos, etiam receptos poſt ſuſceptum officium Coadjutoriæ. *Barboſ. de Canonic. cap. 29. n. 25. & 26. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 25. n. . . . Vontrigl. ubi ſupra n. 31. & ſeq. num. 34.*, & amplectendo utrumque caſum, reſolvit *Sac. Rit. Congr. in Ferrarien. 2. Junii 1640.* & clariùs etiam in infraſcriptis Decretis, datis à Sac. Congregatione Concil. pro reſolutione infraſcriptorum dubiorum *in una Caſalen. Confirmationis Statuti 28. Jan. 1690. lib. 40. Decret. fol. 89. tenoris ſequen.*

In Eccleſia Collegiata S. Mariæ de Platea exiſtentibus duabus Dignitatibus & octo Canonicis, nulla facta deſignatione ordinum, invaluit conſuetudo, qua duæ Dignitates ſunt Presbyterales, cæterique Canonici indiſtinctè per Turnum exercere debent modò Presbyteratus, modò Diaconatus, modò Subdiaconatus, munera. Obtenta Coadjutoria anno 1682. ſuper Canonicatum Viri ſenio affecti, exercuit Franciſcus Gayus Coadjutor omnes Functiones in ſingulis ordinibus uſque ad annum 1688., eique inſervierunt Canonici aſſiſtentes, ac ſi inſerviſſent Coadjuto; ſed prætendentibus Canonicis, his tamen in Judicio manutentionis ſuccumbentibus, non alias Functiones prædicto Coadjutori competere, quàm Subdiaconatus, lite adhuc indeciſa, conditum eſt ab ipſis Statutum Capitulare, ab Epiſcopo confirmatum, & in ejuſdem epiſtola mirificè commendatum, quo duabus Dignitatibus Presbyteratus ordo annectitur, quatuor Canonicis Senioribus Diaconatus, & aliis quatuor Junioribus Subdiaconatus, & juxta ſtylum Eccleſiæ Cathedralis, in qua, ut aſſeritur, Functiones Canonici Coadjuti abſentis exercent cæteri Canonici, non verò Coadjutor, niſi poſt prædictos Canonicos, ita quòd Coadjutorum munia facere poſſit, ſed poſt omnes Canonicos, &, in ordine tantum Subdiaconatus; Quare perpenſis Juribus per Informantes circumferendis, dignentur Eminentiæ Veſtræ concordatis inter Partes dubiis reſpondere.

Primò, an ſit confirmandum Statutum?

Secundò, an Coadjutori, abſente Canonico Coadjuto, indiſtinctè competat exercitium omnium Functionum ſui Coadjuti?

Tertiò, an Canonici miniſtrare, ſeu inſervire teneantur Coadjutori, exercenti munera ſui Coadjuti, ſicuti Coadjuto inſervirent?

Die d. Sacra &c. reſpondit, Ad primum negativè. Ad ſecundum, danda eſſe decreta à S. Cong. Rit. hac de re edita, tenoris ſequen.

Paduana. *Cum in Eccleſia Paduana Prima Dignitas ſit Archipresbyteri, ſecunda verò Archidiaconi, tertia Theſaurarii, quarta Primicerii, quinta Decani, & abſente, vel impedito Archipresbytero, omnes Functiones, & Juriſdictiones, ac omnia, quæ ad ipſum Archipesbyterum, primam Dignitatem pertinent, ad Archidiaconum ſecundam Dignitatem devolvantur; quæſitum fuit, An Archidiaconi modernus Coadjutor cum futura ſucceſſione, abſente Archipresbytero, illas Functiones, actus, & Juriſdictiones facere, & exercere in omnibus, & per omnia poſſit, & debeat, quas, ſive jure ordinario, ſive Jure devoluto faceret, & exerceret ipſe proprius Archidiaconus, ſi præſens eſſet; vel potiùs eæ Functiones, & Juriſdictiones, abſente Archipresbytero, non à Coadjutore, ſed ab inferioribus ejuſdem Eccleſiæ Dignitatibus, aliiſque gradatim Canonicis exercendæ ſint. Et propoſito hujuſmodi negotio in Sac. Rit. Congregatione, & ab eadem Sac. Congr. commiſſo Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. D. Card. Lancellotto, cor. quo tam pro parte Dignitatum, Canonicorum, & Capituli Eccleſiæ Paduanæ quam pro parte D. Bartholomæi Sanguinati moderni Archidiaconi Coadjuti, & in Jure, & in facto Jura, & rationes in ſcriptis, & in voce deducto, & allegata fuerunt, audita tandem relatione præd. Illuſtriſſimi, & Reverendiſs. D. Card. Lancellotti, ead. Sac. Congr. Rit. attentis Literis Coadjutoriæ cenſuit, & declaravit, abſente, vel impedito Archipresbytero, ad Coadjutorem Archidiaconi juxta formam earundem Literarum, non ad alias Dignitates inferiores, vel Canonicos ejuſdem Eccleſiæ, pertinere illas functiones, actus, & Juriſdictiones facere, & exercere, quas faceret, & exerceret, quocunque Jure ipſe Archidiaconus, ſi præſens eſſet; & ita declaravit, & in Eccleſia Paduana ſervari mandavit die 14. Febr. 1615.* Patavina -- *Cum in Eccleſia Patavina inter veros Canonicos, & Canonicorum Coadjutores, circa Præcedentiam in cantandis Lectionibus, præintonandis Antiphonis diſtributione Pacis, & thuris, ac Miſſarum celebratione, nonnullæ differentiæ ortæ ſint, propoſitis dubiis in Cong. S. Rit., & ab eadem Sac. Congr. commiſſis Illuſtriſs., & Reverendiſs. Card. Lancellotto, eadem Sac. Congr. Juxta relationem ipſius Illuſtriſs., & Reverendiſs. D. Cardinalis Ponentis reſpondit. Ad primum dubium propoſitum. Coadjutores Canonicorum, qui non ſunt verè Canonici viventibus Coadjutis, incedere, & ſedere debent in ultimo loco poſt omnes Canonicos, quando aliquas functiones faciunt, quæ pertinent ad ſuos Coadjutos, ut cantare Lectiones, præintonare Antiphonas, & ſimilia, illas debere facere, recitare, & præintonare in noviſſimo loco, relinquendo Præcedentiam, & locum digniorem in illis recitandis, & præintonandis propriis, & veris Canonicis, & pariter pacem, thurificationem in ultimo loco poſt omnes veros Canonicos Coadjutores debere recipere. Quoad ſecundum, teneri Coadjutores celebrare Miſſas, quas vigore teſtamenti, & inſtitutionis Capellaniæ ipſi Coadjuti celebrare tenentur, quando Coadjuti legitimè impediti, vel ob ſenectutem, vel ægritudinem non poſſunt dictas Miſſas celebrare. Quoad tertium, circa diſtributiones, quæ dantur Canonicis, vel Præbendatis propriæ Eccleſiæ; quando aliquas Miſſas celebrant, Coadjutores non lucrari Diſtributiones, niſi quando celebrant pro ipſis Coadjutis. Et ita eadem Sac. Congr. Rit. reſpondit, & declaravit, & per Coadjutores in Eccleſia, & Civitate Patavina ſervari mandavit die 3. Decembris 1616.* Neritonen. *die Sabbati 13. Decembris 1619., Stephanus Guerrierius noviſſimè proviſus de Coadjutoria Archidiaconatus primæ Dignitatis Neritonen., quæſivit à Sac. Rit. Congr. quo in loco debeat ipſe ſedere, abſente Archidiacono Coadjuto; Item, an ad ipſum ſpectent Functiones, quas faceret ipſe Archidiaconus, ſi præſens eſſet. Eadem Sac. Rit. Congr. Illuſtriſs. D. Cardinali Creſcentio referente, cenſuit; Coadjutori ſupradicto juxta formam Literarum Coadjutoriæ competere locum, & Stallum, in quo ſederet Archidiaconus, ſi præſens eſſet, nec non ad eundem Coadjutorem ſpectare functiones, quas obiret idem Archidiaconus, ſi adeſſet.*

Ad tertium *Affirmativè*. Et repropoſita eadem Cauſa in Sac. Congregatione Concilii ſub die 15. Aprilis 1690., eadem reſpondit: *Coadjutorem teneri facere omnes Functiones, quas facere poteſt ſuus Coadjutus, ſedere tamen debet in ultimo loco ſui ordinis --*

Pro declaratione præmiſſorum notandum eſt, quòd cum norma Præcedentiæ Coadjutorum ſit unicè deſumenda à Literis Coadjutoriæ, ſi juxta illarum tenorem Coadjutori communicata eſſent omnia privilegia Coadjuti, etiam circa locum, & Sedem in Choro, ita ut mediante amplitudine clauſularum Coadjutor acquiſiviſſet plenum jus ad Canonicatum, veluti ſi adeſſet clauſula *ex nunc verum jus, verè, & non fictè &c.*, quæ importat, ut Coadjutor ſit reputandus pro vero poſſeſſore, tunc, & eo caſu, ſecuto obitu Coadjuti, non teneretur ipſe Coadjutor
relinquere Sedem, quam vigore ſuarum Literarum 27
Coadjutoriæ, vivente Coadjuto occupabat, cum Præeminentia ſupra Canonicos, durante Coadjutoria receptos, ut reſolutum fuit per *Rot. cor. Pænia dec. 630. & dec. 686. ferè per tot. juxta impreſſ. Venet.*, *& latè Pigantell. conſ. 185. n. 25. & ſeqq. t. 4.*, cum eſſet abſurdum, Coadjutorem, qui in vita Coadjuti Canonicos, poſtea in Eccleſiam admiſſos, præcedebat, demum eo
mortuo, quando plenius Jus conſecutus fuit, Præce- 28
dentiam ipſis cedere, & ad infimum locum deſcendere cogeretur, ut obſervat *Rot. cor. Pen. d. dec. 630. n. 5.*

Quod autem dictum eſt de Coadjutoribus Dignitatum, quoad Jus occupandi illarum ſtallum, & locum, limitandum eſt in caſu, in quo in aliqua Eccleſia duæ adeſſent Dignitates coæquales, veluti duo Primicerii, inter quos regularetur Præcedentia ab antiquior receptione; tunc enim Coadjutor, datus antiquiori Primicerio, non haberet primum Stallum, &

locum

locum ſupra ſecundum Primicerium , vel dignior ei-
29 dem cedere deberet , quia cum ſint in ordine coæqua-
li , Coadjutor non deber vincere in Præeminentia ve-
rum Canonicum , in pari gradu Dignitatis exiſten-
tem , & ita declaravit *Sac. Rit. Cong. in Monopolitana*
17. *Julii* 1632., licèt hoc non procedat , niſi quoad
locum , & Præcedentiam , non autem quoad Functio-
nes , & hebdomadam , tangentem Coadjuto ; nam
hujuſmodi Functiones , Principali aſſignatas , cedere
30 non tenetur , ſed in illis deſervire debet ante dictum
ſecundum Primicerium , ut benè advertit *Ventrigl. part.*
2. *annot.* 13. *§. Unic. nu.* 30.

Sicut loquendo de Coadjutoribus ſimplicium Cano-
nicorum , eatenus debent ſedere , incedere , & alia ,
ut ſupra dictum eſt , gerere , poſt omnes Canonicos ,
quatenùs in Eccleſia non ſint Præbendæ diſtinctæ , ſed
omnes ſint Presbyterales ; nam ſi eſſent diſtinctæ in
31 Sacerdotales , Diaconales , & Subdiaconales , tunc
Coadjutor debet ſedere in ultimo loco ordinis , de
quo eſt ſuus Coadjutus , & per conſequens Coadjutor ,
datus Canonico poſſidenti Præbendam Sacerdotalem ,
ſedebit ante omnes Canonicos poſſidentes Diacona-
32 lem ; quia cum Coadjutor ſit pars ordinis Sacerdotalis
non debet ab illo ſeparari ; & ſicut ordo præfertur
ordini , ita & Coadjutor tanquam illius acceſſorium ,
ut conſiderat *Manriquez. de Præceden. quæſt.* 15. *n.* 2. ,
& declaravit eadem *Sac. Rit. Congr. in Æſina tenoris
ſeq.*

*Quæſitum fuit in Sac. Rit. Congr. , an Coadjutori Pres-
bytero in Eccleſia , in qua Præbendæ ſunt diſtinctæ , de-
beatur Præcedentia ſupra Canonicos Diaconos , dum pro
ſuo Coadjuto Divinis intereſt . Et Sac. Congr. reſpondit ,
in caſu propoſito , Præcedentiam Coadjutori deberi , die 4.
Martii* 1644.

Ex quo rectè inferri poteſt , Coadjutores Canoni-
33 corum in noſtra Cathedrali Piſtorien. Præcedentiam
habere debere , prout etiam de conſuetudine ſervatur
ſupra Canonicos ſupranumerarios , qui ſine ſpe ad Præ-
bendam , ad ſolum honorem creantur à Capitulo , li-
34 cèt electos ante admiſſionem Coadjutorum , quia iſti re-
putantur uti acceſſotium ordinis Canonicorum Præ-
bendatorum , ideoque ab eis non debent ſejungi , di-
cti verò Canonici ſupranumerarii ſunt ordinis diverſi ,
ac penitus diſtincti ab ordine Canonicorum Titularium.

Quòd ſi Coadjutor non eſſet Sacris Ordinibus ini-
35 tiatus , & ob id non poſſet in Divinis ſupplere vices
ſui Coadjuti , adhuc tamen eſſet admittendus ad om-
nes alias Functiones , & actus , Coadjutor ſpectantes ,
quæ ſine Sacris Paramentis , videlicet cum ſolo ha-
bitu Canonicali exerceri poſſunt , ut docent *Barboſ.
de Canon. cap.* 29. *n.* 50. , *&* 52. *Ventrigl. loc. prox. cit.
n.* 34. *in fin.* loquendo ſolùm de Functionibus non ho-
norariis ; nam in iſtis , veluti aſſiſtentiæ Epiſcopo ,
aliiſque ſimilibus , Coadjutores non ſunt admittendi ,
niſi in defectum Canonicorum titularium , nam ut di-
36 ſponitur per *Cæremonial. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 26. *de Supplen.
Vicib. Canon.* minùs digni immediatè dignioris impe-
diti vices ſupplere debent , & ſic Coadjutores tanquam ,
omnibus Canonicis veris minùs digni , ſolùm in illo-
rum defectum ſunt admittendi *Pignattell. conſult.* 185.
n. 3. *tom.* 4. , & ita etiam reſpondit *S. Rit. Congr. in Ci-
vitate Caſtelli* 24. *Maji* 1636.

*Sacra &c. cenſuit non licere Coadjutoribus Canonico-
rum , abſentibus , vel impeditis Coadjutis , inſervire pro
aſſiſtentibus Epiſcopo , ſolemniter celebranti , vel cum Cap-
pa Divinis intereſſenti , ſed hoc munus ſpectare , & per-
tinere ad veros Canonicos ordine ſucceſſivo . Et ita in caſu
propoſito ſervari mandavit .*

Quinimmò Coadjutores non poſſunt ſupplere vices
aliorum Canonicorum , ſed tantùm illas ſui Coadjuti ,
37 & ſic in hebdomada vacante pro alio Canonico inſer-
vire nequeunt , quia in Eccleſia non niſi ſuum Prin-
cipalem repræſentant *ead. Sacr. Congr. in Narnien.* 5.
Maji 1646. *ad primum dub.*

Illud non omittendum eſt , quòd ſi Capitulum paſ-
ſum fuiſſet , Coadjutores varias expleviſſe Functio-
nes , vel locum ocupaſſe contra id , quòd de Jure eis
38 permiſſum , & gerere ſpectat , non per hoc poſſunt
hujuſmodi Coadjutores petere manutentionem ſub præ-
textu quaſi poſſeſſionis adeptæ in exercitio actuum præ-
dictorum , quia iſti præſumuntur geſti precario ideo-
que ſunt inhabiles pro obtinenda manutentione , & ad-
miſſio ad eos exercendos cenſetur facta ad libitum Ca- 39
nonicorum , quibus licèt nolle quod diù etiam placuit ,
ut benè obſervat *Pignattell. d. conſult.* 185. *n.* 9.

Dubitari ſolet , an Coadjutores debeant admitti in
Capitulo , & Choro , quando interſunt Coadjuti : &
quoad actus Capitulares verior eſt opinio negativa
nimirùm non eſſe admittendos , quinimmò , nec Coa- 40
djutis abſentibus , ſicuti , nec validè eligi ad officia
Capituli , niſi aliud expreſsè caveatur in Literis Coa-
djutoriæ , ut dixit *Sac. Cong. Rit. in Piſaurien.* 4. *Julii*
1654. , *& in Narnien.* 20. *Martii* 1649. *tenoris ſe-
quen.*

*Sacra &c. Partibus auditis , & rationibus hinc indè
deductis maturè perpenſis , cenſuit , Canonicos Coadjutores
etiam Coadjutis abſentibus , non poſſe Capitulis intereſſe ,
nec in illis votum dare , nec officium nuncupatum* Anzia-
no della Chieſa *exercere , niſi ita in Literis Apoſtolicis
Coadjutoriarum explicitè , & expreſsè conceſſa ibidem le-
gantur* -- affirmativa verò opinio ſequenda eſt quoad
intereſſentiam in Choro , dummodò adſit conſenſus
Principalium , & ſedeant in ultimo loco , ut teſte *Pi-
gnattell. d. conſult.* 185. *n. final.* cenſuit *Sac. Congr. Concil.
in Narnien.* 5. *Maji* 1646. *ad ſecundum dub.* , & non niſi
unicam Diſtributionem tantùm , uti unam ſolùm repræ-
ſentantes perſonam , percipiant , ut notat *Ventrigl. part.*
2. *annot.* 13. *§. Unic. num.* 50.

Ac item , an Coadjutores , omittendo intereſſen-
tiam Chori propter aliquam ex tribus cauſis , expreſ-
ſis *in cap. unic. de Cler. non reſiden. in* 6. , lucrentur Di-
ſtributiones ad favorem Principalium , pariter volun- 41
tariè non intereſſentium ; & illas lucrari verius eſt ,
licèt ſecus eſſet , ſi Coadjutus infirmitate , vel alio
detineretur impedimento , quominùs poſſet legitimè
à Choro abeſſe , vel etiam gauderet indulto jubila-
tionis , quia cauſæ , excuſantes ab intereſſentia Coa- 42
djutum , non excuſant Coadjutorem ; nam finis Coa-
djutoriæ præcipuus eſt ille conſulendi ſervitio Eccle-
ſiæ , quod propter morbum , ſeu ingraveſcentem 43
ætatem Coadjuti , per eum impleri non poteſt , qui
fraudaretur , ſi impedimenta Coadjuti excuſarent Co-
adjutorem , ut dixit *Rota cor. Pæna dec.* 630. *à n.* 13. *ad
fin.* , & conferunt deducta *per Spad. conſ.* 50. *l.* 3. *Ventr.
in d. §. Unic. num.* 39. , *& ſeq.* , *& per Pignattell. d.
conſult.* 185. *num. final.* Quoad adeò verum eſt , ut ſi
Coadjutor , poſt ſuſceptum officium Coadjutoriæ red- 44
deretur perpetuò inhabilis ad præſtandum ſervitium
Eccleſiæ , veluti amittendo lumen oculorum , ſimul
amitteret jus ad futuram ſucceſſionem in Canonica- 45
tu , ſibi alioquin debitam vigore Literarum Coadju-
toriæ , & poſſet Coadjutus petere , ſibi alium dari
Coadjutorem , primo effecto irregulari propter cæci-
tatem , ut reſpondit *Rot. dec.* 602. *part.* 5. *tom.* 2. , & 46
ratio eſt eadem , quam ſupra tetigimus , quòd con-
ceſſio Coadjutoriæ ſit ſolùm in gratiam Eccleſiæ , non
Coadjutoris , undè principaliter illius ſervitio eſt con-
ſulendum . ut paſſim *Rot.* & ſignanter *in Calaritana Ca- 47
nonicatus* 4. *Decembris* 1697. *§. final. cor. R. P. D. meo
Anſaldo* .

Verum tamen eſt , quòd etſi Coadjutor nullum præ-
ſtitiſſet ſervitium Eccleſiæ , ob ſecutum deceſſum Coa- 48
djuti , etiam ante Literarum expeditionem , videli-
cet poſt ſignatam gratiam Coadjutoriæ cum futura ſuc-
ceſſione , nihilominus gratia ſuum effectum conſequi
debet , & Coajutor , ac ſi diù Eccleſiæ inſerviſſet ,
Canonicatum obtinere , *ut dixit Rot. dec.* 213. *n.* 26.
part. 7. & latiùs *dec.* 122. *per tot. part.* 10. *rec.*

Tandèm notandum eſt , quòd licèt Coadiutor , reſi-
dendo , & Divinis intereſſendo , lucretur fructus , &
Diſtributiones favore Coadjuti , hoc verum eatenus
ſit , quatenus Coadjutus ſit capax per ſe illos lucran- 49
di , quia ſi ille eſſet excommunicatus , ac proindè in-
capax conſequendi fructus Beneficiorum , ad *Text. in
cap. Paſtoralis , §. Verùm , de appellat. Put. deciſ.* 280.
nu. 1. , nec etiam indirectè eoſdem conſequi poſſet me-
diante ſervitio ſui Coadjuti , quia qui non poteſt ali-
quid agere per ſe ex cauſa incurſæ excommunicatio-
nis , neque per alium ad ſui utilitatem explere va-
let , ut notant Canoniſtæ *in cap. final.* , *&* ſignanter
Imol. n. 19. *de procurat.* ; Præterquamquòd incongruum 50
eſſet , ut alienus à communione , fidelium , & ab

Eccleſiæ ſuffragiis, per hanc viam de patrimonio ip-
ſius Eccleſiæ, cui inobediens eſt, percipiat, ut appo-
ſitè obſervat *Rot. dec. 17. num. 7. & 8. poſt. Zacc. qu.
med. legal.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Parochis, & Plebanis, ac Vicariis perpetuis Pa-
rochialium: item de Capellanis, ſeu Beneficia-
tis, aliiſque ſimplicibus Sacerdotibus, ac de Præ-
cedentia inter eos. Nomioe Clericorum non ve-
niunt Canonici, niſi io ſavorabilibus.

S U M M A R I U M.

1 *Parochus dicitur ille, qui curam animarum gerit in
Civitate.*
2 *Quis præferatur inter exercentes curam animarum.*
3 *Et quid de Vicariis perpetuis.*
4 *Vicarii perpetui præcedunt Beneficiatos & hi Capel-
lanos.*
5 *Capellani de menſa Capituli præferuntur aliis Ca-
pellanis ejuſdem Eccleſiæ.*
6 *Capellani Titulares præcedunt Mercenarios.*
7 *Inter Sacerdotes ſimplices antiquior Sacerdotio præfer-
tur poſteriori, etiam Doctori.*
8 *Secus, ſi eodem die uterque ordinatus fuiſſet.*
9 *Circa Præcedentiam in Functionibus Eccleſiaſticis,
non attenditur nobilitas, aut ſcientia* & n. ſeq.
11 *Hoc fallit in Canonicis Cathedralis, ſeu Collegiatæ.*
12 *Canonici ſunt perſonæ graduatæ.*
13 *Regula*, qui prior eſt in tempore potior eſt in
jure, *habet locum ſolùm inter pares.*
14 *In materia odioſa, Canonici non veniunt appellatione
Clericorum, licèt veniant Plebani, & Capellani*
n. ſeq.
16 *Affertur ratio diſparitatis*, & nu. 17.
18 *Denominatio ſumitur à majori, & digniori parte.*
19 *Canonici veniunt appellatione Clericorum, in materia
favorabili.*
20 *Abbas in favorabilibus venit appellatione Canonicorum
ſecus in odioſis.*
25 *Parochialis, erecta in Collegiatam, non amittit jura,
ipſi Parochiæ conceſſa.*

T I T U L U S XI.

PArochus, & Plebanus idem ſunt; tamen Paro-
chus dici ſolet, qui Curam Animarum gerit io
1 Civitate; Plebanus, qui extra eandem Curam admi-
niſtrat: *cap. 1. de Capell. Monach. Molſ. in Sum. tract.
6. tit. de Benef. c. 1. n. 74.* Parochi, Archipresbyteri
rurales, Plebani, qui niſi nomine non differunt, præ-
2 cedunt Parochialium Rectores. *Feder. de Sen. l. c. conſ.
49. Boer.* ubi ſupra *num. 16. Raguz. de Epiſco. quæſt. 7.
num. 117. Dan. de Nob. diſp. 44. n. 36.* Rectores, præ-
cellunt Vicarios perpetuos. *Barb. in Tract. var. appel. 65.
num. ult.* Inter memoratos Plebanos, Rectores, ac
Vicarios perpetuos, debetur reſpectivè prælatio jux-
3 ta majoritatem, & antiquitatem eotum Parochialis.
*Antonell. de Regim. lib. 3. cap. 18. n. 24. Gavant. in Man.
V. Præced. n. 28. in addit.* & cenſuit S. C. penes *Barboſ.
collect. 236. & 592. n. 8.* Iiſdem autem paribus circa
majoritatem Eccleſiæ, attenditur antianitas tempo-
ris acquiſitæ poſſeſſionis, ità docet *Bordon. de Præ-
ced. num. 23.* Antedicti Vicarii perpetui præcedunt
4 Beneficiatos, & hi Capellanos. *Nall. in Summ. V. Vi-
carius, n. 10. Rot. part. 4. deciſ. 553. num. 2.* Capellani
de Menſa Capituli, præferuntur aliis Capellanis ejuſ-
dem Eccleſiæ, ob majus ſervitium, quod illi præſtant
5 Eccleſiæ; undè privilegia ellargita Capellanis, in-
telliguntur conceſſa dumtaxat illis de Menſa. *Merlin.
deciſ. 138.* Capellani Capellaniarum, quæ fuerunt
fundatæ auctoritate Papæ, aut Epiſcopi, præcedunt
6 Capellanos Mercenarios, deputatos ad ſervitium Cu-
ræ, & cœteros ſimplices Presbyteros. *Farinac. dec.
553. num. ult. tom. 2. in poſth.*, & clariùs *Moron. l.
c. reſp. 5. n. 5. Molſ.* ubi ſupra *cap. 2. num. 23.* Simpli-
ces Presbyteri, ubique præferuntur Diaconis, & ioter
ipſos Sacerdotes, Beneficiis carentes, præcedit, qui 7
Sacerdotio eſt antiquior, nulla habita ratione ad Do-
ctoratus gradum, quo quis eorum eſſet decoratus,
ita pluries declaravis S. R. Cougreg., idque prius do-
euerunt *Abb. antiq. in cap. cum certum, de major., &
obed. in addit. Imol. ibidem, & Graff. lib. 3. deciſ. cap.
5. n. 138.* Intellige, niſi eadem die ſuerint ordinati,
quia tunc eompetit anteceſſio Sacerdoti Doctori. 8
Vulp. l. c. cap. 34. n. 25. Diaconus anteſertur Subdiaco-
no, & is præſertur ſimplicibus Minorum Clericis,
inter quos anteſertur, qui majori Ordine ex quatuor
Minoribus ſuerit ordinatus. *Gamb. dec. 1. nu. 48. Lara
de Capellan. cap. 3.*, & in Ordinum paritate, qui priùs
ſuerit ad Ordines promotus: *Hoſt. in Sum. lib. 2. de
off. Cuſt. num. 5. Natta conſ. 637. num. 2. vol. 3.* Nec
placet, quod dicunt aliqui, in tali eventu attendi,
ipſorum ſeientiam, & oobilitatem; licèt enim hæ 9
ſint qualitates, quæ in aliquibus caſibus poſſent in me-
dium afferri io actibus eivilibus; tamen non ſunt alle-
gandæ circa Præcedentiam io Choro, & Proceſſionibus
Eccleſiaſticis, ubi tantùm adducitur ætas longæva,
cui quivis ſine livore, ae rubore locum cedit; quo-
niam hujuſmodi Præcedentia ob ſenectutem aliundè
procedit, quàm à meritis: ut benè obſervat *Bordon. de* 10
Præced. n. 420. cum aliis.

Priores io Sacerdotio præcedunt, ut diximus, alios
ſimplices Presbyteros; ſed advertendum, quòd hu-
juſmodi regula temporis eis non ſuffragatur cum Ca-
thedralis, vel Collegialis Eccleſiæ Canooicis, qui-
bus illi ubique poſtponuntur, quantumvis ſint ævo ma-
jores. *Bart. in l. 1. & 2. ff. de alb. ſer. Maran. in Prax. n.
9. in proæm. Feder. de Sen. conſ. 73. n. 2. Lotther. de Re Be-
nef. lib. 3. quæſt. 3. num. 16.* Ratio eſt, quia ſimplices 11
Presbyteri ſunt inferioris elaſſis, & ordinis. *Sot. de Ju. &
Jur. l. 10. ar. 4.* Et nullatenus poſſunt dici æquales Ca- 12
nonicis, qui ſunt perſonæ graduatæ, ut advertunt
*Farinac. part. 1. dec. 416. & 476. numer. 5. Buratt. de-
ciſ. 488. n. 1. Mar. l. c. cap. 32. tit. Canonicus.* Nec ob-
ſtat illà vulgata regula: Qui prior eſt tempore, po-
tior eſt in Jure: nam ordini temporis præſertur ordo
qualitatis. *Caſſan. l. c. part. 4. conſid. 43.* Et dicta regu- 13
la ſervarur inter pares, non inter inæquales: ut docet
Dan. de Nob. diſp. 44. n. 31. & diſp. 75. n. 61. Et quia 14
Canonici, ut diximus, ſunt diſtincti à Capellaois, &
eæteris Clericis, ob eorum gradum, in materia odioſa
nou veniunt ſub voce Clericorum. *Albert. Trot. de Perſ.
Cler. cap. 7. numer. 2. Mar. Ant. var. lib. 1. reſol. 512. caſ.* 15
*3. Marc. dec. 1622. n. 1. part. 1. Doayz. V. Clericus num.
3. Filliuc. lib. 3. tract. 41. cap. 6. num. 18.* Prout ſub di-
cto nomine veniunt Plebani, & Capellani. *Clem. 1.
de privil. Novar. qq. for. part. 1. quæſt. 16. num. 8.* Nec
ſacit, nomeo Clericus, uti generale, comprehendere 16
omnes ſpecies, *cap. Clericos, de off. Vic. in cap. 2. de præb.*
Etenim ubicunque ſpecies habet aliquam qualitatem
pluſquam geous, tunc io iis, quæ odium reſpiciunt
appellatione generis oon venit ſpecies; *cap. Licet.,
de elect. in 6. Tiraquell. de privil. pia cauſ. in ad-
dit. ad priv. 16. & Azor. part. 2. lib. 3. cap. 11. nu-
mer. 5.*

Itaque Canonicus, licèt ſit Clericus, cum nemo 17
poſſit canonicari, niſi priùs ſit Clericali militiæ ad-
ſcriptus *Abb. in cap. 2. de inſtit.* Tamen Canonia, ul-
tra Clericatum, addit gradum, & qualitatem conſi-
derabilem, ac reponit in digniori ſpecie: *Colleg. Padu.
conſ. 2. n. 2. Scacc. de Commerc. §. 7. gloſſ... n. 159.* Et com-
muniter ouncupari debet Canonicus, quia quo tempo-
re duæ qualitates coojunguntur in unum, conditio per-
ſonæ arctat verbum generale, & denominatio ſemper 18
deſumitur à majori, & digoiori parte. *Jo: And. in cap.
Cum, num. ult. Curte in tract. de Nobil. n. 26. Decian.
conſ. 84. n. 13. vol. 5. Bald. conſ. 305. num. 2. l. 3. Menoch.
part. 1. conſ. 10. n. 5.*

Dixi, io materia reſtringibili, nomine Clericorum
non comprehendi Canonicos, ſecus in favorabili, ut 19
ex cap. Per exemptionem, de privil. in 6. docet *Jo: à Ca-
piſtr. in cap. Si quiſquam, n. 8. de cohab. Cler.* Quemad-
modum Abbas oon io odioſis, ſed in favorabilibus ve-
nit appellatione Canonicorum. *Mirand. in Man. l. c.* 20
*quæſt. 10. art. 6. Tamb. de Jur. Abbatum. tom. 1. diſp. 1.
quæſt. 6. & Purpur. conſ. 576. num. 8. part. 2.* Ratio eſt
puia dignitatis augumentum non debet aliquid auferre

ſed

ſed afferre, ut inquiunt *Ant. de Butr. in cap. Per tuas, n. 50. de major. & obed. Graſſ. de Effect. Cler. in præl.*
12 *n. 1262.* Quapropter Eccleſia Parochialis, elata in Collegiatam, non amittit Jura, ipſi Parochiæ conceſſa. *Oldrad. conſ. 267. Rip. in cap. Propoſita, de elect. num. 21.*

A R G U M E N T U M.

Parochus Defuncti, exceptis Canonicis, quando in corpore incedunt ad aſſociandum funus, reliquos omnes de Clero præcedit. An, & quando Capellani, ſeu Beneficiati, ſi non Parochum defuncti, ſaltem alios Eccleſiarum Parochialium Rectores præcedant.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulo Cathedralis debetur in Funeribus Præcedentia ſupra Parochum defuncti*, & num. 3.
2 *Capitulum Sede vacante habet Juriſdictionem Epiſcopalem ſupra Clerum Diœceſis, & quibuſdam in caſibus, etiam plena.*
4 *Parochus verò defuncti præcedit Canonicos, quando non tanquam corpus, ſed uti ſinguli interveniunt.*
5 *Multò magis præcedit Beneficiatos, ſeu Capellanos, etiamſi collegialiter incederent.*
6 *Capellani, aliique Clerici Cathedralis Eccleſiæ, tanquam membra Capituli, eadem Præcedentia gaudere debent ſupra Clericos inferiorum Eccleſiarum, quam habet ipſum Capitulum, in actu tamen, quo cum illo incedunt*, & n. 11.
7 *Capellani, ſeu Beneficiati, regulariter Collegium non conſtituunt.*
8 *Ad obtinendam Præcedentiam non valet allegare dignitatem, qua quis non utitur in actu, in quo quæritur de Præcedentia.*
9 *Vicarius inſimul Canonicus, in Choro, & Capitulo nullam habet Præeminentiam ratione muneris Vicariatus.*
10 *Canonicus, Epiſcopali Dignitate præfulgens, non præfertur in Capitulo antiquioribus Canonicis.*
12 *Capellani, ſeu Beneficiati, ex privilegio, ſeu conſuetudine immemorabili Collegium conſtituere poſſunt ad certos tantùm peculiares effectus.*
13 *An Capellani Cathedralis, in Funeribus, ſeu Proceſſionibus, geſtantes ex Indulto Apoſtolico habitum deferri ſolitum in Choro Cathedralis, præcedere debeant Parochos, & affertur Indultum, Capellanorum Eccleſiæ Piſtorien.* & nu. ſeqq.
Item, An Capellanis, prædictis competere poſſit Præcedentia ſupra Parochos, ratione qualitatis Collegialis, ex privilegio, ſeu immemorabili conſuetudine acquiſitæ, ibidem.
14 *Collegia de Jure ſunt ſingularibus perſonis, etiam alioquin dignioribus, præferenda.*
15 *Parochi nullam habent dignitatem.*
16 *Et reputantur tanquam ſimplices Clerici extra Curæ exercitium.*
17 *Qualitas Parochialitatis, extra caſus exercitii actualis officii Parochialis, nihil ad Præcedentiam ſuffragatur.*
18 *Almutiarum, ſeu Capparum uſus, regulariter non conceditur niſi ſolis Canonicis Cathedralium.*
19 *Habitus dignior infert per neceſſe ad locum digniorem & è contra.*
20 *Habentes privilegium Almutiarum, ſeu aliorum Indumentorum, valent ea deferre etiam extra Eccleſiam Cathedralem.*
21 *Declara quoad Canonicos, qui ubique ſunt tales.*
22 *Itaut etiam in Eccleſiis exemptis uſus eorundem ſit eis permiſſus.*
23 *Facultas deferendi huiuſmodi Inſignia regulanda eſt ad normam privilegii, ſicut etiam Præcedentia.*
24 *Capellani, ſeu Beneficiati, non poſſunt deferre habitum, ex Indulto Apoſtolico eis permiſſum, extra Eccleſiam, cui deſerviunt.*
25 *Perſonæ, certa qualitate inſignitæ, ubique deferre poſſunt habitum, ſibi ex Indulto conceſſum.*
26 *An Inſignia conceſſa Canonicis, ſeu Capellanis, de tempore conceſſionis exiſtentibus, poſſint geſtare ex poſt adaucti*, & num. 28.
27 *Monſtruoſum eſt, quòd aliqui ex Canonicis, ſeu Capellanis, differant in habitu Chorali à cæteris.*
29 *An ſit tolerandum, quòd prima Dignitas utatur habitu Prælatitio Prothonotariatus.*
30 *Epiſcopi, inſimul Canonici Baſilicarum Urbis, primum locum occupant inter Canonicos, & habitum deferunt Epiſcopalis Dignitatis.*

ANIMADVERSIONES.

QUamvis Capitulis Cathedralium debeatur in Funeribus Præcedentia ſupra Parochos defunctorum, contra ea, quæ luculenter adverſus Capi- 1
tula favore Parochorum ſcripſit *Rub. apud Gratian. diſcept. 298.*, propter Epiſcopalem Juriſdictionem, & ſuperioritatem ſupra omnes Eccleſiaſticas perſonas Diœ-
ceſis, quæ habitualiter penes illud reſidet, & Sede 2
Vacante, & etiam plena, pleriſque in caſibus ad actum deducitur *De Luc. de Præeminen. diſc. 17. ſub n. 4.* ac etiam quia Canonici, collegialiter incedentes, Cathe-
dram Epiſcopalem ita repræſentant, ac radiis Epiſco- 3
palis Dignitatis reſulgent, ut eo modo, quo Epiſcopus ipſe præcederet cæteros, ita & ipſi omnes præcedant *Pignattell. conſult. 48. num. 50. tom. 3. De Luc. d. diſc. 17. num. 4. Barboſ. de Canonic. cap. 18. n. 67. & de Pot. Parochi cap. 9. num. 8. & 10., & in Summ. Apoſtol. Deciſ. collect. 91. n. 38. De Luc. ad Gratian. diſcept. 298. n. 9. Panimoll. deciſ. 1. annot. 9. n. 14. & ſeq. Seraphin. dec. 445. Rot. dec. 111. num. 10. & 11. part. 5. rec.*, hoc tamen eatenus verum eſt, quatenus, ut prætactum fuit, Capitulum incedat in corpore ad aſſociandum funus, nam ſecus eſſet, ſi plures ex Canonicis, ac etiam omnes
tanquam ſinguli intervenirent; cùm enim in hoc caſu 4
Cathedram Epiſcopalem non repræſentarent, Præcedentiam cedere deberent Parocho defuncti, qui cum in tali actu reperiatur in exercitio ſuæ curæ, & tanquam Paſtor, ſeu Prælatus Juriſdictionem exerceat, licèt ſit alioquin perſona minùs digna etiam ſingularibus perſonis Canonicorum, tamen illos in hoc actu antecedit. *Panimoll. d. dec. 1. annot. 8. nu. 20.* latè *Ca-
pon. diſcept. forenſ. 4. per tot.*, & multò magis præcedit 5
Capellanos, ſeu Beneficiatos Cathedralium, licèt iſti etiam in corpore incederent tanquam Univerſitatem Beneficiatorum repræſentantes *De Luc. de Præeminen. diſc. 21. num. 9., & ferè per tot.*, quia apud iſtos, licèt ſint quodammodo membra Capituli, non reſidet dicta ratio ſuperioritatis, neque regulariter Præcedentiam ſupra reliquos ſibi vindicant, niſi cùm procedunt juncti cum ipſo Capitulo.

Illud tamen dubium eſt, an præfati Beneficiati, habentes ex privilegio Jus collegialiter incedendi, & geſtandi inſignia, quibus uti ſolent in Choro Cathedralis, invitati ad funus præcedere debeant Rectores Eccleſiarum Parochialium, excepto Parocho defuncti, qui omnes, ut diximus, præter Capitulum præcedit. Et pro reſolutione quæſtionis præmittere oportet, dd. Beneficiatos, alioſque Clericos, Cathedralis Eccleſiæ ſervitio mancipatos, tanquam membra Capituli, & quodammodò pars illius Corporis, in actu, quo ſi-
mul cum eo incedunt, eandem habere Præceden- 6
tiam ſupra Clericos inferiorum Eccleſiarum, quam habet ipſummet Capitulum, nè eadem res diverſo Jure cenſeatur, & quod dicitur de capite non conveniat membris, *ad regul. Text. in cap. cognovimus 12. quæſt. 2. & in l. cum qui ff. de uſucapion. Rot. poſt Tamburin. de Jur. Abb. dec. 113. & cor. Coccin. dec. 1731.* utrobique *num. 3. & 4.* optimè *Manſ. conſult. 589. num. 10.* regulariter tamen cum iſti Beneficiati collegium non con-
ſtituant *Hoſtien. in Summ. de exceſſ. Prælator. §. 3. verſ. 7
Subditi verò, circa med. Pignatell. conſult. 50. nu. 6. tom. 3. Rot. dec. 136. num. 3. part. 6. rec.*, ex prærogativa, quam habent tanquam Miniſtri, & inſervientes primæ Eccleſiæ, non valent ſupra reliquas perſonas, cæteroquin digniores, Præcedentiam obtinere, quia quando non repræſentant Collegium, vel ſeorſim à Capitulo incedunt, eadem qualitate juvari non poſſunt pro obtinenda Præcedentia, cum ad hunc effectum nullam operationem faciat allegatio dignitatis,

D 4 qua

Digitized by Google

qua quis in actu, in quo quæritur de Præcedentia,
non utitur, nec ullam pariat Præeminentiæ conſide-
rationem illa qualitas, quæ non facit ad actum,
ut tradunt *Ferr. de Præceden. quæſt. 13. num. 3. & qu.
27. nu. 2. Barboſ. Vot. deciſ. 126. nu. 252. & n. 270. tom.
3. Rot. cor. Arguell. dec. 72. num. 26. & ſeq., & in rec.
dec. 304. n. 26. part. 10.*; unde Vicarius, inſimul Ca-
nonicus, interveniens in Choro, aliiſque actibus Ca-
pitularibus, nullam habet Præeminentiam ratione mu-
9 neris Vicarialis, quo tunc fungi non poteſt *Carol. Ant.
De Luc. de plur. hom. legal. cap. 32. num. 3. Panimoll. dec.
1. annot. 5. n. 46.* Et ex eodem motivo etiam Canonicus
inſignitus Epiſcopali Dignitate, non anteponitur in
10 Capitulo antiquioribus Canonicis *Gloſſ. in cap. à col-
latione, de appellat. in 6. Barboſ. in Vot. deciſ. 126. n. 29.
tom. 2. Carol. Ant. de Luc. ubi ſupra cap. 19. ſub num. 9.
Rot. cor. Seraphin. dec. 716. num. 15.* Hinc propoſito in
Sac. Rit. Congregatione dubio in Aretina 12. Septem-
11 bris 1705. *An in Proceſſionibus, & Funeralibus, debea-
tur Præcedentia Parochis ſupra Manſionarios, tam Eccle-
ſiæ Cathedralis, quàm S. Mariæ Plebis, incedentes ſine
Canonicis, & Capitulo*, reſpondit. *Deberi Præceden-
tiam Parochis*.

Cæterùm ſi Manſionarii, ſeu Beneficiati Cathedra-
lis, Collegium, ſive Communitatem, aut Univerſi-
12 tatem conſtituerent, prout ad certos tantùm peculia-
res effectus ex privilegio, vel conſuetudine immemo-
rabili conſtituere poſſunt, veluti in Funeralibus, ſeu
Proceſſionibus, licèt quoad cæteros actus hujuſmodi
facultate careant, juxta doctrinam *Calderin. conſil. 5.
de his quæ fiunt à Prælat.* quam ſequitur *Pignattell. con-
ſult. 50. num. 6. tom. 3.*, ſimulque ex Apoſtolico Indul-
to facultatem haberent deferendi in antedictis Functio-
nibus habitum, geſtari ſolitum in Choro Cathedralis
13 veluti Almutiarum, ſeu etiam Capparum, prout ſi-
mili Indulto fruuntur Capellani noſtræ Eccleſiæ Pi-
ſtorien. ex conceſſione ſa. me. Clem. IX. de die 13. A-
prilis 1667., in qua eis indultum fuit, ut in omnibus
actibus, & Functionibus publicis, etiam extra Cathe-
dralem, geſtare poſſint Cappas, & habitum, quo utun-
tur Beneficiati S. Mariæ Majoris de Urbe; in hoc caſu
propter talis habitus prærogativam, & propter aliam
etiam reſultantem à qualitate Collegiali, crederem di-
ctos Manſionarios in corpore incedentes ad Funera,
ſeu Proceſſiones, Præcedentiam ſibi vindicare ſupra
Parochos, cum Collegia de Jure ſint ſingularibus per-
14 ſonis, licèt alioquin dignioribus, regulariter præfe-
renda. *Caſſan. in Cathal. Glor. Mund. part. 4. conſiderat. 38.
verſ. octavo facit collegium. Rot. cor. Arguell. dec. 72. nu.
28.* Et Parochi nullam habeant dignitatem *ad Text. in
15 cap. ſuper ſpecula, nè Cler. vel Monac. Capon. diſcept. 5.
num. 13. Pignattell. conſult. 27. num. 2. tom. 4. & con-
ſult. 46. num. 9. in fin. tom. 6.*, & quoties non ſunt in
16 actuali exercitio Curæ animarum, reputentur ſimpli-
ces Clerici, & ſingulares perſonæ, ita ut qualitas Pa-
rochialitatis nihil eis extra caſus exercitii actualis
muneris paſtoralis ſuffragari poſſit ad Præcedentiam
17 *Rubeus penes Gratian. Diſcept. Forenſ. cap. 298. num. 50.
& ſeq. Rot. cor. Arguell. d. dec. 72. num. 26., & in rec. dec.
304. num. 26. part. 10.*

Ac non ſolùm eandem prælationem ſibi vindica-
rent præfati Beneficiati ſupra Parochos extra eorum
Eccleſiam, ſeu exercitium Curæ animarum, utpotè
tali caſu repræſentantes Collegium, verùm etiam, ut
prætactum eſt, ratione dignioris habitus, quibus ipſis
ex Indulto uti liceret in prædictis Functionibus; nam
ſi ipſis competeret uſus Almutiarum, ſeu Capparum,
quæ ſunt inſignia Dignitatis, & regulariter non con-
18 ceduntur niſi ſolis Canonicis Cathedralium, licèt etiam
inferioribus perſonis, nimirum Beneficiatis alicujus
Inſignis Eccleſiæ, indulgeat Sedes Apoſtolica *Pignat-
tell. conſult. 59. nu. 9. tom. 6. Barboſ. in Summ. Apoſtol.
Deciſ. in V. Almutia, collect. 20. per tot. Novar. q. for. 24.
per tot. p. 1.* In ſequelam juris geſtandi habitum dignio-
rem, per quem ſecernuntur è reliquo Clero, videtur
ſine dubio eiſdem concedenda etiam Præcedentia ſu-
pra Parochos, ut evitetur abſurdum, quòd geſtans ha-
bitum digniorem poſtponatur geſtanti minùs dignum,
cum dignior habitus inferat per neceſſe ad locum di-
gniorem & è contra. *Florian. in l. ſed & ſi quid §. Man-
19 cipiorum ff. de uſufr. Ludovic. de Penna in l. 2. de veſtib.
oloſer. lib. 11. ubi ſcribentes. Bald. conſ. 387. circ. med. l.
1. Tuſch. lit. D. concluſ. 430. nu. 7. Caſſan. in Cathal. glor.
mund. part. 7. conſiderat. 44. & part. 11. conſiderat. 96.
Gratian. diſcept. 845. num. 5., & ſeqq. Solorzan. de Jur.
Indiar. lib. 2. cap. 18. num. 63. tom. 1. Pignattell. con-
ſult. 54. in fin. tom. 6. Rot. dec. 252. numer. 13. part.
6. rec.*

Dubitari etiam poſſet, an Indultum, quod habe-
rent Beneficiati geſtandi dicta inſignia in Choro Ca-
thedralis, ac etiam dum incedunt repræſentantes Uni-
verſitatem Beneficiatorum, ſeſe extenderet ad facul-
tatem eadem geſtandi, dum in aliquibus actibus inter-
veniunt uti ſingulares perſonæ, & licèt alibi ex doctri-
na *Ceccoper. in prima impreſſ. lib. 1. n. 92. & 93., & D.
20 Piton. Diſcept. Eccl. 39. n. 9. tom. 2.* diximus, Privile-
gium uſus ſimilium inſignium ſequi perſonam, & uti
perſonale non circumſcribi loco, nempe Eccleſia Ca-
thedrali, quinimmo nec etiam Diœceſi; attamen hoc
cenſemus intelligendum reſpectu Canonicorum, qui
21 ubique ſunt tales, & pro talibus reputantur *noſter Cec-
coper. tit. 14. n. 8. & 9. lib. 1.* ita ut etiam in Eccleſiis
22 exemptis illorum uſus eis ſit permiſſus *De Luc. de Præem.
diſc. 12. n. 8.*, non autem Beneficiatorum, qui extra
ipſam Eccleſiam, cui inſerviunt, nec uti tales nomi-
nantur, ſed ab actuali ſervitio illorum etiam nuncu-
patio, & reputatio dependere videtur, ac proindè,
præſcindendo à ſpeciali privilegio, ad cujus normam
ſine dubio regulanda eſſet tam Præcedentia, quàm fa-
cultas delationis hujuſmodi inſignium, *ad Text. in cap.
antiqua 23. de privileg. Colleg. Bonon. poſt conſil. Za-
barell. conſ. 1. num. 18. Tamburin. de Jur. Abbat. tom.
1. diſp. 25. quæſt. 2. num. 64. & ſeqq. Rot. deciſ. 252.
& deciſ. 288. part. 6. rec.*, non poſſent iidem Benefi-
ciati uti dictis inſignibus, cum illorum privilegium
coarctetur regulariter ad Eccleſiam, & ad caſus, in
quibus cum Capitulo Collegialiter incedunt, ut
23 etiam reſolvit *Sac. Congr. Epiſc., & Regul. in Placen-
tina 2. Maii 1659., & 10. Decembris 1662. relat. per Pi-
gnattel. conſult. 51. ſub n. 3., & 4. tom. 3.* nuperrimè *Sac.
Rit. Congr. in d. Aretina Præcedentiæ 12. Septembris 1705.*
in qua propoſito dubio, *An licitum ſit Manſionariis Ec-
cleſiæ S. Mariæ Plebis, incedentibus abſque Capitulo,
deferre pelles ſuper brachio in proceſſionibus funeralibus*,
reſpondit. *Negativè*.

24 Illud tamen non eſt omittendum, quòd ſi Indul-
tum hujuſmodi uſus Almutiarum, ſeu aliorum Inſi-
gnium, conceſſum foret perſonis, certa qualitate inſi-
gnitis, veluti Doctoribus, ſeu graduatis, tunc cum
25 cenſendum eſſet perſonale, & non locale, utpotè intui-
tu tantùm qualitatis, & præcellentiæ, in perſona reſi-
dentis, elargitum, ubique ipſis uti liceret cum præro-
26 gativa Præcedentiæ ratione habitus dignioris, ut præ-
ter *Piton., & Ceccop. ſupra alleg. Menoch. de Præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 103. n. 1. & ſeqq. & num. 8. & ſeq. De
Luc. de Jurepatr. diſc. 2. n. 8. & ſeq. Rot. dec. 400. n.
14. part. 9. rec.*

Quòd ſi per Indultum Apoſtolicum liceret Canoni-
cis, ſeu Capellanis, geſtare inſignia prædicta, oritur
difficultas, an aucto numero Canonicorum, ſeu Ca-
pellanorum, auctoritate ordinaria, etiam ad eas exten-
deretur facultas eadem deferendi; & quatenus verba In-
27 dulti eſſent reſtricta ad Canonicos, ſeu Capellanos
tunc exiſtentes, illorumque Succeſſores, non facta
mentione aliorum in poſterum ad Canonicatus, & Ca-
pellanatus erigendos inſtituendorum, non ſolùm iſtis
novis Canonicis, & Capellanis non competeret dicta
prærogativa, verùm videretur adempta facultas Ordi-
nariis faciendi novas erectiones, cum non poſſit per
eos indulgeri uſus dictorum inſignium, vel ſaltem ne-
ceſſaria eſſet gratia Apoſtolica ſuper conceſſione eorun-
dem inſignium ad inſtar aliorum; cum alioquin mon-
ſtruoſum ſit, quòd aliqui ex Canonicis, ſeu Capella-
28 nis, in habitu Chorali differant à cæteris *De Luc. De
Canon. diſc. 6. num. 12.* Hoc tamen intelligendum eſſet
quoties adeſſent in privilegio verba taxativa, & re-
ſtrictiva ad numerum Canonicorum, tunc exiſtentium
quia non conſtando ex ſimilibus verbis de contraria
mente Sum. Pontificis, etiamſi enunciatus eſſet in
Litteris Apoſtolicis numerus Canonicorum, Indultum
extendendum foret etiam ad Canonicos denuo auctos,
ut reſolutum fuiſſe per Sac. Rit. Congregationem

in una *Eugubina*, teſtatur idem *Card. de Luc. de Canonic.*, *& Dignit. diſc.* 27. *n.* 2.

Quamvis autem, ut diximus, ſit monſtruoſum,
quòd inter Canonicos adſit diverſitas Inſignium in
Choro, hoc tamen non procedit in prima Dignita-
te, quæ primum locum inter eos occupat, ac proin-
dè non eſſet abuſus, quòd dicta prima Dignitas, quæ
eſſet Prothonotarius, aſſiſteret cum habitu dictæ Di-
gnitatis, & lucraretur Diſtributiones; quia eo mo-
do, quo Epiſcopus, qui eſt caput Canonicorum, ge-
ſtat diverſum habitum à Canonicis, quia cum illis
non ſe intermiſcet, ſed eos præcedit, nec redolet
monſtruoſitatem, ſic conſuetudo prædicta, quòd pri-
29 ma Dignitas utatur habitu Prælatitio Prothonotaria-
tus, videretur toleranda, maximè quia in hac con-
30 cordat praxis Baſilicarum Urbis, in qua Epiſcopi,
qui in eis poſſident Canonicatus, occupant primum
locum inter Canonicos, & habitu Epiſcopalis Di-
gnitatis utuntur, ut docet *Card. de Luc. de Præemin. diſc.* 54.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

Canonicis competit Præcedentia ſupra Parochos, Capellanos, ac Doctores, etiam ſi ſint in ordine minores, etiam in omnibus actibus, & congreſſibus civilibus, non Capitularibus, in quibus interveniunt uti ſinguli, non tamen ſupra dictos Parochos in propria Eccleſia: item competit Præcedentia ſuper Monachos, alioſque Regulares, etiam Canonicos Lateranenſes, quando iiſdem Canonicis competit de jure, ſeu conſuetudine aliqua Functio in eorum Eccleſiis, & de ratione.

S U M M A R I U M.

1 *Dignior eſt Ordo Canonicorum ordine Plebanorum, & Curatorum.*
2 *Pars eſt ejuſdem naturæ, cujus eſt totum.*
3 *Canonicus Doctor non præcedit in Congregationibus Canonicum antiquiorem, non Doctorem.*
4 *Primus gradus inter Clericos eſt Canonicorum Cathedralium; ſecundus Canonicorum Collegiatarum; tertius Parochorum, Capellanorum, & reliquorum inferiorum Clericorum.*
5 *Quoad Præcedentiam non attenditur in perſonis notis habitus, & de ratione* n. 6.
7 *Prothonotarii, non induti habitu Prælatitio, non habent Præcedentiam.*
8 *Secus verò Canonici, & quare*, & n. 9.
10 *Conſuetudo notoria non indiget probatione, & quando non eſt contra Jus, extenditur de loco ad locum* num. 11.
12 *Ad Acquirendam Præcedentiam in actibus civilibus, an valeant actus permiſſi urbanitatis gratia.*
13 *An ex dictis actibus acquiratur quaſi poſſeſſio.*
14 *Conſuetudo carens ratione non attenditur circa Præcedentiam.*
15 *Item quando dicta conſuetudo perverteret ordinem Hyerarchiæ Eccleſiaſticæ.*
16 *Canonicus, etiam non in Sacris, eſt verè Canonicus, ideo ratione ordinis Hyerarchici præcedit Sacerdotes non Canonicos.*
17 *In Proceſſione funebri, an Curatus deferens ſtolam præcedat Canonicos Collegiatæ*, & n. ſeqq.
20 *In Eccleſia Collegiata officium ſuper cadavere faciendum eſt à Canonicis, non autem à Parocho defuncti* & n. 21.
22 *Maximè ſi officium fiat ſuper Canonico defuncto.*
23 *Quando officium competit Parocho, habet Præcedentiam ſupra Canonicos, & quando competat*, ibidem.
24 *Parocho debetur Præcedentia in ſua Eccleſia ratione proprii miniſterii, & tunc præcedit etiam Capitulum Collegiatæ* n. 25. & 26.
27 *Quid ſi Parochus ſit ſimul Canonicus.*
28 *Canonici uti ſinguli non præcedunt Parochum in ſua Eccleſia* & n. ſeq.
30 *Aliquando valet conſuetudo, quòd minor præcedat majorem.*
31 *Clerici ſeculares ſunt digniores Monachis licèt ſint ordinibus Clericalibus inſigniti*, & nu. 32. 33. & 34. & 39. & 40. & 47.
35 *Rex Hiſpaniarum non permittit Sacerdotes ante ſuam Maieſtatem verbum proferre, niſi capite cooperto.*
36 *Quomodo ſint honorandi à Principibus Sacerdotes* & n. 37. & 38.
41 *Ordo Canonicorum Regularium Lateranenſium præeminet cæteris ſecularibus, & de ratione* n. 42.
43 *Cedunt tamen locum Clericis Secularibus, ac præſertim Canonicis.*
44 *Omnia Beneficia præſumuntur Secularia, niſi probentur Regularia.*
45 *Secularia, de ſui natura, ſunt digniora Regularibus.*
46 *Clerici Collegiales vocantur Canonici, licèt communem vitam deſeruerint.*
48 *Seculares præcedunt Regulares, etiam in eorum Eccleſiis* & n. ſeq.
50 *Dignitas Secularis præcedit Dignitatem Regularem, & affertur* Decret. S. R. C. n. ſeq.
52 *Clerus Secularis, & Regularis, debent incedere ſeparatim, & de ratione* n. ſeq.

T I T U L U S XIV.

PRæſata Canonicorum antelatio ipſis, ut ſupra,
competit, non ſolùm Capitulariter congregatis,
ſed & ſingulariter de per ſe. Si enim Canonicorum 1
ordo eſt major, & dignior Plebanorum, & Capella-
norum cætu, ut ad ſaturitatem ſcripſimus, & non
obſcurè docent *Penott. l. c. lib.* 2. *cap.* 71. *& Sperell.*
deciſ. 177. *num.* 51. *part.* 2. ſequitur, quemlibet Cano-
nicum, de per ſe, anteferendum eſſe ſingulis Cura-
tis, & Capellanis; pars enim eſt ejuſdem naturæ, &
qualitatis, cujus eſt totum. *Lara, de Capellan. lib.* 1. 2
cap. 15. *num.* 9. *Ludoviſ. dec.* 335. Et in individuis ea-
dem ratio, & idem jus, quod eſt in toto quoad totum,
eſt in parte quoad partem: vulgata *l. quæ tota ff. de rei*
vendic. cap. ex ore, de privil. & cap. Paſtorale, de offi. de-
leg. Archid. in cap. Epiſcopus. diſt. 18. Quadrat S. C.
Decretum in una *Biturgin.* 12. *Jul.* 1628. reſolvens,
locum digniorem deberi Canonicis non Doctoribus in
Congregationibus, quæ fiunt pro examine Ordinan-
dorum; quod Decretum clarè loquitur de Canonicis,
ut ſingulis. Et quòd Canonicus Cathedralis, aut Col- 3
legiatæ, de per ſe præcedat Plebanum, & eo magis
Capellanum, vel ſimplicem Presbyterum, in indivi-
duo aſſeverant *Manriq. l. c. quæſt.* 32. *num.* 6. *Bordon.*
ubi ſupra *quæſt.* 81. *num.* 225. *& Ricc. in Prax. part.*
5. *reſol.* 631. *num.* 4. Ratio deducitur ex eo, quòd tri-
plex datur gradus Clericorum. Primus antecellit ſe-
cundo, ſecundus tertio. Primum gradum conſtituunt
Canonici Cathedralium. *Innoc. in cap. Fraternitatem,* 4
de ſepult. & in cap. Sedes de reſcript. Silv. l. cit. quæſt. 3.
num. 5. Secundum gradum faciunt Collegiatarum In-
ſignium Canonici. *Prapoſ. in cap. Epiſcopus* 17. *diſt.*
Graff. in addit. ad 3. *p. deciſ. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. *Jo:*
Mont. de Auct. Conc. §. 1. *num.* 8. *Bott. de Synod. part.*
2. *num.* 30. cum aliis, Tertii, & infimi gradus ſunt
Curati, Capellani, & cæteri inferiores de Clero: ita
cum aliis notat *Morbiol. de Capit. numer.* 9. *&* 10. Qui
omnes, & ſinguli hujus tertii gradus locum honorabi-
liorem, uti minores, cedere debent Canonicis, &
horum cuilibet, non ſolùm in amictu chorali, ſed &
in habitu communi; Namque in perſonis notis non
attenditur habitus. *Leo. in Theſau. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 5
6. Ratio rationis eſt, quia habitus, & cuculla non fa-
ciunt Monachum, ſed oſtendunt; *Gloſſ. in c. Porrectum* 6
de Regular. V. habitus. Abb. & Hoſt. ibidem *num.* 4. *&*
Ripa, de conſtit. reſp. 5. *num.* 33.

Neque his contrariatur, dictum eſſe ſuperiùs Pro-
thonotariis Titularibus non competere Præcedentiam
ratione Prothonotariatus, niſi quando ſunt induti ha-
bitu Prælatitio; ſumus enim in diverſo caſu. Siqui-
dem talis habitus his fuit conceſſus ſolummodo ad ho-
norem, abſque ullo officii exercitio, & propterea 7
non judicantur, neque nuncupantur communiter Pro-
thonotarii; niſi in habitu Prælatitio. At Canonici
inſtituuntur ad elaborandum in vinea Domini veſpe-
re, mane, & meridie, ut inquit *Innoc. in cap. Dilectus*,

8 *ctus de præb. num.* 2., & ſic ab omnibus agnoſcuntur
pro Canonicis, taleſque cum effectu ſunt, & ſemper
reputantur, ac vocantur, tam in habitu Chorali,
quàm vulgari. Nec urget, ipſos non eſſe in ſuo mi-
niſterio; nam, & Doctor Laicus antefertur Capita-
neo, non ſolùm in actibus Doctoris, ſed & in indif-
ferentibus. *Abb. in cap. Quantum, num.* 2., *de mag.*
Sic Definitor & Lector tales appellantur, tametſi il-
9 le continuò in Definitorio non exiſtat, & iſte non
ſemper legat, & negotiator nominatur Mercator,
quamvis actualiter mercaturam tunc non exerceat: *ex
gloſſ. in cap. Statuimus, de elect. in 6.*

Evidentior adhuc fit noſtra aſſertio, quia de con-
ſuetudine ſic ſervatur in finitimis Civitatibus, & lo-
cis, quod litteris commendarunt quamplures Docto-
res, à quibus in hoc non diſſentit *Gratian. diſcept. for.*
10 *cap.* 298. *num.* 8. *&* 99. Quæ conſuetudo, cum ſit no-
toria, non indiget probatione: *cap. Evidentia, de pro-
bat. gloſ. in cap. Ad noſtram, de jurejur.* Et quando non
eſt contra Jus, extenditur de loco ad locum. *Monet.
de Diſtr. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 3. *Alagon. ſuper dicto cap.*
11 *Statuimus. Buratt. deciſ.* 550. *num.* 11. Quod proce-
dit, etiamſi aliqualiter Juri communi repugnaret:
Dan. de Nob. diſp. 75. *num.* 3. *Boer. dec.* 269. *num.* 9.,
& alii apud *Altogr. l. cit. num.* 59 In congreſſibus ci-
vilibus, quoad acquirendam Præcedentiam, non ſunt
habendi in conſideratione aliqui congreſſus, in favo-
rem quorundam Presbyterorum ab aliquibus Canoni-
12 cis per vias permiſſi, aut facti, ob amicitiam, vel
alterius intereſſe, aut cauſa urbanitatis, ſiquidem ex
his, quantocunque tempore effectis, nullum affertur
præjudicium Juri publico, aut privato aliorum Cano-
nicorum, qui diverſo modo ambulaverunt, ita do-
cent *Samuel. l. cit. tract.* 1. *quæſt.* 3. *contr.* 2. *numer.* 26.
Moron. ubi ſupra *part.* 1. *p.* 1. *reſp.* 5. *num. ult. & Bor-
don. de Præced. num.* 381. *&* 581. Atque ob dictorum
actuum varietatem nulla ab iiſdem Presbyteris, &
13 Capellanis prætendi poteſt quaſi poſſeſſio ſic proce-
dendi. *Poſt. deciſ.* 591. *num.* 14. *Urſell. l. cit. concl.* 1.
num. 20. *Roland. conſ.* 53. *numer.* 2. *lib.* 4. *Caſſaing. de
Privil. Reg. tract.* 8. *cap.* 1. *prop.* 11. *Rot. part.* 2. *di-
verſ. deciſ.* 72. *num.* 2. Ratio eſt, quia fiunt nullo Ju-
re cogente, ſed ſola voluntate deferentis, aut per-
mittentis.

Quinimò in Functionibus Eccleſiaſticis, ſi jam ab
omnibus Canonicis conceſſa fuiſſet Præcedentia Ca-
pellanis, & Rectoribus Parochialium, poſſent mo-
derni Canonici recuperare Jus ſuum, quod aſſignat
honorabiliorem locum Canonicis, uti majoribus, non
14 attenta conſuetudine in contrarium introducta; quia
caret ratione, & non poteſt induci, niſi ex quadam
ambitione. *Ricc. part.* 4. *collect.* 169. cui doctrinæ fa-
vent *Moron. l. cit. reſp.* 6. *numer.* 28. *Boro. conſ.* 22.
num. 38. *vol.* 1. Ratio rationis videtur eſſe, quia ta-
li conſuetudine perverteretur ordo Eccleſiaſticæ Hye-
rarchiæ, quam Canonici de per ſe faciunt, ut no-
15 tant *Moſcon. de Majeſt. mil. Eccl. lib.* 1. *tit. de Collegia-
tis, cap.* 16., & conſuetudo attenditur, ubi non da-
tur diverſitas in ordine Hyerarchico.

Nec obſtaret, Canonicum non eſſe in Sacris, quia
adhuc eſt verè Canonicus, ut notat *Farinac. part.* 1.
16 *dec.* 27. *num.* 4. *in poſth.* Et Præcedentia datur non ra-
tione Ordinis Sacri, ſed gradus Canonicatus, & ſu-
perioris Ordinis Hyerarchici, ut dictum eſt, & fa-
ciunt tradita per *D. Bern. l. cit. cap.* 6., *& Rodriq. qq.
reg. tom.* 3. *quæſt.* 37. *art.* 2. Undè ultimus Canonicus
Cathedralis antefertur antiquiori Canonico Sacerdo-
ti Collegiatæ, hujuſque minimus præponitur ſupra-
dictis Capellanis, & Curatis, quia ſunt inferioris or-
dinis: Veluti Archangelus infimus eſt nobilior ſupre-
mo Angelo, prout in hunc ſenſum obſervat *Sperell.
deciſ.* 167. *num.* 19. *tom.* 2. Nec officit quodam reſ-
ponſum Theodoſii Rubei penes *Gratian. diſcept. for.
cap.* 298., ubi per Decreta Sacræ Congregationis de-
17 ciſum refert, Canonicos Collegiatæ debere in Pro-
ceſſione funebri locum cedere Curato deferenti ſto-
lam, & in corroborationem adducit *Rituale Rom. Pau-
li V. tit. de Exeq.*, ubi diſponitur, in dicta Proceſſio-
ne Præcedentiam deberi Parocho ſuper alios Sacer-
dotes, quibus ſatis reſpondet *Barboſ. de Canonicis, &
Dign. cap.* 14, *num.* 68. affirmans, Sacram Congrega-
tionem non dare Præcedentiam ſuper Canonicos Pa-
rocho extra Eccleſiam in Proceſſione funebri, ſed
tantùm dum exercet proprium munus in ſua Eccleſia
Parochiali: & certè in Proceſſione prædicta non fun-
gitur ſuo proprio officio, ſed comitatur defunctum,
unà cum aliis Eccleſiaſticis; ità *Barboſ. l. c. & latiùs
de Off. & Pot. Paroch. cap.* 9. *n.* 11. Et hoc procedit,
licèt Parochus deferat ſtolam, quæ non dat majorita- 18
tem, cum ſit tantùm ſignum Sacerdotale. *Antonell. l.
c. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 21.

Ad particulam verò *Ritualis*, reſpondet *Dan. de Nob.
diſp.* 75. *numer.* 71., & *Paſqual. qq. mor. cent.* 1. *quæſt.*
74. *num.* 12. intelligi, quando Parochus defuncti in- 19
cedit cum cæteris Plebanis, Rectoribus, aut aliis ejuſ-
dem ordinis; non quando capitulariter interveniunt
Canonici. Horum major dignitas, & prærogativa
ampliùs apparet ex modo convocandi ad Proceſſio-
nes: nam Curati, & Capellani Campana parva con-
vocantur, Canonici magna; quæ ſicut dignior eſt,
ut oſtendit *Barboſ. in cap. Patentibus, num.* 5. *de privil.*
ita arguit, digniorem eſſe, quem convocat. *Rot. in
una Albiganen.* 20. *Jun.* 1653. *coram D. Bichio.* Et eſt 20
notandum, quòd ſi corpus defuncti fuerit illatum in
Eccleſiam Collegiatam, in qua non exercetur Cura
animarum, licèt Parochus mortui habeat intentio-
nem fundatam ſuper funeralibus, ut probat *Samuel. l.
c. num.* 40., ad Canonicos tamen ejuſdem ſimplicis
Collegiatæ ſpectat Jus faciendi Officium in eadem Ec-
cleſia ſuper defunctum tumulandum, hoc eſt oratio-
nes recitando, cadaver Aqua benedicta aſpergendo, 21
atque ex perſona defuncti thure Deum adorando. *Rot.
part.* 7. *ſive in reſid. ad part.* 5. *diverſ. dec.* 502. *num.*
24. Quod eò magis procedit, ſi officium fiat ſuper
Canonicum defunctum, pro quo dicendum eſt Offi-
cium Mortuorum cum tribus Nocturnis, pro Capel-
lano autem cum uno Nocturno; ità decrevit S. Con- 22
gregatio penes *Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.*
805. *V. Divinum Officium, num. ult.* Et ita jampri-
dem fuerat Decretum à Capitulo Inſignis Collegia-
tæ Piſciæ, in quo etiam oſtenditur Canonicorum præ-
rogativa.

In Eccleſia verò Parochialis, licèt Collegiata, vel
Oratoriis ſitis intra Parochiam, ad ipſum Parochum
ſpectat Officium peragere, non ad Capellanum Ora- 23
torii, vel Canonicos ad Funus convocatos. *Ricc. in
Prax. part.* 4. *reſol.* 300. *numer.* 31., & declaravit S.
Congregatio apud *Rot. loc. prox. cit.* Et dum Paro-
chus peragit præfatum Officium, habere debet Præ-
cedentiam ſuper Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ, ita
cenſuit S. Congregatio *ad Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.*
13. Et latè probat *Samuel. de Sepult. tract.* 1. *contr.* 2.
concl. 2.

Quæ Præcedentia in his, & aliis functionibus,
Parocho competit non ratione loci, ut putarunt ali-
qui, ſed tantùm ratione proprii miniſterii, quod in 24
ſua Eccleſia exercet, ità *Alvar.* ubi ſupra *lib.* 2. *V. Paro-
chus Antonell. l. c. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 22. *Put. lib.* 3. *dec.*
105. Et in hunc ſenſum accipitur, quod à *Rot. Rom.
in una Calaguritana Præeminentiarum* 20. *Novemb.* 1592.
deciſum refert *Zepæus l. c. tit. de major., & obed. num.*
8. videlicèt, Rectorem in ſua Eccleſia, non ſimpli-
citer, nec in omnibus partibus præcedere Decanum
& Capitulum Collegiatæ, ſed quando ille eſt in
actu proprii miniſterii, exercendo ſua Juriſdictiona- 25
lia: *Paſqual.* ubi ſupra *num.* 4. *in fin. Peyrin. tom.* 2.
in addit. ad Conſt. Pauli V. cap. 10. *num.* 1. Et propte-
rea Canonici Collegiatæ proceſſionaliter cum ſua Cru-
ce accedere ſoliti ad aliquam ſimplicem Eccleſiam Pa-
rochialem, pro aſſiſtendo Miſſæ Cantatæ, ſive Veſ- 26
peris, quibus etiam aſſiſtit Parochus ejuſdem Paro-
chialis, honorabiliorem locum tenere debent Cano-
nici: ita deciſum refert *Poſt. in tract. de Manut. deciſ.*
35. *num.* 4.

Nec obſtat, quòd *Abb. ex cap. Venerabilis, num.* 19.
de electione, dicat, largo modo quemlibet in domo ſua
poſſe dici Imperatorem, & Regem, ſiquidem non di-
cit omnes, ibi honorandos eſſe; ut Reges, & Im-
peratores. Ideò licèt Parochus in propria Eccleſia re-
gat, & imperet, non eſt præferendus aliis, niſi quan-
do adſunt ſolùm inferiores, vel quando eſt in pro-
prio officio. *Morbiol. l. c. n.* 19. *Dan. de Nob. diſp.* 44.
n. 36.

num. 36. Ad illud verò, quod inqnit *Bordon. de Præ-*
ced. numer. 538., Parochum præferendum eſſe ſuper
omnes Canonicos, excepto capite Collegii, in Paro-
chiali erecta in Collegiatam, dico, id intelligendum
27 eſſe de Parocho, ſimul Canonico, qui ob duo officia
conſiderabilia, quæ in eadem Eccleſia exercet, vide-
tur major ſimplici Canonico.

Nè autem dicatur, nos omnia trahere ad noſtrum
molendinum, hìc adnotare duxi, Canonicos tam Ca-
thedralis, quàm Collegiatæ, à Capitulo non deputa-
ros, ſed ex ſe, uti ſingulos ad aliquam Parochialem
28 Eccleſiam occaſione alicujus Feſti accedentes, non
poſſe prætendere Præcedentiam ſupra Curatum ipſius
Eccleſiæ in Functionibus, tam intus, quàm extra in
Proceſſionibus. *Felyn. in cap. cum non liceat, de præ-*
ſcr. num. 1. *Moſcon. l. c. cap.* 15. *Rota in Albiganen. Præ-*
cedentiæ 20. *Jun.* 1653., & declaravit S. Rit. Con-
greg. apud *Barboſ. collect.* 91. *numer.* 24. Rationem
adducit *Bord. in ſuis Miſcell. dec.* 28. Et quamvis plu-
ries à nobis fuerit pronuntiatum, Canonicum etiam
29 de per ſe eſſe majorem, & digniorem Parocho, fal-
lit regula in propria Eccleſia, in qua major locum
cedit minori. *Decian. conſ.* 67. *numer.* 14. *vol.* 5. *Ur-*
ſell. l. cit. 140. *numer.* 14. & *Penia deciſ.* 208. *numer.*
12. *vol.* 5.

Nec obſtat, quod diximus ſupra, non valere con-
ſuetudinem, quod minor præcedat majorem; nam hoc
ſequitur regulariter; ſecus particulariter oh aliquam
30 cauſam, prout innuimus; *Sperell. dec.* 76. *numer.* 12.
tom. 1. & *dec.* 179. *num.* 4. *tom.* 2. Et ſupradicta re-
ſtringendo, cùm ex his appareat, Canonicos commu-
niter anteſerendos eſſe Parochis, hoſque Capellanis,
ac ſimplicibus Presbyteris, quantumlibet in ordine
Sacerdotali anterioribus, adverſus iſtos Capellanos,
& ſimplices Presbyteros, & quemvis ipſorum, Ca-
nonici, & horum quilibet, benè, & apertè uti po-
terit hoc Brocardico. Si vinco vincentem te, à for-
tiori vinco te, quod deſumitur *ex cap. autboritate, Ex-*
tra, de conceſſ. præb. & notat *Hoſt. in cap. ſuper, eo-*
dem tit. num. 4. Et in his terminis ponitur à *Paſqual.*,
& *Tamb. locis mox cit.* Hujuſmodi regula, ex eodem
Jure procedente, ut inquit *Farinac. dec.* 59. *numer.* 2.
part. 1., uti poterunt Canonici in Monachos, quibus
31 omnibus, & ſingulis Presbyteri ſeculares ſunt dignio-
res ratione antiquitatis, & nobilioris Ordinis Cleri-
catus: *cap.* 1. *diſt.* 21. *cap. legi* 16. *quæſt.* 1. *gloſ. in cap.*
qualiter 2. *V. facilius, de accuſat. Jo: And. de Reg. Jur.*
in 6. *Reg. delictum numer.* 12. *Ant. de Butr. in cap. cum*
autem, num. 10. *de ſtat. Monach.* Probatur, quoniam
Monachi ex eorum inſtitutione erant in Spiritualibus
ſubjecti Parocho, in cujus Parochia commoraban-
32 tur: *cap. generaliter* 16. *quæſt.* 2. *cap. Monaſteria* 18.
quæſt. 2. Atque iiſdem Monachis erat interdictum or-
dinari. *Gloſ. in cap. à Subdiacono, diſt.* 93. ubi *Barboſ.*
num. 2. Et quamvis ad præſens eis permittatur Eccle-
ſiaſticis Ordinibus inſigniri, & Clericorum Officia
33 exercere; *Gloſ. in cap. de præſentium cum ſeq.* 16. *qu.*
1. Hoc quidem eſt per accidens, non originaliter, ut
poſt *Sbrozz. de Off. Vicarii lib.* 1. *cap.* 37. *numer.* 2. no-
tat *Penot. l. cit. lib.* 2. *cap.* 72. Ideò privilegium Cle-
ricatus, Monachis elargitum, cum ſit ex poſt fa-
cto, iuterpretandum venit ſine præjudicio Jurium an-
tiquioris Cleri Secularis, & hujus originalis Clerica-
tus qualitas anteferenda eſt accidentali Monachorum.
34 *Panor. ſuper dicto cap. Statnimus*, & *fuſius Tamb. de*
Jur. Abb. ubi ſupra quæſt. 1. *numer.* 90. *Imol. conſ.* 165.
num. 44.

Hinc inſero, haud ritè agere nonnullos Magnates,
dum volunt, quoſcunque Monachos, etiam Conver-
ſos, coram ſe cooperto capite ſedere, & Sacerdotes
ſeculares aperto capite ſtare: videatur *Prax. Neap. cap.*
23. *num.* 11.

Laudatè facerent, ſequendo Hiſpaniarum Regis
exemplum, qui, nt teſtatur *Vival. in Bacul. Sacerd.*
35 *cap.* 20. *num.* 95., minimè permittit, Sacerdotes tam
Seculares, quàm Regulares, ante ſuam Majeſtatem
verhum proferre, niſi prius caput operiant, nec id-
circò Catholicus obſcurat ſe ipſum, ut inquit *Novar.*
de Gravam. part. 3. *gravam.* 389. *num.* 3. Refert *Gem-*
meus in Vita Ferdinandi Imperatoris hujus nominis
Secundi *cap.* 9., Principum Auſtricorum moris eſſe,
in amoris pignus, manum adeuntibus oſculandam præ-
bere; Quamobrem præſatus Ferdinandus, in reve-
rendo Sacerdote nemini ſuorum Secundus, non illi-
benter dexteram Sacerdotibus dabat, ſed his oſculum
non permittebat, illud benevolentiæ, hoc reverentiæ 36
deberi, ſæpiùs dicens. Clerici ſunt ſubditi Papæ.
Scacc. reſp. 22. *num.* 18. *vol.* 1. *Bellett. l. cit. tit. de Fa-*
vore §. 1. *num.* 6. Epiſcopus dicitur eorum Superior,
videatur *gloſ. in cap. Eſto* 95. Quid verò efficere de-
beant Presbyteri cum Principibus, non ex Supremis,
dum opus eſt aliqua negotia cum illis tractare, reſ-
pondet *Novar. de Gravamin. l. cit. grav.* 315. *num.* 8.
Quòd inſinuatis Principibus, ſedentibus, & non an-
nuentibus, ut caput tegant, licitum ſit id propria au- 37
thoritate facere, ſi ſint perſonæ alicujus qualitatis,
inter quas connumerantur Canonici; cum, ut ſupra
demonſtravimus, dicantur Senatores, & Illuſtres per-
ſonæ, ut ſcribit *Berthac. V. Illuſtr.*, & *V. Epiſcopi vita.*
Facit pro Canonicis illud Oratoris Domicii, *cur ego*,
inquit, *habeam te in Principem, ſi non habes me in Sena-*
torem? de quo meminerunt *Gloſſ. in dicto cap. eſto*, &
in cap. fruſtra, de re judic. in 6. *ac in regul.* 75. *de reg.*
Jur. D. Ant. 3. *part. tit.* 20. *cap.* 2. §. 9. *in Summ. Imol.*
conſ. 71. *num.* 21. *Gratian. diſcept. for. cap.* 284. *num.*
19., & legi in Epiſtola D. *Hieron. ad Nepotian.*, ho-
norandi ſunt, prout ſit à religioſiſſimis Principibns 38
noſtris, Sacerdotes, tam Seculares, quàm Regula-
res, etiamſi (quod Deus avertat) mali eſſent, que-
madmodum non deſpicitur annulus ſerreus, in qno ſit
alligata pretioſa margarita. *Gloſſ. in capit. Dominus*
33. *diſt.* & advertit *Suarez. de Leg. lib.* 4. *cap.* 7. *nu-*
mer. 3.

In ſavorem Canonicorum *D. Bern. epiſt.* 39. Princi-
cipem Theobaldum ſupplex ſic alloquitur.

Pro Canonicorum Jure precator accedo, & pro ipſis, &
cum ipſis omni, qua poſſum deprecatione, depoſco, quod
omninò cognovi neceſſarium, ut ad Veſtræ Serenitatis vul-
tum ſolito illis clementiorem indulgeatis acceſſum, quatenùs
alii eorum Religioni debitam diſcant exhibere reverentiam,
cum vos benevolos eſſe noverint.

Non deſuerunt, qui opinati ſunt, Monachos in
honoribus eſſe anteponèndos Presbyteris Secularibus, 39
moti illa ratione, quòd eorum vita ſit perſectior vita
Clericorum ſecularium. Non inficior & ego, illos eſ-
ſe in ſtatu perſectiori; nam præter ea, quæ in Regu-
lis ſuorum Ordinum ſancita ſunt, tenentur cum Cle-
ricis ad evitanda, aut ſectanda, quæ in *cap. penult.*,
& *finali, de vit.*, & *hon. Cleric.* & *toto tit. Extr. nè Cle-*
rici, vel Monachi, ſtatuta ſunt. Verùm affirmativè
non dubito, ſtatum Canonicorum, & Clericorum Se-
cularium altiorem eſſe, quatenus finis inſtitutionis
ipſorum, nempè actio publicorum Miniſterinrum Ec-
cleſiæ, eſt ſublimior, ut conſiderant *Borch. ſuper cap.*
Ad audientiam, de Eccleſ. ædifican., & *Barboſ. de Jur.*
Univ. lib. 1. *cap.* 42. *num.* 59. Et ideò Clerici præſe- 40
runtur Monachis in quæſtione Præcedentiæ, in qua
non attenditur vita contemplativa Monachorum, vel
auſteritas vitæ Monaſticæ, aut comparatio merito-
rum Regularium, ſive Fratrum, aut Religioſorum.
Campanil. l. cit. rubr. 12. *cap.* 1. *num.* 3., ſed inſpici-
tur anterior origo Ordinum, majoritas dignitatis, &
prærogativa officiorum, Clericis Secularibus commiſ-
ſorum. *Dec. in cap. Clerici, num.* 13. *de judic. Felyn. in*
cap. Poſtulaſti, de reſcr. Imol. conſ. 164. *num* 92. & an-
te eos conſideravit *Gloſſ. in d. cap. quorundam, V. Præ-*
dicatores.

Quippè Manifeſtum eſt, Canonicos Regulares La-
teranenſes retinere regulam laxiorem, quàm Mona-
chos. *Ant. de Butr. in cap. quod Dei, num.* 10. *de ſtat.*
Monach. Seraphin. dec. 69. *num.* 1. Et tamen, quia eo-
rum Ordo eſt nobilior aliis Ordinibus Regularibus, 41
præeminent quibuſcunque aliis Monachis, & Fratri-
bus Regularibus, ut probat *Penot. l. cit. cap.* 71. §.
7., & declaravit Pius IV. apud *Tamb. de jur. Abb. t.*
1. *dub.* 25. *quæſt.* 1. *num.* 294. Veruntamen quia iſti
Lateranenſes non ſunt eſſentialiter Clerici Primitivæ
Eccleſiæ, veluti exiſtunt Canonici, & Clerici ſecu-
lares, à quibus retinetur habitus S. Petri, & ab ipſo 42
hahuerunt ſuam originem, & individuam eſſentiam
inſtitutionis Apoſtolicæ, ut notant *Jo: Andr. in cap.* 2.
de vit. & *honeſt. Cler. num. ult. Zip.* ubi ſupra *lib.* 3.

tit. de præb. num. 2. *Imol. l. cit. conſ.* 166. *num.* 1. *Vulp.*
in Prax. Jud. cap. 34. *num.* 1., debent etiam memo-
rati Canonici Lateranenſes, in quibuſcunque hono-
43 rantiis, locum cedere Clericis ſecularibus, & præ-
cipuè Canonicis Collegiatarum ſecularium, ut ſatis
probat *Bapt. de Caccialup. conſ.* 4. *per tot.* Idemque per
plura Collegia reſolutum ſcribunt *Decian. conſ.* 50. *n.*
21. *tom.* 4., *& Borgaſ. de Irreg. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.*
4. Huc confert, quòd ſicuti Apoſtolorum Princeps
fuit primus Clericus ſecularis, ut inquiunt *Ant. de*
litter. in Summ. part. 6. *cap.* 1. *num.* 25. *& Corrad. in*
44 *Prax. l. cit. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 32., ita omnia Benefi-
cia præſumuntur ſecularia, ſecundùm primam Petri,
& Apoſtolorum inſtitutionem, niſi regularia docean-
tur. *Moſcon. de Majeſt. mil. Eccl. part.* 3. *cap.* 1. *fol.* 42.
Daran. dec. 442. *n.* 2.

Secularia Beneficia, quæ ſunt adjuncta Clericis,
qui nullam profeſſi ſunt Regulam, de ſui natura ſunt
digniora, quàm Regularia, quæ Regularibus profi-
45 tentibus Religionem adſcripta ſunt. *Rom. ſing.* 619.
Caval. dec. 140. Nec poſſunt illa abſque diſpenſatione
Apoſtolica conferri Regularibus. *Garz. de benef. part.*
7. *cap.* 10. *num.* 28. Collegiales Clerici, jam viven-
tes ſub eadem domo, communiter vocabantur abſo-
luto nomine Canonici; ſed poſtquam, ut deſcripſi-
mus, communem vitam deſeruerunt, dicti ſunt Ca-
nonici ſeculares, à qualitate vitæ, quam ducunt
cum Laicis, bona propria poſſidendo, licèt in reli-
46 quis non exempti à Canonicalis diſciplinæ obſervan-
tia. *Abb. in cap. licet, de off. ordin. Monet. de Diſtr.*
part. 5. *quæſt.* 5. *num.* 18. *Leonell.* ubi ſupra *quæſt.* 7.
art. 6. Et ſic poſſunt dici genus miſtum; namque in
quantum Deo ſerviunt, nuncupantur Canonici, in
quantum verò converſantur cum Laicis, dicuntur Se-
culares. *Gloſſ. in cap. licet, de off. ordin., & Moſcon.*
loc. cit.

Et eſto Canonici Regulares Lateranenſes commo-
rentur in hoc ſeculo, poſſidentes in communi bona
temporalia, non dicuntur ſeculares, cum ſint mortui
mundo, cui, ut obſervant *Abb. in cap. Dilecta, de*
major. & obed., & Azor. l. c., expreſsè renunciarunt
per trium votorum emiſſionem, quæ neque Clerici
naſcentis Eccleſiæ, neque Apoſtoli expreſsè vove-
runt, ut poſt alios, fusè probat *Sarmien. de Reddit.*
Eccleſ. cap. 1. *§.* 1. *num.* 6. Cum igitur Canonici ſe-
47 culares, & cæteri de eorum Clero, ab antiquis illis
Clericis originem duxerint, ob eorum antiquitatem,
in honoribus præferuntur præfatis Canonicis Regu-
laribus, & eo magis Religioſis Fratribus, & Mona-
chis. *Henriq. in Summ. lib.* 10. *cap.* 4. *in gloſ. Cardin.*
Tuſc. lit. C. concluſ. 377. *num.* 9. *Graſſ. de Eff. Cleric. in*
præl. num. 392. *Imol. conſ.* 165. *per tot.* Quod proce-
dit etiam in ipſorum Regularium Eccleſiis. *Dan. de*
48 *Nob. diſp.* 45. *num.* 7. *in addit. Vulp. in Prax. cap.* 34.
Lezzan. in Summ. tom. 4. *V. Præcedentia, num.* 3., &
declaravit S. R. C. apud *Novar. in Lucer. Reg. eod. V.*
numer. 4.

Intellige, quando Canonicis, vel aliis de Clero Se-
culari, de Jure, vel de conſuetudine competit aliqua
functio Proceſſionis, ſivè celebrationis in dictis Eccle-
49 ſiis Regularium; ut benè advertit *Bordon. de Præced.*
quæſt. 81. *num.* 216. Nam aliàs non eſſet licitum Jus
Regularium turbare, ac nobiliorem locum in eorum
Eccleſiis aſſumere; licèt, ut diximus, extra eas,
Regulares locum digniorem cedere debeant Canonicis
ſecularibus. *Vulp. in Prax. cap.* 34. *num.* 1. *Jo. Mont. de*
Auct. Conc. §. 2. *n.* 8. *Dec. conſ.* 61. *nu.* 2. *& Zip. l. c. de*
major. n. 6.

Pariformiter Dignitas Eccleſiaſtica ſecularis, eſt
50 major Dignitate Eccleſiaſtica Regulari, & in caſu
Præcedentiæ, huic anteponitur: ut probat *Leonell.* ubi
ſupra *quæſt.* 7. *art.* 6. Multoque fortiùs Capitulum
Eccleſiæ Collegiatæ ſæcularis (quod, ut dixi, eſt ma-
jus alia ſimplici Dignitate) præcedere debet Regula-
rem Dignitatem; quam veritatem ad inſtantiam Ca-
pituli hujus Collegiatæ in clariori luce poſuit S. Rit.
Congregatio occaſione Synodi Diœceſanæ, declaran-
51 do, Præcedentiam deberi Canonicis Collegiatæ Maſ-
ſæ ſupra Priorem S. Andreæ Carrariæ, & ita audi-
tis partibus eadem Sacra Congregatio obſervari man-
davit die 22. *Martii* 1642. Non obſtante, quòd fue-
rit allegatum, dictum Priorem ante erectionem dictæ
Collegiatæ conſueviſſe incedere in dicta Proceſſione
Synodi cum ultimo Canonico Cathedralis Sarzanæ: 52
id, quod in ſimili caſu, tanquam abuſum, corrigen-
dum fore ad ſupplices libellos pro Clero Seculari in
Regno Caſtellæ cenſuit Sac. Congr. ſub die 17. *No-*
vembris 1600.; Clerus Secularis, & Regularis de-
bent ſeparatè in Proceſſionibus incedere, non com-
miſtim: ita *gloſ. in cap. cum cauſam, de elect. Ripa in*
cap. cum rationi, num. 8. *eod. tit.* Ratio eſſe poteſt,
quia ſicut Angeli non ſe immiſcent Choro Archange-
lorum, ita Monachi, qui differunt à Clero Seculari,
non ſunt immiſcendi cætui Clericorum, nè Hyerar- 53
chicus confundatur ordo. *Sperell. dec.* 79. *nu.* 19. *tom.*
2., & Canonicos debere incedere in Proceſſionibus
abſque alia interpoſitione, determinavit S. R. C. 13.
Maii 1603.

A R G U M E N T U M.

De Canonicis ſupranumerariis, eorumque ſpeciebus, & de Juribus, prærogativis, atque emolumentis, quibus unaquæque ſpecies reſpectivè gaudere valeat, pleniſſimè tractatur.

S U M M A R I U M.

1 *Canonici ſupranumerarii, qui ultra expectativam habent mandatum à Papa, pro aſſignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, dicuntur verè, & propriè Canonici, & poſſunt deputari in Judices, & Conſervatores Apoſtolicos.*

2 *Et poteſt eis conferri Dignitas, quæ ex Statuto, ſeu fundatione conferenda eſt Canonico.*

3 *Et tales Canonici poſſunt intervenire in omnibus tractatibus Capitularibus, & in alienationibus, & electionibus, prout alii Canonici, niſi aliud antiqua conſuetudine ſit receptum.*

4 *Et conſequuntur etiam Diſtributiones quotidianas.*

5 *Canonici verò, qui habent ſimplicem expectativam, non ſunt verè, ac propriè Canonici, nec ſub illorum appellatione veniunt in diſpoſitionibus Juris, ſive hominis.*

6 *S. Conc. Trid. ſuſtulit Gratias expectativas.*

7 *Canonici honorarii, ſine Præbenda, & ſine ſpe ad illam, non conſequuntur, nec Stallum in Choro, nec vocem in Capitulo.*

8 *Limita ex mandato Papæ, ſive ex conſuetudine, aut Capituli permiſſione.*

9 *Similes Canonici honorarii non poſſunt compelli ad reſidentiam.*

10 *Qui in præmium reſidentiæ non habet fructus, ſeu Diſtributiones, non poteſt ad eam compelli.*

11 *Hujuſmodi Canonici retinere ſimul poſſunt Beneficium reſidentiale.*

12 *Præbenda non eſt de ſubſtantia Canonicatus.*

13 *In creatione horum Canonicorum, neceſſarius eſt etiam conſenſus Capituli.*

14 *Canonici honorarii, etiam cum Sede in Choro, non veniunt ſub appellatione Canonicorum, quoties, præſertim in Jure, de Canonicis fit mentio.*

15 *Et dicuntur habere Jus Canoniæ de vento, & Canonicatum habere in aere.*

16 *Canonici Ravennatenſes, & alii, qui nuncupantur Cardinales, non veniunt ſub diſpoſitionibus, loquentibus de Cardinalibus.*

17 *Canonici honorarii non veniunt ſub appellatione Canonicorum, nec etiam in diſpoſitione hominis*, & numer. ſeqq.

18 *Regulariter à propria ſignificatione verborum non eſt recedendum.*

19 *Illa eſt propria verborum ſignificatio, quæ deſcendit ex auctoritate Legis.*

20 *An Canonici honorarii venire poſſint ſub appellatione Canonicorum, in diſpoſitione hominis, quotiès communiter eodem modo tractantur, ac titulares Canonici.*

21 *Quomodo communiter reputentur, ac tractentur Canonici ſupranumerarii, creati à Capitulo Piſtorienſi cum confirmatione Epiſcopi.*

22 *Qua de cauſa creari debeant Canonici ſupranumerarii,*

Digitized by Google

rarii, & ad quod reſpectus haberi debeat.

23 Canonici ſupranumerarii quando Præcedentia, & Preeminentia gaudere debeant, æquè ac Præbendati.

24 Canonicorum, neque Præbendarum numerum certum non habent quædam Eccleſiæ, ſed ad menſuram redditum Maſſæ Capitularis augetur, vel minuitur numerus Canonicorum.

25 In aliquibus eſt certus numerus Canonicorum, ſed nullus eſt Præbendarum conſtitutus numerus, vel diſtinctio.

26 Aliæ habent certum numerum Canonicorum, & Præbendarum, ſed abſque earundem diſtinctione, ſed omnia bona Menſæ Capitularis ſunt in dominio, & adminiſtratione Capituli in communi.

27 Aliæ tandem habent certum numerum Canonicorum, & Præbendarum, quarum dominium reſidet penes Capitulum, adminiſtratio verò apud Canonicos particulares.

28 Ubi certus numerus Canonicorum præfixus eſt auctoritate Papæ, ſeu per Statutum ab eo confirmatum, non poteſt ille alterari, abſque expreſſa derogatione Statuti, ſeu Indulti: Secus ſi Eccleſia ſolius Epiſcopi auctoritate numerata fuerit, quia tunc per ipſum Epiſcopum cum conſenſu Capituli poteſt augeri numerus Canonicorum, & numer. 64.

29 Limita, quando novus Canonicatus habet particularem Præbendam, quia tunc taciturnitas præfinitionis numeri non annullat Gratiam Apoſtolicam, & n. 30. & 32.

31 Numeri Canonicorum præfinitio ideo fit, nè Menſa Capitularis pluribus cogatur providere Canonicis, quàm ferant ejus facultates.

33 Canonicorum antiquorum Juriſdictionis præjudicium, circa actus Capitulares, in creatione novi Canonici non attenditur, propter utilitatem, quæ Eccleſiæ reſultat en majori Canonicorum, & Conſiliariorum numero.

34 Et regulare eſt, quòd non attenditur illud præjudicium, quod ex adverſo habet favorem Eccleſiæ, & Cultus Divini augumentum.

35 Valet etiam erectio novi Canonicatus, facta per Epiſcopum, quatenus non tangantur Præbendæ antiquorum Canonicorum.

36 Conſenſus tamen Capituli in hujuſmodi erectione requiritur, quem præſtare poteſt conditionatum, & ad ejus limites metiri debet jus novi Canonici, dummodo conditiones ſint rationabiles, & juſtæ, num. 42.

37 Licèt Epiſcopus non poſſit commutare ultimas voluntates, nec etiam de conſenſu Patronorum.

38 Sed hoc reſervatum ſit ſupremæ auctoritati Sedis Apoſtolicæ.

39 Poteſt tamen, voluntate Teſtatoris executioni adhuc non demandata, modificare conditiones, ab eodem Teſtatore volitas in erectione novi Canonicatus facienda, & approbare illas, ſub quibus Capitulum ſuum conſenſum præſtitit.

40 Amplia, quòd idem poſſit facere etiam Vicarius Generalis Epiſcopi.

41 Licet enim Epiſcopo in limine fundationis ultimas voluntates ex juſta cauſa immutare circa accidentalia.

43 Conſenſus Capituli ſi injuſtè, & irrationabiliter denegetur, poſſet per Epiſcopum ſuppleri, cogendo Capitulum ad receptionem novi Canonici, dummodò erectio facienda eſſet cum particularibus redditibus, à Teſtatore relictis, & n. 46.

44 Si inferior, qui in actu, per Superiorem ſuum perficiendo, conſenſum præſtare debet, illum irrationabiliter neget, vel per eumdem Superiorem ſuppletur, vel habetur pro præſtito.

45 Parochi conſenſus, in erectione novi Oratorii intra limites ejus Parochiæ, irrationabiliter ſe opponentis, per Superiorem ſuppletur.

47 Cauſæ, ex quibus Capitulum juſtè denegat ſuum aſſenſum novi Canonicatus erectioni, quæ ſint, & n. ſeqq.

51 Poſſeſſor Canonicatus, de novo erigendi, debet admitti ad plenum Jus Canoniæ, æquè ac Canonici antiqui, & n. ſeq.

53 Amplia etiamſi ſervitium, à novis Canonicis præſtandum, ſit ex mente Teſtatoris difforme, & etiam minus, quàm illud, quod per antiquos præſtatur.

54 Limita, quando illorum admiſſio ad plenum Jus Canoniæ perturbationem pareret, vel ſcandalum.

55 Capitulum regulariter conſtituitur per Canonicos, non autem per Dignitates.

56 Niſi aliud particulares facti circumſtantiæ ſuadeant.

57 Novi Canonici, admiſſi cum pleno Jure Canoniæ, debent intereſſe omnibus actibus Capitularibus, in quibus tractatur de ſervitio Eccleſiæ, ac Sacriſtiæ, earumque Miniſtrorum, & Officialium electione.

58 Quo verò ad deputationem Officialium, qui particulares redditus Canonicorum antiquorum adminiſtrare debent, aliaque negotia eoſdem, non ſtatum Eccleſiæ reſpicientia, ſe ingerere non poſſunt.

59 Declara, quoad electionem Officialium Eccleſiæ, & Sacriſtiæ; quòd ſi ſolverentur eorum ſalaria ex Maſſa Canonicorum antiquorum, eatenus novi Canonici in illis debent intervenire, quatenus pro rata eadem ſtipendia ſolverent.

60 Novi Canonici, cum pleno Jure Canoniæ recepti, participare non debent de emolumentis, ſeu diſtributionibus, ex Maſſa, quæ Mortuaria dicitur, provenientibus, in præjudicium antiquorum.

61 Æquum non eſt, ut Canonici antiqui triſtari debeant de adjunctione modernorum.

62 Admitti tamen debent ad emolumenta Mortuariorum, aliaſque diſtributiones, quæ non minuunt illas antiquorum Canonicorum.

63 Ad participationem Diſtributionum prædictæ Maſſæ Mortuariæ novi Canonici admitti non debent, præſertim in Eccleſia numerata, etiamſi Canonicatus erectus fuerit auctoritate Apoſtolica cum communicatione Jurium antiquorum, & aggregatio fuerit facta cum plenitudine Juris Canonicalis.

65 Canonici aucti participare non debent de emolumentis Anniverſariorum, & Officiorum, quoties pro iis aſſignata ſunt determinata Diſtributio pro ſingulis Canonicis, aliiſque Eccleſiæ Clericis.

66 Quoties diſpoſitio, ſeu obligatio concepta eſt ſub nomine univerſali, veniunt etiam perſonæ expoſt adauctæ, ſecus ſi concepta fuerit ſub verbis indefinitis.

67 An Canonici, noviter aucti, participare debeant de Diſtributionibus Anniverſariorum, ad quæ Maſſa Capitularis, ſeu Sacriſtiæ correſpectivè ad emolumentum receptum ſe obligaverit, cum onere ſolvendi Diſtributiones intereſſentibus, per verba univerſalia ſuſcepto.

68 Quid ſi tale onus fuiſſet per Teſtatorem impoſitum hæredi.

69 Examinatur dec. 193. coram Buratto.

70 In Eccleſia Piſtorien. præfixus eſt numerus Canonicorum per Conſtit. ab Eugen. IV. confirmatas.

71 Diminutis redditibus novi Canonicatus, quando agendum ſit ad ſuppletionem, aut ad ſeparationem, aut etiam ad ſuppreſſionem Canonicatus.

72 Affertur Decretum S. Congr. Conc. in Aretina ſuper conditionibus addendis in caſu erectionis novorum Canonicatuum pro præſervatione jurium antiquorum Canonicorum.

ANIMADVERSIONES.

QUoniam in ſuperioribus Titulis actum habetur de Canonicis extra numerum, ſeu Supranumerariis, non incongruum duxi illorum ſpecies, ac differentias exactiùs declarare, ac effectus ab unaquaque illorum ſpecie promanantes explicare. Tres autem ſunt iſtorum Canonicorum Supranumerariorum differentiæ; prima eorum, qui ſunt creati à Papa cum expectativa, nimirum quibus Papa contulit Canonicatum, & Præbendam primò vacaturam in Eccleſia; ſecunda eorum, qui ſunt creati ad ſimplicem honorem ſine Præbenda, ac ſine expectativa, ac proindè Canonici honorarii nuncupantur; tertia eorum, qui ultra numerum antiquum, mediante ſundatione, & erectione novæ Præbendæ, recipiuntur in Canonicos,

cos, prout in has tres ſpecies dividuntur *a Card. De*
Luc. de Canon. diſc. 37.

Quatenus autem pertinet ad primam dictorum Ca-
nonicorum ſpeciem, habentium nempè ſpem ad pri-
mò vacaturam Præbendam, diſtinguendum eſt inter
eos, qui ultra expectativam, babent etiam jus ad-
1 miſſionis ad Stallum in Choro, & locum in Capitu-
lo, & alios, qui habent ſimplicem expectativam;
primi namque, habentes mandatum Papæ pro aſſi-
gnatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, dicun-
tur propriè Canonici, & ſub appellatione Canonico-
rum veniunt, ita ut poſſint deputari, & eligi Judi-
ces, & Conſervatores Apoſtolici. *Fagnan. in cap. di-*
lectus, il prim. num. 22. & 23. de præben., eis conferri
2 poſſit Dignitas, quæ ex Statuto, ſeu Fundatione con-
ferenda eſt Canonico. *Caſtren. conſil. 366. num. final.*
lib. 1. ac per dictam admiſſionem in Choro, & Ca-
pitulo, ſecutam in executionem mandati Papæ, ſive
etiam voluntariam ipſiuſmet Capituli, etiam ante ca-
ſum vacationis Præbendæ, quam expectant, conſe-
3 quuntur omnia jura Canoniæ, ita ut taliter admiſſi
poſſint intervenire in omnibus tractatibus Capitulari-
bus, ac in alienationibus, & electionibus, prout alii
Canonici obtinentes Præbendas, niſi aliud antiqua
conſuetudine receptum fuiſſet: *Federic. de Sen. conſil.*
290. *num. 5. & ſeq. Card. Tuſch. concl.* 33. *lit. C.* quin
immò conſequuntur etiam quotidianas Diſtributiones,
4 quæ ſemper veniunt in neceſſariam ſequelam aſſigna-
tionis Stalli in Choro. *Caſtrenſ. d. conſul. 366. in fin.*
lib. 1. Federic. de Sen. d. conſ. 290. *num.* 6. optimè *Fa-*
gnan. in cap. dilectus il 1. de præben. numer. 21. *&* 26.
Hi verò Canonici, qui tantùm habent expectativam,
non ſunt propriè, ac verè Canonici, nec ſub illorum
5 nomine veniunt, neque in Statutis, neque in aliis diſ-
poſitionibus, ſive Juris, ſive hominis, ut probant
DD. ſupra allegati; ſed iſti nuncupantur Canonici in
herbis, utpote non babentes niſi ſimplicem ſpem,
ſine ullo jure Canoniæ, ac proindè neque dicta nun-
cupatio iiſdem convenire poteſt, cum implicet con-
tradictionem, quod detur Canonicus ſine Præbenda,
ac ſine loco in Capitulo, & Stallo in Choro. *Gloſ.*
in cap. 1. de Cler. non reſiden. in 6. V. non perceperit verſ.
Credo, Hoſtien. in cap. ſuper ordinata, ſub nu. 9. de præ-
ben., & in cap. conſtitutus, num. 10. *de reſcript. Bellon.*
commun. opin. tom. 1. opin. 1. tit. 10. num. 1. cum Addit.
Maſtrill. dec. 30. *num.* 27. *& ſeqq.*

Horum Canonicorum creatio cum expectativa, quo-
rum eſt frequens mentio in Sacris Canonibus, non
eſt ampliùs in uſu, propter diſpoſitionem *Sac. Tri-*
6 *dent. Concilii*, quæ hujuſmodi Gratias Expectativas ve-
tuit *in cap.* 19. *ſeſſ.* 24. *de reform.* Undè ſolummodò
Gratiæ Expectativæ ſolent concedi propter utilitatem
Eccleſiæ, nimirum ex cauſa Coadjutoriarum, ut pro-
videatur de idonea perſona Beneficium, cui Rector
propter ingraveſcentem ætatem, ſeu malam valetu-
dinem, ampliùs deſervire, non valet.

Quoad ſecundam ſpeciem Canonicorum, creato-
rum ad ſimplicem honorem ſine Præbenda, & ſi-
ne ſpe ad illam, dicuntur habere nomen ſine re,
& nomenclaturam vacuam, & inanem, cum per
7 talem creationem nibil omnino conſequantur, nec
Stallum in Choro, nec vocem in Capitulo. *Abb. in c.*
1. de judic. in fin. Riccius in Prax. aur. reſol. 263. *ante*
num. 1. Colleg. Bonon. poſt Conſil. Zabarell. n. 61. *&* 62.
Aliquando tamen ex mandato Papæ, ſive ex conſue-
tudine, aut Capituli permiſſione, habent Stallum,
& locum in Choro, & tunc ad limites conditionum
8 ſub quibus creati ſunt, menſurantur eorum privile-
gia. *Caſſan. in Cathal. glor. mund. conſiderat.* 12. *Ferr.*
Manriquez. de Præceden. quæſt. 10. *n.* 5. Per iſtam ta-
men Stalli conceſſionem non adſtringuntur ad reſiden-
tiam; cum ſolùm dicantur acquirere Sedem honora-
riam in Eccleſia, quæ non importat neceſſitatem, ſed
9 ſolùm facultatem reſidendi, cum eatenus quis com-
pelli poſſit ad reſidentiam, quatenus ſit conjuncta cum
fructuum perceptione, ac proindè ſi in præmium reſi-
10 dentiæ non habeat fructus, ſeu Diſtributiones, non
poteſt juris remediis ad eam compelli. *Lotter. de Re*
Beneſ. quæſt. 27. *num.* 30. *lib.* 3. *Seraphin. dec.* 1452.
num. 2. & ſeq.

Et exindè ſequitur, hujuſmodi Canonicos Supranu-
merarios poſſe ſimul retinere Beneficium reſidentiale,
veluti Parochiam, ut declaravit *Sac. Cong. Concilii in* 11
una Fulginaten. 14. *Martii* 1648. tenoris ſequen. *Sacra*
&c. ſecundùm ea quæ proponuntur, cenſuit, ſupradictos
Canonicos Supranumerarios, ſi nullum emolumentum per-
cipiant, nec Præbendas vacaturas conſequi valeant, ideo-
que ad ſerviendum Eccleſiæ Cathedrali compelli non poſſint,
obtinere poſſe unà cum dictis Canonicatibus honorariis Pa-
rochiales Eccleſias, quibus inſervire teneantur, & ita reſ-
pondendum Epiſcopo Fulginaten. De his Canonicis vide-
tur loqui *Fagnan. in cap. dilectus il 1. num. 8. & ſeq. de*
præben., qui ait, poſſe Canonicum recipi etiam ſine
Præbenda, ut deducitur ex d. Textu *& ex cap. cum*
M. Ferrarien. & d. tit. - - ibi *- - in Canonicos receperint*
nullis aſſignatis Præbendis, eum Præbenda non ſit de 12
ſubſtantia Canonicatus. *Innoc. ibid. num. 2. Hoſtien. n.*
6. Abb. num. 3.

Creatio autem dictorum Canonicorum honorario-
rum non poteſt fieri à ſolo Epiſcopo, ſed in illa eſt 13
neceſſarius etiam Capituli aſſenſus, ut reſpondit ea-
dem *Sac. Congr. in alia Fulginaten. 26. Februarii* 1639.,
in qua propoſito dubio, *An Epiſcopus auctoritate ordina-*
ria poſſit in ſua Eccleſia creare Canonicos Supranumerarios
abſque Capituli conſenſu, & Canonicorum, reſpondit - *E-*
piſcopum non poſſe.

Iſti Canonici honorarii, etiam ſi creati fuerint à
Sum. Pontifice, cum Sede in Choro, non veniunt
appellatione Canonicorum, quoties, præſertim in ju-
re, de Canonicis fit mentio, cum ſub iſto nomine non
comprehendantur, niſi habentes Præbendas in Eccle-
ſiis Cathedralibus, ſeu Collegiatis, non autem tales 14
Canonici, habentes ſimplex, ac vacuum nomen ſine
effectu; & executione Canonicatus. *Bellamer. conſil.*
34. *num. 5. in fin. & num. ſeq. Card. Tuſch. concluſ.* 29.
num. 13. *lit. C. Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.*
13. *&* 17. *Maſtrill. dec.* 130. *numer.* 29. *& ſeq.* & jus
adeo tenue, & exile, ut de vento reputetur, & Ca-
nonicatum in aere habere dicantur, ut notant *Abb. in* 15
cap. dilectus il 2. num. 8. verſ. ſed ſi receptio, de præben.
Innocen. ibidem num. 2. prout de quibuſdam Canoni-
cis, qui nuncupantur Cardinales, ut ſunt Ravvenna-
tenſes, aliique, quibas tale nomen datur, nihil ad-
dit, niſi quandam præeminentiam, non autem ope-
ratur, ut ſub diſpoſitionibus, loquentibus de Cardina- 16
libus, comprehendantur, & ut ait *Colleg. Bonon. poſt*
Conſil. Zabarell. num. 62., relatum *per Maſtrill. d. dec.*
130. *num.* 30., ſunt ſicut Rex Scaccborum reſpectu
Regum.

Aliqua tamen oriri poſſet difficultas, an hujuſmo-
di Canonici creati ad honorem, comprehendi poſſint
in diſpoſitione hominis, veluti in legato relicto Ca-
nonicis, ſeu alia hominis diſpoſitione, de Canonicis
in genere mentionem faciente, ſine expreſſione Capi-
tuli, ſub cujus appellatione indubiè iſti venire non
poſſunt, utpotè in illo nullum jus habentes, ac ab il-
lo penitus extranei: & videtur pariter negativè reſol- 17
vendum, cum, firmata concluſione, quòd ipſi non
veniant ſub nomine Canonicorum, quando de Cano-
nicis in Jure mentio habetur, ſequitur exindè, illos
non venire nec etiam in diſpoſitione hominis, quia in
explicando ſenſum verborum illius, non eſt, regula- 18
riter loquendo, recedendum à propria ſignificatione,
juxta regulam *Text. in l. non aliter ff. de legat.* 3. *Cra-*
vett. conſ. 149. *num.* 7., illaque dicitur propria verbi
ſignificatio, quæ deſcendit ex auctoritate Juris, nec
aliter eſt interpretandum vocabulum, quàm illud jus
interpretetur, etſi agatur de danda intelligentia verbia
Teſtatoris. *Abb. in conſ. 2. col. 3. verſic. ad hoc nata l. 2.* 19
Calderin. conſil. 314. *verſic. licet, aliàs conſ.* 11. *de Feud.*
Fuſar. de Subſt. quæſt. 403. *num.* 7.

Diximus autem, regulariter loquendo, hujuſmodi
Canonicos Supranumerarios non venire in diſpoſitio-
ne hominis, loquente de Canonicis; quia ſi ex com-
muni reputatione, & uſu loquendi promiſcuè venirent 20
ſub dicta appellatione tam Numerarii, quàm Supra-
numerarii, dubitari poſſet, an venirent in legato fa-
cto Canonicis, uti ſingulis, veluti ſi relictum eſſet ali-
quod emolumentum Canonicis, alicui functioni inte-
reſſentibus, potiſſimùm ſi ageretur de functionibus,
quibus ſolent etiam dicti Canonici Supranumerarii in-
tereſſe, nimirum de Sacris, aut aliis, quæ extra Ca-
pitu-

pitulum ſunt: Et præſcindendo à particularibus cir-
cumſtantiis, contrarium ſuadentibus, viderentur ad
hujuſmodi legati participationem admittendi. Quod
ſanè in Canonicis Supranumerariis, qui creantur à
Capitulo noſtro Piſtorien., & demum obtinent con-
firmationem ab Epiſcopo, faciliùs procederet, cum
non ſolùm habeant ſedem in ordinem Canonicorum
& communem nuncupationem, ac geſtationem ejuſ-
dem habitus, tam in Choro Cathedralis, quàm
21 extra, etiam incedendo in Proceſſionibus, ſeu inte-
reſſendo functionibus ſeorſim à Capitulo tamquam ſin-
guli, cum Præcedentia ſupra reliquos de Clero, ve-
rùm etiam participant de Diſtributionibus manua-
libus, quæ diſtribuuntur occaſione Funerum, ſeu
Anniverſariorum, & Feſtivitatum, quæ ex Populi
devotione, vel particularium Perſonarum celebran-
tur, prout veri Canonici; Ac inſuper ſine contra-
dictione admittuntur ad electionem Scholarium, &
Officialium Sapientiæ, inſtitutæ à clar. & immorta-
lis Mem. Cardinalis Forteguerra, & participatio-
nem quorundam, licèt tenujum, emolumentorum,
quæ à prædicto Pio Loco Sapientiæ per annum veris
Canonicis diſtribuuntur, quamvis in Statutis ejuſ-
dem Pii Loci non niſi Canonicnrum Cathedralis in-
diſtinctè mentio fiat; ac proindè prædicta communis
reputatio, ac tractatus non diſtinctus à veris Canoni-
cis titularibus, vehemens conjectura reputanda vi-
detur, pro interpretanda hominis diſpoſitione etiam
ad illorum ſavorem.

Hujuſmodi verò Canonicorum ereatio debet fieri
ex cauſa, nempè, ut augeatur cultus Eccleſiæ, &
quòd Canonici, ſic recepti, inſtituantur in moribus,
& officiis Eccleſiaſticis, & ut inſerviant tam Eccle-
ſiæ, quàm Canonicis titulatibus in Divinis functio-
22 nibus. Sicuti etiam in illorum receptione habendus
eſt reſpectus tam ad numerum Titularium, quàm ip-
ſorum jam receptorum, nè adeo excreſcat, ut vile-
ſcat, & nimia Canonicorum multitudo in Eccleſiæ
dedecus tendat, ut advertunt *Jo: Andr. in cap. dilectus
il 1. n. 12. de præben. Butr. n. 12. & Fagnan. n. 9. eod.
tit. de præben.*

Cæterùm quoties ex conſuetudine, vel privilegio,
etiam iſti Canonici ſupranumerarii utuntur iiſdem in-
23 ſignibus, ac Canonici Præbendati, ac parem ſedem
habent, ſunt etiam in cæteris æqualiter bonorandi,
cum Præcedentia, & præeminentia veniat in ſeque-
lam habitus, & ſedis æqualis, optimè *Rot. dec. 252.
n. 13. part. 6. rec.*

Quatenus denique pertinet ad tertiam ſpeciem Ca-
nonicorum extra numerum, nempè illorum, qui ſu-
pra numerum antiquum, in Eccleſia per Statutum,
vel immemorabilem conſuetudinem firmatum, cum
aſſignatione novæ Præbendæ recipiuntur, cum ca-
ſus ſit frequens, tam in Cathedralibus, quàm in
Collegiatis, ac multiplices pariat difficultates, exa-
ctiùs explicabitur, differendo priùs de ipſa erectio-
ne ſimilium Canonicatuum, ac demum de Præemi-
nentiis, & juribus, prædictis novis Canonicis com-
petentibus.

Et pro clariori intelligentia infra dicendorum, præ-
mittere oportet, quòd aliquæ Eccleſiæ non habent
certum numerum Canonicorum, neque Præbenda-
rum, ſed ad menſuram, & proportionem redditUum
24 Maſſæ Capitularis, modò plures, modò pauciores re-
cipiuntur Canonici, prout eſt exemplum *in cap. dile-
cto, de præben.* Aliquæ vero habent certum numerum
Canonicorum, ſed in eis non eſt conſtitutus nume-
25 rus, vel diſtinctio Præbendarum, ut deducitur *ex
Text. in cap. final. §. Si autem, de conceſſ. præben. in 6.*
Aliæ item Eccleſiæ habent certum numerum Cano-
nicorum cum determinato pariter numero Præbenda-
rum, correſpondente numero ipſorum Canonicorum,
ſed earundem Præbendarum diſtinctio non datur, ut-
26 pote quia omnia bona Menſæ Capitularis ſunt ad do-
minium, & adminiſtrationem Capituli in communi,
quod eas per ſuos Officiales adminiſtrat, & propor-
tionabiliter inter Canonicos diſtribuit, prout eſt in Ec-
cleſia *Andegaven.*, & etiam in noſtra *Piſtorien.* Aliæ
tandem habent certum numerum Canonicorum, &
27 Præbendarum, quarum dominium licèt ſit penès Ca-
pitulum, attamen adminiſtratio reſidet apud particu-
lares Canonicos. Et hæ differentiæ numeri Præben-
darum & Canonicorum, magiſtraliter declarantur per
*Rot. in Nov. deciſ. 6. num. 2. de Conſuetud. olim de-
ciſ. 460.*

His autem præmiſſis diſtinctionibus, in illis Eccle-
ſiis, in quibus certus Canonicorum numerus firmatus
eſt auctoritate Papæ, ſive per Statutum, ab eodem
confirmatum, indiſtinctè loquendo, augeri, ſeu ſran-
gi præfixus numerus non poteſt, niſi cum expreſſa de-
rogatione Statuto, ſeu Indulto; ſi verò Eccleſia nu- 28
merata ſuerit auctoritate ſolius Epiſcopi, tunc poteſt
augeri Canonicorum numerus per ipſum Epiſcopum de
conſenſu Capituli, ut docent *Abb. in cap. cum acceſſiſ-
ſent, de conſtit. Barboſ. de Canon. cap. 3. nu. 3. Card. de
Luc. de Canon. & cap. diſc. 6. n. 4.*

Hæc tamen regula, quòd in Eccleſiis numeratis au-
ctoritate Sedis Apoſtolicæ non poſſit augeri, & fran-
gi numerus per Epiſcopum, nec validum ſit manda-
rum Papæ de recipiendo Canonicn ultra eundem nu-
merum, niſi facta mentione qualitatis Eccleſiæ nu-
meratæ, non habet locum, quoties agitur de ere- 29
ctione novi Canonicatus, cum aſſignarione particula-
ris Præbendæ; cum in hoc caſu taciturnitas præfini-
tionis numeri non annullet gratiam Apoſtolicam ere-
ctionis, & collationis Canonicatus. *Abb. & Dec. in c.
cum M. Ferrarien. num. 136. & ſeq. de conſtit. Achill. de
Graſſ. deciſ. 1. de bis, quæ fiunt à major. part. Capit.*, &
facit *Text. in cap. conſtitutus, de reſcript. Gratian. di-
ſcept. 819. num. 21. De Luc. de Canon. diſc. 6. num. 8.*
Quoties enim erectio ſacta ſuit cum bonis, Eccleſiæ
oblatis, nihil detrahendo ex Præbendis, & emolu-
mentis antiquorum Canonicorum, cum nullum conſi-
derabile præjudicium pariat, quòd numerus ſranga- 30
tur, non poteſt proindè dari de obreptione, vel ſu-
breptione, contra gratiam novæ erectionis, & provi-
ſionis. *Jo: And. in cap. conſtitut. num. 8. verſ. ſi vacat,
de reſcript. & ibid. Butr. num. 22. Imol. num. 19. in fi-
ne. Abb. num. 6. Bellamer. numer. 10. Gratian. d. cap.
867. ferè per tot. De Luc. d. diſc. 6. num. 8.* & latè di-
ſcuſſo articulo *Rot. coram Coccin. dec. 1902. à num. 5.
ad plur. ſeqq.*

Et ratio præmiſſorum eſt evidens, quia nimirum
præfinitio numeri Canonicorum ideo fit, nè Menſa 31
Capitularis ſubſtinere cogatur majorem numerum,
quàm ferre poſſint ejus facultates, juxta *Text. in Auth.
ut determinatus ſit num. Cler. collat. 1. & cap. quoniam,
de vit. & boneſt. Cleric.*, ac proindè cùm hæc ratio ceſ-
ſet, quotieſcunque non tanguntur Præbendæ aliorum, 32
nihilque detrahitur de Menſa Capitulari, taciturnitas
numeri non inficit gratiam Apoſtolicam, ut proſequi-
tur eadem *Rot. in d. dec. 2098. num. 12. & ſeq. cor.
Coccin.*

Nec refragatur, quòd augendo numerum Canoni-
corum cum novis redditibus, quamvis non tangatur
intereſſe burſale antiquorum, irrogetur tamen præ-
judicium non leve juriſdictioni, cum in ſequelam ju-
ris Canoniæ novi Canonici acquirant jus ſerendi ſuf-
fragia in electionibus, ac in cæteris actibus Capitula-
ribus, ac per conſequens in antiquorum præjudicium
juriſdictio Capitularis in plures perſonas diffundatur; 33
quia hujuſmodi præjudicium non eſt conſiderabile, nec
attenditur in concurſu utilitatis Eccleſiæ, quæ conſi-
deratur in majori numero Canonicorum, & Conſilia-
riorum. *Rot. cor. Achil. de Graſſ. dec. 1. de bis quæ fiunt
à major. part. cap.*, & *cor. Coccin. d. dec. 2902. num. 18.*
cum etiam regulare ſit, quòd non attenditur illud 34
præjudicium, in quo præponderat ſavor Eccleſiæ, &
augumenti Divini cultus. *Rot. cor. Mantic. dec. 131. in
fin. & cor. Seraphin. dec. 847. n. 3.*

Eodem pariter modo, quo valet gratia erectionis
novi Canonicatus in Eccleſia numerata per indultum
S. Sedis, facta per Summ. Pontificem, ita pariter ſub-
ſtinetur erectio ſacta per Epiſcopum; quatenus non
tangantur redditus Maſſæ, ſeu Præbendarum Canoni- 35
corum antiquorum, in erectione tamen facienda per
Epiſcopum eſt neceſſarius Capituli conſenſus, quem
etiam conditionatum præſtare poteſt, dummodo con- 36
ditiones ſint rationabiles, & juſtæ, ita ut Canonici
novi plus prætendere non poſſint, quàm quod in ere-
ctione per Epiſcopum facta de Capituli conſenſu eis
fuerit conceſſum, undè ad limites Inſtallationis jus
eorum

eorum metiri oporteat. *Fagnan. in cap. dilectus il 1. num. 19. de præben. Barboſ. de Canon. cap. 3. num. 16. De Luc. de Canon., & capit. diſc. 6. num. 3. Pignattell. conſult. 48. num. 3. num. 6. Rot. dec. 720. part. 3. rec.*
Quod adeò verum eſt, ut poſſit etiam fieri erectio no-
vi Canonicatus cum diverſis conditionibus ab illis vo-
litis à Teſtatore, qui fundationem demandavit; quia
37 licèt Epiſcopus non poſſit commutare ultimas volun-
tates, nec etiam de Patronorum conſenſu *Garz. de Be-
nefic. part. 7. cap. 1. num. 112.*, ſed hoc reſervatum
38 ſit ſupremæ auctoritati Sedis Apoſtolicæ, *Clem. quia
contingit, de Relig. Domib.*, hoc tamen non procedit,
quando ſumus in limine fundationis, videlicet ante-
quam pia voluntas Teſtatoris adhuc executa non eſt;
39 nam in hoc caſu poteſt Epiſcopus modificare, ac re-
formare conditiones volitas à Teſtatore, & approba-
re reſtrictiones, ac modificationes, ſub quibus Capi-
tulum ſuum conſenſum præſtitit erectioni, maximè
quando eædem conditiones, ſeu reformationes non ten-
dunt in particulare præjudicium tertii; quinimmò hoc
40 ipſum facere poteſt ipſemet Vicarius generalis Epiſco-
pi, ut firmant *Ricc. collect. 558. verſ. ſecunda cauſa*, &
latè diſcuſſo articulo *Tondut. quæſt. Benefic. reſol. 68. à
num. 6. ad plur. ſeqq.* Et ratio eſt, quia licèt Epiſ-
copus non poſſit commutare, & in totum alterare
41 voluntates pias, non prohibetur, præſertim in limi-
ne fundationis, ex juſta cauſa circa accidentalia,
& circa ea, quæ non tangant voluntatis ſubſtantia-
lia, eandem immutare ex diſpoſitione *Sac. Concil. Tri-
dent. ſeſſ. 22. cap. 6. de Reform.*, *Barboſ. de Offic., & Po-
teſt. Epiſc. allegat. 83. n. 5. Tondut. d. reſol. 68. num. 11.
Moret. de Commut. ult. volunt. cap. 5. n. 336.*

Quòd ſi Capitulum, cujus, diximus, pro validita-
42 te erectionis novi Canonicatus ut eſt neceſſarius con-
ſenſus, ut cæteris adductis *Bertacchin. Vot. dec. 192.
num. 2.* ſine juſta, ac legitima cauſa ſuum aſſenſum
præſtare renueret, poſſet ille per Epiſcopum, ſive
43 alium Superiorem ſuppleri, & non obſtante diſſenſu
devenire ad formalem erectionem, & ad cogendum
ipſum Capitulum ad receptionem novi Canonici, &
hoc etſi eſſemus in Eccleſia, in qua præfinitus eſſet
numerus Canonicorum per Statutum; à Sede Apoſto-
lica confirmatum, dummodò erectio facienda eſſet cum
novis redditibus, per Fundatorem aſſignatis. *Fagnan.
in d. cap. dilectus il 1. num. 22. & ſeq. de præben.*, *&
in cap. cum M. Ferrarien. num. 43. & 46. de conſtitut.
Pignattell. d. conſult. 48. num. 4. tom. 6. Panimoll. dec.
9. annot. 5. & 6.*: cum regulare ſit, quòd quotieſcun-
que Inferior, qui debet in actu, perficiendo per Su-
44 periorem, ſuum aſſenſum præbere, minùs juſtè, ac
rationabiliter illum præſtare renuat, per eundem ſup-
pleatur, vel habeatur pro præſtito, prout ſequitur in
erectione novi Oratorii, facienda intra limites ali-
45 cujus Parochiæ, cui ſi irrationabiliter ſe opponat Pa-
rochus, per Superiorem ſuppletur ejus conſenſus, ex
traditis per *Rotam in Rom. Oratorii 13. Januarii* 1698.
*§. Reliqui verò, cor. R. P. D. Priolo, impreſſ. poſt An-
tonell. de Jurib., & Onerib. Cleric. deciſ. 17. num. 6.*,
46 & in puncto diſſenſus Capituli fundationi novi Ca-
nonicatus *Caſtren. conſ. 170. ſub num. 2. verſ. circa ter-
tium quæſitum, tom. 1.*, & latè *Bertacchin. d. Vot. 192.
num. 3.* in cujus caſu refertur, quòd *à S. Congr. Conci-
lii in una Sabinen. 14. Aprilis* 1696. fuit canonizzata
erectio Archidiaconatus, facta per Epiſcopum diſſen-
tiente Capitulo.

Inter potiores cauſas, ob quas Capitulum juſtè de-
negat ſuum aſſenſum novæ fundationi Canonicatus,
numeratur tenuitas redditaum aſſignandorum pro il-
47 lius dote, nimirum ſi ea non ſit ſufficiens ad ſubſti-
nendum, pro qualitate Eccleſiæ, decentem ſtatum
novi Canonici, nè propter ejus tenuitatem conferri
oporteat viris illiteratis, & vilis conditionis, in de-
decus ipſius Eccleſiæ. Item incertitudo dictorum red-
dituum, tam ex quo timeatur illorum evictio, quàm
48 probabilis diminutio, prout ſequitur in locis Mon-
tium, qui curſu temporum vel pereunt, vel notabili-
ter decreſcunt, ut docet quotidiana praxis. Item, ſi
apponerentur in fundatione conditiones læſivæ burſa-
49 lis intereſſe, tam ipſorum Canonicorum, quàm Ec-
cleſiæ, nimirum ſi non aſſignaretur redditus pro con-
ſumptione Sacrarum Suppellectilium, ac pro ſalario,
& mercede Clericorum, quos aucto numero Canoni-
corum conducere oporteat, pro eorundem ſervitio;
ac denique eorundem Canonicorum nimia multitudo, 50
quæ potiùs in contemptum, quàm in decus Eccleſiæ
tenderet; quæ quidem, aliæque ſimiles cauſæ, à pru-
denti Epiſcopi arbitrio expendendæ ſunt: & haben-
do præoculis potiſſimùm Eccleſiæ ſervitium, & Di-
vinum cultum, vel ſupplere debet irrationabilem
Capituli conſenſum, vel ſi juſtam, ac æquam judi-
caverit oppoſitionem, abſtinere ab erectione Cano-
nicatus.

Oritur difficultas, an Capitulum prætendere poſ-
ſit, quòd Poſſeſſor Canonicatus de novo erigendi,
non admittatur ad plenum jus Canoniæ; ſed tantùm
ad inſtar Canonicorum honorariorum, de quibus ſupra
actum eſt, admittatur ad ſolum ſervitium Chori,
ſine voce, nec activa, nec paſſiva in Capitulo, &
ſine Præcedentia in Divinis officiis, cæteriſque acti-
bus Capitularibus juxta ordinem antianitatis, ſupra
Canonicos, poſt eorum receptionem inſtallandos: Et
eſſe regulariter admittendos ad dictas prærogativas abſ- 51
que ulla prorſus differentia ab antiquis, pluries re-
ſolvit Sac. Congr. Concilii, & illa Sac. Rituum, ut
apud *Pignattell. conſult. 48. num. 9. & ſeqq. tom. 6.*
Et ratio eſt, quia cùm iſti Canonici ſint verè, ac pro-
priè tales, & conſtituant unum corpus, Eccleſiam
repræſentans, non debent ab aliis membris ipſius cor-
poris diſtingui, ſed quodammodò, in ſequelam rece-
ptionis in Canonicos, debent participare de omnibus 52
juribus, & Præeminentiis Canonicalibus, ad inſtar
antiquorum. *Barboſ. in Summ. Apoſtolic. Deciſ. collect.
87. nu. 3. Fermoſin. in d. cap. cum M. Ferrarien. quæſt.
5. num. 28. & 37. De Luc. de Canon. diſc. 6. num. 12.
Rot. in Bononien. Aggregationis 31. Junii 1646. §. Iſta
verba, cor. Cerr. & in Novarien. Aggregationis 20. Junii
1681. §. Concurrente, coram Urſino.* Quod ſanè proce-
dit, etiamſi ſervitium à novis Canonicis Eccleſiæ
præſtandum, ex mente Teſtatoris ſit difforme, & 53
inæquale, ac multo minus, quàm ſit illud, quod præ-
ſtatur per antiquos. *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap.
3. num. 64. Pignattell. d. conſult. 48. nu. 15. Bertacchin.
d. Vot. 192. num. 4.*

Dici tamen regulariter, quia non adeò implicat in
terminis, quòd detur Canonicus in Collegiata, vel
Cathedrali, abſque pleno jure Canoniæ; ut juſtis de 54
cauſis, veluti ſi illorum admiſſio perturbationem,
vel ſcandalum pareret, recipi non poſſit Canonicus
extra gremium Capituli; prout videmus, quòd ſe-
quitur in Dignitatibus, præſertim in Eccleſiis Hiſpa-
niarum, quæ licèt habeant Stallum in Choro, tamen
non ſunt de Capitulo, ut in Eccleſia *Gerunden.* & re-
gulariter per ſolos Canonicos, non autem per Digni-
tates conſtituitur Capitulum; juxta vulgatam Do- 55
ctrinam *Compoſtellan. in cap. 4. de electione.*

Et hoc etiam tenuit Sac. Congregatio Concilii in
una *Grocertana Erectionis Canonicatuum 19. Junii* 1706.
reſpondendo, quòd quidam novi Canonici, inſtituen-
di in illa Cathedrali, reciperentur extra gremium Ca-
pituli, licèt demum repropoſita Cauſa ſub *die 24. ejuſ- 56
dem*, propter novas facti circumſtantias receſſerit à
deciſis, & cenſuerit eſſe admittendos etiam cum voto
in Capitulo.

Illud tamen obſervandum, quòd admiſſio novorum
Canonicorum cum pleno jure Canoniæ, & voce in
Capitulo, operatur ſolùm reſpectu negotiorum Capi- 57
tularium, quæ concernunt ſtatum, ſeu ſervitium Ec-
cleſiæ, & Sacriſtiæ, prout ſunt electiones Capella-
norum, aliorumque Miniſtrorum, & Officialium Ec-
cleſiæ, & Sacriſtiæ inſervientium, ita ut ſuperin-
tendentia Eccleſiæ, & Sacriſtiæ ſit ſimultanea cum
Canonicis novis, & antiquis, utpote inſimul conſti-
tuentibus unum corpus formale Capituli, cui immi-
net cura, & præſidentia recto regimini Eccleſiæ. *Fa-
gnan. in d. cap. dilectus il 1. num. 26. de præben. De Luc.
de Canonic., & Dignit. diſc. 6. nu. 12. Burat. dec. 193.
num. 3. 4. & 11., & in d. Novarien. Aggregationis 12.
Julii 1682. §. Proindè, cor. Urſino.* Nam reſpectu ad
deputationem Officialium adminiſtrantium particula-
res redditus antiquorum Canonicorum, veluti Maſ-
ſam eorum Diſtributionum, aut aliorum quorum- 58
cunque jurium, non tangentium Statum Eccleſiæ,
ſed

ſed eorum particularia negotia, non operatur novorum Canonicorum aggregatio, & admiſſio; ſed in his ſe ſe ingerere non poſſunt. *Rot. cum aliis in d. Novarien. Aggregationis §. Aut agitur.*

Quinimo ſi emolumenta, & ſalaria pro dictis Officialibus, Eccleſiæ, & Sacriſtiæ inſervientibus, perſolverentur ex Maſſa antiquorum Canonicorum, & non ex redditibus ipſius Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ, eatenus novi Canonici admittendi forent ad ferenda ſuffragia in eorundem Officialium electionibus, qua-
59 tenus etiam ipſi pro rata concurrerent ad ſtipendia; nam ſi ſe ſubtrahere vellent ab onere ſolutionis, excludendi etiam eſſent ab actu electionis, quia Canonici novi, ſicut admittuntur ad prærogativas, & jura Canonicalia, debent etiam ſubire incommoda, ut omnis æquitas ſuadet. *Calderin. conſil. 21. in fin. de Præben. Tondut. Quæſt. Benefic. cap. 68. n. 16. & ſeq. part. 5. & Rot. in d. Novarien. 31. Julii 1682. §. Modos autem, & §§ ſeq. cor. eod. Urſin.* ut patet ex reſolutione S. C. C. *in Aretina Erectionis Canonicorum die 5. Maji* 1703. quam in fine præſentis Animadverſionis tranſcribemus.

Diximus hujuſmodi Canonicos auctos acquirere plenum jus Canoniæ, & ad illud eſſe regulariter admittendos, unde oritur difficultas, an dicti Canonici, ſic recepti, admittendi veniant ad participationem emolumentorum, ſeu Diſtributionum ex Maſſa Sacriſtiæ, ſeu alia conflata ex piis Oblationibus pro perpetuis Anniverſariis, ſeu aliis Divinis Officiis, per annum à Canonicis obeundis, quæ Maſſa mortuaria aliquando nuncupatur; & preſcindendo à voluntaria receptione Capituli, quod novos Canonicos ſine proteſtatione aggregaverit, illoſque in quaſi poſſeſſione dictorum emolumentorum conſtituerit, cenſeo etiam ex
60 ſupra deductis ab illis eſſe excludendos, cum illorum aggregatio non debeat converti in præjudicium burſale Antiquorum: quod ſane ſequeretur, ſi Antiqui tenerentur dividere dictas Diſtributiones atiam cum novis cum diminutione conſueti emolumenti, quod æquitas non patitur. *Queſada controv. forenſ. c. 1. n. 45. & ſeq.* qui ait, æquum non eſſe, ut Canonici antiqui
61 debeant triſtari de adjunctione modernorum, & cogantur canere illud Pſalmi *multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam*; & optime etiam *Tondut. Quæſt. Benefic. 68. numer. 13. & 14.* qui dicit, Canonicos novos non habere, quod conquerantur de ex-
62 cluſione ab hujuſmodi participatione Diſtributionum cum non parum acquirant, dum admittantur ad lucrum Mortuariorum, Cereorum, & pecuniarum, quæ diſtribuuntur ſingulis abſque damno, & diminutione Diſtributionum Antiquorum, & in puncto etiam *Card. de Luc. de Canon. diſc. 6. n. 13. & 14.* ubi teſtatur ita reſpondiſſe S. C. C. in *una Callien. Diſtributionum* & antea *Caſtren.* optime diſtinguendo *in conſil. 170. numer. 1. lib. 1.* & late *Gratian. diſcept. 867. fere per tot.*

Quod etiam intelligendum videtur, ſi ageretur de erectione Canonicatus, facta per Sedem Apoſtolicam cum communicatione Jurium Antiquorum, & aggregatione cum plenitudine Juris Canonicalis, præſertim in Eccleſia numerata, quia niſi expreſse Sum. Pontifex derogaverit juri Antiquorum, cenſetur ſem-
63 per præſervatum illorum intereſſe burſale, & ſicuti nihil debet detrahi de eorum Præbendis, & Maſſa Diſtributionum quotidianarum, ita pariter detrahi non debet ex Diſtributionibus, ſeu emolumentis Anniverſariorum *Rot. coram Coccin. dec. 1902. n. 15. & in Brugen. Diſtributionum 16. Novembris 1600. cor. Penia*, quia agendo potiſſimùm in Eccleſia, in qua præfinitus fuerit numerus Canonicorum per Statutum à Sede Apoſtolica confirmatum, nulla eſt Gratia erectionis ſine de-
64 rogatione ſpeciali eidem Statuto, ſi tangeretur intereſſe veterum Canonicorum, ut ſupra fuit ponderatum, & probat *d. dec. 1902. cor. Coccin.*

Eademque regula ſumenda eſset, ſi ageretur de oblationibus factis Fabricæ, ſeu Sacriſtiæ Eccleſiæ, cum onere Anniverſariorum, & Officiorum cum determinata Diſtributione pro ſingulis Canonicis, aliiſ-
65 que Eccleſiæ Clericis, quamvis non ſequeretur cum admiſſione novorum Canonicorum præjudicium Antiquorum; quia cum de tempore acceptationis habita fuerit ratio Canonicorum, & aliorum Eccleſiæ tunc inſervientium, & reſpectivè ad Diſtributiones eiſdem debitas, fuerit ſumma tradita, vel fundus, ſeu redditus conſignatus pro implemento oneris, non patitur æquitas, ut Maſſa Sacriſtiæ; ſeu Fabricæ teneatur, ad dandas Diſtributiones dictorum Anniverſariorum etiam Canonicis auctis, impendendo in hanc cauſam reddi- 66
tus proprios, principaliter deſtinatos in immediatum cultum Divinum, prout ſunt comparatio Sacræ ſupellectilis, & cætera, quæ ad decorem Domus Dei ſpectant; ejuſque obligatio dandi Diſtributiones Canonicis, dictis Officiis intereſſentibus, intelligenda venit, rebus in eodem ſtatu permanentibus, & ſic ad excluſionem eorum, qui poſtea fuerunt aucti, ut eſt regulare in quolibet contractu, ad *Text. in l. cum quis ff. de ſolut.* & in terminis ponderat *Queſad. controv. forenſ. c. 1. n. 31.*

Et quamvis inter Scribentes quæſtio ſit, an ad perſonas alicujus Univerſitatis, auctas poſt legatum, ſeu aliam diſpoſitionem, illa ſit extendenda, & pro reſolutione recurratur ad diſtinctionem, nempè, an obligatio, vel diſpoſitio ſit concepta ſub nomine univerſali, veluti ad favorem Familiæ, Capituli, vel Univerſitatis, vel potius ſub nomine indefinito loquatur de Perſonis Univerſitatis, veluti Canonicis; Liberis, vel Civibus, ut in primo caſu diſpoſitio trahatur etiam ad Perſonas auctas, & in ſecundo non permittatur ad eas extenſio *Cæpoll. de Servit. urban. Præd. cap. 50. de Furno numer. 21. per Text. in l. ſi ſervitus ff. de ſervit. urban. præd. Alexand. conſil. 178. vol. 2. Ripa in Tract. de Peſte. titul. de remed. præſervat. numer. 202. Larræa allegat. fiſcal. 90. num. 17.* & in his terminis *Perez. de Lara de Anniverſ. cap. 16. num. 51. Queſad. d. contr. 1. n. 34. & ſeq.* ubi agit de legato facto Canonicis pro Anniverſario, quod uti reſpiciens ſingulos, non autem Univerſitatem, ad noviter auctos non extenditur, ſed tantùm ad eos, qui aderant de tempore legati, & eorum ſucceſſores; attamen in caſu, quo vel à Maſſa Capitulari, vel Sacriſtiæ, ſuſcepta fuiſſet obligatio Anniverſariorum, vel Officiorum cum onere ſolvendi Diſtributiones intereſſentibus, eaque concepta fuiſſet ſub nomine univerſali, & non ſingulari, ita ut intrarent termini primi membri allatæ diſtinctionis, adhuc videretur reſtringenda obligatio ſolvendi Diſtributiones ſolùm Canonicis, qui tunc aderant, & eorum ſucceſſoribus; quia cum agatur de obligatione correſpectiva ad emolumentum receptum, intelligenda venit, re- 67
bus ſic ſtantibus, nam alioquin contractus reduceretur ad iniquitatem, ac eſset læſivus, ex his quæ ſupra diximus per *Text. in l. cum quis ff. de ſolut.*, quamvis contrarium ſtatuendum eſset in caſu, quo onus fuiſset per Teſtatorem impoſitum hæredi, licèt conceptum fuiſset ſub nomine univerſitatis, quia in hærede non caderet ratio injuſtitiæ, ac læſionis, quæ cadit in eo, qui correſpectivam obligationem ſu- 68
ſcepit, & ad proportionem emolumenti onus aſſumpſit.

Hinc, eſt quòd licèt *Rota in Piſtorien. Prioratus cor. Buratt. inter ſuas dec.* 193. cenſuerit, Poſseſſorem Dignitatis Prioratus, in noſtra Cathedrali auctoritate Apoſtolica tunc fundatæ, eſſe admittendum ad participationem Diſtributionum Feſtivitatum, & Anniverſariorum ad inſtar antiquorum Canonicorum, in ſequelam pleni juris Canoniæ, & facultatis in Literis Apoſtolicis eidem attributæ, intereſſendi omnibus dictæ Eccleſiæ functionibus, non videtur ejus 69
opinio cæcis oculis amplectenda, maximè quia emanavit una tantùm parte informante, & quia eſſet destructiva eorum, quæ ſupra luculenter firmata fuerunt cum auctoritate non ſolùm DD., verùm ipſius Sac. Congregationis Concilii, & ejuſdem Sac. Rotæ. Siquidem potiora illius deciſionis fundamenta facilè diluuntur. Etenim quoad motivum, quòd ſequela facultatis intereſsendi dictis Anniverſariis, & Feſtivitatibus, ſit admiſſio ad Diſtributionum participationem, facilè tollitur, reflectendo, quod nimis probat nam ſi verum hoc eſset non tantùm dictus Prior eſſet admittendus ad dictas Diſtributiones manuales, ſed etiam ad quotidianas, à Maſsa Capituli provenientes, quia etiam habet facultatem intereſsendi Ho-

di Horis Divinis, in quibus Canonici de Maſſa Diſtributiones lucrantur. Quatenus verò ſpectat ad amplitudinem clauſularum, contentarum in Literis Apoſtolicis erectionis, videtur dicendum, quòd eæ, vel eſſent reſtringendæ, ut comprehendant ſolummodò honores, & Præeminentias, cæteraque jura Canonicalia, abſque eo quòd tangatur intereſſe burſale Canonicorum, vel dicendæ eſſent ſubreptitiæ, propter non explicitam circumſtantiam Eccleſiæ numeratæ, prout
70 eſt noſtra, in qua per Conſtitutiones, à *Sa. me. Eugenii IV.* in forma ſpecifica confirmatas, ſtatutus eſt numerus Canonicorum, qua ſtante præfinitione numeri, ad hoc ut Gratia novæ erectionis ſit valida, neceſſe eſt quòd nihil omninò detrahatur de Diſtributionibus Antiquorum, ut ſupra probatum fuit. Sicut denique non videtur relevare, Canonicos ultra numerum receptos in dicta Eccleſia, gaudere dictis Diſtributionibus manualibus, provenientibus à Maſſa Sacriſtiæ, quia quatenus etiam contuliſſent in eandem Maſſam de proprio, ſeu voluntariè admiſſi fuiſſent à Canonicis antiquis ad dictam participationem, non per hoc ſequeretur, quòd tenerentur admittere etiam omnes alios, qui in eadem Eccleſia, mediantibus novis fundationibus, fuiſſent inſtituti, & ultra quam ferrent Maſſæ prædictæ facultates.

Pro coronide hujus materiæ, advertendum, quòd, diminutis redditibus novi Canonicatus qui fuerit in erectione unitus Maſſæ Capitulari antiquorum Canonicorum, cum admiſſione ad participationem æqualem Diſtributionum quotidianarum, ad reparandum præjudicium dictorum Canonicorum, ſi diminutio contigerit propter evictionem reddituum, aſſignatorum
71 per Fundatorem, contra eundem eſſet agendum ad ſuppletionem: Si verò inanis eſſet actio, vel ſi diminutio ex caſu fortuito contigerit, tunc agi poſſet per Canonicos antiquos ad ſeparationem Bonorum à Maſſa Capitulari, & ſi exceſſiva eſſet, etiam ad ſuppreſſionem ipſius Canonicatus, ut diſtinguit *Card. De Luc. de Canon. & Dignitatib. diſc. 36. numer. 6. & ſeqq.*

Sequitur Decretum S. Congr. Concilii, de quo ſupra mentio habetur.

ARETINA ERECTIONIS CANONICATUUM.

PRimo, an ſit locus Erectioni quatuor Canonicatuum in Eccleſia Collegiata juxta mentem Teſtatoris, & quatenus affirmativè, quibus conditionibus: quatenus verò negativè,

Secundo, an ſit locus Erectioni quatuor Beneficiorum ſimplicium, vel quatuor potiùs Beneficiorum de reſidentia in eadem Eccleſia, in caſu &c.

Die 5. Maii 1703. Sacra Congregatio Eminentiſs. S.R.E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum: Ad primum, reſpondit affirmativè, cum conditionibus præſcribendis ab Eminentiſs. Præfecto. Ad ſecundum, jam proviſum.

Conditiones autem præſcriptæ ab eodem Eminentiſſimo Præfecto ſunt, quæ ſequuntur, videlicet.

Che devano eſſere due Maſſe, diſtinte una dall'
72 altra, eſcluſa ogni ammaſſazione dell' una coll' altra, e però,

Che li Canonici erigendi non poſſano pretendere Jus alcuno ne' Beni, Entrate, e Laſciti, che preſentemente godino gli antichi Canonici, nè meno nelle ragioni fino ad ora acquiſtate a' medeſimi, nè in tutto ciò, che per l'avvenire foſſe laſciato individualmente a detti Canonici Vecchi ſolamente.

Che negl' intereſſi de' ſopraddetti Beni, ed Entrate, e Ragioni, non abbiano i nuovi Canonici voce in Capitolo, nè poſſano intervenire ne' Capitoli, che per tal' effetto ſi terranno.

E viceverſa, che i Canonici Antichi non poſſano ingerirſi in conto alcuno in quello, che concernerà l' intereſſe borſale de' Canonici erigendi, nè intervenire alle Congregazioni, che eſſi faranno ſopra i loro borſali Intereſſi.

Che ſalvo quanto di ſopra, s' intenda coſtituito un ſolo Capitolo, compoſto tanto da' Canonici Antichi, quanto dagli Erigendi, e che queſti indifferentemente devano godere di tutte le prerogative, ed onori de' Vecchi, e che tanto nel ſedere in Coro, quanto ne' Capitoli, e nell' andare, & in ogni altra, funzione, nella quale doveranno intervenire, ſi deva oſſervare indiſtintamente fra tutti la ſola anzianità del poſſeſſo.

Che per tutte le ſpeſe ordinarie di conſumo di cera, e vino per le Meſſe, tanto lette, quanto cantate, e per i Divini Offizj, incenſo, palme, carbone, libri, Cero Paſquale, Lumen Chriſti, Olio, Santo, granate, & altro come pure per le ſpeſe del Maeſtro di Ceremonie, Sagreſtani, e Chierici, ſiano li Canonici erigendi obbligati contribuire alla Sagreſtia della Chieſa Scudi dieci l' anno per ciaſcheduno ſolamente.

Che li medeſimi Canonici erigendi ſiano tenuti, ed obbligati per la loro rata proporzionabilmente alle ſpeſe di Viſite, translazioni di Reliquie, Eſpoſizioni del Santiſſimo Sacramento, Proceſſioni, Miſſioni, ad altre Divozioni ſtraordinarie, ordinate da' Sommi Pontefici, e Veſcovi, o dall' iſteſſo Capitolo, ed alle ſpeſe delle Liti, che riſguardano il Capitolo, e l' intereſſe comune.

Che i Canonici erigendi ſiano tenuti, ed obbligati di celebrare, o far celebrare la Meſſa di Terza, e mancando, vengano puntati nella quantità da taſſarſi da Monſignor Veſcovo, e le puntature accreſcano agli altri de' Canonici erigendi ſolamente, che in detti giorni offizieranno, e mancando tutti li detti Canonici erigendi, poſſa Monſignor Veſcovo applicare dette puntature, o alla Fabbrica, o ad altre opere pie *ad formam Concilii*.

Sotto l' obbligo impoſto dal Teſtatore alli detti Canonici erigendi d' aſſiſtere, ed uffiziare ne' giorni Feſtivi, s' intendano ancora eſſere compreſe le Feſte di San Michel Arcangelo di Maggio, Protettore del Luogo, di S. Giuliano Titolare, Dedicazione della Chieſa, il primo giorno di Quareſima, tutta la Settimana Santa, e la Commemorazione de' Morti.

Item, che ſiano obbligati intervenire alle Proceſſioni, dove è ſolito intervenire tutto il Capitolo, ed a quelle ancora, che verranno comandate da Sommi Pontefici, e Veſcovi, ſotto pena in ciaſcheduno de' ſopraddetti caſi, ed obblighi, di eſſere puntati nel modo, e forma, ed applicazione di dette puntature come ſopra ec.

E ſalve le coſe premeſſe, in tutto il reſto non poſſa conſiderarſi diſtinzione alcuna fra' Canonici vecchi, e gli Erigendi, ma devano ugualmente ſenza alcuna differenza tanto gli Antichi, quanto gli Erigendi, godere di tutte le prerogative, ſervata ſolamente l' anzianità del poſſeſſo.

Che nell' Atto di pigliare il poſſeſſo, li Canonici nuovi paghino a chi s' aſpetta quello, che preſentemente ſogliono pagare i Canonici vecchi nell' atto di pigliare i loro poſſeſſi, da impiegarſi in ſervizio, ed utilità della Chieſa, e d' ogni altri uſi. ec.

B. Card. Panciaticus Præf.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De Præcedentia in Proceſſionibus, tam inter perſonas Eccleſiaſticas Seculares, quàm Regulares, ac inter Confraternitates Laicorum, & denique de Præcedentia Principis ſecularis in iiſdem Proceſſionibus.

SUMMARIUM.

1 *In Proceſſionibus minores antecedunt, & majores ſubſequuntur.*

2 *Confraternitates Laicorum antecedunt Clerum Secularem, & Regularem, & quomodo inter eas regulatur Præcedentia* n. ſeq.

4 *Jeſuitæ, aliique Clerici Regulares, quem locum habeant in Proceſſionibus* & n. ſeq.

6 *Poſt Regulares ſequitur Clerus Secularis.*

7 *Prothonotarii Honorarii, in habitu Prælatitio, incedunt omnes in una linea poſt Epiſcopum.*

8 *Prin-*

8 *Princeps Secularis, & deindè majores de Civitate, incedunt in Proceſſionibus poſt Epiſcopum.*
9 *In Proceſſionibus, Laici digniores antecedunt, & minores ſubſequuntur, & de ratione* n. ſeq.
11 *In Proceſſione Synodi, Capitula Collegiatarum præcedunt Parochos, & alios Presbyteros Civitatis.*
12 *Clerici, & Capellani Cathedralis procedunt poſt Capitula Collegiatarum, & in Choro ſedent poſt Canonicos ejuſdem Cathedralis, & de ratione* num. ſeqq.
14 *Interpretatur* Cærem. Epiſc. lib. 2. c. 33.
15 *Clerici Seminarii Cathedralis conſiderantur tamquam unum corpus cum Canonicis Cathedralis, ſicuti etiam Seminariſtæ Collegiatarum* numer. ſeqq.
17 *Parochus, qui ſit Prothonotarius, non poteſt incedere in Proceſſionibus, in quibus ratione ſuæ Parochiæ intervenire tenentur, indutus habitu Prælatitio.*
18 *Præpoſitus Collegiatæ, habens uſum Cappæ poteſt facere ſibi deferri Caudam.*
19 *Idem licet etiam Epiſcopo extra Diœceſim.*
20 *Præpoſitus prædictus non poteſt incedere in Proceſſionibus poſt Canonicum indutum Pluviali.*
21 *In Proceſſione Funebri Canonici, & Clerici Seculares, poſt aſſociationem Cadaveris ad Eccleſias Regularium, debent ad proprias regredi; ſicuti è contra debent facere Regulares, uſque ad januam Eccleſiarum Secularium* n. 13.
22 *Parochus poteſt, depoſita Stola, remanere in Eccleſiis Regularium pro conſequenda quarta Funerali.*
24 *Canonici debent una cum Parocho Officium Funebre peragere, & quare non debeant Regulares cum Secularibus in Officiis Divinis ſociari* n. ſeq.

TITULUS XV.

PRoceſſiones dicuntur à procedendo, & debent fieri ordinatim, ut dicitur infra *lib.* 2. circa fin. Inter perſonas Eccleſiaſticas minores antecedunt, di-
1 gniores ſubſequuntur, & inter eos manus dextera reputatur dignior. *Præpoſ. in cap. Perlectis, nu.* 10. *diſt.* 25. *Ant. de Prat. loc. cit. cap.* 6. *numer.* 56. Confraternitates antecedunt Clerum Secularem, & Regula-
2 rem, & inter ipſas competit Præcedentia ei, quæ priùs Sacco uſa fuerit. *Grat. dec.* 232. *num.* 2. *Lezan. in Summ. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 23. & cenſuit Sacra Congregat. apud *Bordon. l. c. reſp.* 32. *n.* 30. Quod intelligendum eſt, ſi ſit Saccis induta; aliàs non habebit illam Præcedentiam, niſi aliis de cauſis ſit debita. *Ricciull. Lucubr. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 16. Poſt Confraternitates incedunt Regulares ſecundum ſtylum, qui Ro-
3 mæ ſervatur. *Campanil. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 121. *Vulp. l. c. cap.* 34. *n.* 32. *Caval. dec.* 588.

Qui verò locus in Proceſſionibus debeatur Theatinis, Jeſuitis, ac aliis Clericis Regularibus, non reperi deciſum. Rationem eſſe cenſeo, quia hi ſunt exempti ab obligatione accedendi ad Proceſſiones, vel publicas. *Ceſped. de Exempt. Regul. cap.* 11. *dub.* 207. Et S. R. C., ut diximus, non determinat quæſtiones Præcedentiæ, niſi in functionibus Eccleſiaſticis. Quòd ſi ſponte ad hujuſmodi Proceſſiones cum aliis Religio-
4 ſis, & Fratribus convenire vellent, probabile mihi videtur ob ea, quæ ſuperiùs dixi, honorabiliorem locum ſupra Regulares, & Monachos competere dictis Clericis Regularibus; quia dicuntur Clerici,
5 & vix habitu communi à Clericis Secularibus diſſident, niſi quòd ſerico non utuntur, ut adnotatur in *Magn. Theſ. vit. hum. fol. mihi* 327. *lit. I.* Exceptis tamen Canonicis Regularibus Lateranenſibus, quibus cum inſit Clericatus, *Henriq. loc. cit. lib.* 14. *cap.* 1. & ſimul ſint Canonici, præcedunt quoſcunque Clericos Regulares, non Canonicos. *Mirand. in Man. Præ-*
6 *lat. part.* 1. *queſt.* 10. *art.* 6. Poſt Regularem ſequitur Clerus Secularis, quem præit Clericus portans Crucem, ſpectantur Clerici Seminarii, deinde Rectores Parochialium, poſtmodum Capitula Collegiatarum, à quibus, juxta ſuum conſuetum, propria Crux defertur. *Barboſ. de Jur. Univ. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. *Gavant. in Man. V. Eccleſia Colleg. num.* 5. *in addit.* Procedit

ultimo loco Clerus Cathedralis, ſcilicet Capellani de Menſa, Beneficiati, Canonici, & Dignitates, qui reſpectivè inter ſe præcedunt ſecundum locum, quem retinent in Choro *Grat. diſcept. for. cap.* 940. *num.* 25. Si aderit Epiſcopus, incedit immediatè poſt totum Clerum. *Cærem. lib.* 2. *cap.* 23. Prothonotarii honora-
rii, ſi fuerint in eorum habitu Prælatitio, incedunt 7
poſt Epiſcopum, non bini, & bini, ſi fuerint plures, ſed omnes in una riga; quoniam non conſiderantur in Proceſſione Cleri & ſic non turbatur Jus Canonicorum; ita declaravit S. R. C. teſte *Rinald. loc. ſupra cit.*

Deinceps procedunt Princeps Secularis, & ejus Filii, exindè Majores de Civitate. *Caſtald. loc. cit. lib.* 2. *ſect.* 10. *cap.* 1. *num.* 22. Quòd ſi dictis Prothonotariis
placuerit miſtim inter Populum incedere, utique id 8
eis licebit, prout declaravit eadem *S.C.* 11. *Junii* 1643. De quo habeo Decretum authenticum, quod non adverſatur mox adducto, ſed explicat utrumque licere. Inter Laicos in Proceſſionibus Eccleſiaſticis fit ho-
rum diſpoſitio contraria illi Clericorum; Etenim Lai- 9
ci Majores antecedunt, Minores ſubſequuntur, ut conſiderat *Dan. de Nob.* ubi ſupra. Hujus diverſitatis ratio eſt, quia olim Epiſcopus quibuſcunque Proceſſionibus interveniebat, incedens, ut dictum eſt, poſt Clerum, in medio Clericorum, & Laicorum. *Præpoſ. in cap. Epiſcopos* 16. *diſt. Lotther. l. c. lib.* 1. *qu.* 16. *numer.* 4. Et quoniam digniores ſtant viciniores Epiſcopo, Laici, qui antecedunt, ut ſupra, & Confraternitates, nec non Eccleſiaſtici Regulares, &
Seculares, qui ultimo loco procedunt, dicuntur eſſe 10
in nobiliori loco. *Præpoſ. in cap. Perlectis n.* 4. *diſt.* 25. *Graſ. part.* 1. *dec. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 3. *in addit. & Rot. part.* 6. *diverſ. dec.* 322. *n.* 9.

Interdum fit generalis Proceſſio cum toto Clero
Civitatis, & Diœceſis, ut accidit occaſione Synodi 11
Diœceſanæ; quo caſo Præcedentia competit Capitulo, & Canonicis inſignium Eccleſiarum Collegiatarum Diœceſis, ſupra Parochos, & Presbyteros Civitatis in Proceſſione, & aliis actibus, qui fiunt dicta occaſione, ita declaravit S. R. C. 12. *Martii* 1616. *in una Faventina*. Et ita ſervari mandavit, quibuſcunque non obſtantibus, in hujuſmodi Synodi Proceſſione, Clerici Seminariorum, & Capelani de Menſa
Cathedralis, procedunt poſt Capitula Collegiata- 12
rum Diœceſis, atque in Choro ſedent poſt Canonicus Cathedralis, quem honorabiliorem locum retinent; non quia ſint majores Canonicis Collegiatarum Diœceſis; ſed quia ſunt conjunctiores Canonicis Ec-
cleſiæ Cathedralis, ratione ſervitii, quod his præ- 13
ſtant. Sicut Caudatarius ſtat poſt Epiſcopum, quoniam eſt neceſſarius ad ejus famulatum: *Gavant. in Prax. Synod. l. c. cap.* 13. *n.* 7.: ob eandem cauſam Clerici, deſervientes in Veſperis, & Proceſſionibus Canonico celebranti, præcedunt cœteros Canonicos, ut notat *Rub. l. c. numer.* 93. Sic in Capella Papæ Auditores Rotæ poſtponuntur Subdiacono ob miniſterium, quod ibi exhibet, ut obſervat *Grat. diſcept. for. cap.* 845. *n.* 7. Nec prædictis contrariatur, *Cærem.*
Epiſc. l. 2. *cap.* 33. ubi decernitur, Canonicos Col- 14
legiatarum in Proceſſione procedere poſt Clericos Seminariſtas; Nam *Cærem.* ibi diſponit de publica alicujus Civitatis Proceſſione, ad quam conveniunt ſolùm Canonici Cathedralis, & Collegiatarum ejuſdem Civitatis cum reliquo Clero Urbano.

Hic autem loquimur de ea, quæ fit cum univerſo Clero Civitatis, & Diœceſis; in qua Clerici Semi-
narii ſpectantur ut unum Corpus cum Canonicis Eccle- 15
ſiæ Catthedralis, cujus ſervitio ſunt deputati, ita docet *Paſqual. QQ. mor. cent.* 1. *quæſt.* 77. *num.* 3. Idem dicendum de Seminariſtis Collegiatarum, qui pariter
incedunt cum Canonicis ſuæ Eccleſiæ Collegiatæ. *Bor-* 16
don. de Præced. quæſt. 208. *numer.* 148. Ad ſimilitudinem Proceſſionis Civitatis regulantur, quæ fiunt in Diœceſi, in cujus diſtrictu reperiatur Eccleſia Collegiata, quæ ſimul ſit Parochialis, in qua aliquis Prothonotarius eſſet Parochus, & propterea adſtrictus Proceſſioni ſuæ Parochiæ intervenire, tenetur proce-
dere in habitu Sacerdotali cum Cotta, cedendo no- 17
biliorem locum Capitulo, & Canonicis Collegiatæ ità deciſum fuit à Sacr. Rit. Congr. *die* 6. *Martii* 1634.

Si Collegiatæ Præpoſitus fuerit celebrans, & gau-
deat uſu Cappæ, poterit habere Caudatarium, & fa-
18 cere ſibi deferri caudam more Epiſcoporum, etiamſi
remaneat ſubjectus Epiſcopo: Ratio eſt, quia
hujuſmodi deportatio Caudæ non denotat Juriſdictio-
19 nem, aut Superioritatem, ſed quandam gravitatem
cap. fin. diſt. 91. Sylv. in ſum. V. Patriarcha. Grat. dec.
99. nu. 4. Hinc eſt, quòd non interdicitur Epiſcopo
extra ſuam Diœceſim facere ſibi geſtare bujuſmodi
20 Cappæ caudam; ut obſervat *Major. de Irregular. lib.*
2. cap. 2. n. eod. Grat. diſcept. for. cap. 468. n. 69. Campa-
nil. rub. 9. cap. 5. num. 3.

Quòd ſi præfatus Collegiatæ Præpoſitus non fuerit
celebrans, minimè poteſt io Proceſſionibus incedere
poſt Canonicum, Pluviali indutum, officium fa-
cientem, prout iocedit Epiſcopus, vel alius Præla-
tus, habens Juriſdictionem in Foro Fori. Ratio fa-
21 tis efficax datur à *Marinq.* ubi ſupra *quæſt. 32. n. 14.*
Reverſa Proceſſione ad locum, undè incepit, nullus
Eccleſiaſticus exeat ab Eccleſia, niſi perſolutis pre-
cibus. In Proceſſione autem ſunebri Canonici, &
cæteri de Clero Seculari, poſt collocatum cadaver in
Eccleſiis Regularium, ſtatim regredi debent ad pro-
prias Eccleſias, ita nuper, juxta aliàs reſoluta, de-
crevit S. Congregatio penes *Samuell. de Sepult. tract. 1.*
controv. 7. conc. 2. Parocho dumtaxat liberum eſt de-
poſita ſtola, ibidem permanere ad effectum, percipien-
di ſuam quartam Funeralium, abſque eo quòd ſe in-
22 tromittat in decantando Officio, quod ſpectat ad
Regulares tantùm. *Lezzan. de Oblig. reg. part. 2. cap.*
12. num. 38. Regulares pariter, convocati ad aliquam
Proceſſionem ſunebrem, collocato cadavere io Eccle-
ſia Seculari, nulla interpoſita mora, regredi debent
23 ad eorum Monaſterium. *Rub. ſing. part. 4. tit. de præ-*
ced. in funer. Grat. ubi ſupra cap. 298. num. 2. Idem
non ſequitur de Canonicis, & cœteris de Clero Se-
eolari, qui non ſolùm poſſunt in eadem Seculari
Eccleſia permanere, ſed teneotur unà cum Parocho
preces Mortuorum decantare. Namque ioter ipſos
24 non intercedit diſſimilitudo, aut diverſitas ſpeciei;
Et licèt Canonici non exiſtant ejuſdem Ordinis Hye-
rarchici cum ſimplici Parocho, & Capellaois, ſunt
tameo ejuſdem ſpeciei *Card. Tuſc. lit. A. concl. 2: num.*
2. Navarr. conſ. 12. de Cler. non reſid. Et plus, & mi-
nus non mutaot ſubſtantiam rei. *Natta conſ. 38. par.*
3. Sard. conſ. 305. num. 66. Et ideo non valet argu-
25 mentum à quibuſdam factum de Religioſis ad Cle-
ricos Seculares, qui re, & nomine à Monachis ſunt
diviſi. *Compoſtell. in cap. Sedes num. 5. de reſcript.* Mi-
ſturam linei, & lanei, ut loquitur *Caramusll. l. c. diſ.*
29. num. 326. abborrent Canones; atque non con-
gruit, ut in uno, eodemque Officio, quod ſpectat
ad aliquos, ſocientur homines diſparis habitus, ac
diverſæ profeſſionis. *Hoſt. in cap. 1. Nè Sed. vac. aliq.*
innov. Farinac. par. 1. dec. 84. n. 2. & Rot. par. 7. diverſ.
deciſ. 221. n. 21.

A R G U M E N T U M.

Quando debeatur Præcedentia Capitulo, & Canoni-
cis Cathedralium ſuper Magiſtratus Laicos, & è
converſo. An, & quaodo hujuſmodi Magiſtratus,
ſoliti intereſſe Sacris functionibus in Cathedrali, poſ-
ſint compeli ad continuandam eorum aſſiſtentiam.

S U M M A R I U M.

1 *Quot ſint ſpecies Magiſtratuum Secularium.*
2 *Magiſtratus Rerumpublicarum, aliique, Principem*
immediatè repræſentantes, præminentiam habent
ſupra Capitulum, & Canonicos Cathedralis.
3 *E Converſo Canonicis debetur præcedentia ſupra Ma-*
giſtratus Civitatum ſubditarum, penès quos non
reſidet plena Juriſdictio, tam reſpectu uniuſcujuſ-
que Corporis., quàm ſingularium perſonarium,
& n. 8. 9. & 11.
4 *Capitulum, unum, & idem corpus conſtituit cum E-*
piſcopo.
5 *Capitulum in Corpore Cathedram Epiſcopalem repræ-*
ſentat, eique debetur æqualis honorificentia, ac E-
piſcopo.
6 *Eccleſiaſtica Dignitas nobilior eſt Seculari.*
7 *Capitulum habet, Sede plena, Juriſdictionem habi-*
tualem, & actualem illa vacante, vel Epiſcopo im-
pedito, exercibilem tam ſuper Populum, quàm
ipſum Magiſtratum.
9 *Eadem eſt ratio totius quoad totum, ac partis quoad*
partem.
10 *Canonici, uti ſinguli, Canonicali habitu non induti,*
præcedentiam cedere debent Perſonæ de Magiſtratu
Seculari, quatenus inſignia ipſius Magiſtratus geſtet
& o. 14.
12 *Vel quando Magiſtratus collegialiter incedit.*
13 *An Perſonæ de Magiſtratu Seculari, uti ſinguli ince-*
dentes cum habitu, & inſignibus Magiſtratus, præ-
cedant Canonicos, dum contingit obviam ire per
Civitatem.
15 *Canonici uti ſinguli præcedunt Perſonas particulares*
Magiſtratus, quamvis cum famulo publico incedant,
non tamen cum inſignibus.
16 *Canonici ante Magiſtratus Civitatum ſubditarum ſunt*
thurificandi, non autem eodem tempore iſti, & il-
li cum duobus Thuribulis.
17 *Duo Thuribula ſolùm adhibenda ſunt in Proceſſionibus*
Sanctiſſimi Sacramenti, & in ſolemnibus Tranſla-
tionibus Sacr. Reliquiarum.
18 *Toleranda tamen eſt conſuetudo thurificandi inſimul Ca-*
nonicos, & Magiſtratum cum duobus Thuribulis,
dummodo ſit immemorabili, & concludenter probe-
tur & n. 20.
19 *Immemorabilis conſuetudo non cenſetur ſublata per*
Cæremoniale Epiſcoporum.
21 *Probatio immemorabilis in hoc caſu percutere debet*
tempus ante editionem ejuſdem Cæremonialis, ac il-
lius confirmationem factam à Clem. VIII.
22 *Conveniendibus Capitulo Cathedralis abſente Epiſcopo*
vel Sede vacante, & Magiſtratu, qui non ſit de ma-
joribus, & perpetuis, ad Concionem, debet Ca-
pitulum priùs, & cum adjunctione competentis ti-
tuli, à Concionatore ſalutari.
23 *Actus voluntarii, & facultativi non ſunt apti ad in-*
ducendam obligationem, non obſtante quolibet cur-
ſu temporis.
24 *In dubio, an actus proceſſerit ex mera voluntate, vel*
potiùs ex obligatione, ſumenda eſt interpretatio,
quæ favet Eccleſiæ.
25 *Multiplicitas actuum, per diuturnum tempus conti-*
nuatarum, excludit præſumptionem voluntarii.
26 *Interim dum examinatur, an actus ſit facultativus,*
aut obligatorius, danda eſt manutentio poſſeſ-
ſori.
27 *Magiſtratus ſoliti accedere ad Eccleſiam occaſione Sa-*
crarum Functionum, ſi renuant continuare conſue-
ta obſequia, poſſunt ad id, etiam per Cenſuras,
compelli.

ANIMADVERSIONES.

QUoniam in antecedenti titulo actum habetur, licèt obiter, de Præcedentia debita in Proceſſionibus Magiſtratibus Laicis, opportunum erit exactiùs explicare controverſias Præcedentiæ, quæ potiſſimùm inter Capitula Cathedralium, & Magiſtratus Seculares oriri ſolent.

Pro faciliori autem illarum determinatione præmit-
tere oportet, tres eſſe ſpecies Magiſtratuum Secula- 1
rium. Alia nempè Civitatum non ſubditarum, quæ-
quæ in forma Reipublicæ reguntur: alia illorum Ma-
giſtratuum majorum, qui immediatè Principem re-
præſentant, illiuſque vices gerunt, cum poteſtate
ac exercitio meri, ac mixti Imperii: altera denique
Magiſtratuum Civitatum, recognoſcentium ſuperio-
rem, & penes quas non reſidet plena juriſdictio, ſed
aliqua modica pro cognitione levium Cauſarum, aut
ſimplex etiam œconomica pro recto gubernio Commu-
nitatis, quæ apud eos remanſit, veluti imago quæ-
dam, & umbra aotiquæ Juriſdictionis; quæ origina-
riè, dum in figura Reipublicæ gubernabantur, erat
penes Populum, & poſtmodum omnimodè traſfuſa fuit
io Principem, prout has Magiſtratuum ſpecies ad hunc
præciſum effectum recenſet *Card. de Luc. de Præmin.*
diſc. 17. n. 7.

Qua-

Quatenus pertinet ad primam ſpeciem Magiſtratuum
Rerumpublicarum, dummodò ſint de Supremis, ac
etiam quo ad alteram Magiſtratuum majorum, ha-
bentium exercitium poteſtatis gladii, indubitata eſt
2 illorum Præeminentia ſupra Capitulum, & Canoni-
cos Cathedralis, ex determinatione *Cæremonialis Epiſc.
lib. 1. cap. 23. §. Magiſtratus*, ubi diſponitur, hu-
juſmodi Magiſtratus majores ante Canonicos eſſe thu-
rificandos, ex qua præeminentia rectè infertur ad
cæteros actus præeminentiales *idem De Luc. d. diſc.
17. numer. 7. & ſeqq.* Quo verò ad tertiam ſpeciem
Magiſtratuum Civitatum ſubditarum, pariter certa
3 eſt ſupra eoſdem Canonicos Præcedentia, tam re-
ſpectu ad unumquodque Corpus, ſeu Collegium,
quàm reſpectu ad ſingulares illorum Perſonas, quia
reſpectu horum Magiſtratuum de plano procedit regu-
la, quòd cum Capitulum unum & idem corpus conſti-
4 tuat cum Epiſcopo, juxta *Text. in cap. novit, de his
quæ ſunt à Prælat.* cum aliis apud *De Luc. de Præem. diſ.
23. n. 7.* & alibi paſſim, ita ut, ſicuti his Magiſtra-
tibus ſupereminet Epiſcopus, ita pariter eoſdem an-
tecedat Capitulum, etſi cum Epiſcopo non conve-
5 niat, cùm æqualis utrique debita ſit honorificentia
ex quo Capitulum in corpore Cathedram Epiſcopa-
lem repræſentat. *Felin. in cap. non liceat n. 2. de præ-
ſcript. Gratian. diſcept. 111. num. 2. & ſeq. Barboſ. de
Canon. cap. 18. n. 44. & ſeq. De Luc. de Præemin. diſc. 17.
n. 4. & diſc. 21. n. 7. Pignattell. conſult. 209. n. 1. to. 4.
Rot. dec. 111. n. 10. & 11. part. 5. rec.*

Eaque procedunt, non ſolùm quia in concurſu Di-
gnitatis Eccleſiaſticæ, & temporalis, ob compara-
tionem primo Luminari majori, nempe ſoli, ac Se-
cundo Luminari minori, videlicet Lunæ, Eccleſia-
6 ſtica Dignitas præcellit Secularem: *Can. duo ſunt diſt.
96. cap. ſolitæ, de major. & obed. Caſſan. in Cathal.
glor. Mund. part. 4. conſiderat. 2. & 78. De Luc. d.
diſc. 23. n. 8.*, verùm etiam ſolidiùs, propter illam
juriſdictionem, quam habitualiter habet Sede plena,
& actualiter, illa vacante, vel Epiſcopo impedito,
dum ad illud tota Epiſcopalis juriſdictio, exceptis iis
quæ ſunt Ordinis, devolvitur, exercibilis etiam ſupra
7 ipſum Magiſtratum, cum poſſit ferre leges, & edi-
cta, totius Populi obligatoria, prout Sede plena con-
currit cum conſilio in promulgatione Synodalium Con-
ſtitutionum, quæ pariter ipſum Populum ad obſer-
vantiam illarum adſtringunt, ut optimè advertit ad
propoſitum *De Luc. d. diſc. 17. n. 4. Verſic. alia, & diſc.
23. num. 7. de Præemin.*, prædictamque præeminentiam
8 Capituli ſupra hujuſmodi Magiſtratus, tam reſpectu
utriuſque corporis, quàm ſingularium perſonarum,
canonizzavit *Sac. Cong. Rit. de anno 1656.*, ut teſtatur
De Luc. d. diſc. 23. ſub. n. 1.

Quæ ſanè præeminentia, etiam reſpectu ad ſingula-
res perſonas, convincitur de facili, nam ſi abſtrahi-
tur ab officio, plana eſt Præcedentia Canonicorum
ſupra perſonas de Magiſtratu, cùm Clericus ſit di-
gnior Laico: Si verò conſiderantur utrique in ordine
ad Dignitatem, & officium, videlicet tanquam mem-
bra, reſpectivè ſui Corporis, & tunc ſicuti Corpus
Capituli, ut diximus, præcedit Magiſtratum Secula-
rem, ita pariter Canonici, uti ſinguli, præcedent ſin-
gulos de Magiſtratu, cùm eadem prorſus ſit ratio to-
tius quo ad totum, ac partis quoad partem, ut conſi-
9 derat *De Luc. d. diſc. 23. num. 9.* quæ tamen intelli-
genda ſunt procedere, quoties perſona de Magiſtratu
10 Seculari non geſtat inſignia ipſius Magiſtratus; nam
dum eadem geſtat, & Canonicus è contra ſine Ca-
11 nonicalibus indumentis in ſimplici habitu ordinario,
ac privato intervenit, cedere debet Præcedentiam
perſonæ de Magiſtratu, prout reſolvit *Sac. Cong. Rit.
in Ravennaten. 14. Septembris 1642.*, relata *per Ricciar-
12 dell. in Lyceo Eccleſ. cap. 8. §. 1. n. 22. to. 1.*, quæ cum
plures reſolvat controverſias, in hac materia caden-
tes, hic non incongruè ſubnectitur.

*I. Quod Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ in corpore præ-
13 cedere debeat Magiſtratui, in corpore cum inſignibus ince-
denti, tam in Eccleſia, quàm extra.*

*II. Quòd Archidiaconus, Præpoſitus, & Canonici uti
14 ſinguli, Præcedentiam cedant Magiſtratui Collegialiter in-
cedenti.*

*III. Quòd ſi contigerit, Corpus Magiſtratus, & alios
Sapientes incedere per Civitatem, non quidem Collegiali-
ter, ſed uti ſingulos, cum inſignibus tamen Magiſtratus,
& ſic invicem obviam ire, tunc ille, præcedentiam, ſi-
ve ut vulgo dicitur* il muro *retineat, qui dexteram ob-
tinet.*

*IV. Quòd iidem Sapientes Magiſtratus uti ſinguli cum in-
ſignibus, præcedant Canonicis uti ſingulis.*

*V. Quòd Canonici uti ſinguli, præcedant Sapientibus, uti
ſingulis, quamvis cum famulo publico, ſine tamen inſigni- 15
bus, incedentibus.*

*Quæ Articula ſic concluſa eadem Sac. Congr. examinàvit
& attentis narratis ab Emin. & R. D. Cardinali Cappono
Archiepiſcopo, approbari poſſe cenſuit, ſi SS. D. N. placue-
rit; Et facta per me Secretarium relatione, S. Sua ſen-
tentiam Sac. Congregationis approbavit, & juxta il-
lam Breve expediri mandavit hac die 14. Septembris
1642.*

In ſequelam autem Prælationis Canonicorum Ca-
thedralium ſupra hujuſmodi Magiſtratus Civitatum
ſubditarum venit, quòd iidem Canonici ſint ante ipſos
thurificandi, & non eodem tempore ſimul cum duo-
bus thuribulis, cùm talis uſus duorum thuribulorum 16
ſit contra morem Romanæ Eccleſiæ, & Cæremo-
nialis Epiſcop. *in præcitato cap. 23. §. Magiſtratus*, ac
proindè teſte *Pignattell. conſult. 35. n. 5. tom. 2.*, & *con-
ſult. 65. n. 5. tom. 3.* fuit ſæpè à *Sac. Congr. Rit.* repro-
batus, cum ſolùm duo thuribula adhiberi debeant in
Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti, & in transla- 17
tionibus ſolemnibus Sac. Reliquiarum, ut notat *Baul-
drì in Manual. Sac. Cærem. part. 2. cap. 2. cap. 9. art. 1. n.
2. idem Pignat. d. conſult. 65. n. 5. in fin.*

Hoc tamen verum eſſet, quatenus uſus thurificandi
inſimul Magiſtratum, & Canonicos cum duplici thu-
ribulo non haberet aſſiſtentiam immemorabilis conſue-
tudinis, nam talis conſuetudo toleranda eſſet, dum- 18
modò probaretur cum requiſitis vulgatæ *Gloſſ. in c. 1.
in V. Memoria, de præſcript. in 6.* quia cum Cæremo-
niale Epiſcoporum non contineat expreſſam deroga-
tionem immemorabilis, quæ ſpecialem exigit mentio- 19
nem, eadem ſublata non cenſetur, ut docent *Sperel.
dec. 179. num. 38. Barboſ. de Canon. cap. 33. num. 24.
Pignattell. conſult. 4. n. 2. tom. 4.*, & reſpondit *Rot. dec.
647. n. 12. & 13. part. 4. tom. 3. rec. coram Merlin. dec.
198. n. 3. & in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii
1700. §. Sed dato, & §. Non attenta, & 7. Martii 1701.
§. Conſtitutio verò Sa. me. Clem. VIII., cor. R. P. D. dell'
Olmo.*

Et hinc eſt, quòd propoſito *in Sac. Cong. Rit. in
Imolen. 21. Auguſti 1688.* dubio, *An Magiſtratus Civi-
tatis thurificari debeat eodem tempore, quo thurificantur
Canonici?* reſcripſit -- *Quoad thurificationem ſervandum
Cæremoniale; & aſſignetur terminus ad probandam im- 20
memorabilem*; Et iterum *in eadem Imolen. 23. Auguſti
1704.* reſpondit, *Quatenus Magiſtratus intra ſex menſes
non probaverit immemorabilem, cogatur ad obſervantiam
Cæremonialis.*

Quatenus ſpectat ad probationem immemorabilis,
pro evitanda cenſura Cæremonialis Epiſcoporum,
videtur non ſufficere ea juſtificatio immemorabilis,
quæ non percurret tempus ante editionem, ac confir-
mationem illius factam à Sa. me. Clemente VIII. de
anno 1600., quia etiamſi idem Cæremoniale eandem
immemorabilem non ſubſtulerit, nihilominus cum in
ipſo tollatur, & abrogetur contrarius uſus, & conſue-
tudo jam introducta, multo magis intelligendum eſt, 21
ut abroget, & impediat de novo introducendam, ex
regula, quòd ubi removetur ex cauſa irrationabili-
tatis præterita conſuetudo, vel abuſus, fortiùs intel-
ligitur remota futura. *Geminian. conſil. 72. numer. 6. &
7.*, & in terminis *Pignattell. conſult. 29. numer. 55.
tom. 4.*

In conſequentiam pariter Prælationis Canonicorum
Cathedralium ſupra Magiſtratus, ſequitur; quòd con-
venientibus Capitulo Cathedralis, tam Sede plena,
abſente Epiſcopo, quàm Sede Vacante, & Magiſtra-
tu Civitatis, qui non ſit de majoribus, & perpetuis,
ut ſupra dictum eſt, ad Concionem, debeat Con-
cionator in exordio Concionis Capitulum ante Ma-
giſtratum ſalutare, prout reſpondit *Sac. Rit. Congr.
in Tiraſonen. 3. Octobris 1615.* Nec tali Decreto ſatiſ-
facere intelligerentur ii Concionatores, qui, ante-

quam prædicare incipiant, per ſimplicem capitis inclinationem ſalutarent Capitulum, ac deindè poſt pauca verba Concionis, convertendo ſe ad Magiſtratum, illum expreſsè, cum adjectione competentis tituli, ſalutarent, omittendo ſalutationem expreſſam Capituli, cum convenienti pariter titulo, nam priùs & æqualiter ſunt ſalutandi. *Pignattell. conſult.* 209. *nu.* 5. *tom.* 4.

Oritur controverſia, an hujuſmodi Magiſtratus, ſoliti accedere ad Sacras Functiones in Cathedrali, poſſint cogi ad continnandum in præſtanda eorum aſſiſtentia; & licèt videatur, quòd eadem aſſiſtentia; tribuenda ſit actui voluntario, gratioſo, & facultati-
13 vo, ac proindè inhabili ad inducendam obligationem non obſtante quolibet curſu temporis, juxta regulam *Gloſſ. in l.* 1. *V. communi dividendo C. de annal. præſcript. Bald. in l. cum notiſſimi, in fine C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.*, nihilominus quando tempus præſtitæ aſſiſtentiæ excedit memoriam hominum, & verſamur
14 in dubio, an actus proceſſerit ex mera voluntate, vel potiùs ex obligatione, ſumenda eſt interpretatio, quæ favet Eccleſiæ, cum ſit cauſa magis favorabilis *juxta Text. in l.* 3. *ff. de adimen. legat.* cum concordan. Cum etiam regulare ſit, quòd, data multiplicitate actuum per diuturnum tempus continuatorum, excluſa re-
15 maneat præſumptio voluntarii, cum continuata gratia, & facultas non præſumatur, ex firmatis *per Rot. in Tarraconen. Juris punctandi ſuper manutentione §. Sed quoque, coram Omanna* 26. *Februarii* 1703., *& in Monopolitana Præeminentiarum ſuper manutentione* 26. *Junii* 1705. *§. Nec dicatur, cor. Molines.* Undè donec
16 diſcutiatur, an actus ad gratiam, vel ad obligationem veniant referendi, danda eſt manutentio Poſſeſſori. *Bich. deciſ.* 522. *n.* 5. *& in dict. Tarraconen. §. Eadem, & in Gerunden. manutentionis* 18. *Junii* 1703. *§. final. cor. Omanna.*

Quampropter hujuſmodi Magiſtratus, contra ſolitum recuſantes accedere, ad Eccleſiam ad præſtandam eorum aſſiſtentiam, vel exhibenda conſueta obſequia Epiſcopo celebranti, poſſunt compelli, etiam per
17 cenſuras Eccleſiaſticas, ad obſervantiam ſoliti, ut ſæpiùs reſpondit *Sac. Rit. Congr.* teſte eodem *Pignattell. conſult.* 4. 2. 14. *tom.* 4.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

In una, eademque Eccleſia poſſunt eſſe duæ Congregationes; una Canonicorum Secularium, altera Monachorum; non tamen debent eodem tempore Divina Officia celebrare, & quomodo intelligatur. Laici ſunt regulariter contrarii Clericis, & de ratione. Bona Clericorum ſunt exempta à collectis, & quando ipſi teneantur contribuere ad onera publica.

SUMMARIUM.

1 *In una, eademque Eccleſia poſſunt eſſe Canonici Seculares, & Monachi.*
2 *Debent tamen, non ſimul, ſed ſucceſſivè Divina Officia recitare, & dantur exempla* n. ſeq.
4 *Non repugnat, quòd in aliquo Feſto ſimul conveniant ad Officia Divina Clerici, & Regulares, & quare hoc non procedat in Officio Funebri* n. ſeq.
6 *Laici ſemper tueatur partes Regularium contra Clericos*, & n. 11. & n. 12.
7 *Nimia familiaritas parit contemptum.*
8 *Olim Monachi non initiabantur Ordinibus Clericalibus.*
9 *Numeroſitas Clericorum reddit eos contemptibiles* & n. ſeq.
13 *Actor ſequitur Forum rei.*
14 *Clerici poſſunt quandoque trahere Laicos ad Forum Eccleſiaſticum.*
15 *Clerici dicuntur miſerabiles perſonæ.*
16 *Statuta Laicalia non obligant Clericos, ſed iis poſſunt uti activè, & ſignanter de jure prothomiſeos.*
18 *Bona Clericorum ſunt exempta à Collectis;* amplia ut n. 19., & ſeqq.
22 *Clerici tenentur contribuere pro communi utilitate, concurrentibus tribus requiſitis, de quibus* numer. ſeqq.
26 *Affertur ratio, quare Laici potius tueantur partes Monachorum, quàm Clericorum Secularium.*
27 *Canonici debent vitam conformare, juxta* Sacros Canones.
28 *Ac potiſſimum Caput Eccleſiæ Collegiatæ.*
29 *Canonici ſuum Præpoſitum qualiter revereri debeant.*
30 *Debent ſeſe diligere, & amoris ſigna oſtendere.*
31 *Decet Clericos alios ſalutationibus prævenire, juxta monita* Divi Pauli ad Rom. cap. 12., & 1. Corinth. 16.
32 *Canonici ſua dignitate non debent abuti in ambitionem.*
33 *Canonicatus eſt honor ſimul, & onus, quod verſatur circa Chorum, Altare, & Capitulum.*

TITULUS XVI.

IN una, eademque Eccleſia duæ Congregationes, altera Canonicorum Secularium, altera Monachorum, eſſe poſſunt: exemplum affert *Caputaq. part.* 1. *dec.* 83. *num.* 3. Non tamen Canonici, & Monachi poſſunt ibidem Choratim Divina munia obire, ut de- 1
ciſum refert *Barboſ. in Summ. collect.* 625. *nu.* 40. ſed recitatis Horariis precibus à Canonicis Secularibus, intrant in Chorum Monachi ad Divina celebranda 2
Officia: ita ſervatur Sarzanæ, dum ibi aliquando Canonici adeunt Eccleſiam S. Andreæ, ad quam Cathedralis S. Baſilii jam è ruinis Lunæ fuit translata ab Innoc. III., teſte *Ughell. de Epiſc. Ital. tom.* 1. *fol.* 893. & deindè eadem Eccleſia Cathedralis transportata in proximum Templum S. Mariæ, iidem Canonici ceſſerunt eam Fratribus S. Franciſci de Pau- 3
la cum, reſervatione quandoque accedendi ad Officiandum in eadem Eccleſia, quo eventu, Divina fiunt modo ſtatim enarrato. Ex quibus non benè infertur, quod dixerunt aliqui, Clero Seculari prohiberi convenire cum Monachis, & Regularibus ad ſimul decantandum Veſperas, & Miſſam in Feſtivitate San- 4
cti Titularis, alicujus Oratorii, vel Eccleſiæ, quæ remanet ſub gubernio Laicorum; ut ſervatur apud nos;
Quia hoc caſu non datur diviſio miniſterii, ſicut in 5
Funere, de quo ſuperiùs diximus, & notat *Bordon. part.* 2. *reſp.* 51. *n.* 66. Et nullus ex utroque Clero dicitur eſſe in proprio Officio, dum ibi cantant Veſperas. *Petr. de Anch. in cap. Presbyter, de celebr. Miſſ. a.* 13. *Coccin. dec.* 147. *n.* 5.

In antedictis Oratoriis primæ Sedes Canonicis debentur; Nam ſi hi Monachis anteferuntur in ipſorum Eccleſiis, à fortiori in loco Tertii; licèt hic quidam Laici Oratorii Gubernatores conabantur nobiliorem Presbyterii partem Monachis aſſignare, de quo non admiratus ſui, quia Laici ſemper ſavent partes Mo- 6
nachiſmi contra Clericos, & maximè Canonicos Seculares. Quod nonnulli opinantur provenire, quia dicti Canonici, & Clerici, continuò cum Laicis converſantur, & nimia familiaritas parit contemptum, 7
cap. Quando 88. *diſt. cap. Nullum* 18. *quæſt.* 2. *& ibi gloſſ.*

Alii dicunt, id accidere, quoniam Monachi ab initio Regulæ erant Laici, & quiſque ſibi ſimile diligit. *Eccleſ. cap.* 3., atque Proverbio, hoc eſt, probato verbo, dici ſolet, *ſuum cuique pulchrum.* Alii pu- 8
tant, Laicos eſſe Clericis minùs gratos, ob numeroſitatem Clericorum, pro quo uſurpant illud Divi Hieronymi, relatum in *cap. Legibus, diſt.* 93. *Presbyteros turba contemptibiles, facit.* Ita *Graſſ. de Eff. Clericat. in Prœl. n.* 354. *Dan. de Nob. diſp.* 31. *n.* 33. *Vulp. in Prax. l. c. cap.* 7. *nu.* 28. Quorum fundamentum mihi non 9
ſatisfacit; Aliud enim eſt, quòd quis aliquem contemnat; aliud, quòd ſit eidem inviſus; ſiquidem primum oriri poteſt ex numeroſitate, at ſecundum oritur ex odio, *cap. Præſens* 20. *quæſt.* 6. *Vidal. in Axiom. V. Dilecto*; & convincitur, ex eo, quòd jamdudum, & Clerici non erant numeroſi, & nihil ſecius *in cap. Nihil diſt.* 83. juncta *gloſ.*, Laici dicuntur lupi 10
in Clericos, quos mordaci dente lacerant. Idem aſſerunt antiquiſſimi Doctores, *Archidiaconus in capit. Sum.* 25. *quæſt.* 1. *numer.* 3. *Bellam. Jo: Andr. Abb.* 11

antiq.

antiq. & Panormit. ibidem, qui dixerunt, quòd quamplurimum Laicorum mors eſt conſolatio Clericorum, ſicut vita fuit paſſio.

Prætereà vetuſta Jura Canonica *cap. Laici 2. quæſt. 7. cap. cum P. Moconella, de accaſat. & cap. Clerici, de immunit. in 6.* junctis *Gloſ.* ibidem, & in *cap. Presbyter 81. diſt.* affirmant, atque per antiquam traditionem docent, Laicos regulariter ſemper fuiſſe Clericis oppi-
12 dò infeſtos, ſequuntur *Vitalin. in Clem. unic. de immunit. n. 3. Hoſt. in cap. Ea noſcitur, de his quæ fiunt à Præl. Farinac. de Immun. cap. ultimo n. 312. Genuen. in Prax. c. 58. n. 2. Homob. de hum. vit. ſtat. c. 24. Fuſc. de Viſit. l. 2. c. 3. Marta de Juriſdict. part. 2. c. 6. n. 39. & part. 4. caſ. 139. n. 15.*, ubi id tradit pro regula, quam amplectuntur alii innumeri.

Undè antedictam Laicorum antipatiam, & infeſtationem in Clericos, ex eo provenire cenſeo, quòd hi majores habent prærogativas, quàm Laici. Inter cæ-
13 teras, licèt generale ſit, quemvis actorem ſequi Forum Rei: *l. Juris ordinem C. de juriſd. omn. Jud.*: Tamen Clerici trahere poſſunt ad Forum Eccleſiaſticum Laicos, eos turbantes in ſuis bonis, non ſolùm Eccleſiaſticis, ſed & Patrimonialibus, vel recuſantes ſibi ſolvere fructus. *Roman. ſingular. 113. Antonell. l. c. lib. 5. cap. 3. num. 1. Graſſ. eff. 1. num. 533. Ciarl. contr. for. part. 1. cap. 28. numer. 12. & cap. 52. numer. 3.*
14 Sed non è contra, *cap. Si Imperator. diſt. 96.* Aliàs poſſent conqueri, dicendo illud Cantici Moyſis, *Inimici noſtri ſunt Judices*, ut inquit *Ferrett. conſil. 228. n. 13. vol. 2.*

Quamobrem quando adſtringuntur Clericis in Cauſis Civilibus judicium movere coram Judice ſeculari,
15 dicuntur miſerabiles perſonæ ut ajunt *Duard. in Bull. Cœn. Domini lib. 2. cap. 18. quæſt. 5. n. 10. Sperell. dec. 8. num. 16. & dec. 49. n. 18. tom. 1.* Similiter Statuta Laicalia non obligant Clericos, ut docent omnes: His
16 tamen liberum eſt iis uti, ſi ſibi ſunt favorabilia. *Ludoviſ. dec. 279. n. 24. Burſatt. conſ. 93. n. 45. lib. 1.* Idcircò activè, non paſſivè utuntur Laicorum Statuto de
17 Jure Prothomiſeos. *Bellett. l. c. §. 4. n. 5. Squill. de Privil. Cler. cap. 7. num. 96. Ricc. part. 3. deciſ. 180. n. 1. Antonell. lib. 1. cap. 1. num. 91. Gratian. diſcept. for. cap. 742. n. 17. Dian. par. 3. tract. 1. reſol. 43. & part. 7. tract. 1. reſol. 17.* Et ſequuntur alii, nulla habita ratione, an Statutum ſit conceptum in rem, vel in perſonam Eccleſiaſticam. *Merlin. de Legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. n. 90. Fenzon. ad Stat. Urb. dec. 108. col. 3. V. diſtinctionem.* Clericorum bona, quæ per ſucceſſionem, donationem, aut alios licitos contractus ab eis acquirun-
18 tur, ſunt libera, & exempta à Collectis variabilibus Laicorum, *cap. Noverit 10. quæſt. 1. cap. 1. de jurepatr. cap. Non minus, cap. Adverſus, de immun. Eccl. cap. Quamquam, de cenſib. gloſ. in c. Similiter 16. quæſt. 1. Felyn. conſ. 46. Alb. conſ. 13. part. 2. Homob. conſult. part. 4. reſp. 17. Emin. Lug. de Juſt. & Jur. part. 2. diſp. 36. ſect. 8. n. 123.* Quod ſequitur, etiamſi Clerici ſint tantùm Minorum Ordinum, vel primæ
19 Tonſuræ, ut docent *Guid. Papæ dec. 83. Filliuc. l. c. tract. 16. num. 298. Antonell. ubi ſupra lib. 4. cap. 5. n. 18. Ciarl. part. 2. cap. 138. n. 18.* & probatur per *dd. cap. Non minus, & Adverſus*, ubi ab inſinuatis collectis eximuntur omnes Eccleſiaſtici; & hoc procedit, quamvis Eccleſiæ minimè inſerviant, nec ha-
20 beant requiſita à *Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 6. de ref. Sanchez conſ. tom. 1. l. 2. c. 4. dub. 40. n. 6. & dub. 56. n. 2. Ricc. in Prax. part. 4. reſol. 58. & 459. n. 4. Leſſ. de Juſt. & Jur. l. 2. c. 33. dub. 5. n. 38.*

Neque contra prædicta obſtare poteſt conſuetudo, ſtante interruptione per Sum. Pontifices ſingulis annis renovantes Bullam *Cœnæ Domini*, & Canones ad favo-
21 rem hujus exemptionis, derogando conſuetudinibus in contrarium, ut benè obſervant *Tolet. lib. 1. tract. 2. reſol. 4. Carthar. de Immun. arg. 6. n. 391. Cavaler. dec. 21. n. 82. part. 2. Cobell. l. c. cap. 46. n. 13.* Et licèt præfata impoſitio Collectarum fieret à Laicis ad providendum
22 communi utilitati Clericorum, & Laicorum, Eccleſiaſtici contribuere non tenentur, niſi tribus copulativè concurrentibus.

23 Primò, quòd communes Univerſitatis facultates non ſupperant ad illud onus ſubſtinendum.

Secundò, quòd in his Collectis imponendis interveniat conſenſus totius Cleri, vel Capituli Cathedralis
& ex Diœceſi Vicarii foranei. *Cobell. l. c. cap. 28. numer. 117.* 24

Tertiò, & ultimò, quòd priuſquam imponantur, verificetur coram Summo Pontifice dicta publica neceſſitas. *Rot. Rom. in una Brunduſina*, regiſtrata apud *Pænia deciſ. 169. part. 2.* Aliàs Clerici non ſolvunt Col-
lectas inconſulto Papa. *Brancat. l. c. V. Clerici quoad collectas.* Quod ſervatum fuit Piſis, ut teſtatur *Vivian. de Jure patr. lib. 6. cap. 1.* & alibi *Cobell.* ubi ſupra *numer. 113.* 25

Hæc, & quamplura alia Clericorum Privilegia contrectantes Laici, invident Clericis, quibus, ut dictum eſt, ſemper fuerunt, & ſunt infeſti. *Mar. Ant. var. lib. 1. reſol. 97. n. 7. Rodrig. QQ. Regul. tom. 2. quæſt. 13. art. 5. circa finem.* Et continuò erunt, donec mundus durabit, ſi verum loquitur *Ant. de Prat. l. c. num.*
1. Et quamvis Monachi pariter gaudeant ſimilibus 26
Privilegiis, & exemptionibus, tamen cum non poſſideant in particulari bona temporalia, & raro ſupradictis privilegiis utantur, Laici potiùs applaudunt Monachis, quàm Clericis, & maximè Canonicis, quibus regulariter ſunt magis inviſi, ob majores prærogativas, quas habent. *Imola in cap. Sedes, n. 9. de reſcript. Collegium Paduan. conſ. 2. n. 2.*

Dixi, regulariter; Nam permulti ſunt Laici, qui Canonicis ſe benevolos, & gratos oſtendunt. Quapropter Canonici debent Canonicari, hoc eſt, juxta Sacros Canones vitam traducere; ut hujuſmodi exempla lucis conſiderantes, amici multiplicentur, & qui ex adverſo ſunt, non ſolùm vereantur malum dice-
re de nobis, ut monet D. *Paulus* ſcribens ad *Tit. c. 2.* 27
ſed potiùs benè loquantur: quæ mutatio erit Dexteræ Excelſi, attentis ſuperiùs exaratis.

In primis Collegiatæ Caput vitæ probitate omni- 28
bus præluceat Capitularibus. *Zabarell. in Clem. nè in agro. de ſtat. Monac.* Omnes de Capitulo pari amore, & honore proſequatur, niſi quis ob ejus qualitates dignior ſit, ut pluris æſtimetur, & honoretur. *Tambur.*
l. cit. diſp. 16. Leſſ. l. c. lib. 2. c. 32. n. 9. Canonici ſuum 29
Præpoſitum revereri debent in Caput, non in caudam: Si enim Caput Collegii, ergo in ſummo, non in imo, ut inquit *Corn. à Lapid. in Epiſt. D. Paul. ad Eph. cap. 2.* conſiderentque, ut monet *Pariſ. conſ. 143. n. 3. vol. 4.* quo dignius eſt Caput Capituli, digniores reputantur Canonici, qui pariter ſoliciti ſint inter ſe germanam pacem ſervare, memores, nil placitum eſſe
ſine pace Deo, nec munus ad Aram. Et non ſolùm 30
internè ſe diligere tenentur, ſed & externa amoris ſigna oſtendere, quæ licèt communiter cum extraneis à Capitulo non ſint obligatoria, inter Capitulares debentur. *Homob. in com. part. 1. tr. 14. q. 5. reſ. 4.*

Cæteros de Clero, maximè animarum Curatos, & Religioſos, decet aliquando ſalutationibus prævenire juxta monitum *D. Pauli ad Rom. cap. 12. & 1. Corinth.*
16. Porrò malè morati hominis eſt ſemper expectare 31
à paulo minori primò ſalutari, ex *D. Bernardo in ſpec. c. 4. Si vis honorari, honora*, inquit *D. Chryſoſt.* apud *Boſſ. de Can. cap. 14.* Videant Canonici, nè recenſitæ eorum prærogativæ, quæ à Jure fuerunt proviſæ ad concor-
diam, & unionem, inflent in ambitionem, & ela- 32
tionem, atque animadvertant, veluti in ampliori honore ſuper tot de Clero ſunt poſiti, ità ex vi ſtatus, nominis, & officii ad ſanctiorem vitam, ac majorem laborem ſunt adſtricti, *cap. Nec. ſufficere 8. qu. 1. Brancat. l. c. V. Dignitas.*

Reputandi ſunt viliſſimi, qui Canonicalem gradum tantùm honoris gratia recipiunt, ad tradita per *Re-*
buff. in repet. ad cap. Poſtulaſti, num. 198. Mantic. l. c. 33
part. 2. rubr. 18. Canonicatus eſt honor, & onus, inquit *Pavin. de Pot. cap. ſed. vac. Cap. 15. num. 10.* Et nudum nomen non facit verum Canonicum, ſed
opus, quòd (teſte *Homob. de ſtat. vit. hum. part. 1. c.* 34
22.) verſatur in tribus, videlicet, in Choro, in Altari, & in Capitulo, de quibus in ſequentibus Libris tractare aggredior.

A R G U M E N T U M.

In una eademque Eccleſia poteſt eſſe duplex Colle-
gium, ſeu Capitulum, unum Secularium, alte-
rum Regularium, ac item unum Canooicorum, &
alterum Canoniſſarum. Non debent tamen perſo-
næ de diverſo Collegio, ſexu, vel profeſſione, io
Eccleſiaſticis ſunctionibus permiſceri; & quomodo
ſit regulanda Præcedentia inter Clerum Secularem
& Regularem. Ac denique de authoritate Epiſcopi
in Monachos, qui Eccleſiæ Cathedrali loco Cano-
nicorum inſerviant.

S U M M A R I U M.

1 *In eadem Eccleſia poſſunt eſſe duo Collegia, unum Canonicorum, & alterum Canonicarum.*
2 *De Canonicarum Inſtituto, remiſſivè.*
3 *Canonichiſſæ tenentur ad, obedientiam præſtandam Abbatiſſæ, & contumaces poſſunt coerceri per cenſuras.*
4 *Hujuſmodi Abbatiſſæ poſſunt habere etiam iuriſdictionem in Clericos, & afferuntur exempla.*
5 *Sunt etiam capaces Juriſdictionis Supremæ, Civilis, & Criminalis in Oppidis, & Territoriis.*
6 *In Eccleſiis, ubi Canonicæ Divina Officia perſolvunt, adſunt ut plurimum etiam Canonici.*
7 *Canonicæ cum Canonicis quandoque ſolent inſimul Divinum Officium peragere, & in Supplicationibus procedere.*
8 *Repugnat, ut perſonæ diverſæ profeſſionis, & habitus, intermiſceantur in Eccleſiaſticis functionibus,* & n. ſeq. & n. 12.
10 *In Proceſſionibus non debent Regulares miſtim incedere cum Secularibus.*
11 *Ordo Clericorum Secularium eſt præſtantior dignitate & antiquitate, illo Monachorum.*
13 *Ordo Proceſſionum eſt, quòd minus digni antecedant, & digniores ſubſequantur,* & n. 16.
14 *Non ſufficit Præcedentia latus dexteri, quando agitur de perſonis diverſi Corporis.*
15 *Æqualis inceſſus in eadem linea arguit æqualitatem dignitatis.*
17 *Corpora Eccleſiæ non debent ſcindi cum admiſtione extraneorum, ſed unumquodque iuxta ſuam dignitatem ſeorſim ab alio incedere debet.*
18 *Conſuetudo, quòd miſtim incedant Regulares cum Secularibus, eſt reputanda abuſus.*
19 *Adverſatur dicta conſuetudo Cæremoniali Epiſcoporum.*
20 *Decretum irritans, appoſitum in dicto Cæremoniali, inficit contrarias conſuetudines.*
21 *Non repugnat, quòd in aliqua Eccleſia Cathedrali, loco Canonicorum, inſerviant Monachi.*
22 *Epiſcopus dictæ Cathedralis Regularis habet in ſe unitam utramque poteſtatem, Abbatialem, & Epiſcopalem, ſupra dictos Monachos.*
23 *Eandem poteſtatem exercet privativè quoad Capitulum.*
24 *Maximè ſi ex Statuto, vel conſuetudine Monachi obedientiam præſtent in manibus Epiſcopi.*

ANIMADVERSIONES.

PRout ſupra innuimus, unius, ejuſdemque Eccle-
ſiæ ſervitio adſcripti eſſe poſſunt Canonici Secu-
lares, ac Monachi, qui duo Capitula, ac diverſa
Corpora conſtituaot, quin immò Canonicorum Secu-
la ium, & Canonicarum, ſeu Caooniſſarum, duplex
1 Collegium adeſſe poteſt in eadem Eccleſia, prout no-
ſtris etiam temporibus accidit io Belgio, in Germania
ac Lotharingia, prout teſtatur *Van Eſpen. Juſ. Eccleſ.
part. 1. tit. 23. n. 20. ac per tot.* ubi dictarum Canonica-
rum inſtitutum, ac vivendi rationem, doctè, ac lucu-
lenter recenſet. Et de Collegiata utriuſque ſexus io lo-
2 co de Munſterblicen. mentio habetur in *Leodien. Coad-
iutoriæ 17. Maii 1680. cor. Vicecomite.*
De hujuſmodi Canonichiſſis habetur etiam exem-
plum in Jure, nempè *in cap. dilecta, de maiorit. & obed.*
ubi *Honorius III.* mandat, ut Canonicæ reverentiam,
& obedientiam debitam Abbatiſſæ præſteot, ac con-
tumaces per cenſuras Eccleſiaſticas eſſe coerceodas. 3
Quio etiam ex hoc Textu patet, Abbatiſſas Canoni-
carum habuiſſe etiam juriſdictionem io Clericos, cum
authoritate eoſdem mulctandi pro modo culpæ, etiam
ſuſpendeodo eoſdem Clericos ab Officio, vel Benefi- 4
cio, ut etiam advertit *d. Van Eſpen.* ubi ſupra *num.* 22.
& talem poteſtatem prætendere in Clerum Abbatiſ-
ſas, & Collegia Canonicarum Belgicarum, tradit.
Guicciardinus, relatus ab eodem *Van Eſpen. loc. cit. n.*
23., ac penes eaſdem eſſe ſupremam in Oppidis, &
Territoriis juriſdictionem, ita ut Civilem, ac Crimi- 5
nalem juſtitiam adminiſtrent, ut de Abbatiſſa *Nivelenſi*
ac de Collegio Canonicarum Divæ Geltrudis, & *Mal-
bodienſi*, teſtatur *d. Van Eſpen.* ubi ſupra *nu.* 23. 24.
& 25.
In Eccleſiis autem, io quibus Divina Officia per-
ſolvuot præfatæ Canonicæ, etiam, ut diximus, ad-
eſſe ſolet Collegium Canonicorum, qui non ſolùm
Miſſarum ſolemnia io iis celebraot, verùm etiam Ho-
ras Canonicas io loco diſtincto ab illo, io quo eas per- 6
ſolvunt Canonicæ, decantant, aliaque Sacra munia
obeunt ut tradit *Miræus in Notis ad Regul. Canonicarum*
relatus per *d. Van Eſpen. d. tit. 33. ſub n.* 20. illud verò,
quod addit, de more dictarum Canonicarum ibidem,
nempè, quòd in diebus ſolemnioribus, Canonicum, 7
Canonicabus Divioum Officium peragant, & in ſup-
plicationibus inſimul procedant, videtur Canonicis
Sanctionibus adverſari, quia licèt noo repugnet, da-
ri in una eademque Eccleſia duo Corpora diverſa,
non tamen decet, ut ea ſimul uniantur, & quo-
dammodo intermiſceantur, cum quandam mon-
ſtruoſitatem præſeferat, ut Perſonæ diſparis pro-
feſſionis, & habitus, ac fortiùs diverſi ſexus, qua-
rum ſunt vota, ac ſtudia diverſa, ſocientur, & io 8
unum coaleſcant, prout ſtatuit *Concil. Hiſpalen. relat. in
can. in nova 16. quæſt.* 1. io quo ponderantur illa verba
Deuteronomii -- *non arabis in Bove ſimul & Aſino* --
ideſt, homioes diverſæ profeſſionis in uno officio noo
ſociabis, & conſonat *Text. in can. ad hoc 89. diſt. 4.
& in cap. cum cauſam 27. de electìon.* io quo Sum. Pon- 9
tifex ad hunc propoſitum addit, noo debere quem-
piam veſtem induere de lana, linoque contextam,
& proſequuntur *Fagnan. in cap. quod Deſtinorem, nu-
mer. 18. de ſtat. Monac. Barboſ. Collect. Apoſt. dec. col-
lect. 365. latè Sperell. dec. 179. n. 11. & ſeq. Rot. apud
Pignatell. conſult. 26. num. 7. & ſeq. tom. 4. cor. Coccin.
dec. 197. n. 1. & ſeq. & n. 13. & 15., & in rec. dec.
111. n. 4. & ſeq. part. 5. & dec. 251. n. 1. part. 6. & dec
252. n. 5. & ſeq. part. 10.*
Hinc proindè receptum eſt communiter, non debe-
re in Proceſſionibus Regulares miſtim incedere cum
Clericis Secularibus, ſed diſtinctè, & ſeorſim, priùs
Regulares, ac deindè Seculares. *Cravett. conſ. 96. n.
1. & ſeq. Barboſ. de Offic. & Pot. Epiſc. allegat. 78. n. 35.
De Canonic., & Dignit. cap. 16. num. 69. Manſ. conſult.* 10
*589. n. 18. tom. 6. Sperell. d. dec. 179. num. 19. & ſeqq.
tom. 2. Bordon. Oper. Moral. tom. 4. in Theatr. Præced. n.
416. Pignattell. conſult. 172. n. 14. in fin. tom. 9.* & lu-
culenter *Rot. in Oppiden. Proceſſionem 18. Maii 1646. cor.
Veroſpio* impreſſa *apud Pignattell. conſult. 26. tom. 4.*,
in qua Deciſione fuit reprobata tranſactio inita cum
Clero loci Terræ Novæ, ac Monacis Cœleſtinis,
ſuper modo incedendi io Proceſſionibus, in qua con-
ventum fuerat, ut Presbyter Secularis incederet à
dextris, Monachus verò à ſiniſtris ejuſdem Presby-
teri, & hoc non ſolùm, quia Clericorum cætus, uti
dignitate præſtantior, ac tempore antiquior Ordine
Monachorum, in publicis actibus, & Eccleſiaſticis
functionibus illum præcedere debet, *can. legi 36. can.* 11
*aliarum 106. quæſt. 1. Gloſſ. in cap. Religioſo 21. in V. ex-
hiberi, verſ. cum dignior, de ſent. excom. Rot. dec. 214.
n. 4. part. 4. tom. 1. rec.* cum aliis *in d. Opiden. Proceſ-
ſionum §. 5.* Verùm etiam quia, ut diximus, miſtus
inceſſus, ſeu ſeſſio perſonarum diverſæ Profeſſionis,
& habitus, reprobatur à Jure, ut præter adducta *Tex-* 12
tus eſt in *Clem. 5. de elect.* latè *Aym. conſ. 96. n. 3. Rot. in
d. Oppiden. l. c.*
Diximus autem in Proceſſionibus Ordines Regula-
rium debere anteire, & locum ultimum Clero Seculari
eſſe reſervandum, quia hæc eſt regula Præcedentiæ in
Pro-

Proceſſionibus, in quibus uterque Clerus, vel alter
etiam ex eis intervenit, ut minùs digni antecedant,
13 & digniores ſubſequantur, nec ſufficit ad tribuendam
debitam Præcedentiam Corpori digniori, ſi illi de Cor-
pore digniori incedant à dexteris, illi verò de Cor-
pore minùs digno à ſiniſtris, ut pluries declaravit S.
R. C. teſte *Thomas. Tract. Var. tit. de Præceden. ſeu Præ-*
14 *emin. num. 428. fol. 244. Præpoſit. in can. Concilia S.*
Epiſcopus, ſub num. 3. diſt. 18. Quart. de Proceſſion. ſect.
1. punct. 2. n. 3. & punct. 3. n. 3. & 20. Patian. de Pro-
bat. l. 2. c. 26. n. 109. in fin. Sperell. d. dec. 179. nu. 20.
Pau Jordan. lib. 11. tit. 2. n. 28. Etenim æqualis inceſ-
ſus, nimirum in eadem linea, arguit æqualitatem di-
gnitatis. *Gemin. in cap. ut Apoſtolicæ, n. 2. de privil. in 6.*
Boer. in tract. de Auth. Magn. Conſil. n. 29. & 42. Gratian.
15 *diſcept. 250. n. 50. Rot. dec. 607. n. 12. & ſeq. cor. Mer-*
lin.; quod ſanè non debet admitti, quando concurrit
Clerus Secularis, ac Regularis, ſed ad hoc ut Secu-
laris, utpote dignior, ſuam habeat præeminentiam
ſuper Regularem, neceſſe eſt, ut iſte progrediatur,
& ille ſubſequatur, cum talis modus procedendi, vel
ſedendi in eminentiori ſede, solùm arguat Præceden-
16 tiam. *Caſſan. in Cathal. glor. mund. conſiderat. 12. part.*
1. Larrea allegat. fiſcal. 51. nu. 4. Et licèt reguletur et-
iam Præcedentia tribuendo digniori latus dexterum,
& minùs digno latus ſiniſtrum, hoc ſolùm attenditur,
quando agitur de Præcedentia inter perſonas particu-
lares, vel inter membra alicujus Corporis, non autem
quando agitur de regulanda Præcedentia inter perſo-
nas duorum, vel plurium Corporum, quo caſu non
ſufficit, quòd perſonæ de Corpore magis digno tri-
buatur manus dextera, relicta læva perſonæ de corpo-
re inferiori, ſed neceſſe eſt quòd omnes perſonæ de
Corpore digniori, ſine ſciſſione, aut diviſione, & mi-
17 ſtione extraneorum, præcedant perſonas de Corpore mi-
nus digno. *Rot. cor. Coccin. dec. 1923. n. 4. junct. n. 2.*
& in Colonien. Præced. 4. Junii 1696. §. Nulla in caſu,
ad med., cor. Muto.

Nec hujuſmodi ordo & regula ſic incedendi, aut
ſedendi, inter Clerum Secularem, ac Regularem,
18 contraria conſuetudine abrogari poſſet, cum potius
corruptela, & abuſus impræſcriptibilis cenſendus fo-
ret, utpote perturbativus Eccleſiaſticæ Hyerarchiæ,
Thomaſ. d. tr. in prin. fol. 139., & utpote redolens quan-
dam ſpeciem monſtruoſitatis, admittendo confuſionem
perſonarum habitu, & dignitate difformium. *Manſ.*
conſult. 389. n. 5. & 9.; eoque maximè quia talis con-
ſuetudo adverſaretur etiam *Cæremoniali Epiſc.*, per 19
quod propter Bullam San. mem. Clem. VIII. illius con-
firmatoriam, continentem Decretum irritans, abro-
gantur, & tolluntur contrariæ conſuetudines. *Sperell.* 20
d. dec. 179. n. 34. & ſeq. l. 2. Rot. dec. 647. nu. 11. p. 4.
t. 3. & dec. 87. n. 20. p. 17. rec. & in d. Oppiden. §. Quia
conſuetudo, cor. Veroſpio.

Sicuti autem non repugnat, quòd in aliqua Eccle-
ſia duo diverſa, & difformia Corpora ejus ſervitio ad-
ſcripta ſint, ita pariter non repugnat, quòd alicui Ec-
cleſiæ Cathedrali, loco Canonicorum Secularium, in-
ſerviant Regulares, ſeu Monachi, prout ſequitur in
Eccleſia *Derthuſen*; quo caſu Epiſcopus, cum gerat 21
vicem Abbatis, habet in ſe unitam, & confuſam
utramque poteſtatem, Epiſcopalem, & Abbatialem,
tanquam unicus Superior, & Judex *ad text. in c. cau-* 22
ſam, de judic. Lott. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 18. eu nu.
6. Frances de Eccl. Cathed. cap. 31. num. 253. & ſeq.
Rot. cor. Cocc. dec. 157. dec. 316. & dec. 360. cum aliis
in Derthuſen. Juriſdictionis 4. Martii 1697. §. 1. co-
ram Pio.

Quæ quidem Juris aſſiſtentia favore Epiſcopi pro
exercenda utraque Juriſdictione, Ordinaria nimirum,
& Abbatiali, circa ea quæ concernunt Regularem di-
ſciplinam, & punitionem delictorum Monachorum, 23
ſuæ Cathedralis ſervitio mancipatorum, privativè
quo ad ipſum Capitulum, eo magis firma redditur,
quoties vigore conſuetudinis, ſeu Statuti Capitularis,
tenentur Monachi ad promittendam obedientiam in
manibus ipſius Epiſcopi; nam hæc ſine dubio opera-
tur, quòd Epiſcopus omnimoda, Regulari etiam,
Superioritate potiatur, & in omnibus, & per omnia
habendus ſit loco Abbatis *Panormit. in capit. porre-* 24
ctum num. 11. & ſeqq., & in cap. ad Apoſtolicam num.
4. de Regular. Azzor. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 7. quæſt.
3. Rot. dec. 329. num. 3. verſ. ſed etiam, part. 4. tom.
1. rec., & in dicta Derthuſen. §. Quæ quidem, & §. Ut
etiam, cor. Pio impreſſ. ad De Luc. de Juriſd. dec. 24.
tom. 1.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE

DE OFFICIO CANONICORUM IN CHORO

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Præcipuum Canonicorum munus eſt, perſolutio Divini Officii, in eoque recitando ſervandus eſt ordo ab Eccleſia receptus, nec poteſt in publica recitatione Officii perverti abſque legitima cauſa, ſine incurſu peccati mortalis: item ſervanda eſt forma, nempè, ut ſolum Officia ab Eccleſia approbata recitentur: item obſervandum eſt tempus, locus, & modus.

SUMMARIUM.

1 *OFficium in genere eſt illud, quod quiſque pro ſuæ perſonæ conditione efficere debet.*

2 *Officium eſt externa ratio laudandi, precandique Deum.*

3 *Horæ Canonicæ à quo dictæ?*

4 *Initio Eccleſiæ, tam Clerus, quàm Populus, Divinum Officium in Eccleſia decantabant.*

5 *Deindè inſtitutum fuit, ut ſoli Clerici in Eccleſia publicè Horas Canonicas decantarent.*

6 *Beneficiati, non convenientes ad publicam Pſalmodiam, tenentur nihilominus ad privatam recitationem Officii.*

7 *Canonici in publica perſolutione Horarum Canonicarum pervertentes ordinem ab Eccleſia præſcriptum, peccant mortaliter, ubi declaratur.*

8 *Officium Patroni Eccleſiæ, ſive Cathedralis, recitandum eſt, non obſtante Conſtitutione Urbani VIII., & quomodo, & à quibus.*

9 *Occurrente eadem die Feſto Conſecrationis Eccleſiæ Cathedralis, & alterius Eccleſiæ inferioris, quodnam Officium ſit recitandum.*

10 *Ad probandam Eccleſiæ Conſecrationem ſufficit unus teſtis de auditu, idemque ſunt Dedicatio, & Conſecratio.*

11 *De SS. Titularibus Altarium non debet fieri Officium, niſi habeant proprium in Breviario.*

12 *Poteſt recitari unum Officium pro alio, ubi declaratur.*

13 *De Sanctis, quorum inſignis eſt reliquia in aliqua Eccleſia, poteſt fieri Officium ſub Ritu duplici, ſi ſint deſcripti in Martyrologio Romano.*

14 *Sine ſpeciali indulto non poteſt recitari Officium in die Obitus, & Translationis Corporis alicujus Sancti.*

15 *De Sancto Canonizzato, cujus nondum in Breviario adeſt Officium, an poſſit illud recitari?*

16 *Epiſcopus non poteſt præcipere, quòd Officium ſimplex ſub Ritu duplici recitetur.*

17 *Quale ſit tempus proprium pro recitatione Horarum Canonicarum, tam privatim, quàm publicè.*

18 *Matutinum cum Laudibus, quando, & quomodo ſit licitum anticipare.*

19 *Licèt tempus legitimum recitandi Matutinum ſit poſt mediam noctem, tamen toleranda eſt conſuetudo illud recitandi poſt ortum Solis.*

20 *De privilegio illud recitandi in Collegiata poſt Completorium, quid operetur.*

21 *Matutinum de jure recitandum eſt ſummo mane.*

22 *Antiquitùs ſingulæ Horæ Canonicæ ſingulis vicibus decantabantur.*

23 *Canonici, publicè perſolventes Horas extra debitum tempus, an peccent mortaliter?* & n. ſeq.

24 *Canonici non obtemperantes ſuis Prælatis circa modum pſallendi, an peccent mortaliter?*

TITULUS I.

OFficium generaliter ſumptum, eſt
illud, quod quiſque pro ſuæ perſo- 1
næ conditione efficere debet, ita
Bonart. de Hor. Canon. lib. 1. cap. 8.
num. 3. & ante eum *Durand. de Divin. Off. lib. 5. cap. 2. num. 1.* Præcipua Canonicorum functio, teſte
Azor. Mor. part. 2. cap. 11. lib. 3.
quæſt. 12. eſt perſolvere Divinum Officium, quod eſt
externa ratio laudandi, precandique Deum. *DD. com-* 2
muniter. Divinum Officium à tempore Apoſtolorum
fuit inſtitutum, poſtea à diverſis Summis Pontificibus
in ſeptem Horas Canonicas diſtributum. *Bizzozer. in*
Summ. tit. de Hor. Can. cap. 1. num. 1. Officium Divinum, & Horæ Canonicæ ſunt idem. *Marchan. de Hor.*
Can. tr. 2. tit. 3. Et Horæ Canonicæ dicuntur ab orando. *Boich. in cap. Presbyteri, de celebr. Miſſ.* quia juxta 3
præſcriptam Regulam Sacrorum Canonum recitantur.
Mirand. in Man. part. 1. quæſt. 37. Philiar. de Off. Sacerd. lib. 1. cap. 1.

Naſcentis Eccleſiæ initio tam Clerus, quàm Populus, publicè in locis Sacris Divinum Officium ſimul
decantabant; adulta autem Eccleſia, & ſatis aucto 4
Laicorum numero, (quia hi in ſtatu corporis decorem decentem ex parte non ſervabant, atque ob cantus impetitiam voces abſonas, & incongruas emittebant,) viſum fuit Summis Pontificibus hujuſmodi morem mutare, & ad elegantiam, & decorem Divinarum precum, fuerunt ſelecti aptiſſimi Clerici qui publicè Horas Canonicas in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis quotidie canerent, ita *Spondan. in Comp. Annal. Baron. anno 60. numer. 13.* Quòd fuit
neceſſarium ex dictis, quæ etiam conſideravit *Mol.* 5
ſeſ. in Summ. tr. 5. cap. 2. num. 10. Et caſu quo quiſquam ex his non conveniret ad publicam pſalmodiam remaneret obnoxius ad hujuſmodi penſum privatè re-
citandum, prout ad præſens tenentur omnes, & 6
ſinguli Beneficiati, aut Sacris Ordinibus initiati, *cap. Quia, de reſcript. in 6. Biſſæus in Flor. V. Horæ 3. num. 4. Ugolin. de Off. & Pot. Epiſc. part. 1. cap. 19. num. 4.*

Quo in opere, tam publicè, quàm privatè obeundo, obſervare tenentur ordinem, formam, qualitatem, tempus, locum, & modum, nec non ſcire gravitatem hujus obligationis, cauſas excuſantes, ac pœnas, prædicta non ſervantibus appoſitas, de quibus in praxi frequentioribus oratio noſtra ſe porrigit.

Et primò ſervandus eſt ordo, ſeptem Horarum Canonicarum, ut priùs dicatur Matutinum cum Laudibus, exindè Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & ultimo loco Completorium, ut carpitur *ex cap. Presbyter 91. diſt.* Canonici in publica hujuſmodi Horarum
perſolutione inſinuatum ordinem pervertentes abſque 7
juſta cauſa, peccant mortaliter. *Carol. Macign. de Hor. Canon. cap. 45. num. 5. Trullench. in Decal. lib. 1. cap. 7. dub. 19. n. 3. & alii.*

Ratio eſt, quia id faciliter poteſt ſcandalum in Populo generare. In privata verò recitatione, ipſum ordinem non ſervare abſque ulla cauſa, erit veniale. *Azor. Moral. lib. 10. cap. eod. quæſt. 1. tom. 1. Navar. in Man. cap. 25. num. 99. Card. Tol. lib. 2. cap. 13. num.* 3. Et multò magis inverſio erit culpabilis, recitando Matutinum ſequentis diei, non perſoluto Veſpere, & Completorio hodierni: Intellige abſque rationabili cauſa, etenim ſi Canonicus, legitimè impeditus, non interfuerit aliquo die publico Officio à Prima uſque

ad Com-

ad Completorium, & de ſero acceſſerit ad Eccleſiam
tempore, quo ex indulto Apoſtolico incipitur Matu-
tinum ſubſequentis diei, benè poterit Matutinum cum
aliis decantare, & poſtea Officium ipſius diei per ſe
inculpatè recitare, ita *Bonac. de Hor. Can. d. 1. quæſt.
3. part. 3. n. 15.* & alii, quos citat, & ſequitur *Bo-
nart. l. c. lib. 2. cap. 15. n. 8.*

Secundò requiritur forma, nempè, ut ea dumta-
xat Officia recitentur, quæ in Breviario ſunt relata,
vel ejus Rubricis, aut Bullis Pontificiis, ſive Sac.
Congreg. Decretis conceduntur, & contrafacientes
peccant, & non lucrantur Diſtributiones. *Vulp. in
Prax. c. 51. n. 42. Gavan. in Manual. Epiſc. V. Horæ Ca-
non., num. 6. & in Com. ad rubr. Brev. ſect. 1. cap. 5.
tit. 2. num. 10.*

8 Officium Patroni Eccleſiæ celebratur juxta Rubri-
cas Breviarii Romani, non obſtante Conſtitutione Ur-
bani VIII. ſuper obſervatione Feſtorum, quoniam
hæc Conſtitutio nil innovat circa recitationem Divini
Officii, ſed tantùm ſuper præcepto Feſtorum: ita de-
claravit Sac. Congregatio teſte *Ciarl. tom. 2. diſcept.
208.* Atque ultra propriæ Eccleſiæ Dedicationis Of-
ficium, eſt etiam recitandum illud Cathedralis in Ci-
vitate, cum Octavis; in Diœceſi verò abſque Octa-
va, non ſolùm publicè à Canonicis, ſed & privatè à
cæteris de Clero. *Barboſ. Collect. 356. num. 9.* Et oc-
currente Dedicatione Cathedralis eadem die, qua
9 conſecratio Eccleſiæ Collegiatæ Diœceſis, Officium
fit de propria Eccleſia: ita cenſuit *Rot.* apud *Polac. l. c.
part. 1. fol. 62.* Et ſciendum ſufficere unum teſtem, ad-
10 huc de auditu, ad probandam Eccleſiæ Conſecratio-
nem. *Maſcard. de Prob. conſ. 582. n. 5.* Quòd ſi Col-
legiata non fuerit conſecrata, ſed tantùm benedicta,
adhuc fit Officium Dedicationis Eccleſiæ, ut in Bre-
viario: Nec obſtat, quòd in Collecta fiat mentio Con-
ſecrationis: nam Conſecratio, & Dedicatio; idem
ſunt, ut oſtendit titulus in Miſſali huic Feſto aſſigna-
tus, atque dedicare idem eſt, ac benedicere, & reli-
gioſum facere, quare in Benedictione cujuslibet Ec-
cleſiæ canitur, *Benedicere, & conſecrare*. Alias ratio-
nes vide apud *Quintan. tr. 7. ſingul. 8. per tot.*, ubi con-
cluſionem acerrimè defendit, ac reſpondet his, qui
allegant uſum in contrarium.

In Sacris Locis, ubi ſitum eſt Altare Sacratiſſimi
Roſarii, & non alibi, Prima Dominica Octobris ce-
11 lebratur Officium B. Virginis Mariæ ſub Ritu dupli-
cis majoris, ex conceſſione *Greg. XIII. anno 1573.*,
& expletur prout in ejus Feſto ad *Nives*, exceptis Le-
ctionibus ſecundi Nocturni, quæ erunt, ut in Nati-
vitate ejuſdem *B. M. V.*, mutato nomine ortus in Fe-
ſtivitatem. *Gavan. l. c. ſect. 7. cap. 12. num. 1.* Sancti
Titulares aliorum Altarium, niſi ſint in Breviario,
nullum habent Officium, ut S. R. C. declaravit an-
no 1628.

Tertiò in penſo Horario exhibenda eſt qualitas,
quam ſtatuit *Pius V. Conſt. LXIV.*, ubi pro Clericis ſe-
cularibus, revocando omnem aliam qualitatem, in
aliis Breviariis contentam, quæ poſtea fuit reformata
ab Urbano VIII., qui per ipſius Conſtitutionem edi-
tam de anno 1643. vetat, nè in Eccleſiis publicè de-
cantentur, niſi Hymni à ſua Beatitudine emendati,
& egregiè ampliati: Undè ſequitur, non poſſe fieri
Officium de Sanctis, dum à Rubricis Breviari præci-
pitur fieri de Feria, & è converſo, quod, præſertim
12 in publico Officio, non ſervantes, graviter peccant:
quia hæc inordinatio videtur non parvi momenti, &
poteſt afferre ſcandalum. *Nav. de Orat. cap. 19. num
217. Card. Tol. ſua Inſtruct. lib. 2. cap. 13. num. 2.* In-
tellige, niſi id acciderit per errorem, quo eventu, ſi
in Choro recitatum fuerit de Feria die Natalitio ali-
cujus Sancti novem Lectionum, Canonici licitè pote-
runt ſequenti die, non impedito, celebrare Officium
de Sancto prætermiſſo, nè iſte eo anno remaneat abſ-
que honore Officii, ſibi debiti, ut obſervat *Barb. in
cap. 1. de celebr. Miſſ. num. 9. Garz. de Benef. part.
3. cap. 1. num. 50. Petr. Anel. de Hor. Can. cap. 6. dub.
3. num. 9.*

Dixi in publico Officio, nam in privato permu-
tatio Officii in Breviario aſſignati, ſcienter facta,
aliqua die non erit grave peccatum. *Sot. de Juſt. &
Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 4. Cajet. in Summ. V. Horæ*,
Sylv. eod. V. & alii Summiſtæ V. Officium: Ratio eſt,
quia reſpondetur præcepto Eccleſiæ quo ad ſubſtan-
tiam.

De Sanctis, quorum Corpora, vel inſignis Reli-
quia, ab Epiſcopo recognita, & approbata, repe-
riuntur in aliqua Eccleſia, poteſt ibi tantùm fieri Of- 13
ficium ſub Ritu duplici in communi, licèt nondum
ſint regiſtrati in Calendario Romano. *Ricciul. in Lu-
cubr. Eccleſ. lib. 1 cap. 36. numer. ult.*, ſed tantùm in
Martyrologio Romano deſcripti, ita S. R. C. relato-
re *Barb. in Collect. V. Officium*. Tales quippe ad Pri-
mam pronunciantur ut Sancti, ante Verſiculum *Pre-
tioſa*, &c., atque de ſupradictis poteſt fieri Officium
ab his, qui ſunt de gremio ipſius Eccleſiæ, licèt
non reſideant in Choro: *ead. S. Congreg. die 8. Se-
ptemb. 1602.*

Pro celebratione Officii aſſignatur dies obitus San-
cti, qui ſi ignoretur, poteſt de illo celebrari Offi-
cium tranſlationis Corporis, ſive Reliquiæ inſignis in
illam Eccleſiam. Non eſt autem licitum, abſque ex-
preſſa licentia Papæ, vel Sacræ Congregationis, 14
utrumque Officium recitare, ut advertit *Gavan. in
Com. Rubr. Brev. in præl. cap. 2. num. 26.* Neque po-
teſt bis in anno Officium celebrari, eo quòd in Ec-
cleſia adſint duo celebres Reliquiæ ejuſdem Sancti,
quia moraliter uniuntur ad unicum Corpus. *Quintana
d. tract. 7. ſingul. 30. num. 7.* Quod in Rubrica Brevia-
rii legitur; quaſdam Congregationes poſſe, juxta ea-
rum conſuetum, Officium celebrare de Sanctis, et-
ſi in Kalendario non deſcriptis, explica de canoni-
cè erectis; privati enim homines ex ſe conſtituere
Congregationem non valent abſque Papæ, vel Epiſ-
copi aſſenſu. *Bapt. Vivian. in cap. Dilecta, de exceſſ.
Prel.*

De Sancto, etſi nuper Canonizzato, & in Brevia- 15
rio nondum adjuncto, extra Eccleſiam, ubi ſunt ejus
Reliquiæ inſignes, utpote Caput, Crus, Brachium,
non poteſt fieri Officium, ſine novo Decreto, ut ex-
plicuit S. R. C. apud *Novar. V. Officium num. 7.*, de
declaratione teſtatur etiam *Quintan. d. l. cit. num. 3.*
qui tamen *tr. 7. ſingul. 2. 9. & 10. ac tract. 8. ſingul. 1.
n. 4.*, pluribus rationibus probare nititur, Epiſcopo
jus eſſe ſtatuendi, ut ejuſdem Sancti Officium cele-
bretur in ſua Civitate, & Diœceſi in communi, ſine
alio Decreto, & exemplificat de Sancto Franciſco
Xaverio, à Gregor. XV. Canonizzato, & in Bre-
viario adhuc non appoſito: Decretum verò S. C.
mox allatum, interpretatur, quòd Epiſcopi nequeant
abſque novo Decreto Officia componere, vel com-
poſita edere ſine Apoſtolico indulto, cui doctrinæ non
adhæreo; nam à nobis fuit humiliter ſupplicatum S.
R. C. pro facultate celebrandi in hac Collegiata Of-
ficium præfati Sancti Franciſci, prout in communi;
& non fuit conceſſum, ſed quia non multò poſt iſte
Sanctus, cujus interceſſione plures gratiæ hìc à Deo
fuerant elargitæ, fuit à Clero, & Populo in Compa-
tronum hujus Civitatis, & Suburbiorum electus ad
formam relatam à *Gavan. in Man. V. Beatorum cultus*.
Hoc expoſito, ac iteratis antedictis precibus eidem
Sac. Congregationi, nobis benignè indulſit, ut in hac
Eccleſia Officium S. Franciſci Xaverii de communi
Confeſſ. non Pontif. celebretur ipſa die, qua ad Cœ-
leſtem Gloriam evolavit. Ex quibus convincitur, hu-
juſmodi Officium non potuiſſe concedi per Epiſcopum,
qui nec poteſt Officium ſimplex in Breviario deſcri-
ptum in Semiduplex extollere, neque Semiduplex in 16
Duplex, ita declaravit Sac. Rit. Congreg., annuen-
te *Urbano VIII. ſub die 8. Aprilis 1628.* Quod multò
minus poſſunt Canonici, & contrafacientes læthali-
ter delinquunt, ſecundùm *Lezan. in Summ. part. 1. cap.
12. num. 13.* Id tamen rariſſimè facientes, à mortali
culpa, ſed non à veniali excuſat *Dian. part. 11. tract.
4. reſ. 45.*

Quartò, in ſacrarum Precum lectione, ſive decan-
tatione, oportet ſervare tempus, quod incipit à me-
dia nocte cujuſvis naturalis diei, & terminatur ad
mediam noctem ſubſequentis. *Val. 22. d. 6. quæſt. 2.* 17
*part. 10. Zerol. V. Horæ Can. Graff. dec. part. 1. lib. 2. c.
53. num. 18.* Singuliſque Horis Canonicis eſt aſſigna-
tum tempus proprium, quas privatè recitans, illud
præveniendo, vel retardando abſque cauſa, non pec-
cat niſi

eat niſi venialiter, dummodo recitentur dicto inter-
vallo. *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 37. dub. 12.
numer. 79. Card. Tol. ſuæ Inſtr. lib. 2. capit. 53.* Erit-
que veniale gravius, & levius, juxta magnam,
vel parvam anticipationem, vel retardationem, ſed
ſatisfit Eccleſiæ præcepto, ut docent Scribentes *ſuper
cap. 1. de celebr. Miſſ.*

Quinimmò ex univerſali conſuetudine, privatim
18 Matutinum craſtinum cum Laudibus ſero præceden-
ti ſolvere licet: ita communiter docent DD., qui ta-
men circa præciſam horam minimè conveniunt. Non-
nulli apud *Sanchez in Opuſc. part. 2. lib. 7. cap. 2. dub.
37.* opinantur, poſſe recitari Matutinum ſequentis
diei, una, vel duabus horis poſt meridiem, quos ſe-
quuntur alii apud *Quintan. l. c. tr. 8. ſing. 2.* Quod à
pluribus reprobatur, quoniam nec conſuetudo id in-
troduxit, nec legitur, id fuiſſe alicui à Summo Pon-
tifice conceſſum. Alii aſſignant quartam horam me-
ridianam: ita *Leſſ. de Juſt. & Jur. l. 2. cap. 37. d. 12.
Henriq. in Sum. lib. 9. cap. 24. num. 7. lit. P.* Quæ opi-
nio videtur rigida tempore hyemis, & magis rigidior
eſt illa *Card. Tol. lib. 2. cap. 13. nu. 7.* & aliorum, ar-
bitrantium, non poſſe perſolvi niſi occidente Sole,
qui moventur ex eo, quòd Summ. Pontif. ſolet pri-
vilegiare aliquos de Clero, ut ſuo oneri ſatisfaciant
legendo Matutinum craſtinum in Veſpere anteceden-
ti, una hora ante occaſum Solis, ergo, inquiunt,
Diplomate Apoſtolico non poteſt recitari. Sed hujuſ-
modi fundamentum rejicitur, quia pluries Privilegium
concedit idem, quod Jus commune, & datur ad tollen-
dos ſcrupulos, & pacandam conſcientiam ob diverſi-
tatem opinionum, ut inquiunt *Macign. de Hor. Canon.
cap. 37. num. 7. & Bonart.* ubi ſupra *lib. 2. cap. 30.
num 26.*

Alii diſtinguunt tempora, & dicunt poſſe recitari
Matutinum hora 20. in Æſtate, 21. in Vere, ac Au-
tumno, & 22. in Hyeme: ita *Gavan. in Rubr. Brev.
Bonac. de Hor. Can. d. 1. quæſt. 3. part. 3. num. ult.* &
cœteri per eum relati, quorum ſententia eſt probabi-
lis. At verò mihi ſemper magis placuit opinio alio-
rum, qui uno verbo interſtinguunt non ſolùm quatuor
anni tempora, ſed & ſingulos anni menſes, ac omnes
hebdomadas, dicendo, tempus congruum, Matuti-
num de ſero antecedenti privatè recitandi, ſemper eſ-
ſe, quando Sol propius eſt ab Occaſu, quàm à Me-
ridie, nam tunc per quandam legis fictionem, & Ca-
nonicam computationem, quoad Officia Eccleſiaſtica
incipit dies ſequens. Concluſio eſt *Henriq. in Summ. lib.
9 cap. 24. num. 7. lit. P. Becan. de Sacram. quæſt. 15.
num. 2. Paul. Com. Mor. lib. 1. quæſt. 50. num. 4.* & alio-
rum. Concordant *Caiet. in Summ. V. Hora. Macign.
de Hor. Canon. l. cit. num. 87. Francol. de Hor. Canon.
cap. 19. num. 1. & cap. 25. num. 26. Bonart. eod. tract.
lib. 2. cap. 30. num. 23.* & cœteri apud *Sanchez l. cit.
num. 9.*

At verò in Cathedralibus, & Collegiatis tempus
legitimum decantandi Matutinum eſt poſt mediam no-
ctem, quia tunc Sol incipit ad nos venire. *Vega in
Summ. V. Hora, num. 1. Trullench. l. cit. dub. 8. num. 8.*
Et dicitur Matutinum à Matura, hoc eſt Aurora.
19 Veruntamen Canonici, ſoliti Matutinum in Eccleſiis
perſolvere una hora poſt ortum Solis, non poſſunt co-
gi ab Epiſcopo, ut recitent ante orientem Solem. Ita
declaravit Sac. Congreg., relatore *Barb. in Summ. col-
lect. 468. num. 6.* Interdum Summ. Pontifex, vel S.
Conc. Congreg. ex cauſa Privilegium indulget quibuſ-
dam Collegialibus, quòd valeant in ſuis Eccleſiis in
hyeme decantare, pridie poſt Completorium, Ma-
tutinum craſtinum, & eo caſu hyems accipitur à pri-
ma die Novembris uſque ad primam Maii, prout reſ-
pondit Sac. Epiſc. &. Reg. Cong. Epiſcopo Aretii ſub
die 30. *Martii Anni* 1599.

Canonicis hujus Collegiatæ S. C. C. ſupplicanti-
bus, quatenus dignaretur, à Dominica prima Adven-
tus uſque ad Sabbatum Sanctioris Hebdomadæ, ean-
dem gratiam ſibi concedere, ob cauſas, & motiva ſe-
quentia: Quia eorum Chorus eſt poſitus in ſitu frigi-
diori Civitatis, & ob magna frigora Canonici ætate
ſeniores non conveniunt de mane ad Matutinum; ac
decurrentibus dicto temporis curriculo diebus brevio-
ribus, in quibus in Adventu, & Quadrageſima ha-
bentur in eadem Eccleſia Conciones, cum Canonici
ferè omnes habeant onus ibi quotidie celebrandi Miſ-
ſas planas, quibus major pars Populi intervenit, ar-
ctantur Miſſas Conventuales, unam, vel duas, quan-
do præſcribuntur, & Horas diurnas properatè canere,
nec non Miſſas planas inordinatè, ac tempore Divi-
norum dicere; quod non ſequeretur, ſi Matutinum ſe-
ro antecedenti perſolveretur unà cum Officio parvo B.
V. Quibus cauſis coram Epiſcopo, juſſu S. C. verifi-
catis, fuit permiſſum Matutinum poſſe pridie poſt
Completorium dicto tempore in hac Collegiata reci-
tari. Et dubitatum fuit circa horam hujus perſolu-
tionis. Quidam dixerunt inchoandum eſſe recitato
Completorio, hora à jure præfixa, quia agitur de Offi-
cio publico, in quo ſtrictiùs quàm in privato, ſervan-
da ſunt tempora Canonica. Ego autem contrarium
cenſui, & iterum teneo, quòd decantatis Veſperis,
& immediatè Completorio hora competenti, hoc eſt
tertia, vel quarta poſt meridiem, vel paulò, aut mi- 20
nus, non enim ſumitur mathematicè, ſed moraliter,
licitè recitari poſſit Matutinum craſtinum, præfato
Privilegio attento, dummodo initium fiat intra limi-
tes ſuperiùs aſſignatos Matutino privato, videlicet
dum Sol incipit declinare verſus noctem: ita ſervatur
in Matutinis publicis triduo ante Paſcha, ut teſtatur
S. Fauſt. *de Hor. Canon. quæſt.* 193. Idemque poſitum eſt
in more ex generali conſuetudine in Matutinis per to-
tam octavam Corporis Chriſti, ut obſervant *Caſtald.
lib. 1. cap. 10. num. 33. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 9.
quæſt. 5.*

Nec obſtant verba privilegii, quæ cantant poſt Com-
pletorium, cujus hora eſt circa Occaſum Solis, nam
notorium eſt, in dictis Collegiatis Completorium re-
citari conjunctim cum Veſpere, ut notant *Car. Macign.
Francol. Bonart. l. cit.* Nec urget, quòd tempus Veſpe-
ri deſignatum, ſit hora 22.: namque modò non tam
præciſè ſervantur tempora ſtatuta, ſed ſecundùm con-
ſuetudinem Patriæ recitantur non ſolum Veſper, &
Completorium, ſed & Prima, Tertia, Sexta, & No-
na, quæ juxta ipſarum nomina olim alia retinebant
tempora deſignata. *Val. l. c. d. 7. q. 2. punct. 10. Nav. de
orat. cap. 3. n. 39. Caiet. & Arm. V. Hora, num. 17. Ver-
ruel. l. c. tr. 8. qu. 58. n. 7.*

Matutinum de jure recitandum eſt ſummo mane, ſe-
poſito privilegio, de quo loquimur, vel conſuetudine
immemorabili, ex rationali cauſa introducta, ut inquit
Trullench. ubi ſupra, & communiter tradunt DD., ni- 21
ſi quandoque Veſpere pridiano recitari contingat ob
Concionem, & Proceſſionem, vel Principis primum
adventum, timorem hoſtium, & ſimilia, ex quibus
meliùs pro illa vice judicatur Matutinum ſic anticipa-
re, quàm mane utrumque properatè efficere, ita *D.
Thom. Quodlib. 5. art. 28. Card. Turrecr. ſuper cap. Pres-
byter, diſt. 28. Fragoſ. lib. 10., d. 22. quæſt. 2. num. 9.
tom. 2.* Priſcis temporibus ſingulæ Horæ Canonicæ di-
ſtinctis vicibus decantabantur; modò non tam præciſè 22
ſervatur, ſed quælibet Regio ferè habet ſuam conſue-
tudinem, quæ in hoc derogare poteſt juri communi.
Sanchez l. cit. nu. 3. Francol. ubi ſupra cap. 24. Et non-
nulli Canonici juxta eorum ſolitum, poſſunt mane
concinere Matutinum uſque ad Nonam incluſivè, &
poſt prandium Veſperas, & Completorium. Alii ve-
rò communiùs diluculo perſolvunt Matutinum cum
Prima, & intervallo facto, Tertiam, Sextam, & No-
nam, ſimulque canitur Miſſa, & exindè, hora com-
petenti, Veſper unà cum Completorio, quod magis
placet *Navar.* ubi ſupra *num. 33. & Suarez. de Relig.
lib. 4. cap. 27. num. 7.* Excipiuntur à dicta Regula dies
Quadrageſimales, in quibus, demptis Dominicis, Veſ-
peras in Collegiatis opus eſt canere ante prandium,
habita Concione. *c. ſolet, de conſec. d. 5. rubr. de obſerv.
Jejun. a. 2. Cajet. l. c.*

Quòd ſi in aliquibus locis conſueverint Canonici
Veſperas in Feſtis, etiam tempore Quadrageſimæ,
poſt prandium decantare, hoc non attenditur, cum ſit
contra Rubricas, ut poſt alios docent *Francol. de Hor.
Canon. cap. 34. num. 51. & Vidal. l. cit. in quæſt. 5. in
addit.*, quod ſequitur, etſi fiat ad inſtantiam Populi,
in majori numero ad Eccleſiam poſt prandium conve-
nientis; namque potiùs ſatisfaciendum eſt Eccleſiæ,
ita mandanti, & Populus eſt docendus, non ſequen-
dus,

Digitized by Google

dus, ut habetur *in cap. Docendus diſt.* 62. In quorum confirmationem facit, quòd dum in Capella Papæ celebratur Feſtum Annunciationis Beatiſſimæ Virginis in Quadrageſima, ſi aliquando ob moram temporis, quod conſumitur in Miſſa ſolemni, non vacet ante comeſtionem præſcripto tempore celebrare, neque poſt prandium eodie celebrantur, nè fiat contra Rubricæ diſpoſitionem: ita adnotatur in *Cæremoniali Rom. lib.* 2. *cap.* 8. *ſect.* 2. Canonicos Veſperas in Feſtis Quadrageſimæ concinentes poſt prandium, non dicerem ob id læthalis culpæ reos, quia Rubrica in Breviario poſita die quarta Cinerum non eſt præceptiva, ita *Sanchez l. cit. dub.* 36. contra alios apud *Macign. l. cit. cap.* 54. *num.* 3. At minimè eos excuſarem à peccato gravi veniali, ex *Navarr. de Orat. cap.* 3. *num.* 40. *& Alvar.* ubi ſupra *V. Horæ Canon.* a. 11. à quibus non diſſentit *Tol. loc. cit. lib.* 2. *capit.* 13. An verò ultra inſinuatas
23 Veſperas, Canonici, extra debitas, & conſuetas horas, reliquum Divini Officii penſum publicè perſolventes, peccent mortaliter, Auctores dividuntur in duas contrarias opiniones: Affirmant *Sylv. in Summ. V. Horæ, quæſt.* 6. *Mirand. in Man. Prælat. part.* 1. *quæſt.* 37. *art.* 8. *Sot. de Juſt. & Jur. lib.* 10. *quæſt.* 5. *Philiarc.* ubi ſupra *lib.* 1. *cap.* 6. & alii negant. *Cajet. in Summ. V. Horæ, Bonac. l. cit. quæſt.* 3. *pun.* 3. *num.* 7. *Valent.* 22. *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *part.* 10. *§.* 5. *Novar. l. cit. nu.* 26. Mihi compoſitionis fœdere dicendum videtur, ſi Populus accedit ad Divina audienda, dum celebrantur
24 ſtatis temporibus, non autem extra conſuetas horas, amplectenda eſt prima opinio, quia Clerus ſe Pnpulo accommodare debet, tum ob damnum, tum ſcandalum, quod ex eo facilè provenit, ut innuit *Eſcob. tr.* 5. *exam.* 6. *num.* 70.

Si verò Chriſtifideles, pro quorum fructu ſtatis horis peraguntur Divina, ſoleant ad ea, tam dilata, quàm anticipata recitatinne confluere, vel regulariter nullatenus conveniunt, adhærendum puto ſecundæ ſententiæ, quia tali caſn nulli fit injuria, nec datur occaſio ſcandali. *Caramuel. l. cit. diſp.* 101. *Chaſſaingh. de Prov. Reg. part.* 2. *tr.* 8. *cap.* 3. *prop.* 4. *in fin.* & favent quæ tradunt *Jo: And. in cap. Presbyter. num.* 3. *de celebr. Miſſ. & Innoc. ibidem num.* 2. Ubi ſubjungunt, magis in omni eventu peccare Epiſcopos non curantes horarias ſupplicationes juxta morem Patriæ publicè recitari, prout his mandatur *in Clem.* 1. *de celeb. Miſſ.* & ſequuntur *Angel. in Summ. V. Horæ, nu.* 22. *Vaſquez. de Ben. cap.* 4. *§.* 1. *dec.* 3. *art.* 3. *num.* 63.

Verum eſt, quòd ſi Canonici in hoc ſuis Prælatis non obtemperarent, mortiferam culpam incurrerent:
25 *S. Fauſt. de Hor. Canon. quæſt.* 181. *&* 190. *Sanchez loc. cit. cap.* 2. *dec.* 42. Quod tamen intelligit, ſi Canonici abſolutè non obediant, ſecùs ſi ſemel, atque iterum in anno, quo caſu, remoto ſcandalo, non arbitratur eſſe pluſquam veniale. Idem docuerunt *Abb. in cap.* 1. *de Off. Archipresb. Monet. de Diſtr. part.* 1. *quæſt.* 1. *numer.* 16.

ARGUMENTUM.

Ad quem finem introductus fuerit in Eccleſia uſus canendi, & qualis debeat eſſe. De peritia cantus, quæ requiritur in Canonicis, & Beneficiatis, maximè ex Fundatione, vel Statuto. Et de officio Primicerii.

SUMMARIUM.

1 *Præcipuum Canonicorum munus eſt Officia Divina ſolemniter canere.*
2 *Uſum canendi congruenter Eccleſia recepit, cum ex eo animi Fidelium ad devotionem magis excitentur*, & n. 7.
3 *Affertur hujus rei exemplum in D. Auguſtino* & numer. 5.
4 *Ritum canendi divinas laudes, à D. Ambroſio in Eccleſia Mediolanenſi inſtitutum, unde ipſe acceperit.*
6 *Hujuſmodi conſuetudine canendi utebantur antiquitus etiam Hebræi, ut in dedicatione Templi legitur factum.*
8 *Cantus, in divinis laudibus adhibendus, gravis debet eſſe, ac diſtinctus.*
9 *Cantu delectari, vel alios delectare velle, in Divinis Officiis perſolvendis, magis quàm verbis, eſt ſpecies reatus.*
10 *Cantus in Eccleſia admiſſus non fuit ex eo, quòd per ſe ſit valdè Deo acceptus, ſed tanquam medium conveniens ad augendam Fidelium devotionem.*
11 *Canonici, aliique Beneficiati Cathedralium, ſeu Collegiatarum, tenentur ex vi ſui muneris cantum Gregorianum addiſcere.*
12 *Peccant ii, qui adeò notabiliter malè canunt, ut vel riſum excitent, vel perturbationem, vel faſtidium.*
13 *Ab obligatione addiſcendi cantum Gregorianum non eximuntur Canonici, aliique Beneficiati, ob juvenilem, vel ſenilem ætatem, cum teneantur ſcire ea, ſine quibus munus ſuum obire non poſſunt: alias tenentur Officium dimittere.*
14 *Quando dicatur adeſſe in Canonico ſufficiens peritia canendi.*
18 *Quis dicatur habere ſufficientem ſcientiam pro ſuo munere adimplendo.*
16 *Si ex Statuto, vel fundatione talis peritia requiritur, hac qualitate non præditus à conſecatione Canonicatus, vel Capellaniæ excluditur*, & numer. 17.
18 *Amplia, etiamſi ageretur de conſanguineo Fundatoris.*
19 *Ad Primicerium ſpectat in Choro præeſſe, ac ordinare ea, quæ ordinem canendi concernunt.*
20 *Et in ſignum hujuſmodi poteſtatis, ſolet idem Primicerius, ſeu Cantor, in præcipuis Feſtivitatibus, uti Baculo argenteo.*
21 *Quando locum obtineant ea, quæ de munere & poteſtate Primicerii dicta ſunt.*

ANIMADVERSIONES.

CUM præcipunm Canonicorum officium ſit Divina Officia in Eccleſia ſolemniter canere, ut 1
monet *Fagnan. in cap. cum percuſſio num.* 15. *de Cler. ægrot.* & latè relatis antiquorum Canonum, & Conciliorum Decretis *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. Univ. part.* 1. *tit.* 6. *per tot.* aliqua prænotare circa Cantum, in Eccleſia inſtitutum, abs re non erit.

Quærit *S. Thomas in quæſt.* 91. *art.* 1. 2. 2., an Cantus in Divinis laudibus perſolvendis ſit, & reſolvit,
quòd congruenter Eccleſia recepit hujuſmodi uſum ca- 2
nendi, quia per cantum pium, ac devotum, affectus hominum provocantur in Deum, & infirmiorum potiſſimùm animi ad ſpiritualem devotionem magis excitantur. Undè S. Auguſtinus, Eccleſiæ lumen ſplen-
dentiſſimum, de ſe ipſo teſtatur, quòd ſe commoveri 3
ſentiebat, dum in Mediolanenſi Eccleſia audiebat Clerum canentem Divinas laudes juxta Ritum, morem-
que inſtitutum à D. Ambroſio, ab eoque acceptum 4
ab Orientalibus, ut tradit *Cardin. de Lauræa in Epit. Canon. Verb. Cantus*, & ut ait in *lib.* 9. *ſuarum Confeſſion. -- Flere in hymnis, & canticis tuis ſuave ſo-
nantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter*, & in *lib.* 5
10. earum Confeſſionum -- ait, *adducor cantandi conſuetudinem approbare in Eccleſia, ut per oblectamenta aurium infirmiorum animus in affectum aſſurgat.*

Hujuſmodi conſuetudo caneodi probata etiam ap-
paret in Veteri Teſtamento, cum in *lib.* 2. *Paralipom.* 6
cap. 7. referatur, quòd in ſolemni Dedicatione Templi Sacerdotes, & Levitæ canebant Pſalmos, & Hymnos ibi -- *Sacerdotes autem ſtabant in Officiis ſuis, & Levitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David Rex ad laudandum Dominum; Quoniam in æternum miſericordia ejus, hymnos David canentes per manus ſuas*, & paſſim in eodem Teſtamento fit mentio cantus adhibiti in Divinis laudibus.

Ut autem hoc pinm inſtitutum non diſſideat ab intentione, qua illud ſuſcepit Eccleſia, ut videre eſt in
can. de hymnis, & can. ſequen. de conſecrat. diſt. 1. ne- 7
ceſſe eſt, ut pſallantes modeſta gravitate, & placi-
da modulatione decantent, & dulcis in ore, & cor- 8
de eorundem reſonet ſonus, quod tunc ſanè ſequitur cum pſallentes Deum corde ſuſpiciunt, dum verbis loquuntur. Hinc *Jo: XXII. in extravag. cap. unic.*

de vi-

de vita, & honeſt. Cler. ait -- *In Eccleſiis Dei pſalmo-*
dia cantanda præcipitur, ut fidelium devotio excitetur,
in hoc nocturnum, diurnumque Officium, & Miſſarum
celebritates aſſiduè Clero, ac Populo ſub maturo tenore,
diſtinctaque gradatione cantantur, ut eadem diſtinctione
collibeant, maturitate delectent. Oportet etiam ut non
cantetur, dandæ, vel accipiendæ delectationis gra-
9 tia, nam delectari, aut alios delectare velle in Of-
ficiis Divinis magis cantu, quàm verbis, eſt ſpecies
reatus, ut fatetur idem *S. Auguſtinus lib.* 10. *Confeſſ.*
relatus *à Navarr. in Comment. de Oration.*, *& Horis*
Canonic. capit. 16. *numer.* 34., cujus verba ſunt
hæc -- *Cum mihi accidit, ut me ampliùs cantus,*
quàm res, quæ cantatur, moveat, pænaliter me pec-
care confiteor, & tunc mallem non audire cantantem, cum
quo concordat *D. Hieronymus in Epiſt. ad Epheſios cap.*
5. qui ait -- *Audiant, quibus in Eccleſia eſt pſallendi*
Officium Deo, non voce, ſed corde cantandum, nec in
tragædorum morem guttur, & fauces medicamine linien-
dæ ſunt, ut in Eccleſia theatrales moduli, audiantur &
cantica.

Debet igitur cantus in Eccleſia, ut ſit conformis
intentioni, qua receptus fuit, eſſe occaſio excitandi
devotionem, tum in canente, qui diutiùs in verbis
immorando poteſt meliùs ad illorum ſenſum guſtan-
dum attendere; tum in eis, qui interſunt, cum can-
tus in Divinis Officiis fuerit admiſſus non ex eo quòd
10 per ſe ſit Deo valdè acceptus, ſed tanquam medium
conveniens ad augendam devotionem Fidelium, ut
advertit *Navarr. in d. Comment. de Orat. cap.* 17. *nu.* 30.
cui conſonat *Text. in d. Extravag. de vit. & honeſt. Cle-*
ric. cap. unic.

Deſcendendo autem ad obligationem, quæ incum-
bit Canonicis, aliiſque Beneficiatis Cathedralium,
ſeu Collegiatarum, canendi Divina Officia, adver-
11 tendum eſt, quòd ipſi tenentur ex vi ſui muneris ad-
diſcere cantum, quem vocamus Gregorianum, ut do-
cent *Garz. de Benef. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 113. *Pignat-*
tell. conſult. 21. *nu.* 6. *tom.* 8. & peccare eos, qui tam
12 notabiliter malè canunt, ut riſum excitent, vel per-
turbationem, aut faſtidium cauſent, ita ut eos ab hac
obligatione non eximat juvenilis, vel ſenilis ætas,
13 quia, cum ſuſceperint onus, quo convenientèr fungi
neſciebant, tenentur, vel addiſcere ea, ſine quibus,
ut par eſt, munus ſuum obire non poſſunt, vel illud
dimittere, ad *Text. in cap. niſi cum pridem §. Pro de-*
fectu, de renunciat. Canon. non eſt putanda 1. *quæſt.* 1. *l.*
idem juris §. Primo ff. ad L. Aquil. & in puncto *Na-*
varr. in Comment. de Orat., *& Hor. Canon. cap.* 16. *nu-*
mer. 30.

Dicitur autem adeſſe in Canonico ſufficiens peri-
14 tia, quando per ſe, juxta qualitatem ſui officii po-
teſt explere, quæ ſibi incumbunt. *Philippus Decius*
in cap. cum in cunctis num. 34. *de elect. ibi - ſufficiens*
verò ſcientia dicitur ſecundùm qualitatem officii, & Be-
neficii. Hoſtienſ. ibidem numer. 15. ſufficientem au-
15 tem habet quando ſibi per ſe ſufficit ad, ea quæ ſi-
bi veniunt expedienda. *Fagnan. ibidem numer.* 138.
Tellez Gonzal. in capit. 15. *numer.* 15. *de ætat. &*
qualitat. -- Et ſufficientem ſcientiam interpretamur,
quæ ſufficit iis explendis, quæ neceſſario incumbunt
cujuſque officio & miniſterio.

Quòd ſi ex Statuto, vel fundatione requiritur ta-
lis notitia, tunc etiam ſtrictiùs eſſet procedendum,
16 & non qualificatus juxta legem non poſſet obtinere
Canonicatum, vel Capellaniam. *Innoc. in d. cap. cum*
in cunctis num. 1. *verſ. Cantor autem. Hoſtienſ. ibidem*
ſub num. 12. *verſ. Cantor autem, de elect.* & eſt genera-
17 le, quòd deſtitutus qualitate requiſita in fundatione,
non poteſt ad Beneficium eligi, ad *Text. in cap. ſigni-*
ficatum, de Præb. Gonzal. ad Reg. 8. *Cancell. Gloſſ.* 9. *§.*
ſub num. 3. *Rot. dec.* 400. *num.* 2. *part.* 19. *tom.* 1. cum
aliis *in Burgen. Beneficii* 21. *Januar.* 1704. *§. Et quate-*
nus, cor. Kaunitz. Quod utique etiam procedit, ſi age-
18 retur de Conſanguineo Fundatoris, & ſpecialiter præ-
dilecto, quia propter defectum qualitatis requiſitæ non
attenditur illa ſanguinis, & prædilectionis. *Rocch. de*
Jurepatr. in verb. honorificum, quæſt. 16. *num.* 43. *Tondut.*
Quæſt. Benef. cap. 118. *num.* 30. *&* 34. *Rot. cor. Burat.*
dec. 680. *n.* 1.

Ad Primicerium, de quo fit mentio in *tit. de offic.*
Primicerii, de jure ſpectat in Choro præeſſe, & Ca-
nonicos, Clericos, cæteroſque Miniſtros dirigere in
iis, quæ concernunt ordinem canendi Divinum Of- 19
ficium, ac omnia præordinare, ita ut Divina Officia
graviter, & ordinatè Altiſſimo perſolvantur, & om-
nia juxta Apoſtolum ſecundum ordinem fiant in Ec-
cleſia *Barboſ. de Canonic. cap.* 9. *Fermoſin. in Comment.*
ad tit. de Offic. Primicerii, *Van Eſpen. in Jus Eccleſiaſt.*
part. 1. *cap.* 3. *tit.* 11. *n.* 3. ac in ſignum hujus poteſta-
tis circa directionem Chori, ſolet in aliquibus Eccle-
ſiis Primicerius, ſeu Cantor, in præcipuis Feſtivita- 20
tibus uti baculo argenteo, ut de more Eccleſiæ Lug-
dunenſis teſtatur *Van Eſpen. loc. cit. n.* 5. & talis con-
ſuetudo viget etiam in Eccleſia Primatiali Piſana.
Hæc tamen, quæ diximus, de poteſtate, & authoritate
Primicerii, locum obtinent, quoties non habeat ſim-
plex nomen, ſine adminiſtratione Officii; nam hoc
caſu hujuſmodi facultas præordinandi in Choro ſpectat
vel ad primam Dignitatem, vel ad Præfectum Cho-
ri, à Capitulo deputatum, juxta conſuetudinem cujuſ-
que Eccleſiæ.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De Loco, in quo recitari debent Horæ Canonicæ. Obligatio illas recitandi in Cathedrali, vel Collegiata, eſt realis, quæ afficit Collegium, ſeu Capitulum, non autem perſonas ſingulares Canonicorum. De modo ritè recitandi eaſdem Horas Canonicas, & de dando ſigno cum pulſatione Campanarum, & de ordine ſervando in ingreſſu Chori, ac de illo ſervando in ſedendo; & an Sedes vacuæ Canonicorum poſſint occupari ab inferioribus.

S U M M A R I U M.

1 *Locus obſervandus eſt in publica recitatione Divinorum Officiorum; an autem in privata.*
2 *Nec etiam in Aulis Principum licet publicè eas decantare.*
3 *Eccleſia materialis, quas partes habeat.*
4 *Pro publica Horarum perſolutione, locus deſtinatus eſt Chorus.*
5 *Obligatio recitandi in Choro Divina Officia eſt realis, nec afficit perſonas particulares de Capitulo.*
6 *Quid agendum, ſi perſonæ particulares negligerent eandem recitationem.*
7 *A' quo dictus ſit Chorus.*
8 *Tempore hyemis, an poſſit recitari Officium à Canonicis in Sacriſtia, vel alibi.*
9 *Ubi Canonici Divina celebant Officia dicitur Chorus.*
10 *Modus recitandi Divinum Officium declaratur.*
11 *Publicæ Pſalmodiæ præmittendus eſt Campanarum ſonus ad convocandum Populum, & Canonicos.*
12 *Circa modum pulſationis Campanarum, ſervanda eſt conſuetudo cujuslibet Eccleſiæ.*
13 *An excuſentur non intervenientes in Choro, ex eo quòd non fuerunt pulſatæ Campanæ, vel horis intempeſtivis, & inſolitis;* & n. 14.
15 *Modus eſt ſervandus in pulſatione Campanarum habita conſideratione ad Feſtivitates.*
16 *Quid cogitare debeat Canonicus, cum audit ſignum Campanarum.*
17 *Quid facere debeat poſtquàm ingreſſus eſt Eccleſiam.*
18 *Habitum Choralem induere debet Canonicus modeſtè & extra Chorum.*
19 *Quid cogitare debeant Canonici induentes habitus Chorales, nempè Rocchettum, ſeu Cottam, Almutias ſeu Cappas.*
20 *Quando Epiſcopus accedere vult ad Eccleſiam ad Divina Officia, quid ſit agendum.*
21 *Antequàm Canonici ingrediantur Chorum, quæ ſint prævidenda.*
22 *Canonici in ſolemnioribus debent egredi de Sacriſtia, & procedere ad Chorum bini, & bini, & qui ſint dies ſolemniores.*
23 *Ordo progrediendi ad Chorum in dictis Solemnitatibus declaratur.*

24 *Ser-*

24 *Servanda eſt conſuetudo, ut Hebdomadarius ſumat Pluviale tantùm ad Capitulum Veſperarum.*

25 *Canonicus an poſſit occupare Sedem vacuam alterius Canonici, ſeu Dignitatis*, & numer. 26. 27., & 28.

29 *Sedes Canonicorum, & Dignitatum, debent eſſe omnino æquales*, & num. 31.

30 *Quæ dicatur prima Sedes, ubi Altare eſt ſeparatum à pariete, & ubi ſtatuendus ſit locus pro Epiſcopo, ſeu Prima Dignitate Collegiatæ*, & numer. 32.

33 *Locus, ubi manet Epiſcopus, reputatur ſemper nobilior, ſive ſit à dextris, ſive à ſiniſtris.*

34 *Locus nobilitatur à perſona, & afferuntur exempla.*

35 *Sedes Epiſcopi, & etiam Prælati in ſua Collegiata, debet eſſe eminentior cæteris, ubicunque ſit poſita.*

36 *Quæ debeat eſſe Sedes Canonici Hebdomadarii, & Capellani Hebdomadam facientis, etiam parati* numer. 37.

38 *In Collegiata, an prima Sedes debeatur Canonico Hebdomadario parato, vel potiùs Primæ Dignitati, & affertur diſtinctio* n. 39.

40 *Sedes pro Hebdomadario ubi ſit collocanda, & quid ubi Capitulum accedit ad ſolemnizzandum Feſtum in alia Eccleſia*, n. 41.

42 *Sedes Hebdomadarii poteſt eſſe magis elevata cæteris, ſed non disjuncta ab aliis Sedibus Canonicorum.*

TITULUS II.

QUinto, in publicè pronunciandis Divinis precibus obſervandus eſt locus. Dixi publicè, nam privatè, fundi poſſunt etiam in via pedeſtri,
1 vel equeſtri; ſemper enim ſumus in loco dominationis Dei, ut ex *Pſalm.* 98. notat *Poſſev. l. cit: de Off. Cur.* Dicunt aliqui, quos non improbat *Dian. part.* 10. *tract.* 11. *reſ.* 17., Horas Canonicas poſſe abſque peccato privatim recitari, dum cibus egeritur. *Caramuel. Com. Reg. S. Benedicti diſp.* 50. *via.* 6., & confirmant exemplo certi hominis penes *Razium in V. Horæ*, ſic recitantis; & ſubſannabat Dæmon, cui ille: *Quod deſcendit tuum eſt, quod aſcendit meum, in Divini Numinis cultum.* Favet, quòd Daniel inter beſtias, Ezechias in lecto, Job in ſterquilinio, S. Agnes in lupanari orabant. Alii non excuſant à culpa veniali exolventem in loco ſordido Divinas precationes, niſi hoc fiat ex cauſa. Omnes verò conſentiunt, publicas Horas Canonicas eſſe in Eccleſia recitandas: conſtat exemplo Apoſtolorum, ad orationem adeuntium, ex *cap.* 1. *de celebr. Miſſ.*, & *cap. Dolentes*, *eod. tit.* neque fas eſt, etiam in Aulis Principum, eas ſolemniter de-
2 cantare. *Sot. de Juſt. & Jur. lib.* 10. *quæſt.* 5. *art.* 4. *Petrell. lect.* 10. §. 1.

Eccleſia alia eſt Spiritualis, alia materialis: Spiritualiter ſumpta, eſt Fidelium collectio: Ita intelligit Regius Pſaltes *Pſal.* 34. ibi *Confitebor tibi in Eccleſia magna*, & conſonat *cap. Eccleſia, de conſecr. diſt.* 1. Materialis, de qua loquimur, eſt Ædificium, murorum circuitu conſiſtens. De hac habetur 1. *Thim. c.* 3. *Volo in Eccleſia Orationes fieri, & in c. fin. Nè prœl. vic. ſuas.*
3 Iſta tres habet partes, Chorum, Presbyterium, & Navim, *cap.* 1. *de vit. & hon. Cler.* Locus in Eccleſia deſtinatus pro publica Horarum perſolutione eſt Cho-
4 rus, *cap. ult.* 92. *diſt. gloſ. in d. cap.* 1. *Daoyz. V. Chorus.* Obligatio dicendi Divinum Officium in Choro eſt realis, & non reſpicit ſingulas perſonas Capitulares, ſed
5 afficit Capitulum: *Cajet. in Summ. V. Horæ Suarez tom.* 2. *de Relig. cap.* 10. *tit. de Hor. Canon.* Verùm ſi Capitulum non reſpondeat huic oneri, obligatio illa realis efficitur perſonalis, & principaliter obligat Collegiatæ Præſidem, exindè ſingulos Canonicos ſub mortali
6 ad celebrandas quotidie in Choro Divinas ſupplicationes. *Petr. Anel. de Hor. Canon. cap.* 2. *dub.* 4. *num.* 7. & *cap.* 3. *d.* 2. *num.* 9. *Marc. l. cit. tract.* 2. *quæſt.* 3. Fas, juſque eſt Capitulo Horas Canonicas concinere in qualibet Capella, vel publico loco ipſius Eccleſiæ: Etenim ex quo Canonici ad ibi Sacra Oraria celebranda conveniunt, nuncupatur Chorus, ſic dictus à concor-
7 dia canentium, quaſi coævorum cantus, ut notat *Sacerdot. Rom. part.* 3. *fol.* 3., & *Coccin. dec.* 197. *num.* 4. Ex juſta cauſa, ut ob magnum hyemis frigus, poteſt Epiſcopus indulgere Canonicis, ut Eccleſiaſticum 8
Officium, tunc temporis recitent in Sacriſtia, ita DD. *apud Gavan. in Com. ad Rubr. Brev. ſect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 7. *num.* 2. & cenſuit S. R. C. in una *Sarzan. ſub die* 3. *Maii* 1633. relatore *Barboſ. de Can. & Dign. capit.* 34. *nu.* 8. Immò ſi Sacriſtia, vel Tribuna, in muro communi verſus Altare majus habeat feneſtram, vel portam, in Eccleſia reſpondentem, ex quibus apertis, Populus benè audire valeat Divinas Preces, licitum erit Canonicis, etiam abſque licentia Epiſcopi, Divinum Officium explere in eadem Tribuna, vel Sacriſtia, exceptis diebus feſtis: ita docent *Bordon. Conſ. Reg. tom.* 1. *reſol.* 13. *n.* 22. & *Lezzan. in Sum. tom.* 4. *V. Officium Divinum*, *nu.* 8. & conſonant tradita per *Dian. part.* 6. *Mor. tract.* 8. *reſol.* 13. omninò videndus cum *Bon. l. cit. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun.* 5. *n.* 3. Et hujuſmodi locus, ubi Divina celebrantur Officia, dicitur Chorus; dummodò ejuſdem Collegiatæ Canonici ſaltem quatuor in- 9
terſint, & pſallant. *Nald. de Conſecr. dec.* 5. *Bordon. l. cit. reſp.* 30. *num.* 8. *Bonac.* ubi ſupra *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *p.* 2. *num.* 1. Quemadmodum Curia Romana ibi eſſe fertur, ubi eſt Papa. *Innoc. & Abb. in cap. Cum ego, de jureiur. num.* 6.

Ad hæc in perſolvendo Divino Officio requiritur modus, qui triſariam aſſignatur: nempè, ut celebretur reverenter, ſtudiosè, ac devotè, *cap. Cantantes* 92. *d. cap. Dolentes, de celebr. Miſſ.* & *Clem.* 1. *eod. tit.* ubi Canoniſtæ intelligunt *reverenter*, quo ad ſitum corpo- 10
ris, & cæremonias præſcriptas, maximè in Choro; *ſtudiosè*, quo ad officium oris; & *devotè*, quoad munus cordis ſpectat, idem docet *Filliuc. mor. tract.* 23. *cap.* 6. *num.* 190.

Et primò advertendum, quòd Deus non verborum, ſed adverbiorum remunerator eſt: Hoc eſt, non præmiat bonum, quod agitur, niſi benè, ac ritè fiat; paria ſunt enim non facere, & non ritè facere, ut inquiunt *Abb. in cap.* 1. *de re jud. numer.* 27. & *Polac. de Cærem. part.* 2. *cærem.* 4. Publicæ Pſalmodiæ præmit- 11
tendus eſt Campanarum ſonus ad convocandum Populum in Templum ad audienda Divina. *Card. Baron. Ann. LVIII. num.* 104., nec non ad præmonendos Canonicos de inſtante hora conveniendi in Chorum ad laudandum Deum. *Rocc. in tract. de Campan.* Et quia tempora non ſunt æqualia, ſed varia, Sacriſta deſcribat in Tabella menſatim ſtatas horas, quibus pulſandæ ſint Campanæ, & incipiendæ Horæ Canonicæ: *cap. Solet. de conſecr. dec.* 1. & *cap.* 2. *de off. Cuſtod.* Romæ Campana ſonat ad omnes, & ſingulas Horas Canonicas, ut teſtatur *Francol. l. cit. cap.* 27. *num.* 6. Ali- 12
bi pulſatur iis tantùm vicibus, quibus Canonici accedunt ad Eccleſiam pro Divinis celebrandis, circa quod ſervanda eſt conſuetudo. Quòd ſi ob aliquod impedimentum Campana Sacræ Turris pulſari non poſſit, & Divina Officia perſolvantur ſtatis, & conſuetis Horis, Canonici, ſilente campana, non intervenientes Choro, non poſſunt excuſari, quin punctentur etiam 13
prima vice, quia cum ſciant ſtatutas horas celebrationis Divinorum, abſque ſonitu campanæ debent accedere, ſi præſtare volunt id, ad quod tenentur; quod ſi non præſtant, cum non habeant aliud legitimum impedimentum, negligentes ſunt, & conſequenter culpabiles; ita pluribus juribus docet *Felyn. in cap. Si autem, de reſcript.* & ſequuntur *Bart. conſ.* 101. *num.* 1. & *Cravett. conſ.* 132. *num.* 4. & ita doctiſſimus *Paſqualigus*, per literas à me conſultus, reſpondit, & facit, quòd in triduo ante Paſcha Campanæ ſilent, ad repræſentandam fugam omnium Diſcipulorum, relicto CHRISTO Domino, & tamen eo tempore Choro addicti, non convenientes ad Sacra, punctantur. Hic addo, non intereſſentes Divinis, quia à Campanario non ſo- 14
litis, ſed intempeſtivis horis pulſata fuit Campana, adhuc punctandos eſſe; ſed poterunt iſti agere ad damnum ſuum contra eum, qui non adimplevit officium, ita argumento ex *l. Nec piſcatores, ff. de incend.* docet *Barb. in Vot. Dec. vot.* 102. *numer.* 90. idem ſequitur de Canonico, qui talem præventionem mandavit in præjudicium aliorum. *Macign. cap.* 47. *num.* 20., ubi etiam advertit, aſſignandum eſſe modum in pulſationibus Campanarum, habita conſideratione ad Feſtivi-

tatum

tatum ſolemnitatem , idem advertit *Molſeſ. tract. 11.*
cap. 7. num. 218. dicens , nunc majores , nuuc mino-
15 res pulſari . In eventu , quo cæpto ſigno pro Matuti-
no , quis Canonicus adhuc in lecto jacuerit , confeſtim
recogitet illum ſonum eſſe tubam militantis Eccle-
ſiæ , ipſum excitantis , & dicentis illud Judicum -- *Sur-*
ge , & loquere canticum Domini : atque abſque mora ve-
ſtibus talaribus indutus , potiùs eum primis , quàm
16 cum ultimis , pergat ad Eccleſiam . Ita quendam Ca-
nonicum admonuit *B. Birg. Revelat. lib. 4. cap.* 8n. Si
verò tempore , quo inſinuatus ſonus incipit , tam pro
Matutino , quàm pro reliquis Horis Divinis , fuerint
foris in viis pro aliquo negotio , nil operi Dei præpo-
nant , nè his poſſint adaptari verſus :

Quid facis extra Chorum , qui debitor Officiorum
Et Divinorum ? cur induis acta vagorum ?

ſed ſtatim ad Eccleſiam ſe conferant , in quam ingreſ-
ſi , orent ad Altare SS. Sacramenti , ubi dicere pote-
17 runt *Veni Creator Spiritus* , prout ſemper ante Divinum
Officium faciebat S. Franciſcus Xaverius : vel di-
cant , *Tua me Domine gratia ſemper præveniat , ac ſequa-*
tur , & Divinis precibus me præſtet eſſe intentum . Ali-
quas etiam Devotiones faciant de B. Virgine , pro-
ut quendam Canonicum docuit S. Birgitta *loc. cit.* , de-
indè proficiſcantur in Sacriſtiam , ibique , non in Cho-
18 ro , choralem habitum ſilenter , & modeſtè induant ,
& dum Rocchettum , ſive Cottam recipiunt , quæ
ſunt veſtes albæ , meditentur ſe gerere perſonam pu-
ram à peccati labe ; & ponentes Almutiam ſuper hu-
meros , contemplentur , ſe in ſuæ mortalitatis ſignum
19 talem ferre pelliceam , ita monet *Bellen. in capit. A-*
dam , de pænit. diſt. 1. Qui verò Cappis ſe veſtiunt ,
animo agitent , ſicut illæ humeros devinciunt , ſic ſe
oportere mundanas cogitationes depreſſas habere , &
mentem , & animum ad Dei cultum accomodare .
Tranſacta tertia parte unius horæ à ſigno dato per ſo-
num Campanæ Sacræ Turris procedatur ad inchoan-
dum Officium nemine expectato . *Sacr. Congreg.* apud
Gavan. V. Can. num. 23. Veruntamen ſi Epiſcopus in-
20 tereſſe voluerit , determinanda eſt cum eo certa ho-
ra pulſandi Campanas , in quo potiùs Populi , quàm
Epiſcopi commoditas attendenda eſt . *Sac. Rit. Congr.*
28. *Auguſti* 1584. Atque Epiſcopo hora deſtinata non
comparente , incipiatur Officium . *Barboſ. de Can. cap.*
32. *num.* 15. *& Sacr. Congregat. apud Polac.* ubi ſupra
fol. 447.

Antequàm Canonici ingrediantur Chorum , prævi-
denda ſunt , quæ cantari debent in nota : atque duæ
21 candelæ ad Altare majus accendantur . *Sac. Epiſc. Con-*
greg. 7. Auguſt. 1615. In ingreſſu Chori pulſetur Cam-
panula , qua denotari ſolet egreſſus Sacerdotis ad Miſ-
ſam planam , quod ſignum non fit pro adunandis Ca-
nonicis : hi enim jam debent eſſe in Sacriſtia , ſed ut
qui in Eccleſia conſiſtunt , noſcant tunc Officium in-
cipi : *D. Carol. Synod. part.* 2. *fol.* 121. Terminato ſo-
no ejuſdem Campanulæ , omnes de gremio Capituli
ſine mora , gravi inceſſu , & ordinatè procedunt ad
ſuum ſtallum in Choro . Et advertendum , ordinatio-
nem *Cæremonialis Epiſcoporum lib. 3. cap.* 5. ut Cano-
nici de Sacriſtia egrediantur bini , & bini , accipien-
dam eſſe in Solemnitatibus : ita interpretatur *Sacr.*
Rit. Congr. 12. *Jun.* 1628. Quæ ſolemnitates enumeran-
tur ab eodem *Cæremon. lib. 3. cap.* 3. ut ſequitur , Na-
22 tale Domini noſtri Jeſu Chriſti , Epiphania , Paſcha ,
Aſcenſio , Pentecoſtes , Corpus Chriſti , Nativitas S.
Jo: Baptiſtæ , Feſtum Apoſtolorum Petri , & Pauli ,
Aſſumptionis B. V. , Omnium SS. , Dedicationis Ec-
cleſiæ , Sancti Titularis ipſius Eccleſiæ , ac Patroni
Civitatis . Et ſciendum , quòd Paſcha , & Penteco-
ſtes , complectuntur tantùm primam earundem Solem-
nitatum diem . Hoc totum tradit *Rota part. 7. diverſ.*
ſeu in addit. ad 5. part. dec. 515. In Celebritatibus enar-
23 ratis ad Veſperas exeunt de Sacriſtia duo Ceroſera-
rii , Cereos accenſos ferentes , exindè alii Clerici , &
ſequuntur Capellani Canonici , & Dignitates , omnes
tecto capite bini , & bini , excepto Capite Collegia-
tæ , exeunte ſolo poſt ultimas Dignitates , vel anti-
quiores Canonicos ; poſtea duo Capellani parati , qui
inſerviunt Canonico Hebdomadario , ultimo loco ince-
denti , Pluviali induto . Ita ſcribit *Rub. Sing. part. 4.*
tit. de Præced. Cæteris autem Feſtis , ac Dominicis ,
conſidentibus Capitularibus in Choro , Canonicus ,
Officium faciens , aſſumit in Sacrario Pluviale , ac
egreditur medius inter duos Presbyteros paratos , qui
fimbrias Pluvialis Celebrantis parumper elevant , ut ha-
betur in *Cæremon. Epiſc. l. prox. cit.* & cum pervenerint
ad Altare majus , omnes parati , aperto capite , recta
linea ſe inclinant , vel genuflectunt , ſi adſit Sanctiſſi-
mum Sacramentum , protinus Celebrans accedit ad
ſuam Sedem , ubi Miniſtri ante eum in plano ſtant , vel
ſedent , *Gavan. in Com. ad Rubr. Miſſ. capit. 3. ſect.* 10.
num. 9.

Quòd ſi vigeat conſuetudo , ut Pluviale ab Hebdo-
madario deſumatur tantùm ad Capitulum Veſperarum ,
ſervanda eſt , ex *Decr. Sacr. Congregat.* penes *Barboſ. in*
Summ. collect. 125. Quo caſu ad ultimum Pſalmum adit 24
Sacriſtiam , & dimiſſa Cappa , capit Pluviale . ut no-
tat *Polac. l. cit. Cæremon.* 12. In Choro quivis de Cle-
ro ſuum locum non excedat , ut monet *Fuſc. de Viſit.*
capit. 15. numer. 11. Canonicus ſui Collegæ fixam Se- 25
dem vacuam occupare non debet , & eo minùs aſcen-
dere ad Sedes Dignitatum . *Rot. Rom. part. 6. diverſ. de-*
ciſ. 288. *ſub numer.* 11. , *& Gavan. in Man. V. Diſtribu-*
tiones , num. 3. in addit. Quadrat quod legitur *Dan. capit.*
10. *Sta in gradu tuo* . In multis Eccleſiis Sedes vacuæ
occupari ſolent ab aliis Canonicis ratione ſeſſionum ,
quas habent poſt eas , quæ conſuetudo eſt ſatis ratio-
nabilis : quia Canonici magis unitim Divinum Offi- 26
cium recitant , & eò concordes ſunt in prolatione ver-
borum , ut ait *Rota in tract. de alia vita , tract. 2. capit.*
6. & favet *Rot. in addit. ad 5. part. diverſ. deciſ.* 223.
num. 11. Quamobrem Epiſcopus providere debet , nè
una pars Chori quandoque vacua ob Canonicorum ab- 27
ſentiam remaneat , dum altera pars à ſuis Sedibus exi-
re recuſat . Ita *Sacr. Cardin. Congregat. die 7. Septemb.*
1595. relatore *Barboſ. in Collect. Bull. V. Epiſcopus quam*
&c. At verò ſi poſt occupatum majoris locum , iſte
advenerit ; debet qui occupavit , ſe retrahere , &
ei ſuam Sedem cedere , ac cedenti qui ſequitur ,
& ſic deinceps , *capit. Renovantes* , & ibi *Gloſſ. di-* 28
ſtin. 22.

Sedilia Dignitatum , & Canonicorum in Choro de-
bent eſſe paria , ita ut non ſint altiora , neque ornatio- 29
ra alteris , ut advertit *Bordon. de Præced. numer.* 562. &
congruit eſſe contigua , ut nil in eis mediet , prout de-
ducitur ex *Rot.* apud *Coccin. deciſ.* 197. *numer.* 4. Ubi
Altare majus fuerit à pariete ſeparatum , primæ Sedes
erit , quæ è regione Altaris ſtat parieti in medio fi-
xa , & in Cathedrali debetur Epiſcopo , dum ei con- 30
venire placuerit ad recitanda Officia Eccleſiaſtica in
Choro . *Sacr. Rit. Congreg.* apud *Barboſ. collect.* 289.
numer. 2. Atque hujuſmodi Sedes decet Præpoſitum
Collegiatæ , juriſdictionem quaſi Epiſcopalem haben-
tem . Hinc indè ſint Sedilia pro Dignitatibus , & 31
Canonicis , ac earum , & horum medietas ſit ab una
parte , & medietas ab alia , & poſt Dignitates , quo-
cunque rejecto intermedio , ſequantur Canonici . Pri-
mus locus poſt Epiſcopum , vel memoratum Præla-
tum , erit à dextris ipſorum : *Gram. deciſ.* 64. *numer.*
24. Si verò Chorus fiat ante Altare : Sedes Chora-
lis Epiſcopi collocatur à cornu dextero Altaris , pa-
rùm ſejuncta ab aliis Subſelliis , adeo ut Dignitatum , 32
vel Canonicorum Sedes non ſint oppoſitæ . Ita *Sacr.*
Rit. Congr. die 7. Febr. 1604. & præfata Sedes Epiſco-
pi non conſideratur in numero aliarum , ſed ſemper
reputatur nobilior locus , qui ſequitur ab ejus parte . 33
Leonell. de Præced. qu. 7. art. 12. *Raguc. de Voc. quæſt.*
4. *num.* 3. tam ſi Sedes pro Epiſcopo ſit à parte dex-
tera Chori , quàm à ſiniſtra , ubi aliquando ponitur ob
anguſtiam partis dexteræ , vel commodiorem locum .
Undè ſi Epiſcopus , vel principalis Prælatus , occu-
pet partem ſiniſtram , honoratior locus erit ſiniſtror-
ſum poſt eos , ut poſt alios obſervat *Purpur. l. cit. conſ.* 34
540. *num.* 12. Ratio eſt , quia locus nobilitatur à per-
ſona , non è contra . Ita docent *Tiraq. de Nob. capit.*
12. *num.* 16. *Craſſ. de Cærem. lib. 1. cap.* 19. *V. Habe-*
tur ratio . *Lotther. de Re Benef. lib. 2. quæſt.* 33. *num.* 7.
Dan. de Nob. ubi ſupra *diſp.* 6n. *numer.* 66. Conſonat
quod refert *Hippol. de Nobil. Med. dial. 1. de Ariſtip-*
po , qui ob quoddam reſponſum , minus gratum Dio-
nyſio , juſſus fuit infimo loco accumbere , de quo nil
offenſus dixit , *Dionyſius hunc locum illuſtrare voluit* .
Simi-

Simile exemplum affert *Roſſ. in Conv. Mor. V. Præce-
dentia* & eruditiſſimus Vir apud *Tiraq. loc. cit. cap. 12.
n. 17.* ſic ſatur, *vir dat. loco ſuo honorem, ſed non viciſ-
ſim locus viro*.

Ratio rationis mox allatæ eſt, quia locus, cum ſit
accidens expers qualitatis, non poteſt ullam qualita-
tem afferre; nemo quippe dat quod non habet, *ad
vulgata*. Sedes Epiſcopi in Cathedrali, & Prælati
35 Principalis in ſua Collegiata, eſſe debet eminentior
cœteris in Choro, ubicunque ſit poſita, ut innuit
Fragoſ. de Repub. Chriſt. lib. 3. d. 8. num. 26. tom. 2.
Poſt eoſdem prima Sedes competit Hebdomadario
parato, ante quoſcunque in Choro exiſtentes. *Gavan.
in Man. V. Can. man. num. 13.* Quinimmo ſi eſſet con-
36 ſuetudo, ut Canonicus Hebdommadarius non para-
tus Sedem retineret ante Canonicos, eſſet ſervanda,
ut de mente Sac. Conc. tradit *Barb. in Summ. Apoſt.
Dec. collect. 228. n. 4.* Ex his tamen haud inſertur, di-
gniorem ſtallum ſupra Canonicos deberi Capellano
37 hebdomadam facienti, etiam parato, qui ſolummo-
do ſedere debet ſuper alios Capellanos, ut notant *Ca-
ſtal. in Prax. lib. 1. ca. 11. ſect. 7. n. 3. & Polac. de Cærem.
loc. cit. fol. 256.*

An verò in Eccleſia Collegiata, omnino Epiſcopo
ſubjecta, primus locus in Choro debeatur Canonico
38 hebdomadario, Pluviali induto, aut ipſiuſmet Colle-
giatæ primæ Dignitati: & capiti, quæſtio fuit. Dixe-
runt aliqui, illi competere, innixi *Cæremon. Epiſc. lib.
2. cap. 3. & 6.* ubi in Choro aſſignatur prima Sedes
Canonico hebdomadario parato, & huic ſemper in
eodem *Cæremoniali* dantur prærogativæ; nunquam
facta mentione de inſinuata prima Dignitate, & Col-
legiatæ Capite. Alii arbitrati ſunt *ex cap. Legimus
93. diſt. & gloſ. ibid.* primum Sedile in Choro dicto
Præpoſito convenire, uti capiti Canonicorum in Or-
dine. Mihi viſum fuit cum diſtinctione loqui: Aut
Chorus remaneat poſt Altare, cujus in medio ſit
39 Sedes fixa, & tunc hujuſmodi Sedile, uti nobilius,
reſervatur primæ Dignitati Collegiatæ capiti, & Ca-
nonicus Hebdomadarius paratus ſedet in primo ſtal-
lo ab ea parte Chori, in qua Hebdomada celebratur, &
ſic dicitur retinere primum ſtallum in Choro, quia
illa Sedes, in medio exiſtens, non computatur in-
ter Canonicales, quas in Collegiatis, Epiſcopo ſub-
jectis, hinc indè tantùm eſſe ſupponit idem *Cærem.
loc. cit.* & ita ſentire videtur *Sperell. dec. 76. numer.
24. tom. 1.* Aut Chorus ſit ante Altare majus, ad
mentem *Cærem. lib. 1. cap. 18.* & hoc eventu, pri-
ma Sedes in Collegiatis debetur à parte Evangelii
Hebdomadario parato, quia cum ibi non adſit Se-
des in medio, omnes aliæ numerantur, & reputan-
tur Canonicales, quarum primam *Cærem.* aſſignat di-
cto Hebdomadario, atque illa Sedes à latere Epiſtolæ
debita dictæ primæ Dignitati, debet eſſe ex diametro
oppoſita Sedi Hebdomadarii: videatur *Sperell.* ubi
ſupra.

In nonnullis Collegiatis ſolet quandoque apponi
Sedile pro Canonico celebrante extra Altare majus
ad Altaria minora, ubi occaſione Tituli Capellæ
cantatur Miſſa, vel Veſperæ, quod ſolitum non im-
probavit *Sac. Rit. Congr. in una Lucana Collegiatæ Diœ-
ceſis ſub die 7.1 Novembris 1652.* Apud nos Cano-
nicus celebrans regulariter ſedet in Presbyterio à cor-
nu Epiſtolæ, in ſcamno, decenter inſtructo, maxi-
40 mè in Veſperis, in quibus non poteſt recuſare mi-
norum Clericorum aſſiſtentiam, etſi *Cærem. Epiſc.
lib. 2. cap. 3.* dicat hoc miniſterium pertinere ad Pres-
byteros. Ita declaravit *Sac. Congreg.* apud *Barb. col-
lect. 154. num. 16.* Cœteri Capitulares ſedent in Cho-
ro poſt Altare majus, quæ conſuetudo laudatur à
Barb. in ſuis Votis deciſ. lib. 3. vot. 115. numer. 4. &
quando Capitulum progreditur ad ſolemnizzandum
Feſtum alterius Eccleſiæ, Sedile Canonici celebran-
41 tis Miſſam, & Veſperas, collocatur in loco ſepa-
rato ab aliis, & illud primæ Dignitati Collegiatæ
à parte Evangelii; Quod ſedile poteſt eſſe parùm ele-
42 vatius cœteris, non tamen disjunctum ab aliis Se-
dibus Canonicalibus, quia & ipſa prima Dignitas
eſt de Capitulo, & inter Capitulares non debet in
Coro apparere aliqua diſperſio, ſed conjunctiſſima
unitas. *Rat. part. 6. div. dec. 252. numer. 12.* Sedes

ſecunda Choralis ponitur è regione ejuſdem Sedis me-
moratæ Dignitatis. *Barb. de jur. Eccl. lib. 1. cap. 21.
num. 109.*

A R G U M E N T U M.

Quæ obſequia per Canonicos debeantur Epiſcopo, accedenti ad Eccleſiam ad aſſiſtedum Divinis Officiis, quæque debeantur Epiſcopo Suffraganeo, ſeu Coadjutori. An omnia præeminentialia, quibus gaudet Epiſcopus, competant etiam Suffraganeo, ſeu Coadjutori? Canonici, an teneantur ſubminiſtrare Epiſcopo, Pontificalia exercere volenti, Sacra Paramenta. De onere, quod habet Epiſcopus, reſidendi apud Eccleſiam Cathedralem in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus.

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopo accedenti ad Eccleſiam cum Cappa, ad effectum aſſiſtendi Miſſis Conventualibus, Concionibus &c. Canonici tenentur obviam ire, & in reditu aſſociare uſque ad januas Eccleſiæ.*

2 *Ad aliam Eccleſiam, præter Cathedralem, acceſſurus aſſociari debet tam in acceſſu, quam in receſſu à duobus Canonicis.*

3 *Quando Epiſcopus vult exercere Pontificales functiones, Canonici non poſſunt abeſſe ab Eccleſia ſine legitima cauſa.*

4 *Epiſcopo, Pontificaliter celebranti, quis debeat aſſiſtere, & Miſſale ſubſtinere.*

5 *Canonici tenentur ſubminiſtrare Epiſcopo, occaſione exercendi Pontificalia, Sacra Paramenta, tum in Eccleſia Cathedrali, tum extra illam.*

6 *Epiſcopus Suffraganeus non excipitur à Canonicis de ejus Cubiculo, ſicut principalis Epiſcopus, nec eò reducitur, ſed ad januam tantùm Eccleſiæ, & ab aliquibus Canonicis illum excipi, ſufficit,* & numer. 7.

8 *Quomodo indutus incedat Epiſcopus Suffraganeus præſente Principali, & quomodo eo abſente.*

9 *Suffraganeo celebranti tenentur Canonici aſſiſtentiam facere.*

10 *Idem Suffraganeus in fine Miſſæ ſolemnis Populo benedicit: quod & facit incedens per Civitatem, de licentia tamen Coadjuti.*

11 *Indulgentias non largitur, niſi ſub nomine Coadjuti.*

11 *Quæ ſint præeminentialia, quæ competunt, quæque non, dictis Epiſcopis Suffraganeis.*

13 *In ordinarionibus generalibus, præſertim ſi in Cathedrali habeantur, tenentur aliqui ex Canonicis Epiſcopo Suffraganeo aſſiſtere.*

14 *Afferuntur plura, ac varia Decreta Sacr. Rit. Cong. pro reſolutione nonnullorum Dubiorum, ad materiam Præcedentiæ, competentis Epiſcopis Suffraganeis, pertinentium.*

11 *Tenentur Epiſcopi pro explendis Sacris Functionibus, apud Cathedralem reſidere in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus; niſi pro munere ſuo Paſtorali aliò evocentur; & quæ ſint dd. Feſtivitates,* & numer. 16.

17 *Quid autem, ſi Epiſcopus habeat duas Eccleſias principales unitas.*

ANIMADVERSIONES.

QUoniam, licèt obiter, in antecedenti *Titulo* actum eſt de modo recipiendi Epiſcopum, accedentem ad Eccleſiam ad aſſiſtendum Divinis Officiis, hic adnotare cenſui pleniùs ea, quæ in obſequium Prælatorum in prædicta occaſione exequenda ſunt per Canonicos.

Ac primùm advertendum eſt, omnes Canonicos,
& non tantùm quatuor ex eis, teneri, quoties Epi-
ſcopus accedit ad Eccleſiam Capam aſſumpturus, ad
effectum aſſiſtendi Miſſis Conventualibus, Concioni- 1
bus, & ſimilibus Functionibus, eidem obviam ire, &
in reditu aſſociare uſque ad januas Eccleſiæ, ut de-
claravit Sacra Congregatio Particularis à Sanctiſſimo
deputata *in Alben. Sacrorum Rituum, & Regiminis
Eccleſiæ ſub die 19. Septembris 1710. ad 5. & 6. Du-* 2

bium, quin etiam Capitulum tenetur tranſmittere
duos Canonicos ad Palatium Epiſcopi ad ipſum aſſo-
ciandum, tam in acceſſu, quàm in receſſu, ut decla-
ravit *eadem S. C. dub.* 7. Nec poſſunt abeſſe ab Eccleſia
ſine legittima cauſa, quando Epiſcopus vult exercere
Sacras Functiones, itaut contra contumaces poſſit E-
3 piſcopus procedere ad formam *Sac. Concilii Triden.* ut in
d. Alben. ad 3. *&* 4. *dub.*

Quoties verò Epiſcopus Pontificaliter celebrat,
debet ei aſſiſtere Prima Dignitas, & in ejus defe-
ctum, dignior de Capitulo, & ſubſtinere Miſſale ei-
4 dem Epiſcopo celebranti, ut etiam eſt diſpoſitum per
Cæremoniale Epiſcopor. & in d. Albea. ad. 2. *dub.*

Similiter occaſione exercendi Pontificales Functio-
nes tenentur Canonici ſubminiſtrare Epiſcopo Sacra
5 Paramenta, nnn ſolùm pro dictis Functionibus pera-
gendis in Cathedrali, ſed etiam extra illam, ut decre-
vit eadem *Sacr. Cong. ad dub.* 49. quæ reſpondit, dan-
das eſſe infraſcriptas reſolutiones Sac. Congregatio-
nis à SS. Deputatæ 11. *Martii* 1708. *in Caſelen*, &
apprnbatas ab eodem Sanctiſſimo nempè ad nonum --
*An Capitulam ob denegationem Bacali, Mitræ prtioſæ,
& Pulvinaris, factam Epiſcopo, occaſione publicandi Ja-
bilæum, aliaque ut in Actis, ſit paaieadam, & quo-
modo* - Ad decimum - *Arſtante dicta denegatione po-
taerit Epiſcopus propria aactoritate tranſportari facere Pa-
ramenta prædicta, & Sacras Supellectiles à Sacriſtia Ca-
thedralis ad Curiam Epiſcopalem?* Ad nonum, affir-
mativè, *arbitrio Congregationis deputatæ*. Ad decimum
affirmativè, *& eſſe reſtituenda Capitulo, facta obligatione
de illis ſubminiſtrandis pro uſu Epiſcopi in Functionibus
Epiſcopalibus peragendis, tam in Cathedrali, quàm in Ca-
pella Epiſcopali*, cum qua opinione concordant firma-
ta per *Franceſ. de Eccleſ. Cath. capit.* 20. *numer.* 37.
Paaimoll. dec. 15. *ad not.* 1. *numer.* 46. *& ſeqq. Sperell.
dec.* 67. *ferè per tot.* Circa hanc materiam Lectorem re-
mittimus *ad Animadverſ. ad tit.* 7. *lib.* 3., ubi fuſiùs
tractatur.

Quod autem dictum eſt ſupra de obligatinne Ca-
nonicorum excipiendi Epiſcopum, accedentem ad Ec-
cleſiam Cathedralem, & comitandi redeuntem ad
ſuum Palatium, aliaque obſequia eidem, ut ſupra,
præſtandi, non procedit omnimodè in caſu Epiſcopi
Suffraganei, qui abſente Epiſcopo Principali, ut
illius locum tenens, eſt honorandus ubique, cum
ſequenti moderamine. Primò enim non excipitur à
6 Canonicis uſque de ſuo cubiculo, ſicut Epiſcopus,
nec poſt Miſſam eò reducitur. *Parid. de Graſſis Cære-
mon. Cardin. lib.* 1. *c.* 37. undè ſatis eſt, quòd Epiſco-
7 pus Suffraganeus ad portam ſolùm Eccleſiæ, & ab
aliquibus tantùm Canonicis excipiatur. *Bauldr. Append.
ad poſtrem. part. cap.* 17. *n.* 1. *Barboſ. in Summ. Apoſt. dec.
V. Epiſcopus Suffragan. collect.* 286. *per tot., & de Canon.
& Dignit. c.* 32. *n.* 13.

Poſſunt tamen hujuſmodi Suffraganei, ſive Coad-
8 iutores, abſente Principali, uti Cappa, eo verò præ-
ſente, debent deferre Mantellettum, & Rocchettum
nonquam tamen Mozzetta nti poſſunt; dum verò ce-
9 lebrant, tenentur Canonici illis aſſiſtentiam facere,
& in fine Miſſæ Solemnis Populo benedicunt. Et
10 dum per Civitatem incedunt, benedicere poſſunt, de
licentia tamen Coadjuti. Indulgentias verò non elar-
11 giantur, niſi ſub nomine Coadjuti. *Tondut. tom.* 1. *Re-
ſolut. Beneſ. part.* 2. *cap.* 1. §. 13. *ſub. n.* 47., & declara-
vit *S. R. C. die* 31. *Jaanarii* 1591., ut tradit *Sell. in Select.
Can. c.* 3. *n.* 74.

Et generaliter videntur hujuſmodi Epiſcopis Suf-
fraganeis, ſive Coadjutoribus, competere omnia præ-
eminentialia, quæ competunt Epiſcopo Principali,
12 cum moderamine prætacto, & exceptis inceſſu cum
Rocchetto diſcooperto; acceſſu omnium Canonico-
rum ad cubiculum; circulis infra Miſſam Solemnem;
aſſiſtentia duorum Canonicorum præter Diaconum,
& Subdiaconum, Miniſtrantes in Miſſa, & ſeptima
candela ſuper Altari, quæ privativè competunt Prin-
cipali, ut declaravit *Sacr. Rit. Congr. in Brocharen. de
anno* 1604., *&* 1607., *& in Aquilegien. de anno*
1627.

Undè etiam in generalibus Ordinationibus haben-
13 dis per dictos Epiſcopos, tenentur eiſdem aſſiſtere
aliqui ex Canonicis, maximè ſi habeantur in Cathe-
drali. *Baboſ. Summ. Apoſt. deciſ. Collect.* 286. *num.* 5.

Pro hujus materiæ majori, ac pleniori notitia, hic 14
addimus plures Reſolntiones dictæ *S. R. C. in Veliterna*
ſequen. tenoris.

Veliterna.

Propoſitis ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo
Domino Cardinali Petruccio infraſcriptis dubiis, à Ca-
pitulo, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis adverſus E-
piſcopum Suffraganeum Civitatis Veliternæ exci-
tatis.

*I. An Suffraganeus Veliternen. occaſione Functionum E-
piſcopalium ſolemnium, teneatur ſe parare in Sacriſtia,
vel potiùs poſſit paramenta ſumere ab Altari, vel in Fal-
diſtorio?*

*II. An valeat deferre Cappam Pontificalem in acceſſu
& receſſu ad Eccleſiam Cathedralem, & quatenùs affir-
mativè*

*III. An poſſit ſibi deferri facere Caudam ejuſdem Cappæ
per alium, ſeu potiùs illam deferre teneatur involutam ſub
brachio ſiniſtro.*

*IV. An ſimiliter poſſit ſibi deferri facere Caudam Veſtis
Violaceæ, aut cum elevatione fimbriæ anterioris in plano pa-
vimenti Eccleſiæ.*

*V. An eidem accedenti ad Eccleſiam, ut ſupra, por-
rigi debeat Aſperſorium ad januam Eccleſiæ per aliquem ex
Canonicis, & an poſſit Alumnos Seminarii, aliosque circum-
ſtantes aſpergere, vel potiùs aquam Sanctam recipere ab eo-
dem Aſperſorio extremitate digitorum.*

*VI. An poſſit per Civitatem uti Mantello oblongo coloris
Violacei, cum ſigais rubeis, ſuper veſtem nigram interiorem
vulgò Zimarra.*

*VII. An per eandem Civitatem poſſit ſibi deferri, & ele-
vari facere Umbellam. Sericam viridis coloris.?*

*VIII. An, dum aſſiſtit Concioni, poſſit ſedere in Sede ſe-
parata à Canonicis, vel potiùs ſedere debeat in eodem Sca-
mno Canonicorum, abſque tapete, & pulvinari, primus
inter alios, & in quo habitu?*

Sacra Rituum Congregatio, tam in voce, quàm in
ſcriptis, informante utraque Parte audita, Ceoſuit
reſpondendum.

Ad primum ſi accedat cum Cappa, in Faldiſtorio,
ſecus in Sacrario. *Ad ſecundum* Jam proviſum. *Ad ter-
tium* negativè, quo ad ſecundum. *Ad quartum*, nega-
tivè? *Ad quintum*, Jam proviſum. *Ad ſextum*, negativè
Ad ſeptimum, negativè. *Ad Octavum* dilata.

Et Ita declaravit, & ſervari mandavit die 6. *Septem-
bris* 1698.

Veliterna.

Relatis ab Emioentiſſimo, & Reverendiſſimo Do-
mioo Cardinali Petruccio in Sacra Rituum Congre-
gatione, infraſcriptis dubiis inter Epiſcopum Suffra-
ganeum, & Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Cathe-
dralis Civitatis Veliternæ exortis, videlicet.

*I. An ſaltem aliqui Canonici Eccleſiæ Veliternæ tenean-
tur eidem Suffraganeo obviam ire uſque ad oſtium Eccle-
ſiæ, ibique ex iiſdem Canonicis dignior, aſperſorium por-
rigere, & in reditu uſque ad eandem januam comitari,
dum Cappa indutus ad Pontificales Functiones obeundas ac-
cedit, Anteceſſoris non uſu minimè obſtante.*

*II. An eidem debeatur Genuflexorium, & an cum pul-
vinaribus, & ſtrato, ad orandum ante Sanctiſſimum Sa-
cramentum, dum occaſione earundem Functionum ingredi-
tur Eccleſiam.*

*III. An facienti Ordinationes Generales in aliquo ejuſ-
dem Eccleſiæ Sacello, propter impedimentum Altaris majo-
ris, & cauſa recitationis Horarum in Choro, debeant in eo-
dem Sacello aſſiſtere aliqui ex Canonicis.*

*IV. An dum aſſiſtit Concioni, Prædicatoris ſalutatio ei
priùs dirigi debeat, diſtinctè ab illa Canonicorum, & Ma-
giſtratus Secularis.*

Sacra eadem Rituum Congreg., auditis tam in vo-
ce, quàm io ſcriptis, Partibus Informantibus, reſ-
pondit.

Ad primum, poſſe de licentia Eminentiſſimi, & Re-
verendiſſimi Domini Cardinalis Decani, Epiſcopi O-
ſtienſis, & Veliterni, deferre Cappam, & in hoc ca-
ſu teneantur duo Canonici ire uſque ad oſtium Ec-
cleſiæ, & dignior porrigat ei Aſperſorium, quo Suffra-
ganeus ſeu ipſum aſpergat, & pariter eum aſſocient in
reditu, uſque ad eundem locum.

Ad ſecundum Juxta votum Magiſtri Cæremoniarum,
vide-

Digitized by Google

videlicet negativè. *Ad Tertium* ſervetur Pontificale, cum Miſſa ſolemni in Altare majori, præſente Clero. *Ad quartum* affimativè, quatenus ſedeat in Presbyterio. *Et Ita decrevit & ſervari mandavit, die 6. Septembris* 1698.

Illud etiam notandum eſt, quòd vigore *Sac. Concilii Triden. in ſeſſ. 6. & ſeſſ.* 23. utrobique *cap. 1. de reformat.* tenentur Epiſcopi, pro explendis Sacris Functionibus, apud Eccleſiam Cathedralem reſidere in
15 ſolemnioribus anni Feſtivitatibus, videlicet Dominicæ Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, item, & Corporis Chriſti, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi eos aliò vocent, cujus quidem Sac. Concilii diſpoſitio, licèt per verba potiùs hortatoria concepta ſit, nihilominus importare præceptum, notant *Fagnan. in cap. qualiter n. 36. & ſeqq. de Cleric. non reſident. Pignattell. conſultat. 64. n. 13. & ſeqq. tom. 7. Card. de Luc. de Juſd. diſc. 24. n. 9.*, quòdque non ſufficiat, quòd ipſi prædictis temporibus reſideant intra Diœceſim niſi ex ali-
16 qua urgenti, vel juſta cauſa, teſtantur relatis Sac. Congregationis Concilii reſolutionibus *Nicol. in Floſcul. verb. Epiſc. n. 93. Pignattell. conſult. 17. n. 17. tom. 4. conſult. 64. n. 11. & 12. tom. 7., & conſult. 150. n. 37. 10. De Luc.* ubi ſupra. Quando verò Epiſcopus habet duas Eccleſias principaliter unitas, debet eaſdem Fun-
17 ctiones Pontificales in ſolemnioribus exercere in utraque, cum prælatione tamen Eccleſiæ dignioris, ut decrevit *S. C. Concil. in Valven. Sulmonen. 13. Auguſti 1650. ad 3. dub.*

Jo. Jacobus Scarfantonius.

A R G U M E N T U M.

De loco Epiſcopi in Choro, quando, renunciato Epiſcopatu, obtinet Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata ſuæ olim Diœceſis. Et quid de Abbate, qui ſuæ Abbatiæ renunciavit. Canonicus, ſpoliatus Canonicatu, ſi poſtea recuperet jus ſuum an reintegretur ad ſuum locum? Quid in caſu, optionis alterius Præbendæ, vel permutationis? Inter Canonicos in Choro nullus debet interponi, præſertim Laicorum. An Laici, ac præſertim ſupremi Principes, habere debeant locum in Presbyterio?

S U M M A R I U M.

1 *Epiſcopo, qui, dimiſſo Epiſcopatu, Caninicatum, ibidem obtinuit, debetur prima ſedes poſt primam Eccleſiæ Dignitatem.*
2 *Ita Regularis, factus Epiſcopus, & deindè renunciato Epiſcopatu ad Religionem rediens, conſequitur in Choro immediatum locum poſt Priorem illius Conventus.*
3 *Secus eſt de Abbate, qui ſuæ Abbatiæ renunciavit, cum nil obtineat, in quo nomen Abbatis valeat conſervari.*
4 *Non eſt tamen incongruum huinſmodi Abbatem honorari prima ſede Chorali poſt modernum Eccleſiæ Abbatem.*
5 *Ratio eſt, quia remanent aliqua Dignitatis veſtigia, quæ in eadem perſona quandam honorariam prærogativam conſervant.*
6 *Limita quando ob culpam fuiſſet Abbatia privatus.*
7 *Canonicus, legitimè ſpoliatus ſuo Canonicatu, ſi deinde ex gratia reſtituatur, non recuperat priſtinum locum in Choro, ab alio jam occupatum.*
8 *Declara, niſi à Summo Pontifice facta fuiſſet plena reſtitutio cum clauſula,* non obſtantibus *&c.*
9 *Canonicus antiquior in optione Præbendæ Canonicalis non amittit digniorem locum ſibi competentem.*
10 *Secus eſt de Canonico permutante ſuum Canonicatum.*
11 *Canonicus tamen antiquior non amittit honorabiliorem locum in Choro, niſi poſt captam poſſeſſionem alterius Canonicatus.*
12 *Quando quis non privatur ſuo ſtallo in Choro, percipit Diſtributiones.*
13 *Canonicus, liberè dimittens in manibus Superioris, ſuum Canonicatum, ſtatim amitit titulum, & locum in Choro, & Diſtributiones.*
14 *Coadjutum, & Coadjutorem, non eſt inconveniens aſſiſtere in Choro, & in Proceſſionibus incedere cum habitu Chorali, dummodo Coadjutor maneat, & incedat poſt omnes Canonicos, & concurrat omnium Capitularium voluntas.*
15 *Quando alii Canonici ſunt parati, conveniens eſt Coadjutorem intereſſe cum habitu tantùm Canonicali, ut ſic appareat Coadjuti præeminentia.*
16 *Quomodo excipiendi ſint Canonici Collegiatæ, Capitulariter accedentes ad ſimilem Eccleſiam.*
17 *Capellani ſedere debent in Choro in locis diſtinctis à Canonicis.*
18 *Inter Canonicos non debet quis in Choro interponi.*
19 *Non eſt tamen incongruum poſt primum locum, digniorem dare locum in Choro alicui perſonæ Eccleſiaſticæ qualificatæ.*
20 *Laici, quantumvis nobiles, repelluntur non ſolùm à Choro, ſed etiam à Presbyterio.*
21 *Sedilia Laicorum ubi debeant collocari in Eccleſia.*
22 *Imperator, & Reges, poſſunt habere Sedes in Choro, & Presbyterio, & de ratione,* numer. 23. & ſeqq.
26 *Supremi Principes quando habeant ſedem in Choro &* n. ſeqq.

T I T U L U S III.

HIC inveſtigandum, qui locus debeatur in Choro Epiſcopo, qui Epiſcopatum renunciavit, & poſtea Canonicatum obtinuit in Cathedrali, vel Collegiata ſuæ olim Diœceſis; & eidem primam Se-
dem poſt primam Dignitatem Cathedralis, & Colle- 1
giatæ Præpoſitum, convenire exiſtimant *Abb. cap. Poſtulaſti n. 8. de conceſſ. præb. Caſſan. part. 4. conſid. 45. Faſinac. dec. 228. n. 2. part. 1. Grat. cap. 106. 391. n. 51. & c. 482. n. 9.* Veluti Regularis, factus Epiſcopus, renunciato Epiſcopatu, & ad Religionem rediens, obti-
net in Choro immediatum ſtallum poſt illius Con- 2
ventus Priorem; ut volunt *Petr. à Biax. in Direct. part. 1. cap. 3. Peyer. in Addit. ad Conſtit. Sixt. IV. cap. 2. n. 34.* Ratio eſt, quia adhuc eſt verè Epiſcopus: Aliter dicendum de Abbate, à quo facta fuit renun-
ciatio ſuæ Abbatiæ, cum in iſto non remaneat aliud, 3
in quo nomen Abbatis conſervari valeat, ut ob-
ſervat *Ricciul. ubi ſupra lib.* 4. Veruntamen non in- 4
congruè honoratur prima Sede Chorali poſt modernam Abbatis Eccleſiæ, ut ajunt *Ant. de Præt. loc. cit. cap. 6. num. 55. & Fragoſ. lib. 10. d. 24. §. 2. num. 10. tom.* 2. Quandoquidem remanent aliqua dignita-
tis veſtigia, quæ in eadem perſona quandam honora- 5
riam dignitatem conſervant. *Maſſobr. de Synod. cap. 4. dec. 13. n. 3. Ferrett. conſ. 240. n. 23. vol. 2. Ricc. in
Prax. part. 3. reſol. 116. n. 1.* Limita niſi ob culpam 6
fuiſſet Abbatia privatus, ut benè *Caſſan.* ubi ſupra *conſid. 34. & facit cap. 1. de ſchiſm. lib.* 6. Quemadmodum Canonicus, legitimè deſpoliatus omni jure Col-
legii, ſi exindè ex gratia reſtituatur, non recuperat 7
ſuum priſtinum locum in Choro, jam ab alio occupatum. *Dec. in cap. Clerici, n. 17. de Judic. Felyn. conſ. 1. n. alt. Guido Papa ſingul. 765. & Cantelor. de Præced. n.
39.* Intellige, niſi à Sum. Pontifice ei facta fuiſſet ple- 8
na reſtitutio cum clauſula, *Non obſtantibus, &c. Imol. in cap. Quia, n. 6. de elect.*

In optanda Canonicali Præbenda, Canonicus antiquior non amittit ſuum digniorem locum in Choro,
quoniam non mutatur titulus Canonicatus, ſed dum- 9
taxat temporalitas Præbendæ. *Gonzal. loc. cit. gloſ. 34.
nu. 44. Gigas de Penſ. quæſt.* 63. Secus dicendum in 10
permutatione Canonicatuum, quia in ea datur novus titulus, ac vacatio Canonicalis Præbendæ, *cap. 1. de rer. perm. lib. 6. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nov.* & notat *Mandoſ. apud Sanchez conſ. tom. 1. lib. 2. cap. 3. diſp.* 4. Verùm Canonicus antiquior non privatur ho-
norabiliori loco in Choro, niſi, habita poſſeſſio- 11
ne alterius Canonicatus, quem obtinuit, *Pariſ. de Reſign. lib. 3. quæſt 1. numer. 147. Grat. diſcept. for. c. 483. num. 10. & alii* Et quando quis non privatur ſuo
Stallo in Choro, percipit Diſtributiones; *Pariſ. conſ.* 12
93. nu. 8. part. 4. Nald. V. Remunciare, n. 13. Si quis

liberè renunciaverit ſuum Canonicatum in manibus
13 Superioris, ſtatim amittuntur titulus, & locus in Choro, & Diſtributiones. *Felyn. in cap. Ex inſinuatione, n. 5, de ſimon. Poſt. loc. cit. obſerv. 57, numer. 6. Ricc. in Prax. part. 2, reſol.* 601. De loco Canonici Coadjutoris in Choro, videantur quæ diximus *Lib. I,* & ulteriùs ſciendum, non eſſe inconveniens, ipſum, ac ejus Coadjutum, in Choro permanere, atque in
14 Proceſſionibus incedere cum habitu Chorali; dummodò Coadjutor aſſiſtat, & incedat poſt omnes Canonicos & id fiat ex voluntate omnium Capitularium: *Farinac. dec. 410. n, 4. part. 2. in poſtb. Villagut. dec. 102. nu. 17.*
15 Si tamen veri Canonici eſſent parati, decet Coadjutorem intereſſe cum habitu tantùm Canonicali, ut ſic appareat Coadjuti præeminentia, ita *Gavan. in Prax. Synod. part. 1. cap. 13. num. 3.* Canonici Collegiatæ, Capitulariter accedentes ad ſimilem Eccleſiam, pro decantando aliquo Officio in Choro, excipiendi
16 ſunt honorificè, pulſando Campanas, & tangendo Organum, & Canonicos, ad quorum Eccleſiam iſti conveniunt, illis obviam ad Oſtium procedere decet ac dare dexteræ partis Chorum, excepta Sede Priorali, ut colligitur ex *Rot. part. 6. diverſ. dec. 16. num.* 7. Capellani debent in Choro ſedere in locis diſtinctis à Canonicis, ad formam *Cæremonialis Epiſcoporum*
17 ut tradit *Rot. part. 2. diverſ. dec. 336. n. 5. & part. 6, dec.* 228.
18 Inter Canonicos in Choro non debet quis interponi. *Barb. in Summ. Dec. Apoſt. collect.* 122. *n.* 1. Nihilominus non erit incongruum, poſt primum de Choro, digniorem locum ibi dare alicui Eccleſiaſticæ Perſonæ qualificatæ, præſertim advenæ, ordinariis indu-
19 mentis veſtitæ, ex *Manriq. de Præced.* ubi ſupra. *Vener. in Exam. Epiſc. loc. cit. cap. 38. num. 12. Ughell. de Epiſc. Ital. tom. 3. fol.* 634. Dixi perſonæ Eccleſia-
20 ſticæ, etenim Laici, quantumvis nobiles, repelluntur non ſolùm à Choro, ſed & à Presbyterio, quod eſt pars Eccleſiæ, ante Altare majus ſita. *Cap. Sacerdotes, de conſecr. diſt. 2. cap. 1. de vit. & hon. Cler. Innoc. in cap. Ut laici, eod. tit. num. 1. Dan. de Nob. diſp. 89. n. 13. in addit.*, ubi advertit, ab Epiſcopo curandum, nè utrobique collocentur Sedilia Laicorum,
21 qui manere debent in Eccleſiæ Navi, ſic nuncupata, quia Eccleſia debet eſſe inſulata velut navis in medio mari, ejuſque pars nobilior reſpectu Laicorum, dum Sacerdos celebrat Divina, eſt à cornu Epiſtolæ. Rationem aſſignat *Rota in una Albiganen. Præceden. 20. Junii 1653.* Veruntamen tam in Choro, quàm in Presbyterio, non prohibentur Imperator, & Re-
22 ges ſtare, ac ibi ſuas Sedes retinere. *Rot. apud Coccin. dec. 142. nu.* 2. Ratio eſt, quia hi non ſunt omninò ſeculares, ſed quaſi perſonæ Sacræ. *Archid. in cap. Cleros, num. 4. diſt. 21. Marc. dec. 1022. nu. 12.*
23 *Selv. de Ben. part. 2. quæſt. 23. num. 12.* Undè præcepto Dei, Oleo exorcizzato unguntur in brachio. *Vital. in Clem. nos itaque nu. 44. de jurejur. Abb. in cap. de Sacr. Unct. 6. Undè num. 4. D. Anton. part. 3. tit. 14. cap. 8. §. 2* Et quamvis careant Ordine Sacro, poſſunt apparatu Subdiaconali Epiſcopo ſolemniter celebranti miniſtrare. *Gloſſ. in cap. Valentianus 63. diſt. in fin. Caſſan. in Cath. Glor. Mund. part. 5. conſid.* 24.
24 Immò Imperator, dum à Papa coronatur, ſibi hoc miniſterium præſtare juramento pollicetur, ut ſcribit *Mart. de Juriſd. part. 1. cap. 18. numer.* 19, & aſſiſtens matutino noctis Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, præſente Papa, cantat Lectionem ſub Evangelio *Exiit edictum*, ut habetur in *Cærem. Rom. lib. 1.*
25 *cap.* 12. & fruitur hoc privilegio, licèt non ſuſcipiat Ordines Sacros, ut notat *Moſcon. ubi ſupra, lib.* 2. *cap.* 2. Carolus Magnus non tantùm Horis Canonicis in Choro ſæpiùs intererat, ſed Hymnos, & Pſalmos ibidem decantabat, teſte *Hadrian. Hiſtor. lib. Unic. anno à Chriſto nato* 815.

Duces, & Principes, Imperatorem minimè recognoſcentes, ſuas Sedes in Presbyterio retinere permittuntur; Videte *Dan. de Nob. ubi ſupra diſp. 65. nu.*
26 54. Princeps Maſſæ à tempore, quo in contrarium non extat memoria, ſemper Sedem habuit in Presbyterio à parte Epiſtolæ, cum Baldachino deſuper, ibique permanſit, pluribus Epiſcopis occaſione Viſitationis in hac Eccleſia ſolemniter celebrantibus: ex quo manutenendus eſt in ſua poſſeſſione, prout in ſimili caſu firmat *Rot. Rom.* de mente Sac. Rit. Cong. apud *Lotther de Re Ben. lib. 1. quæſt. 13. num.* 27. Cæ- 27
teri locorum Domini, hujuſmodi immemorabili non gaudentes, & Superiorem in temporalibus recognoſcentes, poſſunt tantummodò in corpore Eccleſiæ ſuas Sedes elatas pro audiendis Divinis habere, non tamen cum Baldachino; Ita declaravit *S. C. penes ſcrib. Rub. V. Baldachinum n.* 2.

ARGUMENTUM.

Laici non debent ſedere, nec verſari in Presbyterio niſi aliquo modo, ad Sacra explenda, miniſtrent. An hujuſmodi prohibitio extendatur etiam ad Imperatorem, & Reges. Pro iis, quibus ob Patronatum, Dignitatem, vel aliam cauſam, Sedes diſtincta in Eccleſia debetur, eadem collocanda eſt in loco honorificentiori, extra Presbyterium. De uſu Baldachini, quibus competat, vel non. Conſuetudo retinendi Scamnum in Eccleſia ab eo, qui non eſt Patronus, eſt ſervanda. An Regularis, factus Epiſcopus, recuperet ea, quæ ante Profeſſionem renunciavit & quando.

SUMMARIUM.

1 *Laicis non eſt licitum habere locum in Presbyterio, niſi, pro explendis Divinis Officiis, aliquo modo miniſtrent.*

2 *Immò in principio naſcentis Eccleſiæ, quando Subdiaconatus non erat ordo Sacer, etiam Subdiaconi à Præsbyterio arcebantur.*

3 *Qualiter determinandus ſit locus, in quo Laici in Eccleſia verſari non debeant remiſſivè.*

4 *An hujuſmodi prohibitio extendatur etiam ad Imperatorem, & Reges* & n. 7. & 8.

5 *Similes Principes fruuntur Indulto miniſtrandi in Officio Subdiaconi, S. Pontifici.*

6 *Reges inunguntur in brachio, ſive humero Sacra Unctione.*

9 *Affertur exemplum D. Ambroſii, qui monuit Theodoſium Imperatorem, ut è Presbyterio exiret, cui ipſe ſtatim obtemperavit.*

10 *Affertur ratio, ob quam Laicis prohibetur in Presbyterio verſari.*

11 *Ubi collocanda ſit Sedes pro iis, quibus ob Dignitatem, Patronatum, vel aliam ſimilem cauſam, eam congruit habere diſtinctam.*

12 *Item Baldachinum, ſeu Thronus, ſupremo Principi, Jura Imperii habenti, debitus,* & numer. 13. & num. 14.

15 *An idem Baldachinum competat etiam Principibus, qui ſubjectionem aliquam habent Papæ, vel Imperatori.*

16 *Duces Barones, vel Marchiones, qui non habent Jura Imperii, non ſunt propriè Principes.*

17 *His autem tolerandus eſt uſus Baldachini, ſi in illius quaſi poſſeſſione reperiantur.*

18 *Debetur tamen ſimilibus Feudatariis locus in Eccleſia honorificentior, & à reliquo Populo diſtinctus.*

19 *Patronis alicuius Eccleſiæ competit Jus retinendi Scamnum in loco honorificentiori ejuſdem Eccleſiæ.*

20 *Nec poſſunt talia Scamna amoveri, maximè ſtante poſſeſſione illa retinendi.*

21 *Et dicto de poſſeſſione, competit Interdictum* uti poſſidetis.

22 *Quinimo nec poſſunt amoveri Scamna eorum, qui Juſpatronatus Eccleſiæ non habent, ſi illa per diuturnum tempus, cum patientia Rectorum, retinuerint.*

23 *Limita, quando ita exigeret Eccleſiæ ſervitium.*

24 *Quid ſi immutaretur forma antiqua Eccleſiæ, ad majus decus ejuſdem.*

25 *Quando ex remotione Sedilium ab Eccleſia orietur, ſcandalum, conſultius eſt illa tolerare, & moneantur Rectores, ut cautè ſe gerant in illis ab initio permittendis.*

26 *Non ſolùm ab Eccleſiis inferioribus, ſed etiam à Cathedralibus, & Metropolitanis, ſolet deferri*

honor

honor eorum Fundatoribus, vel Defenſoribus, & affertur exemplum Eccleſiæ Florentinæ erga Familiam Cortigianorum, aliorumque.

27 *Patronis ſeu Advocatis Eccleſiarum, ex antiqua conſuetudine, licet adminiſtrare fructus ipſarum, dum vacant.*

28 *Sicuti etiam iiſdem competit Jus conſequendi alimenta ex fructibus Eccleſiæ vacantis.*

29 *Affertur alterum exemplum ſimilis præeminentiæ Familiarum de Celleſiis, & Brunozzi, occaſione ingreſſus novi Epiſcopi.*

30 *Regularis, factus Epiſcopus, non recuperat ea, quibus ante Profeſſionem renunciavit, & jam Renunciatorio, vel Monaſterio ſunt quæſita.*

31 *Quod tamen non procedit circa ea, quæ Regulari, facto Epiſcopo, poſt eius aſſumptionem ad Epiſcopatum, obvenerunt*, & n. 33. & 35.

32 *Ita ut ſuccedat etiam in Feudo, cujus ſucceſſionis ſunt incapaces Monachi.*

34 *Amplia, etiamſi renunciatio concepta ſit cum clauſulis ampliſſimis, & tam realiter, quàm extinctivè.*

ANIMADVERSIONES.

NOn incongruum erit etiam pro majori declaratione eorum, quæ jam dicta fuerunt circa Laicorum Præcedentiam, ſive præeminentiam in Eccleſiis, & Eccleſiaſticis functionibus, aliqua dicere de loco, ac ſeſſione debita, ſive permittenda Laicis in Eccleſia, præſertim ſi aliqua dignitate præſulgeant.

Circa quod præmittendum eſt pricipium generale,
in quo concordat, tum veterum, tum recentiorum
Canonum cenſura, quòd in illa parte Eccleſiæ ab Al-
tari uſque ad Navem, quæ appellatur vario nomine
Sacrarium, Sancta Sanctorum, Diaconium, & Pre-
1 sbyterium, utpote deſtinata pro Sacerdotibus, cæte-
riſque Miniſtris Sacri Altaris, Divinis Officiis pera-
gendis, non eſſe licitum Laicis Sedem habere, vel
in ea verſari, niſi principaliter, vel acceſſoriè, &
quodammodo in adjutorium, ad Sacra explenda con-
currant, ad *Tex. in can. Sacerdotum 3. de conſecrat.
diſt.* 2. ubi *Card. Turrecremat.* & in *cap. 1. de vita, &
boneſt. Cleric.*, ubi Canoniſtæ omnes, quos referunt
Gonzales, & Barboſ. ibidem & ſtatutum fuit etiam
in Concilio *Bracharen. 1. can. 31. & in Concil. Tu-
ronen. 2. can. 4. & in Romano ſub Joanne XII.*, ut
teſtatur *Card. Lauræa in Epitom. Canon. in Verb. Lai-
cis alia probibita, Lotter. de Re Benef. lib. 1. capit. 13.
num.* 20. *Frances de Eccleſ. Cath. cap. 5. num. 42. &
ſeqq. Daniel. de Nobil. diſp. 60. n. 35. & ſeq. Fuſcb. de
Viſitat. lib. 1. cap. 27. per tot. Panimoll. dec. 1. adnot. 11.
n. 23. Pignatell. conſult. 3. n. 6. & ſeqq. tom. 3. Rot. in
Pampilonen. Præeminentiarum 3. Febr. 1700. §. Nec ad
excludendam, cor. dell' Olmo.*

Ac talis, tantuſque erat rigor Eccleſiaſticæ diſci-
plinæ in excludendis à Presbyterio perſonis Laicis, in
Sacris functionibus aliquo modo non miniſtrantibus,
ſive coadjuvantibus ut in principio naſcentis Eccle-
ſiæ, quando Subdiaconorum Ordo inter Sacros Or-
dines non recenſebatur, nec illi caſtitatis votum an-
2 nexum erat, neque iiſdem Subdiaconis tempore Di-
vinorum Officiorum idem Presbyterium ingredi, in
eoque verſari non erat permiſſum, prout ex *Turre-
cremata* ubi ſupra notarunt, *Frances de Eccleſ. Cath.
cap. 5. num. 49. & 50. Lotter.* ubi ſupra *n. 44. & ſeq.
& Barboſ. in d. cap. 1. de vit. & boneſt. Cleric.* Qualis
autem ſit locus, in quo Laicis vetitum eſt verſari,
ſtatuendum eſt ſecundùm diverſitatem ſituationis Al-
3 taris, & Chori ſtructuram, quod appoſitè diſtinguunt
*Lotther. ubi ſupra num. 35. & Pignatell. conſult. 3. nu. 7.
& ſeqq. tom. 3.*

Licèt autem non levis controverſià fuerit inter Do-
ctores, an hujuſmodi prohibitio ſedendi in Sacra-
rio, ſive Presbyterio, extendatur ad Imperatorem,
4 & Reges, & negativam aliqui tueantur ſub funda-
mento Indulti, quo fruuntur ſimiles Principes mini-
5 ſtrandi Summo Pontifici in officio Subdiaconi, ex iis
quæ tradunt *Caſſan. in Cathal. Glor. Mund. Lotter. d. qu.
13. num. 29. & 34.* aliique relati *à Pignatell. d. con-
ſult. 3. num. 9.*, eoque maximè, quia Reges inun- 6
guntur in brachio, ſive humero, Sacra Unctione,
juxta *Text. in cap. 1. §. Undè in veteri, de Sacr. Un-
ction.*, ac propterea inter Sacras Perſonas connumerari
valeant, ſicque eiſdem ſedere in Presbyterio non in- 7
congruat *Caſtald. de Imperator. quæſt. 18. n. 6. & quæſt. 60.
n. 3. Lotter. ibid. num. 34.* attamen de jure videtur af-
firmativam fundamento nec eſſe deſtitutam, quia præ- 8
rogativa Regibus conceſſa miniſtrandi Summo Pon-
tifici, non provenit ex Ordine Sacro, quo revera
non ſunt inſigniti, ſed ex ſpeciali privilegio, undè
non obſtante eodem Indulto, reputari non poſſunt
Perſonæ Sacræ, niſi impropriè, *Gloſ. ult. in can. Va-
lentinianus, ad fin. 63. diſt. Caſſan. d. tract. p. 5. conſide-
rat. 24. num. 105.* cujus negativè opinionis aſſertores
videndi ſunt penes *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 5.
à n. 72. ad 118.* Hæc autem comprobatur etiam ex-
emplo Divi Ambroſii, qui invicta conſtantia, & li-
bertate verè Eccleſiaſtica, præcepit Theodoſio Im- 9
peratori, ut exiret de Presbyterio, cujus juſſioni ad-
mirabili planè pietatis exemplo ſtatim obtemperavit
imperator, teſte Sacræ Hiſtoriæ parente *Card. Baro-
nio ſub anno 1390. tom. 4. pag. 390.*, ſuper quo facto
admiratus, & Sacerdotalem conſtantiam Ambroſii,
& eximiam Imperatoris obedientiam, dixit *Card.
Bellarmin. de Offic. Princip. Chriſtian. Quid maius è ze-
lus Ambroſii, an obedientia Imperatoris? Utrumque ad-
miremur, & laudemus.* Et quidem nonniſi cum per-
verſione Eccleſiaſticæ Hyerarchiæ, ac perturbatione
ſacrorum Miniſtrorum, dum Divinis Miniſteriis oc-
cupantur verſari poſſunt in Presbyterio perſonæ di- 10
verſi Ordinis, & profeſſionis, qui aliquo modo in
iiſdem Miniſteriis Sacris non deſerviant, ut notat *Abb.
in cap. 1. de vit. & boneſt. Cleric. numer. 4. Daniel de
Nobilib. d. diſput. 60. numer. 38. Barboſ. ad Text. in d.
cap. 1. de vit. & boneſt. Cleric. Frances in d. cap. 5.
numer. 52. & ſeqq.* ideoque licet alicui, ſive ob Præ-
eminentiam, ſive Patronatum in Eccleſiam, aliam-
ve cauſam, vel titulum, debita ſit Sedes in Eccleſia
diſtincta, ad denotandam illius perſonæ honorificen-
tiam, vel dignitatem; attamen hujuſmodi Sedes col- 11
locanda eſt extra Sacrarium, & nunquam intra il-
lud, ut patet ex *Cæremonial. Epiſ. lib. 1. cap. 13. Pi-
gnatell. conſ. 7. num. 36. & ſeq. tom. 1. Altogr. conſ. 1. nu-
mer. 1. & ſeqq. tom. 2. Frances d. cap. 5. n. 45. Barboſ.
Vot. dec. 115. n. 3. & 4. Poccar. in Prax. cærem. lib. 2.
cap. 3. de ordin. ſeden.* ut de Throno, ſive Baldachi-
no debito in Eccleſia cuilibet ſupremo Principi, ju-
ra Imperii habenti independenter ab alio, tanquam 12
conſtituto in culmine dignitatis, notant *Altograd. d.
conſ. 1. numer. 11. 32. 33. & 40.* & fere per tot.
Card. de Lu. de Præeminen. diſ. 26. numer. 15., Quod
ſanè Baldachinum pro Principe Seculari collocandum
eſt non ſolùm extra Presbyterium, ſed à parte ſini-
ſtra Baldachini Epiſcopi, & aliquanto inferiùs, re- 13
ſpectu illius Epiſcopi, juxta comparationem Solis, &
Lunæ, quæ inter Eccleſiaſticam, & Secularem di-
gnitatem intercedit, juxta *Text. in cap. ſolitæ, de majo-
rit. & obedien. De Luc. d. diſc. 26. nu. 15.* quamvis,
quoad hoc, videatur deferendum conſuetudini, ut 14
monet idem *De Luc.* ibidem *n. 24.*

Uſus verò Baldachini, competens, ut dictum eſt,
Principibus, non recognoſcentibus ſuperiorem, com-
petit etiam reliquis Principibus, qui noſcuntur ha- 15
bere aliqualem ſubjectionem Papæ, ſive Imperatori,
& alioquin habent omnia, ſive principaliora Jura re-
galia, & Imperii, qui proindè dicuntur habere ma-
ximam præeminentiam, ac prærogativis Principum
ſupremorum potiri. *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 3.
n. 25. & 29. & ſeq. Bellon. Jun. conſ. 14. De Luc. dict.
diſ. 26. n. 17.* Quinimmò licèt ab hujuſmodi præemi-
nentia Throni regulariter excludantur Duces, Baro-
nes, vel Marchiones, qui non habent Jura Imperii,
& propriè ſunt ſimplices Feudatarii, & ſolummodo 16
abuſivè, & in ſimplici nuncupatione, ſunt, ac no-
minantur Principes, ut relatis Sac. Congr. Rit. De-
cretis, advertit *De Luc. dict. diſ. 26. num. 14. & 20.* vi-
detur tolerandus talis uſus, ſi prædicti Barones in il-
lius quaſi poſſeſſione reperiantur, propter rationes ſoli- 17
dè ſuo more deducta à *Card. de Luc.* ubi ſupra *n. 20. &
ſeqq.* Cæterùm hujuſmodi Principibus Feudatariis, li-

cėt, ut dictum eſt, nnn conveniat uſus Baldachini,
attamen convenit in Eccleſia honorificentia, & talis
Sedes, qua à reliquo Populo ſecernantur, cum in hoc
18 concordet *Cæremon. Epiſc. cap.* 15. *& idem S.C. T. c.*
17. *ſeſſ.* 25. *de refor.* ut eriam ait *De Luc. de Servit. diſc.*
16. *n.* 3. *&* 4.

Patronis autem Eccleſiæ convenit jus retinendi Sca-
mnum, ſive Sedem, in aliquo loco honorabiliori Ec-
19 cleſiæ, ut tradut *Franceſ. de Eccl. Cathed. cap.* 5. *nu.*
46. *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 23. *Ventrigl.*
in Prax. tom. 2. *de Jure patr. annot.* 1. *§.* 4. cum aliis *in*
Pampilon. Præeminentiarum 3. *Febr.* 1700. *§. Nec ad ex-*
cludendam, cor. dell' Olmo: Undè non poſſunt amove-
20 ri, maximè ſi ſint in poſſeſſione illa retinendi, ſed
eiſdem danda eſt manutentio, *Valenzuel. conſ.* 176.
Frances d. tract. cap. 5. *n.* 48., & docto de poſſeſſione,
21 competit eis interdictum uti poſſidetis, ad *Text. in cap.*
licet cauſam, de probat. Gratian. diſcept. for. diſcept.
110. *n.* 16. *& ſeq. & dicept.* 210. *n.* 56 *Poſſ. de Manut.*
obſerv. 10. *n.* 19. *& obſerv.* 18. *num.* 25. *Rot. poſt Eum.*
dec. 117. *num.* 1.

Quin etiam ſi hujuſmodi retentio Scamni per diu-
turnum tempus fuerit permiſſa etiam iis, qui Juſpa-
22 tronatus Eccleſiæ non habent, non poteſt eis auferri
per Rectnrem Eccleſiæ, ſive Epiſcopum, licèt id po-
tuiſſent facere à principio, antequam jus quæſiviſſent,
propter dictam longam retentionem, cum patientia
Rectorum; licitum tamen hoc caſu foret eadem Sca-
23 mna in alio loco æquè digno collocare, ſi aliud exige-
ret Eccleſiæ ſervitium, ut monuit *Romaguer. ad Synod.*
Gerund. lib. 3. *tit.* 14. *c.* 2. *ſub n.* 4., ita ut ſi immuta-
retur forma antiqua Eccleſiæ ad majus decus ejuſdem
24 & ob id Scamna de proprio loco amovere opus fuiſ-
ſet, reponenda veniant eodem ordine, quo reperie-
bantur ante immutationem ſabricæ, ita ut quilibet
aſſequatur eundem locum, quem habebat ante di-
25 ctam immutationem, cum innovatio non debeat ver-
gere in præjudicium alicujus. *Ancharan. conſ.* 409. *nu.*
10. *verſic. quia iſta mutatio. Altograd. conſ.* 26. *n.* 1. *&*
2. *lib.* 1. *Ricc. in Prax. For. Eccleſ. dec.* 93. *numer.* 4.
Rot. poſt Poſſ. de Manutent. dec. 149. *n.* 2. *& in Veli-*
terna Fabricæ 7. *Junii* 1706. *§. Haud officiente, cor.*
Molines.

Cæterùm in hac materia retentionis Scamnorum,
ſive Sedilium in Eccleſia, valde eſt attendenda Lo-
ci, ſeu Regionis conſuetudo, & quoties timetur peri-
culum ſcandali, quando ageretur de iis removendis
26 ab Eccleſia, ſive mutando illorum loco, videtur con-
ſultius tolerare, licèt aliquam deformitatem parerent
illorum retentione; cautè verò ſe gerere debent Ec-
cleſiarum Rectores in permittenda introductione hu-
juſmodi Scamnorum, quæ regulariter materiam ſcan-
dali tribuunt, & poſt illorum introductionem, &
tolerantiam, difficilis eſt eorundem amotio, ut con-
ferunt deducta per *De Luc. de Servit. diſc.* 16. *n.* 6. circa
fin; *& de Præeminent. diſc.* 26. *num.* 20. *in fin.*

Quoniam de Patronorum præeminentia in Eccleſia
aliquid dictum fuit, abs re non erit hìc ſubiicere,
quòd non ſolùm ab Eccleſiis inferioribus, ſed etiam
ab ipſiſmet Cathedralibus; & Metropolitanis, ho-
nor deferri conſuevit earum Fundatoribus, ſive De-
fenſoribus, prout defertur à Metropolitana Florenti-
na nobiliſſimæ, æquè ac vetuſtiſſimæ Cortigianorum
Familiæ ſuperſtiti Conſortium della Toſa Toſinghi
Viſdomini, & Aliotti, qui habent jus Cuſtodiæ, &
Advocatiæ Archiepiſcopatus Florentini, de qua men-
tionem facit *Dantes in Cant.* 16. *& Chriſtophorus Lan-*
dinus ejuſdem Expoſitor, ac etiam *Speculator in tit. ne*
Sede vacante n. 6. *Archidiacon. in cap. generali, de elect.*
in 6. *n.* 1. *penes Andræam* ibidem. *Geminian.* pariter ibi-
dem *in fin. verſic. quia autem*: Siquidem dicta Fami-
lia Sede Vacante gaudet præeminentia capiendi
poſſeſſionem Palatii Arciepiſcopalis; quinimo ante
Conſtitutionem *Pii V.* ſuper applicatione fructuum
Epiſcopatuum vacantium Cameræ Apoſtòlicæ, ad-
miniſtrabat omnes redditus Archiepiſcopatus, & ex
illis ſufficientia alimenta pro ſe percipiebat, & re-
liquum Succeſſori reſervabat, nunc verò percipit à
Nuntiatura Apoſtolica loco dictorum alimentorum,
pro toto tempore Sedis vacantis, menſtrua ſcuta ſe-
xaginta, ut nuper fuit deciſum à Sac. Congreg. Spo-
liorum *Romæ* 19. *Auguſti* 1708. occaſione vacationi Se-
dis Archiepiſcopalis per mortem clar. mem. Leonis
Strozzi; quòd autem Patronis, Advocatis, ſeu Cu-
ſtodibus Eccleſiarum Cathedralium, etiam propter 27
antiquam conſuetudinem, liceat percipere & admini-
ſtrare fructus ipſarum Eccleſiarum vacantium, cau-
tum habetur in *d. cap. generali §. qui autem, de elect.*
in 6., *ibique Gloſſ. in verb. fundatione*; ſicuti etiam jus
conſequendi alimenta ex fructibus Eccleſiæ vacantis,
docet *Gloſſ. in d. cap. generali, verb. redditus, ibique Ar-* 28
chidiaconus n. 4. *circa fin. & Canoniſtæ cæteri.*

Sicuti non diſſimilem præeminentiam ſibi vendicant
in hoc Epiſcopatu Piſtorien. nobiles, & antiquæ Fa-
miliæ de Celleſiis, & de Brunozzis, cum ex vetù-
ſta conſuetudine major natu, ſive dignior perſona ex 29
dicta Familia de Celleſiis, in quoddam ſignum Ad-
vocatiæ, excipit novum Epiſcopum in actu ſui pri-
mi ingreſſu ad januam Eccleſiæ Cathedralis; major
verò natu, ſive dignior ex Familia de Brunozzis, pe-
racto per Epiſcopatum ſolemni ingreſſu, & poſſeſſione
Eccleſiæ, tribuit Epiſcopo poſſeſſionem Epiſcopalis Pa-
latii per exhibitionem Clavium illius.

Cum in antecedenti *Titulo* obiter quærat *Ceccoperius*
an Regularis, factus Epiſcopus, renunciato poſtea
Epiſcopatu, habeat primum locum in Choro, hìc
ſubnectere libet, quòd mihi examinandum occurrit ad
inſtantiam clar. mem. Leonis Strozzi, è digniſſima
Religione Vallumbroſana evecti ad Epiſcopatum no-
ſtrum Piſtorien., & demum ad Metropolitanam Se-
dem Florentinam tranſlati; nempè an Regularis, fa-
ctus Epiſcopus; recuperet ea, quibus ante profeſſio-
nem renunciavit, & jam Renunciatariis quæſita fue-
runt, in qua quæſtione fui in ſenſu, quòd ea, quæ jam
delata Renunciatariis, vel ex ejus perſona quæſita 30
fuerunt Monaſterio, nullo modo recuperet Regula-
ris, ad Epiſcopatum aſſumptus, aut tenent *Barboſ. de*
Univ. Jur. Eccleſ. cap. 42. *n.* 104. *& ſeq.* & plenè *Ro-*
vit. dec. 10. *per tot. ibique Adden. Andreol. controv.* 396.
pariter per tot. Torr. de Pact. fut. Succeſſ. lib. 2. *capit.*
25. cum aliis apud *Bertacchin. Vot. dec.* 570. *per tot.*
Quamvis contrariam ſententiam tueri conati ſint *Mol-*
feſ. conſ. 1. *poſt vol.* 1. *Coment. ad Conſuetud. Neapolit.*
& conſ. 39. *poſt vol.* 2. *Paſchal. de Vir. Patr. Poteſt.*
& latius de Franch. de Controv. inter Epiſ. & Regul.
quæſt. 88. *& ibi Adden.*, quorum rationibus, & mo-
tivis luculentèr ſatisfaciunt *Rovit. & Andreol.* ubi ſu-
pra, & pro hac opinione conferunt etiam deducta *per*
Rot. in dec. 222. *n.* 1. *& ſeq. part.* 12. *rec.*

Quod tamen intelligendum venit, ut diximus, reſ-
pectu eorum, quæ fuerunt actualiter Monaſterio, vel
Renunciatariis quæſita, non autem reſpecto eorum,
quæ Regulari, facto Epiſcopo, obvenerint poſt ejus 31
aſſumptionem ad Epiſcopatum; quia eo ipſo, quo ſo-
lutus eſt à vinculo Religionis, recuperat jus ſuc-
cedendi, & fit capax acquiſitionis Bonorum, prout
quilibet alius ſecularis, *ad Text in cap. ſtatutum* 18.
quæſt. 1. *Rovit. d. dec.* 10. *num.* 10. *Fagnan. in cap. quæ in*
Eccleſiarum n. 79. *de conſtitut.* Ita ut etiam ſuccedat in
feudo, cujus ſucceſſionis incapaces Monachi. *Fagnan.* 32
ibidem & num. ſeqq., cum eidem congruant termini
Juris poſtlimi, & æquiparetur captivo, ad Patriam
reverſo, juxta doctrinam *Bartol. in l. ex. facto §. final.* 33
numer. 6. *ff. de vulgar. & pupillar. De Luc. de Fideic.*
diſc. 68. *numer.* 22. *Rot. dec.* 32. *numer.* 41. *part.* 9. *rec.*
quod etiam procedit, licèt Regularis ante profeſſio-
nem renunciaverit in forma ampliſſima, tam reali-
ter, quàm extinctivè, quia factus Epiſcopus acquirit 34
ad commodum ſuæ Eccleſiæ, ut docent *Barboſ. d. cap.*
42. *num.* 242. ubi refert ita etiam ſenſiſſe *Sac. Cong.*
Concilii. Rovit. d. dec. 10. *n.* 2. *Andreol. d. contr.* 396. *per*
tot. Torr. d. cap. 26. *num.* 81. *Contr. diſcept. for. cont.*
37. *n.* 28. *Card. de Luc. de Renunciat. diſc.* 17. *n.* 18. *Rot.*
dec. 222. *n.* 1. *part.* 12. *rec.* quia quamvis remaneat ad-
ſtrictus voto paupertatis, modo tamen compatibili cum 35
gradu, & ſtatu Epiſcopali: nihilominus eſt capax ac-
quiſitionis favore ſuæ Eccleſiæ. *Fagnan. in d. cap. Ec-*
cleſiarum n. 88. *& ſeq. de conſtit.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

AR-

A R G U M E N T U M.

Canonici tenentur ſub pœna amiſſionis Diſtributionum perſolvere Horas Canonicas in ſuo Stallo, & induti habitu Chorali: illorum habitus debet eſſe uniformis: & quid ſi aliquis Canonicus ſit Prothonotarius? Mozzetta an poſſit adhiberi præſente Epiſcopo. Vicario Epiſcopi quis locus ſit dandus in Choro.

S U M M A R I U M.

1 *De Jure antiquo Canonici non aſtringebantur ad recitandas Horas Canonicas.*

2 *Nunc verò tenentur in habitu Canonicali, ac in ſuo Stallo, ſub pœna amiſſione Diſtributionum.*

3 *Habitus Choralis Canonicorum debet eſſe uniformis.*

4 *Quid ſi ſint Prothonotarii titulares.*

5 *Canonicus Prothonotarius in habitu Prælatitio, quem locum habeat, interveniens in Divinis Officiis.*

6 *Canonico Prothonotario permittitur uſus Subtaneæ, ſeu Veſtis violaceæ, dummodo deſuper induat habitum coæqualem cæteris Canonicis.*

7 *Item geſtare Rocchettum, & deſuper Chottam, quam induunt cæteri Canonici.*

8 *Prima Dignitas Collegiatæ ſi ſit Prothonotarius, poteſt uti habitu Violaceo in Choro, & Proceſſionibus.*

9 *Prima Dignitas Collegiatæ, quæ habet uſum Mozzettæ, an teneatur illam deponere in præſentia Epiſcopi, & Cardinalis* n. 10.

11 *Quid ſi dicta Prima Dignitas ſit exempta.*

12 *Vicarius Capitularis non Canonicus quam Sedem habeat in Choro.*

13 *Epiſcopus, qui ſit ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, in Choro poteſt uti Rocchetto, & Mozzetta.*

14 *Si Canonicatus ſit unitus Menſæ Epiſcopali, Epiſcopus remanet exemptus ab onere intereſſendi Choro, & nihilominus lucratur Diſtributiones, & fructus Præbendæ*, & n. 15. & 16.

17 *Aliæ Dignitates Cathedralium, ſeu Collegiatarum non eximuntur à dicto onere. Ampliа etiam ſi ſiat nullius Diœceſis, ac de Præpoſito Piſcien.* numer. 18.

T I T U L U S IV.

DE jure antiquo Dignitates, & Canonici non adſtringebantut Horas Canonicas in Choro recitare in proprio Stallo, neque cum habitu Chorali, ut
1 docemur *a Monet. de Diſtr. part.* 2. *quæſt.* 19. *numer.* 40. *Bonac. eod. tract. d. pa.* 2. *q.* 4. *n. ult. Caſtr. Pal. de Hor. Can. d.* 3. *pun.* 5. *num.* 3. *Fragoſ.* ubi ſupra *diſp.* 8. *numer.* 29.

Modò hujuſmodi penſum in habitu Canonicali, ac
2 in ſuo Stallo, perſolverè tenentur ſub pœna amiſſionis Diſtributionum. *Barb. de Can. cap.* 18. *n.* 4. *Lotther. l. c. quæſt.* 1. *nu.* 50. & *Paſqual. dec.* 408. *nu.* 5. Habitus Choralis Canonicorum debet eſſe uniformis, & coæ-
3 qualis; quamobrem Canonici Prothonotarii Titulares facultatem non ferunt utendi in Choro Rocchetto, & Mantelletto, dum Divinis Officiis cum aliis Canonicis aſſiſtunt, etiamſi vellent Diſtributiones amit-
4 tere, ſed ibi habitu Chorali ſe induere, ac in Stallo ſibi, uti Canonicis debito, permanere tenentur. *Nald. in cap. Ut Laicis, de vit. & hon. Cler.* & determinavit S. R. C. apud *Brab. loc. ſtatim cit.* & *cap.* 36. *n.* 11.

Quod non ignorantes Canonici Cathedralis Florentiæ, jam à Leone Papa X. Prothonotarii honorarii in certo numero creati, & ſucceſſivè conſtituti, nunquam utuntur in Choro, & circuitu, habitu Prælatitio, ſed Chorali, nempè Cappa, prout alii Canonici non Prothonotarii, & optimè quidem: nam habitus ille diverſus facilè invidiam inter Collegas generaret, ut advertunt *Bald. in cap. cum olim n.* 8. *de conſuet. Menoch. conſ.* 158. *n.* 26. *part.* 2. *Ughell. de Epiſc. Ital. tom.* 3. *fol.* 634. Hinc occaſionem ſumo advertendi, quòd licèt non reperiatur interdictum, quòd Canonicus Prothonotarius interſit Divinis Officiis
cum habitu Prælatitio in Navi Eccleſiæ, cum cæte- 5
ris Prothonotariis titularibus non Canonicis, quibus ibi convenit Scamnum panno viridi coopertum, ex Decreto S. R. C. emanato ſub die 21. Januarii 1634.
Nil ſecius; quia multa licent, quæ non expediunt, 6
& non omnia, quæ non ſunt prohibita, ſunt honeſta ut carpitur ex *D. Paul. cap.* 6. *ad Cor.* & *Caiet. gloſſatore in Cent.* 9. *quæſt.* 5. Canonicus Prothonotarius melius faceret abſtinere à ſedendo cum Prothonotariis in Corpore Eccleſiæ, nè alii Cancanonici, perſiſtentes in Choro, indignentur, & conquerantur, dicendo, quòd ille magis ex Prothonotariatu, quàm ex Canonicatu glorietur. Permittitur autem Canonico
Prothonotario, non ſolùm in Choro, ſed & in Proceſ- 7
ſionibus, uti Subtanea, ſeu Veſte violacea, dummodò habitu Chorali, aliis Canonicis coæquali, deſuper indutus appareat. Ita declaravit S. R. C. relatore *Pyrr. Corrad. in Prax. Diſp. Apoſt. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 52. Quapropter, ſi Canonici utantur in Choro Cotta cum Almutia, non licet Canonico Prothonotario ibidem uti Rocchetto ſub Chotta, ita diffinitum fuit à S. R. C. penes *Dan. de Nob. diſp.* 30. *n.* 51.

Porrò animadverſione dignum eſt, ubi prima Dignitas, & Caput Collegiatæ eſt etiam Prothonotarius
honorarius, jus habet in Choro, & Proceſſionibus 8
ejuſdem Eccleſiæ, deferendi Rocchettum cum Mantelletto, tam nigri, quàm violacei coloris, prout cuicunque Prothonotario titulari licitum eſt in Eccleſiis non Collegiatis uti eodem habitu Prælatitio in functionibus Eccleſiaſticis. Ita Sac. Congr. apud *Gavan. in Man. V. Præcedentia n.* 33. *Polac. de Cærem. part.* 2. *in add. fol.* 487. & ex parte *Corrad. loc. cit. num. ultimo.*
Præpoſitus Eccleſiæ Collegiatæ, præſente Epiſcopo, 9
cui eſt ſubjectus, non poteſt etiam in Choro Mozzettam Violacei coloris geſtare, quamvis hæc ſit ipſius Choralis habitus, cum in præſentia Superioris deponendum ſit omne, quod denotat juriſdictionem. *Boich. in cap. Antiqua. num.* 7. *de privil. Grat. deciſ.* 29. *num.* 4.

Et multò magis id ſervandum eſt coram Cardinali in cujus præſentia nec Epiſcopus utitur Mozzetta, niſi de illius conſenſu. *Petr. de Anchar. in d. cap. Antiqua n.* 7. *Abb. ibid. n.* 1. Videatur *Cærem. Epiſc. l.* 1. *cap.*
4. Si verò dictus Collegiatæ Secularis Præpoſitus eſ- 10
ſet exemptus, ac haberet juriſdictionem in Foro externo, liberè poſſet uti Mozzetta cum Rocchetto aperto coram Epiſcopo, tam in Choro, quàm extra in ſuo Territorio, veluti faciunt Generales, & Abba-
tes Regulares intra eorum Clauſtra. *Ceſped. de Exemp.* 11
Regular. dub. 220. *n.* 8. & cenſuit Sac. Epiſc. & Reg. Congreg. 27. Septembris 1615.

Vicario Capitulari, non Canonico, haud convenit Sedem Archidiaconi occupare in Choro, ſed ibi manere debet in alia Sede portatili, ex Decreto S. C.
apud *Barb. de Can. cap.* 42. *num. eod.* Qui, ſi fiat Cano- 12
nicus, debet eſſe cum habitu Canonicali in proprio Stallo, aliàs perdit Diſtributiones. *Subroz. de Off. Vic. lib.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 17. *Sayr. in Flor. eod. tit. dec.* 3. *Ricc. in Prax. part.* 1. *reſ.* 109. Idem ſequitur de Vicario Generali Canonico. *Negaſ. loc. cit. quæſt.* 349. *n.* 14. *Mar. Italia de Immun. lib.* 1. *cap.* 6. §. 5. *num.* 15. Epiſco-
pus autem, qui ſimul eſt ejuſdem Eccleſiæ Canoni- 13
cus, particeps eſt Diſtributionum, utendo in Choro Rocchetto, & Mozzetta tempore Divinorum, ut obſervant *Nald. ſuper d. cap. ut Laici* & *Piaſec. in Epiſc. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Et ſciendum, quòd Epiſcopus eſt exemptus ab onere recitandi Horas Cano-
nicas in Choro, licèt ejus Menſæ ſit unitus Cano- 14
nicatus ipſiuſmet Cathedralis. *S. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 91. *art.* 2. *Filincc. tom.* 2. *tract.* 24. *cap.* 4. *Macign. loc. cit. cap.* 57. *num.* 9. & colligitur ex *Cærem. Epiſc. lib.* 2.
cap. 7. Quo caſu, Choro non interveniens, amittit 15
Diſtributiones, ſed lucratur fructus Præbendæ, ac Menſæ groſſæ, ita declaravit S. Congr. apud *Zipæum lib.* 3. *tit. de Cler. non reſ. numer.* 35. Nec remanet obnoxius ad peragendas aliquas functiones Canonicales.
Grav. in Man. Epiſc. V. Can. Mua. n. 7. Aliæ Dignita- 16
tes, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum, de jure adſtringuntur Horarias Supplicationes quantum permiſerit valetudo, quotidie in Choro re-
citare, ac æqualiter cum cæteris officia Canoni- 17

corum exercere. *Tamb de Jur. Abbatiſſ. diſp. 5. quæſt. 2. n. 15. Barb. in Summ. collect. 87. num. 14.* Nec ab his oneribus eximitur prima Dignitas, & Caput Col-
18 legiatæ, quæ ſit de Capitulo, quantumvis ſit nullius Diœceſis, ut videre eſt in una *Piſcien. Juris conferendi 24. Martii 1658. coram D. Albergato*: Atque deficiens in prædictis punctatur, & mulctatur, ut alii Collegiales: Ita vidi io nonnullis Conſtitutionibus Capitularibus ejuſdem Collegiatæ Piſciæ, & allegantur *à Rot. ibidem*.

ARGUMENTUM.

An Vicarius Capitularis Piſtorien. jus habeat concedendi Literas Dimiſsoriales in caſibus, à Jure permiſſis, Clericis, Præpoſito Piſcien. ſubjectis, eo modo, quo dantur per Epiſeopum, uti viciniorem.

SUMMARIUM.

1 *In Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, transfunditur omnis Juriſdictio Epiſcopalis.*
2 *Et habet intentionem fundatam exercendi ea, quæ ſunt Poteſtatis Epiſcopalis, tam circa Spiritualia, quam temporalia.*
3 *Reſpectu verò eorum, quæ ſunt Ordinis, idem Capitulum facultatem habet illam committendi alteri Epiſcopo.*
4 *Conceſſio Dimiſſorialium ſubditis, etiam Nullius, eſt de pertinentiis Epiſcopalis Juriſdictionis.*
5 *Exceptio ubi non reperitur poſita, non eſt à regula recedendum.*
6 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in Juriſdictione, eidem ſpecialiter delegata.*
7 *Juriſdictio ſpecialis, & quaſi extranea ab officio, & poteſtate Epiſcopi, ejus perſonam non egreditur.*
8 *In poteſtate, perpetuò delegata Dignitati Epiſcopali, Capitulum non ſuccedit*, & n. 28.
9 *An ſuccedat in ea, quæ Epiſcopali dignitati tribuitur per quandam extenſionem Ordinariæ poteſtatis, & quando*, & n. 10. & 11.
12 *Utrum pariter Capitulum ſuccedat in locum Epiſcopi, quando illi tribuitur aliqua Juriſdictio per quandam excitationem Ordinariæ poteſtatis.*
13 *Jus transferendi Beneficia ab Eccleſiis, vetuſtate collapſis, auctoritate Sedis Apoſtolicæ conceſſum Epiſcopis, tranſit in Capitulum.*
14 *Prælati inferiores, quantumvis exempti, non poſſunt Literas Dimiſſoriales, pro Ordinum ſuceptione, concedere.*
15 *Ordinatio Clericorum, Prælatis inferioribus ſubjectorum, quomodo per S. C. R. Epiſcopis vicinioribus conceſſa fuerit.*
16 *An talis Juriſdictio tranſeat, Sede Vacante, in Capitulum* & n. 23. 29. & 36.
17 *Quid importet verbum* pertinere.
18 *Prælati inferiores, non niſi per privilegium Apoſtolicum, ſeu per immemorabilem, exemptionem à Juriſdictione Epiſcoporum vicinorum prætendere poſſunt.*
19 *Nullus dici poteſt locus, qui in ſui origine non fuerit de Diœceſi alicujus Epiſcopi.*
20 *Apoſtoli, eorumque Princeps S. Petrus, omnibus Diœceſibus limites conſtituerunt.*
21 *Licèt nonnulli talem Diœceſum diviſionem Dionyſio I. attribuant, qui tamen à Sacr. Rota reprobatur.*
22 *Territoria Prælatorum inferiorum præſumuntur avulſa à Diœceſibus Epiſcoporum viciniorum.*
24 *In æquiparatis, quod dicitur de uno, dicitur, & de altero*, & n. 37.
25 *Territorium Piſcien. à Diœceſi Lucana ſeparatum fuit ubi tamen dubitatur, an à prædicta Diœceſi ſeparatum fuerit totum, vel inſigni ex parte à Diœceſi Piſtorien.*
26 *Electio Epiſcopi viciniorís, per Prælatum inferiorem ſemel facta, eſt irrevocabilis.*
27 *Subrogatus induit in omnibus naturam illius, in cujus locum ſubrogatur.*
30 *Subditi Nullius non debent eſſe magis privilegiati, quam ſubditi Epiſcopatus viciniorís.*
31 *Jus viſitandi Territoria Nullius, competens Epiſcopis vicinioribus, non transfunditur, Sede vacante, in Capitulum.*
32 *Facultas diſpenſandi in Irregularitatibus, & Suſpenſionibus, ex delicto occulto provenientibus tranſit in Capitulum.*
33 *Facultas per S. C. T. conceſſa Epiſcopis vicinioribus, quoad Ordinationem Clericorum Nullius, undè proveniat.*
34 *Prælatis inferioribus non licet Literas Dimiſſoriales ſuis ſubditis concedere.*
35 *Declaratur* Ciarlin. contr. 46.
38 *Prælati Regulares in Locis Nullius non poſſunt concedere ſuis ſubditis Regularibus Literas Teſtimoniales, pro ſuſcipiendis Ordinibus, ad quemcunque Epiſcopum, ſed tenentur illos mittere ad Epiſcopum viciniorem.*

ANIMADVERSIONES.

Actum fuit inter cætera in hoc Titulo de Præpoſito Piſcen., undè cum pulchra quæſtio mihi examinanda occurrerit tempore Sedis noſtræ Vacantis per obitum recol. mem. Epiſcopi de Vicedominis Cortigianis, an Vicarius noſter Capitularis habeat jus concedendi, io caſibus à Jure permiſſis, Literas Dimiſſoriales ad Ordines Clericis Juriſdictionis Nullius Piſcien., eo modo, quo dantur per noſtrum Epicopum, uti Viciniorem, cenſui hic breviter adnotare ea, quæ favore noſtri Capituli deduxi, & juxta quæ fuit judicatum, licèt extrajudicialiter, per Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Carapham, Nuncium Apoſtolicum apud Sereniſſimum Magnum Ducem Etruriæ, Dominum noſtrum Clementiſſimum, & etiam obſervatum per Reverendiſſimum modernum D. Præpoſitum, mediante remiſſione ſuorum Clericorum ad eundem Dominum Vicarium Piſtorien. pro habendis eiſdem Literis Dimiſſorialibus.

Primum autem fundamentum meæ ſententiæ in eo
ſtetit, nempè quòd in Capitulum Sede Vacante, tan- 1
quam Epiſcopi ſucceſsorem, eique minimè inferiorem, ſed parem, & io ejus locum ſubrogatum, transfunditur exercitium omnimodæ juriſdictionis Epiſcopalis, ad *Text. in cap. bis quæ, de majorit. & obed. & c. 3. de ſuppl. negl. Prælat. in 6.* & notant *Federic. de Sen. conſ. 30. num. 3. & circa fin. Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 1. quæſt. 15. Quarant. in Sum. Bullar. in verb. Capitulum Sed. Vac. in 4. declarat. Fagnan. in d. cap. bis quæ, à n. 49. ad plures ſeqq. Ricc. reſol. 267. num. 5. & 6. Ventrigl. in Prax. part. 2. annot. 15. §. 1. num. 4. & 5.* ita ut quoad prædictum univerſale exercitium Epiſcopa-
lis poteſtatis, tam quoad Spiritualia, quàm tempora- 2
lia, habeat intentionem fundatam in Jure, ideoque valeat ea omnia explere, quæ expreſsè non reperiuntur prohibita *Card. Zabarell. in conſ. 35. num. 3. verſ. item. Pignattell. conſult. 24. num. 2. & 3. tom. 5. Barboſ. de Canonic. & Dignitat. cap. 24. num. 61.*, cum etiam
reſpectu eorum, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, ſuc- 3
cedat quoad facultatem eadem committendi alteri Epiſcopo, argumento *Text. in can. Pontificis 7. quæſt. 1. Quarant. ubi ſup. in 7. declarat.* cum aliis penes *Ventrigl. d. annot. 15. §. 1. n. 12.*, proindèque, cum conceſſio Dimiſſorialium Subditis etiam Nullius, ſit de per-
tinentiis Epiſcopalis juriſdictionis, ut patet ex *Textu* 4
Sac. Conc. Trid. in cap. 10. ſeſſ. 23. de ref. & infra latiùs demonaſtrabitur, nullaque poſſit afferri ratio, ſeu Juris prohibitio, per quam impediatur dictæ juriſdictionis
transfuſio in Capitulum Sede Vacante, non eſt cur 5
vigore generalis aſſiſtentiæ Juris veniat ab ejuſdem Juriſdictionis exercitio impediendum, argum. *Text. in l. Prævaricationis ff. de prævaricat. l. diſſenientem C. de divort. l. illam C. de collat. Flam. Pariſ. de Reſign. Beneſic. part. 3. quæſt. 7. num. 45. Barboſ. tract. var. axiom. 85. num. 8.*

Neque ad elidendum adeò firmum fundamentum, quicquam officere poteſt in hypotheſi communis, ac vulgata limitatio ad ſupra poſitam generalem regu-
lam, nempè quòd Capitulum non ſuccedit Epiſcopo 6
in illa juriſdictione, quæ ſpecialiter fuit eidem dele-
gata,

gata, ex connotatis per canoniſtas *in capit. eam te 7., de reſcript.* & ſignanter per *Felin. num. 17. Garz. de Beneſ. part. 5. c. 7. nu. 42.* cum cæteris apud *Pignat. d. conſult. 24. num. 2.* Sanè pro remotione iſtiuſmodi difficultatis diſtinguere oportet inter varias ſpecies auctoritatis, Epiſcopo delegatæ. Aut enim agitur de illa juriſdictione ſeu auctoritate ſpeciali, & ut ita dicam perſonali, & quaſi extranea ab officio, & poteſtate
7 Epiſcopali, & ea procul dubio non egreditur illius perſonam, ita ut nec ad ejus in Epiſcopatu Succeſſorem tranſeat, multoque minùs in Capitulum Sede Vacante, juxta *Gloſſ. in capit. ſcriptum, verb. temporis, & ibi Abb. in 3. col. de elect. Van. Eſpen. in Jus Eccleſiaſt. univ. part. 1. tit. 9. ſub numer. 1. Tit. de Capit. Sed. Vac.* Vel agitur de illa auctoritate; etiam perpetuò delegata Di-
8 gnitati Epiſcopali, quæ per Epiſcopum exerceri tantùm poteſt tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatum, ut caſus eſt in *Clem. 2. de ſtat. Monach., & in Sacr. Concil. Trid. in capit. 9. ſeſſ. 14. de reform.* & alibi, & in hac regulariter Capitulum non ſuccedit, *Garzias de Beneſ. d. part. 5. cap. 7. num. 45. Leuren. de Juriſdict. capit. Sed. Vac. quæſt. 503.* Aut verò agitur de ea juriſdictione, Epiſcopali Dignitati per Sacros Canones, vel Sac. Con-
9 cil. Trid., aut cæteras Apoſtolicas Conſtitutiones delegata delegatione generali, per quandam extenſionem, ſive prorogationem ordinariæ poteſtatis, & tunc in hujuſmodi juriſdictione rectè ſuccedit Capitulum, & Epiſcopi vicem ſupplet, ut declarat *Van. Eſpen. l. proximè citat. Emin. de Luc. Annot. ad Concil. Trid. diſc. 31. num. 30. & 37.* Quod quidem citra dubium procedit, quoties Epiſcopus vigore dictorum Canonum, ſeu Apoſtolicarum Conſtitutionum, non tenetur in actu exercendi dictam facultatem, ſive juriſdictionem, ſibi
10 attributam, ſe gerere tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, utpote quia in iiſdem S. Canonibus, ſeu Conſtitutionibus, hoc expreſſè cautum non eſt, ſed talis juriſdictio Epiſcopo ſimpliciter concedatur, ut benè diſtinguendo docent *Garz. de Beneſ. part. 5. cap. 7. numer. 48. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sed. Vac. in princ. verſ. ſubſequenter ad hanc regulam*; optimè *etiam Fagnan. in cap. his quæ num. 54. & ſeq. de majorit., & obed. Ventrigl. part. 2. annot, 15. §. 1, num. 20.* Quod pariter verum eſt etiam quando per antedictos Sacros Canones, & Conſtitutiones removetur tantum-
11 modo obſtaculum exemptionis, quo impediebatur Epiſcopus ſuam ordinariam, & ut ita dicam habitualem juriſdictionem exercere, prout ſunt tot caſus, in quibus Epiſcopo permittitur procedere contra Regulares, aliosque per Apoſtolica privilegia ab ejus poteſtate exemptos, abſque eo quod teneatur uti auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ut in propoſito hujus propoſitionis, afferendo præclara exempla *in Clem. unic. de teſtam. & in Clem. 1. de ſepult.* optimè *Garzias de Beneſ. part. 5. capit. 7. num. 48. circa fin.* Et tandem quotieſcunque Epiſcopis tribuitur per quandam excitationem ordinariæ poteſtatis, & in illius augumentum, quod
12 alioquin ipſis jure communi exercere permiſſum erat, itaut utraque auctoritate, ordinaria videlicet, ac Apoſtolica, procedere valeant, prout eſt caſus *in cap. ad abolendam, de hæret. & in Sac. Conc. Trid. in cap. 7. ſeſſ. 21. de reform.*, ubi auctoritas S. Sedis, conceſſa E-
13 piſcopis, transferendi Beneficia ſimplicia ab Eccleſiis vetuſtate collapſis, tranſit in Capitulum, utpote aliàs jure communi competens, ut ex mente Sac. Congregationis Concilii advertit *Fagnan. in d. cap. His quæ, num. 56. de majorit. & obed.* & generaliter tradunt *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Capitulum Sed. Vac. in princ. & Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. univ. part. 1. tit. 9. de Cap. Sed. Vac. num. 2.*, cum hujuſmodi commiſſio non faciat tranſire Juriſdictionem ordinariam in delegatam, ut pluribus allegatis, tradit *Rot. in Firmana Juriſdictionis 10. Maii 1700. §. Tam etiam quia, coram R. P. D. Molines.*

Quibus ita præhabitis, deſcendendo ad caſum controverſiæ, plana undique, ac expedita videbatur reſolutio favore dicti Reverendiſſimi Capituli Piſtorien. pro afferenda aſſiſtentia Juris quoad facultatem concedendi, privativè quoad alios, memoraras Literas Dimiſſoriales Subditis Reverendiſſimi Præpoſiti Piſcien. Præmiſſo namque, ſeu potiùs præſappoſito pro abſoluto, quòd idem Reverendiſſimus Præpoſitus nullo pacto ſe ingerere poſſet in actu conceſſionis dictorum 14
Dimiſſorialium, non obſtante privilegio Sanct. Mem. Leonis X., ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii, relat. per *Fagnan. in cap. ſignificaſti, a num. 24. ad fin. & Barboſ. ad Concil. capit. 10. ſeſſ. 23. de reform. Pignatell. d. conſult. canon. 59.* ferè *per tot. Van. Eſpen. in Jus. Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 9. capit. 5. numer. 6.* & paſſim alii, præſertim recentior: certum quippe erat, quòd facultas conceſſa per idem Sac. Concil. Epiſcopis vicinioribus quoad Ordinationes Clericorum Nullius Diœceſis *in cap. 10. ſeſſ. 23. de reform.*, nullo modo cenſeri, aut reputari poterat tanquam delegatio aliqua ſpecialis, in Capitulum non tranſitoria, inſpecto tenore, ac litera Textus ejuſdem Canonis, per quem Ordinatio dictorum Clericorum Epiſcopis vicinioribus 15
committitur per modum prorogationis, aut extenſionis ordinariæ Juriſdictionis, ſive potiùs per ſimplicem remotionem obſtaculi exemptionis, dictis Prælatis Inferioribus competentis, ibi -- *Abbatibus, ac aliis quibuſcunque, quantumvis exemptis, non liceat in poſterum Literas Dimiſſorias aliquibus Clericis Secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere, ſed horum omnium Ordinatio, ſervatis omnibus, quæ in hujus ſanctæ Synodi Decretis continentur, ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtant, pertineat, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis* -- nullibi enim in hoc Textu habentur verba, præſeferentia ſpecialem aliquam delegationem, aut conceſſionem Apoſtolicæ auctoritatis, ſed, ut dictum eſt, ſolummodò tolluntur de medio exemptiones, ac privilegia hujuſmodi Prælatorum; & proindè juxta ſu- 16
periùs firmata, talis Juriſdictio Epiſcopis attributa, devolvi debet ad eorum Capitula, Sede Vacante, ut mirificè ad caſum noſtrum docet *Garz. de Beneſ. ſæpiùs citat. part. 5. cap. 7. num. 48.*, expendendo maximè vim verbi *pertineat*, quo uſa fuit Sancta Synodus, quæ non obſcurè denotat, quòd Ordinatio dictorum ſubditorum nullius Diœceſis, remoto impedimento exemptionum, eſt quodammodo de pertinentiis Epiſcopalis Juriſdictionis, cum hoc ſecum ferat natura dicti verbi 17
pertinere, ad Text. in l. Verbum 181. ff. de verb. ſignif. l. ſi poſtulaverit 27. §. 1. ff. ad leg. Jul. & l. Prætor. 9. §. His verbis ff. de reb. auct. Judic. poſſiden. cum aliis concordan. relatis per Calvin. in Lexico Jur. in verb. Pertinere.

Et quidem augebatur vis diſcurſus, reflectendo ad nativam, ſeu originalem ſubjectionem Prælatorum Inferiorum Epiſcopis vicinioribus, à quorum Juriſdictione, non niſi per privilegium Apoſtolicum, aut ſaltem immemorabilem, illi æquipollentem, exemptionem 18
ſibi vindicare poſſunt. *Eminentiſs. De Luc. de juriſdict. diſc. 1. num. 3., & ſeq. Rot. cor. Royas deciſ. 218. num. 27. cor. Zarat. dec. 10. num. 11. & dec. 21. nu. 10.* cum aliis plenè congeſtis in *Baren. Juriſdictionis 19. Januarii 1682. §. Deberet, coram Paulutio, in Gerunden. Juriſdictionis 27. Junii 1689. §. Quæ ſingula, cor. Benincaſa, in Fanen. Canonicatuum 5. Maii 1700. §. Neque conceſſio, cor. bo. me. Card. Caprar. & in Nullius, ſeu Caputaquen. Juriſdictionis 26. Junii 1711. §. Cæterùm, cor. R. P. D. meo Anſald.*, ex ea ratione, quòd nullus dici poſſit lo- 19
cus, qui in ſui origine non fuerit de Territorio, ac Diœceſi alicujus Epiſcopi, ut notant *Card. in Clement. Archiepiſcopo §. Simili num. 4. quæſt. 4. tit. de pœnis, Pignattell. conſult. 26. ſub num. 18. tom. 2. Rot. cor. Carillo dec. 126. nu. 3. in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono jure 5. Martii 1692. §. Abſque eo quòd, coram Reverendiſſimo Molin. impreſſ. ad ornat. Cardin. de Luc. ad mater. Juriſdictionis deciſ. 20., in alia Gerunden. Juriſdictionis 26. Novembris 1694. poſt princip. cor. bon. mem. Cardin. Caprar., & in alia Gerunden. Juriſdictionis de Campo rotundo 4. Julii 1698. §. Eſſe autem, cor. bon. mem. Pio, &* latiùs *in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis 16. Februarii 1703. §. Re ſiquidem, cum §. ſequenti, cor. R. D. Molines Decano* cum uſque in Eccleſiæ Catholicæ primordio 20
SS. Apoſtoli, eorumque Princeps S. Petrus, omnibus Diœceſibus limites conſtituerint, ut traditur in *Canon. Urbis, & in Can. illis, diſt. 8., & in Can. Provinciæ diſt. 99.*, licèt aliqui eandem diviſionem adſcribant Diony- 21
ſio primo, per *Text. in Can. Eccleſiaſticas 31. quæſt. 1.*, nempè *Barb. cum aliis apud eundem de Offic., & Poteſt. Epiſcopi part. 1. cap. 7. tit. 1. Emin. De Luc. de Juriſdict. diſc. 1. num. 3.*, quos reprobat *Rot. in Hiſpalen. Viſitationis*

Digitized by Google

nis 30. *Aprilis* 1700. §. 13. *cor.* R. D. *Moliner*, & *in di-*
cta Nullius, *ſeu Fulden.* 16. *Febr.* 1703. §. *Non officien-*
te, *cor. eod.*, exindè ſequitur, quòd Juriſdictio compe-
tens vigore Sacri Concilii in *relat. cap.* 7. *ſeſſ.* 23. Epiſ-
copis vicinioribus quoad Ordinationes ſubditorum Præ-
latorum Nullius Diœceſis, quorum Territoria præſu-
22 muntur avulſa; ac ſeparata à Diœceſibus eorundem
Epiſcoporum, quorum finibus adjacent, ex traditis
per Emin. de Luc. de Juriſd. diſc. 1. *numer.* 14. & 15. &
diſc. 11. *num.* 4. *Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.*
15. *quæſt.* 9. *num.* 5. & 6. *Rot. poſt. Eundem dec.* 47. *nu.*
2. cum aliis in *Toletana Juriſdictionis ſuper manutentione*
5. *Martii* 1692. §. *Fuit decidendi ratio*, *cor. Rev. Molin.*
impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. ad mater. de Juriſd. dec.
19. non ſit ſolummodo ſimplex extenſio, & proroga-
tio Juriſdictionis Epiſcopalis, verùm ſit vera remotio
obſtaculi exemptionis, & quædam reductio ad Jus com-
mune, cum res revertatur ad ſuam primævam, &
originariam naturam, reſtituendo quodammodo Epiſ-
copis, quod in ſui origine ſuum erat, ac per conſe-
quens citra illam dubitationem, in hujuſmodi Juriſdi-
23 ctione ſuccedere debet Capitulum, Sede vacante,
cum illud, ut dictum eſt, ſuccedat in ea Juriſdictione,
quę Epiſcopo competit per remotionem obſtaculi exem-
ptionis, ut in *Clem.* 1. *de teſtament.* & *in Clem.* 1. *de*
ſepult., nam tunc reducimur ad Jus commune, undè
remoto impedimento exemptionis, reſpectu Ordina-
tionum prædictarum, reputari debent ſubditi nullius
tanquam verè ſubditi Epiſcopatus vicinioris, & ſicu-
ti facultas concedendi Dimiſſorias pro Clericis Diœ-
ceſanis tranſit in Capitulum, Sede Vacante, ita pa-
riter tranſire debet reſpectu Subditorum Nullius,
qui, quoad hunc effectum, omnimodè æquiparan-
24 tur, juxta regulam *Text. in l.* 1. *ff. de legat.* 5. *Gloſſ.*
in l. ſi quis ſervo. C. de furt. Barboſ. Axiomat. 14. *nu-*
mer. 1. & 2. *Rot. deciſ.* 284. *numer.* 22. & *deciſ.* 324.
part. 18. *rec.*, & *ad ornat. Card. de Luc. de Fideicom.*
dec. 13. *num.* 13.

Quin prædictis adverſaretur, Territorium Piſcien.
non fuiſſe in ſui origine de Diœceſi Piſtorien., utpo-
te ſeparatum per privilegium Leonis X. à Diœceſi Lu-
25 cana, ut habetur apud *Fagnan. in cap. cum contingat*,
ſub num. 28. *de for. competen.*; quia præterquamquòd
non remanet certum, an Territorium totum Piſcien.
fuerit diſmembratum à prædicta Lucana Diœceſi, vel
etiam pro aliqua inſigni parte à Piſtorien., cui adhæ-
ret; cum Epiſcopus Piſtorien. fuerit electus tanquam
26 vicinior, ejuſque electio ſit perpetua, & irretractabi-
lis, juxta ſancita in *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de re-*
form., intelligitur ſubrogatus in Juribus, & ſuffectus
in locum Epiſcopi Lucani, proindèque quæ militarent
in eodem Epiſcopo Lucano, pariter procedunt, &
verificantur in Piſtorien., cum ſubrogatus induat in
27 omnibus naturam, & conditionem ejus, in cujus lo-
cum ſubrogatur, *ad Text. in l. Si eo §. Qui injuriarum*
ff. Si quis cautè &c. Gratian. diſcept. 624. *numer.* 10.
bon. mem. Severol. inter dec. impreſſ. ad ornat. Cardin. de
Luc. de Statut. Succeſſ. num. 4. *Rot. ibidem dec.* 30. *nu-*
mer. 3. *ad mater. de Uſur.* & *Camb.* & *deciſ.* 16. *numer.*
7. *ad mater. de Fideicom.*, & *in rec. dec.* 561. *num.* 4.
part. 18.

His ita conſtabilitis, facili negotio diluebantur ea,
quæ per modum dubitationis doctiſſimè excitata fue-
runt. Quatenus enim pertinet ad ea, quæ diceban-
tur, quòd in Capitulum Sede Vacante non tranſiret
Juriſdictio, etiam perpetuò delegata Epiſcopali Digni-
tati, ex *Fagnan. in cap. his quæ, de majorit.* & *obedient.*
& *Leuren. quæſt.* 461. & aliis, hoc etiam ultrò, & in-
diſtinctè admittendo, ex jam dictis ruebat objectum,
quia in præſenti non agebatur de poteſtate delegata,
quam Epiſcopus Apoſtolica ſuffultus auctoritate exer-
ceret, ſed de ea potius reſtituta per ſimplicem remo-
tionem obſtaculi exemptionis, & quandam reductio-
29 nem ad Jus commune, ut probatum fuit expenden-
do literam *Text. Sacr. Concil. Trident. in d. ſeſſ.* 23. *ca-*
pit. 10.

Supervacaneum verò reddebatur ſatisfacere alteri
conſecutivæ obſervationi, quòd Capitulum tantummo-
do ſuccedat in Juriſdictione perpetuò delegata Epiſco-
pali Dignitati, quando hoc reſpicit commodum eo-
rum, in quos exercetur; qua hypotheſi deficiebat ſup-
poſitum, cum Juriſdictio, de qua agimus, ut abundè
fuit comprobatum, non ſit delegata: verùm nihilo-
minus non urgebat difficultas, cum nullatenus gra-
vati cenſeri poſſent ſubditi D. Præpoſiti, quando pa-
ri paſſu ambulabant cùm Diœceſanis Epiſcopatus Pi-
ſtorien., imo inconveniens videbatur, quòd majore 30
fruerentur privilegio ſubditi Nullius, quàm Epiſco-
patus Vicinioris, ſecundùm ea, quæ dixit *Rot. dec.* 212.
n. 10. & *ſeq. part.* 15. *cor. Sa. Me. Alexandro VIII. dec.* 4.
num. 39. & *ſeq.* & *in recen. dec.* 469. *nu.* 26. *part.* 19.
tom. 2.

Quatenus verò pertinet ad id, quod dicebatur,
quòd jus viſitandi Territoria Nullius, competens E- 31
piſcopis vicinioribus ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de*
ref., non transfunditur in Capitulum Sede Vacante;
plana dabatur reſponſio, quia in illo Textu expreſsè
ſtatuitur, hujuſmodi viſitationem explendam eſſe ab
Epiſcopo, tanquam Sanctæ Sedis Delegato, ad dif-
ferentiam *d. cap.* 10. *ſeſſ.* 23., in quo nulla fit mentio
Apoſtolicæ delegationis; undè potiùs mirificè hoc com-
probabat noſtrum aſſumptum, & diſtinctionem præal-
latam; quod pariter reddebatur etiam altero exemplo
manifeſtum, educto ex eodem *Sac. Concil. ſeſſ.* 24. *ca.*
6. *de reform.*, in quo conceditur Epiſcopis facultas
diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus
ex delicto occulto provenientibus, & Apoſtolicæ Se-
di reſervatis, cumque nihil de delegatione nullum
verbum habeatur, tranſire proinde in Capitulum, 32
cæteris relatis, monet *Baboſ. in eodem cap.* 6. *n.* 4. la-
tè *Ventrigl. in Prax. annot.* 15. §. 1. *numer.* 19. *ſeqq.*
part. 2.

Minus officere dicebam, quòd prædicta facultas,
competens Epiſcopis vicinioribus quoad Ordinationem
ſubditorum Nullius, proveniat ex quodam Jure ac-
cidentali, & delegatione proviſionali Sedis Apoſto-
licæ, donec diſcutiatur dubium, an Text. d. Sac. Con-
cilii in ſæpe citat. *cap.* 10. *ſeſſ.* 23. comprehendat Præ-
latos inferiores, habentes Territorum omninò ſepara-
tum, ac diſtinctum, cum formali qualitate Nullius 33
Diœceſis, ac proindè hujuſmodi Juriſdictio accidenta-
lis tranſire non poſſit in Capitulum Sede Vacante,
quia poſt tot Reſolutiones, ac Decreta Sacr. Congr.
Concilii, abſolutè decidentia articulum, ac emana-
ta ſuper intelligentia *d. cap.* 10., relata per *Fagnan.* &
Pignatell. locis ſupra allegat. in §. His præhabitis, verſic.
Quo poſito, nefas quodammodo videtur hanc quæſtio-
nem refricare, unde illam pro indubitata ample- 34
ctuntur Authores præallati, & patet ex Reſolutione
edita pro Reverendiſſimo Præpoſito Piſcien. penes
eoſdem, in qua abſolutè deciſum fuit, eidem non
licere, non obſtante privilegio Leonis X., ac ejus qua-
litate Nullius, concedere ſuis ſubditis Literas Di-
miſſoriles.

Ad auctoritatem *Ciarlin. in controv.* 46. jam ex di-
ctis patet reſponſio, & clariùs, animadvertendo ad
illius caſum, nempè quòd delegatio Ordinationum ſub-
ditorum Archipresbyteri Carpen., facta per Sac. Con-
gregationem Epiſcopo Mutinen., fuit ſpecialis, at-
tenta controverſia inter eundem Epiſcopum Mutinen. 35
cum Epiſcopo Regico., contendente ſuper majori vi-
cinitate loci Carpen., undè in dicta peculiari dele-
gatione certum erat, quòd Capitulum Mutinenſe Sede
Vacante non poterat ſuccedere, juxta deducta per eun-
dem *Ciarlin. ibid. n.* 14. & 15., & latiùs ſupra ani-
madverſa.

Non omittendo pro coronide, quòd omnem penitus
ſubmovet umbram difficultatis ſtylus, & praxis ejuſ-
dem Sac. Congregationis Concilii, quæ indulgendo
ſubditis Nullius Diœceſis, ut ſeſe promoveri valeant
ad Ordines, intra annum Vacantis Sedis Vicinio-
ris, committit facultatem concedendi Literas Di-
miſſoriales Vicariis Capitularibus Epiſcopatus Vici-
nioris, ut patet per exempla, quæ dabantur etiam
in præciſo caſu Reverendiſſimi Præſulis Piſcien., ex
hoc enim ſequitur manifeſtè, quòd in ſenſu dictæ Sa-
cræ Congregationis, jus concedendi Dimiſſorias de-
volvitur ad Capitulum Sede Vacante, quia alioquin 36
eiſdem Vicariis non delegaretur hujuſmodi facultas,
quæ cenſeri debet quædam remotio impedimenti pro-
hibitionis Sacri Concilii, concedendi hujuſmodi Li-
teras infra annum vacationis Sedis Epiſcopalis: Ad-
verte-

vertebamque inſuper, quòd ſi ſubditi Nullius Diœceſis, in ſenſu dictæ Sac. Cong., quoad effectum prædictum non reputarentur ſubditi Epiſcopatus Vicinioris, ſuperflua foret omnino diſpenſatio pro ſuſcipiendis Ordinibus intra annum Vacationis Sedis vicinioris, quia illis non applicarentur diſpoſita per idem Sacrum Concilium; undè ſi hujuſmodi facultas à dicta Sacra Congregatione conceditur eodem prorſus modo, ac ſub eadem formula dirigitur dictis Vicariis Capitularibus pru ſubditis Eccleſiæ Cathedralis Vacantis, ac pro ſubditis Vicinioris; ſequitur, quòd de
37 utriſque par fieri debeat judicium, ut de ſe patet, & facit regula deducta ex *Text. in l. ſtrictus ff. de manumiſſ. Teſtament.* de qua *Gratian. diſcept.* 298. *num.* 70. cum aliis apud *Rot. in Aſculann Fideicommiſſi* 25. *Junii* 1649. *§. Sicuti enim, cor. Emin. Card. Caprar. impreſſ. ad ornatum Card. de Luc. in Mantiſſ. ad tit. de Fideicom. deciſ.* 38.

Circa hanc materiam non eſt omittendum, quòd Prælati Regulares, commorantes in locis Nullius Diœ-
38 ceſis, non poſſunt concedere ſuis ſubditis Regularibus Literas Teſtimoniales pro ſuſcipiendis Ordinibus, ad quemcunque Epiſcopum, ſed tenentur illos mittere ad Epiſcopum Viciniorem, ſive intra cujus Diœceſis fines exiſtunt. *Fagnan. in cap. cum olim numer.* 16. *de præſcript.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

In functionibus Eccleſiaſticis præſcriptæ Cæremoniæ ſervandæ ſunt, nec poſſunt omitti ſine reatu culpæ, & incurſu pœnæ: & comprobatur exemplis, ex Sacra Scriptura deſumptis. Canonici in prædictis Cæremoniis debent ſervare uniformitatem. Varii Ritus, & Cæremoniæ Sacrarum functionum exponuntur.

SUMMARIUM.

1 *Non eſt ambienda prima Sedes in Choro, in quem omnes intrare debent, ut ſoli Deo dent honorem, & gloriam.*

2 *In Divinis Precibus adbibendæ ſunt Cæremoniæ, quæ provocant devotionem, tum in Clero, tum in populo.*

3 *Cæremoniæ, quæ indecorè fiunt, pariunt contemptum rerum Divinarum.*

4 *Cæremonias irreverenter facientes quandam ſpeciem ſacrilegii incurrunt.*

5 *Prævaricantes Cæremonias, in Lege veteri graviter puniebantur: illas verò ritè ſervantes, Deus proſperos effecit* n. 6.

7 *In Eccleſiis Collegiatis ſervandæ ſunt Cæremoniæ juxta Rubricas Breviaris, Cæremoniale Epiſcoporum, & Decreta S. R. C.*

8 *Tolerandæ ſunt Cæremoniæ cuiuſque Eccleſiæ, etiam dicto Cæremoniali adverſantes, dummodò non ſint abuſus.*

9 *An, & quando detecto capite ſtare debeant Eccleſiaſtici, dum perſolvunt Horas Canonicas.*

10 *Quando deceat recitare Horas genibus flexis.*

11 *Canonici debent in dictis Cæremoniis uniformitatem ſervare.*

12 *Indecens eſt, ſi Canonici dictam uniformitatem non ſervent in genuflectendo, ſedendo &c.*

13 *Ad majorem de Choro ſpectat de jure initium Officii intonare, niſi aliud conſuetudine invaluerit.*

14 *Oratio Dominica quomodo recitanda, & verſic.* Domine ad adjuvandum me feſtina, *& quando faciendum ſit ſignum Crucis* n. 16.

17 *Hebdomadarius, non paratus, antequam incipiat Divinum Officium, caput aliquantulum inclinare debet primæ Dignitati, & cæteris Canonicis.*

18 *Hebdomadario parato, tenentur facere præintonationem Antiphonarum Capellani.*

19 *Canonici in Choro quando debeant eſſe ſtantes.*

20 *Hebdomadarius præintonat hymnos, & ad quoſdam genuflectit. Idem ad quoſdam verſiculos Pſalmorum, & Evangelium,* n. 21. & 22.

23 *Ad Pſalmos, & Lectiones, omnes ſedent, niſi dum à Prælato leguntur.*

24 *Ad verſ.* Gloria Patri &c. *omnes, vel ſurgunt, vel caput detegunt, & caput inclinant, & inclinantes lucrantur Indulgentias* n. 25.

26 *In Horariis precibus quando ſit caput inclinandum.*

27 *Omittentes ſupradictas Cæremonias, quam culpam incurrant.*

28 *Inſolitæ Cæremoniæ non ſunt addendæ in Divinis Officiis.*

29 *Non poſſunt per Canonicos adhiberi in Divinis Officiis plures Cantores, ſeu Acolyti.*

30 *Nihil eſt innovandum in Officio Eccleſiaſtico contra Rubricas, etiam ubi indulgeatur devotioni populi* num. 31., & 32.

33 *Ad majorem ſolemnitatem Feſti licitè adhibentur concentus, & ſymphoniæ, & quando* n. 34.

35 *In ſolemnioribus diebus majori gravitate ſuſtinenda eſt vox in cantu Pſalmorum, & Hymnorum. Item ad Cantica* Magnificat, Benedictus, & Nunc dimittis.

36 *Lectiones quomodo, & à quibus ſint legendæ, vel cantandæ, tam Canonicis, quàm Capellanis, & quæ Cæremoniæ ſervandæ* n. 37. & 40.

38 *Si Epiſcopus aſſiſtat Matutino, ab eo ſemper petitur benedictio, & quid ſi adſiſtat Prælatus Collegiatæ* num. 39.

41 *Canonici, Sacris Ordinibus non initiati, non debent decantare Evangelium cum Homilia in Choro, nec etiam Diaconus, munus Hebdomadarii exercere* 42. & 43.

44 *Canonico Hebdomadario non comparente in tempore, ad quem ſpectet ſupplere illius vices.*

45 *Canonicis junioribus incumbit munus ſupplendi vices abſentium.*

46 *Coadjutor Canonici non adſtringitur ad onera Canonicorum juniorum, ſed tantùm ad illa ſui Coadjuti.*

47 *Quiſque debet per ſe exercere munus ſuum.*

TITULUS V.

NOn eſt ambienda prima Sedes Chori, ut quis
major, vel ſuperior appareat in Choro, in 1
quem omnes intrare debent, ut dent gloriam, honorem, & magnificentiam ſoli Deo, ſtellato ſedenti Solio, quem publica Pſalmodia ipſum innumerabilium Angelorum exercitu circumamictum laudare, & deprecari debent, corporis conformatione, ac religioſis geſtibus, de quibus in Eccleſiaſtico Officio fit mentio his verbis, *Frequentate nobis dulcia cantica dramatis*: Cantica dramatis actione, & voce conſiſtunt, at exponit *Baron. Anno à Chriſto nato* 60. *num.* 25. Et quidem, ſi quiſpiam ſermonem habiturus cum terreno Principe, greſſus, manus, totiuſque corporis membra componere ſtudet, quantò ſolertius cum debita vene-
ratione in Divinis Precibus adhibendæ ſunt Cæremo- 2
niæ; quæ ſunt exteriores actiones, ad Dei cultum pertinentes; atque cum gravitate in Eccleſiaſticis Officiis peractæ, ipſis Miniſtris devotionem fovent, fidem augent, ſpem confirmant, & pietatem excitant, ut docent *Turrecr. in cap. ſed, diſt.* 5. *num.* 4. *& Henriquez. in Sum. l. c. cap.* 11. *num.* 1. Et Populus, qui magis ſenſibus, quàm contemplatione movetur, cernens earum ſplendorem, ad veram Religionem venerandam, Divinamque Majeſtatem deprecandam provocatur, & movetur, ut inquit *Bellarm. controver. tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 3. & innuit Sac. Congr. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.*
5. Sicut è contrario Cæremoniæ, quæ in Eccleſiaſti- 3
cis Officiis irriverenter, & indecorè fiunt, irriſionem, jocum, ac rerum Divinarum contemptum pariunt in Populo, ut indicat *Laym. Mor. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 4. & taliter facientes in quandam Sacrilegii ſpeciem incur-
rere arbitrantur *D. Anton. in Summ. part.* 2. *tit.* 9. *capit.* 4
12. *& Leſſ. de Juſt. & Jur. l. cit. capit.* 45. *d.* 3. *num.* 17. Cui doctrinæ favet *Levit. cap.* 5., ubi legitur, *Anima prævaricans Cæremonias adfert pro ſuo delicto Arietem immaculatum.* Quod Sacrificium in lege veteri non requi- 5
rebat Deus, niſi ob gravia flagitia, ut obſervat *Anton. Molin.* ubi ſupra *tract.* 3. *cap.* 12. *§.* 1. enumerans

alios

alios Sacræ Paginæ locos, quibus apparet ultio, quam
ſumpſit Deus ob hujuſmodi Cæremoniarum languo-
rem, & corruptelam; quemadmodum eas rite, ac re-
ctè ſervantes Deus efficit proſperos, etiam in bonis
temporalibus, teſte *Homob. in Comm. part. 3. tract. 14.*
6 *quæſt. 20. reſol. 1.* & fortius hujus rei confirmandæ te-
ſtimonium habemus *Gen. c. 26.*, ubi habetur, Deum
poſteris Abraham multas Regiones contuliſſe, eo quia
Sacras Cæremonias ſervaverint. In Eccleſiis Colle-
7 giatis illæ adhibendæ ſunt in Divinis Officiis Cære-
moniæ, quæ in Rubricis Breviarii, Cærem. Epiſc.,
Sac. Rit. Congr. Decretis præſcribuntur, & retinet
laudabilis cujuſque Eccleſiæ conſuetudo, ob quam im-
memorabilem tolerantur Cæremoniæ eidem Cæremo-
8 niali, vel adverſantes, dummodò non ſint abuſus,
ut tradunt *Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 191. in
addit. & Tamb. de Jur. Abb. diſp. 11. quæſt. 11. num. 1.
tom. 1.* Atque in Collegiata, de recenti inſtituta, li-
citum eſt in recitatione Divinorum uti conſuetudine
Cathedralis. *Rom. conſ. 218. Moſcon. l. cit. cap. 15. in
fin.* Nec non antiquarum Collegiatarum ejuſdem Pro-
vinciæ. Sacr. Rit. Congreg. *in una Mediolan. 27. Apri-
lis* 1607. Nil jure Pontificio videtur præceptum, quan-
9 do in Horarum Canonicarum recitatione aperto capi-
te eſſe debemus, ut obſervat *Graff. de effect. Cler. eff.
17. num. 65.* Cæterùm regulare eſt, dum Canonici in
Choro ſtant, aut genuflectunt, tunc temporis eſſe de-
bent nudato capite, vel levi tantum pileolo tecto. *Ca-
rol. Macign. de Hor. Can. cap. 77. num. 2.*

Publica pſalmodia recitatur partim ſtando, ex par-
10 te ſedendo, & partim genibus flexis. Magis decorus,
& decens eſt ſitus ſtandi, quàm ſedendi, quia ille de-
monſtrat noſtram promptitudinem in Dei obſequiu;
Tum quia pſallentes ſunt miniſtri Dei, & Officium
miniſtri non eſt ſedere, ſed ſtare; ut ſcribit *D. Chry-
ſoſtomus hom. 13. in Epiſt. ad Rom.* Similiter melius eſt
Horarum penſum obire genibus humifixis, quàm cor-
pore erecto, cùm illa genuflexio ſit index cordis con-
triti, & humiliati: Nihilominus in Choro dicendum
eſt Officium Eccleſiaſticum, prout monent Rubricæ,
& ipſius Eccleſiæ prolata conſuetudo, ut dictum eſt,
& innuunt *Sylv. in Summa V. Superſtitio num. 2. & Fum.
eod. V. & num.* Canonici omnes, & ſinguli debent in
11 his uniformitatem ſervare, ut poſt plures monet *Baſ-
ſæus in Flor. V. Hor. Canon. 2. numer. 4.* Quandoquidem
hæc, ut inquit *D. Bern. l. cit. de Div. Off.*, juvat ad
conformitatem animorum, quæ decet Canonicos. Inor-
dinata res eſt, & contra Eccleſiæ, & Divinorum deco-
rem, ut indicat *Vulp. in Prax. c. 51. n. ult.*, videre Ca-
12 nonicos in Choro inter Eccleſiaſticum Officium alius ſu-
per ſedile, alios ſubtus pavimentum, alios in genufle-
xorio genuflexos, alios ſedentes, crus ſuper crus tenentes,
caput manibus regentes, vel brachia extenſa ſuper ſe-
dilis ſpondam habentes, nonnullos ſtantes erectos,
dum ſedendum, alios genuflexos, dum ſtandum, ali-
quos capite cooperto, dum nudato manendum, & è
contra, in quos jure quædam Synodus declamat: *Spe-
ctaculum indecens facti eſtis mundo, Angelis, & homini-
bus.* Horæ Canonicæ ſtando ſunt inchoandæ, colle-
ctis ſenſibus, & pia mentis elevatione in Deum: Ad
majorem de Choro de jure ſpectat initium Officii in-
tonare per *Pater noſter*, & eo finito, dare ſignum, ut
13 incipiatur. Ita cenſuit *Sac. Epiſ. & Reg. Congr. ſub die
18. Aprilis* 1617. Subjungens, ſervandam eſſe conſue-
tudinem, quæ pluribus Eccleſiis invaluit, Eccleſia-
ſticum Officium intonandi per Hebdomadarium: Iiſ-
que diebus ferialibus, quibus Canonici confusè ſolent
ingredi Chorum, caveat ab incipiendo in Sacriſtia,
14 vel dum intrat Chorum, *Pater noſter*; ita advertit
Navar. de Orat. cap. 10. nu. 4., cum ſolicitior omni-
bus aliis Canonicis eſſe debeat ad comparendum in ſua
Sede Chorali, ubi intonata Oratione Dominica, quæ
continet ſummam omnium à Deo petendorum *S. Thom.
22. quæſt. 3. art. 9.*, eaque cum aliis Capitularibus
ſtantibus, ſecretò prolata, unà cum Salutatione An-
gelica, dicit clara voce *Deus in adjutorium meum intea-
de*, & ad quodlibet verbum tangens manu primò fron-
tem, poſtea pectus, mox humerum ſiniſtrum, & dex-
terum ſignaculo Sanctæ Crucis ſe munit, idem faciunt
15 cæteri de Choro, ſequentes *Domine ad adjuvandum me
feſtina*, quibus Verbis Divinum imploramus auxi-
lium, ut ab inſidiis, & tentationibus Dæmonum,
qui Deo pſallentes variis modis infeſtare ſolent, li-
berati, preces noſtræ acceptabiles ſint Divinæ Maje-
ſtati: Ita docent *Alphon. Rodriq. in Exerc. Spirit. tr. 5.
cap. 21. Bellarm. l. cit. lib. 2. cap. 31.* Et quia eximiæ
virtutis ſunt inſinuati Verſiculi, gravior culpa patra-
tur à Canonico, eos prætermittente, quàm ſi ſex ver-
ſus alicujus Pſalmi non recitaret. *Trullen. in Opuſc.
dub. 2. num. 2. Filliuc. l. cit. num.* 206. Signum Crucis
faciendum eſt ab omnibus de Choro, dum ad Matuti- 16
num dicitur *Domine labia mea aperies*, os pollice ſignan-
do. Item ad verſiculum, *Adjutorium noſtrum, &c.* Ad
Indulgentiam, &c. Ad *Dominus nos benedicat*, in fine
Primæ, & ad *Benedicat, & cuſtodiat &c.* in fine Com-
pletorii.

Hebdomadarius non paratus, antequàm Divinum
Officium, ut ſupra, incipiat, paulum caput inclinet 17
Collegiatæ Præſidi, quaſi licentiam petendo exordien-
di, ita docet *Caſtald. in Prax. Cærem. lib. 2. ſect. 4. cap.
2. num. 2.* Parumper quoque caput humiliet erga alios
Canonicos, hujuſmodi nutu veluti eos invitando ad
ſecum proferendas Divinas Laudes, ut monet *Carol.
Macign. de Hor. Canon. cap. 77. num.* 2. Ad Canonicum
Hebdomadarium in Matutinis, & Veſperis ſolemni-
bus, ſpectat primam Antiphonam intonare, initium
Hymnorum, & Antiphonas ad *Benedictus* & ad *Ma-
gnificat*, ut habetur in Directoriis Chori, atque Ca-
pellani tenentur eidem facere præintonationem, dum
eſt paratus, ita declaravit *Sacr. Rit. Congr. die 17.* 18
Novembris 1652. in una Camajor. Lucan. Diœceſis.

Dum cantantur Antiphonæ in Choro per Canoni-
cos, hi omnes ſtare debent, tam ad primam, quàm
ad ſecundam cujuſcunque Pſalmi Antiphonam, ſi Or-
ganum non pulſatur, nec obloquitur *Cærem. lib. 1. cap.
18.*, diſponens, Canonicos ſurgere tantummodo, dum
per Canonicum incipitur Antiphona, nam ſupponit
adeſſe Organum per quod repetitur antecedens Anti-
phona, quo ſono durante, ſedent Canonici in Cho- 19
ro: ſtantes eſſe debent ad Capitula, Hymnos, Ver-
ſus, Abſolutiones, Benedictiones, Reſponſoria bre-
via, & ad Symbolum S. Athanaſii, ut notat *Macign.
l. c. cap. 74.* Item dum legitur in Choro textus Evan-
gelii. *Dagnon in Repert. V. Evangelium: Azor. l. cit. lib.
capit. 34. quæſt. 9.* Idem ſequitur de Canticis *Benedi-
ctus, Magnificat, Nunc dimittis*, & de Lectionibus in
Officio parvo Beatæ Virginis Mariæ tempore Adven-
tus, quia ex Evangelio depromptæ ſunt, ut obſer-
vat *Caſtald. l. cit. capit. 7. ſect. 1. num. 7.* Univerſi in
Choro ſtant ad Matutini Invitatorium, quod Clerus,
& Populus ad Dei Laudes invitantur, & non dicitur
die Epiphaniæ, quoniam Magi venerunt ad Chriſtum
à nemine invitati: ſed in tertio Nocturno duo Can-
tores alternatim cum Choro pronunciant Verſiculos
Pſalmi 44. Antiphona verò cum Pſalmo 44. *Funda-
menta, &c.* ea die non dicuntur, ſed tantùm infra
Octavam, quibus diebus Invitatorium, & Pſalm. *Ve-
nite* more ſolito recitantur: Quod mihi facilè non fuit
quibuſdam perſuadere, conſuetis recitare etiam pri-
ma die Pſalm. *Fundamenta*. Hebdomadarius in Veſpe-
ris ad Hymnos, *Veni Creator Spiritus*, & *Ave Maris
ſtella*, elevandò ad Cœlum oculos, & manus, quas 20
ſtatim conjungit, ſtans erectus, intonat Hymnorum
inſinuatum Verſiculum, & exindè genuflectit uſque
ad finem primæ Strophiæ. Miniſtri verò, ac cæteri de
Choro, flexibili genu ſuccidat, ab initio primi Ver-
ſiculi uſque ad ejuſdem Strophiæ, ut oſtendunt *Polac.
l. cit. Cærem. 7. Gav. de Synod. part. 2. §. 1. numer. 26.
Cærem. Epiſ. lib. 2. cap. 1.* & clariùs *Pontif. Rom. tit. de
Veſp. fol.* 222.

Ad memoratas Strophias genuflectitur etiam tem-
pore Paſchali, ſimiliter ad illas, *O ſalutaris Hoſtia,
&c. O Crux ave ſpes unica, &c.* Item ad illa verba, 21
O vera Cæli Victima, & Rigavit unda ſanguinis. Item
ad Verſum *Te ergo quæſumus &c.* Ratio eſt, quia illæ
ſtrophiæ pronunciantur per modum adorationis. Ad
hæc ſi contingat Sacram Euchariſtiam miniſtrare fide-
libus in Altari majori, dum Divina in Choro recitan-
tur, omnes Canonici ſurgunt, & genua ſubmittunt,
& ſic manent, donec diſpenſata fuerit Sacratiſſima
Hoſtia, ut advertit *Caſtald. in Prax. lib. 2. ſect. 1. cap.
7. num. 4.* Dum Sanctiſſimum Sacramentum eſt expo-
ſitum

ſitum ſuper altari majori, genuflectunt in Hymno ad
illa verba; *Tantum ergo Sacramentum*, *Veneremur cer-
nus*. Item ad Verſiculum Pſalm. 44. *Venite adoremus*,
procidamus ante Deum: *Cærem. Epiſcop. lib.* 2. *capit.* 6.
Ad verba autem *Procidentes adoraverunt eum*, & *Ver-
bum caro factum eſt*, non genuflectitur, quando iſta re-
22 citantur in Officio Chori, quamvis hujuſmodi verba
in textu Evangelii lecta, geniculationem requirant,
tam in Officio Eccleſiaſtico, quàm in Miſſa, ita *Ar-
nard. ubi ſupra*; refert *Ferrar. loco* infra *citando*, quen-
dam non genuflectentem in Miſſa ad illa verba, *Et
homo factus eſt*, alapa fuiſſe percuſſum à Dœmone,
dicente, *Si Deus fuiſſet pro me incarnatus*, *me inclina-
rem uſque ad centrum Inferi*. Ad Pſalmos ſedent om-
23 nes; item dum leguntur Lectiones: Epiſcopo au-
tem, vel Prælato principali pronunciantibus, de-
cet alios de Choro cum ſilentio, & nudato capi-
te ſtare, ob reverentiam Superiorum, tunc ſtan-
tium. Quotieſcunque inter Divinum Officium pro-
nunciatur verſus, *Gloria Patri*, *& Filio*, *& Spiritui*
24 *Sancto*, omnes in Choro conſiſtentes ſurgunt, vel ca-
put detegunt, ac profundè inclinant, *Cæremon. Epiſc.
lib.* 2. *capit.* 3. Refert *Mar. Rota de Purgat. capit.* 7.
in fin. quòd anima cujuſdam Religioſi pœnas Purga-
torii in Choro luebat, eo ſolùm, quia ibi jam cor-
pore aſſiſtens ad *Gloria Patri*, *&c.* caput non inclina-
verat, & D. *Bernard. l. cit. de tit. de Divin. Off.* teſta-
tur, quòd pſallentibus in Choro, & ſe inclinantibus
ad inſinuatum verſum, B. Virgo ſuum Filium offe-
rebat, quendam verò caput, ut ſupra, non ſubmit-
tentem, verſo ad eum vultu, veluti hac gratia indi-
gnum, pertranſibat. Joannes Papa XXII. caput ad
25 verba *Gloria Patri*, *& Filio*, *& Spiritui Sancto*, incli-
nantibus, triginta dies Indulgentiæ conceſſit. Quàm
gratum ſit Sanctiſſimæ Triadi, in ejus honorem ad
præfatum verſum in Choro caput deprimere, & quan-
tum ei diſpliceat id negligere, latè recenſet D. *Bonav.
in Spec. diſcipl. part.* 1. *cap.* 15. Hinc Epiſcopus in actu
Viſitationis Collegiatarum inquirere debet, an Ca-
nonici ad eundem verſum caput denudent, ita docet
Anton. de Bitt. de Viſit. capit. 4. Inſuper in Horariis
precibus inclinatur caput ad Nomen *Jeſus*, *Maria*,
26 & Sancti, de quo ea die fit Officium in Choro; ſi-
militer ad verſus, *Sit nomen Domini Benedictum*: *San-
ctum*, *& terribile nomen ejus*: *Benedicat nos Deus Deus
noſter*, *benedicat nos Deus*, & in Completorio, *Bened-
camus Patrem*, *& Filium cum Sancto Spiritu*, & ad ea-
dem verba in penultimo verſu Cantici trium Puero-
rum, qui cum ſequenti verſu ab Eccleſia eidem Can-
tico adauctus fuit. *Timoth. in Spec. part.* 4. *cap.* 54. *Pe-
trell. l. cit. lect.* 8. *§.* 2. *numer.* 15. *Caſtald. in Prax. Ga-
van. in Com.* & *Arnar*, ubi ſupra. Prædictæ inclinatio-
nes faciendæ ſunt abſque motu locali perſonæ, aper-
to capite.

Cæremonias, quarum ſuperiùs meminimus, in Cho-
27 ro abſque cauſa prætermittentes, venialem culpam
non evadunt, tum ratione tranſgreſſionis, tum offen-
ſionis aliorum eas obſervantium. *Navar. de Orat. cap.*
16. *numer.* 7. *Premor. in Memor. lib.* 2. *in fin. Gordan. mor.
lib.* 6. *quæſt.* 2. *cap.* 9. *nu.* 39. *Tolet. lib.* 2. *cap.* 13. *nu-
mer.* 12. *Filliuc. tract.* 23. *cap.* 8. *num.* 265. *Comit. lib.* 1.
cap. 64. *num.* 1. *Vulp. in Prax. capit.* 51. *num.* 46. Qui-
nimo erit peccatum mortale, ſi id fiat ex contemptu,
vel non leve pariat ſcandalum. *Petr. Anel. de Hor. Ca-
non. cap.* 4. *dub.* 4. *in fin. Petrell. l. ſtatim cit. numer.* 14.
28 *Molfeſ. l. cit. num.* 99. Novæ capitis demiſſiones non
ſunt addendæ, neque aliæ inſolitæ cæremoniæ, velu-
ti ſe in terram proſternere, dum nomina *Jeſus*, vel
Maria proferuntur, nec licet in Choro inania ſuſpiria
effundere, aut brachia extendere, dum dicitur *Miſe-
rere*, vel valdè pectus percutere, quando leviter tan-
gendum eſt, vel aliud ſimile, ut obſervant *Navar. loc.
prox. cit. & Anel.* ubi ſupra *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 4. Ad-
dens, talia agentes non excuſari à peccato, quia per-
turbationem pariunt in Choro.

Non poſſunt Canonici abſque culpa plures Canto-
res, vel Accolitos paratos, in Divinis Officiis adhi-
bere, quàm ſint præſcripti in Cæremon. & Rubricis
29 Eccleſiaſticis, ita *Cajet. Nald. Fum. in Sum. V. Super-
ſtitio num.* 12. nec dicere bis *Alleluja*, quando dicendum
30 eſt ſemel. *Tol. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 2. *Moron. reſp.* 95.
num. 72. Neque ad Benefactorum inſtantiam, ſeu ex
imprudenti devotione, publicè addere commemoratio-
nem alicujus Sancti, de quo ipſa die non fit Officium;
ita *Bonart. de Hor. Canon. lib.* 2. *capit.* 24. *num.* 18. &
quamvis id adjungentes non peccent niſi venialiter,
ob parvitatem materiæ: *Filliuc. l. cit. cap.* 13. *numer.*
517. *Trullen. in Opuſc. dub.* 2. *num.* 14., non effugerent
mortale, ſi illud minimum addant id perpetuo decan-
tandum, ob rationem, quam aſſignant *Caſtr. Pal. part.* 31
2. *d.* 2. *num.* 7. *& Bonart. l. mox producto*. Nil novan-
dum eſt in Officio Eccleſiaſtico, inquit D. Aug. in Re-
gula; enim verò ſi Populi affectibus indulgeatur, anti-
quus cultus tandem evaneſcet, ita docet *Conc. Prov. Col.
tit. de Off. Cler. cap.* 7.

Cultum, qui Deo, & Sanctis ejus in publicis pre-
cibus, præter Eccleſiæ inſtitutionem, aut laudabi- 32
lem uſum, tribuitur, non honorativum, ſed ſuper-
fluum appellant *Mart. de Aries in tract. de Superſt. §.
Hunc num.* 3. *& Caſtr. Pal.* ubi ſupra *diſp.* 1. *pun.* 1. Et
licèt in Divino cultu nil poſſit eſſe ſuperfluum, ſecun-
dùm abſolutam quantitatem, cum nihil à nobis fieri
valeat majus eo, quod Deo debetur; tamen totum id,
quod fit contra, ultra, aut præter Rubricas Brevia-
rii, ac rationabiles, & antiquas conſuetudines Eccle-
ſiarum, reputatur ſuperfluum, ac vanum, ut obſer-
vant *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 93. *art.* 2. *Sylv. in Sum. V.
Superſtitio*; *num.* 2. Ad majorem tamen Solemnitatem
Feſti, quod in illa Eccleſia Populi concurſu celebra-
tur, licitè, ac laudabiliter inter Pſalmos Concentus, 33
& Symphoniæ intermiſcentur. *Cajet.* 2. 2. *quæſt.* 91.
Baſſæus Mor. V. Horæ Canon. 2. *nu.* 16. Intellige, dum-
modo caveatur à vanis, & indecoris cantilenis. De-
bita facienda eſt differentia inter Officiorum celebri-
tates, quæ ab Eccleſia recoluntur. Duo Cantores in 34
Officio ſolemni, & duplici intonant Pſalmos; in ſemi-
duplici unus Cantor: videatur *Direct. l. cit.* Et quò ſo-
lemnior erit dies, majori gravitate ſuſtentanda eſt vox
in cantu Pſalmorum, & Hymnorum, ut advertunt
Gemin. in cap. Perlectis, *diſt.* 25. *Graff.* 2. *p. lib.* 3. *conſ.* 35
3. *num. eod. de celebr. Miſſ. Molfeſ. tract.* 5. *capit.* 1. *num.*
32. atque verba Canticorum *Magnificat*, *Benedictus*,
Nunc dimittis, ob eorum præſtantiam ſolemnioris vo-
cis modulatione ſemper ſunt decantanda, quàm cæte-
ra in Officio poſita. *Caſtald. in Prax.* ubi ſupra *capit.* 2.
num. 9. *ſect.* 1.

Lectiones Matutini primi Nocturni clara voce, &
diſtinctè cantantur à Clericis, ſecundi Nocturni à Ca-
pellanis, tertii à Canonicis, ſingulæ à ſingulis, ma-
ximè in ſolemnioribus diebus, vel tres Lectiones cu- 36
juſcunque Nocturni recitantur reſpectivè ab uno ipſo-
rum, pro more Eccleſiarum: *Azor. part.* 1. *Mor. lib.* 10.
capit. 7. *quæſt. Bona. l. cit. d.* 1. *quæſt.* 3. *part.* 2. *numer.*
10. *Laym. lib.* 4. *tract.* 1. *capit.* 5. *numer.* 8. Quòd ſi de-
fuerint Clerici, & Capellani, leguntur omnes à Ca-
nonicis, incipiendo à junioribus, tam feſtis, quàm
profeſtis diebus. *Cærem. loc. infra cit.* Hic adverten-
dum duxi, quòd licèt in Rubrica Breviarii habea-
tur, infra Octavam Corporis CHRISTI fieri tantùm
commemorationem de Sancto ſimplici, adhuc recitan-
da eſt Lectio Sancti ſimplicis, ſi propriam habuerit
ita *Gavan. in Com. Arnaud. eod. tit.* atque deſumitur
ex Rubricis generalibus Breviarii. Lecturus Lectio-
nes, cujuſcunque ſit gradus, ſemper procedat in me- 37
dium Chori, quia fungitur Officio Lectoris, cui in
receptione hujus minorum Ordinis mandatum fuit,
ut ſequitur; *Dum legis Lectiones*, *talis loco ſtes*, *ut
ab omnibus videaris*: Tum quia Doctoris perſonam
gerit, cui medius competit locus, ut conſiderat *Du-
rand. de Divin. Offic. lib.* 5. *capit.* 44. Indè Epiſco-
po, ſi aderit, vertit ſe, ac profundè ſe inclinat,
ſi Lector erit Canonicus: ſi verò inferioris gra-
dus, eidem genuflectit, privativè quo ad alios in
Choro exiſtentes. *Cærem. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 2. Epiſ-
copo abſente, tam in Cathedralibus, quàm in Col-
legiatis, præfatus Lector ſe convertit ad primam Di-
gnitatem, ac cumulativè ad alias Dignitates, & Ca-
nonicos, à digniori parte Chori conſiſtentes, & mox
ad eos, qui ſunt ab alia parte, his omnibus caput
inclinando. *Guidett. in Libello nuper Romæ impreſſo*.
Theobald. in Spicileg. lib. 2. *cap.* 7. *Cærem. loc. cit. ca-
pit.* 6. Et reverſus in medium Chori, iterum ſe ver-

tit ad

tit ad Hebdomadarium, & capite depreſſo dicit, *Ju-*
be Domne benedicere, ſic permanens, donec abſoluta
fuerit benedictio; ita Scriptores ſtatim allegati. Si E-
38 piſcopus fuerit aſſiſtens Matutino, ab eodem ſemper
petitur benedictio, dicendo *Jube Domne benedicere*;
quòd ſi erit celebrans, ipſe cantat ultimam Lectionem
& verſus Altare caput humiliando, integrè profert,
Jube Domne benedicere, cui abſolutè ab omnibus de Cho-
ro reſpondetur, facta priùs pauſa, *Amen*. Videatur
Cærem. lib. 2. c. 5.

Idem ſervandum in Collegiatis cum Prælatis ex-
39 terna Juriſdictione lætantibus, docet *Caſtald. l. c. ſect.*
5. cap. 11. n. eod. namque iſti, uti Superiores, ab in-
ferioribus benedici, aut judicari non debent. *Gloſ. in*
cap. Denique diſt. 21. Cœterùm Dignitates Epiſcopo
ſubjectæ, quantumvis ſint Collegiatarum Capita,
dum legunt Lectiones, debent inſinuata verba cum
diminutione ſic proferre *Jube Domne benedicere*, cui
more ſolito reſpodetur; ita *Gavan. in Rubr. Brev.*
ſect. 1. c. 11. In fine Lectionis Lector, ſive ſit Ca-
pellanus, ſive Canonicus, aut Dignitas, flexis genibus
40 dicit, *Tu autem, Domine miſerere nobis*, quibus verbis,
ſe cum Deo excuſat de culpa commiſſa in legendo.
Thimot. part. 4. tract. 6. cap. 40. atque ab omnibus de
Choro reſpondetur, *Deo gratias*, nempè qui do-
ctrinæ ſuæ panem nobis frangere dignatus eſt; factiſ-
que denuò à Lectore debitis inclinationibus conſiſten-
tibus in Choro, revertitur ad ſuum Stallu m. *Cærem.*
lib. 2. cap. 6. Canonici, Sacris Ordinibus non initia-
41 ti, non debent Evangelium cum Hnmilia in Cho-
ro decantare, niſi id annuentibus Sacerdntibus in Cho-
ro præſentibus. *Jo: And. ſuper cap. Presbyter. numer. 5.*
de celebr. Miſſ. Nov. lib. 5. conſ. ut. de Cler. non reſid.
veluti ſimplex Monialis de licentia Abbatiſſæ in ſuo
Choro legit Evangelii Lectionem in tertio Noctur-
no, ut notant *Alber. de Ferrar. loc. cit. n. 29. Belleti.*
diſq. Cler. tit. 1. §. 8. n. 11. & facit cap. Diaconiſſa 27.
quæſt. 2. & Diaconus recitando Officium cum Sacer-
dote, licèt non dicit, *Dominus vobiſcum*, niſi annuen-
42 te majore: *Bonart. de Hor. Can. lib. 1. cap. 30. n. 73.*
& aliis Cannnicis, in minoribus tantùm conſtitutis,
nullatenus fas eſt, etiam de licentia Sacerdotum præ-
ſentium, munus Hebdomadarii in Choro exercere,
ut notat *Bonac. de Irreg. d. 7. quæ. 3. part. 6. n. 7.* Immò
Canonicus Diaconus nequit hujuſmodi miniſterium in
43 Choro peragere, cum ſit proprium munus Sacerdo-
tis. *Hellum. in cap. Cum Inferior n. 8. de major. & obed.*
Sylv. in Sum. V. Irregularitas nu. 5. Rodriq. in Sum. cap.
166. n. 2. Quemadmodum, præſente Presbytero, non
poteſt baptizare, nec menſam benedicere. *Sylv. V. Be-*
nedictio n. 9. Galett. V. Diaconus. Canonico Hebdoma-
dario non comparente in tempore, quo incipiendæ,
ſunt Horariæ preces, ad majorem de Choro ſpectat
alteri jubere, ut Divinum Officium incipiat: S. Con-
gr. apud *Gavan. V. Can. mun. n.* 23. explica, niſi Heb-
44 domadarius alium Concanonieum in ejus locum ſub-
rogaverit, ad tradita per *Nav. de Orat. cap. 18. n. 86.*
vel non adſit conſuetudo, quòd Hebdomadarii abſen-
tis vices ſuppleat Canonicus Sacerdos ex junioribus
ab illa parte Chori, in qua Hebdomada celebratur,
qnod videtur ſatis rationi conſonum; etenim Canoni-
45 cis junioribus plura incumbunt onera in Choro, à
quibus eximuntur antiquiores. Ratio ratinnis eſt,
quia hi ſunt honorandi, non onerandi, ut innuunt
D. Bern. in Spec. Diſcipl. cap. 5. Marc. dec. 1296. nu. 4.
part. 1. Barn. de Can. cap. 18. n. 23. Undè deficientibus
Capellanis, & Cantoribus, eorum intereſt ad Matu-
tinum dicere Invitatorium, & Verſiculos in omnibus
Horis Canonicis. *Gavan. in Com. Brev. part. 2. ſect. 10.*
cap. 2. Barb. in Sum. collect. 888. n. 1. Similiter Pſal-
mos intonare, Antiphonas reaſſumere, Libros in Le-
gili præparare. eoſque tranſportare, ac eorundem fo-
lia cum opus fuerit, pervolvere. *Hoſt. in c. in Eccleſiis*
n. ult. de juſtit. & innuit *Grat. diſcept. for. 819. nu. 7.*
non tameu obligantur pulſare campanas, accendere
lampades, vel alia humiliora ſervitia facere, etiamſi
hi Canonici juniores ſint tantùm minoribus Ordini-
bus initiati, ſed providendum eſt de Clericis ſimpli-
cibus, eum mox inſinuata ſervitia dedeceant gradum
Canonicalem, ut benè obſervat *Abb. in cap. Sta-*
tuimus numer. 1. de major. Canonicus junior Collegia-
tæ curare tenetur Feſta Mobilia in die Epiphaniæ pu-
blicare, ita cenſuit Sacr. Rit. Congr. in *Aſculan.* 16.
Jan. 1607. Quòd ſi cura Animarum eſſet penes per-
ſonam peculiarem, ad ipſam hoc onus ſpectaret, cum
ſit Paſtoricium munus Feſta, & Vigilias Populn de-
nunciare, ita omnes. Formula publicationis habe-
tur in *Pontific.* & refertur in *Prax. Caſtald.* & in *Spi-*
cileg. in fin. Coadjutor Canonici, quamvis noviter re- 46
ceptus, non adſtringitur ad onera Canonicorum junio-
rum, ſed dumtaxat ad illa ſui Coadjuti, ita de men-
te Sacr. Congreg. tradit *Garz. de Beneſ. part. 4. capit.*
5. nu. 33. in addit. Nè in Eccleſia Dei oriretur confu-
ſio, & abeſſet occaſio murmurandi, diſtributa fue-
runt munera, quæ quiſque per ſe exercere debet,
nec aliis committere. *Caſtald. l. cit. ſect. 1. cap. 2. nu-*
mer. 7. Sot. de Juſt. & Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 1. Ti-
telm. ſuper Epiſt. D. Paul. 1. Cor. cap. 14. In *lib. Eſdræ*
2. in fin. dicitur, Moyſen Ordines conſtituiſſe, &
unumquemque in miniſterio ſuo. Veruntamen ſi quis
pro exequenda aliqua re in Choro, ad ſe ſpectante,
ſit minus aptus, bonum erit, ut à Concanonico magis
idoneo adjuvetur, ita planè conſervantur Collegia, te-
ſte *Baſſ. in tract. de Can. cap.* 13. & conſonat illud *Pro-*
ver. capit. 18. *Frater, qui adjuvatur à fratre, quaſi civi-*
tas firma.

A R G U M E N T U M.

Ad quem ſpectet, tam præſidere in Choro, ea-
que ordinare, quæ Divinum Cultum concernunt,
quàm circa prædicta delinquentes corrigere, &
mulctare, & ad quid extendatur hujuſmodi juriſ-
dictio.

S U M M A R I U M.

1 *Ad Decanum, ſeu primam Dignitatem pertinet jus præſidendi in Choro, jubendi ea, quæ Divinum Cultum concernunt, & corrigendi delinquentes in Divinis Officiis.*

2 *Ex conſuetudine introduci poteſt, ut alius, præter Primam Dignitatem, ex gremio Capituli talem juriſdictionem exerceat.*

3 *Si Archipresbyter in aliqua Cathedrali non ſit Prima Dignitas, omnis præeminentia, illi de Jure debita, competit Primæ Dignitati, quocunque nomine appelletur.*

4 *Jus præſidendi in Choro, primæ Dignitati competens, non eſt privativum, ſed cumulativum cum Epiſcopo, quando in Choro Divinis Officiis aſſiſtit.*

5 *Et in exercitio hujus Juriſdictionis, Epiſcopus præfertur Primæ Dignitati, ſive alteri Chori Præfecto,* & num. 6.

7 *Præventio regulariter admittitur in exercitio cumulativæ Juriſdictionis.*

8 *Idque procedit, non obſtante majoritate dignitatis Perſonæ, quæ prævenitur.*

9 *Auctoritas Primæ Dignitatis, ſeu alterius Chori Præfecti, circa ipſius Chori regimen, provenit ab Epiſcopo, eamque, uti illius vices gerentes, exercent.*

10 *Facultas, quam habet Chori Præfectus, intelligi debet de levibus delictis, circa ſervitium Eccleſiæ commiſſis, quæ ad pœnam ſubtractionis fructuum, & ſimilium extenditur, non autem ad carcerem,* & num. 11.

12 *Talis autem juriſdictio puniendi leves exceſſus, in Chori ſervitio commiſſos, ſpectat pariter cumulativè ad Epiſcopum.*

13 *An, & quando Canonici, & Dignitates, poſſint cogi per Epiſcopum, aut alterum Chori Præfectum, ut in medium Chori ad Legile deſcendant, ad præintonandas Antiphonas, ſeu alia canenda.*

14 *An, & quando prædicti Canonici pariter compelli poſſint ad aſſiſtendum pro Diacono, & Subdiacono, in Miſſa ſolemni, Canonico, ſeu Dignitati celebranti,* & n. 15.

16 *A digniore debet dari ſignum incboandi Divinum Officium, & licentia à Choro diſcedendi, & exeuntes è Choro abſque licentia, per ſalutationem, petitæ, ab eo puniri poſſunt.*

17 *Ad*

Digitized by Google

17 *Ad Primicerium verò ſpectat præſcribere Tabellas ,
ordinem ducendi Proceſſiones , aliaſque functiones
Eccleſiæ regulare .*

ANIMADVERSIONES.

AD Decanum , ſive Primam Dignitatem regula-
riter , ut alibi etiam dictum fuit , pertinet præ-
ſidere in Choro , & ea omnia ordinare , quæ Divi-
num Cultum concernunt , veluti ſilentium indicere ,
& compellere omnes de gremio Eccleſiæ ad præſtan-
dum conſueta ſervitia , ad hoc ut quiſque ſuo mune-
ri ſatisfaciat , & inobedientes , erranteſque corrigere ,
1 etiam illos mulctando , nomine tamen Capituli , ut
cautum habetur *in cap. 1. , & cap. officium , de off. Ar-
chipresb. , & in Concil. Baſilien. ſeſſ. 21. tit. quomod. Di-
vin. Off. in Eccleſ. ſint celebr. & Mediolanen. ſub D. Ca-
rolo part. 5. de off. ejus , qui præſidet in Choro fol. 25. Bar-
boſ. de Canon. capit. 7. num. 8. Thomaſſin. in Veter. & Nov.
Diſcipl. Eccleſ. part. 3. lib. 3. cap. 41. numer. 3. Rot. cor.
Seraphin. deciſ. 639. num. 7. & in Hiſpalen. Juris præſiden-
di in Choro 2. Julii 1700. §. Quo enim ad primam partem ,
coram dell' Olmo .*

Dixi antem reguláriter hoc munus jubendi in Cho-
ro ſpectare ad Digniorem , quia de conſuetudine po-
2 teſt etiam pertinere ad alium de Capitulo , qui bujuſ-
modi authoritatem , & poteſtatem exerceat nomine ip-
ſius Capituli , prout ſequitur in noſtra Eccleſia Piſto-
rien. , in qua annuatim deputatur Canonicus de ipſius
gremio , qui ſub nomine Præfecti Chori in eo præſi-
det ; licèt enim *in cap. miniſterium , de off. Archipresb.*
ſtatutum ſit , quòd Archipresbyter poſt Epiſcopum in
Cathedrali præeſſe debeat , & diligenti cura provi-
dere , ut Divina Officia dignè , ac ſanctè perficiantur ,
attamen ubi contraria viget conſuetudo , intelligitur
in ejus locum ſubrogatus prædictus Canonicus Præfe-
ctus Chori , eodem modo , quo ſi Archipresbyter non
3 eſt Prima Dignitas in aliqua Cathedrali , omnis præ-
eminentia , quæ de jure Archipresbytero competit , eſt
debita Primæ Dignitati , quocunque nomine appelle-
tur . *Azor. Inſtit. moral. part. 2. cap. 17. num. 1. quæſt. 1.
tom. 3. Rot. cor. Merlin. dec. 295. n. 4. & in d. Hiſpalen. §.
Et ſenſus iſte , cor. dell' Olmo .*

Hujuſmodi tamen juriſdictio præſidendi in Choro ,
competens nomine Capituli , vel Primæ Dignitati , ſi-
ve alii Canonico Chori Præfecto , non eſt privativa ,
4 ſed cumulativa cum Epiſcopo , quando ille in Choro
pro Divinis Officiis celebrandis aſſiſtit . *Aret. conſil. 102.
num. 1. Sarav. de Adjunct. quæſt. 34. numer. 34. Tondut. de
Prævent. part. 2. cap. 43. num. 14. Rot. cor. Merlin. deciſ.
461. n. 1. cor. Prutinger. dec. 46. num. 2. , & per tot. dec.
254. num. 6. 16. 21. & ſeqq. p. 19. rec. in Tarracon. Juriſ-
dictionis ſuper Edictis 21. Junii 1700. §. Quandoquidem ,
& in d. Hiſpalen. §. prædicto , cor. dell' Olmo .* Ita ut E-
piſcopus poſſit corrigere , & mulctare delinquentes , &
5 tanquam prærordinator in cunctis , præferendus eſt in
exercitio iſtius juriſdictionis Decano , ſive Præfecto
Chori , qui licèt etiam præſente Epiſcopo eandem ju-
riſdictionem cumulativam habeat , tamen prælatio
convenit Epiſcopo . *Præpoſit. in can. perlectis , diſt. 25.
num. 32.* ibique *Gemin. verſ. ſed concordando . Archidiac.
num. 32. Burſat. conſ. 39. per tot. Lotter. de Re Benef. lib.
1. quæſt. 16. num. 69.* quia jus præſidendi in Choro apud
6 Capitulom reſidet tantùm ſubalternatè ad prælatio-
nem Epiſcopi . *Rot. cor. Seraph. deciſ. 613. & dec. 647.
utrobique numer. 7. & in d. Hiſpalen. §. Tota igitur , cor.
dell' Olmo* , ita ut juriſdictio Decani , ſive Præfecti ,
tanquam ſubordinata , non impediat Epiſcopum quo-
minus , dum eſt præſens , ſuam cum prælatione exer-
7 ceat , neque etiam per modum præventionis , quæ re-
gulariter in exercitio cumulativæ juriſdictionis admit-
titur , *ad Text. in capit. cum omnes , de off. deleg. in 6. ,
& in capit. propoſuiſti , de foro compet.* , non obſtante ma-
8 joritate dignitatis perſonæ , quæ fuit præventa . *Rot.
in Dorthuſen. Juriſdict. 6. Februarii 1696. §. Minus , ad
fin. , & 18. Junii ejuſdem anni §. Minuſque , cor. Pio* ,
quia in Choro , & Capitulo , juxta diſpoſitionem *Sac.
Concil. capit. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* , penes Epiſcopum
præcipua omnium rerum agendarum authoritas reſi-
det , & proindè authoritas Decani , ſive Præfecti cir-
ca regimen Chori , profluit ab ipſo Epiſcopo , & per
eos tanquam illius vices gerêntes exercetur , *cap. offi- 9
cium 2. capit. cum ſatis 4. , & capit. Archidiaconus 5. ,
de off. Archidiac. Sarav. de Adjunct. quæſt. 34. numer. 34.
& ſeq.*

Quod autem in principio hujus Adnotationis dictum
eſt de facultate competente Decano , ſive alteri Cho-
ri Præfecto , corrigendi , & mulctandi delinquentes cir-
ca ſervitium Eccleſiæ , intelligendum eſt reſpectu ex-
ceſſuum , ſive delictorum levium , commiſſorum in 10
Choro , & Eccleſia , quæque puniri poſſint per ſub-
tractionem fructuum , & Diſtributionum , ſive per pri-
vationem vocis activæ , & paſſivæ in Capitulo ad ali-
quod tempus , cùm juriſdictio Capituli in perſonas de
ejus gremio , vel ipſius Eccleſiæ ſervitio addictas , in
eorum officiis delinquentes , ſit correctionalis , & do-
meſtica , *ad Text. in cap. irrefragabili , in fin. de for. com-
pet. Abb. in cap. cum contingat , num. 28. eod. tit. Sarav.
d. tract. quæſt. 33. per tot. Rot. deciſ. 254. numer. 12. part.
19. rec.* , ac proindè non ſe extendit ad pœnam carce- 11
ris , ſed intra limites domeſticæ , & fraternæ corre-
ctionis reſtringitur . *Panormit. in d. cap. cum contingat. ,
nu. 29. Felin. in cap. cum omnes , nu. 10. de conſtit. Rot. d.
dec. 254. n. 11. part. 19. rec.*

Eaque juriſdictio circa levia commiſſa circa Eccleſiæ
ſervitium , competens Capitulo , ſive ejus nomine alte-
ri de ejus corpore , cumulativè ſpectat ad Epiſcopum ,
qui de Jure habet fundatam ſuam intentionem proce- 12
dendi contra omnes ſuos Clericos , ac etiam ſuæ Ca-
thedralis Canonicos , delinquentes , tam in exceſſibus
levibus , quàm gravibus , ut patet ex *d. Text. in cap. ir-
refragabili , de off. Ordin. & ex Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. cap.
6.* propter illa verba generaliſſima *in omnibus autem caſi-
bus* , & firmant *Rot. in d. Dorthuſen. Juriſdictionis 28. Jan.
1697. §. fin. cor. Pio , & in d. Hiſpalen. §. Quemadmodum ,
cor. dell' Olmo .*

Illud ad hanc materiam non eſt omittendum , quod
Canonici , & Dignitates , non poſſunt , nec debent co-
gi , ſive per Epiſcopum , ſive per alium in Choro Præ-
ſidentem , ad deſcendendum è ſuo Sedili in medium
Chori ante anagnoſtorium , vulgò Legile nuncupa-
tum , ad præintonandas antiphonas , canenda Gradua-
lia . Invitatoria , Reſponſoria , ſive verſus , dummo- 13
dò tamen in Choro adſit competens numerus inferio-
rum Sacerdotum , & Clericorum , per quos hujuſmo-
di munia adimpleri commodè valeant , ut declaravit *S.
Rit. Congr. in Gerunden. Functionum Pontificalium 11. Febr.
1702.* , nam ſi exiguus ſit numerus dictorum Miniſtro-
rum inferioris ordinis , tenentur , & cogi poſſunt Ca-
nonici eadem munia obire , ut reſpondit Sac. Congr. E-
piſcop. ſub die 20. *Auguſti 1601.* , relata per *Pignattell.
conſult. 28. n. 4. tom. 4.* ſicuti etiam compelli debent ad
aſſiſtendum pro Diacono , & Subdiacono in Miſſa ſo- 14
lenni , Canonico , ſive Dignitati celebranti *Pignattell.
eadem conſult. 28. n. 3. & 4.* , & conſonat diſpoſitio *Cæ-
rem. Epiſc. lib. 2. cap. 17.* maximè in ſolemnioribus , in
quibus caneretur Miſſa Pontificalis , ut reſolvit eadem
S. Congr. 17. Aprilis 1602. apud *d. Pignattell. d. conſ. 28.
n. 4. in fin.*

Quod tamen intelligendum eſſet , dummodò Cano-
nicorum numerus non eſſet adeo exiguus , ut deſervien-
tibus duobus , vel tribus Miniſterio Altaris , Chorus
remaneret vacuus aſſiſtentia Canonicorum ; hoc enim 15
caſu expediens magis foret , ut pro Diacono , & Sub-
diacono inſervirent Capellani , ſive Manſionarii , ut
advertit idem *Pignattell. d. conſ. 28. n. 15.*

Ad digniorem ſpectat dare ſignum inchoandi Offi-
cium , & diſceſſus à Choro , ita ut ante dictum ſignum
non liceat exire ab eo ; prout tam Capitulares , quàm 16
cæteri de gremio Eccleſiæ , à Choro exire volentes ,
à digniori veniam petere , ut declaravit *S. Rit. Congreg.*
apud *Pignattell. conſult. 27. num. 2. & 3. tom. 4.* ita ut
pœna punctationis plecti poſſint Canonici , ſive cæteri
à Choro exeuntes non petita venia , & licentia per
ſalutationem Digniori , ſeu alii in Choro Præſiden-
ti , eadem *S. Rit. Congreg. in Lunen. Sarzan. 4. Julii
1701. Monacell. in Formular. Eccleſ. form. 4. tit. 2. nu.
2. part. 1.*

Cætera verò , quæ concernunt alias functiones , &
gubernium Chori , ex. gr. ordinare Tabellas , nec non 17
præſcribere ordinem ducendi Proceſſiones , & regulan-
di alias Eccleſiaſticas functiones , præſcindendo à con-
ſuetu-

ſuetudine, de jure ſpectat ad Primicerium, ſive Cantorem: eadem Congreg. apud *Pignattell. d. conſult. 27. ſub num. 1. tom. 4.*

Jo: Jacobus Scarſantonius,

ARGUMENTUM.

Canonicus, qui incepto Officio, Chorum ingreditur, quomodo ſe gerere debeat, & quando tardè adveniens amittat Diſtributiones. Quænam pars Officii, voluntariè prætermiſſa, ſufficiat ad incurrendum reatum culpæ lethalis. Horariæ preces tam privatim, quàm publicè, ſine interruptione ſunt recitandæ. Modus eas recitandi alternatim præſcribitur.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus ſuperveniens, incepto Officio, debet orare paulisper ante Altare, ac deindè ſalutare cæteros Canonicos, & denium ad ſuum Stallum progredi.*

2 *Concilium Aquiſgr. ſtatuit, ut Canonicus veniens ad Chorum incepto Officio, pro illa vice reſideat in ultimo Stallo.*

3 *Canonicus adveniens poſt inceptum Officium quam culpam incurrat* & n. 4.

5 *Non debet nimis properanter accedere, nè det ſcandalum, ita ut videatur aviditate emolumenti ad id excitari.*

6 *Superveniens, jam incepta Hora, an convenientius ſit, ut tunc ingrediatur Chorum, vel expectet, ut illa terminetur* & n. 7.

8 *Tardè venientes ad Chorum ſunt privandi Diſtributionibus juxta Conſtitutiones cujuſque Eccleſiæ.*

9 *Tempus præſcriptum à Statutis Eccleſiæ pro amittendis Diſtributionibus, accipiendum eſt moraliter, & non mathematicè.*

10 *Pars Officii, definita à Statutis pro amittendis Diſtributionibus, an ſit notabilis, ita ut illam prætermittens incurrat lethalem culpam.*

11 *Canonicus non intrans Chorum tempore præfinito, amittit totam Diſtributionem Horæ non tamen illius partis, cui adfuit.*

12 *Quænam omiſſio in recitatione Officii Divini conſtituat peccatum lethale; afferuntur variæ opiniones* n. 13. 14. & 15.

16 *In publica recitatione, quænam omiſſio culpam lethalem conſtituat.*

17 *Si in publica recitatione aliquid ſit omiſſum ex inadvertentia, quid agendum.*

18 *Interruptio Horarum in privata recitatione, qualis culpa ſit.*

19 *Et qualis in publica, & quando debeat Officium reſumi à capite.*

20 *In privata recitatione poteſt dividi Matutinum à Laudibus: non ita in publica, niſi in nocte Nativitatis* Domini.

21 *In principio Eccleſiæ, Pſalmi, & Hymni canebantur à Clericis, & Laicis confusè, & non alternatim.*

22 *S. Damaſus Papa approbavit ritum canendi alternatim.*

23 *Etiam Hymni, & Antiphonæ canendæ ſunt alternatim, quæ verò concinnuntur ad Legile, debent cani ab utraque parte Chori.*

24 *Reſponſoria poſt Lectiones, à toto Choro ſunt recitanda.*

25 *Quæ proferuntur ab Hebdomadario, vel à ſingulari perſona de Choro, veluti Cantore, ſufficit auſcultare*, & n. 26. & 27.

26 *Cavendum eſt in Choro à ſincopatione verborum, quæ ſi ſit notabilis, operatur, ut non ſatisfiat* numer. 27.

28 *Canonici, nimis celeriter recitantes Officium in Choro, non effugiunt peccatum veniale, & graviùs delinquit Eccleſiæ Præſes, id tolerans.*

29 *Adeo celeriter recitantes, ut præveni'nt finem verſus alterius Partis Chori, lethaliter delinquunt.*

30 *Peccant non facientes pauſam, hoc eſt parvam moram in medio verſiculi Pſalmorum, & quomodo* num. ſeq.

32 *Pſallentes in Choro debent evitare ſolæciſmos, & barbariſmos, nè Populus ad riſum moveatur.*

33 *Canonici juniores non debent irridere de hujuſmodi defectibus antiquiores.*

34 *Cavere debent, nè ob tonum variatum in Choro, aut ob aliquem ſimilem defectum, perturbetur Officium.*

35 *Item ſtudere debent, ut ritè, benè & integrè Officium perſolvant.*

TITULUS VI.

SI aliquis Canonicus, jam cepto Officio, ſuperve-
nerit, Chorum ingreſſus, verſus Altare paulisper
oret; mox erectus ſalutet Dignitates, & Canonicos, 1
qui eidem ſalutanti aſſurgant, vel ſaltem capitis in-
clinatione reſalutent, ut poſt alios docet *Craſſ. de Cæ-
remon. lib. 2. capit.* 23. Valdè decet Canonicos, ut
unius Corporis membra, ſe ſe invicem etiam in Cho-
ro honorare, ut monet *Baſſ. ubi ſupra cap.* 14. Occur-
rente, quod tempore, quo idem Canonicus adit ſuum
Stallum, fuerit intonatus, *Deus in adjutorium meum
intende*, vel finis Hymni, vel *Gloria Patri*, ſive ab
Hebdomadario recitetur Oratio, ſiſtat verſus Alta-
re, donec inſinuata à Choro terminentur, & ſtatim
peractis dictis ſalutationibus, accedat ad locum ſuum,
ita docemur à *Cæremon. Epiſ. lib. 1. capit. 18. & Craſſ.
ubi ſupra*. Statutum fuit in *Conc. Aguiſgr. ſub cap.* 131.
Canonicum, venientem ad Chorum jam cepto Offi- 2
cio, reſidere pro illa vice in ultima Canonicali Sede,
quod modò receſſit ab uſu, Canonici, legitimo impe-
dimento detenti, quò minùs accedant ad Chorum ini- 3
tio horarum Canonicarum, excuſantur ab omni cul-
pa; ſi verò id faciant abſque juſta cauſa, commit-
tunt peccatum veniale: ita DD. communiter. At
verò ponens in conſuetudine, vel proponens non in-
gredi Chorum, niſi inchoatis Divinis Officiis, non
facilè videtur excuſandus à lethali culpa, ob ſcan-
dalum, & malum exemplum aliorum, vel murmu-
rationem, quæ idcircò naſcitur in Choro, prout ad-
vertunt *Sylv. in Summ. V. Hora, num. 12. Ang. eod. V.
num. 26. Filliuc. ubi ſupra capit. 7. numer.* 207. Quo-
rum doctrina fortius robur ſumit, ſi ille, qui ſolet 4
tardè comparere, nunquam deſit intereſſe Divina-
rum Precum parti, quæ ſine jactura Diſtributionum
non prætermittitur, cum ſic oſtendat ſervilem ani-
mum Choro ſerviendi, quæſtus affectu, ut conſide-
rant *Angel. V. Hora num. 26. & Anel. l. cit. cap. 4. dub.
8. numer.* 17. Hinc rectè obſervant DD. *infra* ſtatim
citandi, Canonicum, qui aſſecutus fuit Sacriſtiam 5
nondum tranſacta parte, Diſtributionum perditionem
inducente, licèt terminus ſit proximus, non debere
nimis properanter Choralibus veſtibus ſe induere, &
immodeſtè ingredi Chorum, nè videatur timore mul-
to, & aviditate emolumenti ad id excitari: ita *Mo-
net. l. cit. part. 2. quæſt. 3. numer. 27. Cand. in Summ.
part. 2. de Vot. diſq. 25. art. 26. dub. 3. & Caramuel.
ubi ſupra*.

Ad hæc, ſi in Sacrarium advenerit elapſo tempo-
re, ob quod privatur Diſtributionibus, non debet ibi
præſtolari ad finem Horæ, quæ recitatur, ſed illicò ſe 6
ſocium aliis de Choro apponere; ita monent *Sot. de
Juſt. & Jur. lib. 10. cap. 5. art. 3. & Graff. part. 1. dec.
lib. 2. cap. 52. num.* 23. quod eſt contra *Monet. ubi ſu-
pra, & Navar. de Orat. capit. 7. & 10. num.* 11: arbi-
trantes, meliùs eſſe Chorum non ingredi, niſi termi- 7
nata illa Hora Canonica, ſi alia ſequatur, ut ſic remo-
veatur occaſio diſtrahendi Pſallentes inſinuatis reve-
rentiis. Quæ ratio mihi non ſatisfacit, quandoquidem
agitur de re bona, quæ fieri poteſt abſque eo, quod
cantantes in Choro diſtrahantur ab oratione, ut teſta-
tur *Bonac. de Hor. Can. diſp. 1. q. 3. p. 2. n.* 11. Aliàs ex-
traneos, tranſeuntes per Chorum, fas non eſſet reſa-
lutare, quod licere tradunt *Anel. de Hor. Can. lib. 2. c.
3. n. 2. & Trullen. l. c. dub. 57. n. 6.*

Hic non abs re quiſpiam quæret, qua parte hora-
rii Officii à principio Canonici non ſe conferentes ad
Chorum, privandi ſint Diſtributionibus: Reſpon- 8
deo, hoc ex Statutorum cujuſcunque Eccleſiæ pendere.

In ali-

Digitized by Google

In aliquibus Collegiatis mulctantur non venientes ad
Matutinum ante finem primi Hymni, & ad alias Ho-
ras, priuſquam finiatur primus Pſalmus. In aliis Ec-
cleſiis laxior, in aliis ſtrictior eſt regula, teſte *Monet.*
l. cit. quæſt. 2. & Zerol. in Prax. V. Horæ Canon. Hujuſ-
modi punctum, à Statutis præſcriptum, pro abſen-
9 tia, vel pro præſentia, ut fit in nonnullis Eccleſiis,
non videtur eſſe accipiendum mathematicè, ſed mora-
liter, juxta regulam communem, quod parum diſtat,
nil diſtare cenſetur, *ff. de leg. 3. l. quæſitum*, & propte-
reà non venit punctandus abſens, qui, dum cantan-
tur Horæ Canonicæ, quandoque ingreditur Chorum
in principio tertii Verſiculi ſecundi Pſalmi, ubi ſta-
tuto cautum eſt, Chorum intrantem poſt finitum pri-
mum Pſalmum illius Horæ Diſtributiones perdere,
ita *Trullen. in Opuſc. d. 2. numer. 8.* & ſequuntur alii,
dummodò iſte regulariter ſoleat Horarum initio inte-
10 reſſe. Ulteriùs adnotandum, per hujuſmodi Conſtitu-
tiones Chori, deſinientes tempus, quo Choro non in-
tereſſentes amittunt Diſtributiones, non inferri eam
partem eſſe notabilem, ita ut eam prætermittens in
Choro, & poſteà non repetens, evadat mortiferæ cul-
pæ reus; poteſt enim talis omiſſio eſſe, & non eſſe
peccatum mortale, & intentio Capitularium Conſti-
tutionum fuit ſolùm declarare, quando tardè venientes
ad Chorum eſſe debeant participes ſimilium portio-
num, & quando expertes; ita deſumitur ex DD. ſu-
pra citatis.

De jure antiquo iſti negligentes, Diſtributionibus non
fraudabantur, niſi pro rata reſpondente illi modicæ
11 parti prætermiſſæ. *Toler. lib. 2. capit. 12. numer. 6.* &
alii. At modò, Canonicus extra præfixum tempus
intrans Chorum, privatur tota portione illius Ho-
ræ, in qua abſentiæ defectum patravit. *Nav. de Orat.*
capit. 10. numer. 43. & favet *Concil. Trident. ſeſſ. 24.*
cap. 12.

Nec urget, quòd pars omiſſa, ſit ſolummodò octa-
va ejuſdem Horæ Canonicæ: quoniam ob talem mul-
ctam, à Statuto indictam, Canonici ſunt cautiores ad
comparendum in principio Officii, & adimuntur con-
fuſiones, & lites, quæ inter Capitulares facilè exori-
ri poſſent in dividendo partes hujuſmodi Horæ Cano-
nicæ. *Macign. l. cit. capit. 72. num. 17.* Quænam verò
12 pars, in Divino Officio voluntariè prætermiſſa, abſ-
que ſupplendi propoſito, ſit notabilis ad inducendum
lethale piaculum, non concordant DD. Nonnulli aſ-
firmant, tertiam partem cujuſcunque Horæ Canoni-
cæ eſſe notabilem, & conſequenter eam omiſſam fa-
cientes, mortaliter delinquere: ita *Sylv. V. Hora, num.*
15. Tab. eod. V. num. 18. Macign. cap. 16. num. 5. Nav.
in Man. cap. 25. num. 68. Azor. part. 1. lib. 10. capit. 7.
quæſt. 3. Alii exiſtimant, dimidiam tantùm partem,
13 in Horis brevioribus prætermiſſam, eſſe notabilem,
& ſufficientem ad peccatum grave. Ita *Rodriq. in Sum.*
part. 1. cap. 141. num. 17. Vega cap. 128. caſ. 15. tom. 1.
Fernand. part. 3. cap. 12. §. 7. Petrell. l. cit. lect. 1. num.
50. Eſcob. exam. 6. tract. 5. cap. 3. num. 59. Squill. l. c. nu.
69. Alii putant omiſſionem unius Horæ ex minoribus
14 non conſtituere notabilem partem, nec inducere pec-
catum mortale, cum quibus ſtetit *Verricell.* in ſuis *QQ.*
Moral. tract. 5. quæſt. 56. num. 6., quorum opinio eſt reji-
cienda, prout eam rejecit Sacr. Congr., teſte eodem
Verricell. tract. 8. quæſt. 58. num. 2., ubi attenta Sac. C.
determinatione, à ſua opinione diſceſſit; & jure meri-
to, etiam tali declaratione præciſa, namque omiſſio
unius Horæ Eccleſiaſticæ reddit Officium mancum,
15 quia tollit numerum ſeptem Horarum, quibus conſtat
Officium Divinum. Ad alias verò ſententias, pro hac
materia adductas, dico, primam eſſe probabilem, &
ſecundam non carere probabilitate; ego libentiùs ſe-
quor affirmantes, in privata recitatione notabilem
partem, ac proindè ſufficientem ad mortale, eſſe omiſ-
ſionem medietatis cujuſcunque Horæ ex minoribus,
& quartæ partis in majoribus, videlicet Matutino, &
Veſperis, ut poſt alios tenet *Ghilin. l. cit. V. Divinum*
16 *Officium, numer. 20.* Dixi in privata recitatione; nam
in publica, quæ fit in Choro, ſi vix tertia pars in
qualibet Hora minima, & in majoribus pars æquiva-
lens uni ex illis, abſque animo privatim ſupplendi,
prætermittatur ab hoc, vel illo Præbendato, dixerim
id eſſe mortale cum *S. Fauſt. de Hor. Canon. lib. 2. c. 78.*

Ratio eſt, quia ultra dimiſſionem tertiæ partis ſupra-
dictæ in privata Pſalmodia, notabilis æſtimatæ à ſe-
ctantibus primam opinionem ſatis probabilem, ſpe-
ctanda eſt ipſa debita corporalis actio, cum habitu
Chorali canendi, quæ eſt prolixior, & laborioſior pri-
vata lectione, ut conſiderat *Bonart. de Hor. Canon. lib. 2.*
cap. 19. num. 16. Dum caſus evenit, totum Chorum 17
ex inadvertentia aliquam Commemorationem, vel
Pſalmum relinquere, expleto Officio, illud prætermiſ-
ſum decantandum eſt Capitulariter, & ſic evitatur om-
nis culpa. *Ant. de Butr. l. cit. & Plou.* ubi ſupra *part. 1.*
quæſt. 11., Si tamen Laici remanerent in Eccleſia ter-
minatis Horis Canonicis, præſtaret omiſſa à ſingulis
per ſe extra Chorum ſuppleri, nè illis detur occaſio hu-
juſmodi errorem agnoſcendi, & ſimul arguendi Cano-
nicos de ignorantia, vel negligentia. *Gloſ. in dicto cap.*
Dolentes. Jo: de Lignan. l. c. quæſt. 8.

Horariæ Precationes recitandæ ſunt ſine interru- 18
ptione, eaſque abſque cauſa interrumpentes in priva-
ta recitatione peccant venialiter. *Filliuc. Moral. tract.*
23. cap. 7. num. 239. Et cum cauſa, nullum erit pec-
catum: nam quælibet pars Divini Officii per ſe habet
ſenſum, quo Deus laudatur. *Becan. de Orat. quæſt. 14.*
num. 2. Cajet. V. Officium. In publica verò Oratione, ſi 19
à toto Choro notabiliter ſolo libito intercidantur, non
evitatur gravis culpa, ob offenſam, & ſcandalum Fi-
delium, in Eccleſia aſſiſtentium; ita *Marchin. de Sa-*
cram. Ordin. part. 3. tract. 3. capit. 12. diff. 5. & conſo-
nat *cap. Nihil 7. quæſt. 1.*, in quo Divina Officia incom-
pleta relinquentes excommunicantur, quæ cenſura non
infertur niſi pro mortali. *Paſqual. cent. 2. quæſt. 175.*
numer. ult. Dixi ſolo libito, nam ſi Chorus ceſſaret à
cantu, occaſione ſedandæ rixæ, vel alia juſta cauſa,
excuſatur ab omni noxa, quia tunc ceſſat ſcandalum.
DD. apud *Anel. l. cit. cap. 7. d. 2. num. 12. &* poteſt Of-
ficium reſumi à capite, licèt hoc non ſit neceſſarium,
dummodò intra eundem diem reliqua pars Horæ abſol-
vatur. *Bonac. de Hor. Canon. d. 1. quæſt. 3. part. 2. numer.*
28. Azor. part. 1. lib. 10. capit. 8. quæſt. 9. Nald. in Sum.
V. Officium numer. 4. In privata pſalmodia, licet Matu- 20
tinum ſero, & Laudes ſequenti mane recitare; in pu-
blica verò, Matutinum à Laudibus non poteſt dividi.
Rodriq. in Summ. cap. 143. num. 5. & alii. Nec obſtat,
in nocte Nativitatis D. N. J. C. Matutinum terminari
ad *Te Deum* incluſivè, quia adhuc non poſſunt ſepara-
ri, niſi quantum temporis occupat prima Miſſa, qua
finita, ſtatim inchoandæ ſunt Laudes in Choro; ita
Rubr. Miſſ. & ſervatur in Capella Papæ. *Cæremon. Rom.*
lib. 2. capit. 13., & in hoc caſu, Laudibus non præ-
mittitur *Pater noſter*, & *Ave Maria*, prout fieri opus
eſt, quando diſtinctis temporibus ex aliqua urgentiſſi-
ma cauſa in Choro decantantur. *Garz. de Benef. part.*
3. cap. 1. num. 224. Victorell. in Addit. ad Tol. lib. 2. capit.
13. Horarium precum penſum perſolvendum eſt, ut
diximus, ſtudioſè, ideſt, integrè. Naſcentis Eccle- 21
ſiæ initio, tam Clerici, quàm Laici, Pſalmos, Can-
tica, & Hymnos, non viciſſim, ſed confuſè ſimul
canebant, ut innuit *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 77.*
dub. 9. numer. 52. & fusè ſcribit *Spond. in Comp. Annal.*
Baron. Ann. 60. numer. 13. Exindè, non multo tempo-
ris intervallo, fuit introducta alternatim canendi for-
ma, per duos Choros diſtinctos, qua reciproca modu-
latione pſallentes animantur ad laudandum Deum cum
voce exultationis, & hujuſmodi varietate Populus au-
diens magis oblectatur: propter quod Damaſus Papa 22
hunc modum ſua auctoritate per univerſas Eccleſias
approbavit, & ſic auditus loco prolationis Officii per
vices choratim ſuccedit, atque pſallentes hoc modo,
Horas Canonicas integrè perſolvunt, tam publicè,
quàm privatè, & de hac re dubitari non poteſt, ut in-
quit *Molpheſ. l. cit. cap. 2. num. 55.* Non ſolùm Pſalmi, 23
& Hymni, ſed & Antiphonæ alternis vicibus à duo-
bus Choris proferuntur in Officio duplici: quòd ſi non
fuerit duplex, nunc ab una, nunc ab alia parte. *Card.*
Turrecr. ſuper cap. Jacobus, num. 3. de conſecr. Sylv. V. Ho-
ræ, quæſt. 7., & quando cum nota ad Legile concinun-
tur, debent ab omnibus de utraque parte Chori decan-
tari, ut poſt *Suarez.* advertit *Trullench. in Opuſc. dub.*
3. num. 20.

Poſt Lectiones, quæ leguntur, ut ſupra, ſequun-
tur Reſponſoria, quæ à toto Choro recitanda ſunt, 24

non tam alta voce, ſicut Lectiones: & verſus, qui interponitur, dicitur à Lectore Lectionis. *Baſſ. l. c. cap.* 4. *Sot.* ubi ſupra *quæſt.* 5. *art.* 2. *Caſtald. lib.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 3. *num. ult.* Capitula, Orationes, quæ dicuntur
25 ab Hebdomadario, & alia, quæ juxta honeſtam Eccleſiæ conſuetudinem à ſingulari de Choro recitantur, ſatis eſt attentè auſcultare: quia unus in perſona omnium dicit: ita *D. Antonin. part.* 3. *l. c. §.* 5. *Suarez de Relig. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 2. *Vega l. c. caſ.* 21. *Filliuc. tract.* 23. *cap.* 6. *n.* 148. *Rodriq. in Summ. cap.* 143. *n.* 2. quæ non dicuntur Choratim; quoniam non haberent ſenſum. Intra ſe muſſare, quæ proferunt Hebdomadarius, & Cantores, eſt potiùs ſignum ignorantiæ,
26 vel ſcrupuloſitatis, quàm timoratæ conſcientiæ; atque ita facientes peccant venialiter, ut ajunt *DD.* mox citati. Canonici, & ſi auribus intenti, audire non valentes aliqua verba vel verſus, quæ ab uno in Choro leguntur, adhuc obligationi ſuæ omnino ſatisfaciunt, nec tenentur inaudita repetere. *Em. Sa, V, Horæ, num.* 9 *& Trulench. in Decal. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 16. *nu.* 1. Quòd ſi alicui placuerit, quæ auribus non per-
27 cepit, ſupplere, id non faciat, niſi poſt finitùm Officium, nè alios perturbet, ut monent *Vulpel. l. c. num.* 12., *& Marchin.* ubi ſupra *diff.* 6., & quamvis non videatur arguendus, in Breviario oculis percurrens, quæ à Lectoribus recitantur, ut ipſe meliùs intelligat, & ſenſum percipiat, nil ſeciùs, ſi alii id non faciant, conſultius erit cæteros imitari ad evitandum
26 ſingularitatis vitium, prout docet *Bonac. l. c. part.* 2. *§.* 1. *num.* 22. Videte *Cærem. lib.* 1. *cap* 51. Ut Canonici Divinum Officium, juxta munus ſuum, ſtudioſè, ac integrè perſolvant, cavere debent à ſyncopa, quæ eſt figura de medio tollens dictiones, & idem ſonat, quod conciſio. *Abb. & Barboſ. ſuper cap. Dolentes de celebr. Miſſ.*

Qui Horarias Laudes legunt, abſorbendo ſyllabas
27 in omnibus verſibus, ſeu in notabili quantitate, peccant graviter, & non implent Præceptum Eccleſiæ. *Homob. in Com. part.* 3. *tract.* 14. *reſ.* 3. *Leſſ. loc. cit. cap.* 37. *d.* 10. *numer.* 56. *Marchin. de Hor. Car. tract.* 2. *tit.* 3. *ſect.* 1. *Eſcob. tract.* 3. *exam.* 6. *cap.* 3. *Card. Tol. cap.* 2. *lib.* 13. *nu.* 6. Si verò omiſſio fuerit parvæ quantitatis, erit tantùm veniale in privata recitatione, ad tradita per DD. ſtatim adductos. Dixi in privata, nam in publica poterit eſſe mortalis culpa ratione ſcandali, ut poſt alios advertit *Buſemb. loc. cit. lib.* 4. *cap.* 2. *d.* 2. *art.* 4. niſi id involuntariè fiat ab aliquo Canonico ob linguæ balbutiem, vel quandam ingenitam conſuetudinem, quam corrigere nequeat, quo caſu nullum erit peccatum, etiam in non pauca quantitate. *Nicol. Plov. loc. cit. part.* 1. *quæſt.* 11. *Azor. ubi ſupra cap.* 7. *quæſt.* 4. *Verricell. l. c. tract.* 5. *q.* 5. *num.* 112. *Bellarm. de bon. oper. lib.* 1. *cap.* 18. *lit. N.* Canonici unius Chori, magna celeritate Di-
28 vinum Officium exolventes, etiam ſi tunc non fiat verborum omiſſio, non effugiunt peccatum veniale, quia ſunt cauſa, cur ſenſus ejus ab alia parte percipi nequeat. *Petrell. part.* 1, *lect.* 7. *num.* 12. & gravior erit culpa Eccleſiæ Præſidis, qui huic defectui non reſiſtit, quoniam faciliter poteſt vires ſumere, & introducere tam notabilem abſciſſionem, & verborum corruptionem faciendi, quod in verſibus Pſalmorum non proferatur niſi caput, & cauda, ut ait Innoc. III. *Serm. in Conc. Lateran. à ſe habito*; Videatur *Conc. Baſileen. ſeſſ.* 21. *§.* 2., ubi ſancitur, Horarias preces in Choro eſſe dicendas non prolatione præcipiti, non curſim, non feſtinanter, non inter dentes, ſed verbis diſtinctis, claris, & moderata tarditate. *Brancat. in Epit. Can. V. Divin. Offic.* Propterea, quando una pars Chori non expectat, ut plurimum, finem
29 verſus alterius, ſed anticipat ſequentem, faciendo verſuum ſuper verſus aggeſtionem, lethaliter delinquit, quoniam notabiliter confunditur intellectus Divinarum precum, & cauſatur confuſio in utraque parte Chori, nequientis reſpectivè percipere finem, vel principium verſuum alterius partis, contra Choralem ſocietatem, ut notat *Ugolin. de Off. & Pot. Epiſc. part.* 1. *cap.* 19. *n.* 5. *Leſſ. ubi ſupra cap.* 17. *dub.* 10. *Nav. in Manual. cap* 25. *n* 98. *in Com. tit. de ſilen. in Off. cap.* 1. *n.* 19. *& de Orat. cap.* 16. *n.* 26., ubi id valdè deplorat, dicens hoc eſſe vitium multorum.

Peccant etiam Canonici non facientes pauſam,
hoc eſt parvam moram in medio cujuslibet Verſicu- 30
li Pſalmorum, ubi notæ interpunctionum apparent, quod præcipitur, teſte *Branc. loc. cit.*, *in Conc. Baſileen.* ubi ſupra; & quando Moderator Chori videt id non ſervari, ſed præcipitanter recitari, ſignum aliquod manu, vel capite faciat, indicans pauſam, quæ non debet eſſe nimia, vel inæqualis, ita docent *Sacerdot.*
Rom. loc. cit. fol. 62. *Molpheſ. l. c. cap.* 1. *num.* 24. Hu- 31
juſmodi omiſſio pauſæ per ſe non eſt judicanda mortalis culpa, cum non ſit tam neceſſaria, veluti expectatio finis verſuum alterius Chori, ut ante alios adnotavit *D. Antonin. in Sum. part.* 2. *cap.* 12. ſequitur *Bonac. loc. cit. part.* 2. *num.* 3. Non immunes à veniali noxa illi quoque cenſendi ſunt, qui in publico Horarum penſo malè diſtinguunt verba, ac debitum non ſervant accentum, proferentes contra regulas proſodiæ, ita *Bordon. part.* 2. *conſ.* 56. *n.* 69. Nam ſenſum variant, atque eruditos non parum perturbant; præſertim dum admoniti perſiſtunt in malè pronunciando. *Plov. ubi ſupra quæſt.* 11. *caut.* 3. *& S. Fauſt. loc. cit. q.* 142. & qui dictas regulas ignorant, tenentur ſe providere de novis Breviariis, in quibus etiam imperiti clauſulas diſtinctas virgulis, & punctis cernunt, & quando dictio ſit producenda, vel penultima corripienda: ita *Petr. Anel. de Hor. Can. cap.* 4. *d.* 7. *nu.* 5. Veruntamen ubi eſſet conſuetudo proferendi breve aliquod verbum, quod juxta proſodiæ regulas eſſet longum, & è contrario, ſervandum eſſet ſolitum in publica Pſalmodia quia ab iis, qui ea rectè callent, maximè ſi alii moniti non adaptantur caſtigatæ prolationi, ut colligitur ex traditis per *Poſſev. loc. cit. cap.* 11. *num.* 6. *in addit.* Magnoperè curent Pſallentes in Choro, ſolæciſmos, & barbariſmos evitare, quibus Populus ad irriſionem commoveri ſolet, ex *cap. Sedulo*, juncta
gloſ. 38. *d. §. Noverint*. Barbariſmus fit unius ver- 32
bi corruptela, & dicitur à barbaris. *Archid. ſuper. d. c. Sedulo*. Solæciſmus verò eſt vitioſa verborum compoſitio, ut ſi legatur *Dominus mea*, *& ſalus meus*, *pro Dominus meus*, *& ſalus mea*, & derivat ab urbe *Soloc.*, ubi incolæ ſuam, & aliorum linguam confuderunt, ut teſtatur *Fely. in cap. Ad audientiam num. ult. de reſcript.* Canonici minores non debent de hujuſmodi defectibus majores corrigere, ſed è contra
minores à majoribus tempore, & modo benè viſo, 33
fraternè ſunt corripiendi, non irridendi. *Turrec. ſuper d. cap. Sedulo num.* 7. *Ugolin. loc. cit. cap.* 19. *§.* 1. *numer.* 6. & pro majoribus intelliguntur Præſides Chori, quorum officium non debet ab aliis uſurpari. *Petrell. ubi ſupra lect.* 7. *n.* 5. Videatur *D. Bern. in Spec. Diſcipl. cap.* 5., ubi præſumptuoſum appellat, qui levi riſu, vel nutu capitis, vel oculorum circumluſtratione, labiorumve compreſſione, aut fabulatione, defectus ſocii in Choro ſubſannat.

Caveant Canonici in Choro contendere ob tonum
variatum, vel alium defectum in cantu commiſſum, 34
ibi faciendo ſilentium, aut reincipiendo iterum. *Nav. loc. cit. de Orat. n.* 10. In quo errare ſolent aliqui Canonici muſici cantores, quos potiùs Divinorum turbatores appellat *Plov loc. cit. quæſt.* 11., & hi magis peccant, quàm qui in tono, aut cantu errarunt, ut inquit *Vega in Summ. de Hor. Can. caſ.* 21. Et eò graviùs delinquunt, dum mutant notas, vel alterant, aut diminuunt vocem in tono, quo cæteri cantant, ut ſuæ levitati ſatisfaciant. *S. Antonin. part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. Omnem cautionem adhibeant Canonici, ut ritè, be-
nè, & integrè Divinum perſolvant Officium, me- 35
mores hiſtoriolæ illius S. Patris, qui cernens Diabolum in Choro ſæpiùs manum in ſacco imponentem, & percunctatus, quid intromitteret, reſpondit, tot verba, & ſyllabas prætermiſſas à recitantibus in Choro, quæ in extremo Judicio præſentare reſervo, ut debitas luant pœnas: ita refert *Paul. Comit. l.* 1. *q.* 67., & ante eum *D. Antonin. l. c. cap.* 13. *§.* 3. Qui Dæmon nuncupatur Titivillus, (ſi fides præſtanda eſt moderno Doctori) qui ſequentes verſus adducit.

Fragmina ſermonum Titivilus colligit horum,
Atque in die bis mille peram ſarcinat ille.

AR-

A R G U M E N T U M.

Quale peccatum committant ii, qui Choro interſunt, principaliter, ut lucrentur. An, & quando valeant Statuta, concedentia indultum jubilationis poſt laudabile, & continuum ſervitium, per annos quadraginta præſtitum. Ad quæ extendatur ſimile indultum; & alia ad materiam.

S U M M A R I U M.

1 *Diſtributiones in Eccleſia inſtitutæ fuerunt, ut Canonici, ſeu Cappellani, diligentiùs Eccleſiæ inſervirent.*

2 *Qui Chorum frequentant, animo tantùm Diſtributiones lucrandi, non ſatisfaciunt menti Eccleſiæ.*

3 *Imò quandam ſimoniæ ſpeciem committunt, & mortaliter peccant.*

4 *Quam intentionem habere debent ii, quorum munus eſt Divina Officia perſolvere.*

5 *Eccleſia, quæ non judicat de occultis, non excludit à lucro Diſtributionum intereſſentes Choro, ſolo illarum intuitu.*

6 *Sed iſti Deum, qui eſt cordium ſcrutator, habebunt ultorem.*

7 *Ex quibus dignoſcantur illi, qui principaliter ſpe lucri Choro interſunt.*

8 *Unde mota ſit Eccleſia, ad benignè indulgendum, ut Canonici, ſeu Capellani, poſt ſervitium, per annos quadraginta continuè, & laudabiliter præſtitum, eximantur à Choro, & fructus, & Diſtributiones lucrentur:* & n. 10.

9 *Servanda ſunt Statuta, indultum jubilationis concedentia.* Declara n. 12.

11 *Etiam non extante ſimili Statuto, præd. jubilatio à* Sac. Concil. Cong. *conceditur.*

13 *Canonicus, ſeu Capellanus jubilatus, lucratur omnes fructus, & Diſtributiones, etiamſi moram trahat extra locum ſuæ Eccleſiæ.*

14 *Et etiamſi eo tempore propter aliquod delictum ſit carceratus, vel excommunicatus.*

15 *An, & quando admittatur ad participationem ſallentiarum aliorum Canonicorum, ſeu Capellanorum.*

16 *Canonicus jubilatus, licèt immunis ſit ab Officiis ſui Canonicatus; ſi tamen ea obire voluerit, lucratur emolumenta, quæ pro iiſdem ſunt deſtinata.*

17 *An, & quando idem Canonicus jubilatus lucretur emolumenta, provenientia ab intereſſentia Feſtivitatibus, & Anniverſariis, quæ per annum ex diſpoſitione Teſtatorum peraguntur.*

18 *Afferuntur ad materiam jubilationis nonnulla Decreta* Sac. Cong. Conc.

19 *Quid requiratur ad hoc, ut ſimile indultum ſuffragari poſſit.*

20 *Canonicus, poſt obtentum indultum jubilationis, de novo Canonicatu, ſeu Dignitate in eadem Eccleſia proviſus, non indiget novo indulto, ut lucretur fructus, & Diſtributiones ſecundi Canonicatus, ſeu Dignitatis.*

21 *Indultum tamen jubilationis, obtentum à Canonico Coadjuto, non ſuffragatur Coadjutori.*

22 *Canonicus diſpenſatus ſuper defectu ætatis, ſi adveniente legitima ætate, non ſe faciat promovere ad Ordines, non lucratur Diſtributiones.*

23 *Et tenetur illas reſtituere, etiam ſi fuerit in bona fide, & affertur reſolutio* Sac. Congr. Conc.

ANIMADVERSIONES.

QUotidianæ Diſtributiones in Eccleſia inſtitutæ fuerunt, ut Canonici, & Beneficiati ad diligentiorem Divini Officii perſolutionem allicerentur, non autem, ut iidem ſolummodò eaſdem Diſtributiones lucrandi cauſa Chorum frequentarent; etenim ſi eo tantùm animo, & intentione, ad Divinas Laudes perſolvendas intereſſent, menti Eccleſiæ
2 nequaquam ſatisfacerent; nam Sancta Eccleſia intendit, ut Sacrificium Laudis Deo, non ex neceſſitate, ſed voluntariè perſolvatur; undè, qui Horas

Canonicas frequentant, ut Diſtributiones lucrentur, & alioquin, ſi illas non ſperarent, Choro non intereſſent, facilè convincuntur, non voluntariè, ſed ex 2
neceſſitate Deum laudare, & perverſo nimis ordine, ut ait Divus Bernardus, cœleſtibus terrena mercantur, eiſque adaptatur, quod dicit S. Auguſtinus in *Pſal.* 53. *ſi propter aliud laudas Deum, ex neceſſitate laudas; ſi adeſſet tibi, quod amas, non laudares Deum: Vide quod dicam: laudas Deum, ut tibi det amplam pecuniam: ſi aliundè haberes amplam pecuniam, non à Deo, nunquam laudares Deum. Si ergo propter pecuniam laudas Deum, non voluntariè ſacrificas Deo, ſed ex neceſſitate ſacrificas, quia præter illum neſcio quid aliud amas.* Indignum igitur eſt, ut Canonici, aliique Beneficiati, qui officium Angelorum, inceſſanter Deum in Cœlis laudantium, ſortiti ſunt, tantummodo propter materiales Diſtributiones Officia Divina perſolvant, cum in hoc caſu quandam ſimoniæ ſpeciem committant; cùm ratio ſimoniæ in hoc præcipuè con- 3
ſiſtat, quòd res ſpirituales temporalibus, vel æquiparentur, vel poſtponantur, aut ipſa ſpiritualia, ut medium ad obtinendum temporale, ordinentur, ac proindè Canoniſtæ *in cap. Unic., de Cleric. non reſiden. in 6., ibiq. Gloſſ. & in cap. ſuam, de ſimonia,* & ſignanter ibidem *Abb. num.* 3. *& Jo: Anan. numer.* 1. condemnare non dubitant, uti reum Simoniæ mentalis Canonicum, qui intereſt Officio Divino, principaliter intuitu lucri temporalis, & peccare mortaliter tenent *Navar. in Manual. cap.* 23. *num.* 105. *& de Orat. & Hor. Canonic. cap.* 6. *num.* 52., *&* 16. *& cap.* 18. *nu.* 50. *& ſeqq. Covar. lib.* 5. *Variar. reſol. cap.* 20. *nu.* 5. latè *Monet. de Diſtribut. Quotid. part.* 2. *quæſt.* 18. *n.* 32. *Valeron. de different. inter utrumque For. in verbo Simonia differ.* 10. *Rubeus adnot. ad dec.* 576. *part.* 4. *tom.* 3. *recen. numer.* 110.

Studere proindè debent Divinis Officiis obeundis mancipati, ut eorum mens, & intentio, dum accedunt ad Chorum, tota in Deum referatur, & cum S. David *confiteantur Domino in directione cordis*, & unuſquiſque eorum ex animo dicere poſſit cum eo- 4
dem Pſalmiſta, *voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum eſt*; licèt enim Eccleſia, quæ non judicat de occultis, non repellat à lucro Diſtributionum, Choro intereſſentes ſola ſpe 5
temporalis emolumenti, ſed præcipiat corporalem intereſſentiam, juxta *Text. in cap. unic. de Cleric. non reſiden. in 6. & in Sac. Concil. Triden. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de refor.*, attamen, ut dictum eſt, non adimplent ejus intentionem, & qui talia agunt, habebunt Deum ultorem, qui eſt ſcrutator cordium, undè valdè deplorandum eſſe ait præcitatus *Valer. ubi ſupra d.* 6
different. 10., quòd modernis temporibus adeò excreverit in hoc abuſus, & corruptela, ut nullum ſuper hoc fiat ſcrupulum, & paſſim Clericos magis nummi quàm Dei amor in templum trahat, & ſequitur *Rubeus l. c. n.* 111.

Convincuntur verò frequentare Horas Canonicas principaliter ſpe lucri illi, qui ſolicitè Choro interſunt, quoties prædictis horis, majores ſunt adnexæ Diſtributiones, & paſſim abſque juſta, & rationabili 7
cauſa negligunt intereſſe, quando aliquibus Functionibus nullæ, vel exiguæ Diſtributiones ſunt aſſignatæ; ſicuti etiam ii, qui mox ut officium, cui Diſtributionum lucrum adnectitur, perſolutum eſt, è Choro diſcedunt, neglecto Officio, quod immediatè ſequitur, cui Diſtributio non eſt conſtituta; & denique multò magis ii, qui de facili Horis integrè non abſolutis, quaſi auſugiunt, & ad plateas, aut conſortia, confabulationis gratia, ſe conferunt, ut notat *Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. part.* 1. *tit.* 8. *n.* 6.

Ex benignitate Eccleſiæ introductum fuit, quòd Canonici, ſive Beneficiati Eccleſiarum Cathedralium ſive Collegiatarum, poſt prædictum laudabile, & continuum ſervitium quadraginta annorum, eximantur ab intereſſentia Chori, & nihilominus conſequantur 8
tum fructus, tum Diſtributiones quotidianas: circa quod advertendum eſt, quòd Statuta Eccleſiarum prædictarum, per quæ conceditur Indultum jubilationis poſt quadragenarium ſervitium, tanquam rationi innixa, ſervanda ſunt, cùm ad inſtar ejus, quod in 9
temporali militia conſuevit, in qua, ut ait D. *Am-*

broſius in lib. de Viduis, circ. fin., *miles*, *confectis ſti-*
10 *pendiis*, *arma deponit*, *& relicto officio*, *quod gerebat*,
ad propria veteranus rura dimittitur, *ut & ipſe exerci-*
tæ laboribus vitæ requiem conſequatur, *& alias ſpes fu-*
turæ quietis ſubeundis faciat operibus promptiores, ſpes
hujuſmodi immunitatis alacriores reddat Eccleſiæ mi-
niſtros ad diligentius ſervitium exhibendum. *Fagnan.*
in ca. licet. num. 160. *de Preben.* hinc eſt, quòd à Sac.
11 Congreg. Concilii, etiam non extante Statuto, con-
cedente jubilationem prædictam, paſſim conceditur
poſt expletum laudabiliter, & continuè ſervitium
quadraginta annorum, ut etiam advertit idem *Fa-*
gan. ubi ſupra. Quod autem dictum eſt circa Statu-
ta, concedentia dictam jubilationem, puto intelligen-
dum, ut eatenus valeant, quatenus à Sede Apoſto-
lica ſint ſpecificè confirmata, vel habeant centena-
12 riam, aut immemorabilem obſervantiam, quia Ca-
pitulum nonniſi cum Epiſcopi authoritate hujuſmodi
Statutum condere poteſt, ob reſiſtentiam *Sac. Concilii*
in cap. 12. *ſeſſ.* 24. *de reform.* præcipientis, quòd Diſtri-
butiones quotidianæ ſolummodo ſtatis Horis intereſ-
ſentibus tribuantur, ut contra opinionem *Monet. de Di-*
ſtribut. quot. part. 2. *quæſt.* 12. *n.* 16., tenet *Monacellus for-*
mul. 2. *tit.* 13. *n.* 77. *part.* 2., ubi refert ità ſenſiſſe *Sacr.*
Congr. Concil. in Segobien. 15. *Decembr.* 1703.

Canonicus, ſive Beneficiatus, qui gaudet hujuſmo-
di Indulto jubilationis, vel ex Statuto, vel ex Reſ-
cripto Sacræ Congregationis, eſt in primis exemptus
à reſidentia locali, ita ut etiam moram trahendo ex-
tra locum ſuæ Eccleſiæ, lucretur omnes fructus, &
13 Diſtributiones ſui Canonicatus, ſive Beneficii, ut ſæ-
pè declaravit *d. S. Congr.*, & ſignanter *in S. Angeli in*
Vado 15. *Aprilis* 1690. *lib.* 20. *Decr. fol.* 255., quinim-
mò, etiam ſi eo tempore propter aliquod delictum eſ-
14 ſet carceratus, vel excommunicatus: *eadem S. Congr.*
in Anagnin Diſtributionum 30. *Maji* 1699.

Quod intelligendum eſt etiam reſpectu ſallentiarum
aliorum Canonicorum, ad quarum participationem
debet admitti cum aliis intereſſentibus, niſi obſtaret
Statutum, ſive conſuetudo in contrarium: *eadem S.*
Congr. in Reatina 15. *Martii* 1692. *&* 19. *Aprilis ejuſ-*
dem anni, *& alibi apud Monacell. formul.* 2. *tit.* 13.
num. 14. *part.* 2., dummodò tamen Indultum hujuſ-
modi diſponat, quòd Canonicus jubilatus Diſtributio-
nes percipiat *perinde ac ſi Divinis intereſſet*, non autem
15 ſi ſimpliciter dicat *ac ſi præſens eſſet*, ex rationibus ad-
ductis *per Pignattell. conſult.* 116. *per tot. tom.* 9.

Licèt autem habens ſimile Indultum, utpotè exem-
ptus à reſidentia locali, ſit immunis ab Officiis, &
oneribus Canonicatui adnexis, veluti faciendi Officium
in Hebdommada, ſibi tangente, cum ſimilibus; atta-
16 men ſi eadem Officia, & munia ſibi incumbentia ſu-
bire voluerit, eidem eſt licitum, & poteſt lucrari
emolumenta, quæ prædictis Officiis, ſive Functioni-
bus ſunt deſtinata, juxta declarationem *d. Sac. Congr.*
in Romana 10. *Maji* 1692.

Extende, quod diximus de ſallentiis, quas lucratur
habens prædictum Indultum, ut procedat etiam reſ-
pectu emolumentorum provenientium ab intereſſen-
tia Feſtivitatibus, & Anniverſariis, quæ per annum
ex diſpoſitione Teſtatorum celebrantur, ita ut hu-
17 juſmodi emolumenta debeantur Canonico jubilato, li-
cèt non acquirantur per legitimè impeditos veluti in-
firmitate detentos, ut alibi dicemus niſi expreſſa mens
Teſtatoris reſiſtat, juxta quam ſolummodo verè inte-
reſſentibus acquirantur, ut cenſuit *eadem Sac. Congr.*
in Piſana 1. *Septembris* 1691. & in aliis adductis per
Monacell. formul. 2. *tit.* 13. *part.* 2. *ſub num.* 76. *& in*
Lunen. Sarzanen. Jubilationis 10. *Junii* 1684. *&* 30. *Sep-*
tembris ejuſdem anni, in qua, prout ſequitur, reſolu-
ta fuerunt infraſcripta dubia.

Primò. An vigore jubilationis obtentæ à Sacra
18 Congregatione in forma conſueta, debeatur Canoni-
co, licèt non inſervienti, portio emolumentorum,
provenientium ex Aniverſariis fixis?

Secundò. An debeatur portio emolumentorum,
provenientium ex Funeralibus; & Anniverſariis incer-
tis, & extraordinariis?

Tertiò. Etiam in caſu, quo à Teſtatore diſpoſitum
reperiatur, nihil lucrari debere omnes, qui non ſunt
præſentes?

Quartò, An dictus Canonicus teneatur intereſſe Ca-
pitulis, & Congregationibus, quæ habentur pro tra-
ctandis negotiis Eccleſiæ, & Capituli?

Eadem Sacra Congregatio reſpondit, ad primum
affirmativè, ad ſecundum, tertium, & quartum *ne-*
gativè.

Illud etiam non eſt omittendum ad hanc materiam
quòd eatenus ſimile Indultum jubilationis, ſive aliud
percipiendi fructus, & Diſtributiones in abſentia ſuſ-
fragatur, quatenùs fuerit exhibitum in Capitulo, vel 19
eidem intimatum: *d. Sac. Cong. in Batavina* 15. *Janua-*
rii 1656. *ad* 3. *dub.* ita ut niſi Diſtributiones, ſive
fructus, à die Indulti uſque ad diem intimationis de-
curſi, fuiſſent inter Canonicos mala fide reparti-
ti, utpote habentes notitiam ejuſdem Indulti, non
poſſet illos conſequi, & adſtringere Canonicos,
qui bona fide illos conſumpſerunt, ad reſtitutio-
nem.

Cæterùm ſi Canonicus poſt obtentum Indultum ex
cauſa ſervitii præſtiti Eccleſiæ per quadraginta annos,
provideatur de novo Canonicatu, ſive Dignitate in ea-
dem Eccleſia, licèt reputetur novus Canonicus, no- 20
viterque receptus, ita ut in Choro, & aliis actibus,
ei debeatur locus Canonicatus, noviter obtenti; *Mo-*
net. de Option. Canonic. cap. 5. *quæſt.* 3. *num.* 12. *Barboſ.*
de Canon. cap. 18. *numer.* 26. *Monacell. formul.* 3. *tit.* 2.
nu. 31. *part.* 2. *Sac. Con. Conc. in Sutrina Precedentiæ* 11.
Junii 1702., nihilominus non indiget novo indulto,
ſed vigore jam obtenti lucratur fructus, & Diſtri-
butiones ſecundi Canonicatus, quia adhuc durat cau-
ſa, pro qua fuit conceſſum, ut reſolvit *ead. Sac. Con.*
in Fulginaten. 22. *Decembris* 1691. Non tamen ſuffra-
gatur Coadjutori Canonici jubilati, cum non obſtante 21
Indulto, teneatur Choro, & aliis Functionibus inte-
reſſe, ex rationibus alibi adductis.

Tandem notandum eſt, quòd Canonicus diſpenſatus
ſuper defectu ætatis, cum conditione ſuſcipiendi Sa-
cros Ordines, adveniente tempore congruo, ſi tunc non 22
curaverit illos ſuſcipere, amittit Diſtributiones. *Mona-*
cell. Formul. 6. *tit.* 2. *num.* 19. *part.* 1., ac illos tenetur
reſtituere, licèt fuerit in ſtatu bonæ fidei, ex eo quia
crediderit, non teneri ad ſuſcipiendum Subdiacona- 23
tum, niſi poſt completum annum vigeſimum ſecun-
dum, ut cenſuit *Sac. Con. Concil. in Florentina Diſtribu-*
tionum 12. *Januarii* 1697. *lib.* 14. *Decr. fol.* 5.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

Omittentes in recitatione Horarum Canonicarum, quando incurrant culpam mortalem, & pariter quando inconſideratè verba præcidunt, ſeu tranſcurrunt Uſus Organi quando ſit adhibendus in Officiis Divinis. Dum pulſatur Organum, debent ab aliquo de Choro recitari intelligibiliter verba, quæ prætermittuntur. Qualis eſſe debeat ſonus organicus. Canonici non ſatisfaciunt ſuo muneri, canendo ſubmiſſa voce, & an à recitatione illos excuſet conſuetudo; item an teneantur canere; ac de cantu muſicali in Divinis Officiis.

S U M M A R I U M.

1 *Omiſſiones factæ in pluribus Horis Canonicis, ſi ſimul ſumptæ conſtituant partem notabilem, conſtituunt peccatum grave, & affertur exemplum* numer. 2.

2 *Qui inconſideratè, recitando Horas Canonicas, verba præciderit, ſeu pertruncaverit, quomodo ſupplere poſſit.*

3 *Qui ex aliqua cauſa aliquot verſus decantare prætermiſerit, vel extra Chorum exierit, excuſatur etiam à repetitione eorum, quæ non decantavit, vel non recitavit.*

4 *Item ſi hoc accidat, occaſione quærendi in Breviario Pſalmos, vel Antiphonas.*

5 *Excuſatur à recitatione Cantici Magnificat Hebdommadarius, dum exit de Choro ad thurificandum. Item Organiſta* n. 6. *declara*, ut n. ſeq.

8 Ca-

8 *Canonicus non poteſt eſſe Organiſta , & muneri Canonicali ſatisfacere .*

9 *Quando non convenit , ut pulſetur Organum , & prætermittatur verſus hymnorum ſeu canticorum ; & declaratur ſenſus* Cæremonialis Epiſc. lib. 1. cap. 28. & n. 17.

10 *Cantus ſacrorum Miniſtrorum eſt magis aptus ad glorificandum Deum , quàm ſonus .*

11 *An dum canuntur verſus aliqui , qui dicuntur privilegiati , liceat etiam pulſare Organum , & affertur conſuetudo Eccleſiarum Bononiæ , & Urbis* n. ſeqq.

13 *An ubique ſint ſervandi ritus Baſilicarum Urbis .*

14 *Affertur decretum Sac. Rit. Congregationis ſuper pulſatione Organi in dictis verſibus privilegiatis .*

15 *Epiſcopus an poſſit imponere pœnam cenſurarum contra inobſervantes reſolutiones Sacr. Congregat.*

16 *Poteſt injungere Canonicis obſervantiam Cæremonialis ſub pœnis pecuniariis , ac etiam cenſuris .*

18 *Quando tangitur organum , interim debet per aliquem de Choro recitari quod prætermittitur , voce clara , & intelligibili .*

19 *Dum canunt Muſici , ſufficit attentè audire .*

20 *Sonus organicus debet eſſe brevis , & parum plus , quàm ſi tunc temporis cantaretur verſus in cantu Gregoriano .*

21 *Canonici debent alta voce canere verſus , ad ſui lateris Chorum pertinentes , & alterius attentè audire .*

22 *Recitantes ſubmiſſa voce , non ſatisfaciunt ſuo muneri , nec lucrantur Diſtributiones* n. ſeq.

25 *Declaratur quommodo Canonici debeant alta voce canere , ut ſuo muneri ſatisfaciant* , & num. ſeqq. & 27.

28 *Etiam Prima Dignitas tenetur alto vocis ſono canere in Choro* , & n. 29.

30 *Item alii Canonici , licèt nobilitate Inſignes , & afferuntur exempla Regis David , & Domini noſtri Jeſu Chriſti* & n. 30.

31 *Immemorabilis conſuetudo excuſat Canonicos ab onere decantandi , & quando* n. 32. & ſeq.

34 *Ubi adſunt plures Capellani , non tenentur Canonici deſcendere ad Legile .*

35 *Secus ſi Capellanorum numerus ſit exiguus* , & numer. ſeq.

37 *Canonici tenentur addiſcere cantum Gregorianum* , & n. ſeq.

39 *An Canonici ſatisfaciant ſuo muneri , recitando alta voce , an verò teneantur decantare .*

40 *Quid operetur conſuetudo , & quando deceat canere , & quando recitare ſolùm alta voce* & numer. 41.

42 *Vox canentium in Choro debet eſſe alta , intelligibilis , placida , & ſonora .*

43 *Canonicus habens vocem , quæ offendat aures auditorum , poteſt recitare ſubmiſſa voce .*

44 *Quando adhibetur cantus figuratus , non tenentur Canonici canere .*

45 *Canonici in eorum Stallo audientes cantum figuratum , dum à Muſicis ſolis canitur , ſatisfaciunt publicæ , non tamen privatæ recitationi Horarum .*

46 *Cantus figuratus excitat ad ſpiritualem , lætitiam , dummodo non ſit levis , & curioſus* numer. ſeqq.

47 *Poteſt committi circa dictum cantum etiam culpa venialis , & quomodo lethalis .*

TITULUS VII.

QUamvis , ut dictum eſt , omittentes paucos verſus in una ex ſeptem Horis Canonicis non peccent pluſquam venialiter , & verum ſit ex multis venialibus aggregatis numquam conſurgere peccatum mortale , ut communi voto tradunt Summiſtæ
1 *V. peccatum* : Nihilominus , ſi hujuſmodi omiſſiones fiant in pluribus Horis ejuſdem diei , cum primùm ſimul ſumptæ ad notabilem pervenerint quantitatem , pariunt peccatum mortale , quoniam moraliter uniuntur inter ſe , ac continuantur ad culpam , in ordine ad totum Officium ejuſdem diei , & reputantur quaſi eodem tempore factæ , ut conſiderant *Tiber. de Oblig. Hor. Can. cap.* 13. *quæſt.* 101. *Marchant. loc. cit. tract.* 2. *tit.* 3. *con.* 2. *S. Fauſt. loc. cit. lib.* 2. *quæſt.* 286. *Trullen. in Dec. lib.* 1. *cap.* 7. *d.* 24. *& in Opuſc. d.* 2. *numer.* 9. Nec res caret exemplo : profectò parum cibi in die jejunii ſæpiùs ſumens , in ultima parva comeſtione notabilem quantitatem efficiente , violat , 2
præceptum jejunii , moraliter enim cum aliis comeſtionibus , eadem die factis , conjuncta , continnatur ad conſtituendam materiam notabilem . *Dian. part.* 3. *tr.* 6. *reſp.* 43. *& in Summ. V. Jejunium n.* 5. Idem ſequitur de eo , qui pluribus vicibus in Feſto parum laborat , ſtatim atquè hujuſmodi parvæ operationes , ſimul ſumptæ , notabilem conſtituunt quantitatem , culpam pariunt lethalem . *Vidal. in Oper. Mor. tit. de parvit. mater. numer.* 66. Ratio eſt , quia cùm eodem die fiant , in quo prohibentur opera ſervilia , videntur moraliter continnari in contrarietate ad Præceptum , ut inquiunt *Paſqual. dec.* 305. *Ghilin. V. Feſtum , numer.* 3. *Caſtr. Pal. de leg. tr.* 2. *d.* 2. *part.* 9. *numer.* 7.

Si aliquis Canonicus inconſideratè pertruncaverit ,
transcurrerit , vel præciderit verba , ut ſupra , in no- 3
tabili parte in Officio Eccleſiaſtico unius diei , excuſari poterit à culpa mortifera , dummodo ea ipſa die ſuppleat , recitando privatim duos , vel tres Pſalmos , quos maluerit ; inepta enim , & ferè impoſſibilis eſſet repetitio verborum omiſſorum . Quòd ſi verba , ut ſupra , vel advertenter prætermiſſa , conjunctim minimè attingant notabilem materiam , nulla ſupereſt obligatio compenſandi per æquivalens . *Bonart. de Hor. Can. lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 10. *& lib.* 3. *ca.* 25. *nu.* 5. & totum ante eum docuit *Nav. de Orat. c.* 10. *num.* 60. Qui tamen integrè non recitat Divinum Officium , non evadit liber à veniali noxa , ita DD. Ab omni autem culpa , & inſinuata repetitione excuſatur Canonicus , qui ex rationabili cauſa deſinit aliqua verba , vel paucos verſiculos , in Choro decantare , videlicet dum tuſſit , vel nares emungit , ex quibus ſcatet cruor , vel paucum ſermonem neceſſarium cum alio facit , etiam ſi ob prædicta Chorum exeat . *Anell. loc. cit. cap.* 4. *dub.* 3. *numer. ultim. S. Fauſt.* , ubi ſupra *quæſt.* 140. *Vulp. in Prax. cap.* 51. *numer.* 10. Canonici juniores , prætermittentes tres , aut quatuor
Verſiculos , occaſione quærendi in Choro Antipho- 4
nam , vel Pſalmum , aut aliud , quæ priùs prævidere non potuerunt , non peccant , nec poſtea id repetere ſunt obnoxii . *Gordon. Mor. lib.* 6. *quæſt.* 2. *cap.* 9. *num.* 38. *Cand.* , ubi ſupra *d.* 25. *art.* 26. *Marchan. l. c. ſect.* 5. *quæſt.* 1. *Verricell. l. c. tract.* 5. *quæſt.* 5. *nu.* 115. Canonicus Hebdomadarius , egrediens de Choro ad thurificandum Altare , non tenetur , dum ab aliis cantatur
Magnificat , ipſum Canticum inter incenſandum pro- 5
ferre , nec poſtea ſupplere , quia cenſetur Chorus communicare , quod cantat , occupato in re ordinata ad ſolemnitatem Divini Officii . *Henriq. in Summ. lib.* 9. *c.* 25. *num.* 8. *Petrell. p.* 1. *lect.* 8. *n.* 12. *Zambell. V. Officium , num.* 24 *Sanchez tom.* 2. *conſ. lib.* 7. *cap.* 2. *d.* 15. *num.* 4.
Alvar. V. Hor. Can. lib. 2. *num.* 37. Quivis Canonicus , 6
defectu Organiſtæ , Organa pulſans in Hymno , & Cantico ad Veſperas , eximitur à privatim recitando illam modicam Officii partem , quam Organi ſonus alternis vicibus in his Choro reſpondet , dummodo attentè audiat , quæ cantantur à Choro . *Carol. Macign. de Hor. Can. cap.* 17. *num.* 10. *Sot. de Juſt. & Jur. lib.* 10. *quæſt.* 5. *art.* 3. *V. Pari modo . Rodriq. in Summ. cap.* 143. *con.* 2. *Laym. lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 5. *numr.* 7. *Vega l. c. caſ.* 21. *Galett. V. Divinum Officium . Sanchez* , ubi ſupra *lib.* 7. *cap.* 2. *d.* 16. *num.* 2. *Eſcob. exam.* 6. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. *Molfeſ. l. cit. tract.* 5. *cap.* 1. *num.* 21. *Alvar.* , *& Zabarel. loc. prox. cit.* Ratio eſt , quia Eccleſia recipit illum Organi ſonum , tanquam partem Horarum Canonicarum : ita *Lezzan. in Summ. tom.* 4. *V. Officium n.* 11.

Intellige , dummodo reliqua Officii efferat in Cho-
ro ; ſi enim à principio Veſperarum uſque ad finem 7
fuerit extra Chorum , in loco , ubi eſt Organum , ut ad ipſum tangendum præſto ſit , in fine omnium Pſalmorum , juxta diſpoſitionem Cæremonialis , erit adſtrictus eoſdem Pſalmos per ſe percenſere , aut ſaltem partem , quam unus Chorus cantat , audi-

Digitized by Google

audire, & alteram pronunciare ſubmiſſa voce, & ſic
non ſolùm reſpondebit mandato Eccleſiæ, de Officio
integrè recitando, ſed etiam inſtituto Chori, & con-
ſequenter erit particeps Diſtributionum, ut colligi-
tur ex his, quæ tradunt *DD.* ſtatim citati. Dixi in
defectum Organiſtæ, aliàs Canonicus non poteſt eſ-
8 ſe Organiſta, & ſatisfacere Choro, ac ſuo muneri
Canonicali; quia aliud eſt Officium Organiſtæ, aliud
Canonici. *Moron. reſp. 67. num.* 57. In Matutinis, &
Veſperis ſolemnibus regulare eſt *Cærem. lib. 1. cap.* 28.
9 ut primus Verſus Canticorum, ac primus, & ulti-
mus Hymnorum, & quibus genufleƈtendum eſt,
nec non *Gloria Patri, &c.* ad omnes Pſalmos, & Can-
tica, decantentur à Choro, non ab Organo, etſi ver-
ſus immediatè præcedens fuerit pariter à Choro decan-
tatus; explico, ſi Chorus concinerit Verſiculum
Hymni, quem immediatè conſequitur alia Strophia,
continens verſum, in quo genufleƈtitur, non intercala-
tur ſonus Organi, inter has duas Strophias: ſed can-
tata antecedenti à Canonicis in Choro, nulla facta mo-
ra, neque Organi interpoſitione, continuatur à Cho-
ro ſubſequens Verſiculus, in quo genufleƈtitur; idem
fit, ſi ſequatur ultima Strophia, vel *Gloria Patri*,
&c. Iſte eſt ſenſus *Cæremonialis* mox citati, Ratio-
nem autem proſequendi ut ſupra, eſſe ſentio, ut Po-
pulus, audiens cantum ſic continuari, excitetur ad
devotiùs, & attentiùs audienda, & conſideranda illa
verba, myſteriis, pleniora; atqui Organi cantus non
10 eſt tanti faciendus ad veram Dei glorificationem, pro-
ut cantus Sacrorum Miniſtrorum, ut obſervant *Nav.
de Orat. cap. 16. n. 46. Carol. Macign. de Hor. Can. cap.
87. n. 9. & Molan. de Can. lib. 2. cap.* 40. & ideò non
adhibetur in Capella Papæ, ut notat *Suarez de Relig.
lib. 4. cap. 8. num.* 7. Huic noſtræ *Cæremonialis* expo-
ſitioni robur addit, quòd licèt Organum, dum pul-
ſatur, dicatur cantare; undè in Feſto S. Cæciliæ
Eccleſia dicit, *Cantantibus Organis*: & tempore Ad-
ventus *Canite tuba in Sion*: id accipitur impropriè, &
dicitur quaſi cantare. *Caſtr.* ubi ſupra. *Eſcob. tr. 5. ex-
am. 6. cap. 5. n.* 70. & conſequenter non verè, ſed fi-
ctè canit, dum ſonat. *Honded. conſ. 85. n. 15. vol.* 1.
11 At verò, ſi tangeretur Organum in præfatis verſibus
privilegiatis, & exindè à Choro canerentur, neuti-
quam dici poſſet Organum tunc cantaſſe, nec verè,
nec figuratè; & ita ut ſupra, ad mentem *Cærem. loc.
cit.*, obſervatur in Metropolitana, & Collegiatis Bo-
12 noniæ, & in hac Eccleſia, tam ante, quàm poſt Col-
legiatæ ereƈtionem; contra quem uſum, legis ſuſiſten-
tiam habentem, ſe oppoſuerunt quidam Cannnici ju-
niores, & expoſuerunt Sac. Rit. Congreg. hic alter-
cationes oriri circa modum pulſandi Organum, ſuppli-
cantes ad dirimendas lites, mandari, ſervandum uſum
Eccleſiarum Urbis, in quibus ajebant ſonum Orga-
ni in præfatis verſibus privilegiatis interſeri, & Sac.
Congreg. reſpondit. *Stylus Romanus laudabilis*: Quod
Reſcriptum, cum tantummodo cadat ſuper qualitate
laudabilis, quæ neceſſariò requiritur, ad hoc, ut poſ-
ſit licitè obſervari ſtylus localis, per ſe non arƈta-
bat ad ejus obſervantiam extra Urbem Romam.
*Gloſ. in cap. Nolite diſt. 11. Abb. in cap. Bonæ, n. 2. de
poſtul. præl. Felg. in cap. Rodolphus, n. 22. de reſcript.*
13 *Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 75. num.* 4. Orbis enim
non tenetur ſervare conſuetudinem Urbis, maximè
ubi adeſt contraria *Cærem.* diſpoſitio, ut tradunt *Sua-
rez de Leg. lib. 7. cap. 16. & Burſatt. conſ. 129. n.* 72.
Tamen, quia diƈti Canonici juniores perſiſtebant in
ſua opinione, Abbas, & Canonici veteres habue-
runt neceſſe per Procuratorem recurrere ad eandem
Sacr. Congreg., exponendo, preces jam porreƈtas ſu-
per continuatione Organi in verſibus privilegiatis,
fuiſſe contra voluntatem ſanioris partis Capituli,
modò inſtantis in hoc ſervari *Cæremoniale*, & Sacr.
14 Congreg. ambabus partibus auditis, ſub die Septem-
bris 1646. determinavit, ut infra: *Servetur Cæremo-
niale, circumſcripto alio Decreto, inaudita parte obtento*:
Ex quo patet, verum *Cæremonialis* ſenſum eſſe, quem
innuimus, ſiquidem opus eſt alterutrum omninò fie-
ri, nempè Organum ut ſupra interponi, vel non:
ſed à Sacr. Conc. obliteratum fuit aſſertum Decre-
tum, per quod pars adverſa ajebat intereſeri, ergo
non eſt interponendum Organum inter præfatas duas
ſtrophias, & verſus privilegiatos: Et nè deinceps alia
poſſet naſci controverſia circa diƈtum Organicum ſo-
num, dimiſſis literis executorialibus A.C., ſuper ulti-
mo Decreto obtentis, ut celeriùs finirentur lites, pro
quarum extinƈtione Sanƈta Eccleſia quotidie Deum
precatur ad *Sextam*, per me, à majori parte Capituli
deputatum, ſolummodo exhibitum fuit in Tribunali
Curiæ Epiſcopalis Sarzanæ mox inſinuatum Sacr.
Conc. Decretum, & Illuſtriſs. D. Epiſcopus viſis &c.
me inſtante, mandavit, continuandum in verſibus
privilegiatis ſonum Organi juxta *Cæremoniale*, &
uſum hujus Eccleſiæ, ſub pœna ſuſpenſionis à Di-
vinis.

Dixerunt nonnulli jus non eſſe Epiſcopo hujuſmodi
cenſuram imponere, innixi auƈtoritate *Valer. de Diff.
utr. For. V. abſolutio n.* 20. aſſirmantis, non poſſe E- 15
piſcopum Declarationibus Sac. Congreg. adjungere
pœnas pro earum executione: quæ doƈtrina non ap-
plicatur in caſu noſtro: tum quia Decretum fuit ema-
natum auditis partibus: tum quia, licèt Epiſcopus
non ſit Judex in enodandis dubiis ſuper Rubricis ex-
ortis Sac. Rit. Congreg. *Viſen. 21. Junii 1605.*, at-
tamen obligare poteſt Capitulum, & Canonicos ad 16
obſervantiam *Cæremonialis* ſub cenſuris, & pœnis pe-
cuniariis: ita de mente S. Conc. docent *Barb. in Sum.
V. Cæremoniale num.* 10. *Gavan. eod. V. addit.*: prædi- 17
ƈta verò Organici ſonitus continuatio eſt ſecundùm
regulas *Cæremonialis ex Barb. loc. cit. verſ. Regulare
eſt*. Non me latet, hujuſmodi regulas in pluribus Ec-
cleſiis, etiam benè temperatis, non ſervari, ſed Or-
ganum interponi inter diƈtos verſus privilegiatos, can-
tantibus tamen Canonicis in Choro eoſdem verſus,
quæ conſuetudo eſt laudabilis: ita cenſuit Sac. Conc.
penes *Barb. in Summ. colleƈt. 78. & 335. num.* 1. Ubi
autem ſunt receptæ, vel in Collegiatis novis, ſunt ſer-
vandæ: Idem *colleƈt. 78. n.* 17.

Quandocunque Organum fiƈtè canit in Hymnis,
Canticis, &c. juxta *Cæremoniale*, vel etiam in Pſal- 18
mis, juxta præſcriptam Eccleſiarum conſuetudinem,
alternatim cum Choro Canonici ibi exiſtentes, ut ſa-
tisfaciant præcepto de Divino Officio integrè recitan-
do, debent aliquem deputare, qui ibidem diſtinƈtè,
& altè pronunciet, quæ ab Organo cantari figurantur,
vel ea quivis de Choro ſuppreſſa voce dicat, ut adver-
tunt *Bonac. de Hor. Can. d. 1. quæſt. 1. pun. 3. n. 4. Trul-
len. in Decal. lib. 1. cap. 7. d. 16. n. 31. Bonart. loc.
cit. lib. 2. cap. 28. numer.* 12. Niſi fortè cum Or-
gano Muſici cantent, quo caſu ſatis eſt attentè au-
dire. *Caſtr. Pal. de Hor. Can. d. 3. punt. 4. nu-* 19
mer. 7.

Hic adnotandum, non eſſe in manu Organiſtæ Sa-
cra Officia prolixo ſono protrahere, ac auditores fa-
tigare, ſuam artem oſtentando, ut ait *Molan. de
Can. lib. 2. cap.* 40., cum potiùs teneatur ad nutum
vel ſignum datum à Magiſtro Cæremoniarum, Or-
gani taƈtum deſinere, ad notata hoc tit. in *Cærem.
Epiſc.* Sonus Organicus debet eſſe brevis, & pa- 20
rum plus perſeverare cantu Gregoriano, qui ſilente
Organo fieret in Choro. *Nav. de Orat. cap. 6. nu-
mer.* 51.

Quando Organum in Divinis Laudibus non pul-
ſatur, tenentur Canonici verſus, ad ſui lateris Chorum
pertinentes, alta voce efferre, & verſus alterius Cho-
ri attentè audire: quòd ſi quis partem ſui Chori hu- 21
mili voce pronunciet, & alteram cum debita attentio-
ne audiat, mandato Eccleſiæ de Horis Canonicis pri-
vatè legendis ſatisfacit. *Tamb. V. Horæ, n. 34. Leſſ. de
Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 34. dub. 23. num.* 18. *Eſcob. loc.
cit. cap. 5. n. 70. Sanchez tom. 2. conſ. lib. 7. d. 14. n. 2.
S. Fauſt. ubi ſupra quæſt.* 164. Non tamen evitat pecca-
tum veniale, ut poſt alios aſſerunt *Beja part. 1. caſ. 55.
& Valer. de Diff. utr. for. V. Simonia. diff.* 10. Ratio eſt,
quia non adimplet debitum miniſterium Chori, cujus 22
Officium conſiſtit, ut Canonici alternis vocibus ſe in-
vitent; ac ſe ſe alternativè audiant, & benè intelli-
gant. *Caramuel. in Theol. fund. quæſt. 10. numer. 14.
67. Bizzozer. loc. cit. cap. 2. numer. 16. & Molfeſ. in
Sum. tr. 5. cap. 1. num.* 24. aliàs quis non lucratur Di- 23
ſtributiones. *Covar. var. lib. 3. capit. 13. Com. lib. 1.
quæſt. 62. num. 2. Card. in Summ. tit. de Ben. diſq.* 18.
Honob. de ſtat. part. 1. cap. 22. & conſ. part. 3. reſp.
51. Et

52. Et in eventu, quo univerſi unius lateris Cho-
24 ri, tam ſubmiſſa voce ſacra Verba proferrent, quòd
nequirent ab altero Choro intelligi, non ſolùm perde-
rent Diſtributiones, ſed gravem culpam incurrerent,
quia eſſent cauſa, omnes non ſatisfacere Divini Of-
ficii obligationi, ut obſervant *Vega loc. cit. caſ.* 21. *&*
Caſtr. Pal. ubi ſupra num. 3. Non eſt autem neceſſa-
rium, nt quivis ex uno Choro voces omnium alterius
partis auribus percipiat, ſed ſatis eſt, ut pronunciata
25 ab uno, vel à pluribns diſtinctè intelligat. *Azor. loc.*
cit. cap. 11. *num.* 4. *Trullen. in Opuſ. dub.* 1. *numer.*
15. *Molfeſ. tr.* 5. *cap.* 2. *numer.* 18. In privata Divini
Officii perſolutione, ſufficit recitantis vocem eſſe au-
dibilem, remoto ſtrepitu. *D. Antoniu. in Sum. part.* 2.
cap. 12. & alii paſſim, immò ſatis eſt audire ſe ipſum
quamvis ab aliis nequeat audiri. *Gord. mor. loc. cit. cap.*
9. *d. quæſt.* 2. *Petrell. loc. cit.* §. 2. *num.* 11. & cæteri.
26 At in publica Pſalmodia debent Canonici tantam au-
dientiam horariis Precibus facere, quòd etiam Popu-
lus aſſiſtens valeat earum ſenſus apprehendere. *Med.*
de Orat. quæſt. 7. *Plov. loc. cit. part.* 2. *quæſt.* 3. *Mirand.*
in Man. Prælat. part. 5. *quæſt.* 37. *art.* 6. *con.* 1. *Nav. in*
Man. cap. 25. *n.* 122. & probat *Cajet.* 2. 2. *quæſt.* 83. *art.*
52. ea ratione, quia finis hujus Orationis publicæ eſt,
ut innoteſcat Populo.

Ad hæc munus Canonicorum eſt pſallere in Choro.
Conc. Trid. ſeſſ. 24. *cap.* 12. At pſallere non dicitur, qui
ſubmiſſim recitat, ſed qui altè verba oris ſui pronun-
27 ciat, vel tono aliorum decantat. *Pum V. Horæ*, *n.* 22.
& Trullen. in Opuſc. dub. 1. *n.* 10. Vidit Iſaias Seraphi-
nos, qui clamabant alter ad alterum, nndè doctiſſimus
Tertullianus (hoc eſt ter Tullius) inquit, *Si volueri-*
mus ut Angeli eſſe, hic vocem, & officium ediſcamus,
dicendo cum David Pſalm. 65. *ad ipſum ore meo cla-*
mavi.

Non eximitur à proferendo alto vocis ſono Hora-
rias preces in Choro, qui ibi prima fungitur Digni-
28 tate, immò iſte ad id eſt magis adſtrictus, eùm ipſius
exemplo teneatur alios ad pſallendum excitare, ut ob-
ſervant *Nav. de Orat. cap.* 11. *in fin. Caiet. in Summ.*
V. Horæ. Homob. in Comm. part. 3. *quæſt.* 18. *cap.* 3. *Tam-*
bur. de Jur. Abbatiſſ. d. 15. *quæſt.* 53. *Marchan. tom.* 2.
tract. 3. *quæſt.* 3. Minùs excuſatur à cantu Canonicus
29 nobili genere natus, nt inquiunt *Ugol. loc. cit. cap.* 19.
§. 1. *n.* 4. *Bertach. in Repert. V. cantare*. Favet *Jo. An-*
dr. in cap. Clerici, de vit. & hon. Cler. num. 5. dicens,
Cantare in Choro, nemo erubeſcat, & ſi filius ſit Princi-
pis. Landatur enim Rex Regum, & Dominus Domi-
nornm, à quo quivis mentem, linguam, & vocem
benignè recepit: ſuadet hoc Regius Pſaltes Pſal. 28.
In templo ejus omnes dicent gloriam, & ipſe non repu-
tavit indignnm ſua majeſtate, Dei laudes publicè
canere ante Arcam. Et CHRISTUS Dominus, Al-
tiſſimi Dei Filius, cujus omnis actio noſtra fuit in-
ſtructio, Hymnodia uſus eſt. *Matth. cap.* 26. *ibi - -*
Hymno dicto, ubi nonnulli legunt, *& cum Hymnum ce-*
ciniſſet, cujus Hymni præciſa verba refert *Baron. loc.*
cit. anno Domini 34.

Confundantur itaque qui non ſunt Filii Principis,
30 nec nobili proſapia procreati, & tamen in Choro
ſunt nimis delicati, facientes ſicut ſimia, quæ tantùm
movet labia, & non auditur. Et quod intolerabi-
lius eſt, affirmare non dubitarunt, ſatis eſſe ſubmiſ-
ſa voce recitare, dum in Choro major Canonicorum
numerus alta voce recitat. Horum inſipientiam acri-
ter increpat *Hoſt. loc. prox. cit.*, & meritò, cum ſcire
deberent, non extare majorem rationem de uno, quàm
de aliis Choro mancipatis, alioquin omnes Canoni-
ci poſſent hujuſcemodi ineptam excuſationem addu-
cere, & humili voce recitare, ſicque deficerent can-
tica Spiritualia, & Eccleſiæ, ac Populi ſervitio non
eſſet ſufficienter proviſum, ut notat *Ugol. ubi ſupra*.
Comit. lib. 1. *quæſt.* 65. *numer.* 1. *Garc. part.* 3. *cap.* 2.
num. 530.

Non diffiteor in aliquibus Eccleſiis, ubi ſunt quam-
plures Capellani, quibus ex Præbendis Canonicalibus
31 fuerunt diſtributæ portiones, cum onere Divinum Of-
ficium aſſiduè decantandi, Canonicos devotè aſſiſten-
tes ſatisfacere obligationi Chorali, licèt ibi non pſal-
lunt, & talis ſit immemorabilis ipſius Eccleſiæ con-
ſuetudo: ita *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 34. *d.* 23. *numer.* 185.
Filliuc. tr. 23. *cap.* 6. *numer.* 197. *Fragoſ. lib.* 3. *d.* 8.
num. 2. *Premor. ubi ſupra*, *part.* 5. *cap.* 4. *& alii*, dum-
modo, non convenientibus Capellanis, ipſi Canoni-
ci Horarium penſum alta voce perſolvant, nt, adver- 32
tunt *Candid. part.* 1. *diſq.* 18. *art.* 26. *& Trulleu. in Dec. l.*
1. *cap.* 7. *d.* 16. *n.* 8.

Dempta præfata conſuetudine immemorabili, te-
nentur Canonici, & Dignitates omnes, & ſinguli per
ſe, Divina Officia decantare in Cathedralibus, & Col-
legiatis, etiamſi ibi inſerviant Capellani. *Vega loc. cit.* 33
tit. de Hor. Can. caſ. 5. *Monet. de Diſtr. part.* 2. *quæſt.* 1. *n.*
28., & ita determinavit Sac. Conc. relatore *Comut. lib.*
1. *quæſt.* 62. *n.* 3.

Veruntamen in his terminis, non improbatur con-
ſuetudo dimittendi Capellanis pondus procedendi ad 34
Faldiſtorium pro cantandis Antiphonis, Reſponſoriis,
& ſimilibus; præſertim, quia hi ſæpiùs majori ca-
nendi peritia caleant, quàm Canonici. *S. Fauſt. loc.*
cit. lib. 3. *quæſt.* 12. *Vivian. de Jure part. lib.* 15. *ca.* 3.
n. 80. At ubi non exiſtunt Capellani, onus à ſuis ſe- 35
dibus procedendi ad Legile, ac ibi notas Gregoria-
nas canendi, omnes & ſinguli Canonici ſubire tenen-
tur, ut poſt alios, conſiderat *Monet. de Diſtrib. par.* 2.
quæſt. 2., & ſtatuitur in noſtris Conſtitutionibus Syno-
dalibus, quæ obligant, tam Canonicos, quàm Digni-
tates, ut in individuo docet *Barb. de Off. & Pot. Epiſc.*
alleg. 34. & ſemper, dnm à *Cæremoniali* præſcribitur
modus conveniendi in Chorum; & rei ſimilis, com-
prebendnntur quæcumque Dignitates. *Sacr. Conc.* apud
Marzill. loc. cit. fol. 161. *Arnard. ubi ſup. part.* 2. *cap.*
1. *in fin.* Et ita declaravit Sacr. Rit. Con. maximè 36
ſi numerus Canonicorum ſit exiguus, & refert *Nicolius*
in Flo. V. Canonicus, *n.* 29.

Si Legile omnes Choro devinctos non capiat, Ca-
nonici digniores liberi judicari debent à ſupradicta ac-
ceſſione ad Legile, dummodo in ſua Sede cantent no-
tas eo modo, quo meliùs poſſunt, nt innuit *Trulleu. in*
Opuſc. dub. 2. *num.* 24. & ita abſque perturbatione ju-
niorum ſervatur in Eccleſiis benè regulatis. Non ſunt
autem excuſabiles Dignitates, & Canonici, non ac-
cedentes ad cantandum, ut ſupra, eo quia ignorant 37
Cantum firmum, quia tenentur addiſcere, aliàs gravi-
ter peccant, ut ajunt *Innoc. ſuper dict. cap. Dolentes, de*
celebrat. Miſſ. Alvar. loc. cit. V. Horæ Canonicæ numer.
27. & alii apud *Henriq. in Sum. lib.* 9. *cap.* 31. *lit.*
G. Nam unuſquiſque tenetur noſſe, quod eſt neceſſa-
rium ad ſuum munus rectè exequendum, *cap. fin. de*
ætat. & qual. ord. Guazzin. ubi ſupra lib. 2. *def.* 2. *cap.*
15. *n.* 1. Atque hanc peritiam Cantus firmi eſſe quali-
tatem neceſſariam in Canonicis, pro celebrandis Horis
Canonicis, ac Miſſa ſolemni, docent *gloſ. in Clem.* 1. 38
de conceſſ. præb. Henriq. loc. ſtatim cit. & Rot. deciſ. 18. *eod.*
tit. in noviſſ.

Hinc mandat Conc. Trid. in Cathedralibus erigi Se-
minarium, ut Clerici, inter cætera, addiſcant can-
tum, ac deinceps in ſuis officiis ritè, & congruè de-
ſerviant: conſonat, quod inquit *Mirand. loc. cit. part.*
1. *quæſt.* 37. *art.* 5. his verbis, *Sicut indecens, & per-*
nicioſum eſt militem armis uti neſcire, ita aſpicere in Cho-
ro Canonicum Cantus Gregoriani modulationis expertem:
ſed de hac materia copioſus redibit ſermo inſta *lib.*
4. Non erit intempeſtivum hìc diſcutere, utrùm Ca-
nonici in Choro Officium Eccleſiaſticum cantare te-
neantur, itaut non ſit ſatis illud alta voce recitare.
Opinantur permulti requiri cantum, innixi auctorita- 39
te *clem.* 4. *de vit. & hon. Cler.*, quæ mandata, ut Ca-
nonici Divina Officia decantent. Obligati autem ca-
nere, non reſpondent ſuo muneri recitando, ad tra-
dita per *Abb. ſuper cap. Quod in te*, *nu.* 6. *de pæn. & re-*
miſſ. Quandoqnidem differunt inter ſe cantare, & alta
voce recitare. *Abb. in cap. Quiſquis* 2. *not. de vit. & hon.*
Cler. Bertach. loc. cit. V. cantare. Alii tum vetuſti, tum
moderni, arbitrantur ſufficere, alta voce pronuncia-
re, *ex cap.* 1. *& cap. Presbyter*, *de celebr. Miſſ.* Quibus
juribus ſolùm decernitur, ut Divina Officia publicè
compleantur: nec obſtare dicunt verba, quæ retuli-
mus *Clem.* 1., namque finis fuit communicandi adſtan-
tibus in Eccleſia Divinas Laudationes, quod obtine-
tur tam cantando, quàm altè recitando, nt conſide-
rant *Nav. in d. cap. Quando*, *art.* 6. *& Sancnez conſ. mor.*
lib. 7. *cap.* 2. *dub.* 8.

At verò, quoniam de hoc non reperitur aliquod præceptum, nec de jure Divino, nec de jure poſitivo, credo
40 circa id ſervandam eſſe locorum conſuetudinem, eum *D. Anton. in Summ. par. 3. cap. 4. Marchan. & Macign. loc. prox. allegat.* Quæ in nonnullis Collegiatis eſt, ut diebus Feſtivis decantentur, & in profeſſis altè legantur, & iſta conſuetudo commendatur à S. R. C., teſte *Barb. in Summ. Bullar. V. Conſuetudo*.

In aliis Eccleſiis cantantur tantummodo Tertia, & Veſperæ, Dominicis, & Feſtis de præcepto: reli-
41 quæ Horæ eorundem dierum alta voce efferuntur, exceptis Sexta, & Nona, regulariter remanentibus poſt Miſſam cantatam, quæ congruè humili voce recitantur, *Petrell. loc. cit.*, & in diebus non Feſtivis omnes Horariæ preces altè leguntur, quæ conſuetudo pariter non improbatur à multis DD. aſſerentibus, quòd ubi in more poſitum eſt, alicujus Eccleſiæ Chorum Horas Canonicas illius diei decantare in totum, vel in partem, obligantur ſinguli, Choro addicti, illud Officium modulatè concinere, ſaltem ſub culpa veniali. *Caramuell. in reg. loc. cit. fol. 317.* & non ſufficit excelsè proferre, ex *Cajet. tom. 1. opuſc. tr. 31. reſp. 38. Sot. de Juſt. & Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 4.* In pſallendo in Choro non debent Canonici uti incondi-
42 ta, & clamoroſa vociferatione, ita monet *Bonar. loc. cit. lib. 3. cap. 22.*, *ubi num. 8.* exponit illud *Pſal. 32. Pſallite, in vociferatione*; ſed eorum vox ſit alta, & intelligibilis, placida, atque ſonora, ut in canticis benè ſonantibus Laudes Altiſſimo DEO perſolvantur; *Spond. loc. cit. An 60. n. 12.* Qui tamen ſuavem vocem non habent, non debent idcircò à cantu ceſſare, ſed cum cæteris canere, quoniam diverſitate vocum ornatur melodia, prout audimus in Organis, in quibus diverſæ fiſtulæ ſonum haud ingratum emittunt, ut obſervant *Albert. de Ferr. loc. cit. n. 57.* & in Templo Salomonis erant vaſa aurea, & argentea,
43 & ænea, ut in his terminis notat *S. Antonin. loc. cit. part. 2. tit. 9. cap. 12.* Verum eſt, quòd ſi fortè alicujus Canonici vox ſit tam intemperata, & adverſa ut auditorum aures non parum offendat, conducibilius erit, iſtum ceſſare à cantu, ſubmiſſa voce Divinum Officium proferendo, ita docent *Durand. de Div. Off. lib. 5. cap. 2. num. 67. & Petrell. ubi ſupra lect. 8. num. 3.* nè de iſto dicatur, *Anſer inter olores*. Si contin-
44 gat alicui Horæ Canonicæ cantum figuratum adhiberi, nemo ex Canonicis tenetur ad hujuſmodi concentum, quia iſte cantus pertinet ad Seculares, & cantus firmus ad Eccleſiaſticos; ut notant *Card. Tol. ſua Inſtr. lib. 2. cap. 10. numer. 6. & Caſtr. Pal. loc. prox. cit. pun. 3. numer. 2.* Nec in Eccleſiis eſt neceſſarius, nec præceptus. *S. Fauſt. de Diſtr. quæſt. 12. Bonac. eod. tit. d. 1. quæſt. 1. p. 3. numer. 4. Vivian. loc. cit. cap. 3. numer. 39.* Poterit tamen quivis Canonicus, benè inſtructus in hoc cantu, cum Muſicis ſe Choro conjungere, & cum his canere choratim, vel in univerſum Pſalmos, & Hymnos; & ſic publicæ, ac privatæ ſatisfacit Pſalmodiæ. DD. mox *cit. Aymor. lib. 4. tr. 2. cap. 7. num. 3.* Si verò aliquis Canonicus peritus muſicus præeſſet cantui numeroſo, ipſum tantùm dirigendo, & nil canendo, non ſatisfaciet legi de Canonicis Horis recitandis, ſed benè obligationi Chorali, ut advertit poſt alios *Petrell. loc. cit. lect. 8. num. 11.*
45 Idem ſequitur de aliis Canonicis, in ſuo Stallo audientibus cantum figuratum, qui dumtaxat à Muſicis fit in omnibus Pſalmis Veſperarum ſolemnium, dummodo habitu Chorali induti reverenter interſint, ut tradunt *Paſqual. p. 1. dec. 408. & Leſſ. de Juſt. & Jur lib. 2. cap. 34. d. 33. numer. 185.* Cantus figuratus, cum
46 debita moderatione factus, condecorat Feſti ſolemnitatem, Populum ad devotionem movet, & Cantores ad honeſtam ſpiritus voluptatem excitat. *Macign. de Hor. Can. cap. 61. Henriq. in Summ. lib. 1. cap. 11. n. 1. Bellarm. loc. cit. cap. 16.*, & eſt nobilior Cantu firmo. *Bertachin. in Repert. V. Muſicus. Mar. Ant. var. lib. 1. reſp. 8. n. 2.* ubi refert connumerari inter illuſtres diſciplinas, quamobrem non placet quod ait *Baſſenſ. l. c. V. Horæ. Can. 4. n. 5.* & ante eum alii apud *Monet. de Diſtrib. part. 2. q. 2. n. 5.*, aſſerentes, non expedire Canonicis, etiam in Eccleſiis, ſe admiſcere eum cantoribus cantus figurati, eum non deceat Canonicorum gravitatem.

Certè conſentio, in Eccleſia prohiberi non ſolùm Canonicis, ſed & Laicis, quoſdam ſonos, & cantus vanos, qui potiùs inſerviunt aurium curioſarum volup- 47
tati, quàm provocationi ad pietatem, & devotionem audientium; diſplicent Deo hujuſmodi ſeculares cantilenæ, & meliçæ levitates, ut docent uterque *Thom. 2. 2. quæſt. 91. art. 1. & quæſt. 93. art. 3.* Videatur *Bellarm. de bon. oper. lib. 1. cap. 17. Val. tom. 3. dec. 6. quæſt. 9. punct. un. Fum. in Summ. V. Cantus*, qui oſtendunt, quando in his committatur culpa mortalis & quando venialis & latè *Bonarl. l. c. l. 1. c. 14. n. 16.* ubi monet Eccleſiæ Præpoſitos ad invigilandum, ut cantus, & ſoni ſint pii, ac diſtincti, & Domui Dei, ac Divinis laudibus accommodati.

A R G U M E N T U M.

Agitur de uſu Muſicæ, & muſicalium Inſtrumentorum in Divinis Officiis; quando initium habuerit; quales in iis adhiberi debeant ſoni, & cantus; & ad quem electio Magiſtri Capellæ, & Muſicorum pertineat.

S U M M A R I U M.

1 *Muſica; & muſicalia inſtrumenta, ad quem finem in perſolvendis Divinis Officiis introducta fuerint*, & num. 3.

2 *Inſtrumenta muſicalia inter Divina Officia, antiquis temporibus non erant, in uſu, & quare.*

4 *Quales erant ab initio cantus muſicales, & Inſtrumentorum ſonus, adhiberi ſoliti in Divinis Officiis qualeſque poſtea effecti fuerint.*

5 *Muſica non debet difformare cum ſuis modulis cantum planum.*

6 *Qualis debeat eſſe muſica, & ſonorum uſus, ad hoc ut ſit licitus in Divinis Officiis celebrandis.*

7 *Undè ſumenda ſint verba, à Muſicis canenda inter Divina Officia vel expoſito SS. Euchariſtiæ Sacramento*, & n. 8.

9 *Refertur per extenſum Edictum S. Congreg. Viſit. Apoſt. pro exterminandis abuſibus, qui circa Muſicam occurrere ſolent.*

10 *Reprobatur uſus in Eccleſia introductus omnis generis inſtrumentorum, & quare.*

11 *Hujuſmodi uſus quando poſſit tolerari.*

12 *Cujus culpæ rei ſint ii, qui vel utuntur, vel uti permittunt inter Divina Officia hujuſmodi inſtrumentis.*

13 *Prælati non debent tolerare ſimiles abuſus, ſub prætextu, quòd à Prædeceſſoribus fuerint permiſſi.*

14 *Ad quem pertineat electio Magiſtri Capellæ, & Muſicorum.*

15 *Quomodo procedat concluſio, quòd Epiſcopus, quoad Ordines, & Officia in Eccleſia diſtribuenda, ſit in cunctis præordinator.*

16 *Dare ordines, & modum pſallendi in Choro, ſpectat ad Primicerium.*

17 *Epiſcopi munus eſt providere, nè in Divinis Officiis muſicales cantus prophani, ſeu laſcivi intermiſceantur.*

ANIMADVERSIONES.

EOdem fine, & intentione, quo Eccleſia introducit Cantum, quem vocamus Gregorianum, in perſolvendis Divinis Officiis, ut prænotatum fuit in *Animadv. 1. ad tit. 1. primi libri*, recepit etiam uſum Muſicæ, ac muſicalium inſtrumentorum, nimirum ut fidelium corda ad ſpiritualem lætitiam, & devotio- 1
nem inflammarentur, cum ſecundum diverſas melogias cantus, & inſtrumentorum, animi hominum diverſimodè diſponantur; & per oblectamenta aurium, infirmorum animus in affectum pietatis aſſurgat, teſte *D. Auguſt. cap. 10. Confeſſ. relat. per D. Thomam 2. 2. quæſt. 91. art. 2.*

Hujuſmodi tamen uſus Muſicæ, & muſicalium inſtrumentorum, receptus fuit in Eccleſia recentioribus temporibus, nam *Divus Thomas*, qui, ut notat *Navar. in Comment. de Orat. & Hor. Canonic. capit. 17.* 2

num.

num. 32., ad Cæleſtem Patriam fuit evocatus anno à Nativitate Domini 1300., loco proximè allegato ait, quòd tunc temporis non erant in uſu inter Divina Officia muſicalia inſtrumenta, addens rationem, nè videretur, quòd Eccleſia judaizzaret, amplectendo ritus Judæorum, nam frequenter in veteri Teſtamento, & potiſſimùm in Pſalmis, fit mentio uſus eorundem inſtrumentorum, ut in *Pſalm.* 32. 136. *&* 150. *& alibi*. Verùm mos iſte fuit demum in Eccleſia laudabiliter receptus, quia propter adeo notabilem temporum diſtantiam propulſata fuit omnis ſuſpicio, quòd
3 eadem Eccleſia ad ritus Judaicos deflecteret; Undè etiam in ipſo *Cærem. Episc. cap.* 28. *lib.* 2., confirmato per ſpecialem Conſtitutionem Clem. VIII. de anno 1600., comprobatur praxis adhibendi inter Divina Officia cantum muſicalem, & ſonum inſtrumentorum, quinimo muſicalis cantus, in tono tamen gravi, in ipſa Pontificia Capella in uſu eſt. Pius verò, & laudabilis mos, ad excitandam, & augendam devotionem in Clero, & Populo inventus, ſenſim in
4 abuſum deflexit, nam loco excitandi ad devotionem, ad mentis evagationem deſerviebat, quia non, ut in principio receptionis talis uſus, cantus, & ſoni graves erant, & pii, ſed potiùs effœminati, & nihil ad pietatem conducentes, ut enim advertit *Card. Bona in Tract. de Divina Pſalmodia cap.* 17. *§.* 3., Muſica ſæpius mutata fuit, nec unquam retentus fuit mos vetus, ſed ipſa ſemper in deterius fuit commutata, & poſt relatas plures Veterum ſententias, teſtantium, Muſicam in ſui initio fuiſſe virilem, recentiorem verò effractam, & effœminatam, tandem concludit his verbis -- *Has Veterum ſententias eo libentiùs tranſcripſi, quo magis hodiernæ Muſicæ deplorabilis ſtatus innoteſcat; faſtidit ætas noſtra concentum gravem, & ſtabilem, amatque modulos quoſdam, quibus in fruſta conciſus cantus diſſiliat, & enervetur* -- Muſica enim non debet cum
5 ſuis modulis difformare cantum planum, & ſancitum fuit in *capit. docta, de vit. & honeſtat. Cleric. in* 6.

Eatenus igitur licitus eſt in Eccleſia Muſicæ, & Sonorum uſus, quatenus conducat ad excitandam devo-
6 tionem, ac proinde omninò eſt eliminandus, quoties eo fine tantummodo adhibetur, ut aures demulceantur, & theatrales moduli intermiſcentur, ut ſtatuit etiam *Concilium Trident. ſeſſ.* 22. *in cap. de obſervan. & evitand. in Sacrif. Miſſæ, & Cæremonial. Epiſ. in cap.* 28. *lib.* 1. *verſ. caveadam*, in quo directè vetitus fuit etiam ſonus organicus, quando eſſet laſcivus, & impurus, ſicuti etiam uſus aliorum muſicalium inſtrumentorum, & injunctum Cantoribus, & Muſicis, nè vocum armonia, quæ ad pietatem augendam ordinata eſt, aliquid levitatis, aut laſciviæ intermiſceant, & potiùs audientium animos à rei Divinæ contemplatione avocet, ſed quòd eorum vox ſit devota, diſtincta, & intelligibilis. Quod etiam fuerat antea decretum in *Concil. Mediolanen.* 1. *ſub S. Carolo part.* 2. *capit.* 31. ſub his verbis -- *Cantus, & ſoni ſint pii, ac diſtincti, & Domui Dei, & Divinis Laudibus accommodati, ut ſimul & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores excitentur*: Et diſſertiùs in *Cynodo Cameracen. ſub tit. de Cultu, & Cæremon. cap.* 3. relata per *Van Eſpen in Jus Eccleſ. part.* 2. *tit.* 5. *de celebr. Miſſ. ſub numer.* 27. *ibi* -- *In Symbolo cantando placet, nec organum, nec muſicam adhibeat, niſi ſit ſimplex, ac talis, ut ſingula verba ſine repetitione poſſint intelligi: quæ verò ad Laudes pertinent, ut ſunt Hymni, Gloria in excelſis, Sanctus, in his muſica locum habeat, ſed nec laſciva, nec choreis potiùs, quàm Choro congruens, ſed gravis, ac moveat pios affectus* --

Cujus prophanæ Muſicæ uſum exterminare cupiens ab Eccleſiis Urbis Sanct. Mem. Alexander VII., Conſtitutionem edidit in ordine la 38. de anno 1657. in qua ſub pœnis ſpiritualibus, & temporalibus, prohibitæ fuerunt illæ modulationes, & ſonorum inflexiones, quæ choreas, & prophanam potiùs, quàm Eccleſiaſticam melodiam imitantur; & inſuper mandatum fuit, quòd, dum Divina celebrantur Officia,
7 vel SS. Euchariſtiæ Sacramentum manet expoſitum, nihil cantari debeat, præter ea, quæ in Breviario, vel Miſſali Romano in Officiis de proprio, vel de communi, pro currenti cujuſque diei feſto, vel Sancti ſolemnitate præſcribuntur, vel quæ ſaltem à Sacra Scriptura, vel Sanctis Patribus deſumpta fuerint, prævia tamen approbatione S. Congr. Rituum; quæ Conſtitutio conſonat cum præcedenti diſpoſitis in præcitato *cap. docta, de vit. & honeſt. Cleric.* in quo inter 8
cætera cautum fuit, quòd in Miſſa non intermiſcerentur moteti vulgares.

Fuit autem ſuper obſervantia ejuſdem conſtitutionis Alex. VII. promulgatum Edictum, latum à S. Congreg. Viſit. Apoſtolicæ, quod hìc per extenſum referre placuit, cum in eo diligentiſſimè proviſum fuerit 9
abuſibus, qui circa Muſicam occurrere ſolent, & eſt tenoris ſequentis.

La Sacra Viſita Apoſtolica, acciò che la Coſtituzione della Santità di noſtro Signore ſopra le Muſiche abbia totalmente la dovuta eſecuzione, con l'oracolo della viva voce della Santità Sua, ordina, e comanda, che nelle Muſiche concertate con Organo, che per l'avvenire ſi faranno nelle Chieſe, & Oratorj di Roma, mentre ſi celebrano i Divini Offizj, ò ſta eſpoſto il Santiſſimo Sacramento, s'oſſervino puntualmente le coſe ſeguenti.

I. Che lo ſtile delle Muſiche da oſſervarſi nelle Meſſe, Salmi, Antifone, Motetti, Inni, Cantici &c., come anche delle Sinfonie, ſia Eccleſiaſtico, grave, e devoto.

II. Che nelle Meſſe non ſi cantino, ſe non le parole preſcritte dal Meſſale Romano negli Offizj correnti nella Feſta di ciaſcun giorno, e nelle Solennità del Santo, e ſpecialmente, che dopo l' Epiſtola non ſi canti, ſe non il Graduale, ò Tratto, e dopo il Credo non ſi cantino altre parole, che dell' Offertorio, e dopo il Sanctus ſi canterà il Benedictus, ò vero un Motetto, ma con le ſole parole, che pone la Chieſa nel Breviario, ò Meſſale in onore del Santo.

III. Che ne' Veſpri, oltre à' Salmi, e l' Inno, non ſi cantino, ſe non l' Antifone correnti ſecondo il preſcritto del Breviario, ed il medeſimo ſi faccia nelle Compiete.

IV. Che quando ſta eſpoſto il Santiſſimo, non ſia lecito di cantar altre parole, che quelle, che ſono poſte nel Breviario, ò Meſſale Romano, in onore del Santiſſimo Sacramento, e volendoſi cantare le parole della Scrittura Sacra, ò di qualche Santo Padre, debba prima prenderſi l' approvazione ſpeciale della Sacra Congregazione de' Riti al preſcritto della Coſtituzione, dichiarando, che in queſto caſo ſia neceſſaria la detta approvazione, ma non quando le parole ſono preſcritte dal Breviario, ò Meſſale, e che le parole de' Santi Padri debbano eſſer d' un ſolo, e non di molti Santi Padri uniti inſieme.

V. Che non ſi canti a voce ſola, tanto grave, quanto acuta, tutto, ò parte notabile d'un Salmo, Inno, ò Motetto, ma non cantandoſi a pieno Choro, ſi canti alternativamente, variando ſempre il canto, ora con voci pari, ora con gravi, & ora con acute.

VI. Che le parole, così del Breviario, e Meſſale, come della Sacra Scrittura, e de' Santi Padri, ſi mettano in muſica, ut jacent, in maniera che non s' invertano, nè vi ſi frappongano parole diverſe, nè ſi faccia alterazione alcuna.

VII. Che in tempo di Paſſione ſi canti ſenz' Organo, conforme la Rubrica, e la Chieſa preſcrive.

VIII. Che fra il termine di venti giorni dalla publicazione del preſente Editto, da' Superiori, & altri, a' quali s' appartiene, ſi mettano ne' Cori, tanto ſtabili, quanto amovibili, le geloſie, ò grate ſtrette, e di tal altezza, che non ſi vedano i Cantori, ſotto pena della privazione dell' Offizio, & altre ad arbitrio della Sacra viſita.

IX. Che ciaſchedun Maeſtro di Cappella, ed ogn' altra perſona, che regolerà la Muſica, ò farà battuta, contravenendo alle coſe dette di ſopra, ò ad alcune di eſſe, incorra nella pena della privazione dell' offizio, e reſti in perpetuo inabile ad eſercitarlo, ed a far Muſiche per l' avvenire, e nondimeno ſia punito in cento ſcudi, da applicarſi per la quarta parte al denunziante, che ſarà tenuto ſecreto, e per l' altre tre a' Luoghi Pii, ad arbitrio della Sacra Viſita,

con

Digitized by Google

con altre pene anche corporali ad arbitrio della medeſima.

X. Che niun Maeſtro di Cappella, ò altra perſona particolare, per l' avvenire poſſa far Muſica nelle Chieſe, & Oratorj, come ſopra, ſe prima non averà giurato in mano del Signor Cardinale Vicario di Roma, ò ſuo Vice Gerente, di oſſervar tutte le coſe contenute nel preſente Editto, altramente incorra nelle pene dette di ſopra, e dopo aver preſtato il giuramento (che dovrà darſi una ſol volta con tenerne il regiſtro) ſe contraverrà in alcuna coſa delle preſcritte, ſia anche punito come ſpergiuro in conſormità della Coſtituzione di ſua Santità.

Dato in Roma a 30. Luglio 1665.

Proſpero Fagnani Segretario della Sacra Viſita Apoſtolica.

Quatenus pertinet ad uſum muſicalium inſtrumentorum in Divinis Officiis, licèt, ut dictum eſt, juxta *Cærem. Epiſ.* non ſit permiſſum in iis adhiberi, niſi organicum, & illud gravitate plenum, & majeſtati eorundem Officiorum accommodatum, nihilominus, introductus fuit in Eccleſia uſus, ſive potiùs abuſus omnis generis inſtrumentorum, qui non ſolùm removet à
30 Fidelium mentibus devotionem, verùm etiam ſacrorum Canticorum verba obſcurat, ſenſumque ſepelit, & obruit, quem abuſum deplorat *Lindanus relatus à Van Eſpen. d. Tract. part. 2. tit. 5. au. 29.* cum quo concordat *Navarr. in Comment. de Orat. & Hor. Canon. cap. 17. num. 34.*, qui ait, illicitum eſſe admiſcere Divinis Officiis violas, citharas, lyras, & tubas & fiſtulas, & alia hujus generis, cùm illa miſtio ſonorum avertat mentes à debita attentione, ſolùmque ait poſ-
31 ſe tolerari, quoties dicta inſtrumenta ita adhibentur, ut diſtractionem mentium non pariant, juxta quam ſententiam videtur intelligenda *deciſ. 1033. numer. 2. cor. Coccin.*, quæ ad limites conſuetudinis firmat, eſſe permittendum uſum ſimilium muſicalium inſtrumentorum.

Quoties enim adhibentur inter Officia Divina eadem inſtrumenta taliter, ut intentioni Eccleſiæ opponantur, tum illi, qui canunt, vel ſonant, tum per-
32 mittentes, fiunt rei culpæ, quandoque etiam lethalis, ut latè comprobat *Card. Cajet. in Div. Thom. quæſt. 91. a. 2.* ponderando, quòd hujuſmodi perſonæ intermiſcentes prophana, ad choreas accommodata, vel laſciva, in Divinis laudibus, fiunt reæ apud Deum ad inſtar Nabad, & Abiud, qui contra vetitum legis imponentes propbanum ignem in Sacris Thuribulis, conſumpti ſunt ante Sanctuarium, cum tales, ut ait idem *Cajetan. ibidem*, ignem alieni amoris, ſcilicet carnis, vel mundi, in Divino apponant cultu, loco Antiphonarum.

Undè non debent eſſe ſegnes Prælati in exterminando ſimili abuſu, ut ait *Lindan. ubi ſupra*, nec ſub prætextu conſuetudinis tolerare Muſicas, & ſonos prophanos, & ad pietatem non conducentes, cum non ſint excuſabiles, eo quia fuerint permiſſæ à Prædeceſ-
33 ſoribus, cum teneantur ex vi ſui muneris Conciliorum Decreta exequi facere; unde facultas Theologica Pariſien., ſuadendo Epiſcopis, & Prælatis Regni Galliæ eliminationem ejuſdem abuſus in Epiſtola ad eoſdem Prælatos, relata in Appendice Operum *Petr. Bleſen. pag. 782.* & de qua fit mentio apud *Van Eſpen. l. cit. numer. final.*, ita concludit -- *Nolite ſubdolas hominum voces audire, ſic dicentium: Prædeceſſores noſtri, qui erant notabiles Viri reputati, iſtad permiſerunt; ſufficit nobis vivere ut ipſi: procul dubio iſtad argumentum diabolicum eſt, & infernalis hæc perſuaſio: Vos illorum exitum ignoratis, an bonus, an malus fuerit.*

Illud denique ad hanc materiam advertendum eſt,
34 quòd electio Magiſtri Capellæ, & Muſicorum, pertinet ad Capitulum, ſive aliam Congregationem Eccleſiaſticam, aliaſque perſonas, per quas eiſdem ſubminiſtratur ſalarium, ſive merces, ita ut Epiſcopus non poſſit prædictas perſonas compellere ad conducendum aliquos juxta ſuum placitum, quia licèt Epiſcopus juxta *Text. in can. 1. diſt. 25.* quoad ordines, & officia diſtribuenda in Eccleſia ſit præordinator in cunctis, id
35 procedit reſpectu omnimodæ juriſdictionis ſpiritualis, circa quam Epiſcopi habent intentionem fundatam in Jure ſuper omnibus Eccleſiis, ſitis intra limites eorum Diœceſis, juxta *Text. in capit. conquerente 16. de off. Ordin. capit. cum Epiſcopus 7. eod. tit.*, ſed reſpectu ſervitii Divini, ad cujus celebriorem cultum adhiberi ſolet Muſica, electio, & ordinatio ſpectat ad Capitulum, ſeu Presbyteros, per quos illud Eccleſiæ præſtatur, prout ordo, & modus pſallendi in Choro pro ſo- 16
lemnitate temporum, etiam in ipſamet Eccleſia Cathedrali, pertinet ad Primicerium, non autem ad Epiſcopum, ad *Text. in capit. 1. 25. diſt. verſic. ordo quoque*, ut benè diſtinguit *Rot. cor. Cardin. Seraph. deciſ. 639. numer. 6. & 7.*, *& recentiùs in Majoricea. Juris canendi 28. Novembris 1670. cor. Emerix.*, *inter ſuas deciſ. 36. numer. 2. & 3.*, ſolùmque, ut ſupra animadverſum fuit, Epiſcopus poteſt circa Muſicam providere, nè vana, ſive prophana, & laſciva intermiſceantur, ut cautum eſt in allegat. *Text. Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 22. in Decr. de Obſervan. verſ. ab Eccleſiis*, ut notat *Barboſ. de Poteſtat. Epiſcop. part. 2. in compend. numer. 3. juncto numer. 11. & Rot. in d. Majoricen. numer. final. cor. Emerix.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

Officium Divinum perſolvendum eſt, non ſolùm cum externis Cæremoniis, ſed cum interna animi devotione, ad quam præparari oportet mediante contritione, & elevatione mentis ad Deum, conſiderando eum ibi eſſe præſentem. An voluntariè recitans cum evagatione mentis Horas Canonicas, incurrat peccatum mortale, & agitur de tribus ſpeciebus attentionis, & qualis attentio requiratur. Ad quem effectum ſint introductæ quotidianæ Diſtributiones, & an incurrat in aliquam ſpeciem reatus Simoniæ ille, qui ſola intentione illas lucrandi accedit ad Chorum.

S U M M A R I U M.

1 *Divinum Officium ſtudiosè, & devotè recitari debet, & quomodo id fiat* & n. 3.

2 *Devotio conſiſtit in ſpirituali dulcedine, quæ provenit ex recitatione Officii, & in attentione ad id, quod recitatur.*

4 *Alacriter deberent Divinæ laudes recitari, & datur exemplum Canonicorum primitivæ Eccleſiæ.*

5 *Reprehenduntur Canonici noſtri temporis, qui ſunt pigri, & deſides in recitatione Divinarum Laudum.*

6 *Canonici, recitantes Horas Canonicas abſque devotione, quam culpam incurrant.*

7 *Præparatio eſt adhibenda ante perſolutionem Horarum Canonicarum, & qualis ea ſit* numer. 8. & ſeqq.

11 *Devotio ſenſibilis non eſt neceſſaria in recitatione Horarum Canonicarum.*

12 *Eccleſia, an in perſolutione Divini Officii præcipiat actum internum devotionis, & attentionis, an ſolum externum*, & n. 14. 15. 16. & 17.

13 *Voluntariè recitans Horas Canonicas cum diſtractione, & mentis evagatione, an peccet mortaliter* & num. 19.

18 *Attentio non ſolùm eſt adhibenda in recitatione Horarum Canonicarum, ſed & in aliis orationibus non præceptis.*

20 *Attentio eſt triplex, materialis, literalis, & ſpiritualis, & explicantur dictæ ſpecies attentionis* nu. 21. & 22.

23 *Quæ attentio ſit præſtantior, & majoris meriti* & numer. 24.

25 *Attentio dividitur in actualem, & habitualem, ſive virtualem, & quod virtualis ſufficiat* n. 26.

27 *Cor noſtrum eſt vagum, & mobilius omni mobili.*

28 *Diſtractio involuntaria, vel procedens à negligentia craſſa, quando impediat ſatisfactionem præcepti de recitando Divino Officio*, & n. 29. & 30.

31 *Dormientes in Choro per aliquam notabilem partem Officii, non ſatisfaciunt: & quid dormitantes, & interim attendentes aliqualiter ad id, quod dicunt* numer. 32. & 33.

34 *An*

34 *An ſit melius in Choro Horas Canonicas memoriter recitare, an illas legendo in Breviario, & ou*mer. 35.

36 *Non eſt neceſſe, quòd recitans Horas Canonicas conetur continuò habere actualem gradum attentionis.*

37 *In recitatione Officii requiritur etiam intentio, & qualis ſufficiat.*

38 *An ille, qui in recitatione Officii involuntarias diſtractiones paſſus fuit, teneatur iterum repetere officium* & num. 39.

40 *Canonicus, voluntariè recitans in Choro cum diſtractione, etiam ſi repetat extra Chorum, non lucratur Diſtributiones*, & n. ſeq.

42 *Diſtributiones adinventæ ſunt, ut Canonici ferventiores ſint in perſolutione Divinorum Officiorum.*

43 *Accedentes ad Chorum tantummodo cum intentione lucrandi Diſtributiones, peccant, & committunt Simoniam mentalem.*

44 *Quid, ſi habeant intentionem ſubveniendi propriis neceſſitatibus.*

45 *Qui accedit ad Chorum, primariò pro amore Dei, ſecundariò propter Diſtributiones, non committit peccatum: idemque in celebrante Miſſam* n. ſeq.

37 *Datur exemplum de mutuante, qui ex gratitudine ſperaret lucrum ex mutuo.*

T I T U L U S VIII.

CIrca publicam Divini Officii celebrationem duæ
1 circumſtantiæ, ſive modi præcipiuntur in *capit.*
Dolentes, de celebr. Miſſ., videlicet, ut fiat ſtudioſè, ac
devotè, cùm enim homo conſtet ex corpore, & ani-
ma, debet DEO Creatori retribuere corpore, videli-
cet ore, ac externis Cœremoniis, publicam Pſalmo-
diam ſtudioſè, ac integrè proferendo, quod pertinet
ad primum modum, de quo diximus. Secundus modus,
ſignificatus per adverbium devotè, reſpicit animam,
& conſiſtit, ut internis actibus Divinæ Preces devotè
perſolvantur, quibus conſonant verba *Eccleſ.* 39. *Ore,*
& corde collaudate nomen Domini. Inſinuata devotio in
Horis Canonicis bifariàm accipitur: Primò, pro dul-
cedine illa Spirituali, quæ provenit ex recitatione Of-
2 ficii Eccleſiaſtici. *Sanchez conſ. lib. 7. cap. 2. deciſ.* 20.
num. 2. Sive pro animi promptitudine ad Deum lau-
dandum, ut docent D. *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 82. *art.* 1. *Bel-*
larm. l. cit. capit. 19. Secundò ſumitur pro attentione,
ſeu præſtantia mentis ad id, quod in Horariis precibus
pronunciatur. *Med. tract. 6. C. de orat. quæſt.* 17. *Azor. to.*
1. *lib. 7. cap. 5. quæſt.* 6. Undè in Divino Officio poteſt
3 haberi attentio, & devotio: *Macign. cap.* 90. *num.* 63.
Vanc. l. cit. lib. 3. cap. 15. De ratione antedictæ Devo-
tionis eſt, ut Canonici, fervore ſpiritus concepto, lau-
dationes Dei cum gaudio, & animi exultatione decan-
tent, juxta illud *Pſalm.* 118. *Quàm dulcia faucibus meis*
eloquia tua! ita notant *Conc. Baſilien. ſeſſ.* 22. *tit. Quomo-*
do recit. Mirand. l. cit. part. 1. *quæſt.* 37. *art.* 2. Et S. Ec-
cleſia docet, divinas Laudes eſſe perſolvendas alacri-
4 ter, ut gratæ ſint DEO, cui non placent ſervitia coa-
cta, *capit. final.* 23. *diſt.* Hilarem enim datorem diligit
Deus, inquit D. *Paul.* 2. *Cor. cap.* 9. In primitiva Ec-
cleſia erant Canonici in Choro ſpiritu ferventes, &
Orationi inſtantes, abſolutoque Officio Diurno, ſum-
moperè optabant quanto citiùs reverti ad Nocturnum,
quia Spiritualem dulcedinem guſtabant in Divinis Of-
ficiis, ut ex §. *Ex his* 27. *quæſt.* 7., obſervat *Sot.* ubi
ſupra *art.* 1.

At noſtra tempeſtate permulti anxiè currunt ad Ca-
nonicatum, ejus lucrum temporale diligenter curant,
5 honoris gradu valde lætantur, in publica verò Officii
perſolutione ſunt deſides, pigri tanquam teſtudines,
ut utar præciſis verbis: *Bald. in cap. Cum M. numer.* 20.
de conſtit. Hujuſmodi penſum grave dicunt, nihilque
ab his attendi videtur, quàm ut finiatur Officium Cho-
ri, dolentes quando Officium eſt longum, ut innuit
Hoſt. in Summ. tit. de Cler. excom. miniſtr. Horas Canoni-
cas in Choro recitantes, abſque præfata interna cordis
devotione, venialiter tantùm delinquunt, ſi aliàs ex-
6 ternis actionibus ſuo muneri reſpondeant, quia Eccle-
ſiæ præcepto, & obligationi Chorali ſatisfaciunt. *Nav.*
de Orat. capit. 20. *num.* 58. *& Vulp. in Prax. capit.* 51. *nu-*
mer. 46. Immò hujuſmodi devotione carentes; & eam
concupiſcentes, nulla ob id implicantur culpa. *Plov.*
ubi ſupra, maximè ſi ipſam habere procurent, ſe ad
Divinas Laudes præparando, juxta illud *Eccleſ. capit.*
18. *Ante orationem præpara animam tuam.* Quæ præpa-
ratio duplex eſt, remota, & propinqua; Ad remotam
pertinet, quòd Canonici orantes, ut miniſtri Eccle- 7
ſiæ, exiſtant in gratia, aliàs non merentur, neque ſi-
bi acquirunt temporalis ſupplicii relaxationem. *Val.*
tom. 2. *diſp.* 8. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *& tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.*
10. *pun.* 2. Non tamen peccant Divinas Preces funden-
do, etiamſi Officio Hebdomadarii fungantur, ut do- 8
cent *Card. Turrecr. ſuper capit. Cantantes d.* 92. *Covar. in*
cap. Alma mater, de ſen. excom. §. 5. *num.* 2. *Sa. V. Ho-*
ræ, num. 18. Licèt alii contrarium ſentiant. Conſulen- 9
dum eſt autem cuicunque, mortali crimine gravato,
ut, antequam Chorum adeat pro Divinis Officiis cele-
brandis, purget animam ſuam à culpa per Confeſſio-
nem, vel ſaltem per contritionem, ut ejus orationes
ſint habiles ad ſibi, & Populo ſatisfaciendum, meren-
dum, & impetrandum. *Bon. de Sacram. d.* 1. *q.* 4. *p.* 3.
n. 4. *Bonart. lib.* 3. *cap.* 26.

Ad propinquam præparationem optimum erit, dum
quis in hoc Divino opere agnoſcit ſe indevotum, re- 10
cogitare; ſe ſtare coram DEO, qui, ut cantat Ec-
cleſia, actus noſtros proſpicit, & ſic internam devo-
tionem ab eo poſtulare, conſiderando, Divinas Lau-
des decantare, eſſe occupationem, quam quivis cupit
facere in Cœlo per ſæcula. Quod ſi, his adhibitis, ad-
huc exiſtat in Spirituali ariditate poſitus, non triſte-
tur, nec turbetur, quia Deus acceptabit hanc bonam
voluntatem pro opere; & ſciat, quòd ſicut voluptas,
atque ſenſibilis devotio, non habet gratiæ certitudi-
nem, vel moralem, ita è converſo indevotio, & ari-
ditas, non ſunt ſigna peccati. *Emin. Rodriq. in Summ.*
tom. 2. *cap.* 52. *circa fin.* Nec devotio ſenſibilis eſt ne-
ceſſaria, ut actus noſtri ſint meritorii, immò inter-
dum plus merentur non habentes talem devotionem, 11
ſiquidem ſæpè ex illa dulcedine aliquis anſam ſuper-
biendi deſumit, & ex illa ariditate occaſionem ſe hu-
miliandi coram Deo, ut exemplis, & doctrinis con-
cluſionem exornant *Alphonſ. Rodriq. in ſuis Exerc. Spir.*
part. 5. *tract.* 5. *cap.* 19. *& Ferrar. in Port. ad æter. part.*
1. §. 10. Et hæc ſufficiant de devotione primo modo ac-
cepta, ex natura ſua ſolita in Divinis Officiis cauſare
attentionem, quæ ſecundo modo ſumpta neceſſariò re-
quiritur ad ſatisfaciendum Divini Officii præcepto,
quod habetur in *d. cap. Dolentes*, ubi Eccleſia præcipit
actum externum, ſcilicet recitationem Horarum Ca- 12
nonicarum, & internum, videlicèt mentis attentio-
nem, ut notat *Graff. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 41.

Et quamvis aliqui non improbabiliter teneant obli-
gationi dicendi Officium ſatisfieri, & lethalem culpam 13
non committi ab eo, qui voluntariè, & ex induſtria
diſtractus Horarias preces perſolvit, dummodò omnia
verba ſacra exactè pronunciet; ita *Hoſt. Archid.* quos re-
fert, & ſequitur *D. Anton.* 3. *part. tit.* 13. *capit.* 4. §. 8.
Ang. in Summ. V. Hora, num. 28. *Sylv. eod. V. quæſt.* 5. *Ro-*
ſell. & Sab. eod. V. Comit. lib. 1. *quæſt.* 62. *numer.* 5. *Valer.*
ubi ſupra *V. Horæ Canon. numer.* 1. *Ægid. Coninck de Sacr.*
tom. 5. *quæſt.* 83. *d. unic. num.* 289., & alii apud *Marcb.*
l. cit. tract. 2. *cap.* 12.: præcipua ratio, ex qua moven-
tur, ea eſt, quia Eccleſia non punit, nec judicat actus 14
internos, *cap. Chriſtiana, c. Erubeſcant* 32. *diſt. cap. Co-*
gitationis, de pœn. d. 5. *c. Tua nos, de Simon.*: At pro-
fectò verior, ſecurior, probabilior, & receptior eſt
ſententia aſſeverantium, attentionem interiorem in ca- 15
ſu noſtro ab Eccleſia præcipi ſub pœna peccati morta-
lis, ſic docent *Suarez de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 4. *cap.*
16. *Henriq. in Summ. lib.* 5. *capit.* 15. *numer.* 2. *Val. l. cit.*
punct. 10. *Tol. lib.* 2. *capit.* 13. *Leſſ. l. cit. cap.* 37. *d.* 11.
num. 64. *Filliuc.* ubi ſupra *cap.* 8. *num.* 252. *Eſcob. tract.*
5. *cap.* 3. *exam.* 6. *numer.* 59. *Laym. lib.* 4. *cap.* 5. *tract.* 1.
num. 10. & cæteri, & ducuntur hoc indiſſolubili argu-
mento. Oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum: *Bel-*
larm. tom. 4. ubi ſupra *capit.* 1. *& DD. mox. cit.*, er- 16
go requirit actum internum, ſine quo non eſſet vera
oratio, idquè piè, ac doctè conſiderant *Bard. in Ex-*
plic. Bull. Cruc. part. 3. *tract.* 5. *ſect.* 2. *numer.* 12. *Mar-*
chan. l. cit. tract. 2. *ſect.* 1. *Squill.* ubi ſupra *numer.* 37.
& alii.

Nec obſtaculum facit, Eccleſiam actus internos non
judi-

judicare: quia hoc accipitur in ſoro foti, non in ſoro
17 conſcientiæ, ut præter cætetos benè obſervat Azor.
part. 1. lib. 10. cap. 12. quæſt. 6. Sicut hæreticus, purè
mentalis, non remanet excommunicatus ob Conſti-
tutionem Eccleſiæ, excommunicantis hæreticos, ſed
non eximitur à graviſſimo ſcelere, à quo tamen abſol-
vi poteſt à quolibet Confeſſatio. Finell. de Caſ. reſ. cap.
5. numer. 2. Vel dic, Eccleſiam poſſe præcipere actus
internos, quando cum aliqua exteriori actione conjun-
guntur, prout in caſu, de quo loquimur, copiosè
ſcribit Franc. Valent. in Conc. Jar. d. 4. ſect. 6. & Bard.
18 ubi ſupra. Præſata attentio non ſolùm debetur in Ho-
ris Canonicis, ſed in aliis Orationibus, non præce-
ptis. Leſſ. l. cit. dub. 11. num. 62. Ratio eſt, quia ſi
quis vult alloqui Deum, tenetur id agete decenti mo-
do: Val. 22. d. 6. quæſt. 2. pun. 52. Molfeſ. l. cit. numer.
98., quemadmodum Medicus, non ſtipendiatus, non
adſtringitur infirmos viſitare, ſi tamen vellet mederi,
tenetur benè mederi.

Advertendum autem, quòd qui mentis evagatione
ultrò diſtrahitur in Oratione, quam facit ex devotio-
19 ne, non peccat plus quàm venialiter. Sot. de Juſt. &
Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 5. Guadagn. in Theſ. fol. 34. Pe-
trell. l. cit. lect. 9. numer. 4. Attentio in Divinis Officiis
requiritur tam in privata, quàm in publica Pſalmo-
dia; expreſſiùs tamen mandatur in allegatis juribus,
& ſeveriùs prohibentur inſinuatæ actiones, quæ vix
abſque ſcandalo Chori fiunt, & non ſolùm propriam,
ſed aliorum devotionem, & attentionem lædunt, ut
conſiderat Navar. de Orat. cap. 13. num. 17. Attentio in
20 Horatiis Precibus debita eſt triplex, materialis, lite-
ralis, & Spiritualis: prima conſiſtit in habendo atten-
tionem ad verba, nè unum verbum pro alio dicatur,
neve quid omittatur. Secunda eſt, qua attenditur ad
ſignificatum, ſive verborum ſenſum, quæ proferuntur
in Precibus. Tertia dirigitur in DEUM, vel Paradiſi
Gaudia, ſive Fidem, Spem, & Charitatem, vel
CHRISTI Paſſionem, vel alia Divina Myſteria; &
quælibet, ex his tribus numeratis attentionibus, eſt
ſufficiens ad reſpondendum Præcepto Divini Officii,
& ad ſatisfaciendum, merendum, & impetrandum.
Valen. tom. 3. d. 6. quæſt. 2. part. 10. §. 4. Graff. part. 1.
dec. lib. 2. cap. 52. num. 8. Tolet. lib. 2. capit. 13. Pelliz-
zar. de Mon. cap. 10. ſect. 3. num. 291. Marcb. l. cit. part.
6. tract. 2. capit. 12. numer. 1. Sed advertendum, ſecun-
21 dam, vel tertiam non ſufficere, niſi ſacra Verba inte-
grè, & diſtinctè in Horis Canonicis proſerantur, ut
adnotarunt Med. l. cit. quæſt. 14. in final. Leſſ. ubi ſupra
dub. 1. num. 69. & Fuſius Macign. de Hor. Canon. capit.
85. num. 76. & ſeq. Ex quo prima attentio, nempè ad
verba, etſi à dictis dicatur aliarum minima, eſt tamen
magis neceſſaria, præcipuè Canonicis in Choro, qui
22 hac prima attentione Præcepto ſatisfaciunt, etiamſi
voluntariè excludant ſecundam, & tertiam. Bonac. l.
cit. quæſt. 3. pun. 2. §. 2. num. 5. verſ. Ex quo fit. Fragoſ.
ubi ſupra lib. 10. diſ. 22. §. 3. num. 12. Arm. in Summ.
V. Horæ numer. 19. Buſemb. Med. l. cit. numer. 7. Mar-
chan. Leſſ. Laym. Filliuc. Azor. Gaadagn. & Eſcob. l. ſu-
pra cit.

Intellige, ſi adſit animus orandi, & aliqua interna
attentio, ſaltem confuſa, ad Deum; ita DD. mox cit.
23 Quamvis autem præſtantior ſit attentio ad Deum, quàm
ad verborum ſenſum, ſatius erit perſonis literatis, con-
templationi non aſſuetis, ſenſum Orationis ponderare,
quàm ſuperna contemplari; minùs autem peritis, ver-
borum ſenſum non capientibus, conducibilius erit in
recitandis Horis Canonicis mentem ad Deum attolle-
re, & ſic peragentes ſatisfaciunt, merentur, & impe-
24 trant, quamvis quæ legunt, non intelligant. Petr. de
Anch., & Ant. de Butr. ſuper d. cap. Dolentes. Unaquæ-
25 que ſupradictarum attentionum dividitur in actualem,
& virtualem: Actualis eſt, quando quis actu attendit
ad earum unam, videlicet ad verba, vel ſenſum, vel
ad Deum: Virtualis contingit, dum quis eadem actua-
li gaudet initio Precum, at in proſecutione involunta-
riè diſtrahitur ad prophana. Ang. Med. Laym. Tol. Pe-
trell. Bizzoz. loc. ſtatim aſſignatis, & dixit D. Antonin.
in Summ. part. 3. tit. de Hor. Canon. capit. 4., ubi concor-
dant, Horatias Preces ejuſmodi virtuali attentione
26 perſolventes, præcepto ſatisfacere, ac meritum ſibi
acquirere, dummodo procurent Divinum Officium vo-
ce integrè pronunciare; & ubi mentem vagari perce-
perint, animum ad ſecundam, vel tertiam attentio-
nem actualem revocent: Abb. in Clem. ſi Dominum, de
Relig. dom. Cand. l. cit. d. 25. art. 28. dub. 5. Atque præ-
dicta clarè ſuadentur ex d. cap. Dolentes, ubi non abſo-
lutè mandatur, Divinum Officium recitari devotè, ſed
quantum Deus dederit; etenim non eſt in poteſtate no-
ſtra, quin interdum diſtractionem patiamur, cum ſit
nobis cor vagum, & mobilius omni mobili, ut poſt 27
Boetium dixerunt Jo. And. & Abb. ſuper eod. cap. & fate-
tur Vital. ſuper Clem. 5. de celebr. Miſſ. num. 20. dicens,
eorde vagare ſæpè mihi, & tibi accidit; idque Pro-
pheta Pſalm. 39. confirmat his verbis, Cor meum dere-
liquit me.

Verum eſt, quòd ſi Canonici advertant, ſe à debi-
ta cordis attentione in notabili parte Divinorum Offi- 28
ciorum avocari, & de hoc non curant, mortiferè de-
linquunt, ita Lezan. in Summ. part. 1. capit. 12. numer.
11., & alii communiter. Excuſantur autem à morta-
li, dum non plenè advertunt ſe diſtrahi, vel tantùm
ſunt negligentes in animo retrahendo à vanis cogita-
tionibus. Vaſquez ubi ſupra dub. 3. num. 106. Sa. V. Ho-
ræ Canon. numer. 19. Cajet. in Summ. eod. V. Eſcob. l. cit.
tract. 5. exam. 6. cap. 5. num. 70. Quod procedit, licèt
negligentia in repellenda vagatione eſſet craſſa, ut cum
aliis non improbabiliter, aſſerit Petrell. l. cit. lect. 5. nu-
mer. 6. Ratio eſt, quia ad incurrendam culpam morti-
feram, opus eſt, ut data opera quis divagetur, ac per- 29
fectè advertat, ſe aliena à dictis tribus attentionum
ſpeciebus excogitare, ita in puncto docent Cajet. 2. 2.
quæſt. 83. art. 13. & alii plures, quos non reiicit Boſſ.
in tract. de Scrupul. §. 9. numer. 127. & quamvis Sot. de
Juſt. & Jur. l. cit. quæſt. 5. art. 5. exiſtimet, vagari ex
negligentia craſſa in Officio Eccleſiaſtico, eſſe ac ſi
conſultò id efficeretur, quod eſt mortale, idemque do-
cet Bonart. l. cit. lib. 2. cap. 35. numer. 21., comparando
negligentiam craſſam voluntatio; nil ſecius id in hac
materia non eſſe admittendum, ſentiunt Marchan. ubi 30
ſupra quæſt. prima. Suarez, quem refert, & ſequitur
Trullen. in Opuſ. deciſ. 3. num. 16. Sanchez. conſ. tom. 2.
lib. 7. cap. 2. d. 28. num. 15. & alii Magiſtri valdè do-
cti, quos ibi tacito nomine refert. Canonici dormien-
tes in Choro per notabilem partem Horæ Canonicæ, 31
non ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, neque Chori, &
conſequenter peccant mortaliter, ſi non ſuppleant; ita
Nav. in cap. Quando, numer. 9. S. Fauſt. l. cit. quæſt. 90.
& 141. Qui verò ſomno vim faciunt, & dormitando 32
recitant cum tali attentione, quòd cognoſcant non præ-
termittere, quæ ipſi pronunciare, vel audire tenen-
tur, licèt ob gravitatem, & moleſtiam ſomni non at-
tendant ad eorum ſenſus, nec ad tertiam attentionis
ſpeciem, non committunt mortale piaculum, quia non
deeſt ſufficiens attentio, ita S. Fauſt. l. cit. quæſt. 90. in
fin. Anell. d. 4. cap. 7. numer. 15. Sanchez l. cit. dub. 33.
num. 1. Qui verò ex deſidia ſomnolentiam non expel-
lerent, vel ſunt negligentes in evitandis vanis cogita-
tionibus, quamvis hæc non ſint niſi levia peccata, ope-
rantur, quòd ipſorum Orationes non evadant tunc tem- 33
poris meritoriæ, nec ſatisfactoriæ, nec impetratoriæ.
Bonart. lib. 3. cap. 19. num. 17. Quibus bonis, licèt, ut
diximus, non ſint expertes, qui virtualem tantùm ha-
bent attentionem, tamen nec hi conſequuntur illam
mentis refectionem, quam Deus communicare ſolet
iis, qui inter Horatias Preces recitandas formalem re-
tinent attentionem. D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 13. Id-
circò ſoliciti ſint Canonici de hujuſmodi actuali atten-
tione, pro qua in toto Divino Officio conſervanda à
me fuit quæſitum, An melius ſit in Choro Horas Ca-
nonicas memoriter recitare; & reſpondi, ſalutarius eſ- 34
ſe præ manibus Breviarium habere, & legendo, Sacra
Verba pronunciare, maximè iis, qui parum balbu-
tiunt, vel ſunt imperiti; quia per oculorum defixionem
in libro minùs erunt obnoxii erroribus, lapſui memo-
riæ, ac evagationi, ut inquiunt Caſtald. de Cærem. lib. 2.
capit. 2. ſect. 1. numer. 4. Homob. in Com. part. 2. tract. 4. c.
5. quæſt. 41. Trullen. in Decal. lib. 5. cap. 7. d. 10. numer. 7.
Rodriq. QQ. Reg. tom. 1. quæſt. 42. art. 7. & Macign. ubi
ſupra cap. 85. numer. 59. Canonicis autem veteranis, &
doctis, conſultius eſſe dixi memoriter Pſalmos familia-
res decantare, quia ſic liberiùs ad verborum ſenſum, ac 35
ad Deum attentionem ſuam dirigere poterunt: vel par-
tim

tim ex Libro ſibi parato, partim ex memoria Horarias
Preces percenſere, quod melius experientia didiciſſe te-
ſtatur *Nav. de orat. cap. 19. num. 88.*

Et quia Deus non omnes eadem perducit via, quiſ-
que in praxi obſervet, quod ſibi magis proficuum ex-
perimento novit ad conſequendam, & retinendam actua-
lem attentionem. Non erit abs re hic adnotare, non
36 eſſe de neceſſitate, ut penſum Eccleſiaſtici Officii per-
ſolventes, continuò conentur tota ſolicitudine cor ſuum
intra actualis attentionis gradum continere, ſed ſatius
erit evagationes non obſervare, & quando ad eas ad-
vertit, ipſas reprimere, quia ſæpè nimia ſolertia in re-
flectendo, an attendat, nec nè, fit objectum ſuæ at-
tentionis potiùs quàm ad diſtinctè, ac devotè profe-
renda verba Divini officii. *Cajetan. 2. 2. quæſt. 13. art.
13. Verricell. QQ. moral. tract. 5. quæſt. 5. numer. 121.*,
quæ doctrina perſuaderi poteſt, præſertim ſcrupulo-
ſis, ut obſervat *Boſſ. in Tractat. de Scrupul. §. 9. nu-
mer. 528.*

Præter attentionem, quam diximus præceptam à
jure, arbitrantur aliqui, in recitatione Divini Officij
37 requiri intentionem, & propoſitum reſpondendi præ-
cepto legis, ac Deum deprecandi; ſed quia attentio
quaſi neceſſariò conſequitur intentionem, & volunta-
tem mox inſinuatam, dicendum eſt ſufficere, opus ab-
ſolutè præſtare, eundo ad Chorum, vel aſſumendo
Breviarium pro perſolvendis Horariis Precibus; quan-
doquidem iſte, ſi eſſet percunctatus, quid agere ve-
lit, utique reſponderet, ſe velle munus ſuum adim-
plere. *S. Fauſt. de Orat. quæſt. 34. Trullen. in Opuſc. d. 3.
numer. 5.* Et hoc ſatis erit, etiamſi quis recitet invo-
luntaria diſtractione. *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 37.
num. 71.*

Canonicus, timens ſe non ſatisfeciſſe ob evagationem
38 involuntariam, quam habuit inter perſolvendum in
Choro Divini Officij penſum, & propterea proponens
iterum eas recitare privatim, ſi poſtmodum ſibi per-
ſuadeat ſufficientem attentionem virtualem habuiſſe,
non eſt ulli repetitioni obnoxius, non obſtante propo-
ſito, quod fecit: ita, poſt alios, docet *Nald. in Summ.
V. Officium, numer. 8.* Immò in ſimili caſu non eſt bo-
na repetitio, quia non ex ſpiritus fervore, ſed potiùs
ex puſillanimitate provenit. Ad hæc Canonicus, re-
citans Divinas Preces in Choro voluntate formali eas
iterum privatè legendi, ut his tantùm ſatisfaciat præ-
39 cepto, & deindè tempore habili ab ea intentione re-
cedat, volens cum perſolutis deprecationibus ſatisfe-
ciſſe, ad aliud non tenetur. Rationem aſſignant *Caſtr.
Pal. d. 2. p. 3. num. 2. tom. 2. Marchan. ubi ſupra tract.
2. tit. 3. quæſt. 1. con. 2. Eſcob. tract. 5. exam. 6. capit. 5.
num. 70. Verricell.* loco ſtatim aſſignato *num.* 119. Ca-
nonicus, evagationem voluntariam in publico Officio
admittens, ſine propoſito illud extra Chorum repeten-
40 di, tenetur reſtituere Diſtributiones, quæ ſibi tribu-
tæ fuerunt ob Horarias Preces, vago animo recita-
tas, ita probabiliùs aſſerunt *Bonac. de Hor. Canon. d. 1.
quæſt. 3. punct. 2. numer. 10. Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt.
2. numer. 22. Filliuc. l. cit. num. 262. Graff. p. 1. dec. lib.
2. cap. 52. num. 15.* Nec excuſatur à peccato, etiamſi
habeat intentionem non recipiendi Diſtributiones; quia
41 publica Divini Officii recitatio non præcipitur Cano-
nicis ratione Diſtributionum. *Caſtr. Pal. l. cit. pun. 12.
num. 3. Homob. in Com. p. 3. tr. 14. q. 11. n. 21. Gordon.
l. cit. q. 4. n. 47.* ſed ratione Præbendæ Chorum conve-
nire, ibique devotè Pſallere tenentur, *capit. final. 92.
diſt. capit. ſi quis in Clero 7. quæſt. 1. Sylv. in Summ. V. Re-
ſidentia num. 1. Bard. ubi ſupra cap. 3. num. 25. Lezzan. l.
cit. tom. 4. V. Officium, n. 5. Hoſt. in Summ. tit. de Præb. n.
1. Zacchias de Salar. quæſt. 3. n. 10.* & conſonant verba
D. Bernar. in Epiſt. 2. ſic loquentis ad Canonicos,
*Quia Horas Chori nocturnas, diurnaſque frequentas, be-
nè facis, ob hoc conceditur tibi Præbenda.* Diſtributio-
42 nes adinventæ ſunt, ut Canonici diligentes fierent di-
ligentiores, & negligentes ſolertes ad frequentandum
Chorum, ſunt enim & hi homines lutea vaſa por-
tantes, & ideò ultra Spiritualia præmia, quæ à DEO
pro Divinis Officiis ſunt recepturi, congruum fuit
eos illecebris, & eſcis ad Chori Officium provocare.
*Covar. var. lib. 1. cap. 19. n. 10. Ricc. in Prax. part. 2. reſ.
363. n. 2.* Hujuſmodi Diſtributionum adinventio, cùm
reſpiciat Divini Cultus incrementum, ut notat *Barbat.
de Diviſ. part. 1. cap. 15. num. 69.*, cenſenda eſt bona,
quantumvis ex his videatur præberi occaſio delinquen-
di malè affectis, & terrenis lucris nimium intentis,
qui adeuntes Chorum duntaxat ob Diſtributiones, 43
peccant, & mentalem Simoniam committunt, *Turrecr.
ſuper cap. Clericus 92. d. Soccin. in cap. Suam n. 4. de ſimon.
Hoſt. ibid. n. 3. Felyn. ſuper d. cap. Ex parte, n. ult.* ibique
Dec. n. 22. Bonac. de Simon. quæſt. 3. n. 13. & ſequuntur
*Barb. in cap. Conſuetudinem, n. 29. de præb. Sanchez conſ.
lib. 2. cap. 1. dec. 12. & cap. 43. n. 22. Card. Mactgn. loc.
cit. cap. 56.* Intellige non abſolutè, ſed quando Cano-
nicus principaliter accedit ad Chorum, ut Diſtribu-
tiones lucrifaciat, & ſimul intendat eas recipere, ut
precium illius operis Spiritualis recitandi Divinum Of-
ficium: Si enim etiam principaliter moveatur ad reci-
tandas Horas Canonicas pro Diſtributionibus, non ve-
luti pretium Divinarum Precum; ſed ut quid inſer- 44
viens ad ſui, vel domeſticorum ſubſtentationem, non
eſſet ſimoniacæ labis reus, nec peccaret mortaliter, ſed
tantùm venialiter. *Barb. ſuper capit. unic. de Cler. non
reſid. in 6. Bonac. de Contract. d. quæſt. 3. part. 2. num. 5.
Laym. lib. 4. tract. 10. capit. ult. §. 11. num. 12. Ghilin. l.
cit. V. Canonicus.* Et qui primariò pro amore Dei, quem 45
pluris æſtimat, quàm temporalia, ſecundariò verò ob
Diſtributiones, ad Chorum ſe confert, nullum com-
mitrit peccatum, etiamſi minimè eò pergeret, niſi ſpe-
raret conſequi Diſtributiones: *Card. Turrecr. in capit.
Conſuluit, diſt. 75. Sylv. in Summ. V. Simonia q. 4. Nav.
in Man. cap. 17. num. 209. Rodriq. in Summ. tom. 2. capit.
58. conſ. 1. num. eod.* Quod confirmari poteſt exemplo
aſſueti ad perjurandum, qui cupiens iſtum pravum uſum
à ſe evellere, ſibi imponit onus dandi ſcutum unum Ec-
cleſiæ, quotieſcunque juraverit tam verum, quàm fal-
ſum; hic propter Deum à juramento abſtinet, quam-
vis id non faceret, niſi hoc ſecundario remedio ſibi ne-
ceſſitatem injunxiſſet, ita notat *Molan. l. cit. lib. 2. cap.
51.* Non diſſimiliter immunis eſt à culpa, qui celebrat 46
principaliter propter Deum, etiamſi non ſacrificaret,
niſi eidem tributum fuiſſet ſtipendium. *S. Fauſt. de Orat.
lib. 1. quæſt. 167.*, ubi totam concluſionem ſatis exor-
nat, atque facit exemplum mutuantis, ac recipientis
lucrum ex gratitudine, quod non eſt illicitum, licèt mi-
nùs principaliter id intendiſſet, ac non mutuaſſet, ni- 47
ſi ſperaret illud emolumentum, *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.
2. cap. 20. d. 1. num. 37. Bonac. de Mut. & Uſur. d. 3. qu.
3. d. 2. num. 5.* & in noſtris terminis *Filliuc. tr. 34. capit.
2. num. 24. & ſeq.*

ARGUMENTUM.

An Canonici teneantur pſallere in Choro, & intereſ-
ſe etiam Horis minoribus. An à prædicta obligatio-
ne valeant ex conſuetudine, ſaltem immemorabili,
excuſari, & quando.

SUMMARIUM.

1 *An Canonici excuſari poſſint à pſallendo in Choro in vim immemorabilis, ſeu alterius diuturnæ conſuetudinis, & remiſſivè.*

2 *Verior videtur opinio, quòd Canonici muneri ſuo non ſatisfaciant per ſolam intereſſentiam in Choro.*

3 *Nec eis ſuffragari poteſt contraria conſuetudo, quæ tanquam abuſus, eſt improbanda.*

4 *Canonici tenentur per ſe, & non per ſubſtitutos, Divina obire Officia.*

5 *Canonici, vel Capellani, Choro addicti, non lucrantur Diſtributiones, ſi non pſallant, ſed tantùm materialem aſſiſtentiam præſtent.*

6 *Et mortalis culpæ rei ſiunt.*

7 *Ex vi decreti irritantis tollitur omnis contraria conſuetudo.*

8 *Decreta Sacr. Congreg. Concil. faciunt legem quoad omnes, quoties interpretatur Canones ejuſdem Concilii.*

9 *Comprobatur opinio, obligans Canonicos ad pſallendum in Choro, per plures prædictæ S. Congregationis Reſolutiones.*

10 *Recenſentur Auctores, tenentes contrariam opinionem.*

11 *A tali obligatione poſſet Canonicos eximere, vel Indul-*

tum

-tum Apoſtolicum, vel ſaltem illius fama cum con-
ſuetudine immemorabili.
12 *Immò etiam ſola quadragenaria cum titulo bonæ fidei*
putativo ad hunc effectum ſufficere valet.
13 *Maximè ſi conſuetudo non adverſaretur omnimodè, ac*
vehementer Juris diſpoſitioni.
14 *Prout eſſet caſus, quando in Cathedrali adeſſet inſignis*
numerus Beneficiatorum, & Clericorum, à quibus
Eccleſia debitum ſervitium reciperet.
15 *Decretum irritans inficit contrariam conſuetudinem,*
quoties adducitur, tanquam purum beneficium tem-
poris, non autem quando, ultra obſervantiam, al-
legatur etiam fama privilegii, vel ipſa obſervan-
tia adducitur, tanquam præſumptiva illius pro-
batio.
16 *Adducitur exemplum Canonicorum Metropolitanæ Flo-*
rentinæ.
17 *Canonici tenentur omnibus Horis Divini Officii inte-*
reſſe.
18 *Ita ut non valeat conſuetudo, quòd iidem Canonici ſo-*
lùm Horis maioribus interſint, & pro reliquis non
ſint aſſignatæ Diſtributiones.
19 *Toleranda tamen videtur conſuetudo, quòd Horis mino-*
ribus non aſſiſtant omnes Canonici, ſed aliqui eorum
per turnum.
20 *Item alia conſuetudo, quòd Canonici diebus feriatis*
non præſtent aſſiſtentiam Horis minoribus.
21 *Affertur exemplum ſimilis conſuetudinis in Cathedra-*
li Piſtorien. vigore Statutorum ejuſdem Eccleſiæ, in
forma ſpecifica ab Eug. IV. confirmatorum, & nu-
mer. 22.
23 *Item dicti Canonici Piſtorien. gaudent Indulto vacandi*
à Choro pro quarta parte anni, cui per Sacr. Concil.
Trident. non eſſe derogatum, reſolvit Sacra ejuſdem
Conc. Congregatio.

ANIMADVERSIONES.

FUit apud aliquos controverſum, an excuſare poſſit
Canonicos à publica recitatione Divinorum Offi-
1 ciorum immemorabilis, ſeu alia diuturna conſuetudo,
ita ut ſuo muneri ſatisfaciant, intereſſendo in Choro
tempore celebrationis eorundem Divinorum Officio-
rum, adimplentibus interim onus pſallendi Beneficia-
tis, ac reliquis inferioribus Eccleſiæ Clericis, de qua
quæſtione pertractant relati per *Garz. de Benef. part. 3.*
cap. 2. à numer. 512. Monet. de Diſtribut. quotid. lib. 2. qu.
2. numer. 2. & ſeqq. Barboſ. in Univerſ. Jus Eccleſ. lib. 3.
cap. 28. num. 80. Fagnan. in cap. licet, de præben. nu. 89.
Ventrigl. annot. 19. §. 1. num. 25. & ſeqq. Clericat. de Be-
nef. diſcord. 67. per tot. Retento autem principio, aliàs
deducto in præcedenti *Obſerv. 1. ad tit. 1.* hujus ſecun-
di Libri, videtur verior negativa, nempè quòd Cano-
nici per dictam ſolam intereſſentiam munus ſuum non
ſatis adimpleant, nec lucrari poſſint Diſtributiones,
2 cùm ad hunc præciſum finem inſtitutæ fuerint Cano-
nicorum Præbendæ, & à Fidelium pietate factæ obla-
tiones Eccleſiis, ut iidem Canonici pro Populo, ac
Fundatoribus inceſſanter orent, pſallant, ac Deum
laudent, ut ait *Van. Eſpen. l. cit. num. 1. & 4. & ferè*
per tot.; & in hoc concordant Generalium Concilio-
rum Decreta, & potiſſimùm *Lateranen. ſub Innoc. III.*,
ubi loquendo de Canonicis, ſtatuitur. *Divinum Officium*
nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit,
ſtudioſè celebrare, & clariùs etiam *Trident. ſeſſ. 24. cap.*
12. de reform., in quo præcipitur -- *ut in Choro, ad pſal-*
lendum inſtituto, Hymnis, & canticis Dei nomen reveren-
ter, diſtinctè, devotèque laudent, -- Et conſonat quod
dicit *Ivo Carnoten. relatus per eundem Van. Eſpen. d. tit. 6.*
numer. 2. Ad hoc inſtituta eſt Clericalis militia, ut Pſalmo-
dia, & Hymnodia quotidianum offerat Deo ſacrificium. Qua-
mobrem nullatenus hujuſmodi conſuetudo non pſallen-
di excuſare valet Canonicos, nec eam poſſe tolerari,
ſed tanquam abuſum, de directo contrarium Canoni-
3 corum inſtituto, improbandum eſſe cenſuerunt ſupra
relati DD., quicquid nonnulli ex Theologis, apud eoſ-
dem DD. allegati, ac ſignanter per *Barboſ. in d. cap. 12.*
ſeſſ. 24. num. 118. verſ. contra, contrarium defendere
conati fuerint, cùm hujuſmodi opinioni adverſetur cla-
ra litera dicti Sac. Concilii in *eod. cap. 12.*, ubi non
ſolùm injungitur ſtudioſa celebratio Divinorum Officio-
rum, ſed etiam excluditur facultas implendi onus pſal-
lendi per alios -- ibi -- *omnes verò per ſe, non per ſub-* 4
ſtitutos, compellantur obire Officia, ut etiam advertit *Van.*
Eſpen. d. tit. 6. nu. 4. Quæ ſanè clariora redduntur pro-
pter ſubſequentem Conſtitutionem *Sanct. Mem. Pii V. la*
135. incipien. Ex proximo. Dat. Romæ 19. Septembris
1571., in qua præcipitur, quòd omnes, qui ratione
Canonicatus, vel Capellaniæ Choro ſunt addicti, qua-
vis conſuetudine, vel Statuto non obſtante, Diſtribu-
tiones non lucrentur, ſi in Choro non pſallant, ſed 5
tantummodo materialem præſtent aſſiſtentiam; & ob
id attenta tam Conciliari, quàm Piana conſtitutione
præallatis, teneri ſub mortali Canonicos ad pſallendum 6
in Choro, tenent *Baldell. tom. 1. lib. 5. diſput. 4. num.*
9. & latiùs *Clericat. de Benef. d. diſcord. 67. num. 24. &*
ſeq., neque ſe ſe tueri poſſunt quacumque pariter con-
ſuetudine, cùm propter decretum irritans, adjectum
tam in Bulla Pii V. ſuper confirmatione Concilii, quàm
in præcitata Pii V., conſuetudo non ſit allegabilis,
nec poſſit conſtituere in bona fide Canonicos in Choro 7
non pſallentes, quia virtus decreti irritantis ſe exten-
dit etiam ad infirmandum ipſum initium conſuetudi-
nis, ita ut conſuetudo, quæ aderat ante dictas Con-
ſtitutiones, per eas fuerit ſublata, & ſubſequens nec
etiam potuerit inchoari. *Rot. deciſ. 452.*, & *deciſ.*
453. part. 18. tom. 2. rec. De Luc. de Canonic. diſc. 10.
numer. 4. & diſc. 11. num. 8. Rot. in Bituntina, ſeu Boſi-
lien. Parochialis 5. Martii 1700. §. Pariformiter, cor.
Molines, & in Novarien. Parochialis 7. Martii 1703.
cor. eod.

Hæc autem ſententia indubitanriùs eſt amplecten-
da, quia conſtantiſſimè illam tenuit, ac tenet Sacr.
Congregat. Concilii, cujus Decretis obſequendum om-
ninò eſt, cum faciant jus quoad omnes, quoties inter- 8
pretatur Canones ejuſdem Sacri Concilii, propter fa-
cultates eidem conceſſas à Summis Pontificibus, ex
notatis per *Garz. de Benef. in Præfat.*, & latiùs per *Fa-*
gnan. in cap. quoniam, à num. 70. & ſeqq. de Conſtit. Rot.
in Romana Penſionis 15. Martii 1694. §. Non poteſt cum
ſequen. cor. Card. Priolo. Eadem enim Sacr. Congreg.
reſolvit in terminis Canonicorum S. Petri de Urbe *die* 9
12. Novembris 1592., ut refert idem *Fagnan. in eod. cap.*
licet. num. 89., eoſdem proprio muneri ſatisfacere ſola
præſentia, nec ſufficere, quòd Horas Canonicas reci-
tarent ſubmiſſa voce, ſed teneri pſallere alta voce, li-
cèt hoc munus adimpleretur per Beneficiatos, & Cle-
ricos ejuſdem Eccleſiæ, idemque decrevit in *Geſuen.*
22. Febr. 1614. in Buſcaducen. 2. Junii 1620. & recen-
tiùs *in Patavina 17. Septembris* 1667., in terminis Ca-
nonicorum dictæ Cathedralis, reſcripſit in hæc verba.
Sacr. Congreg. &c. declarationibus ſæpè alias editis inhæ-
rendo, cenſuit, illos non ſolùm Canonicis Horis intereſ-
ſe, ſed etiam per ſe ipſos pſallere, quacunque etiam im-
memorabili contraria non ſuffragante conſuetudine, tene-
ri, neque alias ſuæ obligationi ſatisfacere -- Quæ De-
creta referuntur per eundem *Clericat. ubi ſupra, ſub*
num. 20.

Et quamvis etiam contraria opinio, ſua habeat fun-
damenta, ut videre eſt apud *Bonacin. tom. 1. diſput. 2.* 10
quæſt. 4. punct. 5. per tot. Squillan. de Obligat. Cleric. part.
5. num. 61. Barboſ. de Canon. & Dignitat. cap. 34. num.
12. & ad Concil. cap. 12. ſeſſ. 24. de Reform. ſub numer.
518. Ventrigl. in Prax. annot. 19. §. 1. num. 26. & 27.,
nihilominus à ſupra firmata ſententia non auderem di-
ſcedere, tum propter rationes adductas, tum propter
authoritatem præfatæ Sac. Congregationis, niſi verſa- 11
remur in caſu, quo adeſſet ſpeciale Indultum, à Sede
Apoſtolica confirmatum, vel ſaltem illius fama cum
conſuetudine immemorabili; cùm ea inducat titulum,
ſaltem putativum, aptum ad conſtituendum in bona fi-
de, etiam in iis, quibus Jus expreſsè reſiſtit, quia et-
iam ſola quadragenaria cum titulo bonæ fidei putati- 12
vo, ad hunc effectum ſufficiat, ad notata per DD. *in*
cap. 1. de præſcript. in 6. Caputaquen. deciſ. 36. part. 3.,
& in his ferè terminis *Card. De Luc. de Canon. diſc. 11.*
numer. 7.: maximè ſi conſuetudo non adverſaretur om- 13
nimodè, ac vehementer Juris diſpoſitioni. *Barboſ. in*
annot. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. num. 62. de reformat. De
Luc. ubi ſupra, prout accideret in caſu, de quo agimus, 14
ſi in Eccleſia Cathedrali, ſive Collegiata, ubi ſimilis
adeſſet conſuetudo, conſpicuus, ac ingens numerus Be-
nefi-

neficiatorum, & Clericorum, in ea pſallentium repe-
riretur, ita ut quamvis Canonici ſolam materialem
præſentiam, & aſſiſtentiam ſine cantu præſtent, nihi-
lominus eadem Eccleſia debito ſervitio fraudata non
remaneat, & ad rem faciunt notata per *d. Card. de Luc.
d. diſc.* 11. *num.* 7. *verſ. ideoque dicebam*.

Nec præmiſſis obſtare videtur, quod ſupra diximus
de efficacia decreti irritantis, adjecti in præallatis Con-
ſtitutionibus Pii IV., & Pii V., regulariter infician-
tis contrariam poſſeſſionem, & impedientis ipſum or-
tum contrariæ obſervantiæ: quia Decretum irritans
tunc parit dictum effectum, quoties allegatur ſola,
& nuda conſuetudo tanquam purum beneficium tem-
15 poris, & tanquam præſcriptio; ſecus verò quando ul-
tra obſervantiam allegatur fama privilegii, ſeu ipſa
obſervantia adducitur tanquam præſumptiva illius pro-
batio, quia, ſi non adeſt vehemens Juris reſiſtentia,
quæ excludat privilegii præſumptionem, quòd nem-
pè illud potuerit à Sede Apoſtolica obtineri, obſervan-
tia prædicta operatur etiam contra decretum irritans,
quia in hoc caſu non agitur de directo de dextruenda
virtute ipſius decreti, ſed ejus non comprehenſione,
ut optimè advertit *Cardin. De Luc. d. diſc.* 11. *numer.*
8., ac propterea quando Eccleſia non remanet deſti-
tuta competenti inferiorum Miniſtrorum pſallentium
ſervitio, videtur toleranda diuturna obſervantia, ac
per eam excuſari poſſe Canonicos, in Choro non
pſallentes, ut eſt praxis Canonicorum Eccleſiæ Metro-
16 politanæ Florentinæ, qui tantummodò aſſiſtunt Di-
vinis Officiis, pſallendi munus implentibus tam Bene-
ficiatis, quàm Clericis, qui in magno numero in eadem
inſerviunt.

Illud etiam non eſt omittendum, quòd non ſolùm
Canonici tenentur vi ſui muneris, pſallere in Choro,
17 ſed etiam omnibus Horis Divini Officii intereſſe, ſub
cujus nomine continentur omnes ſeptem Horæ, jux-
ta decretum Generalis Concilii Lateranen. ſub Innoc.
III., ut notat *Van. Eſpen. in Jus Eccleſiaſt. part.* 1. *tit.*
6. *num.* 3., ita ut non valeat conſuetudo, ut Canoni-
18 ci ſolùm interſint Horis majoribus, & pro reliquis
non ſint aſſignatæ Diſtributiones, ut reſolvit Sacr.
Congreg. Concilii, teſte *Garz. de Beneſ. part.* 3. *cap.* 2.
num. 489. ibi -- *Diſtributiones quotidianas, quæ acceptæ
fuerunt ex tertia parte fructuum, aſſignari debere non dua-
bus tantùm Horis Canonicis, ſed etiam reliquis omnibus
aliis, quibus qui non interfuerint, Diſtributionem amit-
tant* -- Quod etiam probatur ex ipſa litera *Concilii Tri-
den. capit.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reform.*, ubi ſtatuitur, Di-
ſtributiones deberi iis, *qui ſtatis horis interfuerint*, ut
advertit *Barboſ. ibidem numer.* 47. Et hinc Sacr. Con-
gregat. Concilii In *Novarien. Diſtributionum* de anno
1660. improbavit conſuetudinem jamdiù receptam in
Eccleſia Cathedrali Novarien., & canonizzatam per
Legatum Apoſtolicum, juxta quam Canonici dictæ
Eccleſiæ, intereſſendo tantummodo Matutino, Lau-
dibus, Miſsæ Conventuali, & Veſperis, lucrabantur
omnes Diſtributiones, ac ſi reliquis etiam Horis mi-
noribus intereſſent, ut refert *Card. de Luc. De Canon.
diſc.* 10. *num.* 2. qui *ſub numer.* 7. aſſerit, tolerandam
19 videri conſuetudinem, quòd dictis minoribus Horis
non adſiſterent omnes Canonici, ſed aliqui eorum per
turnum, cum in hoc caſu Eccleſia non remaneret pe-
nitus defraudata Canonicorum ſervitio in antedictis
Horis.

Quin etiam improbanda non videretur conſuetudo,
præſertim ſi haberet aſſiſtentiam centenariæ, comple-
tæ poſt publicationem Concilii, & famam privilegii,
quòd Canonici in diebus feriatis non præſtarent aſſi-
ſtentiam præfatis Horis nuncupatis minutis, ſed tan-
20 tummodo in feſtivis, potiſſimùm ſi ageretur de Ec-
cleſia Cathedrali valdè conſpicua, in qua Canonica-
tus obtinerentur à perſonis nobilibus, & qualificatis,
qui in quampluribus pietatis operibus occupati eſſe ſo-
lerent, adeo ut illorum exemptio à Choro tenderet
in majus Dei ſervitium, & alioquin in eadem Eccle-
ſia conſpicuus numerus adeſſet Beneficiatorum, per
quos abundè impleretur onus recitationis earundem
Horarum. His enim concurrentibus, cum conſuetu-
do diuturna dictæ exemptionis haberet probabilita-
tem Apoſtolicæ conceſſionis, ſive Indulti, tum pro-
pter majus decus Dignitatis Canonicalis, tum,
propter motivum publicæ utilitatis, etiam ſpiritua-
lis, reſultantis ab occupationibus eorudem Canoni-
corum in aliis piis operibus, tempore recitatio-
nis dictarum Horarum non adeò ſolemnium, videre-
tur admittenda, ceſſante in hoc caſu virtute decreti
irritantis, appoſiti in Bulla Piana, confirmatoria Con-
cilii Triden., per ea, quæ ſupra præmonuimus; & in
his terminis *Card. De Luc. de Canonic. diſc.* 11. *à num.
4. ad fin.*

Similis conſuetudo viget in Eccleſia noſtra Cathe-
drali Piſtorien., in qua Canonici non tenentur ad aſ-
ſiſtentiam prædictis Horis minutis, nempè Primæ,
Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Completorio, niſi tem-
pore Quadrageſimæ, cum prædictis Horis extra qua- 21
drageſimale tempus non ſint aſſignatæ Diſtributiones,
ſed iis aſſiſtunt tantummodo Beneficiati, ſive Capel-
lani, ac Clerici, qui in numero pluſquàm competen-
ti dictæ Eccleſiæ deſerviunt: Et eadem prorſus ratio,
ſive motivum præſupponendi Apoſtolicum Indultum,
conſideratum à *Card. De Luc. d. diſc.* 11. *numer.*, 4.
concurrit, nempè, quòd Canonicatus noſtræ Eccleſiæ
ſint apud cunctos in honore, & exiſtimatione, & ob-
tineantur à perſonis nobilitate præfulgentibus, quæ-
que ut plurimum variis pietatis operibus, ſaluti ani-
marum, ac publicæ etiam utilitati maximè condu-
centibus, addicti ſunt. Pro ſubſtinenda verò hac con-
ſuetudine, licèt antiquiſſima, opus non eſt recurrere
ad præſumptionem Apoſtolicæ conceſſionis, quia re-
vera adeſt, dum dicta exemptio continetur in Statu- 22
tis, ſive Conſtitutionibus Capitularibus, editis à ſpe-
ciali Delegato ſanct. mem. Eugen. IV., ac poſtea in
forma ſpecifica confirmatis ab eodem Summ. Pontifice
per ſuam Bullam *ſub datum Florentiæ* 14. *Kal. Martii*
1435. quibus ſanè Statutis non fuit derogatum per
Sacr. Concilium, per quod fuerunt abrogata tantum-
modo ea Statua, quæ erant contraria diſpoſitioni Sa-
crorum Canonum, & in forma communi dumtaxar
approbata, non verò quæ in forma ſpecifica confir-
mata fuerant, prout ſæpiùs declaravit Sac. Congreg.
Concilii, & reliquis omiſſis, occaſione examinis al-
terius Indulti Sixti IV., quo gaudemus, vacandi à 23
Choro pro quarta parte anni, cenſuit ſub *die* 7. *Decem-
bris* 1586., prout patet ex ſequenti reſponſo, dato ſu-
per hoc dubio Epiſcopo Piſtorien., *Reverendiſſime Do-
mine uti frater Sacra Congreg. Concilii Triden. Interpre-
tum, viſo Libello, nomine iſtius Eccleſiæ & Capituli
ſibi oblato, ad Ampl. Tuam, cui Libellus ipſe cum his
literis mittitur, ſcribendum cenſuit, Concilium prædictum
cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *non obſtare, quominus iſti Canonici,
juxta Indultum fel. rec. Sixti IV., poſſint frui vacationi-
bus illis permiſſis, & nihilominus percipere Diſtributiones
quotidianas, quæ intereſſentibus tantùm debentur; ipſum
enim Concilium in hac parte non derogat privilegiis. Poteſt
tamen Ampl. Tua providere id, quod partes tuæ ab ea po-
ſtulant, nè fiat fraus cultui Divino ex aliquo abuſu. Quod
ſupereſt eam benè valere in Domino, ejuſque gratia cumu-
lis augeri optamus.*

Romæ 7. Decembris 1586.

Uti Frater. A. Card. Carafa.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

Diſtributiones quotidianæ non debentur non intereſ-
ſentibus in Choro, niſi fuerint abſentes, propter
corporis neceſſitatem, aut manifeſtam Eccleſiæ uti-
litatem. Quæ ſint cauſæ excuſantes ab intereſſentia
Chori.

SUMMARIUM.

1 *Canonici abſentes propter corporis neceſſitatem, aut
Eccleſiæ manifeſtam utilitatem, lucrantur Diſtri-
butiones, & alios fructus, ac ſi eſſent præſentes in
Choro.*

2 *Gravis infirmitas exquſat à recitatione Divini Officii,
tam privata, quàm publica.*

3 *Et in dubio, an ſit gravis, vel an talis recitatio ſit no-
tabiliter nocitura ægroto, non tenentur recitare Di-
vinum Officium.*

4 *Levis*

4 *Levis morbus excuſat ab intereſſentia Chori, quando probabiliter timendum foret, ut ex acceſſu ad illum fiat gravis.*

5 *Levior infirmitas eximit eum ab intereſſentia Chori, quàm à privato officio.*

6 *Gravis infirmitas excuſat ab onere accedendi ad Chorum, etiamſi propria culpa quis in eam inciderit.*

7 *Quæ infirmitas ſit levis, vel gravis, remiſſivè.*

8 *Ex cauſa gravis morbi non excuſatur ægrotus ab intereſſentia Chori, niſi tempore bonæ valetudinis fuerit ſolitus accedere ad Divina Officia*, & numer. 10.

9 *Eadem ratio totius ad totum, eſt partis ad partem.*

11 *Qui tempore bonæ valetudinis non erat ſolitus ad Chorum accedere, & morbo correptus proponat Horis Divinis in futurum intereſſe, lucratur omnes Diſtributiones.*

12 *Declara, quòd hoc procedat in foro conſcientiæ; ſecùs in foro fori, ſe ſe opponente Capitulo*, & numer. 13.

14 *Infirmitas gravis ut excuſet à prædicto onere, debet eſſe notoria, vel conſtare teſtimonio Medici.*

15 *Poteſt Capitulum, aſſerentem ſe eſſe infirmum admittere, vel non, ad Diſtributiones, habita ratione ad qualitatem perſonæ, vel ad aſpectum, vel ad actus, eo tempore geſtos.*

16 *Infirmum non ſolitum accedere ad Chorum, tempore bonæ valetudinis, ut privari valeat Diſtributionibus, probandum eſt per Capitulum.*

17 *Non lucratur Diſtributiones, qui extra locum ſuæ reſidentiæ ægrotat.*

18 *Contrarium eſt probabilius.*

19 *Idem dicendum de iis, qui domi morantur, quia podagra laborant, vel quia medicinam ſumpſerint, vel quia ſanguine minuti ſunt.*

20 *Et ſimiliter de iis, qui à Choro recedunt, ad exonerandum corpus, vel ut barbam radant.*

21 *An octogenarii excuſentur à Choro, & etiam ſeptuagenarii, ſi ita viribus fracti ſint, uti reperiuntur octogenarii.*

22 *Servitium Eccleſiæ, per ſpatium quadraginta annorum, non eximit à Choro, niſi adſit Statutum, confirmatum à Papa, vel immemorabilis conſuetudo.*

23 *A' quibus conveniat exemptos eſſe in Choro eos, qui per plures annos Eccleſiæ inſervierunt, maximè ſi ſint ſexagenarii.*

24 *Qui poſt adeptum Canonicatum evaſit cæcus, remanet liber à ſervitio Chori, & lucratur Diſtributiones.*

25 *Limita, ſi non ſit omninò cæcus, ſed tantùm viſus debilitatem patiatur, & ſoleat per vias ambulare*, & n. 27.

26 *Præbendatus ad duo obligatur, nempè ad intereſſentiam corporalem in Choro, & ad celebrandum Divinum Officium.*

28 *Raucedo, licèt ſit talis, ut nullatenus poſſit quis vocem emittere, non liberat ab onere exhibendi corporalem præſentiam in Choro.*

29 *Surdus pariter non eximitur à prædicto onere præſtando.*

30 *Præcepto tamen Eccleſiæ non ſatisfacit, niſi totum Officium per ſe ſubmiſſè recitet.*

31 *Declara ſi fuerit totaliter ſurdus, non autem quando alteram Chori partem, verſus terminantem, intelligit, ac ſaltem ſacra Verba in confuſo audit*, & n. 32.

33 *Quibus ex cauſis eximantur Canonici à recitatione Divini Officii.*

34 *Abſentes ex aliis cauſis, quàm corporalis neceſſitatis, aut Eccleſiæ utilitatis, non habentur pro præſentibus, ad effectum lucrandi Diſtributiones.*

35 *Qui non poteſt recitare majorem partem Officii Divini, excuſatur etiam à recitatione minoris partis, ex aliquorum opinione.*

36 *Contrarium tenent alii.*

37 *Prima opinio eſt probabilis ad tollendas perplexitates, in quibus, juxta oppoſitam ſententiam, reperirentur infirmi.*

38 *Canonicus, domo non egrediens, ob metum inimicorum, vel miſſus in exilium, vel carceratus, quando privetur, vel non, Diſtributionibus.*

39 *Quid de injuſtè excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto.*

40 *Canonici non intereſſentes Choro, quia Eccleſia eſt interdicta, vel polluta, abſque eorum culpa, vel repentè diruta, non privantur Diſtributionibus.*

41 *Tempore Interdicti localis generalis, an, & quomodo debeant Canonici Officium in Choro recitare.*

42 *Qui Choro non interſunt tempore peſtis, non lucrantur Diſtributiones, niſi adſit conſuetudo legitimè præſcripta.*

43 *Curam animarum habentes tempore peſtis, non poſſunt fugere, & relinquere oves.*

44 *Eccleſiæ utilitas, ob quam abſens à Choro lucratur Diſtributiones, intelligenda eſt de propria Eccleſia, non aliena.*

45 *Canonici Subcollectores ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ, & Conſultores S. Inquiſitionis, ſi Choro non interſint, ut muneri ſuo ſatisfaciant, non amittunt Diſtributiones.*

46 *Idem dicendum de Examinatoribus Synodalibus.*

TITULUS IX.

MEmoratæ Diſtributiones conferuntur tantùm inſervientibus in Choro, ut communiter loquuntur DD., ex cauſis tamen corporis neceſſitatis, & manifeſtæ Eccleſiæ utilitatis, Canonici ſunt exempti à
penſo Horarum ſolvendo in Choro, & aliquando pri- 1
vatim, & remanent participes Diſtributionum, & aliorum fructuum, ac ſi eſſent præſentes in Choro, *cap. nunc. de Cler. non reſid. ubi Canoniſtæ. Bald. in rubr. C. de Sacroſ. Eccleſ. Ludoviſ. deciſ. 154. num. 2.* & alii. Et quia materia de Diſtributionibus, ac fructibus Præbendarum, conſequenter ſe habet ad Horas Canonicas, ſuadet occaſio, ut hic perſtringamus nonnullas frequentiores cauſas, eximentes Canonicos à præcepto Divini Officii abſque amiſſione Diſtributionum, ac
fructuum prædictorum. Et quidem tam à privata, 2
quàm à publica Sacrarum Precum perſolutione excuſat gravis Infirmitas, ita omnes: & in dubio, an ſit
gravis, vel an talis recitatio notabiliter nocitura ſit 3
ægroto, adhuc ceſſat obligatio Divini Officii, quia non tenetur ſe exponere periculo gravis damni. *Bonac. de Hor. Canon. diſp. 1. quæſt. 6. punct. 1. num. 5. Petr. Anel. de Hor. Canon. cap. 11. dub. 4. num. 7. in fin.* Levior ægritudo non reddit immunem à prædicto onere; ita DD.
communiter. Veruntamen Canonicus excuſatur ab ac- 4
ceſſu ad Chorum cum gaudio Diſtributionum, ſi egrediendo è domo, hujuſmodi morbus probabiliter effici poſſit gravis, prout quis audierit à Phyſico, vel ipſe per experientiam didicerit. *Nav. de Orat. cap. 11. num. 6. S. Fauſt. de Diſtr. lib. 3. quæſt. 26. Bonac. de Hor. Ca-
non. d. 1. quæſt. 6. punct. 1. numer. 5.*, ubi propterea no- 5
tat, leviorem Infirmitatem excuſare tam ab intereſ-
ſentia Chori, quàm à privato Officio: Atque præfa- 6
tæ exemptiones procedunt quantumvis quis ſua culpa in morbum inciderit. *Mareſcott. var. lib. 2. c. 32. Ciarl. tom. 1. lib. 1. cap. 26. num. 28.* Quæ infirmitas ſit levis,
vel gravis, videte *Bonart. l. cit. lib. 2. cap. 38. num. 4.* 7
Sed opus eſt advertere, quòd Canonici ægroti habentur pro præſentibus in Choro, modo, quo diximus, ſi tempore bonæ valetudinis ad Divina Officia accedere ſolebant, aliàs non; & ratio eſt, quia eo caſu
Infirmitas non eſſet cauſa immediata abſentiæ. *Abb. in* 8
cap. Ad audientiam, num. 5. de Cler. non reſid. & *alii*: &
quæ ratio totius ad totum, eſt partis ad partem, *l. quæ* 9
de toto ff. de rei vend. Quamobrem qui ſanus ad Matutinum, & Primam, convenire non conſueverit,
non poteſt tempore infirmitatis hujuſmodi Horarum 10
prætendere Diſtributiones, ut benè obſervant *Graff. 2. p. conſ. lib. 3. conſ. 2. diff. 2. tit. de Celebr. Miſſ.*, & *Sanchez in Opuſc. lib. 2. diſp. 90. num. 4.* Veruntamen ſi in
eadem Infirmitate, pœnitentia ductus, omnibus Ho- 11
ris Divinis intereſſe propoſuerit, omnes, & ſingulas lucratur Diſtributiones. *S. Fauſt. de Diſtr. lib. 3. quæſt.*
29. Limita in foro conſcientiæ, ad tradita per *Bonac.* 12
de Cenſ. d. 2. punct. 4. num. 5. Nam in foro fori poteſt
Capitulum negare Diſtributiones, quia caſus ſuperve- 13
niens recipit interpretationem juxta ſtatum præcedentem,

tem, *cap. Majoris tit. de bapt. in fin. Valer. l. c. V. Horæ Can. diff. 2. num. 1.*
Ut Canonicus Infirmus, Choro inſervire conſuetus,
Diſtributionibus privari nequeat, ejus Infirmitas de-
14 bet eſſe notoria. *Petr. de Anchar. ſuper d. cap. unic.*:
aliàs ſtatur teſtimonio Medici, non autem dicto,
etiam jurato, ejuſdem ægroti, quia agitur de lucro
captando. *Abb. in capit. Quoniam, num. 9. lit. non
cent. Gemin. conſ. 152. n. 3.* ſed ſtandum arbitrio Ju-
dicis: ac jus erit Capitulo dictum Canonicum, ajen-
15 tem ſe fuiſſe infirmitate detentum, ad Diſtributiones
admittere, habita ratione ad qualitatem perſonæ, vel
ad aſpectum, vel ad actus, quos eo tempore fecit, ex
quibus judicatur ſanus, ità DD. apud *Macign. c. 71.
n. 10.*, & propterea fui in voto, quoſdam Canonicos,
aſpectu ſanos, actuſque communes foris agentes, in
Vigilia Nativitatis Domini, nec non ſequenti die,
etiam valdè manè, non eſſe habendos pro præſenti-
bus in Choro, quantumvis dicant, ſe eadem Sacra-
tiſſima Nocte non potuiſſe Matutino intervenire, niſi
fide Phyſici conſtet de eorum improviſo morbo ex-
cuſante.
Orta controverſia inter Capitulum, & Canonicum,
an quis modò verè infirmus, ſolitus eſſet in bona va-
16 letudine frequentare Chorum, incontinuario proban-
da venit per Capitulum, quoniam delicta non præ-
ſumuntur, *Mar. Ant. lib. 1. reſp. 92. n. 27.* Canoni-
17 cus, extra locum ſuæ reſidentiæ ægrotus, non lucra-
tur Diſtributiones, ita *Raguc. de Voc. c. ult. n. ult.* Etſi
18 ſanus intervenire conſueviſſet, ſed contrarium proba-
biliùs docent *Monet. de Diſtr. q. 6. num. 7. Caſtr. Pal. ubi
ſupra d. 3. punct. 9. §. n. 6. Ricc. in Prax. p. 2. reſ. 444.*
Ratio eſt, quia abſeoria loci non facit, quin ſit
ægrotus, & propterea haberi pro præſente in Cho-
ro, cum acquiſitione Diſtributionum, Canonicum
convaleſcentem, qui è loco ſuæ Eccleſiæ demigrat
ad balnea, vel ad alium locum ſalubrioris aeris de
conſilio Phyſici: firmant *Graff. 2. p. dec. l. 3. c. 13. n.
10. Vulp. loc. cit. c. 13. n. 21.* Similiter domi commo-
19 raotes, quia podagra laborant, vel quia medicinam
ſumpſerint, vel ſanguine minuti ſunt. *Gordon. loc.
cit. cap. 7. n. 29. Ugol. ubi ſupra cap. 19. n. 6.* Vel ſi
abſunt à Choro ad exonerandum corpus, vel ut ra-
20 dant barbam, ſecundùm *Sanchez conſ. l. 2. c. 2. dub. 97.*
quam opinionem probabilem dicit *Eſcob. ubi ſupra*, &
confirmat non minùs benignus, quàm doctus *Dian.
mor. p. 10. tract. 16. reſ. 44.* Canonicos octogenarios
excuſant à Choro, *Barbat. l. cit. n. 55. Marin. quotid.
reſol. cap. 40. n. 4.* à quibus non diſſentit *Grat. diſcept.
21 for. cap. 805. num. 41.* At videtur in hoc non poſſe
dari certa regula, nam ut inquit *Abb. antiq. in capit.
Quoniam, n. 4. ut lit. pen. nil. inno*, alii in annn 70.
ita ſunt confracti, ſicut alii in 80., undè non erunt
liberi à Choro, & ibi Horariis Precibus decantandis,
niſi qui hæc efficere nequeunt ſine gravi ſuæ ſalutis
detrimento. *Hoy:d. Nal. loc. cit. Graff. eſſ. 17. num. 48.*
22 Nec eos eximit ſervitium, vel quadragiota anno-
rum, Eccleſiæ præſtitum, niſi ſuper hoc adſit Statu-
tum à Papa confirmatum, vel immemorabilis con-
ſuetudo. *Nav. conſ. 12. de Cler. non reſid. Garz. de Ben.
p. 3. c. 2. n. 344.* Conveniens tamen eſt, ut Canonici,
qui per plures annos inſervierunt Eccleſiæ, fiant exem-
23 pti in Choro, à cantandis Lectionibus, legendo Mar-
tyrologio, & cantandis Miſſis votivis, & ſimilibus
gravioribus corporis laboribus. *Monet. loc. cit. part. 2.
quæſt. 7. n. 13.* Maximè ſi agant ſexageſimum annum,
quo tempore eximuntur à jejunio. *Caſtr. Pal. de Juſt.
& Jur. diſp. 3. pun. 2. §. 5. nu. 6. & Verricell. QQ.
mor. tr. 5. quæſt. 5. n. 154.* Prædictis favet, quod & eme-
riti milites, qui dicuntur veterani, à multis mune-
ribus perſonalibus eximuntur, *l. d. munerib. ff. de mun.
& honor.* atque major favoc nnn decet milites arma-
tæ, quàm Cœleſtis Militiæ. *Gloſ. in l. Miles. V. poteſt.
tit. de Re Jud.*
Qui poſt adeptum Canonicatum, evaſit cæcus,
remanet liber à ſervitio Chori, & lucratur Diſtribu-
24 tiones: ita declaravit Sacr. Congreg. relatore *Barb.
de Jur. Eccl. univ. lib. 3. capit. 17. num. 1.* Si verò
non ſit omniò orbus, ſed tantùm ob viſus debili-
tatem non valeat legere in Libro, & ſoleat per
25 vias ambulare, tenebitur adire Chorum, & ibi re-
citare, quæ ſcit, memoriter. *Filliuc. tr. 27. cap. 9. n.
28. Vanc. & Vega loc. cit. cap. 127. caſ. 1.* Nam Præ-
bendatus ad duo obligatur, nempè ad exhibendam
corporalem ſui præſentiam in Choro, & ibi Divi-
num Officium celebrandum. *Azor. l. 3. c. 11. quæſt. 12.* 26
*tom. 2. Garz. de Ben. in add. ad 3. p. capit. 2. numer.
515.* Undè Canonicus cæcutiens, non valens perſolve-
re utrumque, reſpondeat uni, faciendo in Choro co- 27
piam ſuæ præſentiæ, quæ Chorum illuſtrat, hone-
ſtat, & authorizzat, ut inquiunt *Trullen. in Dec. c. 7.
d. 28. n. 8. Sanchez ubi ſupra c. 2. dub. 90.* Idem ſequi-
tur de Canonico rauco, qui vocem tam obtuſam ha-
bet, ut nullatenus valeat eam emittere, quoniam 28
ſua nuda præſentia tenetur adhuc Choro intereſſe,
ac habitu Canonicali indutus publicæ actioni deco-
rem addere. *Bonac. l. c. d. 1. q. 7. p. 2. nu. 12. Cand. ubi
ſupra d. 18. art. 26. d. 1.* Pari modo Canonicus ſurdus,
eſt obnoxius Divinis aſſiſtere. *Nav. de Orat. cap. 11.* 29
n. 41. Gordon. Mor. lib. 6. quæſt. 2. cap. 7. n. 28. quam-
vis Præcepto Eccleſiæ non ſatisfaciat, niſi totum Of-
ficium per ſe ſubmiſſè recitet; *Eſcob. l. c. c. 5. n. 70.* 30
*Monet. l. c. quæſt. 2. n. 47. Cordon. Conſ. Reg. p. 2. reſp. 77.
num. 37.* Si verò non ſit totaliter ſurdus, & canat
cum ſociis ſui Chori, ſimulque ſentiat, ut altera
pars Chori verſus terminaverit, ac audiat ſaltem in
confuſo ſacra Verba, non ſolùm debito Chorali ſa- 31
tisfacit, ſed remanet liberatus à privata recitatione:
*Emman. Sa. V. Horæ, n. 9. Fragoſ. to. 2. l. 10. d. 22. §. 6.
n. 198. Tiber. l. c. c. 14. quæſt. 109. Verricell. ubi ſupra n.
118. Paſqual. dec. 407. n. 2.*
Nec obſtaculum facit, quòd ſurdaſter nnn reſpon-
det ſuæ obligationi privatè recitando cum ſocio, cu-
jus verba diſtinctè non percipiat, ſed dumtaxat in
confuſo: namque id facit ex ſua voluntate, at reci-
ratio in Choro provanit ex neceſſitate. *Trullen. loc.* 32
*prox. cit. cap. 7. dub. 28. numer. 8. Dian. Mor. part. 9.
tract. eod. reſol. 28.* Differunt inter ſe obligatio decan-
tandi Officium in Choro, & hoc privatim recitandi;
aliquando enim quis erit immunis à publica, non à
privata Lectione, & vica veria. *Jacob. de Graff. p. 2.
dec. l. 2. c. 14. n. 3.*
Quapropter Canonici, occupati in curandis, aut
cuſtodiendis infirmis, ſive in ſedando tumultu; vel
componendis gravibus inimicitiis, aut in alio nego-
tio non levis ponderis, aximuntur ab onere Horas 33
Canonicas privatim recitandi, ſi ad id non ſuperſit
tempus. *Sylv. in Summ. V. Hora, quæſt. ultim. Va-
len. tom. 3. diſp. 6. part. 10. §. 7. Cand. part. 1. diſq.
28. art. 24. d. 3. Lezzan. in Summ. part. 2. cap. 12. n.
25.* Sed non habentur pro præſentibus quo ad lucri-
faciendas Diſtributiones, quia non abſunt ob ſui cor- 34
poralem neceſſitatem, ut poſt alios notat *Trullen. in
Dec. l. c. d. 27. num. 3.* Arbitrantur nonnulli, eos,
qui aliquo ex narratis, vel aliis ſimilibus impedi-
mentis detioentur, quibus ſibi non permittatur majo-
rem partem Officii illius diei privatè perſolvere, ex- 35
cuſari etiam à minoris partis recitatione: ita *Leſſ. l.
c. c. 37. d. 9. n. 54. Garz. ubi ſupra, part. 3. cap. 1. num.
222. Ghilin. V. Officium, num. 24. Azor. tom. 2. lib. 10.
cap. 23. q. 5. Caramuel. ſuper Reg. D. Bened. q. 205. in
fin. Verricell. l. c. quæſt. 5. n. 131. Rodriq. QQ. reg. tom.
1. quæſt. 42. art. 10.* Ratio eſt, quia in Divino Offi-
cio non datur præceptum indicens lectionem unius
horæ, ſed totius Officii. Alii verò tenent, non va- 36
lentem, ob inſinuatas cauſas, privatè legere, unam,
vel duas ex Horis Eccleſiaſticis, eſſe obſtrictum ad eas
recitandas, ut poteſt, quia quælibet hora præcipitur
recitanda, & una non pendet ab alia, ſed eſt divi-
dua, ita *Suarez. l. 4. de Relig. tract. 4. c. 28. nu. 14. Ti-
ber. l. cit. dub. 1. Petrell. lect. 15. §. 2. n. 11. Laym. Mor.
lib. 4. tract. 1. cap. 6.* cum aliis, quorum ſententia li-
cèt ſit tutior, tamen prima eſt ſatis probabilis, &
huic adhæreo, nè infirmi perplexitatibus vexentur 37
in inveſtigando, an valeat unam, duas, vel tres ho-
ras dicere, ut benè obſervant *Rodriq. in Summ. to. 1.
cap. 144. Vega ubi ſupra caſ. 16. Molfeſ. de Hor. Can.
tract. 5. cap. 4. n. 27. Caſtr. Pal. l. c. d. 2. p. 6. num.
9.* & iterum docet *Caramuel. in Theol. Fundam. ſect. 3.
quæſt. 21.*
Canonicus, ob juſtum metum inimicorum domo non
egrediens, vel à loco ſuæ reſidentiæ exiliatus, aut

38 ibi carceratus, poſtquam per ſententiam abſolutus fue-
rit, non privatur Diſtributionibus, cum jus natura-
le dictet, neminem ſine culpa eſſe puniendum; *Qua-
ran. in Sum. V. Diſtributiones. Leo in Theſ. p. 2. cap.
23. numer. 25. Guazzia. lib. 2. def. 2. cap. 59. numer.
57. Vulp. in Prax. Judic. cap. 13. num. 24. Pena dec. 50.
n. 6. p. 1.*

Pariter injuſtè excommunicatus, ſuſpenſus, inter-
dictus, qui priùs erat ſolitus Chorum frequentare,
quia ſine culpa abeſt à Choro, lucrifacit Diſtributiones
ſtatim atque de hujuſmodi injuſtitia conſtabit. *Fely. in
cap. Apoſtolicæ, n. 13. de except. Sa. V. Benef., n. 48.* & ex
parte *Garc. l. c. part. 7. c. 23. n. 118. Grat. c. 591. n. 38.
Lotther. l. 3. quæſt. 22. n. 139.*

Canonici, non intereſſentes Choro, eo quòd Eccle-
ſia abſque eorum culpa remanet interdicta, polluta,
40 vel de repente diruta, non privantur Diſtributioni-
bus; debent tamen privatim Divinum Officium re-
citare. *Barbat. ubi ſupra, num. 49. Sanctarell. loc. cit.
quæſt. 9. num. 14.* Tempore autem interdicti localis ge-
neralis non eximuntur à recitandis Horis Canonicis
41 ſubmiſſa voce in Choro, juxta formam traditam *in
c. Alma Mater, de ſent. excom. in 6.*, aliàs ſunt vacui à
Diſtributionibus: *Covar. ſuper d. cap. Alma. Bonac. de
Diſtrib. d. 2. quæſt. 5. part. 2. §. 4. numer.* 6. Rema-
42 nent etiam Diſtributionum expertes, qui tempore
peſtis non inſerviunt Choro, niſi ſit conſuetudo præ-
ſcripta, eas tali eventu recipiendi; *Scip. de Rub. in
Aphor. Epiſc. V. Peſtis n. 4.*, & ita declaravit S. Congr.
Conc. in una *Vercellen. & in Mediolanen. 16. Novemb.*
1630. relatore *Ciarlin. loc. cit. cap. 26. num. 22.* quod
eſt contra *Bonac. loc. ſtatim cit. num. 7.*, cujus opinio non
eſt improbabilis, præciſa dicta declaratione, loquen-
do de ſimplici Canonico, aut Dignitate, quibus non
43 incumbit Cura animarum, quam habentes, tempo-
re peſtis non poſſunt relinquere ſuum gregem, ut notant
*Card. Tol. ſuæ Inſtruct. lib. 4. cap. 10. num. 6. Gavan. in
Man. V. Peſtis.* Secunda cauſa excuſans Canonicos à
Choro, ſine amiſſione Diſtributionum, eſt manifeſta
44 Eccleſiæ utilitas, quod intellige de propria Eccle-
ſia, non aliena, ut advertunt *Jo. And. in capit. 1.
de Cleric. non reſ. Anchar. in Rub. eod. tit. numer. 4.
lib. 6.*

Canonici Subcollectores Spoliorum Cameræ Apo-
ſtolicæ, Conſultores Sacræ Inquiſitionis, tempore Di-
45 vinorum in ſuo munere impediti, ſunt liberi à Cho-
ro, & nullam faciunt Diſtributionum jacturam.
*Vivian. de Jurepatr. lib. 15. cap. 3. nu. 134. Fragoſ. ubi ſu-
pra diſp. 23. n. 7. Vulp. in Prax. Jud. c. 13. n. 28. & alii*,
46 idem ſequitur de Canonicis Examinatoribus Synodali-
bus, ut de mente Sac. Congr. affirmant *Vener de Exam.
Epiſc. l. c. cap. 42. num. 25. Homob. de Exam. p. 1. tract. 1.
quæſt. 29. num. 30. Vulp. ubi ſupra, n. 30.* & alii apud *An-
tonell. de Regimin. lib. 3. c. 16. n. 22.*

ARGUMENTUM.

Agitur de iis, qui ob infirmitatem, ſeu aliud legiti-
mum impedimentum, non intereſſentes Choro, lu-
crantur fructus, & Diſtributiones ac ſi eſſent præſen-
tes; Et an valida ſint Statuta, denegantia taliter
impeditis dictos fructus, & Diſtributiones, & è con-
verſo eaſdem concedentia, ſi Epiſcopi approbatione
careant.

SUMMARIUM.

1 *Infirmitas regulariter excuſat ab intereſſentia Chori, ad effectum lucrandi Diſtributiones.*
2 *Dummodò infirmus de tempore bonæ valetudinis ſolitus eſſet Chorum frequentare*, & n. 3. & 4.
5 *Leves morbi, ut febriculæ catharrales, & ſimiles, non ſunt cauſæ legitimæ Choro non intereſſendi.*
6 *Niſi tamen prudenter timeatur, quòd ex acceſſu ad Chorum, poſſint fieri graviores.*
7 *Afferuntur exempla dictæ limitationis.*
8 *Qui domo egreditur, vel moratur extra locum reſidentiæ, non reputatur ad hunc effectum infirmus.*
9 *Limita, quando propter levamentum aliquando domo exiret.*
10 *An excuſetur, qui pro recuperanda ſalute, ad locum ſalubrioris aeris ſe confert, vel ad balnea*, & numer. 11.
12 *Abſens ex juſta cauſa, animo brevi redeundi, ſi infirmatur, erit excuſandus.*
13 *Idem dicendum de Canonico, qui accepta poſſeſſione Canonicatus per Procuratorem, in infirmitatem incidiſſet, nondum incepto ſervitio Eccleſiæ.*
14 *Ubi videri poſſint alia ad materiam pertinentia.*
15 *Tempus infirmitatis non eſt regulariter computandum Canonico pro tempore, quo gaudet vacationibus.*
16 *Declara, niſi Canonicus infirmaretur tempore, quo abeſt ex cauſa gaudendi vacatione, ſibi permiſſa.*
17 *Infirmitas, in quam quis incidit ex propria culpa, vel etiam data opera, reputatur cauſa ſufficiens ad excuſandum, ab intereſſentia Chori, & lucrandas Diſtributiones.*
18 *Eodem modo, quo infirmitas, in quam Beneficiatus incidit ex propria culpa, undè redditur impotens accendendi ad Sacros Ordines, ſuo Beneficio congruentes, non ſufficit ad incurrendam privationem Beneficii.*
19 *Senectus, regulariter loquendo, non excuſat ab intereſſentia Chori.*
20 *Limita, quando juxta prudens, ac rectum judicium, æquiparetur infirmitati*, & n. 23.
21 *In qua ætate quis reputandus ſit ſenex*, & n. 22.
24 *Qui ſexageſimum annum exceſſit, eximitur à cantandis lectionibus, Miſſis, aliiſque ſimilibus corporis defatigationibus, maximè ſi adſint alii, prædicta munia adimplere valentes.*
25 *Canonico totaliter cæco, cùm ſit omninò inhabilis pro Chori ſervitio, debentur Diſtributiones, abſque onere intereſſendi.*
26 *Idem dicendum de Canonico amente.*
27 *Secus verò, ſi agatur de Canonico, ſurditate, vel raucedine laborante.*
28 *Non valet Statutum, denegans Beneficiato infirmo Diſtributiones. Declara* n. ſeq.
30 *Ad effectum lucrandi Diſtributiones in abſentia, ultra cauſam legitimam, requiritur etiam licentia.*
31 *Statutum circa dandas, vel denegandas Diſtributiones infirmis, non eſt validum, niſi accedat Epiſcopi approbatio.*
32 *Canonicus infirmus, & ſolitus reſidere, lucratur etiam portionem Diſtributionum, quæ à Canonicis, legitimè non impeditis, amittuntur.*
33 *An, & quando Canonicus, ex cauſa gravis inimicitiæ, abſens, gaudeat Diſtributionibus*, & numer. 34.
35 *An illis pariter gaudeat injuſtè carceratus, vel in exilium miſſus.*
36 *Quòd ſi carceratio ſit juſta, an Canonico pauperi ex fructibus, & Diſtributionibus, debeat aſſignari aliqua congrua portio, pro illius neceſſariis alimentis; & etiamſi eſſet excommunicatus.*
37 *Canonicus tranſmittit Diſtributiones ad hæredes.*
38 *Etiam ſi non fuerint exactæ.*
39 *Diſtributiones, bona fide repartitæ inter Canonicos, non debent reſtitui.*
40 *Limita ſi ille, cui debebantur, proteſtatus fuit.*

ANIMADVERSIONES.

INfirmitas regulariter eſt cauſa legitima excuſandi
ab intereſſentia in Choro, & lucrandi fructus,
& Diſtributiones quotidianas, juxta *Text. in c. cum* 1
*promiſſio, de Cler. ægrot. & c. unic. de Cler. non reſi-
den. in 6.* Ad hunc tamen effectum neceſſe eſt primò,
ut infirmitas ſit cauſa præciſa non reſidentiæ, ut no- 2
tat *Fagn. in d. c. cùm percuſſio num. 11. & 26.*, nem-
pè quòd Canonicus infirmus de tempore bonæ vale- 3
tudinis ſolitus eſſet Choro intereſſe. *Barboſ. de Offic.
& Poteſt. Epiſ. alleg. 53. numer. 166. p. 3. De Luc. de
Canon. diſ. 12. numer. 4. Tranchedin. conſult. 90. num.
4. tom. 2. Capon. Diſcept. For. c. 123. n. 104.* Etenim ſi
Canonicus, dum impedimento malæ valetudinis non
detinebatur, rarò ad Chorum accedebat, & ex gra-
tia Horis Matutinis intereſſe non ſolebat, non po- 4
teſt conſequi niſi Diſtributiones illarum Horarum,
quibus, dum erat ſanus, intervenire conſueverat, ut
mo-

monent *Capon. & Tranchedin. loc. cit.* Secundò verò
oportet, quòd infirmitas ſit morale impedimentum in-
5 tereſſentiæ, ita ut ſine periculo vitæ non valeat Ca-
nonicus præſtare debitam aſſiſtentiam Choro, nam le-
vis morbus, ut ſunt ſebriculæ catharrales, & ſimi-
les, non excuſant. *Tranchedin. d. conſ. 90. n. 1. & 2. & 3. Odd. de Reſt. in integr. qu. 11. n. 31.*

Dicitur tamen eſſe cauſa ſufficiens ad excuſandum
ab intereſſentia Chori, etiam infirmitas levis, quo-
6 ties prudentis hominis arbitrio timetur, quòd ex ac-
ceſſu ad Chorum fieri poſſet gravis, ut benè diſtin-
guunt, cæteris relatis, *Capon. diſcept. forenſ. 123. nu. 100. & ſeq. Fagnan. in cap. licet. num. 14. & ſeqq. de præbend. & Ventrigl. in Prax. adnot. 19. §. 2. nu. 2.*
7 ac proindè, ſi quis domi moraretur propter emiſſio-
nem ſanguinis, ſumptionem medicinæ, vel etiam
propter morbum podagræ, dicitur abeſſe à Choro ex
juſta cauſa. *Capon. ubi ſupra, n. 107. & ſeqq. Ventrigl. ibid. n. 2.*

Hinc eſt, quòd non poteſt reputari ad prædictum
effectum infirmus ille, qui exit domo, vel moratur
8 extra locum reſidentiæ *Caſtr. Pal. Oper. Mor. part. 2. diſput. 3. punct. 9. §. 12. num. 2. Hurtad. de Reſiden. lib. 3. reſol. 3. pag. 237. Tranchedin. d. conſ. 9. num. 6.*
9 niſi aliquando propter levamentum exiret domo, ut
declarat *id. Ventrigl. ibid. n. 2. Garz. de Beneſic. part. 3. cap. 2. & apud eum Rota ſub num. 363.* Vel ſi ex Me-
10 dicorum conſilio pro recuperanda valetudine ad lo-
cum ſalubrioris aeris ſe conferret, vel ad balnea per-
geret, nam etiam in hoc caſu, licèt pro contraria
non deſint Authores, nempè *Barbat. de Diviſ. Fruct. part. 1. cap. 15. n. 59.* aliique relati *à Ventrigl. ubi ſupra ſub n. 1.*, videtur, quòd Canonicus ſit excuſan-
dus, quòdque eidem denegandæ non ſint Diſtribu-
tiones ex cauſa dictæ abſentiæ à loco; quia cauſa uni-
11 ca, & immediata ſit infirmitas, maximè ſi concurre-
ret conſuetudo admittendi ad Diſtributiones abſentes
à loco reſidentiæ ex cauſa neceſſitatis, infirmitatis,
ſive utilitatis Eccleſiæ, ut advertit *idem Ventrigl. d. adnotat. 19. §. 2. nu. 2.*

Quod puto extendendum eſſe etiam ad caſum, quo
Canonicus abſens ex aliqua juſta cauſa, animo bre-
12 vi redeundi, infirmaretur; cum tunc cauſa non reſi-
dendi eſſet infirmitas, quæ impediret reditum jam da-
ſtinatum, ut monent relati per *Capon. d. conſult. 123. nu. 104.* Quinimmò etiam ſi Canonicus, accepta poſ-
13 ſeſſione Canonicatus per Procuratorem, in infirmita-
tem incidiſſet nondum incæpto ſervitio Eccleſiæ, ut
declaravit *S. Cong. Conc. in Sarſinaten. 23. Julii 1650. tenoris ſeq. Sacra Congr. cenſuit, Canonico Oratori deberi Diſtributiones quotidianas toto tempore infirmitatis, etiam ſi accepta poſſeſſione Canonicatus nunquam ex cauſa dictæ infirmitatis Eccleſiæ inſervierit.*

Multa alia ad hanc materiam videri poſſunt penes
14 *Barboſ. ad Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 12. à nu. 18. ad plur. ſeqq.*, & latiùs apud *Pignatell. conſult. 115. à num. 52. & plur. ſeqq. tom. 9.* ſolùmque addimus,
15 quòd tempus infirmitatis non eſt regulariter compu-
tandum Canonico, pro tempore vacationum trium
menſium, ut declaravit *d. Sacr. Congr. Concilii* teſte
Pignatell. d. conſult. 115. n. 56. hoc tamen intelligen-
16 do, niſi Canonicus infirmaretur tempore, quo abeſt
ex cauſa gaudendi vacatione ſibi permiſſa, quia in
hoc caſu ægrotatio non fuiſſet cauſa non intereſſendi,
nam etiam ea ceſſante, Canonicus tunc temporis va-
caſſet ab Eccleſiæ ſervitio, verùm ſi ultra tempus va-
cationis perduraret infirmitas, non eſſent ipſi ſubtra-
hendæ Diſtributiones, ut benè advertit idem *Pignat. d. conſult. 155. n. 65.* & ex mente *d. Sacr. Congreg. Fagnan. in cap. licèt, n. 140. & 149. de præben.*

Infirmitas verò, in quam ex propria culpa incidit
Canonicus, vel etiam data opera, ſufficiens cauſa re-
17 putatur ad eximendum ab intereſſentia, & lucrandas
Diſtributiones, ut docent *Leo in Theſaur. For. Eccleſ. part. 2. cap. 8. n. 25. Mareſcott. Var. Reſol. lib. 2. capit. 32. Garz. de Beneſi. part. 3. cap. 2. n. 362. Eſcob. de Hor. Canon. quæſt. 5. n. 93. Ventrigl. d. adnot. 19. §. 2. n. 2. Capon. d. diſcept. 123. n. 101. & ſeqq.*, licèt
contrarium ſentiat *Monet. de Diſtrib. quotid. part. 2. quæſt. 6. n. 15.* & ratio eſt, quia infirmitas, in quam
incidit Beneficiatus ex ſua culpa, per quam redditur
incapax aſcendendi ad ordines Sacros, ſuo Beneficio 18
congruentes, non ſufficit, ut incidat in ejuſdem Be-
neficii privationem, ut ait *Fagnan. in cap. ut Abbates, numer. 36. de ætat. & qualit., & in cap. licet num. 147. de præben.*

Quæritur etiam, an ætas ſenilis, utpote quædam
habitualis infirmitas, excuſet ab intereſſentia, & ſuf- 19
ficiat ad lucrandas Diſtributiones: & licèt regulariter,
& indiſtinctè loquendo, ſenes non poſſint connumera-
ri inter valetudinarios, ſive infirmos *Felin. & Soccin. in capit. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt. Gomez. in Regul. Canc. de infirmis reſignan. quæſt. 7.* cum
aliis apud *Ventrigl. d. adnot. 19. §. 2. numer. 4.*, atta-
men quando ſenectus juxta prudens, ac regulatum ju-
dicium æquiparetur infirmitati, ſufficit ad dictum ef- 20
fectum. *Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt. 7. numer. 7. Barboſ. de Canon. cap. 24. numer. 37.* & ex *mente Sac. Congreg. Concil.* docet *Fagnan. in dict. cap. licet, num. 146. de præben.*

Nonnulli volunt, reputandos eſſe ſenes, qui ſunt
conſtituti in anno ſeptuageſimo. *Narbon. de Ætat. ann.* 21
70. quæſt. 1. & 2. num. 6. cum aliis apud eum: alii ve-
rò, qui ſunt octuagenarii, ut *de Marin. reſol. 40. n. 4.* 22
tom. 1. Grat. diſcept. 805. nu. 41. Capon. d. diſcept. 123. n. 103., Ego autem crederem, ut dictum fuit, hoc eſ-
ſe remittendum arbitrio Judicis, nec eſſe de facili ad-
mittendam cauſam ſenectutis, niſi conjuncta fuerit cum 23
aliqua infirmitate; nam in praxi ſæpè videmus, plu-
res ſenes bonæ valetudinis, qui abſque incommodo poſ-
ſunt Eccleſiæ inſervire, ideoque non ſunt excuſandi,
& eximendi ab intereſſentia Chori, ut etiam monet
idem *Ventrigl. ubi ſupra.*

Æquitati verò ſummoperè conſonum eſt, ut ſenes,
videlicet ii, qui exceſſerunt annum ſexageſimum,
quique inſerviendo Eccleſiæ ſubſtinuerunt pondus diei,
& æſtus, exemplo militum veteranorum, de quibus 24
eſt *Text. in l. à muneribus ff. de munerib. & honor.*, exi-
mantur à cantandis lectionibus, Miſſis, aliiſquè gra-
vioribus corporis defatigationibus, & officiis Capitu-
laribus, maximè ſi adſint alii, qui commodè eadem
munia ſubire valeant, ut advertunt *Monet. d. tract. part. 2. quæſt. 7. numer. 15.* & citato *Ceccop. lib. 2. ſub n. 152. Capon. diſcept. 123. n. 117.*

Canonico totaliter cæco, utpotè omnino inhabili ad
Chori ſervitium, deberi Diſtributiones abſque inte-
reſſentia, docent *Barboſ. de Canon. capit. 24. numer. 90.* 25
Capon. ibidem numer. 119. & ſeq. Pignattell. conſult. 115. num. 60. tom. 9. & pleniùs *Fagnan. in c. cùm percuſſio, à num. 12. uſq. ad 27. de Cler. ægrot.*, ita pariter Cano- 26
nico dementi, ut dixit *d. S. Cong. in Caſtellana 4. Martii 1652.* Non tamen hoc procedit in caſu Canonici, 27
qui in ſurditatem, aut raucedinem incidit, quia iſte
non eſt omnino inhabilis ad Chorum. *Capon. ubi ſupr. num. 120.*

Eſt autem adeo rationi conſentaneum, ut Canoni-
co, ſive Beneficiato infirmo, debeantur Diſtributio-
nes, ut non ſubſtineatur Statutum, illas denegans,
utpote contra Jus, relatum *in d. capit. 1. de Cler. ægrotante*, & ipſam rationem, nè retrahantur Eccleſiæ Mi- 28
niſtri ab illius ſervitio, maximè quia etiam famulo
debeatur ſalarium tempore infirmitatis; undè quic-
quid dicat *Caſtr. Pal. Oper. Mor. part. 2. diſput. 3. punct. 9. §. 12. numer. 59.* & *Tranchedin. conſ. 90. numer. 5. tom. 2.*, verius eſt, tale Statutum eſſe invalidum,
prout illud declaravit *d. Sac. Congreg.*, ut teſtatur *Fagnan. in capit. licet, nu. 138. de præben.*, quamvis va-
lidum reputari deberet, ſi ſtatueret, quòd non gau-
deret excuſatione Canonicus infirmus, ſi exit domo, 29
aut moratur extra locum reſidentiæ, ſive ſi non mi-
ſerit excuſationem, & cauſam non juſtificaverit, quia
hoc eſt potiùs ad formam Juris, juxta quam, ad ef- 30
fectum lucrandi Diſtributiones in abſentia, requiritur
non ſolùm cauſa legitima, ſed etiam licentia, ad *Text. cap. relatum 4. de Cleric. non reſiden. Garz. de Beneſ. p. 3. capit. 2. numer. 80. & 90. Tranchedin. ubi ſupra, nu. 6. & 9.*

Eſt etiam notandum, quòd Statuta, diſponentia
circa diſtributiones dandas, ſive denegandas infir-
mis non reſidentibus, eatenus ſunt valida, quate-
nus etiam Epiſcopi approbatio acceſſerit, cum Capitu- 31
lum non habeat per ſe authoritatem abſolutam ſtatuen-

di circa modum, & formam lucrandi Diſtributiones. *Rot. in Lucana Juris lucrandi Diſtributiones 9. Aprilis 1601. cor. Pamphyl. Ventrigl. in Prax. d. adnot. 19. §. 2. num. 3.* Undè *in Piſtorien.* 20. *Maii* 1586. cenſuit *Sacr. Congr. Epiſ.* relata *per Pignatell. conſult.* 115. *num.* 86. *tom.* 9., Capitulum non poſſe concedere Canonicis, etiam ex cauſa, quòd abſint ab Eccleſia, & eiſdem pro tempore abſentiæ dare Diſtributiones, contraria conſuetudine non obſtante.

Ulteriùs notandum eſt, Canonicum detentum infirmitate, & ſolitum reſidere, lucrari etiam portio-
32 nem earum Diſtributionum, quæ à Canonicis, abſque legitimo impedimento abſentibus à Choro, amiſſa fuit; quia infirmus, quoad percipiendas Diſtributiones quotidianas, ex juris interpretatione habetur pro intereſſente, ut probatur ex *cap. unic. de Cler. non reſident. in 6. & ibi Abb. n. 7.*, & pluties declaravit *S. Cong. Concilii*, ut notant *Fagnan. in d. cap. cum percuſſio, à nu. 28. ad fin. de Cler. ægrot., & Pignatell. conſult. 115. n. 54. & ſeqq.*

Adinſtar infirmi, gaudet Diſtribotionibus in abſentia etiam ille Canonicus, qui ex cauſa gravis inimi-
33 citiæ, contractæ poſt adeptum Canonicatum; citra ejus culpam, probata tamen cauſa, per Superiorem. *Pignatell. conſult. 14. n. 1. tom. 7.*, & hujuſmodi licentia ſolet paſſim concedi per Sac. Congregationem Concilii ad annum, ut apud *Garz. de Benef. cap. 3. part. 2. num. 351. Piton. diſcept. Eccleſ. 34. num. 4.* Undè con-
34 currente dicta cauſa abſque culpa Canonici, quamdiù illa duraverit, non debet à Superiore denegari dicta licentia cum facultate lucrandi dd. Diſtributiones. *Ciarlin. controv. 227. num. 33. Piton. ubi ſupra num.*
35 *5.*, idemque dicendum eſt de injuſtè carcerato, vel in exilium miſſo, ſive ex levibus indiciis, etiam ſi exilium, vel carceratio, procedat à Laica Poteſtate. *Piton. d. diſcept. 34. num. 9. & ſeqq.* Quinimmò ſi carceratio, vel alia ex cauſis adductis, non eſſet injuſta, ſed proceſſiſſet ex culpa, & facto ipſius Canonici, licèt
36 non eſſent eidem debitæ Diſtributiones, attamen ſi eſſet pauper, deberet ex dictis Diſtributionibus, & fructibus Canonicatus, applicari aliqua congrua portio pro ipſius Canonici neceſſariis alimentis, nè in opprobrium ordinis Canonicalis mendicare cogeretur, etiam ſi eſſet excommunicatus, *gloſ. in capit. paſtoralis, de appellat. in final. Lotter. de Re Benef. lib. 3. quæſt. 27. num. 140.* cum aliis apud eundem *D. Piton. ubi ſupra num. 28.*

Cæterùm notandum eſt, quòd Diſtributiones jam lucratæ à Canonico, qui demum deceſſit, ſpectant ad illius hæredes, tanquam acquiſitæ labore, & ſervitio perſonali, & tanquam merces operis, & ſtipendium laboris; ita ut de illis verum dominium acqui-
37 rat. *Gemin. in cap. unic. §. Qui verò, 2. & 3. notab. de Cler. non reſid.* cum aliis apud *Rot. dec. 117. n. 3. & 4. & dec. 135. nu. 1. part. 9. rec.* etiamſi non fuerint exa-
38 ctæ. *Rot. d. dec. 117. n. 6. & 7. Cler. Diſcord. Benef. 45. n. 58.* Licèt Diſtributiones, inter Canonicos bona fide repartitæ, non poſſint repeti à Canonico, cui aliàs
39 de jure debebantur. *Oldrad. conſ. 156. Put. dec. 169. n. 2. lib. 1.* niſi ipſe proteſtationem emiſiſſet, ac proindè
40 excloſa remanſiſſet bona fides. *Rot. eadem dec. 117. nu. 11. & 12. p. 9. recentiorum.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De Canonico, Theologalem Præbendam poſſidento, ac Pœnitentiario, & exercente Curam animarum: ac de Vicario Capitulari: De Canonico Camerario, & Sacriſtiæ Præfecto; an iſti, occupati in eorum officiis, lucrentur Diſtributiones.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus, Præbendam Theologalem retinens, excuſatur à Choro, non tantùm horis, quibus legit, ſed etiam tota illa die, & Diſtributiones, aliaque emolumenta, lucratur.*

2 *Lectioni, per eundem Canonicum habendæ, tenentur omnes Canonici intereſſe.*

3 *Confeſſarii ſeculares Diœceſis cogi poſſunt accedere ad conferentias Caſuum, à Vicariis Foraneis præſcriptas.*

4 *Canonicus Pœnitentiarius, ex Decreto S. Trid. Concil. debet neceſſariò inſtitui in Cathedralibus.*

5 *Tenetur congruis Horis in ſuo Confeſſionali omnium Confeſſiones audire, etiam caſus reſervatos non habentium.*

6 *Et eo tempore habetur in omnibus tanquam præſens.*

7 *Quid de Canonicis, conſtitutis ab Epiſcopo in Collegiatis, cum facultate abſolvendi à reſervatis.*

8 *Canonici Collegiatæ Parochialis, à Capitulo deputati, & ab Epiſcopo approbati ad Curam animarum, adminiſtrando Sacramenta, tam in Eccleſia, quàm extra, occaſione Infirmorum, habentur pro præſentibus, & Diſtributiones lucrantur: Amplia* num. 9.

10 *Quod intelligendum venit, tam de Diſtributionibus ordinariis, quàm extraordinariis.*

11 *An idem dicendum de eo, qui poſſet Sacramenta anticipatè miniſtrare, vel in aliud tempus differre.*

12 *Impedimentum affectatum non tribuit juſtam cauſam ſe eximendi à Choro.*

13 *Canonicus Curatus habet ſtipendium pro onere Curæ, & Chori.*

14 *Commendatur Frater Gabriel Carmelita Excalceatus.*

15 *Secuta vacatione Eccleſiæ Parochialis, debet Epiſcopus, habita illius notitia, ſtatim conſtituere idoneum in ea Vicarium.*

16 *An Canonicus, deputatus ab Epiſcopo in Vicarium Eccleſiæ, Curam animarum habentis, quæ primæ Dignitati ſit annexa, frui debeat diſtributionibus tempore, quo Sacramenta adminiſtrat,* & no. 18. & 20.

17 *Canonicus, in locum Pœnitentiarii Cathedralis præmortui, vel abſentis, ab Epiſcopo ſubſtitutus, habetur pro præſente in Choro, dum audit Confeſſiones.*

19 *Canonicus Vicarius Capitularis abſens à Choro, occaſione ſui muneris adimplendi, reputatur ibi præſens, ad effectum lucrandi Diſtributiones.*

21 *Nemini debet eſſe damnoſum, proprium munus exercere.*

22 *Salarium Parochi, vel Vicarii Capitularis, inſimul Canonici, non eis datur, ut cedant Diſtributionibus, ſibi de jure debitis.*

23 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt accipienda.*

24 *Canonicus, tempore Divinorum Officiorum, in facienda Confeſſione ſuorum peccatorum detentus, non lucratur Diſtributiones,* & num. 26. *Limita* numer. 27.

25 *Anima eſt valde pretioſior corpore.*

28 *Canonicus diſcedens à Choro, ut audiat Confeſſionem alterius Canonici, Sacrum peragere debentis, pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, neque id potuit priùs commodè efficere, non privatur Diſtributionibus.*

29 *Canonicus Sacriſtiæ Præfectus, abſens à Choro pro ſervitio Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ, habetur pro præſente quoad lucrandas Diſtributiones.*

30 *Canonicus Camerarius, tempore Divinorum occupatus in exigendis reddítibus Capituli, vel aliis negotiis ejuſdem Capituli peragendis, lucratur Diſtributiones, correſpondentes tempori, quod in illis inſumpſerit* Amplia num. 31.

32 *Idem dicendum de Canonico, in arte ſupputandi verſato, qui abſit à Choro, occaſione ſubeundi computa de incertis menſtruis, pro aſſignanda Capitularibus ſua cuique debita portione.*

33 *Canonici Eccleſiæ Collegiatæ, qui ab Epiſcopo convocati accedunt ad Synodum Diœceſanam, ad quam convenire tenentur, dum in ea agitur de reformandis moribus, vel alio negotio, ipſos Canonicos tangente, habentur tanquam præſentes in Choro.*

34 *Declara, quòd quatuor tantùm Canonici, non verò omnes, ad eandem Synodum accedere debeant.*

TITU-

Digitized by Google

TITULUS X.

CAnonicus, retinens Theologalem Præbendam in
Cathedrali, vel Collegiata, non tautum horis,
quibus legit, ſed ex gratia Sac. Cong: pro tota illa
1 die excuſatur ab intereſſentia Chori, cum gaudio,
tam Diſtributionum, quàm aliorum emolumentorum
ita *Mald. V. Diſtributiones, numer. 5. Corrad. loc. cit. lib.
6. cap. 6. num. 19. & Merlin. dec. 630. nu.* 3. cujuſ Le-
2 ſtioni Canonici omnes tenentur accedere. *Gavan. in
Man. V. Theologalis Præbenda, n. 16. & Hurt. part. 1. tit.
de oblig. Sac. tr. 12. cap. 1. n.* 1590. Quemadmodum
poſſunt cogi Confeſſarii Seculares Diœceſis, ut inter-
3 ſiut conferentiis Caſuum, præſcriptis à Vicariis Fo-
raneis, ita cenſuit Sacr. Congreg. penes *Polac. de Cæ-
rem. part. 2. fol.* 488. Canonicus Pœnitentiarius, ue-
4 ceſſariò inſtituendus in Cathedralibus, ex Decreto
Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de ref., tenetur con-
gruis horis in ſuo Confeſſioniali ſui copiam facere, &
5 ibi Confeſſiones omnium audire, etiamſi uon ſint
maculati Caſibus reſervatis. *Barboſ. alleg. 55. num.
27. Scip. de Rub. in Aphor. Epiſc. V. Pœnitentiarius,
num.* 6. Quo tempore numeratur uti præſens in Cho-
ro, Proceſſionibus, ac Defunctorum Exequiis, ita
6 declaravit Sacr. Congreg. Card. ſuper mox allegato
capit. Cæterum Canonici. qui ad tradita per *Homob. de
ſtat. hum. vit. lib. 1. cap.* 10., conſtituuutur ab Epiſco-
po in Collegiatis Diœceſis, cum facultate obſolvendi
à Caſibus Reſervatis (quod munus ab exordio hujus
Collegiatæ ad hæc uſque tempora hìc exerceo) non
habentur pro præſentibus in Choro quoad lucrandas
7 Diſtributiones, quia hoc non eſt proprium eorum
munus. *Sanctarell. ubi ſupra, num. 23. Gavan. loc. cit.
V. Parochi mun. in addit.* & conceduntur tantummo-
dò Pœnitentiariis Cathedralis jure novo à Sacr.
Conc. Trid., non autem aliis conſtitutis in Collegia-
ta, quæ tamen, ſi eſſet Parochialis, & Cura anima-
8 rum penes Capitulum, Canonici ab eodem deputa-
ti, & ſimul ab Epiſcopo approbati ad Curam, ex-
cuſantur à Choro, dum tempore Divinorum admi-
niſtrant Sacramenta, tam iu Eccleſia, quàm extra,
occaſione Infirmorum, & remanent participes Diſtri-
butionum. *Grat. diſc. for. cap. 291. n. 29. Marchin.
de Sacram. Ord. tr. 3. cap. 35. num.* 9. & determina-
vit Sac. Congreg. referente *Nald. loc. cit. V. abeſſe,
num.* 7.

Et eò magis certa Capituli perſona, cui dumtaxat
immineat Cura animarum, cumulanda eſt Diſtribu-
9 tionibus, ſi Divinorum tempore Parochialia munia
exerceat. *Barbat. loc. cit. cap. 15. nu. 34. Coccin. dec.
148. n.* 1. Accipe de quibuſcunque Diſtributionibus,
10 tam ordinariis, quàm extraordinariis: ita contra
Bonac. de Diſtr. d. 2. quæſt. 5. §. 7. in fin. abſolutè te-
net *Trullen. in Decal. lib. 1. c. 8. dec. 2. n.* 7. & declara-
vit Sacr. Conc. teſte *Nicolio in Flor. V. Diſtributiones,
numer.* 13. Quæ Doctrina ampliatur, eſto dictus Cu-
ratus poſſet Sacramenta anticipatè præbere, vel in
11 aliud tempus eorum adminiſtrationem differre. *Trul-
len. in Opuſc. dub. 4. nu. 5. & ſequitur Caſtr. Pal. loc. cit.
punct. 9. numer.* 7. Dummodò, peracto opere, ſta-
tim Chorum adeat, & Sacramenta miniſtraverit, ex-
preſſè, vel tacitè tunc temporis à ſuis Parochianis
rogatus, aliàs eidem non erit licitum, ut labores
pſallendi ſubterfugiat, Chorales deſerere, & Confeſ-
ſionales adire ſedes, pro excipiendis Sacris Confeſ-
ſionibus exiſtentium in Eccleſia, quorum voluntati
plenè ſatisfieri novit, Confeſſionale adeundo poſt ibi
perſolutas Horas Canonicas: Nam hujuſcemodi im-
pedimentum, cum ſit affectatum, non tribuit juſtam
à Choro abſentiæ cauſam, ut deducitur ex *Monet. de
Diſtr. part. 2. quæſt. 5. n. 25. &* 28. Atque privilegium
exercendi Curam animarum cum Diſtributionum lu-
cro, etiam tempore, quo Divina Officia iu Eccle-
ſia celebrantur, non fuit conceſſum pro Curati com-
moditate, ſed in ſalutem animarum Chriſti Fidelium,
nè ille ab his requiſitus Panem frangere, recuſaret,
timore amittendarum Diſtributionum, ut conſiderant
Bonac. Caſtr. Pal. & alii ſupra allegati.

Nec his obſtant infra exarata de Syndico Capituli:
etenim iſte Curatus Canonicus, ſive Dignitas, habet

ſtipendium pro onere Curæ, & Chori, ac ſpontè ad 13
utrumque ſe obligavit, facit *l. tria onera 2. ff. de excuſ.
tut.* & huic meæ opinioni libentiſſimè ſubſcripſit Fr.
Gabriel Carmelita Excalceatus, Sacr. Theol. Profeſ- 14
ſor, ac noſtri ævi Scriptor eximius. Vacante hic ſu-
perioribus anuis prima Dignitate, cui eſt unita ani-
marum Cura, Epiſcopus ad formam Sacr. Concil.
Trid. *ſeſſ. 24. cap. 18. de ref.* deputavit in Eccleſiæ Vi- 15
carium pro Cura Animarum unum ipſius Collegiatæ
Canonicum, & dubitatum fuit, num iſte adminiſtrans
Sacramenta, dum Horæ Canonicæ in Choro recitan- 16
tur, frui debeat Diſtributionibus: Ad quod affirmativè
reſpondi pluribus rationibus, & ſignanter, ſi Cano-
nicus in locum Pœnitentiarii Cathedralis præmortui,
vel abſentis, lege non jubente, ab Epiſcopo ſubſtitu-
tus, habetur pro præſente in Choro, dum audit Con- 17
feſſiones, ut aſſeverant *Bonac. de Diſtr. d. 2. part. 2.
§. 5. num. 4. S. Fauſtus ubi ſupra Trullen. in Opuſ. d. 4.
num. 18. Caſtr. Pal. l. cit. de Hor. Can. d. 1. part. 9. §.
5. num. 2. Baſſæus Flor. Theol. Mor. V. Horæ Canonicæ 4.
num.* 13. multò fortiùs Canonicus Oeconomus, in vim 18
Conciliaris diſpoſitionis ab Ordinario deputatus ad
exercendam Curam animarum ipſius Eccleſiæ, Paſto-
re orbatæ, babendus erit pro præſente iu Choro,
dum adminiſtrat Sacramenta; Similiter ſi Vicarius
Capitularis Canonicus, qui videtur potiùs admiuiſtra-
re Juſtitiam, quàm Eccleſiæ inſervire, abſens à Cho-
ro cauſa ſui muneris adimplendi, reputatur præſeus
ibi quoad lucrum Diſtributionum, nt ſeutiunt *Pa- 19
vin. de Off. & Poteſt. capit. Sed. Vac. part. 2. quæſt. 10.
num. 2. Pyrr. Corrad. l. cit. lib. 5. capit.* 6. ubi citat *Rot.
Rom.* & ſequuntur *S. Fauſt. de Diſtribut. lib. 3. quæſt.
68. Garz. de Benef. part. 3. capit. 2. numer. 338. & in
addit. num. eod. Guazzin. lib. 2. def. 1. cap. 9. num. 66.
Sanctarell. var. l. cit. quæſt. 11. num. 18. Vivian. de Jure-
pat. lib. 13. cap. 9. num. 149. Caſtr. Pal. ubi ſupra §. 3.
num. 7. Fragoſ. tom. 2. tit. de Diſtr. §. 2. num. 7. Cened.
l. cit. quæſt. 1. num. 72. Antonel. de Reg. lib. 3. capit. 16.
num. 21. Diana Mor. part. 8. tract. 4. reſol.* 67. apud quos
vide alios: multò melius eo caſu excuſandus erit à
Choro cum participatione Diſtributionum Cauonicus
Oeconomus, quia ille eſt in ſervitio Epiſcopi, iſte in 20
ſervitio Eccleſiæ, ut notat *Fragoſ. l. cit. §. 2. num.* 7.,
& in re tam utili, & neceſſaria pro adimplendo pro-
prio munere, quod nemini debet eſſe damnoſum. *Vi- 21
talia. in Clem. Similiter num. 3. de app.* Nec obſtaculum
facit, quòd iſte pro exercenda cura ſalarium habet,
quia non deſumitur ex Menſæ Capitularis, ſed Paro-
chi redditibus, prout & ſalarium Vicarii Capitularis
recipitur de Menſa Epiſcopali, & tam uni, quàm al- 22
teri uon datur, ut remittat Diſtributiones, ſibi jure
debitas, ut in ſimili caſu conſiderat *Caſtr. Pal. l. cit. pun.
9. §. 3. num* 10. & Lege non diſtinguente, nec nos di-
ſtinguere debemus, ad vulgaria, quæ in his terminis 23
adducit *Bonac. de Diſtr. diſp. 1. quæſt. 5. part. 3. §. 3. num.*
1. Canonicus, qui inter celebrandam publicam Pſal-
modiam detinetur in facienda propriorum peccatorum
Confeſſione, non cenſetur uti præſens in Choro quoad 24
acquirendas Diſtributiones. *Fragoſ. de Regimin. tom. 2.
lib. 10. d. 23. §. 2. num.* 10. Non enim abeſt in com-
modum Eccleſiæ, aut Capituli, vel in rationabilem
ſui corporis neceſſitatem, quæ ex *d. cap. unic. & aliis
jurib. allegatis* excuſant à Choro. Et licèt abſit ob ſa-
lutem animæ ſui ipſius, & anima ſit valdè præſtantior 25
corpore *L. ſancimus C. de Sacroſ. Eccleſ.*, verba Ca-
nonum ſuut intelligenda in proprio ſenſu, ut in his 26
terminis docet *Bart. à S. Fauſt. de Diſtrib. lib. 3. quæſt.* 49.

Verum erit, quòd ſi Canonicus fuerit eo tempo-
re adſtrictus peccata ſua confiteri, ut Sacrum pera-
gat pro ueceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, & non 27
potuit prius id commodè efficare, cenſendus erit ſo-
lutus ab obligatione Chori, prout etiam Canonicus,
qui à Choro diſcedit pro auſcultauda iſtius Sacramen- 28
tali Confeſſione. *Monet. l. cit. part. 2. quæſt. 5. num.* 53.
Similiter excuſatur à Choro cum Diſtributionum lu-
cro Canonicus Sacriſtiæ Præfectus, pro tempore,
quo abeſt ab ejus intereſſentia, occaſione ſervitii Ec- 29
cleſiæ, & Sacriſtiæ, uemo enim ad duas incompatibi-
les actiones obligatur, ut in puncto notant *S. Fauſt.*
ubi ſupra *quæſt. 53. & Bonart. de Hor. Canon. lib. 2. cap.
1. num. ult.*

Digitized by Google

Canonicus Camerarius, tempore Divinorum occu-
patus in exigendis redditibus Capituli, eximitur à re-
30 citandis Horariis Precibus in Choro, & lucrifacit Di-
ſtributiones correſpondentes tempori, quod in his,
vel aliis negotiis Capitularibus peragendis inſumpſerit,
ut notat *Trullen. in Decal. loc. cit. dub. 12. numer. 9. in
Opuſc. dec. 4. num. 56.* & ſequuntur *Bonac. de Diſtr.
quæſt. 5. d. 2. part. 3. num. 15. Barboſ. de Can. & Dign.
cap. 24. n. 2. Diana part. 10. tr. 16. reſ. 44.* Etiamſi alio
temporis intervallo hujuſmodi negotia expedire potuiſ-
31 ſet, namque ſi teneretur Choro aſſiſtere æquè ac alij
Concanonici, & ſolus ſubſtinere inſinuatum pondus,
magis gravaretur, quàm cœteri, quod non convenit,
ut ait *Sperell. dec. 44. num. 21. tom. 2.* Præfato privi-
legio gaudet alius Canonicus, in arte ſupputandi eru-
ditus, qui tempore Divinorum, cum dicto Camera-
rio, vel Sacriſtiæ Præfecto, detinetur in ſubeundis
32 compntis de incertis menſtruis, pro aſſignanda Ca-
pitularibus ſua debita portione, ut colligitur ex *Garz.
de Beneſ. part. 3. cap. 2. n. 304. in addit. Caſtr. Pal. ubi
ſupra §. 3. numer. 16. & Rot. apud Seraph. dec. 1239.*
Denique habentur pro præſentibus, & intereſſenti-
bus in Choro, ut notat *Ugolin. de Off. & Pot. Epiſc.
part. 5 cap. 19. numer. 6.*, Eccleſiæ Collegiatæ Cano-
33 nici, qui ab Epiſcopo convocati, relicto Chori ſer-
vitio, accedunt ad Synodum Diœceſanam, ad quam
convenire tenentur, dum in ea tractatur de reforman-
dis moribus, vel alio negotio ipſos Canonicos tangen-
te; ut tradunt *Abb. in cap. Quod ſuper, n. 1. de major.
& obed. Rebuff. conſ. 194. n. 8. Maſſobr. de Synod. cap. 3.
dec. 2. n. 26* Non autem tenentur omnes Canonici di-
ctam Synodum adire, ſed tantùm ex his quatuor: Ita
cenſuit *S. R. C. in una Vicentin. 24. Martii 1639.* Incon-
veniens profectò eſſet, univerſos Canonicos propriam
Eccleſiam inofficiatam relinquere, ut inquit *Piaſec. in
Prax. part. 2. c. 2. n. eod.*

A R G U M E N T U M.

Quinam fructus, & Diſtributiones debeantur Canoni-
cis infirmis, ſeu aliàs legitimè impeditis. An Ca-
nonicus, ſive Beneficiatus, acquirat dominium Di-
ſtributionum, quas ob intereſſentiam Chori lucra-
tur. An, & quando Canonicus, Canonicatui re-
nuncians, Diſtributiones acquirat, vel reſpectivè ad
hæredes tranſmittat.

S U M M A R I U M.

1 *Regulariter loquendo, Canonici, ſeu Beneficiati infir-
mi, lucrantur fructus ſuarum Præbendarum.*

2 *Diſtributiones, quæ quotidianæ dicuntur, induunt na-
turam Præbendæ, & infirmis, aliiſque ex juſta
cauſa abſentibus, debentur;* limita numer. 3. *re-
miſſivè.*

4 *Contra verò illis non competunt emolumenta, quæ ex
Anniverſariis, Exequiis, aliiſque ſimilibus Sacris
Functionibus proveniunt, quæ non dantur ratione
Canonicatus, ſed perſonalis aſſiſtentiæ.*

5 *Sive agatur de Functionibus, quæ ex vi alicujus,
piæ diſpoſitionis quotannis peraguntur; ſive de aliis,
quas accidentaliter fieri contingit,* & num-
mer. 8.

6 *Nec debentur Canonico, abſenti cauſa ſtudiorum.*

7 *An ſit toleranda conſuetudo, quòd ex juſta cauſa ab-
ſentes lucrentur Diſtributiones, provenientes ex Fun-
ctionibus fixis, & invariabilibus.*

9 *In Cathedrali Piſtorien. viget conſuetudo, quòd Cano-
nici, aſſociantes Epiſcopum in actu Viſitationis,
quorum unus eligitur ab eodem, alter verò à Ca-
pitulo; ultra Diſtributiones quotidianas, lu-
crentur etiam emolumenta fixa, & invariabi-
lia.*

10 *Abſentes ex cauſa utilitatis Eccleſiæ in univerſali,
lucrantur dictas Diſtributiones fixas.*

11 *Secus verò, ſi abſins ex cauſa, quæ reſpiciat ſimul
utilitatem Eccleſiæ, & proprium commodum.*

12 *Diſtributiones, quæcunque ſint, acquiruntur Canoni-
cis, ſeu Beneficiatis, & ſunt illarum verè domini,
ad differentiam fructuum Præbendarum, ſeu Bene-
ficiorum.*

13 *Diſtributiones, quæ ex Maſſa groſſa percipiuntur, non
acquirit Canonicus, cedens Canonicatui, vel
decedens ante tempus repartitionis earundem; ſed ac-
creſcunt Capitulo.*

14 *Prædictæ Diſtributiones aſſumunt naturam Præbendæ,
& illas loca ſuccedunt.*

15 *Si verò tempus repartitionis ceſſiſſet, locus eſſet traſ-
miſſioni ad hæredes.*

16 *Deferendum tamen conſuetudini, ſeu obſervantiæ,
tam ſuper tranſmiſſione ipſarum Diſtributionum ad hæ-
redes, quàm etiam ſuper modo illas dividendi.*

17 *Quando univerſi redditus Canonicorum conſiſtunt in
Diſtributionibus quotidianis, tunc abſentes cauſa
ſtudiorum, vel ex alia cauſa, illas integrè lu-
crantur.*

18 *Quia Diſtributiones eo caſu ſuccedunt loco Præben-
dæ.*

19 *Idem dicendum de Canonicis, inſervientibus Epiſcopo*

20 *Duæ tamen ex tribus partibus dictarum Diſtributionum
ſolùm acquiruntur per abſentes ex juſta cauſa, vel A-
poſtolicum Indultum habentes; & tertia pars inte-
reſſentibus accreſcit.*

ANIMADVERSIONES.

Quoniam alibi actum fuit de Diſtributionibus, &
fructibus, debitis Canonicis, ob ægritudinem
intereſſe Choro impeditis, non incongruè nunc
agemus, quinam fructus, & Diſtributiones debitæ ſint
hujuſmodi infirmis: Et pro regula ſtatuendum eſt, in- 1
definitè eos lucrari fructus ſuarum Præbendarum. Qua-
tenus verò pertinet ad Diſtributiones, diſtinguendum
eſt inter ſpeciem illarum Diſtributionum, quæ quoti-
dianæ nuncupantur, & Horis Canonicis ſunt aſſigna-
tæ, quæque ex Maſſa communi inter Canonicos ſta-
tutis anni temporibus dividuntur; & iſtæ cum aſſu-
mant naturam Præbendæ, & veniant nomine fru- 2
ctuum, exceptis caſibus, de quibus latè agit *Rub. in 3
adnot. ad dec. 676. à n. 1. ad plur. ſeqq. part. 4. tom. 3. re-
cent.*, lucrantur per infirmos, & alios ex juſta cauſa
abſentes, ut eſt *Text. in cap. unic. de Cler. non reſiden.
in 6. Card. De Luc. de Canonic. diſc. 53. num. 3. & alter
De Luc. ad Ventrigl. adnot. 19. §. 2. n. 3. Rot. dec. 260. 19.
part. 12. recen.* Quatenus verò pertinet ad aliam ſpe-
ciem Diſtributionum, quæ manuales vocantur, &
dantur Canonicis ratione perſonalis ſervitii, & labo-
ris, veluti intereſſendo Anniverſariis, Exequiis, aliiſ-
que Sacris Functionibur, ad quas non tenentur ratio-
ne Canonicatus, ſed illis interſunt ex cauſa legati, ſi- 4
ve eleemoſynæ; & hujuſmodi emolumenta appellatio-
ne Diſtributionum propriè non veniunt, nec de his lo-
quitur allatus *Text. in c. unico. Antonell. de Jur. & Oner.
Cler. lib. 2. par. 6. cap. ult. n. 180. Panimoll. dec. 20. adnot.
3. n. 12. & n. 72. & ſeqq.* neque infirmis debentur, ut-
pote requirentia dictam perſonalem, & præciſam aſſi-
ſtentiam.

Quoad hanc ſpeciem Diſtributionum notandum eſt
differentiam intercedere inter eas, quæ competunt Ca-
nonicis ex vi legati, ſeu alterius piæ diſpoſitionis,
cujus ſatisfactio quolibet anno cum certa participatio-
ne emolumenti adimpletur, ut ſunt Anniverſaria,
& Feſtivitates, ac inter eas Diſtributiones, quæ pro- 5
pter aſſiſtentiam Funeribus, Exequiis, aliiſque acci-
dentalibus Sacris Functionibus dividuntur inter Cano-
nicos; Reſpectu Diſtributionum primæ ſpeciei, &
etiam ſecundæ, eſt certum, quòd Canonicis infirmis 6
non debentur, nec etiam aliis, habentibus indul-
tum lucrandi Diſtributiones in abſentia ob aliquam
cauſam, excepto caſu, ut alibi dictum eſt, Canonici
jubilati, vel ſi indultum clarè ſe extenderet ad hanc
ſpeciem Diſtributionum. *Monet. de Diſtrib. quotid. part.
2. cap. 16. num. 22. Antonell. de Jur. & Oner. Cleric.
lib. 3. part. 6. cap. ult. n. 180. Carol. Ant. De Luc. ubi ſu-
pra n. 4. Rot. dec. 59. num. 7. part. 3. & dec. 56. num. 7.
& 41. part. 7. rec.* Undè multò minùs debentur Ca-
nonico abſenti ſtudiorum cauſa, ut notat idem *De Luc.
ibidem. n. 3.* Ubi verò adeſt conſuetudo, quòd dictæ
Diſtributiones, provenientes ex Functionibus fixis,
& invariabilibus, dentur iis, qui occupati ſunt pro 7
utilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ, videtur tole-
randa, ut cenſuit *Sac. Congreg. Particularis apud*

Mona-

Digitized by Google

Monacell. in Formul. 2. tit. 13. ſub n. 76. par. 2., non
8 autem reſpectu illarum ſecundæ ſpeciei, quæ tantum-
modò verè, ac formaliter præſentibus ſunt debitæ, ut
firmant *De Luc. de Can. d. diſc. 16. n. 3.*, aliique ſupra
relati.

Relata conſuetudo tribuendi Diſtributiones fixas
Canonicis occupatis, ſive abſentibus propter Eccleſiæ
neceſſitatem, aut utilitatem, viget in noſtra Eccle-
ſia Piſtorien.; undè ſimiles Diſtributiones dantur
etiam duobus Canonicis, aſſociantibus Epiſcopum in
Viſitatione Diœceſis, cum ex antiquiſſima conſuetu-
dine Epiſcopus deligat in Viſitatorem unum de gremio
9 Capituli, & alterum deligat Capitulum, undè iſtis
Canonicis, qui non voluntariè, ſed ex electione Præ-
lati, & Capituli occupantur in coadjuvando Epiſcopo
inte, adeo Diœceſi utili, & proficua, ſumma ratio-
ne, tanquam abſentibus pro neceſſitate, & utilitate
Eccleſiæ, dantur, tam Diſtributiones quotidianæ,
quàm aliæ provenientes à dictis Functionibus inva-
riabilibus.

Verùm adhibenda eſt diſtinctio inter eos Canoni-
cos, qui abſunt ex cauſa utilitatis Eccleſiæ in uni-
verſali, veluti pro lite, vel negotio, pertinente ad
totum Capitulum, & illos, qui abſunt ex cauſa uti-
litatis Eccleſiæ, ſed reſpiciente etiam commodum par-
ticulare ipſorum Canonicorum, veluti pro litibus ſua-
10 rum Præbendarum: Primis namque dari conſuevit præ-
dictas Diſtributiones fixas, nè claudatur os bovis tri-
turantis, aliàs enim difficilè reperirentur, qui pro
communibus Capituli, & Eccleſiæ neceſſitatibus ſuam
operam impenderent, ſi etiam cum propria jactura id
11 præſtare cogerentur: aliis verò dandæ non ſunt,
quia cauſa concernit magis propriam, quàm commu-
nem utilitatem. In caſu tamen hujuſmodi abſentiæ,
ad effectum lucrandi Diſtributiones, cauſa debet ab
Epiſcopo probari, & ſuper ea interponi decretum,
ut cenſuit *S. Cong. Conc. in Cavallicen. 3. Julii 1677. & 18. Septembris ejuſdem anni*, relata *per Monacell. ubi
ſupra n. 75.*

Non eſt etiam omittendum ad hanc materiam Di-
ſtributionum, quòd tam agendo de quotidianis, aſ-
ſignatis pro aſſiſtentia Horis Canonicis, quàm de ma-
nualibus, etiam extraordinariis, cum ſint tanquam
merces, & ſtipendium laboris, acquiruntur Canoni-
co, ſive Beneficiato, & illarum eſt verè dominus;
12 ad differentiam fructuum Beneficiorum, & Præben-
dæ; ita ut de illis liberè teſtari poſſit, adinſtar bono-
rum merè prophanorum, juxta communem ſenſum Ca-
noniſtarum, & ſignanter *Butr. Hoſtien., & Imol. in cap.
quia nos, de teſtam. Alex. conſ. 116. n. 5. l. 7.*, & aliorum
penes *Rub. adnot. ad dec. 576. part. 4. tom. 3. rec. à n. 18.
ad plur. ſeqq.*

Quatenus pertinet ad tranſmiſſionem dictarum Di-
ſtributionum ad hæredes, notandum eſt, quòd reſpectu
earum, quæ de Maſſa, groſſa nuncupata, diſtribuun-
tur, & ſolent inter Canonicos repartiri juxta Statu-
ta, vel conſuetudinem certis anni temporibus, ſi
Canonicus cedat Canonicatui, vel decedat ante tem-
13 pus repartitionis, non tranſmittit, vel reſpectivè non
acquirit eaſdem Diſtributiones, ſed Capitulo accre-
ſcunt, juxta magiſtralem doctrinam *Calderin. conſ. 21.
de præben., & conſil. 2. num. 2. de pecul. Cleric. Rub.
ubi ſupr. numer. 28. & 29.* ex ea ratione, quia iſtæ
Diſtributiones, quæ ex Maſſa groſſa percipiuntur,
14 aſſumunt naturam Præbendæ, & illius loco ſuccedunt
ut alibi dictum eſt, & docent *Innoc. in cap. dilectus il
primo, num. 2. de præben. & in cap. ex parte, de conceſ.
præben.* cum aliis apud eundem *Rub. ubi ſupra num. 30.
Card. De Luc. de Beneſic. diſc. 500. num. 13.*, quod ſe-
cus tamen eſſet, ſi jam tempus repartitionis ceſſiſſet
ſed de facto repartitio ſecuta non fuiſſet; quia eo caſu
15 locus eſſet tranſmiſſioni ad hæredes, quia paria ſunt,
quòd fuerint ſolutæ, ac quòd debuerint ſolvi. *Monet.
de Diſtrib. quotid. part. 3. quæſt. 3. n. 20. & ſeqq. Bellett.
Diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de Bon. Cleric. §. 7. n. 16. Rot.
in Ceſarauguſtana Diſtributionum 27. Junii 1642. cor. Bi-
chio. Rub. ubi ſupra n. 231. & ſeqq.*

Quamvis autem de jure prædicta regula tenenda ſit
quoad lucrum, & tranſmiſſionem Diſtributionum ad
16 hæredes, modumque illas dividendi; nihilominus,
ſicuti ſervandum regulariter eſt in qualibet materia,
deferendum potiſſimùm venit conſuetudini, & obſer-
vantiæ. *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap. 28. nu. 581.
Rot. cor. Penia dec. 1536. num. 5. cor. Priol. dec. 561. n.
8. & 9. & cor. Emerix dec. 282. num. 2. & dec. 301.
n. 5. & 2.*

In caſu autem prædicto, quo redditus univerſi Ca-
nonicorum conſiſtant in Diſtributionibus quotidianis,
ita, ut Canonici non habeant Præbendas diſtinctas, 17
ſive fructus, qui dicuntur groſſi, tunc inſpecta juris
communis diſpoſitione, illas lucrantur integrè Canoni-
ci abſentes cauſa ſtudiorum, & in aliis recenſitis *in d.
cap. Unic. de Cleric. non reſiden. in 6.*, quia ſuccedunt 18
loco Præbendæ. *Fagnan. in cap. licèt, num. 124. de præ-
ben.*, ubi quòd ità cenſuit *Sac. Cong. Conc. num ſeq.*
Quod etiam extenditur ad Canonicos inſervientes E- 19
piſcopo, juxta *text. in cap. de cætero*, cum reputen-
tur ac ſi Choro intereſſent, ut ait *ibidem Fagnan.
numer. 125. §. Et iterum*. Quòd autem tantummodò
duæ ex tribus partibus dictarum Diſtributionum ſuc-
cedant loco Præbendæ, & tertia pars illarum accre- 20
ſcat aliis intereſſentibus, tam in caſu abſentiæ, ex cau-
ſa de jure permiſſa, quàm ex Apoſtolico Indulto, te-
nent *Pignatell. conſ. 215. num. 42. tom. 4. Lotter. de Re
Beneſic. lib. 3. quæſt. 27. n. 154. Monet. de Diſtribut. part. 1.
quæſt. 3. num. 4. & ſeq. Piton. diſcept. 34. nu. 2.*, & hæc
eſt communior praxis Sacræ Congregationis Concilii in
conceſſione ſimilium Indultorum, ſed de hac quæſtio-
ne alibi pleniùs dicemus.

Jo: Jacobus Scarſantonius.

ARGUMENTUM.

An Canonici abſentes à Choro ex juſta cauſa lucren-
tur etiam Diſtributiones non Intereſſentium abſque
legitima cauſa. An hujuſmodi Canonicis debean-
tur etiam Diſtributiones Candelarum, aliarumque
Eleemoſynarum, quæ in Funeribus, & Anniver-
ſariis dantur. De Canonicis abſentibus ex cauſa
ſtudii, ac deputatis ad ſervitium Epiſcopi, & Vi-
carii Generalis, vel Foranei, ac pro viſitatione
Diœceſis. De obligatione tam reſidentiæ in lo-
co, quàm intereſſentiæ in Choro, præſertim ſi
Canonici habeant annexam Curam animarum.

SUMMARIUM.

1 *Canonici, abſentes ex juſta cauſa à Choro, non lu-
crantur Diſtributiones, quas amittunt alii legitimè
non abſentes*, & n. 2. *Contrarium* n. 3.

4 *Hujuſmodi Canonici ſunt etiam participes Candelarum
& Eleemoſynarum, quæ occaſione Funerum, & An-
niverſariorum dantur. Contrarium* n. 5.

6 *Diſtingue, ut prior opinio procedat, quando tales E-
leemoſynæ non dantur ſingulis ſeparatim, ſed Came-
rario, vel alteri Capitulum repræſentanti; poſte-
rior verò, quando ad manus ſingulorum porrigun-
tur.*

7 *Item ſi certa aliqua ſumma pecuniæ, vel cereorum,
legata fuerit Canonicis præſentibus in Choro, adhuc
Canonicis, ex juſta cauſa abſentibus, ultra portio-
nem ſibi debitam, competit etiam jus accreſcendi
quoad portiones eorum, qui abſque juſta cauſa ab-
ſunt.*

8 *Extende prædicta etiam ad Coadjutores eorundem Ca-
nonicorum.*

9 *Canonici, abſentes cauſa ſtudii, lucrantur fructus
ſuarum Præbendarum, non autem Diſtributio-
nes.*

10 *Hoc autem privilegium non eſt conceſſum Capellanis.*

11 *Sed ſolis Canonicis, ut literis imbuti meliùs Eccleſiæ
deſervirent.*

12 *Canonici debent ad publicum ſtudium ſe conferre de li-
centia Epiſcopi, & affertur ratio.*

13 *Canonici, exiſtentes in ſervitio ſui Epiſcopi, lucran-
tur fructus Præbendæ, non verò Diſtributiones.*

14 *Caput Eccleſiæ Collegiatæ poteſt habere in ſui ſervitium
unum ex ejuſdem Eccleſiæ Canonicis, qui licèt non
admittatur ad Diſtributiones, lucratur tamen fru-
ctus ſuæ Præbendæ.*

15 *Intellige, ſi idem Caput ſit exemptum ab Epiſcopo,*

& habeat juriſdictionem in Canonicos in Foro externo.

16 *Item non amittunt fructus Præbendæ, ſed tantùm Diſtributiones, Canonici deputati ab Epiſcopo Vicarii Generales, vel Foranei, aut Viſitatores, tempore quo ſuum munus exercent.*

17 *Declara, quòd ſi omnes Præbendarum redditus in Diſtributionibus conſiſterent, tunc duas partes conſequuntur occupati in ſtudio, vel Epiſcopi ſervitio; tertia verò accreſcit intereſſentibus.*

18 *Idem dicendum de habente à Papa Indultum percipiendi in abſentia fructus ſuæ Præbendæ.*

59 *Quæ ſit Maſſa communis, & quomodo inter Canonicos dividatur.*

20 *Quid ſit* intereſſe *in Choro.*

21 *Quid importet verbum* reſidere.

22 *Quid ſit* præſens eſſe *in Choro.*

23 *Prædictos terminos confundunt Doctores, nec ullam ponunt diſcrimen inter intereſſentem, reſidentem, & præſentem.*

24 *Differt autem reſidentia, ad quam tenentur ſimplices Canonici, & Dignitates, ab illa, cui ſunt obnoxii Canonici, quorum Præbendæ annexam habent Curam animarum.*

25 *Nec ulla conſuetudine, etiam immemorabili, poſſunt excuſari ab hujuſmodi reſidentia.*

26 *Ita nec ſatisfaciunt muneri ſuo, ſi pernoctent in Domo Canonicali, relinquentes totam Curam diurnam Capelano.*

27 *Quæ teneantur Parochi per ſe ipſos præſtare.*

28 *Licitum eſt, immò & laudabile, ſi Populus numeroſus ſit, aliquem Sacerdotem, in adjutorium Curæ aſſumere, eique quædam ardua relinquere.*

29 *Habens ex diſpenſatione Canonicatum in una Eccleſia, & Curam animarum in alia, tenetur habitare in Domo Parochiali.*

30 *Canonici verò, & Dignitates, Curam animarum non habentes, non arctantur ad reſidentiam in loco, ubi ſita eſt eorum Eccleſia Cathedralis, vel Collegiata, ſed ſufficit, quòd horis congruis ad Eccleſiam accedant, ad celebranda Divina Officia.*

TITULUS XI.

PRælibatis juſtis cauſis, in praxi frequentioribus,
Canonicos à publica Pſalmodia eximentibus cum
ſuarum Diſtributionum quæſtu, occurrit reſolvendum
num his debeantur etiam Diſtributiones, quas alii
Canonici abſque rationabili cauſa abſentes à Choro
1 tunc temporis amittunt. Negativè reſpondent *Bonac.
de Diſtr. quæſt. ult. punct. 5. numer. 6. Caſtr. Pal. ubi
ſupra, punct. 8. num. 8. Mareſcott. loc. ſtatim cit. num. 19.
Garz. de Ben. part. 3. cap. 2. n. 465. & Bart. de S. Fauſto
de Hor. Can. quæſt.* 88. Et moventur ex eo, quòd abſens
ob legitimam cauſam reputatur præſens in Choro ad
2 lucrandas ſuas Diſtributiones, ut loquuntur *Conc. Trid.
ſeſſ. 24. cap. 12.* & alia jura, ſupra allegata, & privilegium
eſt ſtrictè interpretandum, ſervata proprietate
verborum, *cap. 5. de fil. presb. in 6.* Præſertim
in præſenti caſu, quo ſatis congruum videtur dictas
Diſtributiones illis accreſcere, qui, ſtante aliorum abſentia,
majorem ſubeunt laborem in Choro: ita DD.
mox citati, qui & alias adducunt rationes, ob quas
in eadem ſententia ſteti, à qua modò diſcedo, ſi eſt
3 verum, quod refert *Barb. in Collect. V. Canonici*, videlicet,
Sac. Conc. Cong. ſub die 29. Novembris 1600. declaraſſe,
Canonicos, ob legitimum impedimentum
Choro non intereſſentes, non ſolùm lucrari ſuas Diſtributiones,
ſed reputari præſentes quoad acquirendam
portionem earum, quæ ab aliis, abſque juſta cauſa à
Choro abſentibus, fuerunt amiſſæ. Atque hanc opinionem,
etiam præciſo dicto Decreto, probabilem dicunt
*Caſtr. Pal. tom. 2. loc. cit., & Trullen. in Dec. cap. 8.
dub. n. 7.*

Aliud oritur dubium; Utrùm Canonici, abſentes à
Choro ob legitima impedimenta remaneant etiam
participes de Candelis, & Eleemoſynis, quæ Canonicis
4 præſentibus Funeribus, & Anniverſariis, elargiuntur?
Affirmativam partem tuentur *Barb. ſuper c.
unic. de conſuet. n. 2. in 6. & Quaran. in Summ. V. Diſtributiones*.
Negativam amplectuntur *S. Fauſt. de Diſtr. lib. 3.* 5
*quæſt. 33. n. 8. Nald. in Summ. V. Diſtributiones, & Galett.
in ſua Marg. eod. V.* cui poſtremæ opinioni adhæreo,
quando Cerei porriguntur ad manus ſingulorum; ſe- 6
cus verò quando Eleemoſynæ inſeparatè dantur Camerario,
ſeu alteri Capitulum repræſentanti. Videantur
*Lara de Anniv. lib. 1, cap. 17. numer. 2. & Ricc. loc.
cit. part. 3. reſ. 564.* Inſuper ſi aliqua certa ſumma
pecuniæ, vel Cereorum, legata fuerit Canonicis
præſentibus in Choro Officiis celebrandis, adhuc non 7
ſolùm debetur ſua portio Canonicis, ob infirmitatem,
vel alia juſta cauſa abſentibus, ſed etiam
competit jus accreſcendi prout illis, qui re vera,
non juris fictione, iiſdem Functionibus aſſiſtunt. ut
ſatis probat *Sanchez tom. 1. conſ. lib. 2. cap. 5. dub.*
105. Et quæ ſuperiùs ſcripſimus de veris Canonicis,
procedunt de eorum Coadjutoribus in dictis ca- 8
ſibus. *Abb. in cap. 1. numer. 7. de Cler. ægrot. Covar.
loc. cit. numer. 8. Rub. in ſingul. part. 3. V. Navarrus,
numer. 1.*

Præterea advertendum eſt, excuſatos à Choro
cum Diſtributionum acquiſitione, lucrari etiam ſuarum
Præbendarum fructus, qui faciliùs acquiruntur
à Canonicis ex juſta cauſa a Choro abſentibus, quàm
Diſtributiones: hinc eſt quòd abſentes, ut ſupra, cauſa 9
ſtudii quinquennarii, lucrantur dictos fructus, non autèm
Diſtributiones. *Abb. in cap. Dilecto. nu. 3. de Cler.
non reſid. Cæſar. de Graſſ. dec. 5. n. 3. de Præb. Fely. conſ.*
18. *n.* 2. Quod privilegium non fuit conceſſum Capella- 10
nis: teſte *Vulp. l. c. cap. 13. n. 6.*, ſed tantùm Canonicis,
ut hi literis imbuti, Eccleſiæ meliùs deſervirent. 11
Rebuff. de Priv. Schol. n. 2. Oldard. conſ. 220. *prope fin.*
Cæterùm debent Canonici ad publicum ſtudium ſe 12
conferre de licentia Epiſcopi, tum nè Divinus Cultus
ob defectum quampluriumgrave detrimentum patiatur,
tum ne indociles eò progrediantur abſque
fructu. *Anton. de Butr. in cap. Tuæ, de Cler. non reſid.
Zeroll. loc. cit. V. ſtudium. Maſcard. de Prob. concl.*
1590. *numer.* 9. Item duo Canonici Cathedralis,
Collegiatæve Eccleſiæ, eximuntur à Choro cum emolumento
fructuum ſuarum Præbendarum, dum exiſtunt
in ſervitio ſui Epiſcopi, ſed interim non admittuntur
ad Diſtributiones. *Aragon. in cap. De cætero.* 13
*tit. de Cler. non rer. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 22. n. 16.
Lotther. de Re Ben. lib. 3. quæſt. 2. nu.* 190. & declaravit
Sac. Cong. apud *Vulp. loc. cit. n.* 4. Capur Eccleſiæ
Collegiatæ poteſt habere in ſui ſervitium unum Eccle- 14
ſiæ Canonicum, qui interim non amittit fructus ſuæ
Præbendæ, ſed tantùm Diſtributiones. *Ugolin. l. c. ca.
19. n. 6. Nav. lib. 3. conſ. 3. de Cler. non reſ. Graſſ. c. 1.
conſ. 3. eod. tit. num.* 3. Intellige, ſi idem Caput ſit exemptum
ab Epiſcopo, & habeat juriſdictionem in Canonicos
in Foro externo. *Hoſt. in cap. Inter, de Cler. non* 15
reſ. Grat. l. c. cap. 166. num. 20. Barb. alleg. 53. Canonici,
qui deputantur ab Epiſcopo Vicarii Generales,
vel Foranei, aut Viſitatores, ſi abſint à Choro occa- 56
ſione ſui Officii, remanent participes redditùum eorum
Præbendæ, non autem Diſtributionum. *Caſtr. Palao
l. c. dub. 3. punct. 9. §. 7. n. 1.* & declaravit *Sac. Con.
Conc. ad ſeſſ. 24. ca. 12. in una Mediolan.*, & in eventu,
quo in Diſtributionibus conſiſterent omnes Præbendarum
redditus, duæ partes accreſcunt occupa- 17
tis in ſtudio, vel Epiſcopi ſervitio, accreſcente tertia
intereſſentibus Divinis Officiis realiter, aut fictione
juris. *Oldrad. con. 118. num. 1. Cajet. V. Canonicus.*
Idem ſequitur in habente à Papa indultum percipiendi
in abſentia fructus ſuæ Præbendæ, qui licèt 18
non veniant ſub nomine Diſtributionum, nec è converſo;
*Jo. And. in Rubr. de conceſſ. præb. Valenzuel.
conſ. 4. num.* 138., tamen nè privilegium ſit irritum,
l. quoties ff. de reb. dub. gaudebit duabus. Ultra Diſtributiones,
& fructus Præbendæ, in multis Eccleſiis
reperitur Maſſa communis, quæ in fine anni
dividitur inter Canonicos reſidentes in loco, ubi con- 19
ſtructa eſt eorum Collegiata, etiamſi Choro aſſiduè
non inſerviant, neque ibi verè, aut fictè ſint præſentes.
*Barbat. de Diviſ. fructu. loc. cit. & Fragoſ. tom. 2.
d. 23. §. 1. tit. de Diſtrib.* Differunt inter ſe intereſſe,
reſidere, & præſens eſſe in Choro. Intereſſe dicitur, 20
qui ſuum miniſterium Divinorum celebrationi exhibet.
*Covar. var. reſ. lib. 3. cap. 13. num. 3. Zipæus lib. 3. de
Cler.*

Digitized by Google

Cler. non reſid. Reſidere importat permanentiam in lo-
21 co ſuæ Collegiatæ, *gloſ. in capit. ult. de reſcript.*, *&*
Penia deciſ. 1129. *numer.* 6. Præſens eſſe perhibetur,
22 qui in Choro ſolam corporalem ſui præſentiam oſten-
tat, quod notat *Rot. part.* 5. *diverſ. dec.* 330. *numer.* 1.
Communiùs tamen DD. hos terminos confundunt,
23 nullum ponentes diſcrimen inter intereſſentem, reſi-
dentem, & præſentem, ut videre eſt apud *Vulp. in Prax.*
Judic. cap. 13. *num.* 1. Conſentiunt autem univerſi, eſ-
ſe intervallum inter reſidentiam, ad quam ſimplices
Canonici, & Dignitates obligantur, & illam, cui ſunt
24 obnoxii Canonici, & Dignitates, quorum Præbendis
annexa ſunt Paſtoratus Officia. Siquidem hi tenentur
in loco eorum Parochiæ die noctuque commorari: *Leo*
in Theſ. part. 3. *capit.* 33. *numer.* 18. *Dan. de Nob. diſp.* 8.
num. 16. *& Sacr. Congr. Conc. apud Paſqual. dec.* 465. *nu.*
2., nullaque, vel immemorabilis conſuetudo excuſat
25 ab hujuſmodi reſidentia, quæ eſt de jure Divino. *Ugol.*
de Off. & Pot. Epiſc. p. 1. *cap.* 15. *§.* 3. *nu.* 2. *Conc. Trid.*
ſeſſ. 23. *cap.* 1. Nec ſatisfaciunt ſuo muneri pernoctan-
26 do in Domo Canonicali, relinquentes totam curam
diurnam Capellano. *Leſſ. l. cit. lib.* 2. *cap.* 34. *d.* 29. *nu-*
mer. 150. *Poſſev. de Off. Cur. lib.* 1. *quæſt.* 11., ſed tenen-
tur inſuper per ſe ipſos Divina celebrare, oves ſuas
27 Sacramentis, & verbo DEI paſcere, Populi peccata
corrigere, infirmos ſæpiùs viſitare, & pauperibus ſub-
venire. *Homob. conſult. part.* 1. *reſp.* 3. *Bonac. de Leg. d.* 5.
quæſt. unic. numer. 31. *Dian. part.* 2. *tract.* 4. *reſ.* 156. *Bo-*
nart. l. cit. lib. 2. *cap.* 23. *num.* 10. *Trullen. in Decal. lib.* 4.
cap. 1. *dub.* 8. *num.* 9. *Rot. part.* 6. *diverſ. deciſ.* 234. *nu-*
mer. 55. *Meſcon. l. cit. tit. de Curatis.* Aliàs indignum cu-
ra eſſe Curatum, qui non curat, ut ſupra *Hoſt. in reg.*
61. *num.* 5. *lib.* 6., & huic Beneficium erit veneficium,
ut fatur *Rebuff. in Prax. lib.* 1. *tit.* 1. *§. Diſpenſat.* Non
inficior habenti Populum numeroſum licitum eſſe, im-
mò laudabile, ac neceſſarium, aſſumere ſibi in adju-
28 torium curæ Sacerdotem, cui poteſt quædam ardua om-
ninò relinquere, ut de nocte ſurgere, & ſic, obtenta
licentia ab Epiſcopo, poterit à ſua Eccleſia ad bime-
ſtre ſingulis annis abeſſe. *Moron. tom.* 1. *reſp.* 67. *numer.*
59. *Valer. l. c. V. Parochus diff.* 5. *n.* 1. *Cevall. Comm. contr.*
quæſt. 563. *num.* 3. *Pyrr. Corrad. l. c. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 5.
ubi ſubjungit, habentem ex diſpenſatione Canonica-
tum in una Eccleſia, & Curam animarum in alia, te-
29 neri inhabitare in domo Parochiali. At verò Canoni-
ci, & Dignitates, Curam animarum non habentes,
poſſunt die, noctuq. moram trahere, ſi libuerit, ex-
tra Civitatis, ſive loci diſtrictum, ubi ſita eſt eorum
30 Cathedralis, vel Collegiata, dummodò horis congruis
accedant ad Eccleſiam, ibique in Divinis, ut ſupra,
deſerviant, & ita dicuntur intereſſe, reſidere; & præ-
ſentes eſſe in Choro, quoad lucrandas Diſtributiones,
fructus Præbendarum, & Maſſam communem, ſive
groſſam. *Card. Tuſc. lit. C. conſil.* 977. *num.* 2. *Monet. de*
Diſtr. part. 2. *quæſt.* 6. *num.* 20.

A R G U M E N T U M.

Adducuntur plura exempla, in quibus Canonici, & Beneficiati, habentur pro intereſſentibus ad effectum lucrandi Diſtributiones quotidianas. Quando omnes redditus Canonicatus conſiſtunt in Diſtributionibus, tunc duæ ex tribus partibus aſſumunt naturam Præbendæ, & lucrantur per Canonicos, addictos ſervitio Epiſcopi, & per illos, qui morantur in Univerſitatibus publicis cauſa ſtudii, quod plenè explicatur.

S U M M A R I U M.

1 *Quando omnes redditus Canonicatus conſiſtunt in Diſtributionibus, duæ illarum partes aſſumunt naturam Præbendæ.*

2 *Canonicus, occupatus in negotiis Capituli, dummodò ſit ſolitus reſidere, lucratur omnes Diſtributiones, ubi explicatur* n. 3.

4 *Non lucratur tamen illas Diſtributiones, quæ fuerunt deſtinatæ pro verè intereſſentibus, & affertur Decretum S. Cong. Concil.* n. 5.

6 *Canonicus Pœnitentiarius lucratur Diſtributiones, ſi audiat Confeſſiones in Cathedrali.*

7 *Canonicus Theologus eaſdem lucratur eo die, quo habet lectionem in Cathedrali.*

8 *Item Canonici intereſſentes Concilio Generali, ſive Provinciali, aut Synodali, Inquiſitores, & Collectores Cameræ Apoſtolicæ.*

9 *Item Canonicus, occupatus in exercitio Curæ incumbentis ſuæ Præbendæ: ſecus ſi Curam habeat in aliena Eccleſia* n. 10.

11 *Duæ tantùm partes Diſtributionum ex tribus debentur Canonicis, occupatis in ſervitio Epiſcopi, & ſtudentibus in Univerſitate publica.*

12 *Epiſcopus poteſt in ſuo ſervitio retinere duos Canonicos abſque conſenſu Capituli, & ſine probatione utilitatis Eccleſiæ. Et ſic deputati lucrantur fructus ſuarum Præbendarum in abſentia à Choro* numer. 13.

14 *Prælati inferiores non poſſunt deputare dictos duos Canonicos ſine conſenſu Capituli, & probatione utilitatis Eccleſiæ.*

15 *Iſti Canonici lucrantur duas ex tribus partibus Diſtributionum, & tertia intereſſentibus accreſcit, & explicatur cum* Decreto Sacr. Congreg. Concilii num. ſeq.

17 *Epiſcopus poteſt uti opera Canonici in munere Secretarii ad effectum, de quo ſupra, & confirmatur ex* Decreto Sacr. Congregationis Concilii, numer. 18.

19 *Epiſcopus poteſt retinere etiam Canonicos Collegiatæ, & etiam Beneficiatos, qui gaudeant dicto privilegio* cap. de cætero, de Cleric. non reſiden., *& affertur* Decretum dictæ Sacr. Congregationis Conc. n. ſeq.

21 *Epiſcopi, quid ſpectare debeant in electione dd. Canonicorum pro ſuo ſervitio, juxta* Text. in cap. ad audientiam, de Cler. non reſid.

22 *Abſentes ſtudiorum cauſa lucrantur fructus Canonicatuum.*

23 *Tam ſtudentes, quàm docentes fruuntur d. privilegio.*

24 *Nomine fructuum quid veniat*, & n. ſeq.

26 *Abſentibus cauſa ſtudii non debentur emolumenta, requirentia perſonalem interventum, ut ſunt Anniverſaria*, & num. ſeq.

28 *Si redditus Canonicatus conſiſtunt omnes in Diſtributionibus, loco fructuum lucratur Canonicus abſens cauſa ſtudii, duas ex tribus partibus, & affertur formula Indulti, quod ſolet concedere* S. Congreg. Concil. n. ſeq.

30 *Ad effectum lucrandi Diſtributiones, ſeu fructus prædictos ex cauſa ſtudii, neceſſaria eſt Epiſcopi licentia.*

31 *Abſens ex cauſa præmiſſa ſine Epiſcopi licentia, poſſet cogi ad reſidentiam ſub pœna privationis Canonicatus, etiam ſi haberet Indultum Sedis Apoſtolicæ* num. 32.

33 *Neque ſufficit illa Capituli, ex ratione ibi adducta.*

34 *Ad Epiſcopum ſpectat recognoſcere, an cauſa non reſidendi ſit juſta, & Eccleſiæ utilis.*

35 *Epiſcopi, tam ſi jure ordinario, quàm delegato concedant dictas licentias, debent examinare, an illam petentes ſint habiles ad ſtudendum*, & numer. ſeq.

37 *Debent dictam licentiam concedere pro operam dando Theologiæ, ac Sacr. Canonum ſtudiis in aliqua publica Univerſitate.*

38 *An Eccleſiaſticæ perſonæ poſſint Juri Civili operam dare.*

39 *Vix datur bonus Canoniſta, qui non ſit in Jure Civili peritus.*

40 *Eccleſiaſtici ſtudentes in Univerſitate Piſarum, poſſunt ex privilegio Innoc. VIII. Juri Civili operam dare, & ad Doctoratus gradum in ea profeſſione promoveri*, & n. ſeq.

42 *Epiſcopi debent curare, nè plures ex cauſa ſtudii abſint ex Canonicis, nè Eccleſia defraudetur debito ſervitio.*

43 *Non eſt concedenda iis, qui exceſſerunt annum trigeſimum quintum, nec ultra quinquennium* n. ſeq.

45 *Epiſcopi poſſunt exigere à Canonicis ſtudentibus in Univerſitatibus Teſtimoniales ſuper eorum profectu in ſtudiis.*

46 *Si*

46 *Si manentes in Studiis operam perderent, cum negligenter agerent, poſſet Epiſcopus illos cogere ad reſidentiam, non obſtante indulto obtento, & aſſertur ratio*, n. ſeq.

48 *Canonicus, qui percepit fructus, ſive Diſtributiones Canonicatus cauſa ſtudii, & poſtea tranſivit ad ſtatum laicalem, tenetur ad reſtitutionem.*

49 *Canonici abſentes ex cauſa præmiſſa, tenentur ſervare omnia, quæ de vita, & honeſtate Clericorum, tam de Jure, quàm per Synodalia Statuta præcipiuntur, & Epiſcopi deberent hoc inquirere* numer. ſeq.

51 *Canonicus lucratur fructus, ſeu Diſtributiones in abſentia ex cauſa ſtudii, etiam ſi ſtudeat in Univerſitate, quæ ſit in Civitate, ubi habet Canonicatum.*

52 *Non lucratur Diſtributiones Canonicus abſens cauſa ſtudii, ſi non ſit in Sacris, & juxta Statuta Eccleſiæ, qui non ſunt in Sacris, eas non percipiunt.*

53 *In Cathedrali Piſtorien. non promoti ad Sacerdotium non lucrantur Diſtributiones.*

54 *Non debet plus operari fictio, quàm veritas.*

55 *Canonici non poſſunt ſibi invicem remittere, & condonare fallentias*, & n. 56.

57 *Etiam ſi abſit fraus, & bona fide fiat condonatio, ſive remiſſio.*

ANIMADVERSIONES.

ULtra ea, quæ in ſuperioribus Additionibus dicta
ſunt circa lucrum Diſtributionum in abſentia
ex cauſa infirmitatis, & ſervitii Eccleſiæ, ad quam
pertinet Viſitatio Sacrorum Liminum ex deputatione
Epiſcopi, juxta Conſtitutionem Sixti V., in quibus
caſibus quotidianæ Diſtributiones lucrantur in totum,
non erit hic incongruum alias cauſas recenſere, in
quibus nonniſi duas tantùm ex tribus partibus earundem
Diſtributionum Canonici abſentes lucrantur;
quoties enim redditus Canonicatus omnes in iiſdem
1 Diſtributionibus conſiſtunt, prædictæ duæ partes aſ-
ſumunt naturam Præbendæ. *Panimoll. deciſ.* 20. *annot.* 3. *numer.* 43. *Garz. de Benef. part.* 3. *capit.* 2. *numer.* 440. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 5. *num.* 17. *& diſcept.* 34. *num.* 1.
Antequam deſcendamus ad prædictas cauſas recenſendas, in quibus tantummodò debentur Canonicis
non reſidentibus dictæ duæ ex tribus partibus Diſtri-
butionum, advertere oportet, quòd integrè illas per-
2 cipit Canonicus, pro aliquo ſervitio Eccleſiæ, vel
Capituli occupatus, veluti ad proſequendas lites, vel
aliud grave, & commune negotium miſſus ab eodem
Capitulo, dummodò ſolitus eſſet reſidere, & Cho-
ro intereſſe, & verè; & non fictè gerat negotia Ca-
3 pituli; hoc enim caſu dicitur abeſſe cum evidenti uti-
litate Eccleſiæ. *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *capit.* 12. *nu.* 87. *& de Poteſt. Epiſc. allegat.* 53. *nu.* 171.
Non tamen hujuſmodi Canonicus abſens pro eviden-
ti utilitate Eccleſiæ lucratur illas Diſtributiones, quæ
4 fuerunt expreſsè relictæ pro iis, qui actualiter inſer-
viunt, ut decrevit *S. Congreg. Concil. in Tarraconen. Diſtributionum* 26. *Jan.* 1697., in cujus caſu Fundator re-
5 liquerat Diſtributiones pro Canonicis ad Horas Ca-
nonicas nocturnas, & diurnas intervenientibus ſolum-
modò.
6 Item eas lucratur Canonicus Pœnitentiarius, dum
in Eccleſia Cathedrali audit Sacramentales Confeſſio-
nes, non verò ſi dicto muneri extra illam incumbe-
ret. *Barboſ. ubi ſupra, num.* 79. *& de Pot. Epiſ. allegat.* 55. *num.* 32. *part.* 3.
Item Canonicus Theologus, qui habetur tanquam
7 præſens in Choro pro die, qua habet lectionem in
Cathedrali. *Garz. de Benef. part.* 5. *cap.* 2. *numer.* 118. *Barboſ. ibid. num.* 80.
Item Canonici nomine Capituli intereſſentes Con-
8 cilio Generali, Provinciali, ſive etiam Synodali. *Barboſ. ibid. num.* 80. *& num.* 82., & Inquiſitores contra
hæreticam pravitatem, ac Collectores, aliique Mini-
ſtri Cameræ Apoſtolicæ in cauſis ſpoliorum, de quibus
idem *Barboſ. ubi ſupra, num.* 77.
Et denique Canonicus, qui occupatus eſt in Cura
9 animarum, ſuæ Dignitati, vel Canonicatui incum-
benti, adminiſtrando Sacramenta, vel alia exercen-
do, munus Parochiale concernentia, dummodo ta-
men curam exerceat in ipſa Cathedrali, vel Colle-
giata, ſi enim ex Apoſtolica diſpenſatione haberet
Curam animarum in alia Eccleſia, tunc minimè per- 10
ciperet Diſtributiones quotidianas, dum occupatus in
dicto exercitio non eſt præſens in Choro. *Barboſ. in d. cap.* 12. *num.* 83.
Tranſeundo autem ad caſus, in quibus nonniſi duas
ex prædictis tribus partibus Diſtributionum lucrantur 11
Canonici abſentes, ſive non reſidentes, duos accura-
tiùs hic explicabimus: alterum nempè provenientem
ex diſpoſitione *capit. de cætero, de Cleric. non reſiden.*;
& alterum ex diſpoſitione *cap. final. de Magiſtr.* Quate-
nus pertinet ad primum, per *d. Text. in capit. de cæte-* 12
ro, licet Epiſcopis uti opera duorum Canonicorum
ſuæ Eccleſiæ, etiam ſine Capituli conſenſu, & abſ-
que probatione utilitatis Eccleſiæ, i Canonici ſic
electi ab Epiſcopo, & ad ſuum ſervitium deputa-
ti, lucrantur in abſentia omnes fructus ſuarum Præ- 13
bendarum. *Hoſtien. in d. capit. de cætero, numer.* 1. *Fagnan. ibidem numer.* 1. *&* 5. Hoc autem privile-
gium limitatè competit Prælatis inferioribus, quibus
eatenus licitum eſt retinere pro ſuo ſervitio duos Ca-
nonicos, quatenus Capituli accedat aſſenſus, ac præ-
cedat copulativè probatio utilitatis Eccleſiæ, cum fa- 14
cultate lucrandi fructus ſuarum Præbendarum, ut ad-
vertit *Fagnan. in eodem capit. de cætero, numer.* 6. *& ſeqq.*
Quòd ſi fructus Canonicatus omnes conſiſtant in Di-
ſtributionibus, eo caſu hujuſmodi Canonici occupa-
ti in ſervitio Epiſcopi, ſive Prælati inferioris lucran-
tur tantummodò duas ex tribus ipſarum partibus, di-
miſſa tertia, quæ reſidentibus accreſcit, ex rationibus 15
ponderatis per eundem *Fagnan. ubi ſupra numer.* 29., *& ſeqq.*, & ita cenſuit *S. Congreg. Concil. in Tranen.* 10. *Maii* 1698. ſequentis tenoris. *Sacra &c. Cenſuit, Canonicos, inſervientes Epiſcopo, non gaudere Diſtributioni-
bus quotidianis: ita tamen, ut ſi fructus omnes ex ipſis* 16
*Diſtributionibus conſtent, vel ſi redditus Præbendæ tertiam partem Diſtributionum non attingant, duas ex tribus partibus Diſtributionum, vel Præbendæ, ac Diſtributionum inſimul cumulatarum, præfati Canonici percipiant, amiſ-
ſa tertia, quæ inſervientibus accreſcat.* Quod adeò ve-
rum eſt, ut Epiſcopus poſſit uti opera ſui Canoni-
ci ad affectum, de quo ſupra, etiam pro exercendo
munere Secretarii, ut tenuit eadem *S. Congreg. in Ana-* 17
gnina 17. *Aprilis* 1706. ſequentis tenoris -- *An Canonico Anaſtaſio, tanquam Epiſcopo à Secretis inſervienti,
Diſtributiones debeantur in caſu? Sacra &c. reſpondit*, 18
Affirmativè, *amiſſa tertia parte Diſtributionum, & amplius.*
Non eſt prætereundum, quòd Epiſcopi vigore *d. capit. de cætero*, non ſolùm poſſunt retinere pro ſuo ſer-
vitio duos Canonicos Cathedralis, cum facultate lu-
crandi fructus, ſive Diſtributiones, juxta prææallatam
diſtinctionem, ſed etiam Canonicos Collegiatarum,
ſive Beneficiatos, ut notavit *Fagnan. ubi ſupra, numer.* 19
14., & ita etiam cenſuit *d. S. Congreg. in Aveniomen.* 7. *Jan.* 1640. tenoris ſequent. *Sacra &c. cenſuit licere Epiſcopo pro ſuo ſervitio adhibere etiam Beneficiatos, tam
Eccleſiæ Cathedralis, quàm Collegiatæ ſuæ Diœceſis, ideo-* 20
que declarationes hujus Sacr. Congreg. extendi ad hujuſmodi Beneficiatos, ita tamen, ut ultra duos non adhibeat.
Quamvis autem Epiſcoporum arbitrio remiſſum ſit,
uti opera, & ſervitio prædictorum duorum Canonico-
rum, ſive Beneficiatorum, qui poſſint, ut ſupra, in
abſentia, fructus, ſive Diſtributiones ſuorum Cano-
nicatuum, & Præbendarum lucrari, attamen ani-
madvertere debent pro eorum conſcientiæ quiete,
quòd ſervitium eorum Canonicorum, ſive Beneficia-
torum, tendat in utilitatem, vel neceſſitatem Eccle-
ſiæ, non autem in proprium, ac particulare commo-
dum, ita ut eiſdem deſerviant uti Epiſcopis, non 21
uti particularibus perſonis, prout clarè innuit *Text. in capit. ad audientiam, eod. tit. de Cleric. non reſiden.* ibi -- *cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui tecum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſervitio commorantur* -- & comprobat *Fagnan. in d. cap. de cætero, numer.* 13.

Qua-

Quatenus verò pertinet ad abſentes ſtudiorum cau-
22 ſa, qui juxta allatum *Text. in cap. final. de magiſtr.* ha-
bentur tanquam præſentes ad effectum lucrandi fru-
ctus ſuarum Præbendarum, & de quibus latè *Fagnan.*
in eodem capit. final., *& capit. de cætero*, *numer.* 22. *&*
23 *numer. final.*, plura obſervanda ſunt. Ac primò; tam
Studentes, quàm Docentes, frui hoc privilegio per-
cipiendi fructus in abſentia, quorum nomine veniunt
24 omnes redditus, & proventus, qui percipiuntur ex
bonis, & juribus fixis, ac perpetuò annexis Præben-
dæ, quique abſque onere præciſæ intereſſentiæ, vel
alterius perſonalis ſervitii, per Canonicum, ſive Be-
neficiatum præſtandi, percipiuntur, & reputantur
tanquam dos Beneficii; non autem prædicto nomine
veniunt Diſtributiones, quæ dictum perſonale ſervi-
25 tium exigunt pro earum lucro, ut benè declarat *Petra*
ad Conſtit. 9. *Boniſac. VIII. num.* 17. *tom.* 3.

Multoque minùs hujuſmodi abſentibus ſtudiorum
cauſa debita ſunt emolumenta, provenientia à cele-
26 bratione Miſſarum, interventu in Anniverſariis, aliiſ-
que ſimilibus functionibus, quia licèt ex prædicta cau-
ſa abſentes reputentur præſentes, hoc eſt ſecundùm
fictionem ex cauſa privilegii, eiſdem competentis,
ideoque in iis caſibus, in quibus requiritur vera,
ac præciſa intereſſentia, ut ſunt ii, de quibus ſu-
pra, non ſuffragatur ficta, quæ ſupplere poteſt præ-
27 ſentiam, non autem intereſſentiam præciſam, quæ
in actu corporeo conſiſtit. *Card. de Luc. de Canon. diſ.*
53. *num.* 15. *& diſc.* 14. *num.* 2. *& ſeqq. Petra ubi ſu-*
pra num. 19.

Reſpectu verò quotidianarum Diſtributionum, ſi
redditus Canonicatus omnes, vel illorum major pars
in eis conſiſtat, tunc ex ratione ſæpiùs inſinuata, quòd
duæ ex tribus partibus ſuccedant loco Præbendæ, eæ-
28 dem duæ partes acquiruntur per abſentes ſtudiorum
cauſa, accreſcente reliqua tertia actualiter reſidenti-
bus, & iſta eſt praxis, quæ ſervatur à Sacra Congre-
gatione Concilii, quando ab ea impetrantur Indul-
ta prædicta, apponendo in eis hanc formulam. *Quòd*
29 *ſi fructus omnes ex Diſtributionibus conſtent, vel ſi reddi-*
tus Præbendæ tertiam partem Diſtributionum non attin-
gant, duas ex tribus partibus Diſtributionum, vel Præ-
bendæ, ac Diſtributionum inſimul cumulatarum reſpecti-
vè percipiat, amiſſa tertia, quæ intereſſentibus accreſ-
cat - - ut teſtatur *Reverendiſs. Petra*, meritiſſimus
olim dictæ Sacr. Congreg., nunc Epiſcoporum, &
Regularium Secretarius, in proximè citato *numer.*
20. *&* 21.

Ad hoc autem, ut Canonici, ſive Beneficiati, li-
citè poſſint abeſſe ab Eccleſia, & percipere fructus
ſuarum Præbendarum, ut ſupra dictum eſt, neceſſe
30 eſt, quòd priùs obtineant ab Epiſcopo licentiam, oon-
niſi prævio diligenti cauſæ examine ab eo conceden-
dam juxta ea, quæ inferiùs dicemus; ſi enim Cano-
nicus pergeret ſua voluntate, & non obtenta ab Epiſ-
copo licentia, etiam ad aliquam Univerſitatem, quo-
cunque modo privilegiatam, poſſet cogi ad redeun-
31 dum ſub pœna privationis Canonicatus, cùm ne-
32 que Indulta ſpecialia, à S. Apoſtolica obtenta, ad
hoc ſuffragentur, niſi Epiſcopi accedat aſſenſus, ad
mentem Conſtitutionis S. M. Pii IV. incipien. *SS. in*
Chriſto Pater, de die 24. *Novembris* 1565., & ait *Pa-*
gnan. in cap. cùm ad hoc, de Cleric. non reſid. ferè per tot,
Petr, ad Conſt. 50. *Boniſac. VIII. num.* 7., *&* 8. *tom.* 3.,
33 neque ſufficit licentia Capituli, quod de facili hujuſ-
modi licentias concederet propter ſuum particulare in-
tereſſe, cum interim perciperet illam portionem,
quam abſens amitteret, ut notavit *idem Fagnan. ubi ſu-*
pra num. 9.

Licèt enim Sacri Canones indulgeant Canonicis,
& Beneficiatis, ut abeſſe poſſint cauſa ſtudii à reſi-
dentia, attamen requiritur, quòd cauſa ſit juſta, &
34 in utilitatem Eccleſiæ tendat, ideoque ad Ordinarios
ſpectat in caſibus particularibus definire, an cauſa ſtu-
dii ſit juſtum impedimentum reſidentiæ, & provide-
re, nè ſub prætextu ſtudii frans fiat Divinn cultui, *ad*
Text. in cap. tua, de Cler. non reſiden. Petr. ubi ſupra, nu-
mer. 8., *&* 9.

In conceſſione verò prædictæ licentiæ hæc potiſſi-
35 mùm ſpectanda ſunt ab Epiſcopis, tam ſi eam jure
ordinario concedant, ſive delegato, nempe, vigore
Brevis Apoſtolici, ſive Reſcripti Sacr. Congregatio-
nis Concilii; cum etiam in his caſibus in eorum ar-
bitrio, & conſcientia ſit remiſſa executio; ac primò
ſedulò inquirere debeot, an dictam licentiam peten-
tes ſint ætate, ingenio, & natura, ut poſſint in lite-
ris proficere, cum illam denegare debeant iis, à qui-
bus profectus in ſtudiis ſperari non poteſt, nt notant 36
DD. in d. cap. fin. de magiſtr., & ſignanter *Hoſtien. num.*
2. *Abb. num.* 2. *cum aliis penes Fagnan. in cap. ad hoc, de*
Cler. non reſiden. num. 51. Secundò curent Epiſcopi, ut
Canonici in aliquo celebri Gymnaſio, ſeu publica U-
niverſitate, operam dent Sacræ Theologiæ, ſive Ca- 37
nonum ſtudio, ut conſonat praxis Romanæ Curiæ in
conceſſione ſimilium Indultorum, ur haberur ex *Pyrr.*
Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib. 5. *c.* 6. *Petr. ad d. Conſt.* X.
Boniſac. VIII. n. 4. *tom.* 3. ubi habebis reliqua ad hanc
materiam.

Dubitatur tamen, an ſtudere poſſint etiam Juri Ci-
vili, & pro negativa facit *Text. in cap. non magnopere,*
nè Cler. vel Monac., & alter *Text. in cap. ſuper ſpecula,* 38
eod. tit. Sed probabile eſt, quòd liceat etiam Juri Ci-
vili operam dare, dummodò hoc non fiat principali-
ter, ſed ad majorem Sacrorum Canonum intelligen-
tiam, cum magna intercedat connexio inter Jus Ca-
nonicum, & Jus Civile, ita ut vix dari poſſit bonus
Canoniſta, ſi non ſit in Jure Civili peritus, ut adver- 39
tit *Card. de Luc. diſ.* 8. *num.* 6. *in Relat. Rom. Cur. For.*
Petr. ubi ſupra num. 8. Hinc eſt, quòd Innoc. VIII. in-
dulſit Clericis, aliiſque Canonicis, & Dignitatibus, 40
ut in celebri Piſana Univerſitate, ut in Jure Canonico
magis proficere poſſent, publicè leges audire, & quoſ-
cunque actus publicos in hujuſmodi facultate exercere, 41
& in eiſdem ad Doctoratus gradum promoveri, ut pa-
tet ex ejus *Bulla ſub Dat. Rom.* 18. *Kal. Jan.* 1487. per
extenſum relata à *Lælio Mancino Sacr. Jur. Controv. Diſſert.*
27. *in fin. fol.* 452.

Tertiò curare debent Epiſcopi, nè ſimul ex eadem
caoſa abſint tot Canonici, ſive Beneficiati, ut Eccle- 42
ſia debito, ac neceſſario ſervitio defraudetur, hoc
enim caſu poſſent, ac deberent illam denegare, *Petr.*
ibid. num. 10.

Quartò requirere ætatem poſtulantium ſimilem li-
centiam, quia, ſi exceſſerunt annum 25., debent il- 43
lam denegare, neque ultra quinquennium illam con- 44
cedere, juxta *Text. in d. capit. final. de magiſtr. Petr.*
ibid. numer. 10. *& ſeq.* maximè atteota Conſtitutio-
ne S. M. Innocent. XII. *de die* 8. *Maii* 1693. *in ejus*
Bullar. fol. 262. lata ſuper conceſſione ſimilium Indul-
torum.

Poſt conceſſam verò hujuſmodi licentiam, poſſunt,
ac deberent, exigere à Canonicis, ejus virtute ſtu-
dentibus in Univerſitatibus, de ſemeſtre in ſemeſtre, 45
ſive de anno in annum, Literas teſtimoniales ſuorum
Regentium, ſive Doctorum, ad hoc, ut certi fiant de
illorum profectu in ſtudiis, ut decrevit *S. Carol. in Con-*
cil. Mediolanen. 1. *part.* 2. *cap.* 27. Et habita notitia,
quòd negligenter, vel inutiliter dent operam literis in 46
dictis Univerſitatibus, poſſunt illos cogere ad reſiden-
tiam, cum tales privilegio Scholarium non gaudeant,
nec tuta conſcientia percipere poſſint fructus, ſive Di-
ſtributiones in abſentia. *Fagnan. in d. cap. ad hoc, num.*
12. *de Cler. non reſiden.*, cum Sacri Canones ideo in- 47
dulſerint licentiam morandi in Studiis generalibus, ut
hac via Eccleſiæ Cathedrales, & Collegiatæ Inſignes
haberent egregios, & eruditos viros, & operarios,
quorum doctrina juvarentur, & condecorarentur, ut
benè advertit *Petr. l. cit.* Hinc eſt, quòd, ſi Canoni-
cus ſtudens in Univerſitate, percipiendo fructus ſui
Canonicatus, poſteà ad ſtatum laicalem tranſiret,
poſſet per Capitulum cogi ad reſtitutionem dd. fru- 48
ctuum, perceptorum in abſentia, & contra mentem
Sacr. Canonum, qui in conceſſione ejuſdem Indulti
ſolummodò reſpectum habuerunt ad utilitatem Eccle-
ſiæ, quæ in hujuſmodi caſu omninò deficit, & ita re-
ſolutum fuiſſe in Parlamento Tholoſano refert *Tor-*
rent. lit. C. cap. 8.

Item curare debent Epiſcopi, ut prædicti, manen-
tes in ſtudiis aliquo conſtituto tempore, exhibeant Li- 49
teras teſtimoniales Ordinariorum, in quorum Diœce-
ſibus ſunt Univerſitates, ut ex eis conſtet de eorum
converſatione, & vitæ honeſtate, ac reliquis, à Cle-

ricis de Jure, vel Synodalibus Statutis ſervandis, cùm
50 exempti ſint à reſidentia ex cauſa commodiùs ſtudiis
incumbendi, non autem ab obſervantia cæterorum,
quæ ſunt propria ſtatus, & ordinis Eccleſiaſtici, ut
obſervat *Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. part. 1. tit. 7. capit. 8. num.* 11.

Cæterùm notandum eſt, primò, quòd privilegium
percipiendi ex cauſa ſtudii Diſtributiones, ſive fructus
Canonicatus, ſuffragatur, dummodò reliqua ſupra
51 præmiſſa concurrant, licèt Canonicatus ſit in eadem
Civitate, ubi eſt Univerſitas, ad *Text. in d. cap. ſuper
ſpecula §. Docentes, de magiſtr. Petr. ad Conſt. 9. Boniſac.
8. num. 15. tom.* 3. Secundò, quòd, ſi adſit Statutum
Capituli, ſive conſuetudo legitimè præſcripta, & ſe-
52 cundùm ea Canonici, non promoti in Sacris, non
percipiant Diſtributiones, ut ſequitur in noſtra Cathe-
drali Piſtorienſi, in qua Canonici de numero Anti-
quorum, ſive Participantium, quouſque promoti non
53 fuerint ad Sacerdotium, nullas Diſtributiones perci-
piunt, etiàm ſi ſtudeant in Univerſitate cum licentia
Superioris, non percipiunt duas ex prædictis partibus
Diſtributionum, cum ab eis excludantur per Statu-
tum, vel conſuetudinem, nè magis operetur fictio,
54 quàm veritas, ut pariter benè advertit idem *Petr. ubi
ſupra num.* 29. *& ſeqq.*

Pro coronide hujus Capitis advertendum, quòd ne-
que etiam ex pacto Diſtributiones poſſunt acquiri per
Canonicos non intereſſentes Horis Canonicis, ſcilicet
ex conſenſu aliorum, quibus de jure accreverunt, quia
Concilium Trident. d. cap. 12. *ſeſſ.* 24. non ſolùm privat
non intereſſentes Diſtributionibus, ſed etiam vetat il-
larum remiſſionem, ſive condonationem, ideoque li-
cèt omnes Canonici conſentirent, ac remitterent,
non poſſet Canonicus, qui non intervenit, eaſdem
Diſtributiones licitè percipere, ſed teneretur illas Fa-
55 bricæ Eccleſiæ, ſive alteri Pio Loco, arbitrio Epiſ-
copi, reſtituere, ut ex mente *Sacr. Congreg. Concil.*
ait *Garz. de Beneſ. capit. 2. numer.* 432. *p.* 3. *Rub. ad-
not. ad deciſ.* 576. *numer.* 51. *ad plur. ſeq. part.* 4. *rec.*
Et licèt contraria opinio potuerit ante Concilium ſub-
ſtineri, ut probatur ex *Gloſſ. in capit. 1. in verbo ſuas,*
56 *de Cler. non reſiden. in 6.*, attamen poſt illud non eſt
ſubſtentabilis, cum prohibeat condonationem, & re-
miſſionem, nè aperiatur via fraudibus, & colluſioni-
bus, & Canonici, ſub ſpe viciſſitudinariæ condona-
tionis fallentiarum, negligant Divinum ſervitium.
Rub. ubi ſupra numer. 160. *ad plur. ſeq.* Undè attenta
relata diſpoſitione Concilii, etiam præſcindendo à do-
lo, & fraude, nec etiam poſſe Canonicos condona-
57 re Diſtributiones præteritas Canonicis, qui non in-
terfuerunt Choro, firmat *Barboſ. d. capit. 12, nu-
mer.* 101.

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

An Canonici per tres menſes continuos poſſint abeſ-ſe à ſervitio Chori, quolibet anno, abſque aliqua licentia: quomodo ſit computandum dictum tempus. An, & quomodo procedi poſſit contra Canonicos ad privationem Canonicatus, ſeu illius fructuum, ex cauſa non reſidentiæ. An peccent non reſidendo ultra tres menſes. An, & quando teneatur ad reſtitutionem Diſtributionum, & fructuum Canonicatus, tam non recitans Horas Canonicas privatim, quàm publicè in Choro; & an hæc obligatio extendatur ad recitandum extra Chorum Officium B. V., quod ex conſuetudine recitatur in Choro.

SUMMARIUM.

1 *Canonici poſſunt abſque cauſa, & ſine Epiſcopi licentia, à Choro abeſſe quolibet anno per tres menſes, ſive continuos, ſive interpolatos.*

2 *Poteſt Epiſcopus, juxta aliquos, dictum bimeſtre ad quadrimeſtre ampliare. Contrarium* n. 3.

4 *Non licet omnibus Canonicis vacationem trium menſium eodem tempore aſſumere, ſed tantùm quartæ partis, arbitrio Epiſcopi, & Capituli.*

5 *Epiſcopus prohibere poteſt, nè hujuſmodi vacationem aſſumant Canonici in Solemnitatibus.*

6 *Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Natali, & Paſchate, ſui copiam facere in Confeſſionali.*

7 *Canonicus, qui in fine menſis Septembris cepit poſſeſſionem ſui Canonicatus, non poteſt à Choro abeſſe tribus menſibus ſequentibus, & anno ſubſequenti eodem frui privilegio, & affertur ratio.*

8 *Ita qui in medio anni Canonicus efficitur, non poteſt vacatione gaudere, niſi unius menſis cum dimidio.*

9 *Ex fundatione Præbendæ fieri poteſt, ut Canonici non teneantur ſingulis diebus Choro intereſſe.*

10 *An, ad computandum tempus abſentiæ trimeſtris, Canonicis à S. Concil. Trident. conceſſæ, poſſint colligi in fine anni omnes horæ, & ex eis conſtitui dies, & ex diebus tres menſes abſentiæ,* & numer. 11.

12 *Canonici abſentes ultra tres menſes, ſi ab Epiſcopo non puniantur, juxta formam præſcriptam ab eodem Conc. Trid., non tenentur ad reſtitutionem fructuum ſuarum Præbendarum, dummodò privatè recitent Divinum Officium.*

13 *Non poteſt privari dictis fructibus Canonicus, qui adeò tenuem Præbendam poſſidet, ut dempta eleemoſyna Miſſæ planæ, quæ ei eſt annexa, nulli ſuperſint fructus ex eadem Præbenda. Amplia* numer. 14.

15 *Hujuſmodi verò Canonicus poteſt aliis pœnis adſtringi ad reſidentiam.*

16 *An, & quando Canonici, abſentes à Choro, abſque juſta cauſa, ultra tres menſes, peccent mortaliter.*

17 *Canonici à Choro abſentes, ſed tamen Juris fictione pro præſentibus habiti, ſi privatim valentes Officium Divinum perſolvere, id omiſerint, pro rata Officii prætermiſſi privantur fructibus ſui Canonicatus, & Præbendæ.*

18 *Neque ulla requiritur Judicis declaratio,* & numer. ſeqq.

19 *Amplia etiamſi redditus Beneficii ſint tenues.*

20 *Canonicos, indecora facientes in Choro, poteſt Epiſcopus privare ipſo facto Diſtributionibus pro illa Hora.*

21 *Eas tamen non tenentur reſtituere, niſi poſt condemnationem,* & n. 22.

23 *Pœna à SS. Canon. impoſita non debetur in foro animæ, ante condemnationem. Limita* numer. 24.

25 *Canonicus non recitans Horas Canonicas in Choro, vel extra, abſque legitimo impedimento, primis ſex menſibus, à die captæ poſſeſſionis Canonicatus, non tenetur ad reſtitutionem fructuum.*

26 *Poſt dd. ſex menſes, reſtitutio ob hanc cauſam facienda eſt Fabricæ Eccleſiæ, vel Pauperibus.*

27 *Reo, paupertate laboranti, poteſt Confeſſarius talem reſtitutionem applicare.*

28 *Dummodo ex hoc occaſionem non ſumat continuandi in eodem peccato.*

29 *Vel cum tali intentione non deliquerit.*

30 *An is, qui ſemel, aut bis in anno, ex quadam vecordia prætermittit aliquas Horas, obligetur ad reſtitutionem* & n. 31.

32 *Reſtitutio hujuſmodi quando ſit facienda ſub culpa lethali, & quando ſub veniali.*

33 *Qui Choro quadam die non intervenit, & aliquas Horas obliviſcitur privatim recitare, non ſubjacet fructuum reſtitutioni.*

34 *Declara, quòd Canonicus pluries expertus hujuſmodi oblivionem, tenetur aliquod ſignum adhibere ad excitandam memoriam.*

35 *Quod remedium habeat Canonicus, qui abſque cauſa omiſit Divinum Officium commune, aut ſpeciale perſolvere,* & n. 36.

37 *Diſtributiones, amiſſæ à Canonicis confabulantibus, vel aliàs ſuo muneri non ſatisfacientibus, non ſolent à S. Pœnitentiaria condonari; & affertur ratio.*

38 *An Diſtributiones debeantur Canonicis, ratione ſolius præſentiæ in Choro, vel potiùs eis præſtentur, ut ibi cantent.*

39 Co-

39 *Coadjutores Canonicorum, ultra tempus permiſſum abſentes à Choro, ſubiiciunt ſuos Coadjutos fructuum reſtitutioni: iique petere poſſunt, ut ſibi novus Coadjutor concedatur, & habent actionem de expenſis.*

40 *Coadjutores hujuſmodi, ex ſola Coadjutoria, non obligantur ad perſolvendas privatim Horas Canonicas, ob eorum abſentiam à Choro, niſi fuerint alio aliquo titulo obſtricti.*

41 *Canonicus Coadjutus, vel alius Præbendatus, recitans extra Chorum Matutinum, & Veſperas, quomodo ſe gerere debeat in faciendis commemorationibus*, & n. 43.

44 *Ultra ſeptem Horas Canonicas nulla eſt obligatio recitandi, aut publicè, aut privatè, alia Officia, preceſque, in Breviario poſitas, niſi ubi fuerit conſuetudo recitandi Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis.*

45 *Hujuſmodi autem conſuetudo, ſub lethalis culpæ reatu, afficit omnes Canonicos ſimul, non ſingulos ſeorſim.*

46 *Canonicus non recitans in Choro, nec extra Chorum ſeptem Horas Canonicas, vel unam, aut partem notabilem ipſarum, unicum tantùm peccatum admittit, & eo gravius, quòd plures ſunt preces omiſſæ.*

47 *Secus dicendum de eo, qui non intervenit Choro, ubi recitatum fuit ab aliis Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis.*

48 *Qui ob meram devotionem conſueverunt in Choro recitare prædictum Officium, non peccant, illud etiam collegialiter omittendo.*

49 *In dubio, an conſuetudo recitandi in Choro Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis habeat vim legis, vel ſit ſolius devotionis, præſumitur inducta ex devotione.*

50 *An, ubi Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis recitatur ex devotione, poſſit in Matutinis, & Veſperis, illud poſtponi ex aliqua rationabili cauſa; & quomodo eo caſu ſit inchoandum, & terminandum.*

51 *Quando dicitur Officium parvum B. M., ad Matutinum, & ad Veſperas non fit commemoratio ſolita ejuſdem B. M., niſi in propria Eccleſia.*

52 *In Collegiatis, ubi ex conſuetudine obligatoria recitatur in Choro Officium parvum B. M., eidem aſſignandæ ſunt Diſtributiones.*

53 *Canonicus abſens à Choro, habitus pro præſente quoad lucrandas Diſtributiones Horarum majorum, reputatur & præſens, quoad aſſignatas Officio minori B. M., & è converſo.*

54 *Idem dicendum, ſi quis ſponte evagetur in recitando eodem Officio minori.*

55 *Officium parvum B. M. V. recitandum eſt in Choro depreſſiori voce, quàm Officium maius.*

56 *Qui in Choro non decantaverit Officium Defunctorum in die Commemorationis eorundem, tenetur illud privatim legere.*

57 *Canonici non obligantur ad lectionem Martyrologii ad Primam ſub mortali.*

TITULUS XII.

POſſunt etiam nulla urgente cauſa, ac ſine alia E-
piſcopi licentia, quotannis à Chori ſervitio abeſ-
1 ſe per tres menſes continuos, ſeu interpolatos, cum
ſola jactura Diſtributionum. *Surd. dec. 75. n. 1. Zappaus
l. cit. num. 29. Marzill. de Cler. non reſid. lib. 1. Nald. in
Summ. V. Abſentia, numer. 11. Gonzal. l. cit. in proœm.
num. 182.* Dixerunt nonnulli, jus eſſe Epiſcopo hoc
2 trimeſtre ad quadrimeſtre ampliare: ſic *Vinc. Cardin.
part. 1. tit. de Beneſ. diſq. 18. art. 29. d. 5. Rub. in Aphor.
Epiſ. V. Abſentia, num. 9. Zerol. l. c. V. Privatio*, ubi ait,
S. Congreg. ita decidiſſe; contrarium verò tenet *Garz. de*
3 *Beneſ. part. 2. capit. 2. num. 412.*, & ad Decretum S.
Cong. reſpondet, talem facultatem ex ſpeciali gratia,
& cum cauſa, fuiſſe conceſſum à S. C. Epiſcopo Lan-
rien., & propterea non eſſe extendendam ad alios E-
piſcopos. Et advertendum, non licere memorato trium
4 menſium ſpatio omnibus Canonicis eodem tempore ab-
eſſe à Choro, ſed tantùm quartæ parti, arbitrio Epiſ-
copi, & Capituli. *Leo in Theſ. l. cit. num. 21.* & decla-
ravit *S. C. Concil. ad ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* Pote-
ritque Epiſcopus ad tuendam Feſtorum, & Eccleſiæ 5
dignitatem, mandare, nè hujuſmodi vacationes aſſu-
mant in ſolemnitatibus, *cap. Si quis in Clero 7. quæſt. 1.
capit. Si quis, de conſecr. d. 1.* & abſque alio mandato
Canonicus Pœnitentiarius tenetur in Natali, & Paſ- 6
chate, ſui copiam facere in Confeſſionali, quamvis
aliis diebus non teneatur ad majorem reſidentiam,
quàm alii Canonici. *Garz. de Beneſ. part. 5. capit. 4.
num. 122.* Notandum eſt inſuper, quòd poſſeſſionem
ſui Canonicatus capiens in fine menſis Septembris, 7
non poterit à Choro abeſſe tribus menſibus ſequenti-
tibus, & anno ſubſequenti eodem frui privilegio. *Monet.
de Diſtrib. l. cit. quæſt. 14. num. 21.* Ratio eſt, quia
trium menſium abſentia pro rata conceditur Canoni-
cis, ut hi diuturno labore defeſſi, cùm ferrei non ſint,
honeſta oblectatione quotannis recreentur, & ſic ma-
jori cum ſpiritu ad labores Chori redeant, ut tradunt
Bonac. de Hor. Canon. d. 2. quæſt. 5. num. 55., & *Cara-
muel. l. cit. in reg. diſput. 101.* Undè qui in medio anni 8
Canonicus efficitur, non poteſt abeſſe à Choro niſi per
menſem cum dimidio. *Caſtr. Pal. l. cit. diſt. 3. part. 9.
§. 1. num. 3.* Ad colligendum autem novem menſium
ſervitium, quod præſtare tenentur Canonici, niſi aliud 9
in fundatione alicujus Præbendæ fuerit cautum, ex
*Bonac. de Diſtrib. d. 1. quæſt. 1. part. 2. num. 5. Trullen.
l. cit. lib. 1. capit. 8. d. 30. nu. 4.*, & *Maſſobr. in Prax.
hab. conc. præl. 7. d. 8. num. 2.*, non ſunt colligendæ
punctaturæ, quaſi qui novem partes punctationum ex
xii. Menſibus habuerit, debito novem menſium ſer- 10
vitio ſatisfecerit, ſed qui quolibet die alicui Horæ cul-
patè non intererit, reputatur abſens ea ipſa die, quo-
ad mulctam fructuum ſuæ Præbendæ, quamvis lucre-
tur Diſtributiones pro cæteris Horis, quibus præſens
erit. *Nald. in capit. Non licet, de Cler.*, & *Caſtr. Pal.
ubi ſup. §. 9. num. 9.*, qui aſſerunt *S. Congr. Concil.* ita
declaraſſe. Ratio eſſe poteſt, quia ſeptem Horarum
Canonicarum oratio eſt una tantùm; ita *Homob. de
Exam. part. 3. tract. 14. quæſt. 11. num. 21.* Veruntamen, 11
quia in manuſcriptis ſuper *Concil. Tridem. ad ſeſſ.
24. cap. 12.* reperi aliam Sacr. Congreg. contrariam de-
clarationem in hæc verba, *Canonico non intereſſente Cho-
ro omnibus Horis, iſtæ Horæ in fine anni poſſunt colligi, &
ex eis conſtitui dies, & ex diebus tres menſes abſentiæ*, vi-
dendum erit, quænam ex his allatis declarationibus
ſit juxta mentem Sac. Congregationis. Canonici, qui
culpatè abſuerint à Choro ultra tres menſes, citan-
tur, & puniuntur juxta formam præſcriptam à Sacr.
Concil. Trident. loco confeſtim aſſignato: Conniven-
te autem Epiſcopo procedere ad fructuum Præbenda-
darum privationem, ob inſinuatam abſentiam, non 12
erunt hi in conſcientia ad illorum reſtitutionem obno-
xii, dummodo privatè recitent Officium Eccleſiaſti-
cum, non enim eſt par ratio, quam dicunt aliqui DD.
de Curato non reſidente: videte *Abb. in cap. 1. de celeb.
Miſſ. Macign. cap. 68. num. 11. Vivian. l. cit. num. 165.
Homobon. de ſtat. hum. vit. part. 1. cap. 9.*, & *Caſtr. Pal.
ubi ſupra d. 3. part. 6. num. 4.* Numquid verò Epiſco-
po jus ſit, ob præfatam abſentiam, dictis fructibus
privare Canonicum, poſſidentem Præbendam adeò te-
nuem, ut, dempta eleemoſyna Miſſæ planæ, quæ ei
eſt annexa, nulli ſuperſint redditus ex eadem Præben-
da: Ego quidem ſum voti, quòd non; tum quia, 13
quod percipitur pro ſtipendio Miſſæ, propriè non pro-
venit ex Præbenda; tùm quia Conc. Trid. ſuperiùs al-
legatum, non habet locum in Canonico carente Præ-
benda, ad tradita per *Henriq. in Summ. lib. 3. cap. 23.
n. 2. Gordon. Mor. lib. 8. c. 15. n. 6.* & *Gavan. in Man.
V. Can. reſidentia, num. 46.* & hæc opinio majorem aſ-
ſumit vim, ſi in caſu hujuſmodi Canonicorum abſen- 14
tiæ remaneant alii in Choro in ſufficienti numero, pro
Divinis Officiis perſolvendis, ut deducitur ex *Garz. l.
cit. lib. 3. numer. 39.*, & *Bizozer. ubi ſupra cap. 4. nu-
mer. eod.* Puto tamen, dictum Canonicum, habentem
tenuem Præbendam cum dicto onere, poſſe aliis pœ-
nis adſtringi ad reſidendum, cum teneatur Eccleſiam 15
officiare, dicendo cum Apoſtolo ad *Philip. cap. 4. Scio
ſaturari, & eſurire, abundare, & penuriam pati*: ita
conſideravit *Goffred. in Rubr. de celebr. Miſſ. nu. 20.*
Diſſident Doctores; An Canonici exiſtentes ultra tres 16
menſes abſque cauſa alieni à Choro, peccent mor-
tali-

taliter? Affirmant Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. capit.
13. Vaſquez Mor. cap. 4. ſſ. 2. d. 1. art. 2. num. 182. S.
Fauſt. de Hor. Can. lib. 2. quæſt. 181. Ugolin. de Off., &
Poteſt. Epiſc. part. 1. cap. 19. ſſ. 1. num. 4. Garz. loc.
cit. cap. 2. num. 321. Paul. Comit. Mor. lib. 1. quæſt. 6.
Ricc. in Prax. ubi ſupra reſ. 363. Sa V. Reſidentia nu.
1. Candid. loc. cit. diſq. 18. art. 29. d. 4. Gibilin. V. Ca-
nonici, n. 1. Vivian. de Jurepatr. lib. 15. cap. 9. n. 166.
Gavan. in Com. tom. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 7. nu. 3. Grat.
cap. 56. Marchin. c. p. 6. tract. 2. cap. 12. diff. 11. n. 15.
Bonac. de Hor. Can. d. 1. quæſt. 1. punct. 2. Barb. de Can.
& Dign. cap. 10. n. 8. & alii. Negant Caiet. in Summ.
V. Divinum Officium, & V. Hora, ſſ. 5. Tab. Sylv. Arm.
eod. V. Sot. de Juſt., & Jur. lib. 10. quæſt. 5. art. 4.
Nav. de Orat. cap. 5. num. 14. Valen. tom. 3. d. 6. quæſt.
2. punct. 10. §. 6. Laym. lib. 4. tract. 2. cap. 7. quæſt. 7.
num. eod. Bizozer. cap. 5. num. 4. Eſcob. exam. 6. tract.
5. cap. 3. n. 53. Tamb. de Jur. Abb. tom. 2. d. 10. q. 3.
numer. 4. Card. Macig. cap. 56. num. 34. Ferro QQ. Mor.
part. 1. quæſt. 30. per tot., & alii apud Marchin. l. cit.
diff. 8. Utraque opinio non caret probabilitate, teſte
Diana Mor. part. 2. tract. reſ. 31., ubi probabiliorem dicit
affirmativam; ſed poſtea part. 4. tr. 4. Miſcell. reſ. 149.
in fine, vertit tela, & ſatis probabiliorem exiſtimat
negativam, cui non gravatè adhæreo, concurrentibus
his conditionibus.

Primò, quòd non ſint remoti à Choro ex con-
temptu.

Secundò, quòd non fuerint juſſi à Superiore ad in-
tereſſendum.

Tertiò, & ultimò, quòd, non obſtante eorum di-
ſtantia, Divinum Officium celebretur cum debita ſo-
lemnitate, vel non patiatur notabile detrimentum.

Et in hanc ſententiam, cum dicta limitatione, me-
liùs conſideratam, deſcenderunt Barboſ. l. cit. cap. 40.
num. 11. & alleg. 53. num. 182. Caſtr. Pal. tom. 2. diſp.
2. punct. 5. num. 13. Sanchez lib. 2. conſ. cap. 2. dub. 112.
Trullen. in Dec. l. c. dub. 30. n. 7. & in Opuſ. dub. 2. n. 3.
Canonici omnes à Choro disjuncti, licèt juris fictione
pro præſentibus habiti, ſi privatim Eccleſiaſticum Of-
ficium perſolvere valuerint, & id prætermiſerint, ex-
17 ſpoliantur fructibus ſui Canonicatus, & Præbendæ,
pro rata Officii omiſſi, juxta Bullam Pii V., inci-
pientem Ex proximo, & docent Jacob. de Graff. part. 1.
deciſ. lib. 2. capit. 1. num. 6. Nav. in Man. cap. 25. nu-
mer. 152., & alii paſſim. Quod intellige, nulla ex-
18 pectata Judicis declaratione. Bonart. l. cit. lib. 2. capit.
11. num. 9. Amplia etiamſi redditus Beneficii ſint te-
19 nues, ut ſatis probat Graf. de Caſ. reſ. lib. 2. cap. 18.
in fin.

Non obſtat, Canonicis, indecora in Choro facien-
tibus, licitè ab Epiſcopo imponi privationem Diſtri-
20 butionum pro illa Hora ipſo facto, ut docet Scip. Rub.
l. cit. V. Diſtributiones, numer. 10. & tamen, non ſunt
21 obnoxii eas reſtituere, niſi poſtquam ab eodem Epiſ-
copo fuerint condemnati. Gloſ. in capit. Fraternitas 12.
quæſt. 2. Hoſt. ſuper capit. Dilecto, de arbitr. Quia Epiſ-
copus cum his non habet omnimodam auctoritatem ſi-
22 cut Papa, ut adnotavit Fragoſ. de Regim. lib. 11. diſput.
2. punct. 4. num. 10. tom. 2. Nec urget replicatio, et-
23 iam à Sacris Canonibus pœnam impoſitam, non de-
beri ante condemnationem in foro animæ, ut tradunt
Fely. in capit. Rodulphus, num. 36. de reſcript. & Caiet.
2. 2. quæſt. 62. art. 3. Namque in caſu noſtro conſtat
24 de mente Summi Pontificis, dantis eoſdem reddi-
tus ſub illa lege, & conditione. Lopez. in Inſtr. caſ.
conſc. part. 2. capit. 106. in princ. Vaſquez ubi ſupra
dub. 8., & latè Franc. Valent. in Concord. Jur. part. 2.
tit. 2.

Hinc eſt, quod non recitantes Horas Canonicas in
Choro, nec extra, quamvis, ſemoto legitimo impe-
dimento, à lethali culpa non ſint immunes, tamen
25 non tenentur ad reſtitutionem fructuum primis ſex
menſibus à die poſſeſſionis eorum Canonicalis Præ-
bendæ; quia ſic in dicta Conſtitutione diſpoſitum fuit
à Papa, cui in materia Beneficiali nemo poteſt dice-
re, cur ita facis? cum ſit Dominus. Gemin. conſ.
99., & Gonzal. d. §. 1. prom. 36. Effluxis dictis ſex
26 menſibus, reſtitutio, ob non perſolutas Horarias Pre-
ces, facienda eſt Fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus.
Covar in capit. fin. de teſt. numer. 4. Frag. l. cit. lib. 10. d.
12. §. 5. numer. 4. & caſu quo reus paupertate labo-
ret, poterit Confeſſarius eam reſtitutionem illi ap- 27
plicare. Leoncill. de Priv. Paup. part. 1. priv. 37. num. 6.
Dummodò ex hac occaſione non inducantur ad idem 28
peccatum perpetrandum, ut advertit Graf. de Caſ. reſ.
lib. 2. capit. 28. in fin. vel in tali intentione non præ-
termiſerit: ita Vulp. in Prax. Judic. capit. 51. num. 57. 29
Qui ſemel, aut bis in anno, prætermittit aliquas Ho-
ras ex quadam vecordia, eximitur à dicto reſtitutio- 30
nis nexu, quia opus eſt aſſiduum, & ſic benignè in-
terpretandum: ita Lopez. l. cit. capit. 145. & alii. Qui-
bus non adhæreo, nam in allegata Bulla Pii V. præ- 31
cipitur reſtitutio pro omiſſione etiam unius Horæ,
ut, poſt alios, notat Garz. de Benef. part. 3. capit. 1.
numer. 27. Verum eſt, quòd ſi Diſtributiones, & fru-
ctus correſpondentes ſint exigui, reſtitutio facienda
erit ſub culpa veniali; quando autem quis omittit plu- 32
res Horas Canonicas, vel notabilem earum partem,
etiam in diverſis diebus, quorum Diſtributiones, &
fructus, ſimul ſumpti, conſtituunt notabilem quan-
titatem, utpote duorum Juliorum, prout in furto,
tenebitur ad reſtitutionem ſub mortali: ita Azor. tom.
1. lib. 10. cap. 14. quæſt. 8. Filliuc. l. cit. tract. 23. ca-
pit. 10. num. 320. Bonac. de Hor. Canon. d. 1. quæſt. 5.
p. 2. num. 13. Qui ſolitus Chorum frequentare, qua-
dam die non intervenit aliquibus Horis Canonicis,
quas obliviſcitur privatim recitare, excuſatur à dicta 33
reſtitutione, quia tali eventu nullum committitur pec-
catum, & ubi non eſt culpa, nulla debet eſſe pœna.
Bard. ubi ſupra, num. 9. Valen. l. cit. part. 10. con. 3.
Graff. effect. 17. num. 7. niſi Canonicus pluries fuerit
expertus, ſe obliviſci tali caſu privatim ſupplere, 34
quia tunc tenetur providere ſuæ incogitantiæ aliquo ſi-
gno ad excitandam memoriam, ut docet Filliuc. l. cit.
capit. 9. numer. 282., & ante eum adnotarunt D. An-
ton. in Summ. part. 3. tit. 3. cap. 4., & Nav. in Man.
cap. 25. num. 99. Canonicus, qui Divinum Officium
commune, aut ſpeciale, abſque cauſa non obierit,
paratum habet remedium ſe componendi cum Sum- 35
mo Pontifice, qui partem fructuum reſtituendorum,
ut ſupra, applicare ſolet Cameræ, & partem ex gra-
tia Oratori. Sanchez l. cit. cap. 2. dub. 88. Succurrit 36
eadem gratia Sacra Pœnitentiaria, quæ aliquando to-
tum remittit debitum, ut tradit Buſemb. in Med. Theol.
lib. 2. tr. 2. cap. 4. d. 4. in fine, Corrad. l. cit. lib. 4. ca-
pit. 2. num. 68. Dixi fructuum, quia neque à Papa,
neque à Sacra Pœnitentiaria, ſolent condonari Di- 37
ſtributiones, amiſſæ à Canonicis confabulantibus, vel
ſubmiſſa voce recitantibus in Choro, vel ſuo mune-
ri non reſpondentibus, quæ accreſcunt Canonicis, Di-
vinis inſervientibus. Henriq. in Summ. lib. 7. cap. 36.
num. 5. Petrell. ubi ſupra, ſect. 10. §. 4. num. 24. Vega
in Summ. tit. de Hor. Canon. caſ. 1. & 18. Nav. conſ. 14.
num. 1. de ſent. excomm. & conſ. 62. de celebr. Miſſ. Ra-
tio eſt, quia creditor eſt certus. Bard. in Expen. Bull.
l. cit. numer. 26. Canonicos privatim Horarias Pre-
ces exſolventes, & in Choro præſentes, ſed ibi non
recitantes; nonnulli DD. apud Anel. l. cit. cap. 2. d.
4. numer. 10. non improbabiliter eximunt à reſtitutio- 38
ne dimidiæ partis Diſtributionum, opinantes, eis de-
beri ratione ſolius præſentiæ in Choro. Verius ta-
men puto, teneri ad reſtituendas totas; quia præ- 39
bentur aſſiſtentibus, cum pacto, ut ibi cantent: ita
Azor. tom. 1. lib. 10. capit. 12. quæſt. 7., & latè Mo-
net. de Diſtrib. part. 2. quæſt 1. con. 7. numer. 31., &
alii. Coadjutores Canonicorum, ultra tempus per-
miſſum abſentes à Choro, injungunt onus reſtituendi 40
fructus ſuis Coadjutis, qui propterea poterunt pete-
re, & obtinere, ut ſibi concedatur novus Coadju-
tor, & habebunt actionem de expenſis. Gonzal. l. cit.
Gloſ. 5. §. 4. numer. 122. & Rot. part. 5. diverſ. deciſ.
602. numer. 8. Coadjutores prædicti, nondum Sacris
initiati, nullo alio intercedente titulo Beneficii Ec-
cleſiaſtici, deobligantur à perſolvendis privatim Ho-
ris Canonicis in caſu, quo abſuerint à Choro. Ra- 41
tionem aſſignant Merlin. dec. 141. numer. 4. tom. 1. Fa-
rinac. part. 1. deciſ. 456. numer. 1. Laym. lib. 4. tr. 2.
cap. 5. num. 8. Fragoſ. lib. 4. d. 10. num. 123. tom. 2.
Canonicus Coadjutus, vel alius Præbendatus, ſup-
plens extra Chorum Matutinum, & Veſperas, tene-
tur facere Commemorationem de Sancto Titulari Ec- 42
cleſiæ,

cleſiæ, & alterius Titularis Beneficii, ſi quod poſſi-
deat, ut ex Rubrieis Breviarii obſervat *S. Fauſt. de
Hor. lib.* a. *quæſt.* 19. At in Choro fit tantùm eomme-
43 moratio de Patrono Eccleſiæ, qui ſi fuerit S. Petrus,
uti apud nos, ſatis erit ſolita eommemoratio. *Bonac.
de Hor. Canon. d. s. quæſt. a. p. 4. n. 6.* Hic adnotare non
deſinam, in Breviariis, præter Horas Canonicas, eſ-
ſe regiſtratum Officium parvum B. Virginis, Mortuo-
rum, Pſalmos Pœnitentiales, & Graduales, ac Lita-
44 nias, & attenta Bulla Pii V., initio Breviarii reſor-
mati poſita, Canonici eo utentes, redduntur immunes
ab his publicè, vel privatè recitaodis, niſi ubi eſt in-
troducta conſuetudo in Choro perſolvendi Officium par-
vum Deiparæ Virginis. *Imol. in Clem. 1. de celeb. Miſſ.
Plov. de Hor. Can. p. a. q. a. Fum. V. Hora, num. 8. Rodriq.
l. cit. c. 142. n. 1.*

Quæ conſuetudo ſub letbalis eulpæ reatu afficit om-
nes Canonicos ſimul, non ſingulos ſeorſim, ut dictum
45 eſt de majori Officio. *Alvar. ubi ſupra. V. Horæ Canoni-
cæ, num. 16. Tamb. de Jur. Abb. tom.* 1. *dec. 85. quæſt.* 2.
eum hac tamen diſtinctione, quòd Canonicus nou reci-
tans in Cboro, nec extra, ſeptem Hòras Canonicas
Dominicas, vel unam, aut partem notabilem ipſa-
46 rum, ſecundùm verior m opinionem, unico tantùm
mortali peecato ſe commaculat, & eò graviori, quò
plures ſunt preces omiſſæ. *Sa. V. Horæ, num. 5. Nald.
V. Divinum Officium, numer.* 10. At non interveniens
47 Choro, ubi ſuerunt perſolutæ ab aliis Horæ mioo-
res de Beatiſſima Virgine, non peccat, nec tenetur
eas privatim recitare, quamvis ibi dicantur ob præ-
ſcriptam eonſuetudioem. *Molfeſ. in Samm. tr. 5. cap. 1.
num.* 56. Ratio eſt, quia hujoſmodi obligatio non ex-
tenditur extra Chorum. *Azor. l. cit. capit. 16. quæſt. 3.
Leſſ. de Juſt., & Jar. lib. a. c. 37. dub. 5a. num.* 36. Qui-
nimmò, qui hoc parvum Officium Dominæ noſtræ ob
meram devotionem in Choro recitare conſueverint,
ut penes nos ceptum fuit, ac per Statutum explica-
48 tur, non peccant, iſtud omninò etiam in Choro col-
legialiter omittendo. *Trull. in Opuſc. d. a. numer.* 13.
Dian. part. 6. tr. 15. reſ. 8. eſt enim in poteſtate Ca-
pituli, in Collegiatæ primordiis, ad dictum parvum
penſum Marianum per Statuta ſe obligare, vel im-
munem reddere à præſcribenda conſuetudioe obligato-
ria, ut docet *Caramuel. in Reg. D. Bern. diſp.* 101.
num. 3. immò in dubio, ao conſuetudo recitandi in-
49 ſinuatum Offieium in Choro babeat vim legis, vel ſit
ſolius devotionis, præſumitur inducta ex devotione,
ut in puncto tradit *Suarez de Legib. lib. 7. capit.* 15.
numer. 13. & favent tradita per *Verricell. ubi ſupra
tract.* 8. *quæſt.* 30. *numer.* 4. *& Dian. part. 1. reſol.* 30.
de Leg.

Ubi ex devotione perſolvitur, in Matutino, &
Veſperis Officii majoris, poſtponere iſtud minus B.
V., dixi licitum ex rationabili cauſa, veluti intro-
ductum ſuit apud nos, eo quia pars Collegialium,
dum memoratæ Horæ B. Virg. aoteponebantur,
non intrabant io Chorum, niſi terminatis his mino-
ribus Horis, quibus hie non ſunt aſſignatæ Diſtribu-
tiones, & eas poſtponendo, ut ſupra, omnes jam
conſiſtentes in Choro pro Officio Dominico, recita-
50 bant, & Matutinum, & Veſperas B. V. ſicque jux-
ta *cap. Ex parte, de conſt.* augetur Divinus Cultus,
& nou fit contra ſubſtantiam hujus parvi Officii,
quod in aliquibus Collegiatis unica ſeſſione continoa-
tè perſolvi ſolet, quo caſu ioitio eujuſeunque Horæ
dicitur Salutatio Angelica, & in fine *Benedicamus*,
& *Fidelium*, quæ prætermittuntur, dum dicuntur con-
51 junctim cum Officio majori, & ad Matutinum, &
Veſperas non fit commemoratio ſolita B. V., niſi in
Eccleſiis eidem Deiparæ dicatis, quia in his Eccleſiis
eſt Titularis: ita colligitur ex *Rubricis*, & ex parte
determinavit S. R. C., aſſerente *Polac. de Cær. part.*
2. *fol.* 48. In Collegiatis, quibus ex conſuetudine obli-
gatoria recitatur in Choro memoratum Offieium mi-
52 nus B. V., eidem aſſignandæ ſunt Diſtributiones, ut
notant *Monet. l. cit. quæſt. 3. numer. 6. S. Fauſt. lib.* a.
quæſt. 501. Atque tali eventu Canonicus abſens à Cho-
53 ro, habitus pro præſente quoad luerandas Diſtribu-
tiones Offieii Dominici, reputatur & præſens quoad
aſſignatas Officio parvo B. V.: ita *Nav. de Orat. c.* 10.
n. 5. Filliuc. l. c. num. 247., & è contra abſens à Choro
abſque juſta cauſa, neutras acquirit. *Monet. & Trullen.
loc. ſtatim citatis.*

Prout etiam, ſi ſpontè evagetur in recitando, quia 54
attentè eſt perſolvendum, veluti Officium majus, ut
advertit *Zambell. in Reſp. Caſ. V. Officium, num.* 15.
Hac tantùm ſervata differentia, quòd Officium par-
vum B. M. V. recitandum eſt in Choro depreſſiori vo-
ee in ſecunda, vel tertia nota, Officio diei, ut notat 55
Don. Cal. rit. a. *fol.* 14. Officium Mortuorum in Cathe-
dralibus, & Collegiatis, ex obligatione perſolvitur in
die tantùm Commemorationis omniom Defunctorum,
& quicunque ad Divini Officii penſum adſtricti, qui 56
illud in Choro non decantaverint, tenentur illud pri-
vatim legere; Ratio eſt, quia Veſperæ, & Matuti-
num Mortuorum illius diei, ſunt pars Offieii, ipſamet
die præſcripti, ita DD. ſignanter *Lezan. in Sam. part.*
a. *cap.* 12. *num.* 23. Hinc argumento à contrario ſen-
ſu dixi, Canonieos in Choro non obligari ad Lectio- 57
nem Martyrologii ad Primam, ſub mortali, quia non
eſt pars Divini Officii, ex *Gavan. in Com. ſect. 9. cap.
1. num. 13. & Caramuel. ſuper Reg. D. Bened. diſp.* 105.
nu. 1364. Laudabiliter tamen legitur in omnibus Col-
legiatis benè temperatis, & per earum Statuta, ejus
Lectioni nou intereſſentes privantur Diſtributione Ho-
ræ Primæ.

A R G U M E N T U M.

In Cathedralibus, & Collegiatis Inſigoibus, tenen-
tur Canonici reſidere apud ſuas Eccleſias, nec ab-
eſſe poſſuut ultra tres menſes, niſi majus ſervitium
per partieularia Statuta demandetur. De tempore
vacationum; an debeantur Canonico non reſiden-
ti fructus, & Diſtributiones. Conciliom an dero-
gaverit Statutis confimatis à Sede Apoſtolica, &
conſuetudinibus immemorabilibus. Epiſcopus po-
teſt revidere, & examinare cauſas licentiarum,
à Capitulo eonceſſarum Canonieis abeſſendi ab
Eccleſia propter cauſas etiam juſtas, & neceſſa-
rias.

S U M M A R I U M.

1 *Tempore vacationum trium menſium, vel alterius bre-
vioris temporis, à Statutis Capitulorum præfinitis,
non licet Canonicis Diſtributiones lucrari.*

2 *Si redditus omnes Canonicatus conſiſtant in Diſtribu-
tionibus, poſſunt Canonici percipere eo tempore va-
cam earundem reſpectu tertiæ partis.*

3 *Dummodò tamen babeant licentiam debitam à Superio-
re, aliàs non lucrantur nec etiam fructus Præben-
darum.*

4 *Per* Conc. Trid. cap. 12. ſeſſ. 24. *ſublatæ ſunt con-
ſuetudines, & etiam Statuta, confirmata à Sede A-
poſtolica in forma communi.*

5 *Confirmatio in forma communi nibil tribuit de novo,
ſed cenſetur ſublata per poſteriorem generalem dero-
gationem.*

6 *Statuta confirmata in forma ſpecifica, non ſunt ſublata
per* Concilium d. c. 12.

7 *Quando dicatur, confirmatio eſſe in forma ſpecifica,*
& num. 8.

9 *Statuta confirmata à S. R. E. Cardinali, tanquam
ſpeciali delegato Sedis Apoſtolicæ, comprebendan-
tur ſub derogatione* dict. capit. 12. Concil. Tri-
dent.

10 *Speciale Indultum Sixti IV., conceſſum Canonicis Pi-
ſtorien. circa vacationes ultra tempus præfinitum à
Concilio, non eſt eis ſublatum per idem Concilium.*

11 *Item circa facultatem concedendi Canonicis licentias
abſentiæ, quamvis Epiſcopus poſſit providere, nè
fraus fiat Divino cultui.*

12 *Conſuetudo contra* d. cap. 12. *Concilii Trident. non eſt
valida.*

13 *Etiamſi ſit, quòd una pars Canonicorum, inſervien-
tium in una bebdomada, lucretur Diſtributiones ſe-
quentis bebdomadæ vacantis.*

14 *Item quòd Canonici gaudentes Indulto deſerviendi
per alternas bebdomadas, poſſint recuperare Diſtri-
butiones amiſſas, deſerviendo in bebdomada va-
cante.*

15 *Tole-*

15 *Toleranda eſt conſuetudo, ut Canonici, occupati juſſu Capituli in revidendis computis, lucrentur Diſtributiones.*

16 *Canonici non habent facultatem concedendi licentias abſentiæ, niſi ex cauſa comprehenſa in corpore Juris.*

17 *Talis licentia non liberat Canonicum à reſtitutione Diſtributionum.*

18 *Licentia Capituli eatenus ſuffragatur, ſi cauſa ſit vera, & evidens.*

19 *Epiſcopus poteſt recognoſcere cauſas hujuſmodi licentiarum, etiam ſi Capitulum habeat Indultum illas concedendi.*

20 *Diſtributiones quotidianæ pro eorum lucro requirunt corporalem intereſentiam in Divinis.*

21 *Canonici, habentes indultum deſerviendi in Choro per alternas hebdomadas, an lucrentur Diſtributiones etiam hebdomada vacantis.*

22 *Diſtributiones, quæ dantur pro aſſiſtentia Anniverſariis, aliiſque extraordinariis Functionibus, non veniunt appellatione Diſtributionum, quæ debentur pro aſſiſtentia Horis Canonicis.*

23 *Prædictæ Diſtributiones non debentur fictè intereſſentibus, etiamſi conſiſtant in pane, & vino*, numer. 24

25 *Indulta lucrandi fructus Canonicatus in abſentia, non ſe extendunt ad dictas Diſtributiones Anniverſariorum, quia non debentur ratione Canonicatus, ſed ex Legatis piis.*

ANIMADVERSIONES,

CUM Sacrum Concilinm Tridentlnum *ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de reſor.* præcipiat Canonicis Cathedralinm, & Collegiatarum Inſigniom, reſidentiam apud eaſdem Eccleſias, ita ut ab eis abeſſe non liceat ultra tres meoſes quolibet anoo, noo erit abs re hic differere, an ex vi Statuti, aut conſuetudinis, permiſſa ſit prædictis Canonicis abſentia ultra dictos tres menſes, & an tempore permiſſæ abſentiæ licitum ſit eiſdem fructus, & Diſtributiones percipere.

Quatenus pertinet ad hanc ſecundam partem, præſupponendum eſt, tempore vacationum trium menſium, vel brevioris temporis, à particularibus Capitulorum Statutis præfiniti, non licere Canonicis percipere quotidianas Diſtributiones, quamvis licitè acqui-
1 rant cum quotidianæ Diſtributiones oonniſi intereſſentibus debeaotur. *Fagnan. in c. ad audientiam n.* 23. *&* 24. *de præb.*, nt ſepiùa reſcripſiſſe Sacram Congreg. Concil. teſtatur ibidem *Petra ad Conſt.* 9. *Bonif. VIII, n.* 23. *& ſeq. tom.* 3.

Quòd ſi redditus omnes Canonicatus conſiſtant in
2 quotidianis Diſtributionibus, oè reddatur Indultum abſeotiæ omninò eluſorium, tunc pro rata percipere poſſunt illam tertiam partem earundem Diſtributionum, quæ, ut alibi dictum fuit, aſſumit naturam Præbendæ, ut doctè, ac ſolidè docet idem *Petr. ubi ſupra, n.* 24. *& ſeq.* Neceſſe tamen eſt, ad effectum percipiendi tempore permiſſæ abſentiæ fructus groſſos, ſive Præbendarum, aut ratam dictarum quotidianarum Diſtributionum, quòd abſint à loco reſidentiæ cum debita licentia, alioquin nec fructus, nec
3 Diſtributiones eiſdem ſunt debitæ. *Fagn. ubi ſupra ſub n.* 30.

Quatenus verò pertinet ad conſuetudines, vel Statuta, per quæ indulgerur Canonicis majus tempus abſentiæ, quàm præſcribatur per S. Concilium, cum facultate percipiendi fructus, vel Diſtributiones; reſpectu tam conſuctudiois, etiam immemorabilis, ſeu centenariæ, quàm Statutorum, quæ fuerunt confirmata in forma communi à Sede Apoſtolica, certum eſt, uou ſuffragari Canonicis, cum hæc ſublata ſint
4 per ipſum Concilium in *d. c.* 12., nec dicta confirmatio in forma communi aliquid tribuit de novo, ita nt
5 per ſubſequentem contrariam generalem diſpoſitionem illius efficacia evaneſcat, *cap. cum dilecta §. Nos igitur, de confirm. util, vel inutil. Fagn. in c. licet, num.* 63. *de præb.* Secus verò ſi ageretur de Statutis, in forma ſpecifica approbatis ab eadem Sede Apoſtolica; hæc ſiquidem, non obſtante prædicta Conciliari ſanctione, in ſuo robore permanſerunt, ut paſſim 6
cenſuit Sac. Congreg. Concilii, ut teſtantur *Garz. de Benef. p.* 3. *c.* 2. *numer.* 223. *Ventrigl. in Prax. adnot.* 19. *§.* 3. *numer.* 4. *Fagn. in c. licet, numer.* 134. *de præben.*

Tunc autem dicuntur Statuta eſſe confirmata à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica, quando ea proceſſit ex certa ſcieotia, eum præcedenti cauſæ cogoitione, & examine, de quo conſtet, eò quia in Apoſtolica confirmatione habeatur inſertus tenor Statutorum, ſive ſubſtantialis illorum narratio, aut ſaltem 7
exprimatur, eadem Statuta fuiſſe examinata, & maturè conſiderata, & in confirmatione fuerit appoſita clauſula *ex certa ſcientia*, ut benè advertit *Ventrigl. ubi ſup. numer.* 12. alioqnio, deficientibus prædictis, cenſetur confirmatio obtenta in forma communi, ac proinde non præſervata à generali derogatione, in 8
Concilio cootenta. *Garz. de Benef. l. ſup. cit. numer.* 227.

Illud advertendum, quòd Statuta, etiam in forma ſpecifica approbata à Cardinali Sedis Apoſtolicæ delegato ad dictum effectum, noo ſunt exempta à prædicta Conciliari derogatione, ſed in ipſa comprehenduntur, eum ſolummodò præſervata remaneant ea, quæ à Summo Pontifice approbata ſpecialiter fuerunt, ur declaravit eadem Sac. Cong. teſte eodem *Fagn. in d.* 9
c. licet, ſub n. 61. *de præb.*

Hioc eſt, quòd propoſito dubio in eadem S. Congregatione, An Canonici Piſtorieo. juxta Indultum Siſti 10
IV., poſſent gaudere vacationibus quatuor menſium infra annum, & nihilominus percipere Diſtributiones quotidianas, quæ aliàs de jure debeotur intereſſeotibus taotùm, & ſecundo, an ſit auferenda facultas Capitulo concedendi licentias abſentiæ, quam habet ex eodem Indulto; eadem Sac. Cong. cenſuit ad primum, quia Concilium in hac parte non derogat privilegiis, 11
non obſtare, licèt poſſit Epiſcopus providere, nè fraus fiat cultui Divino ex aliquo abuſu, ut refert *Fagn. in d. c. licet, ſub n.* 134. *de præb.*

Diximus ſupra, conſuetudines oon ſuffragari contra allatam Conciliarem diſpoſitionem, quod confir- 12
mamus authoritate *Azor. Inſtit. Moral. p.* 2. *lib.* 7. *qu.* 5. *Vulpell. in Prax. For. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 7. *Ventrigl. in Prax. adnot.* 19. *§.* 3. *nu.* 14. ita ut noo ſuſtineatur conſuetudo, juxta quam Canonici, qui inter- 13
ſunt una hebdomada, lucrantur Diſtributiones ſequeotis hebdomadæ, in qua Divinis non interſunt, nec etiam Statutum, ſive conſuetudo, quòd Canonici, gaudentes Indulto inſerviendi per alternas hebdomadas, quique amiſeruot Diſtributiones non intereſſendo in 14
diebus hebdomadæ, ſibi tangeotis, illas recuperent intereſſendo in Feſtis duplicibus, in quibus aliàs non teuerentur, ut reſolvit Sacr. Congreg. Concil. in Avenionen. Diſtributionom 25. *Septembris* 1700. *ad* 4. *dub.*

Pariformiter toleranda eſt conſuetudo, utpote multùm rationabilis, admittendi ad lucrum Diſtribntionum Caoonicoa, occupatos juſſu Capituli pro revidendis cnmputis, & rationibus reddituum, & expenſarum Maſſæ Capitularis, ſive Fabricæ Eccleſiæ, ut 15
docet *Monet. de Diſtribut. p.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 46. *Ventrigl. d. adnot.* 19. *§.* 3. *num.* 15., quamvis regulariter Capitulum non habeat facultatem concedendi, etiam ad breve tempus, licentiam abſentiæ pro cauſa, li- 16
cèt juſta, & rationabili, niſi cauſa ſit expreſſa in corpore Juris, vel ſaltem ſubintellecta, & hujuſmodi licentia, à Capitulo conceſſa, etiam ſub prætextu conſuetudinis, non liberat in conſcieotia Canonicum à reſtitutione fructuum, ſive Diſtributionum. *Garz. de* 17
Benefic. p. 3. *c.* 2. *n.* 402. *& ſeqq. & n.* 420. *&* 421. Quinimmò ſi Capitulum concederet prætextu conſuetudinis, ex cauſa à Jure approbata, licentiam abſentiæ, ex cauſa nempe utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, 18
eatenus ſuffragaretur, quatenos cauſa eſſet vera, & evidens. *Ventrigl. ubi ſupra nu.* 16., udverteneo, quòd etiam in caſu, quo Capitulum legitimè haberet facultatem concedendi licentias abſentiæ, nihilominus nunquam cenſeretur excluſus Epiſcopus, quominus ille recognoſcere, & examinare poſſet cauſas; nè ſub prætextu facultatis fraus fieret Divino ſervitio, ut 19
alibi dictum fuit, & patet ex reſcripto Sac. Congrega-

gregationis Concilii ſupra allato in *Piſtorien. apud Fagaan. ubi ſupra*.

Et hic non erit inopportunum, ad majorem intelligentiam Indultorum Apoſtolicorum, eximentium Canonicos à continua reſidentia, ſubnectere, quod, requiſitus de meo voto, reſpondi pro veritate ſuper ſequentibus dubiis: Primò, an quidam Canonici, qui obtinuerant Breve Apoſtolicum ſuper facultate deſerviendi Eccleſiæ per alternas hebdomadas, ita ut medietas Canonicorum una, alia verò medietas altera hebdomada, Choro inſerviret, & nihilominus omnes fructus, & Diſtributiones conſequi valerent, perindè ac ſi Choro jugiter intereſſent, poſſent vigore prædicti Indulti conſequi Diſtributiones quotidianas hebdomadæ vacantis, etiam ſi in hebdomada, ſibi tangenre, non inſervirent: Secundò, an dictum Indultum ſe extenderet ad lucrandas Diſtributiones, quæ dicuntur manuales, quæque pro interventu in extraordinariis Functionibus Anniverſariorum, & Feſtivitatum debentur.

Cenſui enim quoad primum, conſuetudinem admittendi ad lucrum Diſtributionum Canonicos in hebdomada vacante, etiam ſi in illa Choro non intereſſent, ſuſtineri non poſſe, quia eſt contra naturam Diſtributionum quotidianarum, quas lucrantur tantummodo Canonici cum interventu Horis Canonicis, ad *Text.*
20 *in cap. poſtulaſti, & cap. licèt, deprehea. Conc. Tridea. cap. 12. de Reform.*, cum retenta dicta conſuetudine ſequeretur abſurdum, quòd aliquis Canonicus, etiam per annum integrum Choro non inſerviens, nihilominus medietatem earundem Diſtributionum conſequeretur, ideoque dixi, quòd Canonici prædicti, in heb-
21 domada ſui ſervitii aſſiſtendo Horis Canonicis, lucrari deberent Diſtributiones ſuæ hebdomadæ, & etiam vacantis, ita tamen, nt in caſu, quo non intervenirent, mulctandi forent cum amiſſione Diſtributionum, non ſolùm illius bebdomadæ, verùm etiam alterius, itaut ſicuti aſſiſtendo Horis Canonicis in ſua hebdomada duplum percipiunt, reſpectu illius, quòd percipiebant ante Indultum, ita non intereſſendo, idem amittant.

Quo verò ad ſecundum, credidi indubitanter, in eodem Indulto non comprehendi prædictas manuales Diſtributiones, tum attenta litera ejuſdem Indulti, in quo fit ſola mentio de interventu Horis Canonicis,
22 quarum appellatione non veniunt prædictæ extraordinariæ Functiones, immò expreſſa limitatio appoſita fuit, ibi — *exceptis tamen Proceſſionibus, nec Functionibus, quibus ex lege Fundatorum intereſſe tenentur* — tum attenta Juris communis diſpoſitione, juxta quam bujuſmodi emolumenta Anniverſariorum debentur verè, & præcisè intereſſentibus, non autem iis, qui
23 pro talibus fictè reputantur, ut ſunt Infirmi, & ex privilegio ab intereſſentia Choro exempti, ut communiter DD. & ſignanter *Moneta de Diſtribution. part. 2. cap. 14. nu. 22. Panimol. dec. 20. annot. 3. num. 74. cum aliis plenè apud D. Piton. Diſcept. Eccleſ. ſub num.* 10. ubi advertit, quòd id procedit etiam quando Diſtributiones prædictorum Anniverſariorum conſiſterent in pane, & vino, ut erat caſus quæſtionis, ex ea
24 ratione, quòd ſimilia Indulta, exemptiva ab intereſſentia Choro, tribuunt facultatem lucrandi fructus, & emolumenta Canonicatus, ſub quorum nomine non veniunt illa, quæ proveniunt ab interventu in Anniverſariis, aliiſque Sacris Functionibus, quæque non competunt ratione Canonicatus, ſed vigore particularium Legatorum, ideoque tantummodo debita ſunt verè, & non fictè intereſſentibus pro ſuffragan-
25 dis animabus piorum Benefactorum, qui hoc intuitu proprias ſubſtantias Eccleſiis reliquerunt, ut advertunt idem *Monet. d. part. 2. c. 14. n. 22. De Luca ad Ventrigl. in Prax. part. 1. Annot. 19. §. 2. n. 4. Panimol. deciſ. 20. annot. 3. n. 72. & ſeqq. D. Piton. d. diſcept. 1. n. 35.*

Jo: Jacobus Scarſantonius.

A R G U M E N T U M.

Prima Dignitas non debet à Choro abeſſe, niſi ex cauſa neceſſaria, ob plures rationes, quæ hic referuntur. Ad eandem ſpectat dirigere Chorum, ac invigilare, nè ibi admittantur indecentia; & inobedientes punctantur, vel mulctantur juxta formam Statutorum, & Sac. Congreg. Decretorum; niſi tamen ex conſuetudine alter Canonicus huic muneri per Capitulum præficiatur.

S U M M A R I U M.

1 *Præpoſito Collegiatæ non conceditur abeſſe à Choro, etiam pro ſervitio Epiſcopi.*

2 *Prima Dignitas majorem honorem affert Choro, quàm multi Canonici ſimul.*

3 *Vacua remanente prima Sede, facilè oriuntur ſcandala, & turbatio Chori.*

4 *Prima Dignitas, non frequentando Chorum, præbet malum exemplum minoribus.*

5 *Quod ſit officium primæ Dignitatis circa Chori diſciplinam*, & n. 6. & 8.

7 *Alium, præter primam Dignitatem, non poteſt Epiſcopus in Collegiatis deputare, ad Diſciplinæ Choralis obſervantiam procurandam.*

9 *Eadem prima Dignitas doceat potiùs exemplo, quàm verbis, quomodo alii in Choro ſe gerere debeant.*

10 *Canonici, non parentes Præpoſito circa ea, quæ Chori gubernium concernunt, punctentur, vel mulctentur.*

11 *Quod ſi adhuc fuerint contumaces, Præpoſitus eos denunciet Epiſcopo.*

12 *Quam culpam admittat idem Præpoſitus, tolerans defectus, ex quibus Divini cultus diminutio, & Chori perturbatio ſequatur*, & n. 14.

13 *Principi adſcribuntur delicta, ſi illa negligat punire.*

15 *Quomodo ſe gerere debeat Præpoſitus, ubi conſtitutus ſolet Chori Magiſter, ſi erretur in iis, quæ ad probatam ejuſdem Chori perrationem pertinent.*

16 *Si in aliqua Cathedrali non fuerit ſolitum deputare Chori Magiſtrum, ad primam Dignitatem prorſus ſpectat errores Chori emendare, eaque abſente, ad ſecundam Dignitatem, vel antiquiorem Canonicum.*

17 *Ubi ſolet deputari Canonicus ſilentiarius, eo ſilentium præcipiente, an ſilere debeat etiam prima Dignitas; & quid ſi ipſa ſilentium frangat*; & n. 20.

18 *Canonicus ſilentiarius ſilentium etiam Populo indicit, ſi opus ſit, ad tollendam perturbationem Divinorum Officiorum.*

19 *Affertur exemplum ranarum, quæ juſſæ à Sacerdote, ut conticeſcerent, obtemperaverunt.*

20 *Canonici, qui ſilentiario non paruerint, punctantur.*

21 *Præpoſitus, ob juſtam occupationem Choro egrediens, non tenetur licentiam ab alio petere.*

22 *Aliæ Dignitates, & Canonici, ad quid teneantur, & ſub qua pœna, volentes Choro exire.*

T I T U L U S XIII.

PRæpoſito Collegiatæ, niſi adſit urgentiſſima cauſa, non conceditur à Choro abeſſe, etiam pro 1
ſervitio Epiſcopi, prout permittitur Canonicis, ut obſervat *Nav. lib. 1. conſ. 5. tit. de Sacr. Unct. num. 2.* eſt enim magis neceſſaria in Choro ejus præſentia, quàm aliorum Canonicorum.

Primò, quia primæ Dignitatis prærogativa majorem honorem affert Choro, quàm multi Canonici ſi- 2
mul. *cap. In noſtra, de eccl. Macign. loc. cit. cap. 69. num. 18. & c. 56. n. 24.*

Secundò, quia prima Sede remanente vacua, facilè oriuntur ſcandala, turbatio Chori. *Filliuc. loc. cit. c. 4. n. 135. Bonac. ubi ſupra. d. 1. quæſt. 3. p. 5. nu. 10. Laym.* 3
lib. 4. tr. 2. c. 7. in fin.

Tertiò, quia, non frequentando Chorum, præbet malum

malum exemplum minoribus, qui facili negotio ma-
jorum ſectantur exempla, ita *Corrut. mor. V. Prælatus*,
in fin. & conſonant ſequentes verſus, relati à *Zaba-
rell. in Clem. Nè in agro, de ſtat. Mon.*

Dum ſæpè ſperat fabas pro piſcibus Abas,
Conſimiles mores cupiunt tenere minores.

Quartò, quia ſicut nulla domus pro bono regimine
debet eſſe ſine gubernatore: *Prov. c. 11.* ita nullum
Collegium ſine Capite, cujus intereſt curare, ut Di-
5 vina Officia rectè, ritè, ac exactè celebrentur, &
ſerventur circa id propriæ ipſius Eccleſiæ leges, &
Ordinationes, quarum ipſi cuſtodes ſunt. *Marta. Di-
geſt. noviſſ. lib. 6. tit. Abbas, cap. 15. Baſſ. de Can. cap. 11.
Homob. de ſtat. p. 1. cap. 22. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. d. 15.
quæſt. 2. n. 2.* Aliàs hujuſmodi Statuta in illa Collegiata
adeſſe parum eſſet, niſi, qui ea regat, & ſervari
6 faciat, adeſſet, ut inquiunt *Feder. de Sen. conſ. 154.
Hoſt. in cap. Sicut, num. 3. de accuſ. Rot. part. 6.
diverſ. dec. 253. num. 7. & Goffred. loc. cit. tit. de
poſt. num. 8.*

Nec jus eſt Epiſcopo alium deputare in Collegia-
7 tis, qui ſervari curet quæ ad Chori diſciplinam per-
tinent, cum iſtud ſit proprium, & peculiare munus
primæ Dignitatis, & Capitis, ita declaravit Sacr.
Rit. Cong. referente *Barb. in Sum. Apoſt. Dec. coll. 146.*
Ex his verò, quæ ſuperiùs exaravimus, ſummatim
colligo, Collegiatæ Præpoſitum, & primam Digni-
tatem, obligatum eſſe ad vigilandum, ut Canonici
in Choro totum Officium benè correctum, alta, &
clara voce recitent, ac juxta ſolitum concinant, con-
cordent in nota, in pauſis, verſum inchoatione, &
terminatione, munera injuncta ſuo loco, & tempore
8 exequantur, & cæremonias uniformiter ſervent; in
prædictis errantes admoneat, & ſimul leniter objur-
get, libros, literas, aliave ſcripta, in Choro tem-
pore Divinorum legentes, cum vicinis confabulan-
tes, ridentes, vel ad riſum per aſpectum, vel nutum
alios incitantes, dormitantes, alienum ſtallum, vel
munus uſurpantes, per Chorum diſcurrentes, impe-
tuoſam elevationem, vel depoſitionem ſedilium fa-
cientes, oculis huc illuc vagantes, ſecum canes du-
centes, vel pueruIos in Choro tenentes, vel ibi ab-
ſque veſte talari, aut habitu Chorali exiſtentes,
chirothecas adhibentes, veſtem domeſticam, vulgò
Zimatra, induentes, flabella, ſive ventilabra æſtivo
tempore ad captandam auram ultro citroque manibus
agitantes, quaſi delicias in cilicio quærentes. Sum-
mo tantùm hyeme tolerantur Canonicis manicæ ni-
gri coloris, vulgariter *Manizze* nuncupatæ. Hæc &
omnes aliæ in habitu, geſtu, motuque levitates,
quæ Divinum dehoneſtant Officium, velis, remiſque
9 elaborandum eſt à Collegiatæ Præpoſito, ut arcean-
tur à Choro: ipſe verò caveat ab omni defectu,
& priùs efficiat, quæ ſuadet, ut docet *D. Greg. in
hom. 10. lib. 1. in Ezech.* nam pleniùs opere doce-
tur, quàm voce, teſte D. Leone Papa in quodam
Sermone, & dixit *D. Aug. lib. 4. de doctr. Chriſt. cap.
27.* Canonici, qui Præpoſito, ut ſupra præmonenti,
10 minimè paruerint, à Punctatore punctentur, vel
mulctentur juxta formam Statutorum, & Sac. Congr.
Decretorum, *Tamb. de Jur. Abb. d. 10. quæſt. 2. tom. 2.
Homob. in Com. part. 3. quæſt. 18. cap. 3. reſ. 3. Ugol.
loc. cit. §. 1. num. 6. Marchan. ubi ſupra quæſt. 3.* &
Scribentes ſupra *cap. 1. & 3. de Off. Archipresb.* Quòd
ſi adhuc fuerint contumaces, ejuſdem Præpoſiti par-
tes erunt id Epiſcopo ſignificare; ut contra hujuſ-
11 modi arrogantes aliis juris remediis procedat, ita
*Urſell. part. 1. lit. A. conſ. 140. num. 26. Rot. Rom. in
recollect. poſt. 2. vol. conſ. Farin. dec. 129.* omninò viden-
da. Idem Collegiatæ Caput tolerans exorbitantias,
12 errores, & defectus, ex quibus Divini cultus dimi-
nutio, & Chori perturbatio ſequitur, graviter, vel
leviter delinquit juxta materiæ gravitatem, vel levi-
tatem: *Tambur. de Jur. Abb. loc. cit. & Paſqual. dec. 82.
numer. 6. Caramuel. loc. cit. in Reg. D. Bened. fol.
312.* Congruit huic illud *Iſa. Væ mihi, quia tacui.*
Sciat inſuper, quòd ſicut Princeps in manibus om-
13 nium delinquentium eſt, ſi horum malefacta punire
negligit: *Nald. in cap. Pro humani, de homic. & cap. ſeq.
in fin.*, ita omnia in publica Oratione errata eidem
14 Præpoſito incurioſo adſcribuntur, cum obligatione
Deo reddendi rationem, ut aliis, citatis, docet *Dian.
part. 10. tract. 13. reſp. 10.* & ubi conſtitui ſolet Ma-
giſter Chori, ſi deficiatur in his, quæ ad probatam
Chori rationem pertinent, adhuc jus erit primæ Di-
gnitati Eccleſiæ eundem Choragum admonere, ei-
que jubere, ut ea, quæ decent, juxta ſuum munus 15
fieri procuret, atque in caſu inobedientiæ, ipſa pri-
ma Dignitas per ſe imperet, ut errata patrantes mul-
ctentur, vel punctentur, ex *Rot. apud Poſth. deciſ.
667. num. 20. & p. 6. diverſ. dec. 253. num. vul.* & con-
gruunt diſpoſita à *D. Carol. Conſt. part. 2. tit. de Mag.
Chor.*

Verùm ſi in aliqua Cathedrali non fuerit conſue-
tum Magiſtrum Chori deputare, ad primam Digni-
tatem prorſus ſpectat Chorum à vitiis expurgare,
eademque Dignitate abſente, præſidentia Chori circa 16
ea, de quibus mox effati ſumus, omninò competit ſe-
cundæ Dignitati, vel antiquiori Canonico, ut tradit
Rot. penes Seraph. dec. 639. num. 8. part. 1. Aliquibus in
locis congruè deligi ſolet Canonicus ſilentiarius, quo
præcipiente ſilentium, ſilere debet etiam prima Di-
gnitas, & hoc ex reverentia nervi Eccleſiaſtici: ei-
dem tamen Dignitati non debet in ſpecie indici ſilen-
tium; neque ab ea exigenda eſt mulcta, ſi iſtud fran- 17
gat, prout exigitur à cæteris de Choro. *Rot. apud
Poſt. loc. cit. dec. 667. num. 25.* Nulla vox, præter
pſallentium, tempore Divinorum audienda eſt, tam
in Choro, quàm in Eccleſia, unde ipſius Silentiarii 18
partes erunt ſilentium etiam Populo indicere, quando
opus eſt. *Brancat. loc. cit. V. Officium Divinum*, & ſta-
tuit *Conc. Congreg. Sabin. cap. 18.* Præſtat ſcire, quòd
ranæ impedientes ſuo murmure auditum publicæ Ora-
tionis circa proximam Eccleſiam, juſſæ à Sacerdote, 19
ut conticeſcerent, miro ſilentio obediverunt, ita refert
D. *Ambroſius lib. 3. de Virg.* Poterit Silentiarius, enarrato
prodigio, tempore publicæ Pſalmodiæ facilè cohibere
viros, ac mulieres à confabulationibus, nugis, &
ſtrepitibus, namque, ut *l. cap.* inculcat *S. Ambroſius
ſilent paludes, non ſilebunt homines?* Canonici, qui me-
morato Silentiario non paruerint, à Punctatore pun- 20
ctentur, excepta, ut diximus, prima Dignitate Ca-
thedralis, ſeu Collegiatæ Præpoſito, qui pariter ob
juſtam occupationem exiens de Choro, dum Divina
celebrantur, nè pervertatur ordo Hierarchicus, non 21
adſtringitur egrediendi licentiam ab alio poſtulare.
*Manriq. de Præced. quæſt. 41. numer. 2. Ricc. in Prax. part.
1. reſol. 568. Antonell. de Regim. lib. 3. cap. 18. num.
16. & Rot. part. 3. diverſ. dec. 630. num. 4.* Aliæ verò
Dignitates, & Canonici, tenentur rationabilem cau-
ſam egrediendi de Choro Punctatori innuere, nec non
in egreſſu, quaſi licentiam petendo, primo de Choro, 22
privativè quoad alios, caput inclinare, ſub pœna ab-
ſentiæ pro illa Hora Canonica: ita informant *Graff. dec.
part. 2. lib. 3. cap. 16. num. 18. Monet. de Diſtr. part. 2. quæſt. 2.
num. 23.* & determinavit *Sac. Epiſc. & Reg. Congreg. ſub
die 18. Aprilis 1617.*

A R G U M E N T U M.

Dignitates Cathedralium, licèt de Jure non ſint de gremio Capituli, poſſunt tamen ut Capitulares reputari, vel ex conſuetudine, vel Statuto, vel fundatione. Quibus præeminentiis eædem Dignitates perfruantur ſupra Canonicos, extra Capitulum; quibuſque in rebus poſſint ſeſe ingerere cum ipſis Canonicis,

S U M M A R I U M.

1 *Quæ ſint verè, ac propriè Dignitates, in Eccleſiis Cathedralibus inſtitutæ.*

2 *Dignitates Cathedralium de Jure non ſunt de gremio Capituli.*

3 *Poſſunt tamen uti Capitulares reputari, vel ex conſuetudine, vel ex Statuto Eccleſiæ, vel ex fundatione*, & n. 5.

4 *Item Beneficiati Eccleſiæ, ſi ex conſuetudine immemorabili, vel Statuto, admiſſi fuerint ad vocem in Capitulo, & Stallum in Choro.*

6 *Extra actus Capitulares debetur ſemper præeminentia Dignitatibus ſupra Canonicos*, & n. 7.

7 Licèt

7 *Licèt Dignitates non habeant vocem in Capitulo, poſſunt tamen ſe ingerere, ſimul cum Canonicis, in iis, quæ decus, & honorificentiam Eccleſiæ concernunt.*

8 *Dignitates non tenentur ſubire onera Maſſæ, quæ per Capitulares adminiſtratur, cum de ejus commodis non participent.*

9 *Ad Dignitates gradatim ſpectat, non autem ad Canonicum Hebdomadarium, Functiones, quæ nuncupantur Pontificales, exercere, neque poſſunt alteri per Epiſcopum, nec ipſimet Vicario Generali, committi, contraria conſuetudine non obſtante, niſi fuerit immemorabilis*, & n. 11. & 12.

10 *Quæ ſint Functiones Pontificales, ad primam Dignitatem, eaque impedita, ad alias gradatim ſpectantes.*

13 *Ad primam Dignitatem pariter ſpectat adminiſtratio Sacramentorum Epiſcopo decumbenti, eidemque defuncto Exequiæ faciendæ.*

14 *Quod procedit etiamſi Cura Cathedralis per aliquos, ex Capitularibus exerceretur.*

15 *Item fungi officio Presbyteri Aſſiſtentis Epiſcopo, in Pontificalibus celebranti.*

16 *Prima Dignitas, vel in illius defectum dignior de Capitulo, tenetur ſubſtinere Miſſale Epiſcopo, Pontificaliter celebranti, neque ſufficit, quòd aliquantulum ſupponat caput Miſſali.*

17 *Lex poſterior, & univerſalis, abrogat præcedentes eidem contrarias.*

18 *Prima Dignitas non tenetur ſuſcipere Lauream Doctoralem, etiamſi in Litteris Proviſionis Apoſtolicæ tale onus appoſitum fuerit.*

ANIMADVERSIONES.

Dignitates, quæ in Eccleſiis Cathedralibus ſunt inſtitutæ, verè, ac propriè non ſunt, niſi Archipresbyreratus, & Archidiaconatus, cum reliquis hujuſmodi nomen non conveniat, cum ſint potiùs
1 officia, ac nomina, denotantia munera eiſdem incumbentia, eoque maximè quando nullam habent officii adminiſtrationem, ita ut ſolam nuncupationem habeant, ut ſequitur in noſtra Cathedrali, in qua undecim Dignitates ſine ulla adminiſtratione reperiuntur, quæ tamen præcedunt Canonicos ſimplices, ex vi erectionis, factæ Apoſtolica auctoritate.

De Jure Dignitates Cathedralium non ſunt de gremio, & corpore Capituli, quod per ſolos Canonicos
2 conſtituitur, juxta doctrinam *Compoſtellan. in cap. 4. de elect.* cum cæteris, adductis per *Rot. in Gerund. Capparum 27. Jan. 1699. cor. Pio §. Quibus ita ſtatutis*, prout eſt in Eccleſia Gerunden., & in aliis Eccleſiis Regni Hiſpaniarum. Verùm quotieſcumque conſuetudo invaluerit, per quam Dignitates fuerint admiſſæ ad
3 pertractanda negocia Capitularia, ac in iis vocem activam, & paſſivam habuerint inſimul cum Canonicis, vel ex Statuto Eccleſiæ, ſive ex fundatione, vocem habeant in Capitulo, de ejus gremio reputandæ ſunt, ut tradunt *Abb. in c. inter univerſa notab. 1. & in cap. auditis n. 3. notab. 3. de elect. Gemnian. in cap. final. verſic. cum quærimus, de præbend. in 6. De Luc. de Canon. diſc. 4. n. 5. Rot. dec. 708. n. 3. p. 2. & dec. 251. num. 6. p. 19. rec. cor. Seraphin. dec. 98. n. 1. apud Poſt. de Manut. dec. 197. nu. 4.* & *5. cor. Cerr. dec. 173. n. 8. & cor. Bichio dec.* 203. *n.* 3. Quin etiam Beneficiati Eccleſiæ, ſi ex Statuto, vel conſuetudi-
4 ne immemorabili, admiſſi fuerint ad vocem in Capitulo, & Stallum in Choro, efficiuntur de corpore, & in gremio ipſius Capituli. *Rot. dec. 251. nu. 6. part. 29. rec.*

Eoque maximè prædictæ Dignitates reputandæ ſunt de corpore Capituli, ſi in traditione poſſeſſionis fuerit eiſdem Dignitatibus aſſignatum Capitulariter Stallum in Choro, & locus in Capitulo, cum talis in-
5 ſtallatio importet conceſſionem pleni juris Canoniæ. *De Luc. in adnot. ad Conc. Triden. diſc. 20. n. 4., & de Canonic. diſc. 4. n. 4. Barboſ. de Canon. & Dign. c. 15. n. 1. Rot. Cor. Celſo dec. 120. n. 6.*

Quatenus verò Dignitates non eſſent de Capitulo, ſed tantummodo haberent Stallum in Choro, reſpectu functionum Eccleſiæ, & quo ad ſupplendum vices Epiſcopi, quoties ille Pontificales Functiones conſuetis temporibus, videlicet in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus, exercere non valuerit, dictarum Functionum celebratio, ratione earum præminentiæ, ad 6
eaſdem Dignitates pertinet, ad differentiam actuum Capitularium, qui privativè ſpectant ad Canonicos; unde etiam in ſedendo, & incedendo præferuntur in Choro, & Proceſſionibus, aliiſque actibus extra Capitulum, eiſdem Canonicis. *De Luc. de Præem. diſc. 19. n. 11. circ. fin.*

Et hinc, licèt Dignitates Eccleſiæ Gerunden. non ſint de gremio Capituli, ut reſolvit *Rot. cor. Cæſar. de Graſſ. dec. 231. n. 6. & in Gerunden. Capparum apud Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. dec. 41. num. 22. & in Diſcurſ. R. P. D. mei Anſaldi in Gerunden. Ferialis 20. Junii 1704. §. Et præſupponitur*, attamen *Sacr. Rit. Congr. infra allegata*, cenſuit, prædictas functiones non ad Canonicos, ſed ad eaſdem Dignitates gradatim ſpectare.

Sicuti etiam eædem Dignitates, licèt non habeant votum in Capitulo, nihilominus propter illud intereſſe, quod habent in iis, quæ concernunt decus, & honorificentiam Eccleſiæ, cui inſerviunt, una cum Canonicis habent jus invigilandi, ut redditus deſti- 7
nati ad Divinum cultum, quique per ſolos Canonicos adminiſtrantur, in deſtinatos uſus convertantur, & habent actionem contra eoſdem Canonicos ad hoc, ut illi rectè erogentur, ut dixit *Rot. in Gerunden. Ferialis 11. Decembris 1699. 25. Junii 1700. & 15. Junii 1703. cor. Lancetta, & in d. Diſcurſu R. P. D. mei Anſaldi §. Præcognito.*

Quia vero hujuſmodi Dignitates, de Capituli gremio non exiſtentes, non participant de commodis
Maſſæ, quæ adminiſtratur per Capitulares, nec etiam 8
tenentur ſubire onera ejuſdem Maſſæ. *R. P. D. Anſald. in eodem Diſcurſ. §. fin.*

His præcognitis, notandum eſt, quòd ad Dignitates, ſive ſint, ſive non ſint de Capitulo, ſpectat exercitium dictarum Functionum, quæ nuncupantur Pontificales, ita ut, vel ad Primam Dignitatem, vel ad ſequentem in gradu, non ad Canonicum Hebdomadarium, ſpectet, neque per Epiſcopum alteri, nec ipſi ſuo Generali Vicario, committi poſſit, eodem 9
modo, quo, impedita Prima Dignitate, non poteſt eadem pro libito alium ſubrogare in ejus locum, ſed in illum ſubintrat Dignitas ſubſequens in gradu, quia hoc renderet in præjudicium Dignioris, & ſequeretur prærogativarum confuſio. *De Luc. de Præemin. diſc. 19. n. 11. de Regul. diſc. 64. n. 2. & in Miſcell. Eccleſ. diſc. 37. nu. 8. Pignattell. conſult. 27. num. 5. tom. 4. Barboſ. de Canonic. cap. 5. n. 46. & 47. & in Collect. Dec. Apoſt. 253. n. 6. & 25. & n. 18. & ſeqq.* & in hoc concordat diſpoſitio *Cærem. Epiſc. lib. 1. c. 26.* & reſolvit *Sac. Rit. Congreg. in Gerunden. Functionum Pontificalium 11. Febr. 1702.*, in qua, inter cætera propoſito dubio -- An nolente, vel impedito Epiſcopo celebrare in ſolemnitatibus majoris Hebdomadæ, Paſchatis, Pentecoſtes, ac cæteris, expreſſis in Cæremoniali Epiſcoporum, & ſignanter *cap. 34. lib. 2.* prout etiam occaſione Proceſſionum SS. Corporis Chriſti, & ſimilium, tam iſtæ, quàm cæteræ Functiones expleri valeant in ejus locum à Vicario Generali, ſive Canonico Statore, ſive Canonico Hebdomadario, ſive alio quocunque Canonico, vel potiùs peragendæ ſint à Prima Dignitate, iſtaque impedita, gradatim ab aliis ordine ſucceſſivo? Sac. Congr. reſpondit, ſpectare ad Primam Dignitatem, eaque impedita, gradatim ad alias.

Quæ autem ſint hujuſmodi Functiones Pontificales, ſpectantes ad Primam Dignitatem, declaravit eadem *S. Rit. Congr. in Andrien. 3. Decembris 1692.*,
nempè Feſtum Nativitatis Domini, Epiphaniæ, A- 10
ſcenſionis, Pentecoſtes, Apoſtolorum Petri, & Pauli, Aſſumptionis B. M. Virginis, Omnium Sanctorum, Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis, Tituli ejuſdem Eccleſiæ, Patroni Civitatis, nec non Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, Diſtributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, celebratio Officii Feriæ V. in Cœna Domini, Feriæ VI. in Paraſceve, Feſtum Reſurrectionis Domini, & dies ſolemnis Corporis Chriſti cum Proceſſione,

Cum verò, ut prædictum eſt, ex diſpoſitione Cæ-
remonialis Epiſcoporum, confirmati per Bullam Clem.
VIII., continentem decretum irritans, exercitium
earum Functionum Pontificalium, impedito Epiſco-
po, ſpectet ad Digniorem, non autem ad alium, ſuf-
fragari non poſſet adverſus eandem diſpoſitionem con-
traria conſuetudo, ut decrevit *Sac. Rit. Congr. in Brit-
tinorien. 26. Septembris 1682. in Decret. ſequen. Sacr.
Rit. Congr. proponente Eminentiſſimo, & Reverendiſſ. D.*
11 *Card. de Laurea, utraque Parte audita hinc inde, &
informante, declaravit, Functiones majores, ad Epiſco-
pum ſpectantes, ipſo abſente, vel impedito, ſpectare,
& pertinere ad Præpoſitum, primam Dignitatem Eccle-
ſiæ Bittinorien., non autem ad alias Dignitates, & Ca-
nonicos ejuſdem Eccleſiæ, in hebdomada eis aſſignata, &
ita decrevit, & ſervari mandavit, allegata conſuetudine
in contrarium non obſtante.*

Quatenus autem conſuetudo adeſſet, eaque imme-
morabilis, & cum ſuis requiſitis benè probata, vi-
deretur ſuffragari poſſe contra præallatam cenſuram
Cæremonialis, cum, ut aliàs prænotari oportuit,
12 Cæremoniale non ſubſtulerit immemorabilem, & fir-
mavit *Card. de Luc. Praem. diſc. 19. n. 4. & diſc. 20.
n. 16.*, undè juxta immemorabilem conſuetudinem,
vigentem in noſtra Eccleſia Piſtorien., hujuſmodi
Functiones peraguntur à Canonico Hebdomadario,
& non à Prima Dignitate.

Ultra recenſitas functiones Epiſcopales, ſpectantes
ad Primam Dignitatem, vel, ea impedita, ad ſequen-
tem in gradu, pertinet etiam illa adminiſtrationis
13 Sacramentorum Epiſcopo decumbenti, eoque deſun-
cto, celebratio funebris Officii, ut diſpoſitum eſt per
idem *Cæremonial. lib. 2. cap. 38.*, & advertunt *Pignat-
tell. conſult. 180. n. 5. tom. 4. Marchett. de Sepult. tit.
38. §. 2. n. 83. Bauldr. de Sacr. Cæremon. cap. 38. n.
4. & 26. Piſcar. Caſtald. in Prax. Cærem. lib. 1. ſect.
10. c. 12. n. 3. & 11. Card. de Luc. de Praem. diſc.
19. n. 12. & 15.* prædictæ enim Functiones veniunt
appellatione Pontificalium; undè *Sac. Rit. Congr. in d.
Gierund. 11. Febr. 1702.* propoſito dubio: *Ad quem ſpe-
ctet miniſtrare* Sacramenta *Epiſcopo infirmo, eoque de-
functo officia celebrare, reſpondit, Servetur Cæremoniale
in omnibus.*

Quod verum eſt, etiam ſi Parochia Cathedralis
exerceretur per aliquem ex Capitularibus, utpote per-
petuò Capitulo unita, maximè ſi exerceretur ad nu-
14 tum ipſius Capituli, quia hujuſmodi Functiones ad-
miniſtrationis Sacramentorum, & Officii funearlis,
excluſo Parocho Canonico, ſpectant ad primam Di-
gnitatem, ut benè conſiderat *Card. de Luc. d. diſc.
19. ſub n. 9. de Praemin.*

Pariter ad primam Dignitatem, ſive ad alium di-
gniorem ea impedita, ſpectat, ut etiam alibi dictum
15 fuit, fungi officio Presbyteri Aſſiſtentis Epiſcopo cele-
branti in Pontificalibus, ut habetur in *d. Cæremoniali in
tit. de Officio Presbyteri Aſſiſtentis c. 7.* Cujus diſpoſitionis
occaſione dubitatum fuit in Congregatione particula-
ri, deputata à SS. D. N. in Alben. Sac. Rit. de die
17. *Septembris* 1710., inter cætera dubia, *An prima
Dignitas, vel in illius defectum alius dignior de Capitu-
lo, teneatur ſuſtinere Miſſale Epiſcopo, Pontificaliter ce-
lebranti?* & licèt Capitulum Alben. niteretur proba-
re, quòd ſufficeret, quòd eadem prima Dignitas,
honoris gratia, aliquantulum ſupponeret caput Miſ-
ſali, dum Epiſcopus in Cathedra intonat *Gloria in
Excelſis Deo*, & *Credo*, & dicit Orationem, adjuvan-
tibus aliis Miniſtris, nempè Capellanis, adducendo
quandam Reſolutionem Sacr. Rit. Congr. in *Hiſpalen.
de anno 1592.* relatam *per Pignattel. conſult. 83. n. 43.
& 55.* probantem hujuſmodi uſum, *ibi — primam verò
Dignitatem debere ad dexteram Archiepiſcopi celebrantis
parumper caput ſupponere ad librum, quem Capellanus,
vel Portionarius manibus ſuſtinet, dum in Sede eminen-
ti ipſe Archiepiſcopus intonat Gloria in excelſis*, attamen
16 eadem Sac. Congr. particularis reſcripſit ad dictum
dubium — *Affirmativè ad formam Cæremonialis*, ea po-
tiſſimum ratione, quia, cum in hoc ſit clara diſpo-
ſitio dicti Cæremonialis, eſt pro lege ſervanda. *De
Luc. de Juriſd. diſc. 31. n. 4. & in Miſcellan. Eccleſ.
diſc. 37. num. 10. Altovit. poſt decif. Rembald. vot. 8.
num. 9. Rot. dec. 647. n. 3. part. 4. tom. 3. rec.* niſi,
ut ſupra dictum eſt, juſtificaretur concludenter con-
traria immemorabilis obſervantia. Neque conſtitui
potuit fundamentum in dicta Reſolutione, emanata
in Hiſpal., tum quia eſt præcedens publicationi Cæ-
remonialis, quod fuit confirmatum de anno 1600. per
Conſtitutionem Clementis VIII. *conſt. 69. in novo Bul-
lar. tom. 3. fol. 99.* ac proindè tanquam lex poſterior,
& univerſalis, abrogavit præcedentes Reſolutiones,
eidem contrarias, ad *Text. in l. Sed & poſterioris ff. de* 17
*legib. l. ſi quis ante ff. de acquir. poſſ. Barboſ. axiom. 183.
Rot. deciſ. 593. nu. 2. & 3. part. 4. rec.*, tum quia Re-
ſolutio, emanata pro Eccleſia Hiſpalen., quæ eſt ce-
leberrima Metropolitana, cui deſerviunt in magno
numero plures ordines Eccleſiaſticorum, proindèque
in tanta Miniſtrorum, etiam nobilitate conſpicuo-
rum, copia, non poteſt indiſtinctè adaptari cuicun-
que alteri Cathedrali, in qua, vel modicus eſt nu-
merus, eidem in Divinis famulantium, vel ratione
qualitatis perſonarum eſt parum conſpicuus, & hinc
profluit quàm verum ſit, quòd tutum non eſt cæcis
oculis amplecti omnes Reſolutiones Sac. Congr., quæ
licèt ſint benè fundatæ, nihilominus plerumque ema-
nant propter particulares facti propoſiti circumſtan-
tias, proindèque deſervire non valent pro determi-
natione cæterorum caſuum, in quibus eadem ratio,
ac circumſtantiæ non concurrunt. Notandum eſt ad
pleniorem dictæ materiæ cognitionem, quòd Primæ 18
Dignitati, explenti Sacras functiones in ſolemniori-
bus anni Feſtivitatibus, tenentur aſſiſtere pro Dia-
cono, & Subdiacono, duo Canonici, niſi adeſſet con-
traria immemorabilis obſervantia, ut decrevit Sacr.
Rit. Congr. in Ællina Sac. Rituum 17. *Decembris*
1695., & reſolvit *Rot. in Hortana Praeminentiarum §.
Quæ clariora redduntur, cor. Kaunitz.*

Licèt multum conveniens exiſtat, ut Primæ Di-
gnitates Cathedralium ſint inſignitæ laurea doctorali,
juxta diſpoſita per *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12.* 19
de refor., attamen non poſſunt eædem præcisè arcta-
ri ad ſuſcipiendam lauream prædictam, etiamſi in li-
teris proviſionis Apoſtolicæ appoſitum fuiſſet De-
cretum de illa ſuſcipienda infra annum, ut appro-
bante Sànctiſſimo, cenſuit Sacr. Congr. Concil. in
*Lavellen. 12. Junii 1697. lib. 47. Decr. fol. 31. t. te-
noris ſeq. Sacra &c. cenſuit, Oratorem, etiamſi Primam
Dignitatem, non teneri ad ſuſceptionem laureæ Doctora-
lis, & facta per me Secret. S. D. N. relatione, S. Sua
benignè annuit, & Sac. Congregationis ſententiam appro-
bavit die 30. ejuſdem menſis Jan. 1697.* & ita pari-
ter reſpondit in *Heuben. 27. Julii ejuſdem anni lib. 47.
fol. 348.*

Jo: Jacobus Scarfantonius.

ARGUMENTUM.

De Officio Punctatoris in Choro, & quando debeat punctare exeuntes à Choro. An debeant punctari Canonici, non intereſſentes Proceſſionibus. Qui poſſint cogi intereſſe Proceſſionibus, præſertim indictis pro re gravi, & ad quem ſpectet eas indicere, & de ordine in iiſdem Proceſſionibus incedendi.

SUMMARIUM.

1 *Dignior de Choro exire debet, nè exeant plures, quàm duo, & inobedientes punctentur.*
2 *Punctator fidem præſtare debet Canonicis ſuper juſta cauſa egrediendi de Choro.*
3 *Declara, quòd ſi quis ſæpè ſæpiùs exiret de Choro, tunc cauſa aperienda eſſet in pleno Capitulo, ab eoque probanda.*
4 *Cenſenda eſt cauſa rationabilis è Choro exeundi, capitis fatigatio ob cantus prolixitatem.*
5 *In Choro fugienda eſt inquietudo.*
6 *Refertur inſtructio in hac materia, pro quodam Canonico, à Deo S. Birgittæ revelata.*
7 *Canonicus, qui abſque juſta cauſa deſerit Chorum, peccat.*
8 *Ad id inſtigatus dicitur à dæmone, & referuntur exempla.*

9 *Ma-*

9 *Magis delinquitur à diſcedente de Choro antequam finiatur totum Officium, quàm à non comparente ad ejus initium.*

10 *Illa pars Divinorum Officiorum, quæ in principio non reputatur notabilis in non accedendo ad Chorum, habetur talis in recedendo, quoad amittendas Diſtributiones.*

11 *Punctator perſiſtere debet in Choro à principio Divini Officii uſque ad finem, ut non intereſſentes, remotis humanis affectibus, punctare valeat.*

12 *Aliàs tenetur ipſe de proprio in Choro benè ſervientibus reſtituere.*

13 *Ad Punctatoris munus, quolibet menſe, vel ad annum, juxta conſuetudinem, conſtituitur unus ex ejuſdem Eccleſiæ Canonicis.*

14 *Tempore autem ſui Officii non poteſt deputari Sacriſtiæ Præfectus, nec Hebdomadarius.*

15 *Horæ Canonicæ, quomodo in Choro compleantur.*

16 *Quando in Choro omittatur* verſ. & Fidelium animæ &c.

17 *Canonici, antequàm à Choro diſcedant, convenit, ut gratias Deo referant, ac veniam defectuum, in Divino Officio perſolvendo commiſſorum, poſtulent, recitando flexis genibus orationem* Sacroſanctæ &c.

18 *Hujuſmodi orationem recitantibus Leo Papa X. remiſſionem conceſſit defectuum, in perſolvendo Officio humana fragilitate commiſſorum.*

19 *Quando, & quo ordine, à Choro recedere debeant Canonici, ac ſe in Sacriſtiam recipere.*

20 *Canonicus Punctator, abſens à Choro, à quo punctandus ſit, prout etiam alii abſentes, ſeu præſentes, ibidem delinquentes.*

21 *Punctatoris inſuper munus eſt punctare non intereſſentes Proceſſionibus, quæ cadunt ſub obligatione recitandi publicè Divinum Officium.*

22 *Hujuſmodi Proceſſionibus aſſignantur Diſtributiones, juxta quantitatem precum, & temporis, in eis inſumendi.*

23 *Et regulariter major portio attribuitur intereſſentibus Proceſſioni, quàm uni Horæ Canonicæ.*

24 *In Proceſſionibus quæ cantari debeant.*

25 *Litaniæ cantari poſſunt ſolùm in Eccleſiis, & Proceſſionibus.*

26 *His addi non poſſunt nomina Sanctorum, etiamſi ſint deſcripta in Breviario.*

27 *Prædictis Proceſſionibus an, & quando intereſſe debeant etiam Canonici Regulares, aliique Monachi.*

28 *Quibus pœnis poſſit Epiſcopus, ſi renuant, illos punire.*

29 *Canonici, an, & quando obligentur intereſſe Proceſſionibus privatis, nempè SS. Sacramenti, SS. Roſarii, & ſimilibus.*

30 *Quæ dicantur Proceſſiones publicæ.*

31 *Ad Epiſcopum, & eo abſente, ad Vicarium ſpectat, Proceſſiones ſolemnes indicere, cum conſilio tamen Capituli.*

32 *Minùs verò ſolemnes ad Capitulum Cathedralis.*

33 *Canonici Collegiatæ, habentes pro capite Præpoſitum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, poſſunt prætendere, quòd Proceſſiones publicæ non dirigantur abſque eorum conſilio.*

34 *In Diœceſi ad Plebanum, ſive Rectorem in ſua Parochia, pertinet, tam publicas, quàm privatas Proceſſiones dirigere, & de novo introducere.*

35 *Quid, ſi Eccleſia Collegiata eſſet Parochialis, & primæ Dignitati tota Cura animarum immineret.*

36 *Proceſſiones denunciare valet ſimplex Canonicus, cui Cura animarum incumbat, privativè quoad alios, etiam primam Dignitatem.*

37 *Ad Epiſcopum ſpectat præcipere Regularibus in ſua Diœceſi, ut eant ad Proceſſiones, & eo abſente, ad Vicarium Foraneum.*

38 *Ubi congregari debeant obligati ad intereſſendum Proceſſionibus, & qui locus eis ſit aſſignandus.*

39 *Canonici, qui cum habitu Chorali non fuerint in ſuo Stallo ad Litanias, ante invocationem SS. Trinitatis, reputantur abſentes quoad lucrandas Diſtributiones.*

40 *In Proceſſionibus omnes devotè cantant Litanias, Hymnos, & Pſalmos, & contrafacientes punctentur.*

41 *Canonici, & Dignitates, qua diſtantia in Proceſſionibus incedere debeant.*

42 *Quid ſervandum, quando tam Dignitates, quàm Canonici, ſunt numero impares; & quid, ſi habitus Dignitatum eſſet diſtinctus ab habitu Canonicorum,* & num. 43.

44 *Quem ordinem tenere debeant Canonici, quando incedunt parati,* & n. 45.

46 *In Proceſſione SS. Sacramenti omnes incedere debent capite aperto, nec etiam pileolus permittitur, niſi ex cauſa.*

47 *Ad verſ.* Te ergo quæſumus, & tantum ergo, *per viam non genuflectitur.*

48 *Miſſa venit appellatione Divinorum Officiorum, & æquiparatur Horæ Canonicæ, eique adinſtar Horarum Canonicarum aſſignantur Diſtributiones.*

49 *Punctandi ſunt non accedentes ad Chorum ante finem ultimi Kyrie, & ante finem Miſſæ à Choro recedentes, item non cantantes, confabulantes, alioſque defectus committentes.*

T I T U L U S XIV.

QUI Dignior de Choro, cavere debet, ne exeat
plures quàm duo, & inobedientes à Punctatore
punctentur. *Gavan. in Man. V. Can. num. n. 29. &* 1
Brancat. loc. cit. V. Chorus. Punctator præſtare debet
fidem Canonicis, ajentibus habere, vel habuiſſe ju- 2
ſtam cauſam egrediendi à Choro: ita poſt, & ante
alios tenet *Ferrar. de Hor. Can. loc. cit. n.* 39. Verumtamen
ſi quiſquam ſæpè ſæpiùs exiret, hujuſmodi ab-
ſentiæ cauſa in pleno Capitulo eſſet aperienda, & 3
probanda, ita *S. C. penes Barb. de Can., & Dign. c.*
24. *numer.* 27. *& in Summ. collect.* 93. *num.* 5. Certè
cenſenda eſt cauſa rationabilis, & fragilitati humanæ
congrua, ſi interdum Canonicus ob capitis fatigatio- 4
nem cantus prolixitatem, aliquantiſper exeat à Choro,
ut ſpiritum aſſumat, & animum reficiat. *Gloſ. in
Clem.* 1. *de celebr. Miſſ. Abb. ibid. num.* 6. *Jo: Andr. in
capit. Dolentes. Valer. loc. cit. V. Canonicus, numer.* 1.
Poſſunt adduci plures cauſæ, ſed videatur, ut ſint
veræ, & non tantùm apparentes, Fugienda eſt in
Choro inquietudo, ut monet *Nav. de Orat. cap.* 16. *n.* 5
64. ubi Canonicis perſuadere nititur, quantum nocu-
menti afferat devotioni, & attentioni pſallentium,
modò unius, modò alterius à Choro egreſſio, & re-
greſſio. Conſonat informatio à Deo S. Birgittæ pro
quodam Canonico revelata, in ejus *Revelat. lib.* 4. *c.* 6
8. in hæc verba: *Conſulo tibi, ut recitando Officium in
Choro, uſque ad finem ſtare debeas, & ſi fortè neceſſitate
compulſus fueris ſuper magnis rebus, te, vel alium
tangentibus, ad loquendum in mediis Horis, tunc de Choro
exeas, & quod tibi videtur paucis verbis reſpondeas,
ſine mora in tuum ſtallum Chori redeundo, & ſi poteris,
ordina, vel illud negotium ad expediendum alio loco, &
tempore ſuſpendatur, nè Divinus Cultus, vel honor Dei
diminuatur, vel impediatur.*

Canonicus, qui abſque juſta cauſa deſerit Chorum, 7
peccat. *Laym. lib.* 4. *t.* 1. *cap.* 5. & dicitur ad id in-
ſtigatus à Sathana, inquit *S. Anton. in Summ. p.* 2.
tit. 9. *capit.* 12. *§.* 3. Facit, quod refert *Graff. dec.
part.* 1. *lib.* 2. *c.* 52. *n.* 27., Sanctum Patrem vidiſſe
Dæmonem, qui extrahebat à Choro quendam Reli-
gioſum, antequam terminaretur Divinum Officium, &
in vita S. Dominici legitur, ipſum vidiſſe Dæmonem 8
in Templo tempore Divinorum, & interrogatus, quid-
nam ibi ageret, reſpondit, ut Religioſi tardè huc ve-
niant, & citò recedant. Hìc notandum, majorem
committi defectum à diſcedente de Choro, priuſquam 9
finiatur totum Officium, quàm à non comparente ad
ejus initium; idcircò longè major pars reputatur no-
tabilis in fine, quæ pro tali non habetur in princi-
pio, quoad amittendas Diſtributiones. *Nav. de Orat.* 10
cap. 10. *n.* 60. *Archid. in cap. Cum contumacia, de hæret. lib.* 6.

A principio Divini Officii uſque ad finem Puncta-
tor perſiſtere debet in Choro cum ſuo libro, & cala- 11
mo, ut abſque alia juſſione punctet, ac mulctet omnes,

ut ſupra, reos, humanis affectibus remotis: ut ad-
vertunt *Vener. de Exam. l. c. c. 47. num. 6. Fuſc. de Viſit.*
12 *lib. 1. cap. 15. num. 29. Maſſobr. de Syn. capit.* 5. Aliàs
ipſe de proprio, in Choro benè ſervientibus, tene-
tur reſtituere. *Raguc. de Vac. quaſt. 20. nu. 3. Paſqual.*
dec. 84. n. 4. Punctator menſatim, vel ad annum, jux-
ta conſuetudinem conſtituitur unus ejuſdem Eccleſiæ
Canonicus, ut docet *Ugol. de Off. Epiſc. c. 19. §. 2. n.*
13 5. Qui tempore ſui Officii non poteſt deputari Sacri-
ſtiæ Præfectus, nec Hebdomadarius, ita decernitur
14 in Synod. Piſtor. Ratio eſt, quia permanere debet in
Choro ab exordio Divinorum uſque ad ultimum.

Horæ Canonicæ in Choro complentur Antiphona,
Salve Regina, vel alia pro varietate temporis, quæ
15 non alternatim, ſed integrè ab univerſis de Choro pro-
nuncianda eſt, ut notat *Filiuc. tr. 23. cap. 7. n. 241.*
In ejus fine Hebdomadarius dicit Orationem, & *Fi-*
delium animæ, &c. omittitur autem *Fidelium, &c.*
16 quando recitatur in Choro Officium Mortuorum.
Gavan. in Com. ad Rubr. Brev. ſect. 5. cap. 22. nu. 16.
vel ſequantur Proceſſio, vel Miſſa cantata, niſi fiat
Sacrum poſt Nonam, quo caſu Nona cùm ſit ul-
tima Hora Matutina, dicitur *Fidelium animæ &c.*
ut obſervant *Theob. lib. 2. cap. 11. n. 6. & Arnaud,*
ubi ſupra.

Antequam Canonici diſcedant à Choro, operæ pre-
tium erit gratias Deo referre, ac veniam de defe-
tium erit gratias Deo referre, ac veniam de defe-
17 ctibus, & negligentiis in fundendis Divinis Precibus
poſtulare, devotè dicendo flexis genibus: *Sacroſan-*
ctæ, & individuæ Trinitati, Crucifixi Jeſu Chriſti Do-
mini Noſtri Humanitati, Beatiſſimæ, ac Glorioſiſſimæ,
ſemperque Virginis Mariæ fœcunditati, & omnium San-
ctorum Univerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus,
& gloria ab omni Creatura, nobiſque remiſſio peccatorum,
per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

℣ *Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt Æter-*
ni Patris Filium.

℟. *Et beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Domi-*
num.

Pater noſter &c.

Hujuſmodi Orationem recitantibus, Leo Papa X.
remiſſionem conceſſit defectuum, humana fragilitate
ex quadam negligentia commiſſorum. *Rodriq. QQ.*
18 *Reg. q. 82. art. 3.* Quod indultum modò extenditur
etiam ad Canonicos, & Clericos ſeculares, teſte *Bor-*
doa. conſ. Reg. quaſt. 82. art. 3. Poſtremò datur ſignum
per Præpoſitum, qui priùs, exindè digniores aſſur-
gunt Canonici, & eidem Præpoſito caput inclinantes,
ſe ſeque invicem eodem modo conſalutantes, ſtatim
19 retrogrado ordine, quo in Chorum ingreſſi ſunt, pro-
cedant in Sacriſtiam; ibique modeſtè, & quietè cho-
rales veſtes deponant, abſtinendo à facetiis, & ina-
nibus verbis; aliàs à Punctatore punctentur. Videa-
tur *Clem. 1. de celebr. Miſſ.*, & quæ tradit *Monet. de*
Diſtr. p. 3. q. 10. n. 45.

Canonicum Punctatorem, à Choro abſentem, par-
tes ſunt antiquioris Canonici punctare, ac mulctare,
20 prout etiam omnes alios abſentes, ſeu præſentes, de-
fectus ibi patrantes, de quibus diximus, ſed melius
videtur *Gavan. in ſua Prax. de Synod. part. 5. cap. 34.*
num. 1., quòd eligantur duo Punctatores, qui poſ-
ſunt eſſe etiam extranei à Capitulo, dummodò ſint
Sacris Ordinibus initiati, *Vener. de Exam. loc. c. c. 43.*
n. ult. & Farinac. in Declar. ad Sac. Conc. fol. 1120.
Punctatoris munus eſt inſuper punctare Canonicos ab-
21 ſque juſta cauſa non intervenientes publicis Proceſ-
ſionibus, quæ loco corollarii veniunt ſub obligatione
recitandi publicè Divinum Officium, ut docent *Fi-*
liuc. Mor. tom. 1. tr. 12. c. 4. num. 85. Caſtr. Pal. l. cit.
de Hor. Can. §. 5. n. 2. His Proceſſionibus aſſignantur
22 Diſtributiones, juxta quantitatem precum, & tem-
poris, in eis inſumendi, ut tradit *Monet. de Diſtr. p.*
2. quaſt. 3. num. 14. & regulariter major portio at-
23 tribuitur intereſſentibus Proceſſioni, quàm uni Ho-
ræ Canonicæ, ut notat *Gavan. in Man. Epiſc. V. Pro-*
ceſſio, n. 28.

In Proceſſionibus cantantur Hymni, & Pſalmi,
24 & præſertim Litaniæ Breviarii, ac *B. V. Lauretanæ*,
quæ tantùm poſſunt in Eccleſiis, & Proceſſionibus
25 decantari ex Decreto Clementis VIII. penes *Quaran.*
in Summ. V. Litaniæ. Nec his poſſunt addi nomina San-
ctorum, etiamſi ſint deſcripta in Breviario. Sac. Rit. 26
Congr. *die 25. Martii 1631.* Memoratis Supplicationi-
bus intereſſe tenentur non ſolùm Canonici Seculares,
& alii Clerici Benficiàti, ut de mente Sac. Congr.
afferunt *Rub. V. Canonicus, n. 1. Polac. l. cit. fol. 253.*
Moron. ubi ſupra reſp. 12. n. 6., ſed & Cannonici Re- 27
gulares, & quicunque Monachi Monaſteriorum, non
diſtantium à Civitate ultra medium milliare, ſi perſo-
naliter vocati fuerint. *Lezzan. in Summ. part. 2. cap.*
9. n. 47. Campanil. diverſ. rubr. 12. cap. 13. n. 121. Lara
de Capell. l. 4. c. 24. n. 15. Piaſec. in Prax. part. 2. c. 3.
n. 47., poteſtque Epiſcopus eos renuentes excommu- 28
nicare, ut ſentiunt *Ricc. in Prax. p. 1. reſ. 31. Ceſped.*
c. 11. dub. 207. n. 3., vel potiùs à Confeſſionibus, &
Concionibus ſuſpendere, ut ajunt *Lezzan. l. c. c. 11.*
n. 14. Dian. Mor. p. 11. tr. 2. reſ. 8.

Ad Proceſſiones autem privatas, quales ſunt men-
ſtruæ SS. Sacramenti, Sacratiſſimi Roſarii, non te-
nentur accedere Canonici, quibus non incumbit Cu-
ra animarum, ut notant *Ugolin. loc. cit. §. 4. n. 3. &*
Galett. in Summ. V. Privilegium. Etiamſi Sodalitates eſ- 29
ſent in eorum Eccleſiis Collegiatis, niſi ex Statuto,
vel fundatione obligentur. *Rot. apud Mart. l. c. V. Pro-*
ceſſio, cap. 4. Proceſſiones publicæ dicuntur, quæ fiunt
in ſolemnitate Corporis Chriſti, in Rogationibus, in
Jubilæis, vel imminente fame, peſte, aut bello, ſi-
ve ad petendam pluviam, aeris ſerenitatem, vel pro
gratiarum actione, liberatione ab inſinuatis malis,
aut in adventu novi Epiſcopi, pro Principe loci æ- 30
grotante, vel aliis gravibus cauſis, ad tradita per
Abb. in c. Nimis, il 2. de exceſſ. Prælat. Sylv. in Summ.
V. Præcedentia in addit. Zerol. in Prax. V. Proceſſiones.
Ricc. in Prax. p. 1, reſ. 319. Vulpel. in Prax. Judic. c.
42. n. 9. & alii.

Ad Epiſcopum, & eo abſente, ad ejus Vicarium,
ſpectat in Cathedrali Proceſſiones ſolemnes indicere, 31
atque quò ſint dirigendæ, ac deducendæ præſcribere,
cum conſilio tamen ſui Capituli. *Zipæus loc. cit. tit.*
de major. & obed. anner. 8. & Sacr. Congr. apud Ze-
rol. loc. proxim. cit. Minus verò ſolemnes ad Capitu- 32
lum ipſius Cathedralis. *Manriq. de Præced. quaſt. 52.*
ubi ſub n. 8. ſubjungit, Canonicus Eccleſiæ Collegia-
tæ, habentes pro capite Præpoſitum cum juriſdictio-
ne quaſi Epiſcopali, poſſe prætendere, quòd Proceſ- 33
ſiones publicæ abſque eorum conſilio non dirigantur:
idem clariùs cum ratione docuit *Pavin. in tract. de Pot.*
Cap. fol. 7.

In Diœceſi ad Plebanum, ſive Rectorem in ſua
Parochia, pertinet, tam publicas, quàm privatas Pro-
ceſſiones conſuetas dirigere, nec non extraordinarias
pro devotione, & neceſſitate in dies introducere. 34
Lezzan. loc. cit. tom. 2. c. 15. nu. 29. Novar. in Sacerd.
Reg. V. Proceſſio, n. 24. Poſſev. de Off. Cur. cap. 12. nu-
mer. 29. Paſqual. dec. 477. n. 2. Barboſ. de Pot. Paroch.
cap. 12. n. 13. Quòd ſi Eccleſia eſſet Collegiata Paro-
chialis, & Primæ Dignitati tota Cura animarum im- 35
mineret, à fortiori debet ea conſulere Capitulum,
quomodo deducendæ, & reducendæ ſint Proceſſiones,
per ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt de Præpoſito exem-
pto; poteſt tamen abſque Canonicis Populo dictas 36
Proceſſiones denunciare, veluti ſi Cura animarum
incumberet tantùm alicui ſimplici Canonicatui, iſte
Præbendatus eadem auctoritate polleret Supplicatio-
nes denunciandi privativè quoad alios, etiam pri-
mam Dignitatem; ratio eſt, quia iſte actus convo-
candi, eſt potiùs Officii, quàm prærogativæ, ut ob-
ſervat *Ceſped. de Exempt. Reg. dub. 221. n. 1.*

Ad Epiſcopum autem ſpectat præcipere Regulari-
bus, in ſua Diœceſi commorantibus, ut eant ad Pro-
ceſſiones publicas, ita S. Congr. apud *Chaſſaing. de*
Reg. priv. tr. 8. cap. 4. prop. 7., ſtante ejus abſentia ad 37
Vicarium Foraneum. Omnes obligati Proceſſionibus
intereſſe, ſi commoditas adſit, congregantur in Choro
Eccleſiæ, ex quo primò exire debet Proceſſio, ibi-
que maneant in ſtallo, donec ea ordinetur; & licèt 38
non ſint de gremio illius, dicuntur habere ſtallum
in Choro quoad illum actum. *Rot. p. 2. divers. dec.*
336. num. 6. Canonici, qui cum ſuo habitu Chorali
non fuerint in ſuo Stallo ad Litanias ante invoca-
tionem Sanctiſſimæ Trinitatis, reputantur abſentes
quoad lucrandas Diſtributiones Supplicationibus attri- 39
butas,

butas, prout oſtendunt *Gavant. in Man. V. Proceſſio*, *n.*
27. & Brancat. in Epiſt. S. Can. V. Proceſſiones.

Litanias incipiunt duo Cletici cantores ante Altare
majus genuflexi, Canonici verò & cæteri in Choro,
ante ſuum Stallum curvatis genibus reſpondent, &,
dicta, *Sancta MARIA Ora pro nobis*, ut habetnr in Ri-
tuali Pauli V., quilibet ſurgit procedendo ſuo loco,
de quo dictum eſt ſupra *Lib. I.*, & dicti duo Canto-
res incedunt immediatè poſt Ctucem proſequendo Li-
tanias: Ita Sact. Congregat. penes *Barboſ. collect.* 119.
num. 2. Omnes in eundo proceſſionalitet, prophanis
40 temotis colloquiis, devotè decantent Litanias, Hym-
nos, & Pſalmos, aliàs Decanus, cum habeat ean-
dem juriſdictionem in Proceſſionibus, quàm in Cho-
ro, ut cenſuit Sac Epiſc. Congreg. ſub die 13. *Mar-*
tii 1615., delinquentes punctari mandet, quamvis
eaſdem deprecationes canere prætetmittentes, non re-
maneant obnoxii ad eas privatim poſtea exſolvendas,
exceptis Litaniis cum Orationibus aſſignatis in Pro-
ceſſionibus Sancti Marci, & ttiduo ante Aſcenſio-
nem; namque bis diebus ſunt partes Horarum Ca-
nonicatum, prout advertunt *Filliuc. l. cit. c. 7. num.*
24. *& Buſemb. ubi ſupra*, *art.* 4. In Proceſſionibus
Dignitates, & Canonici æquali diſtantia, nempè unius
41 paſſus inter Collaterales, & trium intet anteceden-
tes, & ſubſequentes, bini, & bini, in ſignum ge-
minæ charitatis, progredi debent, ut docet *Caſtald.*
in Rit. Proceſſ. num. 11. Quòd ſi accidat, Dignitates
eſſe numero impari, inferior Dignitas conjungenda
eſt cum antiquiori Canonico ad ipſius dexteram, in
42 caſu quo Canonici eſſent pariter numero impari; ſi ve-
rò eſſent numero pares, & Dignitates impares, nè locus
vacuus contra formam Proceſſionis appareat, prima Di-
gnitas procedit in medio duarum Dignitatum, proximè
ſibi ſubſequentium in eadem riga; quod intellige,
43 quando habitus Dignitatum eſſet diſtinctus, & diver-
ſus ab habitu Canonicorum, quamvis eſſent numero
impari, non ſunt conjungendæ Dignitates cum Ca-
nonicis, ſed tres ultimi digniotes, tam cx illis, quàm
ex his, incedunt ſimul in eadem riga: ita detetmina-
vit *S. R. C. in Malacitana* 3. *Junii* 1617., quam decla-
rationem vidi authenticam. Ex quibus ſuadetur, pti-
mam, & unicam hujus Collegiatæ Dignitatem, quæ
habet habitum diverſum à Canonicis, ſemper debere
de per ſe in Proceſſionibus poſt ultimos Canonicos pro-
gredi, inſinuata diſtantia trium paſſuum. Quando-
44 cunque Canonici incedunt Parati in Ptoceſſionibus,
Dignitates deferunt Pluvialia, Canonici Presbyteri
Planetas, Diaconi, & Subdiaconi Dalmaticas, non
obſtante quacunque conſuetudine in contrarium: ita à
Sac. Cong. deciſum refert *Barb. in Summ. collect.* 10. *n.*
45 3. explica ubi Præbendæ ſunt Ordinibus diſtinctæ,
quoniam tunc hujuſmodi ordo incedendi fundatur in
Ordinibus: videatur *Cæremon. Epiſcop. lib.* 1. *tit. de*
Hab. Eccl. Epiſcop., *& Canonicorum*.

In Proceſſionibus, quibus defertur Sacratiſſima Ho-
ſtia, univerſi de Clero cum facibus accenſis incede-
re debent aperto capite; nedum pileolus in capite per-
46 mittitut, niſi ex cauſa, nt ſenectutis, frigoris, cal-
vitiæi, capitis debilitatis, & ejuſmodi. *Caſtul. l. cit.*
lib. 2. *ſect.* 1. *Fagundez. l. c. cap.* 20. Et dum per viam
cantari occurrit Verſiculos *Te ergo quæſumus*, & *Tan-*
47 *tum ergo Sacramentum*, non genuflectitur, nè impedia-
tur Proceſſio: ita declaravit *Sac. Rit. Congreg.* Deni-
que quoniam Miſſa venit appellatione Divinorum Of-
ficiorum: *cap. De his d.* 12. *cap. Abbates*, *de privil.*
in 6. gloſ. in Clem. 2. *de ætat.*, *& qual. Conincb. de In-*
terd. diſput. 17. *dub.* 2. *num.* 1. & æquiparatur Horæ
Canonicæ *in Clem.* 1. *§. fin. de rel. & ven. SS.*, pro-
48 pter quod Miſſis, quæ Canonicis à rubricis cantan-
dæ præſcribuutut, aſſignantur Diſttibutiones veluti
Horariis Ptecibus, *gloſſ. in Clem.* 1. *de celebr. Miſſ. V.*
Canonicas, *& in cap. unic. de Cler. non reſid. in 6. Bo-*
nac. de Diſtr. d. 2. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 4. Idcircò
à Punctatore, cujus ſupta meminimus, punctandi,
ac pro abſentibus habendi ſunt Canonici, præfatis
49 Miſſis ante finem ultimi *Kyrie* non venientes, & in
his non cantautes, vel confabulantes, huc illuc di-
vagantes, aut alios defectus conficientes, ut dictum
eſt ſupra inter recitandas Horas Canonicas, & ean-
dem pœnam incutrunt, qui ante finem Miſſæ à Cho-
ro diſcedunt, cùm melior ſit principio Orationis finis.
Eccl. c. 5. Quod luculenter probat *Mazarin. p.* 4. *diſc.*
102. 129., *& circa fin.*

ARGUMENTUM.

De Privatione Canonicatuum ex cauſa non reſiden-
tiæ ad formam S. Conc. Trid., ac de modo proce-
dendi ad dictam privationem.

SUMMARIUM.

1 *Quid ſtatuat Sacrum Concil. Trident. quoad priva-*
tionem Canonicorum, ſive Præbendatorum, non re-
ſidentium.

2 *Privationis pœna incurritur per non reſidentiam per*
triennium.

3 *Canonicus, privandus ob non reſidentiam, debet ci-*
tari perſonaliter.

4 *Sufficit etiam citatio per Edictum, quando ignoratur*
locus, ubi degit Canonicus, vel ad eum non pa-
tet tutus acceſſus.

5 *Ignorantia loci, ubi degit Canonicus, non debet eſſe*
affectata quoad effectum, de quo ſupra.

6 *Citatio prædicta quid debeat continere.*

7 *Citatio abſentis per Edictum debet eſſe trina, nec*
ſufficit una pro tribus., *cum diviſione termini in*
tres partes, & n. ſeq.

9 *Si Statutum Eccleſiæ, ſive etiam Synodale, præcipe-*
ret, ut contra contumaces procedi poſſet ad pri-
vationem ſine citatione, non eſſet neceſſaria dicta
citatio.

10 *Si fructus Canonicatus omnes conſiſtunt in Diſtribu-*
tionibus, non eſt locus ſequeſtro, ſed tamen ſer-
vandæ ſunt dilationes præſcriptæ à Concilio.

11 *Præcedente unica citatione perſonali contra non reſi-*
dentem, elapſo termino, procedi poteſt ad priva-
tionem.

12 *Si Canonicus, monitus ad reſidendum, rediret, ſed*
ſtatim à loco reſidentiæ recederet, poſſet nihilomi-
nus privari Canonicatu.

13 *Non ſufficit ad evitandam pœnam privationis ſola præ-*
ſentia in Civitate, ſeu loco, ubi eſt Eccleſia, ſed
requiritur actuale ſervitium eidem Eccleſiæ.

14 *Privatio Canonicatus ſimultaneæ Collationis Epiſcopi,*
& Capituli, ſpectat ad utrumque, ſicut ſpectat pro-
viſio.

15 *Epiſcopus contra non reſidentes poteſt procedere etiam*
ad cenſuras, & alias pœnas arbitrarias.

16 *A ſententia privationis ob non reſidentiam lata ad*
formam Concilii Trid. non datur appellatio ſu-
ſpenſiva.

ANIMADVERSIONES.

QUoniam actum eſt ſupra luculenter de Diſtri-
butionibus, debitis Canonicis intereſſentibus,
vel ex juſta, & legitima cauſa non intereſſen-
tibus, non erit incongruum hic adnotare pœnas, quas
incurrunt obligati ad reſidentiam, tam ex Canonicis,
quam ex Beneficiatis, propter contumaciam in non
teſidendo, ac de modo contta dictos contumaces pro-
cedendi ad privationem Canonicatuum, ſeu Præben-
darum.

Cautum eſt à *Sacr. Concil. Triden. ſeſſ.* 23. *cap.* 12.
de reform. ut non reſidentes primo anno priventur di- 1
midia parte fructuum, quos ratione Præbendæ, ac
reſidentiæ facerent ſuos: Secundo verò anno privan-
di ſunt omnibus fructibus, & creſcente eorum con-
tumacia, ad privationem Canonicatus eſt proceden- 2
dum; neceſſe tamen eſt, quòd Epiſcopus volens pro-
cedere ad privationem ex cauſa non reſidentiæ, ob-
ſervet pœnarum gradus, à dicto Capitulo Conciliari
præſcriptos, procedat citatio perſonalis, quòdque Ca-
nonicus ſit contumax in non teſidendo per triennium.
Barboſ. in c. 12. *n.* 70. *Rot. cor. Seraph. dec.* 1346. *n.* 5. ali- 3
ter enim facta privatio, eſt nulla. *Barboſ. ibid. ſub n.*
ſeq. nt etiam ſolvit *Sac. Congreg. Concil. in Cathacen.* 14.
Novembr. 1671. *ad primum & ſecundum dubium*. Quòd
ſi ignoraretur, quo loci Canonicus, ſive Beneficiatus
degeret, vel etiam ſi non haberetur tutus acceſſus pro

exequenda perſonali citatione , tunc ſatis eſſet cita-
4 tin per Edictum , affixum ad valvas Eccleſiæ , ubi eſt
Canonicatus , juxta *tex. in cap. extra , de Cleric. non re-
ſiden. ibique Fagnan. n. 4. & 9. De Luc. de Beneſic. diſc. 77.
n. 9. Barboſ. ubi ſupra , n. 70. Ventrigl. in Prax. part. 1. an-
not. 19. §. 3. n. 5. Monacell. in Formul. Eccleſ. form. 4. tit.
13. n. 68. p. 2.* Obſervandum tamen eſt , quòd ut va-
lida ſit dicta citatio per Edictum , ignorantia loci ,
ubi moratur Canonicus , non ſit affectata , ſed ille ſit
5 vagabundus , nam aliàs non ſufficeret , ut advertit
*De Luca de Beneſic diſc. 77. n. 11. & latiùs in dec. 117.
n. 1. & ſeqq. part. 5. rec.* Hujuſmodi verò citatio debet
continere aſſignatinnem competentis termini ad re-
deundum arbitrio Judicis juxta diſtantiam loci , qua-
litatis perſonæ , & temporis , cum expreſſa commina-
tione pœnæ privationis tituli Canonicatus , cum ter-
mino peremptorio ; eaque executa ſemel perſnnaliter ,
elapſo termino prædicto , & Canonico non redeunte ,
vel juſtam cauſam non adducente , abſque alia cita-
6 tione privandus eſt titulo Canonicatus , juxta formam
*c. ex parte , de Cleric. non reſiden. , ubi Abbas n. 13. Ven-
trigl. ubi ſupra n. 5. & 6.* Ubi verò Canonicus eſſet ab-
ſcos , & vel ratione non tuti acceſſus , ſeu quia neſci-
7 retur , ubi moraretur , tunc juxta formam *d. c. ex tua
d: Clericis non reſid.* deberet citari , videlicet tribus di-
ſtinctis Edictis , non autem uno tantùm , habente vim
trium , nimirum dividendo terminum in tres partes ,
ut in aliis caſibus per Judices obſervari ſolet , quia non
8 videretur ſatisfactum menti *d. text. in cap. ex tua* , re-
quirentis edictum per trinam citatinnem . *Rot. cor. Man-
tic. dec. 12. cor. Seraph. d. deciſ. 376.* , & benè advertit
Ventrigl. ubi ſupra ſub n. 7.

Quòd ſi per Statuta Capituli , ſive Synodalia , re-
mitteretur ſolemnitas dictæ citationis , ita ut per illa
abſentes incurrerent privationem ipſo facto , abſque
ulla citatione , non eſſet tunc neceſſaria iſta citatio ,
9 ſed ea omiſſa poſſet procedi ad privationem . *Ricc. in
Prax. part. 3. reſol. 303. nu. 3. Ventr. ubi ſupra n. 8.*

Quoties autem Canonicatus omnes conſiſtunt in Di-
ſtributionibus ſine Præbenda , licèt exequi non poſſit
ſequeſtratio ſtuctunm , præſcripta à Concilio contra
non reſidentes , tamen ſervandæ ſunt dilationes tem-
porum , videlicet integri triennii completi , compu-
10 tandi à die abſentiæ , ut declaravit *S. Congr. Concil. in
d. Cathacen. ſub die 14. Novembris 1671. ad 3. & 4. du-
bium , & ſub die 21. Maii 1672. reſpt. per Monacell. ubi
ſupra d. tit. 13. ſub num. 76. & 77.* Verum tamen eſt ,
quòd , cum unica tantùm citatione perſonali , conti-
nente comminationem pœnarum , à Sacris Canonibus ,
& Conc. Trid. inflictarum , elapſo dicto triennio , pro-
cedi poteſt ad privationem Cannnicatus . *Fagnan. in d.* 11
*cap. ex tua , n. 31. in fin. De Luc. de Ben. d. diſc. 77. n.
10.* Neque pœna dictæ privationis evitari poteſt , ſi
Canonicus , ſive Beneficiatus , monitus ad reſidendum
rediret , & iterum poſt breve tempus à reſidentia re-
cederet , cum non rediiſſe cenſeatur , qui ſtatim à lo-
co recedit , ideoque contra eum poterit procedi ad pri-
vationem , non obſtante dicto reditu , ac brevi mo- 12
ra , facta in loco reſidentiæ . *Monacell. ubi ſupra d. tit.
13. n. 70.* cum aliis , per eum ibi allegatis .

Sicuti ad effectum evitandi incurſum dictarum pœ-
narum , & etiam tituli Cannnicatus , non ſufficit ſola
præſentia in Civitate , & loco , ubi eſt Eccleſia , cum
Sacrum Concilium requirat reſidentiam cum effectu ,
ſcilicet Eccleſiæ , & Divinis Officiis deſerviendo , cum
hoc ſit verè reſidere , *ad text. in cap. relat. , & c. conque-
rente , de Cler. non reſid. Fagnan. d. c. licèt , n. 23. de præ-* 13
ben. & quòd ita ſenſit Sac. Congreg. Concilii , teſtatur
idem *Fagnan. ibidem ſub n. 41.*

Hinc non eſt omittendum , quòd quoties ageretur
de privando aliquo Canonico , ob non reſidentiam , à
ſuo Canonicatu , & Canonicatus eſſet ſimultaneæ col-
lationis Epiſcopi , & Capituli , tunc actus privatio- 14
nis ſpectaret ſimul ad utrumque , ſicuti ſpectat d. pro-
viſio . *Caputaquen. dec. 163. n. 1. per tot. p. 1. Puteus dec.
18. lib. 3. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gl. 45. n. 37.*

Cæterum , etſi contra abſentem cœperit procedere
Epiſcopus ad formam Concilii ad pœnam privatio-
nis , non probibetur interim contra eoſdem abſentes ,
& contumaces , relaxare cenſuras , & alias pœnas in-
fligere , ſtatutas in dd. Sacris Canonibus , ut cenſuit 15
d. Sacra Congregatio in Palentina 18. Novembris 1675.
ut refert idem *Monacell. ubi ſupra , n. 68.*

Prolata verò ſententia privationis ob non reſiden-
tiam , cum præcedenti obſervatione præmiſſorum , ab
ea non datur appellatio ſuſpenſiva ; ſecus verò , quan-
do non eſſet ſervatus ordo præſcriptus in allegatis
Sacris Canonibus , & Concilio Tridentino . *Ventrigl. d.
annot. 19. §. 3. n. 9. Sacr. Congreg. Conc. in dict. Cathacen.* 16
14. Novembris ad 5. dubium.

Jo: Jacobus Scarfantonius .

LIBRI SECUNDI FINIS.

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
ET
VOTA DECISIVA
DIVERSORUM JUDICUM AD MATERIAS
IN PRIMA PARTE LUCUBRATIONUM
CECCOPERII,
AC ANIMADVERSIONUM
JO: JACOBI SCARFANTONII
PERTRACTATAS

Cum Argumentis, Summariis, ac Indice Verborum, & Sententiarum ejuſdem Primæ Partis, ac Deciſionum, & Votorum locupletiſſimo.

Digitized by Google

INDEX ARGUMENTORUM

SINGULARUM DECISIONUM, ET VOTORUM

Quæ in Prima Parte hujus Operis continentur.

A R G U M E N T U M.

R. P. D. A N S A L D O.

Aſtoricen. Præeminentiarum.
Lunæ 2. Junii 1704.

D E C I S I O I.

EPiſcopo, tanquam Capiti Eccleſiæ debetur Præeminentia etiam in Capitulo, ad eumque ſpectat pulſare campanulam, ac horologium arenarium moderari, non obſtante conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili. Quomodo intelligendi ſint DD. tenentes, Epiſcopum interveniententem in Capitulo uti Canonicum, ſedere debere in loco ſuo Canonicali. Per factum Anteceſſoris non præjudicatur Succedenti in Dignitate, immò nec per Concordiam, quæ à S. Sede non fuerit approbata.

R. P. D. P R I O L O.

Barchinonen. Statuti.
Lunæ 11. Martii 1709.

D E C I S I O II.

Non poſſunt Canonici, etiam accedente auctoritate Epiſcopi, condere Statuta obligantia Beneficiatos in eo, quod exorbitat à Jure communi: Valet tamen tranſactio hac de cauſa facta inter dictos Canonicos, & Beneficiatos, & eſt ſervanda.

R. P. D. P R I O L O.

Barchinonen. Statuti.
Lunæ 10. Martii 1704.

D E C I S I O III.

Cùm Epiſcopus, & Capitulum habeant univerſalem Eccleſiæ adminiſtrationem, condere poſſunt Statuta etiam pœnalia, quæ majorem Dei cultum, & Populorum ædificationem reſpiciant, præſertim ſi pœna fuerit modica.

R. P. D. O M A Ñ A.

Barchinonen. Beneficiorum.
Ven. 12. Decembris 1704.

D E C I S I O IV.

An, & quando non deferentes habitum Clericalem privandi ſint omnibus Beneficiis. An Patrono reficiendæ ſint expenſæ, ab eo factæ pro implemento oneris Miſſarum, ad quas tenebatur ipſe Beneficiatus; & an eidem Patrono tradenda ſit notula omnium Inſtrumentorum, concernentium dotem Beneficiorum, & alia hujuſmodi.

R. P. D. A N S A L D O.

Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus.
Ven. 4. Decembris 1705.

D E C I S I O V.

Quando dimiſſio, ſeu reſignatio Beneficii dicatur in fraudem facta itant non attendatur ad effectum metiendi tempus ad facultatem conferendi.

R. P. D. L A N C E T T A.

Burgen. Juriſdictionis.
Mercurii 26. Junii 1709.

D E C I S I O VI.

Ritè examinatis antiquis Sententiis, ac Deciſionibus, rerumque geſtarum hiſtoria reaſſumpta, receſſum fuit à Deciſis favore Abbatis Parochialis Eccleſiæ S. Adalelmi, prætendentis ſibi competere Jus committendi exercitium Curæ animarum in dictæ Eccleſiæ Vicariis per ipſum deputandis, & exercendi reſpectivè per ſe ipſum omnes actus Parochiales, ſine ulla licentia & approbatione Archiepiſcopi, cum aliis, quæ continentur in facti Serie.

R. P. D. C A P R A R A.

Caurien. Juriſdictionis ſuper ſecundo dubio.
Lunæ 22. Junii 1699.

D E C I S I O VII.

Dignitates, Canonici, Portionarii, Parochi, cæterique Beneficiorum poſſeſſores, tenentur, Epiſcopo requirente, exhibere titulos Ordinum, licentias audiendi confeſſiones, & prædicandi.

R. P. D. A N S A L D O.

Calaguritana Canonicatus.
Mercurii 4. Decembris 1697.

D E C I S I O VIII.

Non corruit Gratia Coadjutoris, à S. Sede reportata, ob defectum intimationis, & executionis vivente ipſo Coadjuto; præſertim ſi præciſè concepta fuerit cum Clauſula futuræ Succeſſionis.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Calaguritana Quartæ funeralis de Naxera.
Lunæ 10. Martii 1704.

D E C I S I O IX.

Omnes Gratiæ; ac Conceſſiones Apoſtolicæ, emanatæ favore perſonarum particularium, & ad earum inſtantiam, non ſunt in conſideratione habendæ, ſi reperiantur ineffectuatæ. Speciale eſt, tranſactiones valere inter Eccleſiaſticos ſuper rebus ad Parochialitatem ſpectantibus, & afficere Succeſſores, etiamſi abſque Superioris, vel Sedis Apoſtolicæ beneplacito factæ fuerint. Anniverſaria, & his ſimilia, non recenſentur inter Jura Parochialia.

R. P. D. M A T H Æ J O.

Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii.
Veneris 2. Decembris 1684.

D E C I S I O X.

Beneficium relictum perſonis Eccleſiaſticis, ad hoc ut non ſubjaceat reſervationibus Apoſtolicis; ſed cenſeatur adinſtar Juriſpatronatus Laicalis, ſufficit voluntas etiam virtualis Teſtatoris; & conſtito de tali excluſione reſervationis, non relevat contraria obſervantia, neque ultimus Status conferendi per Datariam.

R. P. D. A N S A L D O.

Compoſtellana Jurium Parochialium.
Lunæ 4. Maii 1705.

D E C I S I O XI.

Beneficium, Curam animarum annexam habens, non repletum in tempore ſtabilito *per S. Canones, Conc. Trid., & Conſt. Pian.*, devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. Ac Capitulum occaſione particularis adminiſtrationis Bonorum conceſſæ uni ex Canonicis, poſſit in eum transfundere Jus præſentandi ad aliquod Beneficium, ita & taliter, ut illud durante tempore dictæ Adminiſtrationis poſſit exercere quicunque eidem Canonico in hæreditate ſucceſſerit.

R. P. D. D E L L' O L M O.

Gracovien. Archidiaconatus.
Ven. 12. Februarii 1700.

D E C I S I O XII.

Nec inducitur ſubreptio poſterioris Gratiæ ex falſa narrativa diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, præſertim quando revera

vera non ſunt incompatibilia; neque ex reticentia veri, conſtito de expreſſione facta juxta ultimum Statum Beneficii, & bona fide. Quando reticentia qualitatis reſidentialis faciat Gratiam obreptitiam.

R. P. D. O M A N A.

Cracovien. Canonicatus.

Lunæ 11. Maii 1705.

D E C I S I O XIII.

Deficiente diſpenſatione Apoſtolica, cujus negativa probatur ex diligentiis factis per Officiales Datariæ ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium ultra duos menſes, inducitur ipſo jure illorum vacatio, in nihilo ſuffragante ſerotina dimiſſione alterius incompatibilis.

R. D. Card. C A P R A R A.

Fanen. Canonicatuum.

Mercurii 5. Maii 1700.

D E C I S O XIV.

An, & quando ad ſolum Capitulum ſpectare poſſit Collatio Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis. Quomodo procedat diſpoſitio *S. C. Trid. ſeſſ. 24. capit. 9. de reform.* de probatione tituli Juriſpatronatus, & quando locum habeat, vel non.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Firmana Juriſdictionis.

Lunæ 10. Maii 1700.

D E C I S I O XV.

In vim diſmembrationis factæ à Gregorio XIII. nonnullorum Oppidorum Abbatiæ Farfen. cum omnibus Eccleſiis etiam Regularibus, cum Cura, & ſine Cura, in eis exiſtentibus, una cum Clero, & Populo, eorumque reſpectivè unionis, & applicationis Epiſcopatui Firmano, poteſt idem Epiſcopus Firmanus Juriſdictionem ordinariam exercere quoad omnia in Eccleſiis, ut ſupra ejus Diœceſi unitis, præter eas, quæ de tempore diſmembrationis erant Regulares, & tales probantur; reſpectu quarum Juriſdictionem Ordinariam habet tantùm quoad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem.

R. P. D. C A F F A R E L L O.

Florentina Quartæ Funetalis.

Ven. 6. Martii 1711.

D E C I S I O XVI.

Conſuetudo, quòd Parocho debetur medietas omnium emolumentorum, quæ occaſione Funeris obveniunt, eſt attendenda, non obſtante diſpoſitione *Clem. in cap. Dudum, de ſepult.*, & quale temporis ſpatium requiratur, ut ad effectum, de quo agitur, intrare poſſit præſcriptio.

R. P. D. A N S A L D O.

Friſingen. Canonicatus.

Lunæ 16. Maii 1707.

D E C I S I O XVII.

An, & quando ex retentione plurium Beneficiorum incompatibilium inducatur illorum vacatio, etiam non ſecuta effectiva fructuum perceptione.

R. P. D. A N S A L D O.

Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure.

Veneris 1. Junii 1708.

D E C I S I O XVIII.

De Fundatione Monaſterii Fuldenſis, & creatione Epiſcopatus Herbipolen., ejuſque certorum finium aſſignatione, Exemptio, ſeu Juriſdictio Spiritualis, non naſcitur à ſemetipſa, ſed à Papa, tanquam à fonte, ſeu mari promanat. Ad inducendum ex privilegio ſtatum nullius, & Territorium verè ſeparatum, verba debent eſſe adeo clara, ut in alium ſenſum detorqueri non valeant. Recenſentur, & examinantur ad huc effectum privilegia conceſſa per Summos Pontifices S. Bonifacio I. Abbati Fulden. ejuſque Succeſſoribus: Actus quoque per Imperatores geſti ad confirmationem, & defenſionem Juriſdictionis dictorum Abbatum ad terminos eorundem privilegiorum: Item inſignes prærogativæ, Præeminentiæ, ac tituli, quibus Abbates Fulden., aliique conſimiles perfruuntur. Poteſt per inferiorem quadragenaria præſcriptione, juncto titulo colorato, acquiri omnimoda Juriſdictio quaſi Epiſcopalis, cum Territorio ſeparato, & alia plura ad materiam præſcriptionis.

R. P. D. M O L I N E S.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure.

Veneris 13. Junii 1692.

D E C I S I O XIX.

Reſolvitur in hac deciſione, Abbati de Amerio non competere Juriſdictionem ordinariam cum Territorio ſeparato, excluſo Epiſcopo, ſed tantùm ſimplicem exemptionem, & ad hunc effectum examinatur Bulla Clem. III. de anno 1187.

R. P. D. L A N C E T T A.

Gerunden. Ferialis.

Veneris 11. Decembris 1699.

D E C I S I O XX.

Redditus Ferialis, pro communibus Eccleſiæ Gerunden. negotiis deſtinati, non ſunt impendendi pro particulari Canonicorum utilitate. Eorum tamen adminiſtratio ad ſolos Canonicos ſpectat, licèt cuilibet etiam non Capitulari competat actio contradicendi, & invigilandi, ut rectè geratur.

R. P. D. D E L L' O L M O.

Gerunden. Prioratus.

Lunæ 29. Martii 1700.

D E C I S I O XXI.

Maſſa, quæ fit communis cum Beneficiatis, non venit ſub nomine Menſæ Capitularis. Item Maſſa Anniverſariorum prædicari nequit de illa Diſtributionum quotidianarum; & de differentiis inter hanc, & illam. An, quando difformitas verborum Deciſionis à ſententia variat nullitatem.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Portionis ſuper manutentione.

Lunæ 27. Martii 1702.

D E C I S I O XXII.

Manutenendus eſt Archidiaconus in poſſeſſione percipiendi fructus ſui Canonicatus, quibus fuit injuſtè à Capitulo privatus, ſub prætextu quòd ab ipſo Archidiacono, Sede Vacante, receptæ fuerint Informationes, & fabricati Proceſſus contra Capitulares, non vocatis Adjunctis.

R. P. D. A N S A L D O.

Gerunden. Juris Sepeliendi.

Veneris 31. Martii 1702.

D E C I S I O XXIII.

Cadavera eligentium Sepulturam in alia Eccleſia, quàm Parochiali, ibi ſunt ſepelienda, etiam ſi eadem Eccleſia ſit Regularibus ſubjecta, non obſtante contraria conſuetudine, ex ampliſſimis privilegiis ipſis Regularibus à S. Sede conceſſis.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure privandi.

Lunæ 12. Junii 1702.

D E C I S I O XXIV.

Non ſubſtinetur pœna privationis fructuum Præbendæ Canonicalis, inflicta per Capitulum Archidiacono Eccleſiæ Gerunden., ſub prætextu, quòd ipſe, Sede Epiſcopali vacante, criminaliter proceſſerit contra idem Capitulum, & Canonicos, non vocatis Adjunctis; eo quia de dicto tempore Sedis Vacantis, Capitulum dicitur ſubditum Archidiacono ſuccedenti in locum Epiſcopi, contra quem, tanquam Superiorem, non poteſt à Capitulo, tanquam inferiore, jus dici, & pœna irrogati.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhibitione Reſolutionum Capitularium.

Lunæ 12. Junii 1702.

D E C I S I O XXV.

Archidiacono, ſeu alteri de Capitulo, qui Sede vacante ſuccedat in locum Epiſcopi, non poteſt denegari copia Reſolutionum Capitularium, ſed debet tradi etiam ſine Salario; aliàs poſſunt Capitulum & Secretarius ad id compelli, etiam pœnis Eccleſiaſticis.

R. P. D.

R. P. D. P R I O L O.
Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure convocandi Capitulum.
Mercurii 14. Junii 1702.
D E C I S I O XXVI.

Ab Archidiacono Eccleſiæ Gerunden., qui Sede Epiſcopali vacante, ſuccedit in locum Epiſcopi, aut ab ejus Vicario, congregari debet Capitulum. An, & quando debeat fieri præcedenter requiſitio ipſiuſmet Archidiaconi, vel ejus Vicarii, ita ut in eorum abſentia poſſit Capitulum convocari per Seniorem ex Canonicis, & qualis debeat eſſe hujuſmodi abſentia.

Eadem coram Eodem.
Super Jure præſidendi in Capitulo.
Mercurii 14. Junii 1702.
D E C I S I O XXVII.

Archidiaconus habens facultatem convocandi Capitulum, per conſequens etiam habet jus præſidendi in illo; niſi tamen agatur de illius intereſſe, ex regula, quam conſtanter tenet S. Rota, quòd aut agitur de intereſſe particulari Epiſcopi, ſeu Vicarii, & nihilominus debet ipſe Capitulum convocare, illi intereſſe, & exponere quæ ad ipſam rem conducere intendit, quibus peractis, tenetur exire de Capitulo, ut liberis ſuffragiis Canonici ſuper eadem re deliberare valeant, aut agitur de intereſſe Dignitatis Epiſcopalis, & tunc poteſt intervenire, & præſidere.

R. P. D. P R I O L O.
Gerunden. Juriſdictionis ſuper validitate Reſolutionum factarum.
Lunæ 19. Junii 1702.
D E C I S I O XXVIII.

Reſolutiones Capitulares, captæ irrequiſito Archidiacono, ad quem, Sede Epiſcopali vacante; ſpectat Capitulum convocare, ac in illo præſidere, ejuſque Vicariis, declarantur nullæ, atque invalidæ, rejecta exceptione excommunicationis, in quam à Capitulo prætendebatur ipſum Archidiaconum incurriſſe, ob recurſum habitum ad Judices laicos.

Emo D. Card. C A P R A R A.
Gerunden. Fundationum.
Veneris 15. Decembris 1702.
D E C I S I O XXIX.

Acceptatio Miſſarum privatarum, & Anniverſariorum, non poteſt fieri à Dignitatibus cum ſolo conſenſu Epiſcopi, irrequiſito Capitulo, etiam ſi agatur de Eccleſia Regulari Secularizzata, præſertim concurrente obſervantia.

R. P. D. S C O T T O.
Gerunden. Anniverſariorum de Guixols.
Lunæ 3. Decembris 1708.
D E C I S I O XXX.

In Eccleſia inferiori poſſunt fundari Anniverſaria, atque onera Miſſarum perpetuarum abſque Parochi licentia, cum hujuſmodi legata nec Curam animarum, nec Parochi Juriſdictionem tangant; requiritur tamen pro ædificatione Eccleſiæ inferioris ad præſervanda Jura Parochialia.

R. P. D. A N S A L D O.
Giennen. Juris mutandi.
Veneris 20. Februarii 1699.
D E C I S I O XXXI.

Volens Epiſcopus Giennen. uti facultate ſibi competente mutandi Canonicos, Dignitates, Beneficiatos, ac Portionarios, à Cathedrali Giennen. ad alteram Baecen., æquè principaliter unitas, tam vigore dictæ unionis, quàm conſuetudinis immemorabilis, & demum rei judicatæ, non tenetur cauſam exprimere hujuſcemodi mutationis; vel ſaltem ſufficit congruentia ſervitii Dei, bonique regiminis dd. Eccleſiarum; non præcluſa tamen via recurrendi ad legitimos Superiores, ipſamque S. Rotam, quoties daretur caſus injuſtæ, & valde præjudicialis mutationis, ſed quoad effectum tantùm devolutivum, non ſuſpenſivum.

R. P. D. M O L I N E S.
Giennen. Adjunctorum.
Lunæ 13. Februarii 1702.
D E C I S I O XXXII.

Privilegium Adjunctorum, à *S. Conc. Trid.* non cenſetur conceſſum, niſi Capitulis exemptis ab ordinaria Juriſdictione Epiſcopi ante ipſum Concilium. Quæ requirantur, ut ex conſuetudine inducatur exemptio. Ad Capitulum pertinere poteſt levium exceſſuum punitio; non autem gravium, quorum cognitio ad publicam vindictam cum figura Judicii ad ſolum Epiſcopum ſpectat.

R. P. D. S C O T T O.
Giennen. Juris votandi.
Lunæ 9. Februarii 1705.
D E C I S I O XXXIII.

Canonici Familiares, & Officiales Epiſcopi de Jure non prohibentur Suffragium ferre in actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ & Dignitatis Epiſcopalis: Secus verò ubi ageretur de intereſſe particulari, & privato Epiſcopi, Declarantur Deciſiones, & Reſolutiones reſpectivè *S. Rot.*, *& Sacr. Congregat. Concil.* in oppoſitum allatæ.

R. P. D. MOLINES DECANO.
Giennen. Adjunctorum.
Veneris 27. Martii 1705.
D E C I S I O XXXIV.

An omnibus Capitolis indiſtinctè conceſſum fuerit à *S. Conc. Trid.* privilegium electionis Adjunctorum. Conſuetudo cognoſcendi Cauſas Criminales Capitularium privativè quoad Epiſcopum eſt adverſativa Juri communi, & non niſi per immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo præſcribi valet. An, & quando privilegium amittatur per non uſum.

R. P. D. L A N C E T T A.
Giennen. Juris mutandi cum cauſa, vel ſine.
Ven. 27. Martii 1705.
D E C I S I O XXXV.

Præſens Deciſio confirmat alias præteritas, quæ in hac Cauſa emanarunt favore Epiſcopi Giennen., declarantes eundem habere Jus mutandi Canonicos ab Eccleſia Giennen. ad illam Baetiæ, abſque ulla cauſæ expreſſione.

R. P. D. P R I O L O.
Giennen. Juris mutandi.
Ven. 27. Martii 1705.
D E C I S I O XXXVI.

Pro concedenda reſtitutione in integrum conſtare debet de evidenti, & palpabili injuſtitia Sententiæ, ad quam probandam requiritur integra tranſportatio Actorum, etiam irrevelantium. An & quando Canonici poſſint ſibi, & Succeſſoribus præjudicare abſque Beneplacito Apoſtolico.

R. P. D. M U T O.
Hiſpalen. Juris Sedendi in Synodo.
Ven. 21. Junii 1697.
D E C I S I O XXXVII.

Ex declaratione Gregorii XIV., Vicario, ſeu Officiali Archiepiſcopi Hiſpalen. deberi primum locum in Synodo Diœceſana ante Capitulum, vel ab eo Deputatos, tam ipſo Archiepiſcopo abſente, quàm præſente, decernitur; nec conſtare de contraria legitima conſuetudine, in eodem Brevi Gregoriano præſervata.

R. P. D. C A P R A R A.
Hiſpalen. Juris votandi.
Lunæ 29. Martii 1700.
D E C I S I O XXXVIII.

Poſt varias in hac Cauſa à S. Rota captas reſolutiones, tandem deciſum fuit, licere Capitulo Hiſpalen. excludere ab Actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis, Canonicos, ſeu Præbendatos, Familiares, ſeu Officiales, & Commenſales tantùm ejuſdem Archiepiſcopi, non verò alios proviſos ab Archiepiſcopo, & Capitulo ſimul, neque Conſanguineos, & affines ipſorum familiarium, Officialium, & Commenſalium.

R. P. D.

R. P. D. M O L I N E S.
Hiſpalen. Viſitationis.
Veneris 30. *Aprilis* 1700.

D E C I S I O XXXIX.

Binæ reſolutiones Sac. Conc. Congregat. favore Archiepiſcopi Hiſpalen. emanatæ, quarum altera ſub die 18. Auguſti 1696., altera verò ſub die 27. ejuſdem menſis anni ſubſequentis, demandantes Capitulum teneri aſportare Libros particularium Adminiſtrationum ad Palatium Archiepiſcopi in caſu Viſitationis, latiſſimè comprobantur ſubnixæ diſpoſitioni Juris Civilis, Canonici, & S. Concilii Tridentini.

R. P. D. P R I O L O.
Hiſpalen. Diviſionis Simultaneæ.
Veneris 4. *Julii* 1700.

D E C I S I O XL.

Simultanea Collatio Beneficiorum exiſtens inter Epiſcopum, & Capitulum, an poſſit dividi ad inſtantiam unius, altero reluctante.

R. P. D. A N S A L D O.
Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo Dubio.
Lunæ 28. *Junii* 1700.

D E C I S I O XLI.

Permiſſa ab Innoc. XI. ex Voto S. Rituum Congr. Capitulo Hiſpalen. vetuſta conſuetudine deferendi Venerabile Sacramentum in illius annua Solemnitate ſuper pretioſæ ſtructuræ Machina, non licet Archiepiſcopo illam impedire prætendendo eundem Euchariſticum Panem propriis manibus geſtare.

R. P. D. A N S A L D O.
Hiſpalen. Proceſſionis ſuper primo Dubio.
Lunæ 28. *Junii* 1700.

D E C I S I O XLII.

An liceat permittere ad ſolatium Populorum diuturnam, ac inveteratam conſuetudinem deferendi Auguſtiſſimum Chriſti Corpus in illius annua Solemnitate cum aliqua honorifica Machina, geſtanda, ob illius ingens pondus, per humeros Secularium, excluſo ſcandalo, ac indecentia; Non obſtantibus Cæremoniali Epiſcopi, ac Rituali Romano, à quibus præſcribitur idem Venerabile Sacramentum, præſertim in hac majori Solemnitate, deferendum eſſe cum Baldachino, & propriis manibus Celebrantis.

R. P. D. D E L L' O L M O.
Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo.
Ven. 2. *Junii* 1700.

D E C I S I O XLIII.

Poteſt Epiſcopus quandocunque Capitulum convocare; & ad ipſum ſpectat, ſi velit, adeſſe, in eo præſidere, omniaque ordinare, quæ ibidem gerenda ſunt, non obſtantibus Privilegiis, Sententiis, Juramentis, Concordiis, & Conſuetudinibus etiam immemorabilibus. An, & quando dicatur Epiſcopus in Capitulo intervenire uti Canonicus, non uti Epiſcopus; Et an eadem perſona gerere poſſit duplicem figuram, etiam in incompatibilibus, & afferuntur exempla.

R. P. D. D E L L' O L M O.
Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro.
Veneris 2. *Julii* 1700.

D E C I S I O XLIV.

An jus præſidendi, & jubendi in Choro, ac delinquentes corrigendi, & mulctandi, competere poſſit Decano, ſive alteri de Capitulo, privativè quoad Epiſcopum, vel potius cumulativè, & cum ipſius prælatione.

R. P. D. P R I O L O.
Hiſpalen. Supellectilium.
Lunæ 28. *Novembris* 1701.

D E C I S I O XLV.

Confraternitas erecta in aliqua Eccleſia cum auctoritate Ordinarii, ſi diſſolvatur, ejus Bona, ſeu Suppellectilia, non remanent in dominio ejuſdem Eccleſiæ, ſed ea, tanquam vacantia, cadunt ſub diſpoſitione S. Pontificis, vel Ordinarii. In hac tamen Cauſa captum fuit temperamentum, ut Suppellectilia Confraternitatis, de qua agitur, non ſtarent ad liberam diſpoſitionem Ordinarii, ſed applicarentur ad eoſdem pios uſus in eadem Eccleſia Cathedrali, ad quos fuerant per Confratres deſtinata.

R. P. D. MOLINES DECANO.
Nullius Provinciæ Hiſpalen. Juris amovendi Vicarium.
Lunæ 21. *Februarii* 1707.

D E C I S I O XLVI.

An Vicarius ad nutum deputatus, poſſit etiam abſque cauſa removeri. Cura animarum poſt Concilium Tridentinum exerceri poteſt per Vicarios ad nutum amovibiles, qui etiam inſtante Epiſcopo, non poſſunt fieri perpetui, niſi juſta concurrente cauſa, Quando Officia dicantur connexa; ita ut ab uno quis non poſſit removeri, ſi non poſſit etiam ab altero. An, & quando Laici, & etiam mulieres, fiant capaces Juriſdictionis Eccleſiaſticæ.

R. P. D. M U T O.
Illerden. Juris mulctandi ſuper Negotio principali.
Lunæ 23. *Januarii* 1702.

D E C I S I O XLVII.

Poteſt Capitulum punire levibus pœnis leves exceſſus in Choro, & Eccleſia, commiſſos per Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ; gravium autem cognitio cum figura Judicii ad Epiſcopum ſpectat. Quæ requirantur ad præſcribendum in materia, cui reſiſtit Jus commune, & Conciliare. Quando Vicarius Epiſcopi, qui ſimul ſit Canonicus, dicatur intervenire in Capitulo tanquam Vicarius, vel uti Canonicus.

R. P. D. P R I O L O.
Illerden. Diſtributionum.
Lunæ 8. *Maii* 1702.

D E C I S I O XLVIII.

Beneficiatis, ac Portionariis Eccleſiæ Cathedralis Illerden., occupatis in regimine Confraternitatum S. Salvatoris, & S. Mariæ Veteris, in eadem Eccleſia exiſtentium, non debentur Diſtributiones, & emolumenta Anniverſariorum Maſſæ Communis, non attenta contraria Concordia, aut etiam Conſuetudine.

R. P. D. P R I O L O.
Illerden. Diſtributionum.
Lunæ 22. *Januarii* 1703.

D E C I S I O XLIX.

Diſtributiones, & alia hujuſmodi emolumenta, quæ debentur ſolùm intereſſentibus, lucrari non poſſunt Beneficiati alicujus Eccleſiæ, tempore, quo ſunt occupati in regimine Confraternitatis, in ea erectæ, non obſtante contraria Conſtitutione, ſeu Concordia.

R. P. D. J A C O M E T T O.
Leodien. Canonicatus.
Ven. 25. *Junii* 1700.

D E C I S I O L.

Utrùm Scholaris, cui pro obtinendo Canonicatu, requirente certum curſum annorum ſtudii, deficiunt aliquot menſes cenſeatur compenſaſſe hujuſmodi defectum, ſi per plures annos munus exercuerit Doctoris. Quæ dicantur de forma ſubſtantiali ſpecificè implenda; & an, & quomodo poſſit per æquipollens impleri.

R. P. D. M U T O.
Majoricen. Beneficii.
Lunæ 29. *Martii* 1700.

D E C I S I O LI.

Valet electio, ab uno ex Electoribus facta, aliis facultate eligendi abutentibus contra diſpoſitionem SS. Canonum, etiamſi non fuerit ab illo expleta in conſueto loco, dummodò non ſit clandeſtinus, ſed tutus, decens, & honeſtus.

DECISIO ROTÆ FLORENTINÆ.
In Piſcien. Beneficii.
Veneris 14. *Septembris* 1716.

D E C I S I O LII.

Beneficium quando dicatur requirere reſidentiam præciſam, vel potiùs cauſativam, & de differentia inter unam, & aliam. Incompatibilitas Beneficii cum Canonicatu in Eccleſia Collegiata non oritur ex reſidentia cauſativa, dicto Beneficio inhærente, ſed ex præciſa, quæ tamen non obſtat aſſecutioni, ſed ſolum retentioni utriuſque. Conſuetudo obtinendi

plura

plura Beneficia incompatibilia abſque diſpenſatione Apoſtolica, debet concludenter probari, & quomodo: Expenditur ſeries ſtatuum hujus Beneficii. Impetrationes aliquæ Beneficiorum *certo modo* ſunt minus odibiles, aliquæ verò ſunt prorſus odibiles, quæ vocantur *piſcatoriæ. Regula 35. de annali poſſeſſore*, ne habeat locum, quæ requirantur, & quando non procedat regula de triennali.

Illmi, & Rmi D. JO: BAPTISTÆ PUCCINI

Epiſcopi Cortonen.

VOTUM DECISIVUM.

In Aretina Penſionis.

DECISIO LIII.

An, & quando Clericus militiæ adſcriptus, etiam in expeditione contra Turcas, Penſionem amittat. Quando pronunciari poſſit tam ſuper poſſeſſorio, quàm petitorio, non obſtante proteſtatione unius ex Partibus, quòd petitorium ſuſpendatur.

In Eadem Cauſa.

CONSULTATIO

Illuſtriſſimi D.

PETRI FRANCISCI DE MORMORAIS.

Advocati Florentini, & Auditoris Sereniſſimi Magni Principis Etruriæ.

DECISIO LIV.

Florentina Præcedentiæ, ſeu Proceſſionum.

VOTUM.

Bon. Mem. Illuſtriſſimi D.

ANDREÆ DE FARSETTIS

Rot. Florentinæ Auditoris.

DECISIO LV.

Vertebat lis inter Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ, & Abbatem, & Monachos Caſſinenſes Civitatis Florentiæ circa inceſſum eorum reſpectivè Vexillorum in ſolemnioribus Proceſſionibus; qua, de communi Partium conſenſu, in Sereniſſimum, & Reverendiſſimum Principem Franciſcum de Medicis compromiſſa, & D. Auditoris Farſetti à Celſitudine ſua Reverendiſſima exquiſito voto, declaratum fuit, ambo Vexilla progredi debere in æquali linea, cum hoc tamen, quòd minoris longitudinis, ſeu altitudinis eſse deberet alterum Monachorum.

JURIS RESPONSUM.

R. P. D. FATINELLI.

In Lucana Juris deferendi Crucem.

DECISIO LVI.

De Indulto, Epiſcopo Lucenſi conceſſo à Sede Apoſtolica, Crucem ante ſe deferendi, Pallioque utendi. Favore Epiſcopi reſolvitur contra PP. Lateranenſes, eidem licitum eſſe uſum delationis Crucis in eorum Eccleſiis exemptis, tam quoad actus neceſſarios, quàm voluntarios; non obſtantibus illorum ampliſſimis privilegiis.

EJUSDEM R. P. D. FATINELLI ALTERUM RESPONSUM.

In Eadem Lucana Juris deferendi Crucem.

DECISIO LVII.

PISANA SEPULTURÆ

Votum Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi D.

FRANCISCI FROSINI S. R. I. COMITIS

Archiepiſcopi Piſarum.

19. *Julii* 1709.

DECISIO LVIII.

Judæorum Infantes, in mortis articulo conſtituti, cum nulla ſpes ſupervenientiæ adeſt, baptizari poſſunt, etiam invitis parentibus. Quòd ſi poſtea moriantur, debent Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradi, licèt de collato Baptiſmo non conſtet, niſi per aſſertionem ſolius Baptizantis, etiamſi fuerit mulier, junctis præſertim adminiculis.

JURIS RESPONSUM.

D. JOSEPHI AVERANI.

In Piſana Canonicatus.

DECISIO LIX.

Diſpoſitionem Fundatoris, vocantis ad Canonicatum, à ſe erectum in Eccleſia Primatiali Piſarum, Capellanum antiquiorem de univerſitate Capellanorum, eidem Eccleſiæ inſervientium, cum conditionibus in Inſtrumento fundationis expreſſis, intelligendam eſſe traditur, non de quocunque antiquiore Capellano, ſed de illo, in dicta Univerſitate deſcripto.

VOTUM

Clar. Mem. Eminentiſſimi

SPERELLI DE SPERELLIS.

In Piſtorien. Juriſdictionis.

DECISIO LX.

An exiſtentibus in Civitate Prati nonnullis Eccleſiis Parochialibus, quorum fines extra mœnia extenduntur, ac intra eoſdem fines quibuſdam privatis Oratorijs, liceat Parochis jura Parochialia exercere in locis extra mœnia poſitis; & an Juriſdictio Epiſcopi Pratenſis, ſeu Capituli Sede vacante, ſe extendat ad omnes fines dictarum Parochiarum, & etiam ad Oratoria prædicta.

VOTUM

Illuſtriſſimi D.

PHILIPPI LUCI

Advoc. ex Coll. Nobil.

In Volaterrana Beneficii.

DECISIO LXI.

Diſputatur quæſtio, utrùm ſub appellatione Canonicorum veniant etiam Canonici ſupernumerarii, occaſione cujuſdam Beneficii, ſeu Capellæ, relictæ uni ex Canonicis Eccleſiæ Volaterranæ.

RESPONSUM JURIS PRO VERITATE.

Illuſtriſſimi D.

CAROLI DE VILLANIS

In Fivizzanen. Juris Nominandi.

DECISIO LXII.

Doctiſſimè exponitur, quando Juſpatronatus judicandum ſit mixtum, vel ſimpliciter hæreditarium. In Jurepatronatus hæreditario licitum eſt hæredi Fundatoris alterare modum ſucceſſionis, in Fundatione præſcriptum, ſed hujuſmodi alteratio non præſumitur, etiam ſi Fundator reſervaverit Juſpatronatus *pro hæredibus & ſucceſſoribus*; hæres verò, in aſſignanda dote Capellæ juxta præceptum Fundatoris, illud reſervaverit pro *hæredibus deſcendentibus, & ſucceſſoribus*. In alienatione Juriſpatronatus Capellaniæ laicalis non requiritur Epiſcopi auctoritas, & licèt ea in Fundatione intervenerit, poteſt tamen Capellania eſſe laicalis.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Cæſarauguſtana Juriſdictionis.

Veneris 13. *Junii* 1692.

DECISIO LXIII.

Exemptio Eccleſiæ Regularis ceſſat in caſu, de quo agitur, tum ob declarationem illius Cathedralitatis, tum ob Seculariſationem.

FINIS.

I N.

INDEX
DECISIONUM, ET VOTORUM
PER DIŒCESES.

A

AStoricen. Præeminentiarum. Lunæ 2. Junii 1704. dec. 1. pag. 145
Aretina Penſionis. dec. 53. 295
Eadem dec. 54. 298

B

BArchinonen. Statuti. Lunæ 11. Martii 1709. dec. 2. 148
Barchinon. Statuti. Lunæ 10. Martii 1704. dec. 3. 149
Barchinonen. Beneficiorum. Veneris 12. Decembris 1704. dec. 4. 150
Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus. Veneris 4. Decembris 1705. dec. 5. 152
Burgeo. Juriſdictionis. Mercurii 26. Junii 1709. dec. 6. 148

C

CÆſaraugustana Juriſdictionis. Veneris 13. Junii 1692. dec. 63. 343
Caurien. Juriſdictionis ſuper ſecundo dubio. Lunæ 22. Junii 1699. dec. 7. 158
Calaguritana Canonicatus. Mercurii 4. Decembris 1697. dec. 8. ibid.
Calaguritana Quartæ Funeralis de Naxera. Lunæ 10. Martii 1704. dec. 9. 159
Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii. Veneris 1. Decembris 1684. dec. 10. 163
Compoſtellana Jurium Parochialium. Lunæ 4. Maji 1705. dec. 11. 164
Cracovien. Archidiaconatus. Veneris 12. Februarii 1700. dec. 12. 166
Cracovien. Canonicatus. Lunæ 11. Maji 1705. dec. 13. 168

F

FAnen. Canonicatunm. Mercurii 5. Maji 1700. dec. 14. 169
Firmana Juriſdictionis. Lunæ 10. Maji 1700. dec. 15. 173
Florentina Quartæ Funeralis. Veneris 6. Martii 1711. dec. 16. 180
Friſingen. Canonicatus. Lunæ 16. Martii 1717. deciſ. 17. 182
Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure. Ven. 1. Junii 1708. dec. 18. 184
Fivizzanen. Juris nominandi. dec. 62. 339
Florentina Præcedentiæ. dec. 55. 304

G

GErunden. Juriſdictionis ſuper bono jure. Veneris 13. Junii 1695. dec. 19. 215
Gerunden. Ferialis. Veneris 11. Decembris 1699. dec. 20. 218
Gerund. Prioratus. Lunæ 29. Martii 1700. dec. 21. 219
Gerunden. Portionis ſuper manuteotione. Lunæ 27. Martii 1702. dec. 22. 220
Gerunden. Juris ſepeliendi. Veneris 31. Martii 1702. dec. 23. 221
Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure privandi. Lunæ 12. Junii 1702. dec. 24. 223
Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhibitione Reſolutionum Capitularium. Lunæ 12. Junii 1702. dec. 25. 234
Gerunden. Juriſdictionis ſuper jure convocandi Capitulum. Mercurii 14. Januarii 1702. dec. 26. 226
Gerunden. Juriſdictionis ſuper jure præſidendi in Capitulo ejuſdem diei, dec. 27. 228
Gerunden. Juriſdictionis ſuper validitate Reſolutionum factarum. Lunæ 19. Junii 1702. dec. 28. 229
Gerunden. Fundationum. Veneris 15. Decembris 1702 dec. 29. 230
Gerunden. Anniverſariorum Guixols. Lunæ 3. Decembris 1708. dec. 30. 232
Giennen. Juris mutandi. Veneris 20. Februarii 1699. dec. 31. 233
Giennen. Adjunctorum. Lunæ 13. Februarii 1702. dec. 32. 236
Giennen. Juris votandi. Lunæ 9. Februarii 1705. dec. 33. 240
Giennen. Adjunctorum. Veneris 27. Martii 1705. deciſ. 34. 242
Giennen. Juris mutandi cum cauſa, vel ſine. Veneris 27. Martii 1705. dec. 35. 246
Giennen. Juris mutandi. Veneris 27. Marti 1705. dec. 36. 247

H

HIſpalen. Juris ſedendi in Synodo. Veneris 21. Junii 1697. dec. 37. 249
Hiſpalen. Juris votandi. Lunæ 29. Martii 1700. deciſ. 38. 252
Hiſpalen. Viſitationis. Veneris 30. Aprilis 1700. deciſ. 39 254
Hiſpalen. Diviſionis Simultaneæ. Veneris 4. Junii 1700. dec. 40. 259
Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo dubio. Lunæ 28. Junii 1720. dec. 41. 263
Hiſpalen. Proceſſionis ſuper primo dubio. Lunæ 28. Junii 1700. dec. 42. 265
Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo. Veneris 2. Julii 1700. dec. 43. 268
Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro. Veneris 2. Julii 1700. dec. 44. 271
Hiſpalen. Supellectilium. Lunæ 28. Novembris 1701. dec. 45. 275
Nullius Provinciæ Hiſpal. Juris amovendi Vicarium. Lunæ 21. Februarii 1707. dec. 46. 276

I

ILlerden. Juris mulctandi ſuper negotio principali. Lunæ 23. Jan. 1702. dec. 47. 279
Illerden. Diſtributionum. Lunæ 8. Maji 1702. dec. 48. 282
Illerden. Diſtributionum. Lunæ 22. Januarii 1703. dec. 49. 283

L

LEodien. Canonicatus. Veneris 25. Junii 1700. deciſ. 50. 284
Lucana Juris deferendi Crucem. dec. 56. 311
Eadem dec. 57. 314

M

MAjoricen. Beneficii. Lunæ 29. Martii 1700. deciſ. 51. 285

P

PIſcien. Beneficii 14. Septemb. 1716. dec. 52 286
Piſana Sepulturæ. dec. 58. 316
Piſana Canonicatus. dec. 59. 325
Piſtorien. Juriſdictionis, dec. 60. 334

V

VOlaterrana Beneficii. dec. 61. 337

DECI-

DECISIONES
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ, ET VOTA DECISIVA DIVERSORUM JUDICUM.

R. P. D. ANSALDO.

Aſtoricen. Præeminentiarum.

Lunæ 2. Junii 1704.

ARGUMENTUM.

Epiſcopo, tanquam Capiti Eccleſiæ, debetur præeminentia etiam in Capitulo, ad eumque ſpectat pulſare campanulam, ac horologium arenarium moderari, non obſtante conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili. Quomodo intelligendi ſint Doctores, tenentes, Epiſcopum intervenientem in Capitulo uti Canonicum ſedere debere in loco ſuo Canonicali. Per factum Anteceſſoris non præjudicatur ſuccedenti in Dignitate, imo nec per concordiam, quæ à S. Sede non fuerit approbata.

SUMMARIUM.

1 *Licèt Epiſcopus, & Canonici faciant unum Corpus Epiſcopus tamen eſt Caput.*
2 *Et apud ipſum eſt præcipua omnium rerum agendarum auctoritas.*
3 *Ante Eccleſiam Cathedralem non poſſunt aliæ Eccleſiæ in Sabbatho Sancto pulſare Campanas.*
4 *Idem quoque cenſendum eſt quoad Eccleſiam Matricem, etiamſi Eccleſia aliqua Collegiata ſolita ſit habere omnimodam præcedentiam ſuper ipſam.*
5 *Epiſcopus, uti Canonicus interveniens in Capitulo, non poteſt quidquam prætendere ſupra Canonicos digniores, & antiquiores, excepto ſolo habitu.*
Declara n. 10. & 11.
6 *Actus conſecutivus tribui debet mandanti, non exequenti.*
7 *Manutentio nunquam denegatur docenti de ſua poſſeſſione.*
8 *Non obſtante cenſura* Sacr. Concil. Trident. *ſubſiſtere poteſt conſuetudo, quòd Decanus, vel alia Dignitas, præcedat in ſedendo Epiſcopo, non uti Epiſcopo, ſed uti Canonico intervenienti in Capitulo.*
9 *Nihil magis manutentioni famulatur, quàm prætenſio unius, & contradictio alterius cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris.*
10 *Ex duabus prærogativis prævalet illa, quæ eſt excellentior.*
12 *Lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè eſt accipienda.*
13 *Epiſcopus, occupans primam Sedem, dicitur intervenire uti Epiſcopus, non uti Canonicus.*
14 *A diverſis non fit illatio.*
15 *Ad Capitulum ſpectat affigere. Edicta occaſione vacationis Præbendarum, vel Canonicatuum, ad quod ſpectant in ſequelam collatio, vel inſtitutio.*
16 *An conſuetudo, favore Decani introducta, quando etiam fuerit omnino pacifica, adhuc tanquam abuſiva ſit rumpenda ex* S. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 6. *remiſſivè.*
17 *Teſtis inductus pro parte petentis manutentionem, contra ipſum valdè probat.*
18 *In conflictu Teſtium, illi ſunt præferendi, qui deponunt pro eo, qui habet Juris aſſiſtentiam.*
19 *Ad interrumpendam immemorabilem ſufficit ſolus rumor in contrarium.*
20 *Proteſtatio facta occaſione abſtinentiæ ab aliquo actu, præſervat jus proteſtantis.*
21 *Ea tamen non attenditur, quæ eſt contraria facto.*
22 *Factum Anteceſſorum non eſt aptum præjudicare circa Jus Præeminentiarum ſucceſſoribus in Dignitate, immo nec ipſa concordia, citra approbationem Apoſtolicam.*

DECISIO I.

COntroverſiam pulſandi in Capitularibus Comitiis Campanulam, ſeu Tintinnabulum, revolvendique Clepſydram pulveris, ſive Horarium inſtrumentum, de anno 1699. ſubortam inter Reverendiſſimum Epiſcopum, & Decanum Eccleſiæ Cathedralis Aſtoricen. Curia Nunciaturæ Hiſpaniarum diremperat favore Epiſcopi, ſed provocante Decano ad noſtrum Auditorium à mandato de manutenendo, per eandem Curiam relaxato, hodie Domini, Jura collitigantium denuo appendentes, cenſuerunt idipſum, nempè *dandam eſſe manutentionem Epiſcopo.*

Obſtitit ſiquidem contrariæ prætenſioni Decani generica Juris aſſiſtentia, juxta quam, licèt Epiſcopus, aliæve Dignitates, vel Canonici, unum corpus efforment, Epiſcopus tamen in hoc ipſo corpore, quod varia membra habet, ut dicebat *D. Paulus*, ſemper eſt Caput, uti reſcripſit *Summ. Pontif. Alex. VIII.* Patriarchæ Hieroſolymitano *in cap. Novit. de his, quæ ſunt à Prælat.* ibi — *Tu, & Fratres tui unicum corpus ſitis, ita quòd Tu Caput*; Quapropter cum pulſatio Tintinnabuli, & Horologii moderamen controverteretur in ſubſtantia, tanquàm actus magis honorificus, & præeminentialis, non poterat, præſente Epiſcopo, uſurpari ab aliis membris inferioribus, & ſubalternantibus, ſed ab ipſo Epiſcopo erat explendus, aliàs fuiſſet monſtruoſum, quòd membra Capiti præeſſent; & ob id in Hierarchica militante Eccleſia, in qua plura officia ad ſimilitudinem triumphantis diſtributa ſunt, Epiſcopus in hoc cæteros antecellit, ut ſit indefinitè cunctorum moderator, ita benè commonente *D. Iſidoro Epiſcopo Hiſpalenſi in Epiſtola ad Aufredum, regiſtrata in Decreto part. 1. diſtinct. 25. can. 1.* ubi concludit ſub *§. Ad probandum. Ipſe tamen* (ſcilicèt Epiſcopus) *eſt præordinator in cunctis*, ſicuti quoque auguſtiùs pronunciavit *Synodus Tridentina ſeſſ. 25. de Reform. cap. 6.* ubi loquens de

(Right-margin numbers beside this paragraph: 1 at the line "aliæve Dignitates, vel Canonici, unum corpus efforment"; 2 at the line "tecellit, ut ſit indefinitè cunctorum moderator, ita")

Digitized by Google

Epiſcopo, ait, quòd penes ipſum exiſtat *præcipua omnium rerum agendarum auctoritas*; quod, & varia agnomina, variiſque titulos præeminentiales adſcribendo Epiſcopali Dignitati, adnotarunt *Gonzal. ad Reg. 8 Cancell. gloſſ. 42. n. 18. Azor. Inſtit. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 27. Ugolin. de Offic. Epiſc. cap. 1. n. 2. Pax Jord. Var. Elucub. prælud. 1. & 11. Barboſ. de Jur. Eccl. Univerſ. lib. 1. cap. 8. & de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 1.*

Patumque abſcendetes à ſubjecta materia, Sponſa etiam Epiſcopi, qualis eſt Eccleſia Cathedralis, in hoc eodem ſubjecto pulſationis Campanarum, in
3 certis ſolemnioribus diebus, reliquas omnes inferiores antecellit, uti videmus in Sabbatho ante Paſcha Dominicæ Reſurrectionis, in quo Feſtum agente de ipſa Reſurrectione tota Congregatione Fidelium, honorificentia hæc pulſandi priori loco Campanam tribuitur Eccleſiæ Cathedrali, ex latè affirmatis per *Barboſ. de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3. cap. 3. num. 69. & 70. & in Summ. Apoſtol. Dec. collect. 82. num. 3. & ſeqq. Gavant. in Theſaur. Sacr. Rit. ſive in Comm. in Rubr. Miſſ. Rom. part. 4. tit. 10. ſub num. 3. lit. N. Card. de Luc. de Præem. diſc. 4. num. 14. & 15. Rot. dec. 665. num. 3. coram Bichio, dec. 56. nu. 27. & dec. 196. n. 30. p. 19. rec.*

Quod & ex non diſſimili identitate rationis, plerique ex ſupradictis ampliavere ad Eccleſiam Matricem, etiam in circumſtantia, qua aliqua fortaſſe
4 Eccleſia Collegiata ſolita ſit habere omnimodam Præcedentiam ſupra eamdem Matricem, quemadmodum proſequuntur *Barboſ. de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3. dicto cap. 3. nu. 71. & in Summ. Apoſtol. Dec. collect. 82. n. 5 Lezan. in Summ. Quæſt. Regular. tom. 2. cap. 1. n. 44.*

Sentiebant vim hujus juridicæ aſſiſtentiæ Scribentes pro Decano, ſed ajebant illam applicari non poſſe hodiernæ hypoteſi, ex quo Epiſcopus potiùs in hiſce Capitularibus congreſſibus, circa electionem, ſive collationem Præbendarum vacantium, indueret figuram Canonici, quàm Epiſcopi; quapropter uti Epiſcopus, velut obtinens Canonicatum in eadem Cathedrali, ad normam cæterorum invitetur, præbeatque votum æqua modo, quo reliqui Canonici,
5 ac conſequenter ceſſaret in hoc caſu quælibet irradiatio Dignitatis Epiſcopalis, nec poſſet Epiſcopus, excepto fortaſſe ſolo habitu, quidquam prætendere ſupra Canonicos, & maximè Decanum, ſecundum communiter aſſerta in hiſmet terminis præcedentiæ cum Canonicis dignioribus, vel antiquioribus, per *Gloſſ. in cap. à collatione, in ultimo notab. verſ. Nota ulteriùs. Abb. in cap. Poſtuleſti num. 8. de conceſſ. præbend. Felin. in rubr. de maior. & obedien. col. 2. in fin. Chaſſan. in Cathal. Glor. Mundi part. 4. conſid. 45. Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 15. num 32. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 2. adnot. 4. num. 11. & 12. Rot. coram Puteo deciſ. 104. num. 8. coram Seraph. dec. 437. num. 4.* & non diſſentit *in Hiſpal. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. Demùm, coram R. P. D. dell' Olmo.*

Secundariò corroborabant aſſumptum, ex quo contingente occaſione deveniendi ad has Capitulares electiones, indicebantur Edicta per Decanum, & Capitulum, abſque ulla mentione Epiſcopi; proindèque dùm in actu præambulo nihil ſibi ſpecialiter vindicabat Epiſcopus, ſed tota juriſdictio repræſentabatur per Decanum, & Capitulum: Hinc ſi deinceps interveniebat electioni cum cæteris Canonicis, nequibat in actu conſecutivo revolvere caracterem, cum
6 idem actus conſecutivus tribui deberet Decano mandanti, non Epiſcopo cum aliis Canonicis exequenti, ex notiſſimis juribus, de quibus *Surd. conſ. 29. n. 3. & ſeqq. & conſ. 225. n. 23. Spada conſ. 2. num. 8. lib. 1. Moder. Lucern. conſult. 497. n. 1. Andreol. controv. 288. ſub n. 22. Rot. coram Carill. dec. 159. n. 24. in recent. dec. 124. n. 6. p. 12. & in Romana Cenſus 18. Martii 1697. §. Quamvis enim, cor. bon. mem. Urſino.*

Atque ex his ſuffocata, vel ſaltem offuſcata generali Juris aſſiſtentia, tertio loco conſtipabant iidem Defenſores manutentionem, ab eis expetitam ſub inductione plurimorum Teſtium, quorum 32. formiter examinati, & alii uſque ad numerum 80. metu excommunicationis laceſſiti, deponebant de quaſi poſſeſſione Decani circa utrumque caput controverſiæ, pulſandi Tintinnabulum, regulandique Horologium; ideoque juncta contraria potiùs aſſiſtentia, manutentionem fore concedendam ſubjungebant eidem Decano, prout illa nuſquàm denegatur edocenti de ſua poſſeſſione, per ea, quæ ad rem ratiocinatur *Poſſb. de Manut. obſerv. 45. n. 9. Tondut. Quæſt. Beneſ. 61. n. 1. Rot. dec. 375. n. 5. p. 18. rec. in Olomuc. Juriſdictionis 19. Januarii 1693. §. Conſtat namque, & ſeqq. & 5. Junii ejuſdem anni §. Deficit namque, coram R. P. D. Muto, in Pampilon. Præeminentiarum 27. Junii 1701. §. Ex teſtibus, coram R. P. D. dell' Olmo, & in Tarracon. Inſignum 4. Julii 1702. §. 4. coram R. P. D. meo Caſſarello.*

Quarto tandem ſuperaddebant, quòd nedùm favore Decani perurgebat mox inſinuata quaſi poſſeſſio, verùm militabat altera major conſuetudo immemorabilis, quæ non tantùm impertitur illam demonſtranti titulum, ut dici conſuevit, meliorem de mundo, ſed niſi deſtituta ſit legitimitate cauſæ, inter- 8
veniendi ſcilicet tanquam ex perſona Canonici, non Epiſcopi, capax eſt ſubſiſtendi, non obſtante cenſura Concilii in contrarium, etſi abrogantis quaſcunque conſuetudines. *Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 111. n. 14. Menoch. de Arbitr. caſ. 68. n. 23. & 24. Vener. in Exam. Epiſc. lib. 4. cap. 29. n. 32. Rot. coram Put. deciſ. 104. n. 8. lib. 3. & in dicta Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. dicto §. Demùm, coram R. P. D. dell' Olmo.*

Tantaque etiam in facto fuerat, & videbatur eſſe efficacia hujus immemorabilis conſuetudinis, ut de anno 1641. Epiſcopus Salſedo, & deinceps 1689. Epiſcopus Brizuela, contendentes ſibi ipſis tribuere has præeminentias, contradicente Capitulo, ejuſdemque Capituli juribus, ac quaſi poſſeſſione præcognitis, poſitive acquievetint; nil autem magis manu- 9
tentioni famulatur, quàm petitio, ſivè prætenſio unius, & contradictio alterius cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris, ex deductis per *Poſſb. de Manut. obſerv. 58. n. 8. Rot. coram Buratt. dec. 604. n. 2. cor. Peutinger. dec. 277. n. 19. & ſeqq. & in Barchin. Annuæ Præſtationis 11. Januarii currentis anni §. Non obſtante, coram R. P. D. meo Lancetta.*

Caterùm hæc minimè apparuerunt ſufficientia ad elidendam Juris aſſiſtentiam, militantem, ut ſupra, pro Epiſcopo: procedentes etenim DD. ſub eadem methodo contrariarum objectionum irrelevans enituit prima, Quidquid enim eſſet in abſtracto circa præcedentiam Epiſcopi, intereſſentis uti Canonici, non 10
uti Epiſcopi, ad inſinuata per *Card. de Luc. de Præeminentiis diſc. 41. n. 3. cum pluribus ſeqq. & in prælaudata Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Julii 1700. dicto §. Demùm, coram R. P. D. dell' Olmo*: Utique applicatio maniſeſtè claudicabat in facto, non tantùm quia Epiſcopus idcircò erat Canonicus, quia Epiſcopus, & conſequenter non poterat adeo ſubmitti tanquàm Canonicus, ut non deberet conſervare ſua præcedentia tanquàm Epiſcopus, ſicque ad impediendam monſtruoſitatem, de qua ſupra, ſi membra Capiti præferrentur, non eſſet in hac miſtura præponenda qualitas Epiſcopalis, veluti excellentior, ad mentem, & ſimilitudinem *Textus in l. quæritur 14. ff. de ſtat. homin.* de quo *Dian. Oper. Moral. tract. 8. reſolut. 112. §. 1. & ſeqq. Zacc. Quæſt. Medic. legal. lib. 7. tit. 1. quæſt. 8. n. 18. Sanchez de Matrim. lib. 7. diſput. 106. n. 1.*

Et ob id forſan pleræque Auctoritates, quæ in ſuis caſibus opinatæ ſunt, Epiſcopum, intereſſentem uti Canonicum, ſtare debere in loco ſuo Canonicali, cum aliqua majori decentia ornamentorum, & ſedis, ut per *Card. de Luc. ubi ſupra*, rectè introſpectæ 11
loquuntur de Epiſcopo alterius Eccleſiæ, aut ſimpliciter titulari in partibus Infidelium, non verò de Epiſcopo interveniente cum ſuis membris, & Canonicis: itaut ſi qui contrarium attentaverint, id dixerint incidenter, & ante Concilium Tridentinum, quia ſemper inter cæteroquin æquales congruit reſponſum *Alex. III. Tu Caput*, & *Sacri Concili Tridentini*, quod cum indiſtinctè loquatur, indiſtinctè erat interpretandam, ac recipiendum, ut inquit *J. C. in* 12

l. non

*l. non diſtinguemus ff. de recept. arbitr. & l. Præſes ff. de
offic. Præſid. Conciol. allegat. 45. ſub n. 35. lib. 1. Modern.
Argentan. colluſt. legal. 42. nu. 95. lib. 2. Modern. Lucen.
conſult. 24. n. 64.*

Fortiùs itaque, quia neque congruebat in ſacto,
ut præmiſimus, præſuppoſitio, quòd Epiſcopus in
caſu noſtro in rei veritate aſſiſtat utì Canonicus;
13 quinimo primam occupat ſedem ſupra Decanum, re-
liquoſque Canonicos, & tamen juxta ſenſum vete-
rum Canoniſtarum, vel eos, aut indigeſtè, aut inci-
denter referentium, deberet Epiſcopus ſedere ſaltem
poſt illum, qui præeſt Capitulo, ad mentem *Abb. in
c. Poſtulaſti n. 8. de conceſſ. Præb. Felin. in rubr. de major.
& obed. col. 2. in fin.* Atque ita in bis præciſis terminis
nuper ſavore Epiſcopi optimè reſpondit *Rota in præ-
citata Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo 2. Jul.* 1700.
§. fin. coram R. P. D. dell' Olmo, ubi ſabdit, ad bunc
effectum ſuperabundare, quòd res ſe haberet in am-
biguo, an Epiſcopus conſideret magis utì Canoni-
cus, vel uti Epiſcopus.

Profligato primo argumento, ſive objectioue, &
ſic firma remanente aſſiſtentia Juris pro Epiſcopo,
parùm opitulabatur Decano, quòd ejus nomine, ac
Capituli, affigerentur Edicta occaſione vacationis
Præbendarum, & Canonicatuum conſeribilium ad
electionem, vel nominationem Capituli: quoniam
hæc objectatio remanebat extra nodum difficultatis in
exercitio actuum præeminentialiam, quoties idemmet
Epiſcopus invitatus interveniebat Capitularibus Con-
greſſibus pro ineuuda eadem electione, ſeu nomina-
tione, ntrùm ſcilicèt in boc caſu foret, nec ne, in
præſato exercitio actuum præeminentialium antepo-
nendus Epiſcopus, vel Decanus: Unde ſuffeciſſet
14 reſpondere, quòd à diverſis extorqueri nulla poterat
legitima illatio, contra monitum *J. C. in l. Papinianus
ff. de minor.* de quo *Surd. conſ. 150. nu. 94. Gratian. di-
ſcept. forenſ. 506. n. 4. Epiſc. Rocc. ſelect. diſp. jur. c. 186.
n. 15. & 16. in addit. ad dec. 29. n. 11. coram Me, & in
Illerden. Diſtributionum 7. Aprilis hujus anni §. Quando
verò, pariter coram Me.*

Sed & fortaſsè non aberat cauſa, propter quam
mentio Epiſcopi fieri non deberet in his Edictis, quia
cum jus eligendi, & nominandi ſpectaret ad Capitu-
lum, ſicuti veriſimiliter id ipſum accidebat in Diœc.
Hiſpal. jus convocandi, vel notificandi futuram ele-
15 ctionem pertinere non poterat ad Epiſcopum, qui
in ea jure proprio ſingulari ſe ſe immiſcere nequi-
bat, ſed ſolùm ad Capitulum, ad quod pertinebat
probabiliter iu ſequelam collatio, vel inſtitutio, ex
connotatis per *Pignattell. Conſult. Canon. prima n. 3. &
ſeqq. tom. 1. Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. in formul. Abb.
ſub formul.* 100. *verſ. cum Abbates*.

Irrelevans non minùs comperta eſt prætenſa con-
ſuetudo, quidquid enim diſcurei valeret, quotiès aſ-
ſerta conſuetudo demonſtraretur omninò pacifica, an
16 adhuc tanquàm abuſiva foret rumpenda, ex præ-
ſcriptione *Sac. Concil. Triden. in præcit. ſeſſ. 25. de Refor.
cap. 6.* quemadmodum appoſitè, & punctualiter etiam
reſpondit *Rot. in ſæpè laudata Hiſpalen. Juris præſiden-
di in Capitulo 2. Jul.* 1700. *§. Hinc propterea, cor. R.
P. D. dell' Olmo, & priùs in Dertbuſen. Juriſdictionis* 28.
Jan. 1697. *§. Ex quibus itaque, cor. R. P. D. meo
Pio.*

Ceſſabat hæſitatio, quia hujuſcemodi conſuetudo
nullatenus juſtificabatur: nam præcæteris unus ex
teſtibus, ex parte Decani inductus, in ordine *il* 36.
ſpecificè totum contrarium deponit; is enim palàm
profitetur, vidiſſe Epiſcopum Aguado, *che preſedet-
te, e governò l' Orologio à polvere, e ſuonò 'l Campanel-
lo per 3. volte ec. ed in detto atto non vide ſi faceſſe
contradizione alcuna per parte del Decano, e Capitolo:
Summario Epiſcopi n. 6. lit. C.* Quamobrem bic idem
17 teſtis ſatis eſſe videbatur ad offuſcandam hanc con-
ſuetudinem; utpote etenim inductus, & examinatus
pro Decano, ſatis in hoc propoſito offuſcandæ con-
ſuetudinis valdè plenè probabat contra ipſum, ex
adductis per *Poſt. de Manutent. obſervat. 19. nu. 1. Cen-
ſal. dec. Lucen. 46. n. 1. & 2. Rot. dec. 812. num. 12.
coram Dunoz. Jun. dec. 429. n. 24. & dec. 479. nu. 8. p.
59. rec. in Horiana Alluvionis 18. Junii 1698. §. Cæterum,
coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano, & in Tar-
raccon. Inſignium 11. Decembris 1702. §. Et fortiùs, coram
R. P. D. meo Muto.*

Validius verò ex quo id ipſum communiebatur à
teſtibus exhibitis in *Summario Epiſcopi ſub n. 7.* bi ete-
nim deponunt de viſu, quòd ſignanter Epiſcopo præ-
ſente, tam pulſatio Tintinnabuli, quàm revolutio
Clepſydræ, expleta ſuerit per Epiſcopum; undè ne-
gari non poterat, quòd ad minus in conflictu eſſent 18
præſerendi teſtes deponentes pro Epiſcopo, ſuffulto
juris aſſiſtentia, quàm pro Decano, illa, ex præ-
miſſis omnimodè deſtituto. *Dec. conſil. 448. n. 11. &
35. Ruin. conſil. 147. n. 5. lib. 5. Gratian. diſcept. Forenſ.
cap. 678. num. 5. Card. de Luc. de Decim. diſc. 13. nu. 8.
& de Judic. diſc. 32. n. 74. Rot. coram Seraph. dec. 1135.
n. 4. coram Gregor. dec. 51. nu. 2. coram Cerro deciſ. 931.
n. 4. cor. ſan. mem. Alex. VIII. dec. 16. num. 20. & in rec.
dec. 500. n. 4. part. 13. & dec. 224. n. 5. p. 16.*

Circa immemorabilem, quæ quarto loco ſuperadi-
ciebatur, paeva verſata eſt fluctuatio, dum ultra re-
ſillentiam *Concilii Tridentini*, abrogantis conſuetudi-
nes etiam immemorabiles, & jam ſtabilitam *in præ-
dicta deciſ. Hiſpalen. coram R. P. D. dell' Olmo*, utique ſi
ſimplex conſuetudo ex proximè ponderatis reman-
ſit conflictata per contrariam aſſertionem unius ex
teſtibus, inductis à Decano, & per tot alios teſtes,
allatos ab Epiſcopo, eo ineluctabiliùs contrita ſup-
poni merebatur longè difficilior, ac ſuapte natura
improbabilior immemorabilis, ad cujus interverſio- 19
nem exuberat ſimplex etiam rumor in oppoſitum, pro-
ut hoc eodem argumento uſa eſt *Rot. deciſ. 396. nu.
17. coram Emerix jun. dec. 24. nu. 3. & ſeq. part. 10.
dec. 604. n. 12. part. 19. rec. in Illerden. Juris mulctandi,
ſuper negotio principali 23. Januar. 1702. §. Et extra dif-
ficultatem, coram R. P. D. meo Muto, & in dicta Illerden.
Diſtributionum 7. Aprilis proximè defluxi §. Addito, pari-
tèr coram me.*

Neque ſomentum, ſive una, ſive altera conſuetu-
do poteſt deſumere à ſubſecutis de anno 1641. &
1689. dum reſpectu geſtorum de anno 1641. nullibi
teſtes agunt de hodiernis præeminentiis; ut liquebat
ex Summario ejuſdem Capituli nu. 9. ubi ſolùm ſermo
habebatur de Edictis, aliorumque expeditione, & aſ-
ſignatione punctorum pro Concluſionibus. Recentior
verò caſus Epiſcopi Brizuela ſub anno 1689. ſiſtebat
in ſimplici abſtinentia hujus Epiſcopi ab interventu
propter banc, ut ipſe putabat, exorbitantem præten-
ſionem Capituli, & idcircò implendo munus optimi
Paſtoris, *qui ponere debet animam ſuam pro ovibus ſuis*,
laudabiliter pro ſcandalis evitandis, quæ in his cir-
cumſtantiis gliſcere valuiſſent, abſtinuit ab inter-
ventu, emiſſa tamen ſeria proteſtatione circa præ-
miſſa: *Summario Epiſcopi n. 8.* quæ ſanè proteſtatio,
etiam ubi aliæ non adſtarent reſponſiones, pluſquàm 20
idonea erat ad conſervandum jura Dignitatis Epiſco-
palis, vulgatis Juribus, de quibus *Alex. conſ. 130. n.
14. verſ. quia reſpondeo, lib. 4. Dec. conſil. 460. nu. 10.
& ſeqq. Rodolph. in Prax. Judiciar. par. 1. cap. 2. nu.
180. Rot. deciſ. 368. n. 10. part. 19. rec.* Maximè dum
abſtinendo nihil geſſerat in oppoſitum, undè poſſet
hæc proteſtatio contemni, & per interventum actua-
lem cenſeri contraria facto, quo caſu proteſtatio non 21
attenditur. *Noguerol. alleg. jur. 2. num. 19. Mart. de
Succeſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. art. 14. n. 67. Botti-
lier de ſucceſſ. ab inteſt. c. 2. Theorem. 90. n. 2. Card.
de Luc. de Cred. diſc. 67. nu. 6. Rot. coram Cavalcr.
dec. 349. n. 3. poſt Modern. ad Statut. Urbis dec. 146.
n. 10. in rec. dec. 53. n. 15. part. 10. deciſ. 172. n. 2.
p. 11. & in Romana Prælationis 28. Jan. 1692. §. 3.
coram Card. Cavallerino.*

Potiſſimè quia, quoties etiam per banc abſtenſio-
nem, vel ſucceſſivum interventum ſubſecutæ electio-
ni, meritò cæteroquin conflictatum, & rejectum à
Deſenſoribus Epiſcopi, aliquod ſomniabile præjudi-
cium irrogari potuiſſet ipſemet Epiſcopo, non erat 22
idcirco aptum præjudicare ſucceſſoribus in Dignitate,
quando uec ipſa Concordia præcedentium Antiſtitum
citra approbationem Sedis Apoſtolicæ, ſufficiens eſt
ad obligandos ſucceſſores, per ea, quæ in ſpecie
primæ concluſionis habentur apud *Hond. conſ. 66. n.
72. vol. 1. Pignat. Conſult. Canon. 86. num. 4. tom. 4.
Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat. 125.*

n. 3. & ſeq. Rot. coram Dunozet. Jan. dec. 536. n. 9. & quoad ſecundam ſancivit Oecumenica Synodus Tridentina ia *c. 6. in fin. ſeſſ. 25. de reform.* & ſuit adnotatum *iu dec. 99. nu. 6. & ſeq. p. 11. & deciſ. 284. n. 7. p. 14. rec.*

Et ita &c. utraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Barchinon. Statuti.

Luna 11. Martii 1709.

ARGUMENTUM.

Non poſſunt Canonici, etiam accedente auctoritate Epiſcopi, concedere Statuta, obligantia Beneficiatos in eo, quod exorbitat à Jure communi. Valet tamen tranſactio hac de cauſa facta inter dictos Canonicos, & Beneficiatos, & eſt ſervanda.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, ſuperaddens Beneficiatis onus, quod non habent, dicitur exorbitare à Jure.*

2 *Cui adverſativè diſponere competit ſolùm Summo Pontifici.*

3 *De Jure naturali, & Divino eſt, ut labori merces debeatur.*

4 *Pœna negligentiæ ſolvenda eſt ab eo, qui ſervitium præſtare tenetur.*

5 *Statutum reſpiciens ſolum favorem, & exonerationem Canonicorum, cum evidenti Beneficiatorum gravamine, injuſtum ac irrationabile eſt.*

6 *Etiam in terminis Statuti, ſeu Privilegii Apoſtolici, ſi inter Partes compoſitio ſubſequatur, ea eſt ſervanda.*

7 *Præcedente concordia, longæva obſervantia ſubſequens alio jure inducta non cenſetur, quàm in vim ejuſdem concordiæ.*

DECISIO II.

POST Rotalem Sententiam, prævia unica Deciſione inter impreſſas in *rec. la 107. p. 7.* à bonæ memoriæ Veroſpio prolatam, qua dictum fuerat, ſubſtineri Statutum Eccleſiæ Barchinon. quo de anno 1572. diſpoſitum fuerat, Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ teneri proſequi funera pauperum, peregrinorum, mancipiorum, aliarumque miſerabilium perſonarum, quarum cadavera in Eccleſia Cathedrali ſepeliri debent, ac poſt delegatam ab illa appellationem bon. mem. Ghiſlerio, cum repropoſita fuerit Cauſa, eaque per geminas vices indeciſa remanſerit, ideo ſtabilita Concordia, Partes inter cætera per modum temperamenti convenerunt, quòd in funeribus prædictis, nuncupatis de amore Dei, intervenirent duodecim Beneficiati, & unicuique ipſorum ſolverentur per Capitulum quatuor denarii *Summario Beneficiatorum nu. 18. litera C.* ita tamen, ut temperamentum præſatum poneretur in praxi per ſpatium quatuor, aut ſex menſium, & interim (ſunt verba Concordiæ) id, quod dicto tempore practicabitur, nullum jus, ſtatum, nec poſſeſſionem alicui ex partibus tribuere poſſit, quinimò, intelligatur rem conſiſtere in ſtatu, quo hodie reperitur, caſu quo præſens Concordia nullum haberet effectum *d. Summ. num. 20. lit. C.*

Ab inde citra nedum Cauſa ſiluit, verùm inſuper conventio non minùs à Beneficiatis, quàm à Capitulo, ſuit pacificè obſervata ſpatio 60. & ultra annorum, donec ſub obtentu, quòd Sententia Veroſpii tranſitum feciſſet in auctoritatem rei judicatæ, volens Capitulum, ut poſthabito dicto temperamento, attendendum eſſet Statutum anni 1571. in contumaciam Beneficiatorum, obtinuit coram Me, uti ſuffecto in locum Ghiſlerii, ſub die 10. Martii 1704. favorabilem reſolutionem. *Conſtare de re judicata.* Verùm utraque Parte audita ſub die 2. Martii 1705. cum acceperim reſponſum pro receſſu à Deciſis juxta modum, & modus ſteterit in eo, quòd in novo examine, ſuper validitate Statuti aſſumendo, haberi quoque deberet reſpectus ad temperamentum præfatum, repropoſita idcircò hodie Cauſa ſub Dubio — *An ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis, ita ut Sententia Veroſpii ſit confirmanda, vel infirmanda, ſeu potius obſtet tranſactio, ſeu experimentum temporaneum, prodiit reſolutio — In ſecundo loco deciſis, Sententiam eſſe confirmandam, & temperamentum eſſe ſervandum.*

Quo ad primam Dubii partem nulla erat inter Collitigantes controverſia. Concordabant enim, quòd cum Beneficiati poſt interpoſitam appellationem coram Ghiſlerio à Sententia Veroſpii, nedum in termino fatalium tranſportaverint Acta præcedentis Inſtantiæ; verùm inſuper, antequàm expiraret primum ex illis, Cauſam bis proponi curaverint ſub dubio — *An Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda*, quod indeciſum remanſit, Inſtantia evaſerit perpetua, ac proindè oriri minimè potuerit res judicata, juxta plenè firmata in ſecunda Deciſione, prodita coram Me 2. Martii 1705. *§. Siquidem.*

Quo verò ad alteram, reſpicientem confirmationem, vel infirmationem Sententiæ Rotalis, etſi Domini crederent, non eſſe neceſſarium illius examen, eo quia admiſſa, ut infrà, tranſactione, ſeu temperamento, in ea capto, parum curandum eſſet de eo, quòd in Sententia declaratum fuit: nè tamen aliquid intactum relinquerent, & ut oneri ſibi injuncto pleniùs ſatisfecerunt, ut dictum eſt, fuerunt in ſenſu pro illius infirmatione, ea ratione, quia licèt in abſtracto verum ſit, quòd Capitulum Cathedralis Eccleſiæ de per ſe, & multo fortiùs accedente auctoritate Epiſcopi, poſſit condere Statuta, reſpicientia adminiſtrationem, & regimen ſuæ Eccleſiæ, ac procedere valeat ad comminationem; & executionem pœnæ proportionatæ, nè aliàs auctoritas ſtatuendi inanis, & vacua reddatur; in præſenti tamen, quia Statutum controverſum eximit ab obligatione legali Capitulum, eo quia ante illius editionem ipſum conducere conſueverat Presbyteros pro controverſa aſſociatione Cadaverum Peregrinorum, & Pauperum, ut non ſolùm deponunt Teſtes examinati pro parte Beneficiatorum, citato *Summ. n. 16.* verùm etiam alii, examinati pro parte Capituli, eodem *Summ. n. 17.* ac ſuperaddit Beneficiatis onus, quod non habent, di-
citur exorbitare à Jure, ut ratiocinatur *Bald. conſ.* 1
83. n. 3. cum pluribus ſeqq. Cyriac. Controv. foren. 367. n. 23. Mart. Medic. dec. Senen. 78. nu. 5. & 6. Piaceſ. in Prax. Epiſcop. p. 2. c. 2. art. 2. num. 7. poſt med. Rot. in recentior. dec. 68. num. 12. part. 19. cui adverſativè diſponere competit Summo Pontifici, excluſivè ad quo-
ſcunque Prælatos inferiores, juxta *Text. in cap. di-* 2
lect. de tempor. ordin. ibique Innoc. Abbas Panorm. in cap. de conſuetud. Lotter. de Re Beneſic. libro 2. q. 21. num. 9. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. alleg. 93. n. 93. Cardin. de Luca, Miſcell. Eccleſ. diſc. 70. nu. 18. in fine. Adden. ad Buratt. dec. 783. ſub num. 13. Rota coram Manzan. dec. 723. n. 2. in recent. dec. 3. nu. 12. p. 5. & in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus ſuper bono Jure 7. Martii 1701. §. Et quidem eſt invalidum, coram R. P. D. meo Scotto.

Et eo fortiùs, quia cum ſit de Jure naturali, & Divino, ut labori merces debeatur, cum omnis la-
bor optet præmium, juxta literales *Textus Canonicos* 3
in canon. fin. 7. qu. 1. & canon. charitat. 12. quæſt. 2. ibi Gloſ. in verb. ſtipendium, cui conſonant *Textus Juris Civilis in leg. Attilius ff. de donat. & in leg. ſed ſi lege ff. de petit. hæred.* & dignus ſit operarius mercede ſua, ut ex *Luca cap.* 10. *& ex Epiſt. 1. ad Corinth. cap.* 9. tantum abeſt, ut Beneficiatis in dicto Statuto merces aliqua pro injuncta aſſociatione conſtituta fuerit, ut potiùs in caſu, quo illi invitati à Precentore, vel alio Officiali Capituli, ad illam non ſe conferrent, ad arbitrium ipſius Capituli, privati remanere deberent Diſtributionibus quotidianis, quas lucrati fuiſſent ratione intereſſentiæ Horis Canonicis, & ſervitio Chori, ut eiſdem ſolvatur merces Presbyteris conductitiis, quod ſanè æquitas non
patitur, cum pœna negligentiæ luenda ſit ab eo, 4
qui ſervitium præſtare tenetur *lege Salarium ff. mandati, & plenè Zacch. de Salar. quæſt. 4. per tot.*

Tale igitur Statutum nullatenus dici poteſt, quòd ten-

tendat ad angumentum Divini Cultus, & ulteriorem profectum Operis Pii, ut ſuppoſitum fuit in dicta Deciſione Veroſpii; nam ſi ſolo obtentu pietatis lex ſcripta diceretur, ſat erat obligare Beneficiatos, ut tumulationibus intervenirent, certa, & competenti ad id taxata mercede, quam nſqne ad editionem Statuti Presbyteris conductitiis ſolvere conſueverunt,
5 aliàs enim cum proſpiciat tantùm favori, & exonerationi Canonicorum, cum evidenti Beneficiatorum gravamine, injuſta, ac irrationabilis detegitur, ut ponderat *Sot. de Juſtit. & Jur. lib. prim. q. 6. art. 4. concluſ. 1. & 3. Molin. eodem tit. tract. 5. diſput. 73. num. 2. Suarez de Relig. lib. 1. cap. 9. num* 16. & quidem non obſtante, quòd in rebus Capitularibus, quarum reſpectu Canonici, & Beneficiati unum Corpus efformant, ſervitus durior Beneficiatis quandoque imponi poſſit, & minùs gravis reſervari Canonicis; quia id non procedit in iis, quas privativè præſtare tenentur Canonici, eiſdemque nunquam obſtricti fuerant Beneficiati.

In nihilum urgente, quòd tria ſint genera ſunerum in Eccleſia prædicta, alia nempè ſolemnia, alia particularia, & alia, nuncupata de amore Dei, ac proindè, ſicuti Beneficiati participant de emolumentis, quæ exiguntur in primis duobus, ita ferre teneantur onus illorum, pro quibus peragendis nullum datur ſtipendium; quodque de facto ad hujuſmodi aſſociationem, etiam ante editionem Statuti, cogerentur Beneficiati, qui propterea Statuto pariter acquieviſſe dicebantur.

Etenim Beneficiati non negabant ipſos recipere eleemoſynam, quæ datur pro tumulatione cadaverum in dictis primis duabus ſpeciebus, ſed unicè inſiſtebant in eo, quòd non benè indè inferri poſſit ad obligationem intereſſendi in altera tertia ſpecie, cum iſtæ ſint inter ſe omninò diverſæ, & unica merces debeat correſpondare ſno labori, non autem deſervire pro pluribus; Negabant tamen ſuiſſe ad dictam aſſociationem coactos ante Statutum, val à dicto Statuto ipſos non appellaſſe, in quo ſtat unum ex principalioribus fundamentis deciſionis Veroſpii, nt videra eſt à *n.* 22. *& ſeq.* cum primum detegatur apertè falſum ex teſtium depoſitionibus, ſubdentibus etiam, quòd ſi aliquando illi intervenerunt, id explevere ex motivo pietatis, quodque ipſis pluries accedere renuentibus, Capitulum fuit coactum mittere proprios Officiales. Alterum verò tale convincatur ex ipſa appellatione, ſtatim poſt conditum Statutum à Beneficiatis interpoſita, quam etiam adeò conſtanter proſecuti ſunt, ut Canonici, videntes poſitas in diſcrimen Sententias reportatas ab iterata Cauſæ propoſirione abſque ulla reſolutione, concordiam obtulerint, & ad illius ſtipulationem ſucceſſivè devenerint, ſub obligatione ſolvandi unicuique ex Beneficiatis denarios quatuor pro quolibet ſunere.

Et licèt Beneficiati illam acceptaverint per modum experimenti, Domini tamen non dubitarunt tertio loco reſcribere *temperamentum eſſe ſervandum*. Cer-
6 tum quippè in Jure eſt, etiam in terminis Statuti, ſeu privilegii Apoſtolici, quòd ſi inter Patres compoſitio ſubſequatur, ea ſit attendenda, nec poſſit ampliùs agi in vim præcedentis indulti, ſeu privilegii, *ad Text. in cap. 1. de pact.* & clarè *gloſ. in verbo derogetur*: qua propter, ſubſecuta conventione inter Capitulum, & Beneficiatos, iſta venit omninò ſervanda.

Non obſtat, quòd ſuerit limitata ad quatnor, vel ſex menſes, ac fuerit acceptata à Beneficiatis per viam experimenti, pacto inſuper adjecto, ut ex illa Partibus nullum jus cenſeri deberet quæſitum, quia talis jurium præſervatio facta ſuit in caſu, quo concordia non habuiſſet effectum, ibi — *caſu quo præſens concordia nullum haberet effectum*: unde cum etiam poſt tempus præfinitum concordia illum habuerit, dum fuit obſervata abſque contradictione Capituli per 60. & ultra annos, non eſt cur etiam hodie non
7 debeat adamuſſim obſervari, adeò enim longeva obſervantia alio jure haberi non potuit, quàm data concordiæ perpetuatione, juxta *Theor. Bartol. in l. cum quid, nu. 10. verſ. item ſi probaretur ff. ſi certam petatur. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 1. num. 13. verſ. Unde. Rot. cor. Bich. dec* 316. *n.* 6. *&* 7. *in rec. dec.* 301. *num.* 1. *part.* 8. *deciſ.* 131. *num.* 9. *& deciſ.* 368. *num.* 1. *part.* 15. & benè reaſſumit *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 60. *numer.* 48. *uſque ad fin.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Barcbinon. Statuti.

Lunæ 10. *Martii* 1704.

ARGUMENTUM.

Cum Epiſcopus, & Capitulum habeant univerſalem Eccleſiæ adminiſtrationem, condere poſſunt Statuta, etiam pœnalia, quæ majorem Dei Cultum, & Populorum ædificationem reſpiciant, præſertim ſi pœna ſuerit modica.

SUMMARIUM.

1 *Statutam dicitur juſtum, ſi probetur conditam ſuiſſe ad bonum finem, & ab habente poteſtatem illud condendi.*

2 *Epiſcopus, & Capitulam habent aniverſalem adminiſtrationem Eccleſiæ, & poſſunt condere Statuta, quæ majorem Dei Cultam, & Populi ædificationem concilient.*

3 *Capitulum facere non poteſt Statuta pœnalia.*

4 *Limita quando Statutum non fuit factam à ſolo Capitulo, ſed ſimul cum Epiſcopo, quia tunc robur accipit à Juriſdictione Epiſcopi.*

5 *Non dicitur exorbitans tale Statutum, imponens pœnam privationis Diſtributionum quotidianarum, quando talis pœna tendit in augumentum Cultus Divini, & non cedit commodo Statuentium.*

6 *Ad hoc ut aliqua diſpoſitio ſit legitima, & ſervari debeat, ſatis eſſe ſolet quæcumque rationabilis cauſa, etiamſi tendat in aliquorum præjudicium, & in conſequentiam cedat in aliorum commodum.*

7 *Statum circa Opus piam, obſervatum per ſpatium triginta annorum, & ultra, non poteſt ampliùs impugnari.*

8 *Ex modicitate pœnæ reſultat moderatio, & lenitas Statuti.*

DECISIO III.

STatuit Epiſcopus una cùm Capitulo, ut Beneficiati Eccleſiæ Cathedralis aſſociarent in ſufficienti numero, inſimul cum uno Hebdomadario, funera Pauperum Peregrinorum, aut Viatorum, & Mercenariorum, aliarumque Perſonarum, quarum cadavera de Jure debuiſſent in eadem Eccleſia tumulati. Cumque ad formam hujus Statuti ſubſecuta fuiſſet illius obſervantia, quia tamen poſt diuturnum lapſum temporis nonnulli Beneficiati eam intervertere vnluerunt, exarſit proindè controverſia inter Beneficiatos, & Capitulum, ſuper executione Statuti, iſtaque in Rota introducta, occaſionem dedit diſputationi Dubii — *An* Statutum ſubſtineretur, & Canſa propoſita ſub *die 3. Martii* 1636. *cor. bon. mem. Veroſpio*, emanavit affirmativa reſolutio, & in ejus ſequelam promulgata quoque fuit ſententia Rotalis.

Quamvis Beneficiati appellaverint ab hac ſententia, quia tamen appellationem deſerendo, Cauſam proſecuti non ſunt, Capitulum obtinuit à me ſubſcribi Dubium — *An* conſtaret de re Judicata, ſeu potius de Cauſis reſtitutionis in integrum, & ipſo tantùm informante, reſponſum fuit, conſtate de re Judicata:

Ratio reſolutionis deſumpta fuit ex fundamentis, quæ ab utraque parte deducta fuerunt in præcedenti Deciſione *coram bon. mem. Veroſpio, impreſſa in recla* 107. *part.* 7. Statutum quippè apparuit dignum confirmatione, quia probari viſa eſt illius Juſtitia, conſiderata tam authoritate, & poteſtate Statuentium, quàm etiam fine ipſius Statuti, juxta ea, quæ

pondetant *Canoniſtæ in cap. erit autem 4. diſt. cum aliis
relat. in dicta deciſ. 107. n. 1. p. 7.*

Quatenùs enim pertinet ad poteſtatem Statuen-
tium, DD. hodiè etiam conſiderabant, quòd Statu-
tum apparet conditum ab Epiſcopo una cum Capi-
tulo: Cumque in his, quæ reſpiciunt Statum, &
Univerſalem adminiſtrationem Eccleſiæ, plenam ha-
5 beant libertatem, dubitare non poteſt, quin ab illis
potuerit ritè, & rectè condi, quando juxta ejus diſpo-
ſitionem magis adauget Dei Cultum, & majorem con-
ciliat Populi ædificationem, ut ex *Felin. in c. cum om-
nes, n. 9. de conſtit & Abb. in c. cum acceſſiſſent, num. 4.
eodem tit.*, tenuit *Rot. cor. Seraphin. dec. 538. n. 2. & dec.
1447. n. 2. & in rec. dec. 257. n. 1. p. 2.* & comprobat *di-
cta deciſio 107. n. 3. cum aliis ſequen. p. 7.*

Nec talis poteſtas ceſſare viſa eſt ex eo quòd in
eodem Statuto inflicta fuerit pœna contra eos, qui
illius diſpoſitioni parere recuſaverint, cum attenta
cenſura Juris, & conſuetudine vigente in Eccleſia,
comprobata etiam ex quibuſdam ſententiis Rotalibus,
prolatis à Reomano Deza, & Oradino, ac in judi-
3 catum tranſactis, Capitulum facere non poſſit ſimi-
lia Statuta pœnalia: Procedendo enim cum reſpon-
ſione, data *in dicta Deciſione 127. n. 6. cum ſeqq. p. 7.
rec.*, dicebatur, quòd objectum urgere potuiſſet, ſi
4 Statutum factum fuiſſet à ſolo Capitulo; ſed quando
in illius confectione intervenit Epiſcopus, ſimul cum
Capitulo, quia tunc Statutum accipit robur à Juriſ-
dictione Epiſcopi, & ab illius authoritate, quæ habet
ſubſtantialiter annexam vim coactivam, profluere
quoque dicitur pœna, eodem Statuto inflicta, ut ex-
plicando *Innoc.* tradunt *Bald. in c. Cum omnes n. 47. de
conſtit.* ibique *Joan. Andr. n. 11. & Butr. nu. 19. & Hoſt.
in c. cum acceſſiſſent, n. 9. eodem tit.* & firmat *dicta de-
ciſio 107. n. 7. cum ſeqq. p. 7. rec.*

Citra quod dici poſſit, Statutum fuiſſe exorbitans,
ex eo quòd diſponendo de Diſtributionibus Beneficia-
torum, quæ illis debentur ex lege fundationis pro
celebrandis Divinis Officiis, videtur quodammodò de
re aliena diſpoſuiſſe: nam prætermiſſa antiqua Con-
ſtitutione, condita uſque de anno 1229. authoritate
Legati Apoſtolici, & ſubindè confirmata de anno
1230. à Gregorio IX., in qua concedebatur Capitulo
facultas, ut poſſet Beneficiatos compellere ad ſervi-
tium Eccleſiæ per ſubtractionem portionis quotidia-
5 næ, juxta modum ab Epiſcopo præſcribendum, di-
cebatur tamen, quòd cum hæc poteſtas tota reſideat
in Epiſcopo, potuit iſte, juxta nativam ejus autho-
ritatem, Beneficiatos, alioſque Clericos Eccleſiæ,
pœna privationis mulctare, etiam quoad Diſtributio-
nes quotidianas, quando talis pœna privationis ten-
dit, prout hic, in augumentum Cultus Divini, &
non cedit commodo Statuentium, ut notatur *in cap.
unico §. Statuimus, de Cler. non reſid. in 6.* & firmat *Bott.
de Synod. p. 3. art. 1. concluſ. 13. n. 146. Monet. de Diſtrib.
p. 1. q. 10. n. 15.*, & comprobat *dicta deciſio 107. n. 11.
& 12. p. 7. rec.*

Quatenùs verò pertinet ad finem Statuti, hodie
etiam conſiderata fuit illius juſtitia: cum enim actus,
qui ibidem præcipitur, contineat eximium opus mi-
ſericordiæ, non poſſunt Beneficiati ab illius imple-
mento ſe retrahere, nè denegando aſſociationem Ca-
daverum, demandatam à Superiore, habentem au-
thoritatem, videantur de directo opponere ſe voluiſ-
ſe, non minùs præcepto Superioris, quàm ipſius Ec-
cleſiæ, hoc opus miſericordiæ enixè commendantis;
& quamvis Statutum comprehendat ſolos Beneficiatos,
6 nulla facta mentione de Canonicis, aliiſque Clericis
Eccleſiæ, non exindè ſequitur, quòd illius diſpoſitio
reddatur minùs legitima; nam ad hunc effectum ſatis
eſſe ſolet quæcunque rationabilis cauſa, ex qua Sta-
tuentes moti fuerint ad faciendam talem Conſtitutio-
nem, ut illa ſervari debeat, etiamſi tendat in aliquo-
rum præjudicium, & in conſequentiam cedat etiam in
aliorum commodum, ut ex *Jaſ. in l. omnes populi n. 13.
ff. de Juſt. & Jur. & Rot. coram Seraph. dec. 707. nu. 8.*,
firmat *d. dec. 107. n. 15. & ſeqq. p. 7. rec.*

Et tanto magis præmiſſa urgere viſa ſunt, quia
ipſimet Beneficiati agnoverunt juſtitiam hujus Statu-
ti, nam poſt ſecutam illius publicationem, ipſi non
ſolùm non appellarunt à tali Conſtitutione, ſed ex
teſtibus, tunc datis, apparet cum eadem Conſtitutio-
ne ſe uniformaſſe per ſpatium 30., & ultrà anno- 7
rum, & propterea cum tam pium opus per adeo lon-
gum tempus ita laudabiliter exercuerint, ſtante hac
pacifica obſervantia non poſſunt ampliùs à tali Sta-
tuto recedere, ut ex *Text. in c. Ad Apoſtolicam, de ſimon.*
cum aliis pluribus obſervat *d. dec. 107. num. 25. cum
ſeqq. p. 7. rec.*

Et Domini eo libentiùs in hanc ſententiam iverunt,
quia Beneficiati compellebantur ad exercitium hujus
pii operis ſub pœna moderatæ ſubtractionis Diſtribu-
tionum, quæ ex diſpoſitione ejuſdem Statuti conver-
ti debebant in mercedem aliorum Clericorum, quos
Capitulum conducere cogebatur loco Beneficiatorum,
qui iis funeribus intereſſe recuſabant. Cumque ſtan- 8
te modicitate pœnæ ſummoperè eluceſceret modera-
tio, & lenitas ipſius Statuti, & modò non agatur
de quantitate mulctæ, quæ erit examinanda in ſuis
caſibus particularibus, prout actum fuit in *Barchin.
Juriſdictionis 10. Decembris 1692. coram bon. mem. Urſi-
no, & in Barchinonen. Pœna 13. Julii 1695. coram R.
P. D. meo Muto*, ut videre eſt in dd. Deciſionibus,
& ſententiis per eos prolatis, ac innuit etiam ipſum
Statutum, in quo demandatur moderata Diſtributio-
num ſubtractio pro modo culpæ, & contumaciæ, cum
hoc itaque temperamento juxta contingentes facti
circumſtantias cenſuerunt Domini conſtare de Re Ju-
dicata.

Et ita unica &c.

R. P. D. O M A N.

Barchinon. Beneficiorum.

Veneris 12. Decembris 1704.

A R G U M E N T U M.

An, & quando non deferentes habitum Clericalem, privandi ſint omnibus Beneficiis. An Patrono reficiendæ ſint expenſæ, ab eo factæ, pro implemento oneris Miſſarum, ad quas tenebatur ipſe Beneficiatus; & an eidem Patrono tradendu ſit notula omnium Inſtrumentorum, concernentium dotem Beneficiorum, & alia hujuſmodi.

S U M M A R I U M.

1 *Beneficiatus non deferens habitum Clericalem, privandus eſt ipſo facto, & abſque alia monitione, omnibus Beneficiis.*

2 *Quando paupertas excuſare valeat Beneficiatum ab incurſione pœnæ hujuſmodi*, & n. 3.

4 *Conſtitutio Sixti V., pœnam privationis Beneficiorum infligens Beneficiatis, veſtem Clericalem non deferentibus, non poteſt per non uſum abrogari.*

5 *Ad evitandam caducitatem, ſufficit dictum unius gravis viri.*

6 *Imo & quelibet cauſa, etiam colorata.*

7 *Ignorantia Juris non excuſat à pœna, à Jure inflicta, niſi cum ea concurrat quoque ignorantia facti.*

8 *Opinio Rotæ communem ſententiam conſtituit.*

9 *Quando ignorantia dicatur ſupina, haud ſufficiens, ad bonam fidem tribuendam.*

10 *Per diuturnam habitus laicalis geſtationem, incurſa jam pœna privationis Beneficiorum, ſuffragatur reaſſumptio habitus Clericalis.*

11 *Dolo non caret, qui ſcienter rem prohibitam facit.*

12 *Pœnam ſubire debet, qui rem, illius nomine juſſam, non exequitur.*

13 *Beneficiatus condemnari debet ad reintegrandum Patronum de expenſis, per ipſum factis in adimplemento oneris non ſatisfacti, pro tempore, quo fructus Beneficii percepit.*

14 *Et eidem Patrono tenetur ſignificare retrovenditiones cenſuum, ac tradere notulam omnium Inſtrumentorum, concernentium dotem Beneficiorum.*

DE-

D E C I S I O IV.

IMpartita adverſus Deciſionem, coram Me editam
ſub die 30. Junii cadentis anni, nova audientia
Franciſco Catà, eoque hodie informante, cum ad-
huc Dominis ſubſiſtere viſa fuerint fundamenta di-
ctæ Deciſionis in omnibus tribus Capitibus, in ea
expenſis, à reſolutione jam capta non eſſe receden-
dum autumarunt.

In eo enim, quod concernit privationem dicti
Franciſci à Beneficiis, de quibus agitur, res Juri om-
ninò conſentanea videtur, quia cum idem Franciſcus
per ſpatium 12. annorum laicali babitu indutus in-
ceſſerit, quinimò poſt terminum unius menſis, ſibi
ab Ordinario aſſignatum pro Clericalis babitus reaſ-
ſumptione, adhuc enſe præcinctus coram eodem Or-
dinario comparuerit, intrat utique contra ipſum aper-
ta diſpoſitio *Conſtitutionis ſan. mem. Sixti V.*, quæ eſt
in ordine *la* 92., declarans, ipſo facto, & abſque
alia monitione, & Judicis Decreto, omnibus Bene-
1 ficiis privatos Clericos illos, qui Habitum Clerica-
lem nou deferrent, ut ad literam ejuſdem Conſtitu-
tionis notant *Bonacin. de Sacrament. diſput. 8. quæſt.
unica, punct. ultimo, n. 3. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell.
gloſ. 15. nn. 56. Barboſ. de Jur. univerſ. Eccleſ. lib. 2.
c. 40. num. 28. Antonell. de Jur. & Oner. Cler. lib. 2.
cap. 1. n. 2.* & firmat *Rot. in rec. p. 1. dec. 158. n. 16.
& coram Coccin. dec. 1290. n. 5. & deciſ. 1385. n. 9. &
coram Ubald. Jun. dec. 32. n. 2. coram Merlin. dec. 382.
n. 1., & coram Ninot. dec. 2. pariter n. 1.*

Nec Domini admittendam cenſuerunt excuſatio-
nem, quòd ratione paupertatis non valuerit Franci-
ſcus veſtes Clericales ſibi comparare, quam pro li-
2 mitatione Conſtitutionis præfatæ admittere viden-
tur *Decian. Tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 109.
Ugolin. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. cap. 12. n. 3. verſ. 5.
Carol. de Graſſ. de Effect. Clericat. effect. 1. n. 1175. Barboſ.
de Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 1. cap. 40. §. 5. n. 33. part. 1.
Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. lib. 2. cap. 5. num. 9.*
Quandoquidem cum ex teſtium depoſitionibus, rela-
tis in *bodierno Summario* Joſephi, conſtiterit, eumdem
Franciſcum ſemper inceſſiſſe cum veſtibus nobilibus,
auro, argentoque contextis, ac cum ficta cæſarie,
quæ longè, latèque in pretio Clericales veſtes exce-
debant, neque è converſo probatum fuerit, dictas
veſtes laicales fuiſſe ſibi donatas, ſed potiùs appa-
ruerit ex ſolo Beneficiorum reddit ipſum potuiſſe,
juxta morem Clericorum Regionis, victum, & ve-
ſtitum ſibi decenter parare, hiſce circumſtantiis con-
currentibus, excuſatio prædicta viſa eſt nimis affe-
ctata, & conſequenter ſpernenda, cum paupertas,
ut bonam fidem ſuppeditare valeat ad effectum evi-
tandi pœnas, in eadem Bulla contentas, debeat ita
3 ſtrictè concludit, ut Clericus propter illam non po-
tuerit alias veſtes invenire, niſi laicales ſibi dona-
tas, ut explicant Auctoritates, in objecto adductæ,
& præter illas *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. de
Reformat. cap. 6. num. 9. Pax Jordan. Elucubr. tom. 2.
lib. 10. tit. 37. ſub n. 40.*

Indèque nil ad intentum relevabant depoſitiones
aliorum Teſtium, quòd idem Franciſcus Habitum
Clericalem ultimo loco reaſſumptum, habita fide de
pretio, & cum fidejuſſione benevoli amici compara-
verit: Tùm quia non probant, quòd per prius ipſe
haud fuerit in ſtatu illum emendi de proprio, & abſ-
que alterius obligatione: Tum etiam quia ex illis
non concluditur, quòd ſine tali fidejuſſione non po-
tuiſſet dictas veſtes invenire, cum immo evidenter
conſtet, quòd vel ex redditu Beneficiorum, vel ex
diſtractione veſtium pretioſarum, de facili ære ſuo
valebat alias acquirere.

Minùſque eundem Franciſcum à privatione excu-
ſandum eſſe autumatum fuit ſub prætextu, quòd me-
morata Conſtitutio non ſit uſu recepta in ea parte,
in qua ipſo facto pœnam privationis Beneficiorum
præſcribit, ut tradunt Auctores citati in *Deciſione
Reverendiſſimi Decani, edita ſub die 15. Aprilis proxi-
mè præteriti §. Nec dicatur*, & tenet etiam *Antonell.
de Jur. & Oner. Cleric. lib. 2. c. 5. n. 8.* Quoniam non
4 uſum adverſus eandem Conſtitutionem minimè obji-
ci poſſe plenè probat *d. Deciſio Reverendiſſimi Decani
§. Cæterùm*, & priùs firmaverat *Rota*, rejectis contra-
riis, *coram Coccin. dec. 1290. n. 2.* cum qua concor-
dat *Lotber. de Re Beneſ. lib. 3. q. 26. n. 92.*

Non attento, quòd tot Doctorum aſſertio potuerit
ſaltem Franciſcum eximere ab ea doloſa, & culpo-
ſa contumacia, quæ ad inducendam caducitatem re-
quiritur; eo quòd pro illa evitanda ſufficiat etiam di-
ctum unius gravis Viri, ex deductis per *Lap. alleg.* 5
*89. n. 10. ad medium, & ſub n. 11. lit. C. Rot. in rec.
part. 19. dec. 677. n. 16. in fin. & in Romana Hæredi-
tatis de Ruſpolis 13. Junii proximè præteriti §. 30. cor.
Reverendiſſimo D. Meo Decano*, quinimò & quælibet
cauſa etiam colorata, ut in terminis privationis Be- 6
neficiorum dixit *Rota in Lauretana Manutentionis 25.
Januarii 1700. §. Tantoque magis, in fin. coram Illuſtriſ-
ſimo Domino Magno Cancellario Mediolani*. Etenim opi-
nio, & contrarietas Doctorum, tunc demum excu-
ſare valent à culpa, & dolo, & aliquam tribuere
bonam fidem, quando cum Juris dubietate concur-
rit mixtim facti ignorantia, non autem quando, pro- 7
ut hìc, quæſtio unicè vertitur ſuper ignorantia Juris,
quæ nunquam excuſat à pœna, à Jure inflicta, ut
benè diſtinguit *Rota in Valentina Vicariæ 7. Junii 1694.
coram bon. mem. Urſino, impreſſa poſt Antonell. de Jur. &
Oner. Cleric. in ordine la 7. n. 7.* præſertim quia poſt
editam *d. Deciſionem Coccin. la* 1290., in qua firma-
tur, non uſum haud eſſe allegabilem contra dictam
Conſtitutionem, cum contraria opinio non poſſit am-
pliùs ſubſtineri, ex quo *Rota* communem ſententiam 8
conſtituit, ut monet *Urceol. de Tranſact. quæſt. 44. n.
5. & ſeqq.*, ignorantia exindè eſt nimis ſupina, &
per conſequens inepta, & inſufficiens ad bonam fi- 9
dem tribuendam, ut proſequitur *Rota in d. Valentina
Vicariæ §. Potiſſimùm*.

Et hinc nil ampliùs ſuffragari valet ſerotina reaſ-
ſumptio habitus Clericalis, facta de menſe Aprilis
ſuperioris anni. Quia cum per adeò diuturna laica-
lium veſtium geſtationem Franciſcus jamdiù reman-
ſiſſet Beneficiis ipſo jure, ipſoque facto privatus,
extincto proindè titulo, illoque retentionis ante ha-
bitus reaſſumptionem, hæc utique tanquam re infe- 10
cta ſuperveniens, illius reviviſcentiam operari nequit,
cum ſemel extinctum non reviviſcat, ad regulam
*Text. in leg. pen. §. Teſtam. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund.
tab. cap. quæris, de conſecrat. diſtinct.* . . . , in puncto
exornatam *per Novar. in Summ. Bullar. Comment. 71.
tit. de babit. Cler. n. 5.* cui conſerunt firmata *per Rot.
cor. Coccin. d. dec. 1290. n. 3.*

Tantò minùs verò attentis protervia, & dolo,
cum quibus Franciſcus voluit in ſpretum ſæpè dictæ
Conſtitutionis, & Sacrorum Canonum laicalis habi-
tus geſtationem prorogare. Quamvis enim, ut præ-
miſſum eſt, pro incurſu pœnæ privationis Beneficio-
rum nulla monitio, nullumque Judicis Decretum re-
quireretur, attamen certior factus Ordinarius de ejuſ-
dem Franciſci contumacia, poſt plures extrajudicia-
les monitiones, pro Eccleſiaſtici habitus reaſſumptio-
ne eidem factas, benigniùs adhuc agendo, uſque ſub
die 5 *Aprilis* 1701. illum etiam judicialiter præmonere
voluit *Summ. præt. Joſephi n. 5.* & quamvis hiſce pa-
ternis monitionibus ſpretis auſus fuerit Franciſcus
plures exceptiones penitus inſubſiſtentes opponere, &
ſignanter non uſum dictæ Conſtitutionis, ut patet ex
actis, ab ipſo datis in *Summ. die 4. Auguſti prox.
præt. num. 5.* nihilominùs Epiſcopus mitius ſemper
procedendo, deveniens poſt biennium, nempè ſub
die 31. *Martii* 1703., ad ſententiam diffinitivam, ei-
dem præfixit terminum unius menſis, à die notifica-
tionis ſententiæ computandum, pro dicti habitu re-
aſſumptione, aliàs ipſum Beneficiis privatum decla-
ravit *d. Summ. Joſephi n. 7.*, eandemque ſententiam
ſub die 22. Julii ejuſdem anni eidem notificare fecit
d. Summ. num. 8. Cum autem Franciſcus, vice tan-
dem obtemperandi Epiſcopi mandatis, magis tamen
indurato corde per plures menſes à geſtatione laica-
lium veſtium non deſtiterit, quodque ſcandaloſius
eſt, nec intereà erubuerit enſe, & veſte militari in-
dutus, coram ipſo Ordinario comparere ad exhiben-
dum Literas inhibitorias noſtri Tribunalis *eodem
Summ. n. 9.*, quemadmodum ex hac obſtinata, & diu-

turna delatione habitus laicalis, etiam poſt detectam coram eodem Ordinario inſubſiſtentiam oppoſitæ exceptionis dictæ Bullæ, excluditur quæcunque bona fides, ſi quæ etiam adeſſe valet, elicita ex erronea opinione nonnullorum Doctorum, atque è converſo patentiſſimus elucescit dolus, manifeſtaque protervia in contemptum ſæpédictæ Conſtitutionis,
11 ut de eo, qui ſcienter rem facit ſibi prohibitam, ſunt *Text. expreſſi in l. 2. §. Circa primam ff. de dol. mal. & met. except. & in l. quod & lex. §. His, qui neſci. ff. de lib. hom. exhib.* optimè *Jaſ. conſ. 179. nu. 7. lib. 2. Cephal. conſ. 76. n. 10. Cravet. conſ. 193. n. 3. & 4. Malvaſ. conſ. 12. n. 43. verſ. 3. dicitur, vol. 1. Bargal. de Dol. lib. 6. reg. 13. num. 18. Adden. ad Magon. Dec. Lucenſ. 49. lit. C. verſic. doli excluſiva Rot. cor. Cavaler. dec. 151. num 15. & 16.*, ita locus dubitationi non remanet, quin Franciſcus pœnam pri-
12 vationis Beneficiorum, à Pontifice inflictam, inexcuſabiliter ſubire debeat, ad *Text. in §. ult. inſtit. de adempt. legat. & in l. unic. Cod. de his, quæ pœn. nomin. Altogr. conſ. 101 n. 40. vol. 2. Tondut. Reſol. Civil. p. 2. cap. 142. n. 1. Rot. coram Comitul. dec. 20. nu. 2. & num. 14. cor. Pening. dec. 380. n. 6. & ſeqq. & in Romana Legatorum 9. Junii 1679. §. Tum quia cum teſtator, cor. clar. mem. Card. Vicecomite, & in Romana Primogeniture de Albericis 3. Junii 1702. §. Cum etenim, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Atque hinc devenientes Domini ad ſecundum caput, conſiſtens in implemento oneris Miſſarum, per Franciſcum faciendo, & in ſolutione omnium impenſarum, factarum à Patrono pro Miſſarum celebratione, res viſa eſt ſatis clara, nam implementum oneris, donec & quouſque Franciſcus Beneficiorum
13 fructus perceperit, ad ipſum dubio procul ſpectare debet, ut firmat mea præterita Deciſio *§. Non minus juſta*: Reintegratio verò expenſarum, facienda ad commodum Patroni, pro Miſſis celebratis, nec poteſt controverti, cum Beneficiatus eodem modo, quo condemnari poteſt ad implementum oneris non ſatisfacti, ad illam æquè adſtringi valeat, ex adductis in *Dec. Reverendiſſimi mei Decani §. Conſtat etiam.* Non attenta exceptione compenſationis cum alimentis, de quibus Franciſcus ſe eſſe Patroni creditorem contendit: Quia cum creditum alimentorum non appareat liquidum, neque in quantitate, intrat regula, quod de liquido ad illiquidum non datur compenſatio, juxta *Text. in l. fin. C. de compenſat. Rot. cor. Gregor. dec. 552. n. 5. & cor. Dunozet. Jun. dec. 697. n. 11.*

Et demum quoad tertium caput, in quo Franciſco imponitur onus ſignificandi Patrono retrovenditiones cenſuum jam factas, nec non tradendi notu-
14 lam omnium Inſtrumentorum, concernentium dotem dictorum Beneficiorum, bonum ejuſdem Patroni Jus non minùs dilucidè emicuit ex Deciſionibus in Cauſa editis, adverſus quas cum Defenſores Beneficiati nil relevans in ſubſtantia adduxerint, cum fundamentis illarum Domini pertranſierunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO

Burgi, ſeu Civitatis S. Sepulchri Canonicatus.

Ven. 4. Decembris 1705.

ARGUMENTUM.

Quando dimiſſio, ſeu reſignatio Beneficii dicatur in fraudem facta, ita ut non attendatur, ad effectum metiendi tempus, ac facultatem conferendi.

SUMMARIUM.

1 *Libera reſignatio Beneficii, illius vacationem inducit.*
Limita n. 9. 11. & 13.
2 *Et eandem vacationem replere de Jure valet Collator, qui reperitur in ſtatu conferendi, ſive ſit Ordinarius, ſive Sancta Sedes*, & n. 7.
3 *Menſis Decembris attinet ad Ordinarium, vel alium habentem Jus conferendi.*
4 *Duo Beneficia, quorum utrumque requirat reſidentiam, ſunt incompatibilia.*
5 *Prohibetur retentio plurium Beneficiorum ſub eodem tecto, ſive Eccleſia, & manſione.*
6 *Beneficium, non minùs vacat per ceſſum, vel deceſſum, quàm per aſſecutionem alterius incompatibilis.*
8 *Quid importet clauſula* volumus autem &c. *in proviſionibus factis per S. Pontificem.*
10 *Verba factis non reſpondentia, non attenduntur, ſed ipſa facta.*
12 *Continuata poſſeſſio rei donatæ poſt donationem, arguit animum excluſivum veræ abdicationis.*
14 *Cedenti, vel renuncianti, non datur regreſſus ad Jura, vel bona renunciata, vel ceſſa.*
15 *Reſignanti Beneficium non permittitur ad illud redire.*
16 *Nemo præſumitur magis informatus de negotiis ſuæ Eccleſiæ, quàm Epiſcopus.*
17 *Ad eruendam alicujus actus ſimulationem, non eſt melior teſtis, quàm nimia, & affectata cautela.*
18 *Aſſecutio, ac etiam acceptatio ſecundi Beneficii incompatibilis, abſque actuali apprehenſione, non ſufficit pro inducenda vacatione.*
19 *Beneficiatus, perſeverans in poſſeſſione duorum Beneficiorum incompatibilium poſt lapſum duorum menſium, utrumque amittit.*
20 *A die captæ poſſeſſionis ſecundi Beneficii, ſuccedit vacatio prioris*, & n. 21.
22 *In quibus caſibus Signatura Juſtitiæ committat Cauſas arbitrio Rotæ.*
23 *Qui ſit effectus noviter delegatæ, ſeu poſtmodùm decretæ executionis Literarum Apoſtolicarum à Signatura, circumſcripta per eandem poſſeſſione.*
24 *Dimiſſio Beneficii, cum ſpe adeptionis alterius, dicitur in fraudem facta.*
25 *Quid importet clauſula* ſive præmiſſo &c. *in Literis Apoſtolicis appoſita.*
26 *Bulla 58. Pii V. reſervat S. Sedi collationem Beneficiorum vacantium per reſignationem, veriſimiliter factam, ut ſucceſſiva collatio cadat in perſonam conſanguinei.*

DECISIO V.

P*Arito literis Arbitrio, circumſcripta poſſeſſione Raphaelis*, dixit, ſive reſcripſit Signatura Juſtitiæ occaſione Canonicatus, vacantis in Eccleſia Cathedrali Sancti Sepulchri per dimiſſionem Antonii Mariæ, illius antiqui poſſeſſoris; Cum etenim de eodem Canonicatu ſucceſſivè extitiſſet ab Ordinario proviſus Pompejus ex una, & ex altera parte Raphael impetraſſet Literas Apoſtolicas, quæſtio erat, quinam eſſet in hac contentione præferendus, totumque momentum pendebat à quidditate, & tempore vacationis, utrùm illa reverà accidiſſet, juxta Facti circumſtantias, in menſe naturaliter competente eidem Ordinario, qui illum contulerat Pompejo, vel potiùs in menſe Sacroſanctæ Apoſtolicæ Sedi reſervato, uti Raphael prætendebat, ad limites Regularum Cancellariæ, Quamobrem in hoc conflictu exponebat Pompejus, vacationem contigiſſe in menſe ordinario, ſcilicet de menſe *Decembris*, quia cum prænominatus Antonius Maria, actualis poſſeſſor ejuſdem Canonicatus. illum liberè reſignaſſet in manibus Ordinarii ſub præfato menſe *Decembris*, ſpectabat conſequenter ad ipſum Ordinarium illum conferre, libera quippè 1
dimiſſio, ſeu renunciatio, vel quod idem eſt, reſignatio Beneficii, vacationem inducit ad tradita per *Rebuff. conſil. 38. num. 14. Pariſ. conſil. 5. num. 4. vol. 5. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 11. num. 67. & gloſſ. 15. §. 1. num. 14. & 16. Ventrigl. in Prax. par. 2. §. 2. Annot. 3. numer. 11. Pariſ. de Reſign. lib. 1. quæſt. 4. num. 1. & ſeq. Rota dec. 551. n. 1. & ſeq. part. 18. recent.* Eandemque vacationem replere de jure valet ille Collator, ſive Ordinarius, qui reperitur in ſtatu conferendi, aut in ſuis caſibus San- 2
cta Sedes, ad terminos præfatarum Regularum Cancellariæ, prout in terminis reſignationis expletæ in menſe

Ordi-

Ordinarii, vel Apoſtolici, affirmarunt *Anton. de Butr. in cap. Sollicitè, ſub num. 53. de reſtitution. ſpoliator, Hoſtien. in cap. accepta, eodem tit. Gabriel, conſil. 187. lib. 1. Pariſ. de Reſignat. lib. 1. quæſt. 4. numer. 63. & 64. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 54. numer. 23.*

Quòdque dimiſſio, ſive libera reſignatio ipſius Canonicatus, facta forat per Aotonium Mariam de menſe *Decembris*, liquidò apparebat *ex Summario Raphaelis n. 2.* Quodque menſis *Decembris* attineat ad Ordi-
3 narium, vel alium habentem Jus conferendi, nimis notorium erat ad axplicationem, & intellectum ex ſa ciarum memoratarum Regularum Cancellariæ, ſecuodum adnotata per *Gonz. in Regul. Cancell. gloſ. 43. n. 117. Card. de Luc. de Ben. diſc. 18. ſub n. 4. & diſc. 93. n. 13.*

Certiùs autem, quoniam Antonius Maria reſignans hujuſmodi Canonicatum, fuerat ab eodem Ordinario proviſus de Archipresbyteratu ejuſdem Cathedralis ſub ipſo menſe *Decembris*. Quamobrem ubi etiam libera dimiſſio, ſeu reſignatio Canonicatus, de per ſe non induxiſſet vacationem, hæc eadem aſſecutio
4 Archipresbyteratus, undique incompatibilis cum Canonicatu, tam vigore reſidentiæ debitæ utrique titulo, & officio, ex adductis per *Lap. alleg. 516. ſub n. 2. verſ. Si igitur reſidentiam perſonalem. Pignatell. conſult. Canon. tom. 10. conſult. 156. Pariſ. de Reſign. Ben. lib. 5. quæſt. 6. n. 514. Garz. de Ben. dict. p. 11. dict. c. 5. n. 261. Hojeda de Incompat. p. 5. c. 17. nu. 3. & 30. Card. de Luc. de Benef. diſc. 57. n. 5. & diſcurſ. 119. ſub n. 3. Rota deciſ. 6. ſub nu. 7. & ſeq. coram Merlin. deciſ. 19. n. 3. coram Burat. & in rec. deciſ. 540. n. 1. & ſeq. tom. 5. p. 4. dec. 241. n. 2. p. 12.*,
5 quàm in vim prohibitæ retentionis plurium reſidentialium Beneficiorum ſub eodem tecto, ſive Eccleſia, & manſione, per *Text. in c. de multa, de præben. Garz. de Ben. p. 55. c. 5. num. 185. Barboſ. ad Conc. ſeſſ. 24. de reform. c. 17. a nu. 6. & ſeqq. Rot. deciſ. 203. n. 5. coram Dunoz. Sen. deciſ. 76. n. 14. cor. Celſo, & dec. 233. n. 23. coram Peutinger., & in rec. dec. 281. n. 14. p. 29.*

Profectò efficiebat, quòd ob hanc aſſecutionem Archipresbyteratus emergeret inevitabilis vacatio Canonicatus, cum beneficia non minùs vacent per ceſ-
6 ſum, & deceſſum poſſeſſoris, quàm per aſſecutionem voluntariè ſuſceptam Dignitatis, vel Beneficii incompatibilis, teſte *Lotter. de Re Ben. lib. 3. quæſt. 23. à num. 5., & ſeq., Rot. deciſ. 999. nu. 5. cor. Coccino; dec. 554. n. 1. & 2. cor. Priolo, dec. 648. n. 1. p. 18., & dec. 532. n. 17., & ſeq. p. 19. rec. tom. 2.*, & in hoc caſu ſemper collatio ſpectat ad illum, qui
7 reperitur in menſe, ſive io poteſtate conferendi, quemadmodùm proſequitur *Rot. dec. 241. num. 5. p. 52. rec.*

Addito finaliter (uti ſubjungebat Pompejus) quòd tantùm aberat, ambigi poſſe de juridica vacatione ſecuta Canonicatus, priùs dimiſſi ab Antonio Maria, etiam ex hoc titulo aſſecutionis factæ de Archipresbyteratu in menſe *Decembris* per eundem Antonium Mariam, ot ipſemet Ordinarius in collatione, facta de Archipresbyteratu in perſonam prædicti Antonii Mariæ, adjecerit clauſulam, ſive legem inſtantaneæ vacationis Canonicatus per verba, de quibus in *Summario* otriuſque, Pompeji ſcilicet *ſub num. 2.* & Raphaelis *ſub n. 3.* ibi -- *Volentes poſſmodum, ac per præſentes expreſſè declarantes, quòd per collationem Archipresbyteratus prædicti eo ipſo vacet, & vacare dicatur Canonicatus, & Præbenda &c. quos poſſidet idem Antonius Maria, ut ſupra inveſtitus* -- Quarè non erat ulteriùs inquirendum de ſecuta vacatio-
8 ne, dum aderat præciſa lex Ordinarii, ſecundùm ea, quæ in propoſito collationum Summi Pontificis per clauſulam -- *Volumus autem &c.* -- dixerunt, innixi eidem formulæ, *Marant. controv. jur. part. 4. reſponſ. 551. ſub n. 56. & num. 57. Garz. de Ben. p. 6. cap. 4. nu. 553. & ſeqq. Barboſ. de Clauſul. Clauſ. 186. De Juſt. de Diſpenſ. lib. 1. capit. 6. num. 558. & ſeqq.*

Hiſce fundamentis deductis ex parte Pompeji, reſpondebat Raphael, quòd licèt vera eſſet regula, de qua ſupra, quòd Beneficium procul dubio vacet per liberam dimiſſionem poſſeſſoris, illiuſque repletio pertineat, vel ad Ordinarium, quoties dimiſſio acciderit in ejus manibus, ac in menſe illi competenta, vel ad S. Sedem, ubicumque apud illam facta fuerit libera dimiſſio, ſive reſignatio, aut vacatio, exindè reſultans, evenerit in menſibus eidem S. Sedi reſer-
vatis, ad normam Regularum Cancellariæ; adhue 9
palpabiliter in facto conſtabat, quòd reſignatio, ac dimiſſio expleta per Antonium Mariam de Menſe *Decembris*, erat verbo, oon facto tenùs, quia Antonius Maria, oon obſtante hac prætenſa dimiſſione, perſeveravit in officio Canonici, faciens, & adimplens omnia munera ſui Canonicatus ut priùs, ad claram atteſtationem Vicarii Capitularis, qui de hoc expreſſè teſtabatur *Summ. Raphaelis num. 4.*, proin-
deque nequibat haberi ratio de hujuſmodi verbali di- 10
miſſione, cui factum formale, ac indubitatum contradicebat, ſi vera erat propoſitio, quòd facta verbis prævaleant, ad *Text. in c. Dilecti filii, ubi gloſſ. in verbo facto, de appellat. Ancharan. conſ. 302. num. 3. Gratian. diſcept. 575. num. 38. Poſt. reſol. 77. numer. 46. Rocc. Select. Diſp. capit. 96. num. 23. Mantica de Tacit. lib. 14. tit. 26. n. 14. Rota deciſ. 100. num. 7. coram Cavaler. deciſ. 1869. numer. 71. coram Coccino deciſ. 691. num. 4. coram Cerro, & dec. 280. num. 9. coram Emerix Jun. & in rec. deciſ. 594. nu. 10. part. 6. dec. 328. num. 10. & dec. 622. num. 8. part. 18.*

Rationem inſuper adducebat hujus, ut ita dica-
mus, ventoſæ dimiſſionis, ac reſignationis, quia 11
nempè ſperabat Antonius Maria ſibi per Ordinarium provideri poſſe de Archipresbyteratu jam tunc temporis vacante, ideoque manere ſatageret in bivio, perſeverans interim, ut diximus, in fruitione prædicti ſui Canonicatus, quamvis per antea verbaliter dimiſſi, ſicuti ad arguendum animum, vel conſimi-
lem voluntatem, excluſivam veræ abdicationis, ha- 12
bemus in proximo de eo, qui donat, ſed poſt donationem, adhuc contiouat in poſſeſſione rei donanatæ, ex paſſim allegatis apud *Hond. conſ. 96. num. 54. lib. 5. Altogr. ſen. conſ. 21. n. 97. lib. 2. Rota dec. 446. n. 9. & 11. coram Pen. dec. 141. n. 5. & dec. 733. n. 3. coram Burat. & dec. 7. n. 10. coram Emerix Jun. & in rec. dec. 179. num. 13. & ſeq. tom. 2. part. 4. dec. 63. nu. 25. p. 8. & deciſ. 13. num. 23. part. 19. & in Romana Fideicommiſſi 1. Julii 1699. §. Fuiſſe, coram bon. mem. Pio, & in Perusina Affictus ſu-
per Inhibitione 22. Junii 1702. §. Aſt etiam, coram* 13
Me, & in ſpecie poſt *Innoc. in capit. 2. de Cleric. non reſident. Cardin. Pariſ. conſ. 130. numer. 6. lib. 3. & Maſcard. de Probat. volum. 1. concluſ. 178. numer. 7. Flamin. Pariſ. de Reſignat. lib. 13. quæſt. 4. numer. 13.*

Abſque eo quòd ſubſiſtere poſſet excuſatio, quòd Aotonius Maria continuaverit in exercitio ſuarum ſunctionum Canonicalium ex mera devotiona. Quoniam nullibi reperitur in praxi, quòd renuncians Canonicatum liberè, & ſpontè, citra aliam deſignationem, illiuſque animi explicatam intentionem, fovere ſoleat hanc devotionem, quòdque cæteri Cano-
nici illum admittant, & recipiant in ſuo ſtallo; cum 14
dimittenti, vel renuncianti, nuſquam de jure competat perſeveratio, vel regreſſus ad jura, vel bona per eum reounciata, & ceſſa, *ex l. ſi unquam C. de revocand. donation. Surd. conſ. 183. n. 11. Cravett. conſ. 514. nu. 10. Rota dec. 645. num. 2. cor. Coccin. dec. 649. n. 6. cor. Bich. dec. 141. n. 12. part. 5. & de-
ciſ. 654. nu. 6. part. 18. rec.* & in terminis reſigna- 15
tionis Beneficiorum, *Doct. in l. Si quis in conſcribend. C. de Epiſcop. & Cler. Pariſ. de Reſignat. lib. 6. quæſt. 5. numer. 7. & 53. Rota deciſ. 267. num. 5. coram Put.*

De cætero autem omnem tollebat amaritudinem ipſummet ſecundum ſulcimentum ſuæ prætenſioois, adductum per Pompejum; quia dum ad finem ſubſtinendi vacationem ſecutam de menſe Decembris, prætendebat, Ordinarium conferentem Antonio Mariæ Archipresbyteratum, appoſuiſſe clauſulam inductivam vacationis Canonicatus, juxta verba ſuperiùs recenſita *in §. Addito finaliter*: & quænam major (ut ipſe Raphael exclamabat) exoptari poterat ſignificatio,

quòd

quòd dimiſſio Canonicatus, paulò ante liberè facta
per Antonium Mariam, extitiſſet merè verbalis, ni
dicamus quodanimodo fraudulenta, quando idem Or-
dinarius ex prædicta formula clarè demonſtravit, va-
cationem per antea non ſuſcepiſſe ex capite ſolius di-
16 miſſionis, itaut intrare valeret excuſatio continua-
tionis ſervitii per merum motivum devotionis, ne-
mo etenim eſt magis informatus de negotiis ſuæ Ec-
cleſiæ, quàm Epiſcopus, ut advertit *Felin. in cap.
adverſus num. 15. de reſcript.*, *Rota dec. 482. num. 6.
coram Gregor.*, *& in rec. deciſ. 152. num. 5. part. 7.
& dec. 289. n. 4. part. 27.*, ac propterea dum idem
Epiſcopus non reputavit ſecutam fuiſſe vacationem
in vim reſignationis, ac dimiſſionis, ut ſupra, ſed
novam legem ſuperimpoſuit *ſub die finali Decembris*
tamquàm ex tunc, utique vel hæc conſideratio pa-
teſaciebat, quòd oretenùs dumtaxat Antonius Ma-
ria reſignaverat Canonicatum, vel quòd hæc ſtudio-
sè iterata inductio vacationis, fictionem dimittendi
Canonicatus pro conſequendo Archipresbyteratu ni-
17 mis ad oculum pateſaceret, prout dicimus, quòd ad
eruendam alicujus actus ſimulationem non exiſtit me-
lior teſtis; quàm nimia, & affectata cautela, per *Text.
in l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtit.*, *Surdus conſ.
327. n. 4. Rocc. Select. Jur. diſp. c. 178. n. 19. Palm. Nep.
leg. 8. n. 45.*, *Card. de Luca de Alienat. diſc. 29. nu.
17.*, *Stathan. Jan. reſol. 9. num. 3.*, *Rota in rec. dec.
283. num. 10. part. 5.*, *& dec. 596. n. 10. p. 19.*,
*cum aliis in Tract. de Commerc. & Mercat. diſc. 50.
num. 35.*

Atque hinc deſcendendo ad vacationem, reſultan-
tem ex cauſa incompatibilitatis inter Canonicatum,
& Archipresbyteratum ejuſdem Cathedralis, fortiter
ſubdebat Raphael, nuſquam poſſe veram vacatio-
nem induci, ſaltem ad effectum metiendi tempus,
ac facultatem conferendi exindè reſultantem per ip-
ſam ſolam collationem, ac etiam (quod magis eſt)
18 acceptationem ſecundi Beneficii incompatibilis, cum
aſſecutio, ac acceptatio, abſque actuali apprehenſio-
ne poſſeſſionis, non ſufficiat pro vacatione inferen-
da, ad tenorem *extravag. execrabilis*, *de præbend.*,
Fagnan. in cap. de multa, *de præbend. num. 9.*, *Gabr.
conſ. 193. n. 8.*, *& 9. lib. 1.*, *Gemin. conſ. 78. verſic.
nec obſtat ſi dicatur*. *Tondut. Reſol. Ben. part. 8. cap. 5.
§. 6. n. 20.*, *Garz. de Ben. part. 11. cap. 5. n. 100.*,
Card. de Luca de Ben. diſc. 54. num. 5., *& diſc. 56.
num. 6.*, optimè *De Roſ. de Execut. Liter. Apoſt. cap.
5. num. 195.*, *Rot. deciſ. 1234. numer. 10.*, *& dec.
2060. num. 12. coram Coccin. dec. 524. num. 1. part.
1. dec. 60. num. 60. part. 16.*, *& dec. 532. num. 3.
part. 19. rec.*

Sacri quippè Canones, meritò abhorrentes hanc
multiplicitatem Beneficiorum, & maximè incompa-
tibilium in eadem perſona, potiſſimum habuere reſ-
pectum pro coercenda in ſuis caſibus avaritia impe-
trantium ad effectivam fruitionem duplicis, ſeu in-
compatibilis Beneficii; ideoque quemadmodum de ju-
re vacaſſet primum, ſuſcepto ſecundo verè, & ſin-
cerè, ita non derelicto primo, ſpatium appoſuerunt
duorum menſium ad dignoſcendum, utrùm in rei ve-
19 ritate primum fuerit derelictum, tuncque præterlapſo
termino eorundem duorum menſium, & perſeveran-
te Beneficiato in poſſeſſione utriuſque, determinant
utrumque deperdi, ut habetur penes *Garz. de Beneſ.
part. 11. capit. 5. ea num. 58.*, *& ſeqq.*, *Barboſ. de
Jur. Eccleſ. tom. 2. lib. 3. capit. 13. num. 54.*, *Lot-
ther. de Re Beneſ. lib. 3. quæſt. 23. a num. 15.*, *&
num. 22. De Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. part. 1. c.
5. num. 195. in fin.*, *Panimoll. dec. 31. annot. 1. ſub
n. 1.*, *Rota dec. 6. n. 11. in fin. coram Merlin. dec.
266. n. 1.*, *& ſeqq. coram Cerro*, *& dec. 241. n. 12.*,
& ſeqq. par. 12. rec., *& in Moguntina Canonicatus 6.
Aprilis 1696. §. 1. coram bon. mem. Urſino*, *inter re-
collect. ad Cardin. de Luca ſuper mater. de Beneſ. de-
ciſ. 6.*

Cum igitur ex ſupra inſinuatis in prima reſponſio-
ne minimè demonſtraretur, quòd Antonius Maria
dereliquerit poſt conſecutionem Archipresbyteratus
officium Canonici (quidquid eſſet de perceptione fru-
ctuum) quodque nullatenùs incontinenti acceperat
poſſeſſionem ejuſdem Archipresbyteratus, eademque
apprehenſio Archipresbyteratus ſucceſſerit ſolummo-
dò *ſub die 8. Februarii*, planè reſultabat, quòd non-
niſi ſub prædicto *menſe Februarii* contigerit vacatio 20
Canonicatus, ex celebri *conſil. Navar. 18. de præbend.
de quo Pax Jord. Lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 28. ſub n.
69. verſ. quare inquit Navarr. Rot. deciſ. 54. n. 7. co-
ram Priolo.*

Quoties etenim contigiſſet, quòd Antonius Maria
ſuſcepiſſet fructus Canonicatus, & inſimul Archi-
presbyteratus, non ampliùs fuiſſet quæſtio circa tem-
pus vacationis primi Beneficii, ſeu Canonicatus, ſed
ſi fuiſſent decurſi duo menſes, altercatio, ſeu dubi-
tatio caderet in jactura utriuſque; quapropter (ne-
glecta hac amaritudine) dicebat Raphael, ſatis eſ-
ſe, ut præmiſimus, quòd vacatio Canonicatus non
acciderit à momento collationis Archipresbyteratus,
illiuſque acceptatione, per appoſitionem bireti, ſed
ſibi exuberare, quòd ſucceſſerit ſolùm à die captæ
poſſeſſionis, ſeu *menſe Februarii*, Pontificiæ Sedi re-
ſervato, prout ad hunc effectum, ultra proximè lau- 21
datos, proſequuntur *Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. Gloſſ.
14. n. 74. & Gloſſ. 15. num. 42. Roſ. de Execut. Liter.
Apoſtol. p. 1. c. 4. n. 86.*, *& 87.*

Auditis igitur hujuſmodi rationibus, utrinque de-
ductis, Sacrum Auditorium adhæſit potioribus al-
latis pro parte Raphaelis, & idcircò reſcripſit *non
intrare arbitrium*, quod ſibi commiſerat Signatura Ju- 22
ſtitiæ ſecundum praxim, quam ipſa tenet, quando
agitur de dubitabili ſubſiſtentia ſive impetratione Li-
terarum Apoſtolicarum, vel congruè dubitat de præ-
cedenti Judicato, teſte *Card. de Luc. in Relat. Rom.
Cur. diſc. 31. num. 32. Rot. in Valentina Beneficii 28.
Novembris 1704. §. Primo, in fin. coram Me*, & in-
ſimul seriò affirmavit, *Literas Apoſtolicas Raphaelis eſ-
ſe exequendas*, quod in effectu aliud non ſonabat, ni-
ſi quòd juſtè jam per eandem Signaturam circumſcri-
pta poſſeſſione ejuſdem Raphaelis ob ſuam intruſio- 23
nem ſine citatione partis, opus erat illum immitte-
re, utì eſt effectus noviter delegatæ, ſeu poſtmodum
decretæ executionis Literarum Apoſtolicarum. *Vita-
lin. in clem. 1. num. 68. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Me-
noch. de Adipiſc. remed. 6. nu. 35. Lotther. de Re Be-
neſ. lib. 3. quæſt 11. num. 63. de Roſ. De Execut. Li-
terar. Apoſtol. part. 1. cap. 7. numer. 115. Rot. deciſ.
221. num. 2.*, *& dec. 335. num. 15. cor. Greg. dec.
225. num. 3.*, *& 4. coram Coccin.*, *& dec. 274. nu-
mer. 2. cor. Cavaler.*, *& in rec. dec. 45. num. 1.*, *&
2. part. 1. deciſ. 133. num. 2. part. 6. dec. 210. n. 8.
part. 10.*

Potiſſimè quia prænarratis rationibus, & funda-
mentis Raphaelis ſuperaccedebant alia motiva, quæ
non parum cumulativè ſtringebant præcordia *Domi-
norum* contra Pompejum. *Primò* ſiquidem ex quo per
totum circumſtantiarum complexum elici videbatur,
quòd Antonius Maria in tantum reſignaverat Cano-
nicatum in manibus Ordinarii, in quantum ſpera-
bat fortaſſe ſibi provideri poſſe ab Ordinario de tunc
vacante Archipresbyteratu per mortem Joſephi, pro-
indeque cum ſui Canonicatus dimiſſio non careret 24
ſuſpicione, quòd eſſet facta ex cauſa ejuſdem ſpera-
tæ adeptionis Archipresbyteratus, & conſequenter in
quandam fraudem, ut poſt *Barboſ. de Off. & Poteſt.
Epiſcop. part. 3. cap. 57. ſub num. 83. Lotther. de Re
Beneſ. lib. 2. quæſt. 27. num. 39.*, *& ſeq. Rot. deciſ.
193. num. 10.*, *& deciſ. 194. num. 8. poſt Torr. de
Pact. futur. ſucceſſ.*, *& dec. 251. num. 2.*, *& ſeqq.
coram Ubald.*, optimè, & latiſſimè firmavit eadem
*Rot. in Tarraconen. Parochialis 15. Junii 1703. §. Quin
dubitari valeat*, *cor. R. P. D. meo Oman.*

Hinc neutiquam valebat reputari totalitèr libera
reſignatio facta ab eodem Antonio Maria, ſicque e-
tiam in hac parte verificari poſſe Literas Raphae-
lis, quæ præter aſſertam Clauſulam, *ſive præmiſſo*,
ſive alio quoquo modo habebant, *ſive per liberam reſigna-
tionem &c.* Quamobrem ſi Papa ſciviſſet eundem,
circumſtantiarum complexum, utique eo libentiùs
providiſſet Raphaeli, qui ob præfatas Clauſulas jam
proviſus reperiebatur ex intentione Pontificis in lo-
cum Antonii Mariæ, ex ratione quam conſiderant 25
in propoſito ſimilium Clauſularum, *Garz. de Beneſ.
part. 11. cap. 3. num. 128. Lotther. de Re Beneſ. lib.
2. quæſt.*

2. *quæſt.* 20. *num.* 208., *&* *lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 61. *De Roj. de Execus. Liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 16. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 37. *num.* 10. *coram Gregor. & dec.* 130. *num.* 9. *coram Ottobon. dec.* 250. *numer.* 7. *coram Carill.*, *& in Hortana Parochiali* 4. *Maii* 1693. *§. Quæ omnia, coram Reverendiſſ. Domino Meo Molines Decano*, *impreſſ. poſt Vot. Bertacchin.* 93. *numer.* 8.

Secundo fortiùs ex quo Pompejus erat conſanguineus Antonii Mariæ, undè eo magis locum ſibi aſſumebant præfatæ Clauſulæ, ſtante *Bulla Beati Pii V. la* 58., quæ Sanctæ Sedi reſervat collationem Be-
26 neficiorum vacantium per reſignationem factam ex
nimium veriſimili intuitu, ut Beneficium reſignatum cadat in perſonam conſanguineorum, ex iis, quæ ad explicationem ejuſdem Bullæ firmarunt *Pariſ. de Reſignat. Benef. lib.* 5. *quæſt. ultim. num.* 188., *& ſeqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 14. *n.* 25., *&* 31. *Card. de Luc. in adnotat. ad Concil. diſc.* 49. *n.* 4. *Rot. dec.* 400. *n.* 2. *coram Cerro*, *& dec.* 193. *n.* 3. *&* 4. *p.* 16. *rec.*

Atque ita his omnibus, tam ex parte Raphaelis allatis, quàm ex Officio Tribunalis perquiſitis, una ſimul junctis, ad normam Commiſſionis, *mihi*, ut ſupra per Signaturam Juſtitiæ directæ, *Domini* reſponderunt. Utraque &c.

R. P. D. LANCETTA.

Burgen. Juriſdictionis,

Mercurii 26. *Junii* 1709.

ARGUMENTUM.

Ritè examinatis antiquis Sententiis, ac Deciſionibus, rerumque geſtarum hiſtoria reaſſumpta; receſſum fuit à deciſis favore Abbatis Parochialis Eccleſiæ S. Adalelmi, prætendentis ſibi competere Jus committendi exercitium Curæ animarum in dicta Eccleſia Vicariis, per ipſum deputandis, & exercendi reſpectivè per ſe ipſum omnes actus Parochiales, ſine ulla licentia, & approbatione Archiepiſcopi, cum aliis, quæ continentur in facti ſerie.

SUMMARIUM.

1 *Prælati inferiores, prætendentes habere Territorium diſtinctum, ac ſeparatum, probare debent, vel illud habuiſſe ex ſpeciali privilegio Papæ.*
2 *Vel acquiſiviſſe ex præſcriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo.*
3 *Referantur, & examinantur Deciſiones antiquæ inter Archiepiſcopum, & Abbatem editæ* & n. 4. 7. 8. & 9.
5 *Juriſdictio contentioſa, ad certum genus perſonarum, & locum reſtricta, cum univerſali, & Diœceſana, quam habet Ordinarius, eſt compatibilis.*
6 *Sententiæ regulantur à Deciſionibus, & ab eis reſtrictionem recipiunt.*
10 *A' ſubjectione Eccleſiæ, & perſonarum in ea degentium, inferri non poteſt ad ordinariam juriſdictionem in Curam, & Populum.*
11 *Perceptio decimarum ordinariam Juriſdictionem deſignat.*
12 *Item approbatio ad Confeſſiones.*
13 *Obſervantia centenaria operatur inductionem cujuſcumque melioris tituli de mundo.*
14 *Neque ea requirit ſcientiam, & patientiam Adverſarii, quoties quis utitur jure ſuo, nec aliquid innovat in alterius præjudicium.*
15 *Commiſſio Curæ animarum ſpectare debet ad eum, cujus ſunt oves habitantes in Parochia.*
16 *Tranſactio eſt ſemper ſervanda.*
17 *Qui ſe ingerit in adminiſtratione Sacramentorum, & exercitio functionum Parochialium in aliena Parochia, ipſo facto excommunicationem incurrit.*
18 *Facultas cognoſcendi Cauſas tam Civiles, & Matrimoniales, quàm Criminales, ad certum perſonarum genus, & locum limitata, non operatur tranſlationem Parochialitatis, & Curæ in Populum.*
19 *Vicarii amovibiles, qui Curam exercent nomine Epiſcopi, poſſunt ad tempus, & limitatè deputari.*
20 *Termini Inſtitutionis adaptari non poſſunt Curæ animarum, quæ non in titulum, ſed amovibiliter, & ad nutum, Vicariis committitur.*
21 *Vicarius amovibilis, qui poteſt ad tempus deputari, poteſt etiam ad novum examen revocari.*
22 *Obſervantia compellendi Vicarios, ad nutum amovibiles, ad iteratum examen, eſt obſervanda, ut promptiores, ac diligentiores fiant ad ſervitium ſub ſpe obtinendi prorogationem in Officio.*

DECISIO VI.

CUm ſuppoſitio, quòd Abbas Parochialis Eccleſiæ olim S. Joannis, modò verò S. Adalelmi nuncupatæ extra Muros Civitatis Burgen., frueretur Territorio ſeparato, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Populum, & Clerum, in dicta Parochia degentem, vigore antiquarum Sententiarum, & rei judicatæ Rotalis, tam in Deciſionibus in præcedenti Inſtantia editis coram R. P. D. Meo Anſaldo, quàm in alia edita coram Me in hac ulteriori Inſtantia die 2. Julii ſuperioris anni, reſponſum fuit, quòd eidem Abbati competebat Jus committendi exercitium Curæ Animarum in dicta Eccleſia S. Adalelmi Vicariis, per ipſum deputatis, & exercendi reſpectivè per ſe ipſum omnes actus Parochiales, & adminiſtrandi Sacramenta in dicta Parochiali, ſine ulla licentia, & approbatione Archiepiſcopi, quòdque Vicarii indefinitè, non autem ad tempus limitatum, eſſent per eundem Reverendiſſ. Archiepiſcopum approbandi, ſemelque approbati novo examini iterum ſubiici non poſſent. Verùm quia hodiè conſtitit, quòd Abbas prædictus non fruebatur Territorio ſeparato, nec Juriſdictione quaſi Epiſcopali, idcircò DD. pro receſſu à Deciſis reſponderunt.

Præmiſſa enim inconcuſſa regula, quòd Territorium diſtinctum, & ſeparatum, ac propriam Diœceſim de Jure ſolùm Epiſcopi habere dicuntur, itaut alii Prælati inferiores, quatenùs illud prætendant, teneantur probare, vel illud habuiſſe ex ſpe- 1
ciali privilegio Papæ, ad quem ſolum ſpectat Territoria diſtinguere, & ſeparare, *cap. Cum contingat, de for. compet.*, *ubi Hoſtien. num.* 1., *Butr. numer.* 11. *verſ. de conſuet.*, *Abbas numer.* 19. *Bellamer. numer.* 15., vel acquiſiviſſe ex præſcriptione imme- 2
morabili, aut quadragenaria cum titulo, plenè probat *Tambur. de Jur. Abbat. lib.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 9. *numer.* 7. *Cardinalis De Luca de Judic. diſc.* 1. *numer.* 12. *Gratian. diſcept. foren. cap.* 252. *numer.* 16. *&* 17. *Rota coram Buratt. deciſ.* 578. *numer.* 2., *& in rec. dec.* 220. *num.* 5. *part.* 9., *& dec.* 304. *n.* 7. *part.* 11.

Neutra ex dictis probationibus allata fuit ab Abbate: Ipſe enim unicè totum ſuum fundamentum conſtituit in quadam aſſerta re judicata noſtri Tribunalis, eo quia per geminas Deciſiones, editas coram bon. mem. Orano uſque de anno 1594., & 1595. *impreſſ. poſt Tambur. de Jur. Abbat. in ordine la* 41., *&* 42., fuerit firmatum, quòd vigore Privilegii conceſſi à ſan. mem. Sixto IV., ac Paulo III., & longevæ poſſeſſionis, conceſſa extiterit Abbati Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum Territorio ſeparato, & quarum vigore emanarunt Sententiæ, & Executoriales Rotales.

Iſtius autem fundamenti ſubſiſtentiam ex hiſtoria rerum geſtarum ſatis corruere viſum fuit, quoniam reclamantibus tunc temporis Defenſoribus Archiepiſcopi, fuit ad eorum inſtantiam ſubſcriptum particulare, & ſeparatum Dubium -- *An conſtaret de Territorio proprio, & ſeparato dicti Abbatis* -- quod nega- 3
tivè ſemel, atque iterum fuit reſolutum, non attentis Privilegiis præfatis, ut patet ex deciſionibus editis, nempè 4. Decemb. 1595., qua reſponſum fuit Abbatem non gaudere Territorio ſeparato, & 7.
Februa-

Februarii 1596. , qua ſub fundamento , quòd Ab-
bas non haberet Territorium ſeparatum , conceſ-
ſa ſuit manutentio ſavore Archiepiſcopi , & revoca-
rum mandatum de manutenendo , obtentum ab Ab-
bate, in quaſi poſſeſſione cognoſcendi Cauſas Crimi-
nales .

Et licèt proſecuta poſtmodum Cauſa , aliæ editæ
ſuerint Deciſiones ſuper aliis Articulis, in illis tamen
4 pro certo habitum ſuit , Abbatem non gaudere Ju-
riſdictione quaſi Epiſcopali , cum ipſimet Scribentes
pro Abbate talem prætenſionem deſeruerint , ut ex
particulis Informationum hodie exhibitis , & de fa-
cto in Deciſionibus ſubſecutis examinata extitit quæ-
ſtio : An Abbas , vigore Privilegii Sixti IV. gau-
deret Juriſdictione Criminali in Clericos dictæ Ec-
cleſiæ , quæ ſublata non diceretur per Concilium Tri-
dentinum , eaque foret privativa , vel cumulativa
cum Archiepiſcopo ; quæ inſpectiones ſicuti inutiles
fuiſſent , ſi firma remanſiſſet ſeparatio Territorii ,
& Juriſdictio quaſi Epiſcopalis Abbatis , ſecum fe-
rens etiam dictam facultatem , ita pro neceſſaria con-
ſequentia dicendum venit, quòd ſecluſa qualitate Ter-
ritoriali , Abbas habitus ſuit pro Prælato inſeriori ,
potiente Juriſdictione Criminali in Clericos , & in-
5 ſervientes Eccleſiæ , compatibili cum Univerſali ,
& Diœceſana , quæ non confunditur cum Juriſdictio-
ne contentioſa , ad certum genus perſonarum , & lo-
cum reſtricta , ex firmatis per *Rot. in Calaguritana Pon-
tificalium* 19. *Novemb.* 1696. §. *Et ſummatim* , *coram
bon. mem. Urſino* , *in Giennen. Adjunctorum* 23. *Januarii*
1702. §. *Conſonat* , *cor. Reverendiſs. D. Meo Decano* ,
& in Leodien. Juriſdictionis 27. *Aprilis* 1705. §. *Qui-
nimò* , *cor. R. P. D. Meo Anſaldo* .

His autem ſtantibus , non poſſunt dictæ Senten-
tiæ , & Executoriales , quantumvis ampliſſimis ver-
bis conceptæ , Territorii ſeparationem decernere ,
cum principium ſit undique admiſſum , quòd Senten-
6 tiæ regulantur à Deciſionibus , & ab eis reſtrictio-
nem recipiunt , etiamſi verba nimis generalia com-
prehenderent , cum in eis nihil contineri , vel decer-
ni valeat , quod diſſorme ſit , & præter , vel contra
Deciſionum tenorem , ad tradita per *Scacc. de Sen-
ten.* , *& Re judicata* , *Gloſſ.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 72. *Rot.
cor. Bich. dec.* 370. *n.* 5. *cor. Buratt. dec.* 327. *n.* 1. *in
rec. dec.* 267. *n.* 24. *part.* 19. *& in Toletana Juriſpatro-
natus* 5. *Junii* 1697. §. *Validitas* , *in fine* , *coram Rev.
Conchen.*

Difficultatem agnoſcentes Deſenſores Abbatis, co-
nabantur ſuadere , quòd excluſio Territorii in mox
enunciatis Deciſionibus, referenda ſit ad 14. Agros ,
7 ad quos Abbas Juriſdictionem ſuam quaſi Epiſcopa-
lem ampliare contendebat, non autem ad Eccleſiam
S. Adalelmi , quam eſſe de Territorio ſeparato jam
anteà definitum fuerat *in dictis primis Deciſionibus* 41.
& 42. *impreſſis poſt Tambur.* At ultra quòd dictæ De-
ciſiones fuerunt per alias ſubſequentes expreſsè revo-
catæ , & reſolutio capta in eis , ſicut abſolutè , &
indefinitè Territorium excludit, non autem taxativè
quoad Agros , aliaque certa loca , abſolutè venit in-
telligenda .

Replicatio nimis debilis , & inſubſiſtens viſa fuit
ex pluribus . Et primò , quia in prima Deciſione ,
præcedentium revocatoria , examinatur donatio Al-
phonſi , quæ percutit nedum Caſtra , & Agros , ſed
8 etiam ipſam Eccleſiam ; undè dum ibi Rota decla-
rat nullam ex ea competere Juriſdictionem quaſi E-
piſcopalem , clarum ſit , quòd excluſio Territorii e-
tiam Eccleſiam indiſtinctè comprehendit : Secundò ,
quia in eadem Deciſione refertur , noſtrum Tribu-
nal motum fuiſſe ad ita decidendum ; tum ex quo
Archiepiſcopus in vim concordiæ , quæ à Mauritio
Archiepiſcopo nomen aſſumpſit Mauritianæ , perci-
piebat partem Decimarum , & Oblationum , quæ
perceptio deſignat Ordinariam Juriſdictionem ; tum
ex quo Beneficiati Eccleſiæ S. Adalelmi tenebantur
ſe conferre ad Proceſſiones , & cum Cruce Archie-
piſcopum aſſociare , Monachi verò prohibebantur
pulſare Campanas, & Officium inchoare , antequàm
Epiſcopus in Eccleſiam ingreſſus fuiſſet ; tum ex
quo denique Archiepiſcopus viſitabat Sacrarium Ec-
cleſiæ prædictæ , & in ea exercebat Jura Epiſcopa-
lia ; Quæ fundamenta , & rationes , cum reſpiciant
excluſionem totalem Territorii , non poſſunt limi-
tari , & reſtringi ad ſolam continentiam Agrorum ,
& Caſtri .

Nec quidquam afficit , quòd tam in primis Deci-
ſionibus , quàm etiam in aliis poſtea editis ; & ſi-
gnanter in illa impreſſa *la* 757. *part.* 4. *diverſ.* ac e-
tiam in Literis executorialibus canonizatum fuerit ,
Eccleſiam S. Adalelmi pleno Jure reperiri ſubjectam
Abbati , etiam privativè ad Archiepiſcopum . Quo- 9
niam illis benè conſideratis , conſtat quidem fuiſſe
declaratum , quòd *Monaſterium* (ſunt verba Senten-
tiæ R. P. D. Orani) *una cum Parochiali Eccleſia* ,
atque perſonæ , *tam Clerici* , *quàm ſeculares* , *ac quæ-
cunque aliæ perſonæ tam in dicto Monaſterio* , *quàm in
dicta Parochiali Eccleſia degentes* , *& illis quomodolibet
inſervientes &c.* eſſent liberæ , & immunes ab omni ,
quacumque Juriſdictione, atque ſuperioritate D. Ar-
chiepiſcopi , ſed non exindè inferri poteſt , quòd iſta
conceſſio ad certos limites , & perſonas reſtricta , ve-
rificetur etiam quoad Clerum , & Populum , de quo
nulla eſt facta mentio, & in quo ſtat cardo difficul-
tatis , cum ſimul ſtare poſſit , quòd Eccleſia , & in
ea degentes , ſit pleniſſimè ſubjecta Prælato inferio-
ri in Temporalibus , & Spiritualibus , quodque Jus
plenum quoad Curam , Populum , & adminiſtratio-
nem Sacramentorum , maneat ſub Juriſdictione Diœ- 10
ceſana proprii Ordinarii , adeo ut à ſubjectione Ec-
cleſiæ , & perſonarum in ea degentium , inferri non
poteſt ad Ordinariam Juriſdictionem in Curam , &
Populum , cum una ab altera totaliter diſcriminen-
tur , ut probant *Abbas in cap. Cum plantare* , *num.*
6. *& ſequent. cap. Paſtoral. num.* 7. *de privileg. Rebuff.
in Prax. part.* 1. *tit. de un. beneſ. gloſſ.* 51. *num.* 15.
numer. 2. *Ricc. in Prax. reſol.* 293. *numer.* 4. *tom.* 5.
Tondut. Quæſt. Beneſ. part. 1. *cap.* 1. §. *Quinto* , *nu-
mer.* 12. *Cardin. de Luca de Juriſdict. diſcurſ.* 5. *nu-
mer.* 7. *Rota coram Pamphil. deciſ.* 693. *per tot. in
recent. deciſ.* 49. *numer.* 24. *part.* 15. *& deciſ.* 93.
numer. 10. *& ſeq. part.* 16. *in Firmana Juriſdictionis
ſuper puncto Eccleſiar.* 50. *Maji* 1700. §. *Hoc ipſum* ,
& 17. *Martii* 1702. §. 13. *coram Reverendiſs. D. Meo
Decano* .

Hæc omnia licèt in ſe clara ſint , tamen clario-
ra redduntur ex pluribus argumentis antecedentibus ,
concomitantibus , & ſubſequentibus . Er ſanè ante-
cedentia eruuntur ex dicta Concordia Mauritiana ,
in qua declaratur , tertiam partem Decimarum Ec-
cleſiæ S. Adalelmi ſpectare ad Archiepiſcopum : E-
xercitium verò Curæ , cum facultate audiendi Con-
feſſiones , Capellanis ab Abbate deputandis , non-
niſi quàm per Archiepiſcopos committi poſſe , cum
aliis conventionibus ſupra relatis , quæ Ordinariam 11
Juriſdictionem in Archiepiſcopo , tanquam penes Pa-
rochum Univerſalem , ad evidentiam probant , ut ſi-
gnantèr de Decimis *Rot. poſt Cardin. de Luca de Ju-
riſdict. deciſ.* 18. *ſub num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 20. *nu-
mer.* 23. *& in Burgen. Juris inſtituendi* 23. *Junii* 1690.
& de approbationibus ad Confeſſiones , aliiſque acti- 12
bus *Rota dicta deciſ.* 20. *num.* 21. *poſt Cardin. de Lu-
ca deciſ.* 310. *num.* 3. pœnes *Poſth. de Manut. & co-
ram Zarat. dec.* 10. *num.* 19. *in rec. dec.* 22. *num.* 2.
part. 7.

Concomitantia promanant , ex quo documenta ex-
hibita per Abbatem occaſione dictæ antiquæ litis ,
reſtringuntur ad ſolum Indultum Sixti IV. confirma-
tum à Paulo III. quod certè non tribuit Abbati Ter-
ritorium ſeparatum , ſed Juriſdictionem dumtaxat Ci-
vilem , & Criminalem in Eccleſia , & perſonas in
ipſa Eccleſia degentes , eique inſervientes . Subſe-
quentia verò deducuntur ex pluſquam centenaria ob-
ſervantia , elicita ex pluribus actibus , geſtis per Ar-
chiepiſcopos ; tum quia pro tempore Decimas rece-
perunt , & approbarunt Sacerdotes ad Confeſſiones ,
commiſeruntque Curam Capellanis ; tum quia Ec-
cleſiam , & Confraternitates in ea erectas , aucto-
ritate Ordinaria viſitarunt ; tum , & tandem quia
Pontificaliter ordinarunt Clericos , diſpenſarunt in
Matrimoniis , adminiſtrarunt Sacramenta Confirma-
tionis , Cauſas Spirituales , vertentes inter Parochia-
nos dictæ Eccleſiæ , Judicialitèr cognoverunt , alia-
que

que omnia geſſerunt , quæ ad verum Diœceſanum
pertinent ; Quæ obſervantia non ſolùm digito demon-
13 ſtrat quid in Sententiis fuerit conceſſum , & reſpecti-
vè denegatum , verùm etiam operatur , præſcinden-
do etiam à prænarratis reſolutionibus , inductionem
cujuſcumque melioris tituli de mundo : *Rot. dec.* 150.
num. 4 5. *part.* 5. *dec.* 174. *num.* 10. *part.* 18. *rec.*
in Ferrarien. Decimarum ſuper Jure Univerſali 7. *Junii*
1696. §. *Et adangetur , cor. bon. mem. Urſino , & in*
Ilterden. Unionis 27. *Junii ejuſdem anni* §. *Hoc autem ,*
cor. eod.

Non attento, quòd actus hujuſmodi Juriſdictiona-
les exerciti fuerint ab Archiepiſcopis ſine ſcientia ,
& patientia Abbatum . Ultra quod enim, quoties in
tanta illorum pluralitate ſub oculis Abbatum pro
tempore ad effectum deducti fuerunt , vanum eſt il-
lorum ignorantiam allegare ; cum præſens quæſtio
verſetur circa actus , ab Ipſo Ordinario exercitos in
vim propriæ , & nativæ Juriſdictionis , nulla ſcien-
14 tia , nullaque alterius ratihabitio requiritur , ex quo
tunc dicitur uti Jure ſuo , nec aliquid innovare in
alterius præjudicium . *Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 1.
diſput. 25. *quæſt.* 9. *n.* 23. 24. *Adden. ad Baratt. dec.*
579. *n.* 16. *Rota in Caputaquen. Juriſdictionis ſuper bono*
Jure 4. *Maji* 1708. §. *Siquidem , coram R. P. D. Meo*
Caſſarello .

Excluſa qualitate Territoriali , & Juriſdictione qua-
ſi Epiſcopali , facilis viſus fuit receſſus à deciſis quo-
ad ſequentes actus , de quibus agitur in præſenti ,
firmis cæteroquin remanentibus illis , ſuper quibus
verè , & propriè cadit Res Judicata : nam reſpectu
aliorum , eo ipſo , quòd ſtat firmum , quòd Eccleſia
Sancti Adalelmi non ſolùm ſita eſt intra fines Diœ-
ceſis Burgen. ſed etiam in ipſamet Civitate , indè
ſequitur , quòd Archiepiſcopus dicitur habere Juris
aſſiſtentiam ſuper exercitio omnimodæ Juriſdictionis
Diœceſanæ , & Eccleſiaſticæ in Clerum , & Popu-
lum habitantem in Parochia Sancti Adalelmi , adeo-
ut reſpectu primi actus , concernentis commiſſionem
Curæ Capellanis , per Abbatem nominatis , commiſ-
15 ſio Curæ fieri debeat per Archiepiſcopum , non au-
tem per Abbatem , ea quidem ratione , quòd cum di-
cta Eccleſia , quoad Curam , & Populum , non ſit
ſubjecta Abbati , ſed Archiepiſcopo , utique commiſ-
ſio ad ipſum quoque ſpectare debeat , cujus ſunt O-
ves habitantes in Parochia , per *Text. expreſſ. in cap.*
eam plantare §. *in Eccleſiis , de privil. in* 6. *cap.* 5.
de verb. ſignif. in 6.

Maximè quia concurrit ſavore Archiepiſcopi dicta
Concordia Mauritiana , inita uſque de anno 1242.
In illa enim etiam ſpecificè concordatum legitur ,
quòd Capellanus , ſeu Vicarius , ſit ab Abbate depu-
tandus , ab Archiepiſcopo verò impartienda ſit facul-
tas adminiſtrandi Curam Animarum , prout hoc ipſum
ſervatum fuiſſe demonſtrant Literæ Patentes , ſemper
à ſolo Epiſcopo conceſſæ , de quo deponunt plures
Teſtes formitèr examinati de annis 1648. 1684. &
1696. quapropter , ſive dicta Concordia accipiatur
per viam tituli de per ſe operantis , ſive per viam
declarationis ejuſdem , quod de Jure inerat , ſemper
16 probat bonum Jus Archiepiſcopi , venitque propterea
inviolabilitèr obſervanda , ad *Text. in c.* 1. *& in c. fin.*
de pact. in 6. *leg. non minor. Cod. de tranſact. Rot. deciſ.*
310. *n.* 1. *part.* 5. *dec.* 5. *n.* 1. *& ſeq. dec.* 218. *n.* 4.
part. 7. *rec.*

Tranſeundo autem ad alterum actum , minori Ju-
re poteſt Abbas aſtruere ſibi facultatem exercendi
functiones Parochiales per ſe ipſum , nam eo ipſo ,
quòd Archiepiſcopus eſt Parochus Univerſalis totius
Diœceſis , exindè ſequitur , quòd dum habitualis Cu-
ra penes ipſum reſidet , nequit Abbas , illo incon-
ſulto , functiones per ſe ipſum aſſumere , & ſi ſe in-
gerit in adminiſtratione Sacramentorum , & exerci-
17 tio functionum Parochialium in Plebe Epiſcopi , ip-
ſo facto incurrit excommunicationem , ad *Text. in*
Clem. 1. & planè *Barboſ. de Poteſt. Paroch. cap.* 20.
n. 7. *Card. de Luc. in addit. ad diſc.* 15. *de Juriſdict.*
in ſupplement. n. 23. *& ſeq.* quam veritatem optimè
agnoverunt Abbates pro tempore , qui ſe non inter-
miſerunt in exercitio functionum Parochialium , &
Sacramentorum adminiſtratione in dicta Parochia ,
vel licentiam ab Archiepiſcopo petierunt , ut reſul-
tat ex. *Summ. Archiepiſcopi , diſtributo* 6. *Maji præteriti*
n. 39. *&* 40.

Haud ſuffragante , quòd Eccleſia S. Adalelmi ſit
plenariè memorato Abbati ſubjecta , quòdque in an-
tiquis Executorialibus decernatur eidem privativa Ju-
riſdictio , tam in Civilibus , & Matrimonialibus ,
quàm in Criminalibus , in perſonas , & Clericos ;
quia cum Juriſdictio circumſcripta ſit intra limites
Monaſterii Eccleſiæ ; & perſonarum in illis degen-
tium , illa quidem operari poterit facultatem , priva-
tivè quoad Archiepiſcopum cognoſcendi Cauſas Ci-
viles , & Criminales Monachorum , aliorumque in- 18
ſervientium Monaſterio , non autem translationem
Parochialitatis , & Curæ in Populum , ut optimè fir-
mat *Rot. dec.* 13. *n.* 7. *& dec.* 29. *n.* 9. *& ſeq. poſt*
Antonell. de Jur. & Oner. Cler. in Firmana Juriſdictionis
15. *Aprilis* 1705. §. *Hanc aſſertionem , cor. Reverendiſſ.*
D. Meo Decano . Adſtipulante ſignanter obſervantia ,
juxta quam ipſi Abbates , quoties voluerunt aliquam
ex functionibus explere , opportunam licentiam ex-
poſtularunt , ut reſultat ex ipſis licentiis pro tempo-
re conceſſis , de quibus etiam deponunt Teſtes ſupe-
riùs relati .

Pari inſubſiſtentia laborat prætenſio Abbatis pro-
hibendi Archiepiſcopo , nè poſſit ad tempus , & li-
mitatè Capellanos approbare , quoniam poſita exclu-
ſione ſeparationis dicti Territorii , cum nunquam Ec-
cleſia S. Adalelmi fuerit avulſa ab Archidiœceſi , ſi-
cut illa remanet pura Vicaria manualis , & ad nutum
amovibilis , prout ſunt aliæ , quæ reperiuntur in ea-
dem Archidiœceſi , & Curam exercent nomine Ar-
chiepiſcopi , nequit iſte per Abbatem adſtringi , ut
Vicarios deputandos abſolutè approbet , ſed illos li- 19
mitatè ; & ad tempus recipere poteſt , quemadmodum
firmatum fuit per *Rot. cor. Peuting. deciſ.* 15. *n.* 23.
dec. 13. *n.* 67. *& ſeqq. dec.* 53. *n.* 24. *& cor. Carill.*
dec. 96. *n.* 7. *& ſeqq.*

Quin objici valeat , quòd ita Abbas privaretur Ju-
re illos inſtituendi , & deſtituendi , quod ſibi compe-
tere definitum fuit in antiquis Executorialibus ; quia
cum tale Jus , competens Abbati , referatur ad ea
Beneficia , quæ exiſtunt in Eccleſia S. Adalelmi , quo-
rum inſtitutio , & deſtitutio ad eum pertinet in vim
Brevis ſan. mem. Sixti IV. extendi non poteſt ad Cu-
ram Animarum , quæ non in titulum , ſed amovibi- 20
liter , & ad nutum , Vicariis committitur , & cujus
reſpectu termini inſtitutionis adaptari non poſſunt .
Rot. poſt Pacichel. de Diſtant. dec. 19. *n.* 10. *& in Fa-*
nen. Juriſdictionis 21. *Jan.* 1704. §. *Quod enim , cum*
ſeq. & 16. *Junii ejuſdem anni* §. *Sed præter , cor. R. P.*
D. Meo Scotto , & 5. *Junii* 1705. §. *Cum ergo , cor. R.*
P. D. Meo Caſſarello .

Minuſque tandem controvertere valet Abbas , quòd
Archiepiſcopus ad novum examen compellere poſſit
Capellanos , & Vicarios ab eo nominatos : quia ad-
miſſa in Archiepiſcopo facultate approbandi limita-
tè , & ad tempus , ea ea ſequitur , quòd ei permiſ- 21
ſum eſt , illos ad novum experimentum ſubjicere ,
quidquid dicendum foret , ſi abſolutè approbandi eſ-
ſent , ut diſtinguunt *Dian. Oper. Moral. tom.* 7. *tr.* 1. *reſ.*
67. *n.* 3. *& reſ.* 68. *n.* 4. *Cabaſſut. in Theoremat. Jur.*
Canon. lib. 1. *c.* 10. *n.* 14. *Rodriquez. Quæſt. Regul. tom.*
5. *quæſt.* 19. *art.* 8. maximè quia etiam in hac parte
concurrit obſervantia , tam Univerſalis in tota Diœ-
ceſi , quàm individua in ea Eccleſia , de qua agitur ,
juxta quam Vicarii ſemper limitatè , & ad tempus
fuerunt approbati , ac ad iteratum examen compul- 22
ſi ; quæ obſervantia , utpotè favorabilis , & magis
proſpiciens ſervitio , & ſaluti Animarum , eo fortiùs
attendenda venit , cum Vicarii , metu novi exami-
nis , diligentiores , & promptiores fiant ad ſervitium
ſub ſpe obtinendi prorogationem in officio , ut pon-
derat *Card. de Luc. de Jurep. diſc.* 15. *nu.* 3. *&* 11.
Rot. cor. Peuting. d. dec. 53. *num.* 73. *& cor. Coccin.*
dec. 78. *n.* 13.

Et ita utraque &c.

R. P. D.

R. P. D. C A P R A R A.

Caurien. Juriſdictionis.

Super ſecundo Dubio.

Lunæ 22. Junii 1699.

A R G U M E N T U M.

Dignitates, Canonici, Portionarii, Parochi, cæterique Beneficiorum poſſeſſores tenentur, Epiſcopo requirente, exhibere titulos Ordinum, licentias audiendi Confeſſiones, & prædicandi.

S U M M A R I U M.

1 *Licentias prædicandi, aut Confeſſiones audiendi, eſt in arbitrio Epiſcopi concedere, aut etiam revocare, prout duxerit opportunum.*

2 *Ita pariter eadem munera, ac Officia exercentes, tenentur Epiſcopo Licentias exhibere, quibus illa exercent.*

3 *Epiſcopus tenetur inquirere de titulis Ordinum, & qualiter quæque Officia in Eccleſia peragantur.*

4 *Sententia, cum ſit ſtricti Juris, non extenditur ad ea, quæ non ſunt expreſſa.*

5 *Habens pro ſe aſſiſtentiam Juris, opus non habet docere de actibus poſſeſſoriis, ut ſuam Juriſdictionem exercere valeat.*

6 *Conſuetudo attenditur ſolùm in caſu præciſo, & de caſu ad caſum non extenditur.*

D E C I S I O VII.

ASſumpta diſputatione ſecundi Dubii, An Dignitates, Canonici, Portionarii, Parochi, cæterique Poſſeſſores Beneficiorum, teneantur exhibere titulos Ordinum, Licentias audiendi Confeſſiones, & predicandi? Domini in omnibus affirmativè reſponderunt.

Siquidem, quatenus pertinet ad Licentias prædi-
candi, & audiendi confeſſiones, nulla cadit difficul-
tas, quin ſint Epiſcopo illas requirenti exhibendæ;
nam cum nemo prædicare, aut confeſſiones audire
valeat, ſive in Eccleſia Cathedrali, ſive in alia qua-
cumque Diœceſis, niſi cum ſpeciali approbatione,
1 & licentia Epiſcopi, in cujus arbitrio, & voluntate
reſidet illas concedere, aut etiam revocare, prout
duxerit opportunum, ut de Licentiis prædicandi ſta-
tuit Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 5. cap. 2. &*
de approbationibus ad confeſſiones, ſeſſ. 23. cap. 15. de
reform. cum aliis pleniùs relatis in *Gerunden. Juriſdi-*
ctionis ſuper prima Dubio 5. Maji 1698. §. Eandemque
Juris aſſiſtentiam, cum ſeq. & per tot. coram Me: Ita
pariter omnes, eadem munera, ac officia exercentes
2 tenentur Licentias, quibus illa exercent, Epiſcopo
exhibere, juxta notata per *Lauret. de Franch. Contr.*
inter Epiſc. & Regular. part. 1. n. 2393. & ſeqq. Mi-
raud. in Manual. Prælat. q. 43. art. 5. 6. & 7. Pav-
vin. de Viſitat. part. 2. quæſt. 6. per tot. & quæſt. 7.
num. 2. Criſpin. de Viſitat. Paſtoral. part. 3. §. 4. nu-
mer. 1. & per tot. Card. de Luca de Juriſd. diſc. 17.
numer. 3. Reſta de Direct. Viſitat. deciſ. 1. capit. 86.
& 87.

Quo verò ad titulos Ordinum, nullatenus pariter
fuit dubitatum, quin ſit facienda eorum exhibitio
coram Epiſcopo, cum ipſe teneatur de eis inquirere,
3 ut eſt *Text. in cap. Placuit 19. q. 1.* - - ibi - - *Pla-*
cuit omnibus Epiſcopis, ut per ſingulas Eccleſias Epiſco-
pi, & per Diœceſim ambulantes, primùm diſcutiant Cle-
ricos, quomodo Ordinem Baptiſmi teneant, vel Miſſa-
rum, vel qualiter quæque Officia in Eccleſia peragant:
& tradit *Gavant. in Manual. Epiſc. tit. ſeu Prax. Viſit.*
Epiſcopal. §. 11. n. 14. fol. mihi 242. cum aliis pro-
ximè allegatis *de Viſit.*

Non obſtat, quòd Capitulum Cathedralis habet
Jus privativum recognoſcendi hujuſmodi titulos ex
antiqua ſententia Metropolitani Compoſtellani, de
qua in Deciſione, per me hodie edita ſuper alio du-
bio. Quia dicta ſententia loquitur tantùm de titulis
Beneficiorum, & cum ſit ſtricti Juris non eſt exten-
denda ad titulos Ordinum, de quibus ibi nulla fit 4
mentio, ut in proximis terminis dixit *Rota dec. 49.*
n. 5. & 7. poſt Tambur. de Jur. Abb. tom. 2. repetita
in rec. dec. 335. nu. 5. part. 1. & Rota coram Ubald.
dec. 98. n. 4.

Minus refragatur, quòd Epiſcopus non doceat ſe,
ſeu ejus Anteceſſores, unquam recognoviſſe hujuſ-
modi titulos: Quia cum pro ipſo militet Juris aſſi- 5
ſtentia, opus non habet docere de actibus poſſeſſo-
riis, ut ſuam Juriſdictionem exercere valeat, *c. cum*
perſonæ, & ibi DD. de privileg. in 6. Rota dicta deciſ.
49. n. 1. & 2. & dec. 50. num. 4. poſt Tamburin. de
Jure Abbat.

Tanto magis, quia pro parte Capituli non proba-
tur aſſerta conſuetudo immemorabilis, quam ſibi aſ-
ſiſtere prætendit, & cui innititur præcitata ſenten-
tia, dum legitur reſtricta ad titulos Beneficiorum, 6
quæ proindè trahi non debet ad titulos Ordinum,
cum & ipſa ſit ſtricti juris, & attendatur ſolùm in
caſu præciſo, juxta *conſ. 239. Oldradi* paſſim rece-
ptum, & plenè firmat *Rota dec. 34. & dec. 37. per*
tot. poſt Zuff. de Legal. proceſſ. & dec. 551. n. 8. cum
ſeqq. coram Cerro.

Cæterùm pro parte Epiſcopi dantur etiam actus poſſeſſorii, & recognitiones Ordinum in *Summario n. unic.* quæ removent omnem dubium.

Et ita fuit reſolutum, utraque &c.

R. P. D. A N S A L D O.

Calaritanà Canonicatus.

Mercurii 4. Decembris 1697.

A R G U M E N T U M.

Non corruit Gratia Coadjutoriæ, à Sancta Sede reportata, ob defectum intimationis, & executionis, vivente ipſo Coadjuto; præſertim, ſi præcisè concepta fuerit cum clauſula futuræ ſucceſſionis.

S U M M A R I U M.

1 *Literæ Apoſtolicæ, expeditæ in forma gratioſa, regulariter nullam expectant juſtificationem.*

2 *Atteſtationibus Ordinarii in materia Beneficiorum eſt valdè deferendum.*

3 *Mors ſubſequens Coadjuti arguit illius malam valetudinem.*

4 *Communior opinio eſt, Gratiam Coadjutoriæ eſſe duplicem, ita ut corruente prima, ob non exercitum Officium in vita Coadjuti, duret adhuc altera futuræ ſucceſſionis.*

5 *Et tollitur omnis hæſitatio ex prægnantioribus clauſulis, quibus hodie ſimiles Gratiæ concipiantur.*

6 *Undè Canonicatus ita remanet affectus ex Gratia futuræ ſucceſſionis, ut ſecuto obitu Coadjuti, dici mereatur Beneficium plenum, ad hoc, ut Epiſcopus non poſſit illud conferre.*

7 *Pontifex in concedendo Gratiam Coadjutoriæ non attendit commodum, & utilitatem Coadjutoris, ſed meram neceſſitatem, & utilitatem Eccleſiæ, quæ in eo conſiſtit, ut ſervitium ab infirmitate, vel ævo Coadjuti impeditum, per junioris Coadjutoris aptitudinem ſuppleatur.*

D E C I S I O VIII.

EX quo Joannes Maria Gratiam Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione à S. Sede reportatam, nec intimari, nec exequi ſategit, vivente adhuc Hieronymo Coadjuto, contulit fortaſsè Archiepiſcopus Calaritanus Canonicatum, ab eodem Hieronymo poſſeſſum, Antonio; ſed adverſus hujuſmodi Proviſum ab Ordinario, proponi curante Joanne Maria Dubium Executionis ſuarum Literarum, non dubitarunt DD. reſpondere pro earundem Literarum Apoſtolicarum executione.

Non

Non enim ullum potuit rimari vitium in viſceribus ipſarum Literarum, quoniam eædem apparuerunt expeditæ ſimpliciter in forma gratioſa, quæ cum
1 regulariter nullam expectent juſtificationem, quia Papa præſumitur informatus de omnibus circumſtantiis ad Gratiam neceſſariis, ſicuti paſſim dictum ſuit per *Rot.* & ſignanter *in dec.* 336. *n.* 6. *cor. Priolo*, *& dec.* 160. *n.* 4. *part.* 15. *rec.* & in terminis Coadjutoriæ *eadem Rota cor. Merlin. dec.* 141. *n.* 10. *&* 11. *& deciſ.* 110. *n.* 2. *p.* 19.

Nihilominùs ſuperabundè præfulſerunt veritati inniti narrata per Joannem Mariam. Ætas ſiquidem annorum 63. Hieronymi Coadjuti; quòdque ob eam, aliaſque conſecutivas infirmitates, premeretur Hieronymus, adeò ut Eccleſiæ inſervire non poſſet, convincebatur ex iiſdem Teſtimonialibus Archiepiſcopi,
2 à quo cauſam habebat Antonius, & quibus de cætero Teſtimonialibus in hac materia deferendum eſſe planum erat, ex deductis apud *Merlin. dec.* 768. *n.* 7. *&* 8. *& in rec. dec.* 112. *n.* 9. *& ſeqq. p.* 16. *& in Novarien. Præbendæ* 15. *Junii* 1793. *§. Nec adverſari*, *verſ. Placuit enim*, *cor.* Reverendiſſ. *Zamoren.*

Quinimò ſucceſſiva demonſtravit experientia etiam de per ſe veritatem narratorum, dum paulò poſt vita conceſſit Hieronymus, & Ordinarius providit Canonicatum, veluti per obitum ejuſdem Hieronymi vacantem, in perſonam Antonii; ſtante enim obitu
3 Coadjuti, paulò deinceps gratiam Coadjutoriæ ſecuto, eò evidentiùs fulciri probationem ætatis, ac malæ valetudinis, in Gratiæ Coadjutoriæ præſuppoſitæ, ac narratæ, opportunè conſideravit *Rota in dec.* 483. *n.* 2. *cor. Peutinger. & deciſ.* 45. *n.* 30. *p.* 6. *rec. & deciſ.* 313. *n.* 10. *p.* 7. *& d. dec.* 112. *n.* 14. *&* 24. *p.* 16. *& dec.* 117. *n.* 11. *p.* 17.

Fundamentum verò ſuæ proviſionis, quod Antonius in hodierna audientia non informans opponere valuiſſet, nimirùm, quòd Joannes Maria, vivente, ut ſupra, Coadjuto, nec intimari, nec exequi procuraverit Gratiam obtentam, viſum incontinenti ſuit irrelevans, nam quidquid antiquior formula Literarum Coadjutoriæ præſeferre poſſet ambaginis, juxta ea, quæ promovebantur in Gratiam diſputationis per *Quintil. Mandoſ. de Signat. Grat. V. Coadjutoria*, *verſ. Coadiutoria habebat*, in quibus ſanè terminis neceſſe erat recurrere ad examen, utrùm gratia Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione foret unica, vel duplex, itaut corruente prima Coadjutoriæ, ob non exercitum officium in vita Coadjuti, duraret adhuc altera futuræ ſucceſſionis, quæ per obitum Coadjuti, & non ipſo
4 vivo, aperitur, & intrat, ſicuti magis communiter affirmarunt *Scribentes*, & tenuit conſtantiſſimè *Rota*, ut liquet ex *eodem Mandoſ. in loco ſuperiùs alleg. Spad. conſ.* 54. *n.* 4. *lib.* 3. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *§.* 9. *n.* 53. *& ſeqq. Tondut. Reſol. Benef. part.* 2. *c.* 1. *§.* 13. *n.* 40. *& ſeqq. Lotther. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 29. *Modern. Epiſc. S. Severi in Tract. de Cauſ. Conſiſt. ſect.* 22. *n.* 34. *&* 35. *Rota coram Peutinger. dec.* 303. *n.* 7. *cum duobus ſeqq. & cor. Card. Cerro dec.* 684. *n.* 8. *& in rec. dicta dec.* 313. *n.* 28. *&* 29. *p.* 7. *& dicta dec.* 112. *n.* 27. *&* 28. *& dec.* 333. *n.* 7. *& ſeqq. part.* 16.

Hodiè per formulam, clarioribus verbis, & prægnantioribus clauſulis ſucceſſivè introductam, ceſſant omnes hæ diſputationes, cum (ut habetur apud *eun-*
5 *dem Gonzalez ubi ſupra n.* 56.) in Literis Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione præcisè exprimatur -- *Etiamſi de tempore vacationis hujuſmodi dictum Coadjutoris officium exercere non inceperis*, *aut per te ſteteris*, *quominus illud exercueris*, *aut præſentes Epiſcopo*, *Capitulo*, *& Coadjuto non intimaveris*: Ideòque cum hanc ad unguem clauſulam continerent Literæ Joannis Mariæ, ceſſabat in radice omnis anſa dubitandi, & citra hæſitationem, ob expreſſionem literæ tam claræ, Canonicatus ita remanebat affectus ex Gratia
6 futuræ ſucceſſionis, ut ſecuto obitu Coadjuti, Beneficium dici mereatur plenum ad effectum, nè Epiſcopus, ſtante appoſitione manus Papæ, illud conferre ampliùs poſſet uti vacans per obitum, juxtà ea, quæ proſequuntur, & firmant *Giovagnon. conſ.* 88. *n.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. *Rota in Tullen. Coadjutoriæ coram Mortmanno*, *impreſſ. apud. Leon. de Off. Capellan. qu.* 4. *ſect.* 6. *fol.* 334. *§. Denique in fin. & in Cæſaraugustana Coadiutoriæ cor. Card. Panzirolo apud Frances Var. Reſ. cap.* 16. *n.* 203 *cum duobus ſeqq. & in Lucana Capellaniæ* 28. *Aprilis* 1656. *§. Quòd autem*, *cor bon. mem. Bevilacqua*, *numer.* 5. *& in dicta Novarien. Præbendæ* 15. *Junii* 1693. *§. Præterea*, *coram Reverendiſſimo Zamoren.*

Cætera demùm, quæ ſolent in executione aliarum Literarum Apoſtolicarum perpendi, & recognoſci, nimirùm obitus antiqui Poſſeſſoris, idoneitas Proviſi, valor narratus, & ſimilia, non ſolùm ad exuberantiam comprobata extitere ex parte Jo: Mariæ *Summario ex n.* 2. *uſque ad finem*: ſed adhuc efficiebantur ſuperflua in ſpecie Literarum, de quibus erat quæſtio, cum Gratia Coadjutoriæ in præjudicium Proviſi ab Ordinario ſubſtantietur in verificatione deficientis ſervitii Eccleſiæ, quæ (ut præmiſimus) remanſit juſtificata per ætatem, & adverſam valetudinem, qua detinebatur Hieronymus; Pontifex namque in hac materia, adhærens Sacroſanctæ cenſuræ
Conc. Trid. ſeſſ. 25. *de reform. c.* 7. non inquirit com- 7
modum, & utilitatem Coadjutoris, ſed meram neceſſitatem, ac utilitatem Eccleſiæ, quæ in eo dumtaxat verſatur, ut illius ſervitium ab infirmitate, vel ævo Coadjuti impeditum, per junioris Coadjutoris aptitudinem ſuppleatur, ex his, quæ latiùs diſſeruntur per *Gonzal. ad Reg. Cancell. d. gloſſ.* 5. *§.* 9. *num.* 43. *& num.* 82. *& ſeqq. Rot. dec.* 252. *n.* 9. *& ſeqq. p.* 7. *rec. & cor. Merlin. dec.* 768. *n.* 20. *& ſeqq. & dec.* 483. *n.* 6. 7. *&* 8. *cor. Peutinger.*

Et ita, Joanne Maria ſolùm informante, reſolutum ſuit.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Calaguritana Quartæ Funeralis de Naxera.

Lunæ 10. *Martii* 1704.

A R G U M E N T U M.

Omnes Gratiæ, ac Conceſſiones Apoſtolicæ, emanatæ favore perſonarum particularium, & ad earum inſtantiam, non ſunt in conſideratione habendæ & ſi reperiantur ineffectuatæ. Speciale, & tranſactiones valere inter Eccleſiaſticos ſuper rebus ad Parochialitatem ſpectantibus, & afficere ſucceſſores, etiamſi abſque Superioris, vel Sedis Apoſtolicæ beneplacito, facta fuerit. Anniverſaria, & his ſimilia, non recenſentur inter Jura Parochialia.

S U M M A R I U M.

1 *Ratione Parochialitatis habet quis intentionem fundatam in Juribus Parochialibus.*
2 *Subjectio Eccleſiæ S. Crucis, de qua agitur, Eccleſiæ Monaſteriali B. Mariæ, planè probatur in Deciſionibus, aliàs in hac eadem Cauſa editis.*
3 *Ex iis autem reſultat juſtitia Sententiarum, ad illarum normam prolatarum.*
4 *Omnes Gratiæ, & Conceſſiones Apoſtolicæ, emanatæ favore perſonarum particularium, & ad eorum inſtantiam, continent in ventre conditionem, quatenus impetrantes uti voluerint, ita ut per eorum non uſum privilegium amittatur.*
5 *Adverſus Brevia Pontificia cum clauſula* ſublata, *& Decreto* irritanti, *nec Judices, nec Partes obloqui poſſunt, non impetrata oris apertione.*
6 *Breve, in quo reticita fuerunt ea, quæ ſi Papa ſciviſſet, Gratiam non conceſſiſſet, eſt ſubreptitium, & per conſequens inexequibile.*
7 *Ex nova conventione, abſque mentione conventionum jam præteritarum, arguitur illarum ineffectuatio.*
8 *Nova pacta, & conventiones, derogant prioribus.*
9 *Unuſquiſque poteſt renunciare ſuis juribus, & privilegiis.*
10 *Non intrant prohibitiones, contentæ in Extravag.* Ambitioſæ, *quoties in ſubſtantia nullum ceditur Jus, ſed agnita veritate relaxatur alteri quod ſuum eſt.*

11 *Tran-*

11 *Tranſactio inter Eccleſiaſticos inita ſuper Juribus, ad Parochialia ſpectantibus, ſuſtinetur, etiamſi nec à Superiore, nec à Sede Apoſtolica fuerit approbata, ſucceſſoreſque ligat, & afficit.*

12 *Beneplacitum Apoſtolicum, reſervatum cum clauſula* quatenus opus ſit, *non coguntur contrahentes impetrare, ſi aliàs non requiritur.*

13 *Stante autem lapſum centum annorum, cum obſervantia, illud præſumitur.*

14 *Quæ terminata ſunt mediante tranſactione, à neutra Parte poſſunt impugnari.*

15 *Sub generali reſervatione Jurium Parochialium continentur Oblationes, & Quarta funeralis, etiamſi, ſpecialiter non eſſent individuatæ.*

16 *Parocho, ex diſpoſitione Juris, debentur omnia emolumenta Parochialia.*

17 *Conceſſo antecedenti; cenſetur etiam conceſſum neceſſarium conſequens, quatenus expreſſè non adimatur.*

18 *Reſtitutio in integrum ſemper conceditur, conſtito de ſententiarum injuſtitia.*

19 *Maſſa groſſa, & Anniverſaria, non recenſentur inter Jura Parochialia, ſed debentur Clericis, & Beneficiatis, Divinis Officiis intereſſentibus.*

20 *Omnes diſpoſitiones, & contractus ſumunt interpretationem à Jure, & conſuetudine.*

21 *Ad inducendam legitimam diviſionem inter Curatum, & Beneficiatos circa emolumenta Parochialia, ſufficit ſpatium 40. annorum.*

DECISIO IX.

ADverſus gemina ſolemnia Judicata, unum clar. mem. Cardinalis Benedicti Ubaldi, extortum præviis tribus Deciſionibus *inter ejus impreſſas* 53. 62. & 77. alterum *bon. mem.* Emerix Decani, ſuperventum in gradu reſtitutionis in integrum poſt alias tres Deciſiones in *ordine ſuarum* 1023. 1067. & 1098. quorum vigore declaratum fuit, Abbatem Regii Monaſterii B. Mariæ Naxeræ non teneri ad ſolutionem Quartæ Funeralis mortuorum, qui ſepeliuntur in Eccleſia Monaſteriali, Capellanis, & Clericis Eccleſiæ Parochialis S. Crucis, immò per contrarium ipſi Abbati deberi Quartam Funeralem eorum, qui ſepeliuntur in eadem Eccleſia S. Crucis, dimidiam oblationem, tertiam partem Decimarum, tertiam partem Maſſæ groſſæ, & totam Decimam hordei, & avenæ, iidem Capellani, & Clerici ſuccumbentes, ſub obtentu Jurium de novo repertorum, novam à Signatura Juſtitiæ obtinuerunt Commiſſionem reſtitutionis in integrum, cum clauſula *ſine præjudicio rei judicatæ*, Mihi directam, ad cujus limites ſub die 9. Februarii præteriti diſputandum propoſui Dominis meis regulare Dubium -- *An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum* -- in qua Audientia cum Defenſores Capellanorum merita Cauſæ ab altis ejus principiis reaſſumpſiſſent elaboratiſſima facti explanatione, directa ad oſtendendum tam novis documentis, quàm etiam, & potiſſimè in vim tranſactionis initæ anno 1611. inter præfatos Abbatem, & Capellanos, dicta Judicata eſſe injuſta quoad omnium expoſitorum emolumentorum adjudicationem, agnita per Dominos relevantia allegatorum ad formam dictæ Tranſactionis, Idcircò dilata Cauſæ reſolutione, injunxere, ut ſcriberetur ſtrictè, & tantùm ſuper hujuſmodi Concordia anni 1611. qua hodie formiter excuſſa, concluſum fuit -- *Conſtare de Cauſis juxta modum inferiùs exprimendum.*

Conſtare ſiquidem de Re Judicata, & non de Cauſis, Domini dixerunt in eo, quòd Abbas prædictus B. Mariæ ſit verus, & proprius Parochus Eccleſiæ S. Crucis,
1 ac per conſequens ratione Parochialitatis, & Curæ, quam ibi exercet per ſe, vel per Capellanos ab eo deputatos, habere de jure Intentionem fundatam in Juribus Parochialibus, ex diſpoſitione *Text. in cap. Paſtoralis de his quæ ſiunt à Prælat. cap. ad audientiam primo de Eccleſ. ædific. cum aliis notiſſimis, relatis in Taurinen. Jurium Parochialium 28. Junii 1686. §. Ratio ſic decidendi, coram Me*; Juſtæ namque in hoc puncto viſæ fuerunt Sententiæ Tribunalis, dum ex innumeris probationibus, conjecturis, ac ſignis, dilucidè patet, Eccleſiam S. Crucis una cum Cura in ea exiſtente, uſque à primordio ipſius inſtitutionis fuiſſe pleno jure ſubjectam, & unitam dictæ Eccleſiæ Monaſteriali Beatæ Mariæ, hujuſque portionem, ſive membrum eidem Monaſterio conſubſtantiale, & 2
coævum extitiſſe, ut latè *in dec.* 53. *Ubaldi n.* 3. & *cor. bon. mem. Emerix in dec.* 1023. & 1067. & uberiori calamo *dec.* 1098. in qua hoc aſſumptum egregiè adſtruitur, & ab omnibus contrariis hodiè repetitis, ſingillatim vindicatur: tritum autem eſt, ex Deciſionibus aliàs editis in Cauſa probari juſtitiam ſenten- 3
tiarum, ad illarum formam ſubindè prolatarum. *Rot. dec.* 93. *n.* 1. & *dec.* 506. *n.* 1. & *dec.* 377. *n.* 2. *p.* 17. *rec.* & *paſſim*.

Nec obſtant documenta noviter exhibita, Concordia ſcilicèt de ordine clar. mem. Gregorii XIII. per clar. mem. Cardinalem Flavium Urſinum, & Petrum Donatum Cæſium ſtabilitam, ab eodem Pontifice motu proprio expedito de anno 1578. prægnantiſſimis clauſulis confirmata, in qua habetur, ut omnes, & quæcumque decimæ, obventiones, fructus & emolamenta ad Eccleſiam Parochialem S. Crucis ſpectantia, percipi debeant ab ipſius Rectore, & Beneficiatis, exceptis Decimis ex Prædiis, & poſſeſſionibus dicti Monaſterii Naxarenſis, utpotè ab immemorabili ad idem Monaſterium pertinentibus: Ac rurſus alterum Breve ſa. mem. Clementis VIII. expeditum anno 1594. Epiſcopo Calaguritano directum pro executione dicti Motus proprii Gregorii XIII.

Quandoquidèm certum, & abſolutum eſſe recognoverunt Domini, neutrum Breve fuiſſe unquàm executioni demandatum, ac proindè de illis nulla eſt habenda ratio, cum omnes Gratiæ, & conceſſiones Apoſtolicæ, emanatæ favore perſonarum particularium, ad eorumdemque inſtantiam, contineant in ventre conditionem, quatenùs impetrantes illis uti volue- 4
rint, itaut per eorum non uſum amittatur favor, ſeu privilegium, *cap. ſi de tertia, verſ. de privileg. tamen indulto de privil. Gonzal. in Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 66. n. 45. & 50. & antea Gloſſ. 56. n. 123. Suarez. de Legib. lib. 8. cap. 34. n. 24. Barboſ. in Collect. ad Text. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. n. 5. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. n. 339. cum ſeq. Boer. dec. 386. prope finem. Guidopap. dec. 406. n. 2. Rot. coram Seraphin. dec. 1410. n. 27. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 25. n. 9.*

Et quidem de ineffectuatione primi Brevis Gregorii XIII. patet ex eo, quòd poſt illius publicationem Abbas Naxarenſis, adinventis novis juribus ſuper unione nativa, ac pertinentia, & ſubjectione Eccleſiæ S. Crucis illius Eccleſiæ Monaſterialis, obtinuit de anno 1585. à Signatura Gratiæ Commiſſionem reſtitutionis in integrum adverſus Sententiam Reomani, Oradini, & Accoramboni, reportatas ab Alvaro Cabredo, proviſo à S. Sede Apoſtolica de Cappellania Curata dictæ Eccleſiæ S. Crucis, ſuper ſecularitate ejuſdem Parochialis, ac rurſus adverſus Sententiam Rotalem anni 1566. coram Sarmiento, concedentem Capellano, & Beneficiatis, omnia jura, & emolomenta Parochialia; Cum enim dicta Concordia, per Breve Gregorianum confirmata, avocatis omnibus litibus, inter Capellanos, & Abbatem vertentibus, eas penitus, & omninò Motu proprio extinxerit, utique quatenùs illa habuiſſet effectum, Capellani eandem produxiſſent, & allegaſſent ad impediendas præfatas reſtitutiones in integrum, nec Sacra Rota, cui Cauſa commiſſa fuerat de anno 1590. reſpondiſſet, Monaſterium in gradu dictæ reſtitutionis in integrum audiendum eſſe, etiam poſt lapſum plurium annorum à tempore rei judicatæ. Minùſque de eodem anno conceſſiſſet Remiſſoriam ſuper Articulis deſuper productis per Abbatem, & anno ſequenti 1591. decreviſſet, quòd Jura poſtea compulſata, eſſent in forma probanti, ut liquet ex tribus Deciſionibus factis ab Orano, datis *in Sum. Abbat. n.* 1. *lit. B.* & *n.* 3. Cum notum ſit, adverſus Brevia Pontificia, munita Clauſula *ſublata*, & Decreto *irritanti*, nec Judices, nec Partes obloqui poſſe, non impetrata oris aperitione. *Card. de Luca de Juriſdict. diſc. 8. n. 2. Rot. dec. 753. n. 3. cor. bon. mem. Emerix, cum aliis in Caſtellana aperitionis oris 19. Novembris 1703. §. Enimverò, cumſeqq. coram Me.*

Evi-

Google

Evidentiùs probatur ineffectuatio Brevis Gregoriani, quia Beneficiati conqueſti ſunt penes ſan. mem. Clementem VIII. de obſtaculis, per Abbatem Naxeræ interpoſitis circa illius executionem, & novum ejuſdem Pontificis Clementis impetrarunt Breve, diſtrictè jubens, & præcipiens illius executionem; inanis enim extitiſſet hujuſmodi ulterior recurſus, & fruſtraneum conſecutivum præceptum exequendi, & effectuandi legem, ſeu mandatum, quatenus fuiſſet revera plenariè executum, ut de ſe patet.

Ineffectuatum pariter remanſit Breve Clementis VIII. nam poſt illius publicationem continuarunt lites, & controverſiæ, & non conſtat de illarum extinctione, ut in eodem Brevi præcipiebatur, neque docetur de adimplemento eorum, quæ in ipſo relativè ad alterum Prædeceſſoris continebantur, imò per oppoſitum patuit, Abbatem Naxeræ remanſiſſe in exercitio cunctorum jurium, quæ illi utrumque Brevo adimebat; non reſiſtente depoſitione Teſtium examinatorum anno 1595. aſſerentium, vigore talium Brevium fuiſſe translatam Parochialem ab Eccleſia Monaſteriali ad novam S. Crucis, & de perceptione Decimarum, & emolumentorum Parochialium facta à Beneficiatis. Quoniam omiſſis exceptionibus datis adverſus dictos Teſtes, dicta translatio fuit contradicta, & poſtea Parochialis extitit in priſtino loco repoſita, & præfata emolumenta perceperunt in parte Beneficiati ex permiſſione Abbatis pro congrua illorum ſubſtentatione, ut in ſpecie ponderavit *Rot. cor. Emerix d. dec.* 1023. *n.* 7. *&* 8. *& dec.* 1098. *n.* 9.

Nec ſanè deerat motivum negligendi executionem dicti ſecundi Brevis Clementini, cum illud impetratum appareat ſub narrativa, quòd antecedens Gregorianum non fuerat executioni demandatum ob voluntariam, & injuſtam Abbatis renitentiam, ſubticita prænarrata reſtitutione in integrum, in Signatura Gratiæ, & ab hoc Sacro Auditorio per eundem Abbatem obtentam in vim jurium, à Monaſterio poſt Breve Gregorianum repertorum, adverſus dd. antiquas Sententias Reomani, Oradini, & Accorambo-ni, ab Alvaro Cabredo reportatas ſuper ſeculariza-tione S. Crucis; Si enim totum hoc narratum fuiſſet Papæ Clementi, & ita eidem innotuiſſet, quòd poſt Breve Gregorianum, ſubnixum dd. Sententiis, Monaſterium, eo non attento, reportaſſet dictam reſti-tutionem in integrum, utique non conceſſiſſet Breve
6 ſuper illius executione, illud proindè redditur ſubreptitium, ac per conſequens inexequibile. *l.* 2. *ff. Si quis à Principe ff. nè quid in loco publico. Abbas in c. ad aures, de reſcript. n.* 4. *Fagnan. in cap. ſuper literis de Reſcript. Rot. dec.* 217. *n.* 25. *p.* 9. *rec. & dec.* 73. *num.* 5. *p.* 14. *& in Cracovien. Archidiaconatus* 26. *Junii* 1697. *§. Primo coram Me.*

Et ſine ulla difficultate, quia ineffectuationem Brevium optimè agnoverunt, & faſſi ſunt ipſi Beneficiati, dum, illis non obſtantibus, de anno 1611. ad ſolemnem devenerunt tranſactionem cum Abbate, & Monaſterio Naxeræ, in qua fuit recognita, & approbata pertinentia Parochialis favore Monaſterii, & Eccleſiæ B. Mariæ, illiuſque nativa, & ſubjectiva unio, fuitque declaratum, Abbatem eſſe verum illius Parochum cum facultate exercendi curam per Vicarios, permiſſaque ſolùm extitit pro majori Populi commodo translatio ejuſdem Parochialis ad novam Eccleſiam S. Crucis, pluraque alia conventa leguntur, de directo contraria rebus, & præceptis, in utroque Brevi contentis, & quod magis eſt, ſine ulla eorundem imaginabili mentione, vel relatione, ex
7 qua ſanè nova conventione, evidens conſurgit ineſ-fectuatio antecedens Concordiæ, & Brevium, ſuper illius executione deſuper expeditorum, nam aliàs aliqua eorundem facta fuiſſet commemoratio; ex relatis per *Urceol. de Tranſact. q.* 60. *nu. fin. Rot. poſt eundem dec.* 61. *n.* 6. *& coram Merlin. dec.* 176. *n.* 5. *& dec.* 628. *n.* 20. *cum duobus ſeqq. & in Burgen. juris deputandi Curatum* 21. *Februarii* 1684. *§. Ineffectuatio, coram bo. me. Albergato.* Imo quatenùs eadem Brevia fuiſſent, vel in totum, vel in partem executa, adhuc cum mediante dicta, nova tranſactione receſſum fuerit à rebus in eiſdem diſpoſitis, eadem fruſtra hodie exhi-
8 bentur pro fundato jure Beneficiatorum, cum nulli dubium eſſe poſſit, quin nova derogent prioribus. *l. non eſt novum* 26. *l. ſed & poſterioris* 28. *ff. de legib. & in c.* 1. *de conſtit. in* 6. quodque ſtaret in Beneficiato-rum poteſtate renunciandi ſuis juribus, & privilegiis, 9
ad *Text. in c. ſi de tertia, de privileg.* cum aliis ſupra allegatis *in §. Quandoquidem*; maximè quando illa dignoſcerentur fundata, & ſubnixa inſubſiſtentibus ſuppoſitis, prout erat in caſu, dum ex novis juribus, repertis à Monaſterio, latè expenſis in Deciſionibus *Ubaldi, & Emerix*, clara reſultabat probatio, Parochialem S. Crucis fuiſſe unitam, uſque in primordio ſuæ inſtitutionis, Eccleſiæ Monaſteriali B. Mariæ, adeo ut in hiſce circumſtantiis Beneficiati verè non renunciaverint ſuis juribus, ſed inſequendo veritatem, relaxaverint id, quod legitimè ad illos nullo modo ſpectare poterat.

Hinc proindè minùs rectè dubitabatur per Defenſores Beneficiatorum de validitate dictæ Concordiæ anni 1611. utpote deſtitutæ Beneplacito Apoſtolico, cæteroquin in eadem expreſsè reſervato; quia ut præfertur, in ſubſtantia Beneficiati nullum proprium jus ceſſerunt, adeo ut intrare poſſint prohibitiones contentæ in Extravaganti *ambitioſæ*, ſed, ut mox innuimus, agnita veritate, confeſſi ſunt, & confirmarunt realem, & effectivam pertinentiam dictæ Parochialitatis, omniumque in illius ſequelam venientium,
favore Monaſterii, & Abbatis B. Mariæ, ideoque 10
nullum requirebatur Beneplacitum Apoſtolicum, ex deductis per *Card. de Luc. de Præem. diſc.* 4. *n.* 19. Certiùs quia enim in omni caſu ageretur de pactis, & conventionibus, celebratis inter Eccleſiaſticos, nempè inter Abbatem, & prætenſos Rectores, ſuper re-
bus ad Parochialitatem ſpectantibus, ſpeciale eſt il- 11
la ſubſtineri, & afficere ſucceſſores, quantumvis, nec à Superiore, neque à Sede Apoſtolica eſſent roborata, ad *Text. in c.* 1. *& c. final. de pactis in* 6. *ubi omnes DD. & c. ex multiplici, de decim. c.* 2. *de tranſact.* & traduot *Ancharan. in dicto capit. final. de pact. in* 6. *num.* 1. *& per tot. Franch. ibidem, & ſignanter num.* 1. *Card. de Luc. de Præemin. d. diſc.* 4. *num.* 19. *Rot. coram Cavaler. dec.* 257. & in hiſce noſtris præciſis terminis dixit *Rot. dec.* 218. *n.* 2. 4. *&* 5. *p.* 7. *rec.* Parùm officiente expreſſa reſervatione Beneplaciti,
quia cum legatur reſervatum cum clauſula, *quatenus* 12
opus ſit, non adſtringebantur contrahentes illud obtinere, ſi revera non requirebatur. *Rot. dicta dec.* 218. *n.* 14. *p.* 7. *recent.* non prætermiſſo, quòd ſtante lapſu
temporis centum ferè annorum cum obſervantia, Be- 13
neplacitum Apoſtolicum præſumitur, ex collectis per *Galleſ. ad Bullam Urbani VIII. n.* 304. *Roſ. de Execut. Liter. Apoſtolicarum part.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. cum aliis *in Romana Domus* 16. *Junii* 1690. *§. Nihil refragatur coram Me.*

Excluſa itaque relevantia dictorum Brevium, ſtante illorum ineffectuatione, ac etiam, & principaliter, attenta contraria tranſactione anni 1611. ad hujus tramites, etiam de conſenſu utriuſque Partis hanc controverſiam terminandam eſſe Domini concluſerunt. Conventum porrò fuit in hac Concordia, inita cum Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis impulſu, & mediatione, Abbatem Naxerenſem eſſe debere Capellanum Majorem Regium, & Curatum Capellæ Parochialis S. Crucis, eandemque Parochialem pro commodo Populi transferendam eſſe in Eccleſiam novam S. Crucis, ab eodemque Capellano Majori, pro adminiſtratione Sacramentorum dictæ Parochiæ, eligendos eſſe duos Locumtenentes ex cætu Beneficiatorum, præſentandos Sereniſſimo Regi, ab eoque unum eorum eligendum; eidemque Capellano Majori, tanquam Curato, competere tertiam partem Decimarum, cæteraque jura illi annexa, & pertinentia, ut latiùs ex tenore concordiæ, hodie integrè exhibitæ. Quibus ſtantibus, judicata *bo. me. Ubaldi, & Emerix*, remanent juſtiſſima in ea parte, in qua declaratum, Abbatem Naxerenſem eſſe perpetuum Parochum Eccleſiæ S. Crucis, prout etiam in alia parte conſequenti, quòd ad eundem Abbatem ſpectent omnia emolumenta Parochialia, explicata in deciſionibus *Ubaldi*, nempè Quarta Funeralis, tertia pars Decimarum, dimidia Oblationum, & totum hordeum, & avena. Nam cum
hæc omnia contineantur in tranſactione, mox expoſi- 14

ta, à neutra parte impugnari poſſant, *l. cum mota*,
l. tranſactione l. quamvis Cod. de tranſaction. Rot. coram
Gregor. deciſ. 354. n. 2. Caval. deciſ. 650. num. 2. cum
aliis in Romana Pecuniaria 17. Maji 1700. §. 4. & 5.
Attamen, coram Me,

Non officiente, quòd tranſactio ſolùm concedat
tertiam partem Decimarum, quia in genere conti-
net quoque alia jura, & emolumenta, ſpectantia ad
Capellanum Majorem Curatum, ibi — *& poſſe ſer-*
vare pro ſe tertiam partem decimarum debitarum dicto
Capellano Majori, & Curato, & uti cæteris aliis juri-
bus, illi annexis, & pertinentibus — Dubitari autem
non poteſt, Quartam funeralem, & Oblationes, eſ-
ſe de Juribus Parochialibus, ac per conſequens con-
tineri ſub dicta generali reſervatione, quantumvis
15 non eſſent ſpecialiter individuatæ, per ea, quæ tra-
dit *Rot. dec.* 1108. *n.* 1. *& 2. coram Seraph. & dec.* 129.
n. 10. coram Rojas, & dec. 68. n. 15. poſt Tondut. de Pen-
ſion. & in Burgen. Juriſdictionis 13. Junii 1657. §. Sub
quorum amplitudine, coram Reverendiſſimo Hervault Ar-
chiepiſcopo Turonen. imo etiam ſi non adeſſet hujuſ-
16 modi generalis reſervatio Jurium Parochialium, ad-
huc iſta tacitè cenſerentur reſervata, nam cum ex
diſpoſitione Juris Parocho debeantur omnia emolu-
menta Parochialia, ad *Text. in c. 1. & c. relatum, de*
ſepultur. eo ipſo, quòd Abbas Naxarenſis canonizza-
tus fuit Capellanus Major Curatus, necnon ad eun-
dem ſpectare onus illius Parochiæ, in ſequelam ei-
dem reſervata cenſerentur emolumenta, quæ de jure,
& conſuetudine recipere ſolebant iidem Capellani, po-
ſito enim, & conceſſo antecedenti, cenſetur datum,
17 & admiſſum neceſſarium conſequens, quatenus expreſ-
sè non adimatur. *l. legatum, & l. ad rem mobilem ff. de*
proc. Rot. dec. 306. n. 3. & dec. 900. n. 14. p. 2. rec.

Quemadmodum autem ex rationibus hactenus ex-
poſitis reſultat clara juſtitia Sententiarum *Ubaldi*,
& Emerix, in adjudicatione Quartæ funeralis, ter-
tiæ partis Decimarum, & dimidiæ Oblationum fa-
vore Abbatis Naxarenſis, ita ex eiſdem adamuſſim
Domini crediderunt eadem judicata eſſe injuſta in ea
parte, in qua ultra recenſita emolumenta concedunt
Abbati tertiam partem Maſſæ groſſæ, & Anniver-
ſariorum. Nam cum ejuſmodi emolumenta, nec de
Jure, nec vigore dictæ tranſactionis anni 1611. nec
minùs ex conſuetudine, ſpectare poſſint, vel unquam
ſpectaverint ad Abbatem uti Curatum, & Capella-
num Majorem, ſed competant Beneficiatis, eiſdem
denegari non potuit reſtitutio in integrum, quæ ſem-
18 per conceditur conſtito de ſententiarum injuſtitia,
Rot. dec. 3. n. 1. & dec. 870. eodem n. coram Card. Cerro,
& paſſim,

Non ſpectant, inquam, de Jure ad Parochum Maſ-
ſæ groſſæ, & Anniverſaria, quia iſta non recenſen-
tur inter Jura Parochialia, ſed competunt, & de-
bentur Clericis, & Beneficiatis aſſiſtentibus Horis
29 Divinis, & diſtribuuntur ratione actualis reſidentiæ,
perſonalis laboris, & miniſterii adhibiti in celebran-
dis Divinis Officiis, Anniverſariis, & aliis legatis
piis. *Text. eſt in cap. unic. ſ. final. juncto §. Statuimus*
de Cleric. non reſiden. in 6. & latè probant *Lopez al-*
leg. 42. n. 1. & 3. Monet. de Diſtribut. p. 1. quæſt. 3.
num. 10. & 11. Lara de Capellan. lib. 2. c. 1. n. 35. &
36. cum aliis adductis per *Rotam dec. 685. n. 1. ad 7.*
coram Merlin,

Nec in vim tranſactionis anni 1611. quoniam in
illa, ut præfertur, ſolùm tribuuntur Capellano Ma-
jori Curato tertia pars Decimarum, aliaque jura,
dictæ Capellaniæ Curatæ annexa, quæ interpretari
debent de Juribus, & emolumentis Parochialibus,
non verò de illis, quæ debentur Clericis reſidenti-
bus, & impendentibus ſervitium perſonale in reci-
20 tandis Divinis Officiis, ea regula, quòd omnes con-
tractus, & diſpoſitiones ſumunt interpretationem à
Jure, & à conſuetudine. *Cravet. conſ. 20. n. 7. & conſ.*
342. n. 10. Card. Mant. de Tacit. l. 3. tit. 9. n. 11. Rot. dec.
42. n. 29. coram Card. Cerro.

Minuſque demùm in vim antiquæ conſuetudinis,
nam tam ex ſententiis in rem judicatam tranſactis,
quàm ex depoſitionibus teſtium, quàm etiam ex plu-
ribus aliis Concordiis particularibus, initis inter Ab-
batem, & Beneficiatos, datis *in hodierno Summario*
Beneficiatorum n. 11. uſque ad 30. conſtitit, Abbatem,
tanquam Capellanum Majorem, nunquàm percepiſſe
ratione Curæ ullam partem Maſſæ groſſæ, & Anni-
verſariorum, ſed iſta ſemper fuiſſe diviſa inter Be-
neficiatos; ſolùmque Capellanum Majorem fuiſſe ad-
miſſum ad participationem hujuſmodi Diſtributio-
num, tanquàm unum ex eiſdem Beneficiatis, quoties
unà cum aliis in Divinis Officiis interfuerat, & in-
ter alia documenta ad hunc finem exhibita, notabi-
lis eſt ſententia anni 1404. lata à Priore ipſius Mo-
naſterii Naxarenſis, qua pronunciatum fuit, Capel-
lanum Majorem, circa participationem dictorum emo-
lumentorum, eſſe debere ejuſdem conditionis, ac ſim-
plicem Beneficiatum *dicto Summ. n. 9.* ac proindè cum
concurrat in caſu conſuetudo pluſquàm 200. anno-
rum, quòd Maſſa groſſa, & Anniverſaria diſtributa
fuerunt inter Beneficiatos reſidentes, operatur talis
conſuetudo, ut etiam ſi præfata emolumenta eſſent
de Jure Parochiali (licèt verè talia non ſint) ad- 21
huc per illam derogatum eſſet Juri communi, cum
ad hunc effectum inducendi legitimam diviſionem in-
ter Curatum, & Beneficiatos circa emolumenta Pa-
rochialia, ſufficiat ſpatium 40. annorum, ut dixit
Rot. coram Verall. dec. 306. p. 3. & in hac Cauſa *coram*
Ubaldo dec. 79. n. 3.

Ad limites igitur dictæ Sententiæ anni 1404. &
conſuetudinis, Domini dixerunt, obventiones Maſſæ
groſſæ, & Anniverſariorum, ſpectare ad Beneficia-
tos, & ex illis participare poſſe Abbatem, tanquam
unum ex Beneficiatis, dummodò interſit actu cum
aliis Divinis Officiis,

Quod verò ſpectat ad Decimas totius hordei, &
avenæ, Domini dixerunt conſtare de Cauſis, quia
iſta in ſententiis *Ubaldi*, *& Emerix*, adjudicata fue-
runt Abbati ſimpliciter, quod repugnat ſententiæ præ-
fatæ anni 1404. in qua ſuam fundat intentionem Ab-
bas, dum in ea illi conceſſa legitur tota Decima præ-
dicta, cum onere ſubſtentandi mulam pro ſervitiis
neceſſariis Capituli, & Beneficiatorum. Quapropter
convenerunt ſuffragia, Abbatem exigere poſſe inte-
gram hanc decimam, ſi retinuerit mulam, aliàs ſi
illam retinere noluerit, tertiam tantùm partem per-
cipere poſſet, juxta aliam Sententiam ejuſdem Prio-
ris Naxarenſis, de qua *in Summario Beneficiatorum*,
dato ſub die 11. Februarii præteriti n. 20.

Ex quibus itaque concluſum fuit conſtare de re ju-
dicata in eo, quòd Abbas Eccleſiæ Monaſterialis B.
Mariæ ſit Capellanus Major, & Parochus Eccleſiæ
S. Crucis, quodque uti Parochus percipere debeat
Quartam funeralem, tertiam partem Decimarum,
& dimidiam Oblationum: Conſtare verò de Cauſis
quoad adjudicationem tertiæ partis Maſſæ groſſæ,
& Anniverſariorum, cum hujuſmodi emolumenta
pertineant ad Beneficiatos, & Capellanum Majorem
ex eiſdem participare poſſe, tanquam unum ex Be-
neficiatis, quatenùs cum eis perſonaliter reſideat, ac
rurſus conſtare de Cauſis circa adjudicationem to-
tius Decimæ hordei, & avenæ factam ſimpliciter fa-
vore Abbatis, cum iſti tunc demum debeatur tota
hæc Decima, quatenùs retineat mulam pro ſervitio
Eccleſiæ, & Capituli.

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. MATTHÆJO.

Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii,

Ven. 1. Decembris 1684.

ARGUMENTUM.

Beneficium, relictum Perſonis Eccleſiaſticis, ad hoc
ut non ſubjaceat reſervationibus Apoſtolicis, ſed
cenſeatur adinſtar Juriſpatronatus laicalis, ſufficit
voluntas etiam virtualis Teſtatoris; & conſtito de
tali excluſione reſervationis, non relevat contra-
ria obſervantia, neque ultimus Status conferendi
per Datariam.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, quando vel reticita fuit veritas, vel ſuppoſitum contrarium.*
2 *Non eſt locus reſervationi, quando proviſio, per Datariam facienda, eſſet contra formam, à Teſtatore præſcriptam.*
3 *Immediatum eſt illud, quod omnem inter ſecationem excludit.*
4 *Dictiones* tam, & quàm, *ſunt correlativæ, & omninò antecedentia ſequentibus æquiparant.*
5 *Non eſt recedendum à forma tradita à Teſtatore, ſtante clauſula*, & non aliàs &c.
6 *Juſpatronatus Eccleſiaſticis relictum, eſt de natura ſua indifferens ad recipienda quæcunque pacta, & conditiones, Fundatori laico benevisas, dummodo non ſint impoſſibiles, aut bonis moribus repugnantes.*
7 *Ad excluſionem Reſervationum Apoſtolicarum, ſufficit voluntas Teſtatoris, ſaltem virtualis.*
8 *Non operatur obſervantia interpretativa in claris.*
9 *Proviſiones Apoſtolicæ nunquam mutant ſtatum Beneficiorum, niſi conſtito de expreſſa voluntate Pontificis.*
10 *Per clauſulam* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *remanet Beneficium in ſuo ſtatu, nec Patronis ullum præjudicium infertur.*

DECISIO X.

ADverſus Sententiam Rotalem R. P. D. mei Florez, prævüs duabus Deciſionibus, altera 17. Martii, altera 23. Junii proximè præteriti emanatam, declarantem Literas Apoſtolicas Randoli eſſe exequendas, reclamante Pauluccio, & Capitulo, Cauſa mihi fuit per Signaturam commiſſa cum clauſula — *Parito Literis arbitrio Rotæ*. Undè propoſito per me ſolito dubio, *An iatret arbitrium pro retardatione Literarum Apoſtolicarum*, DD. affirmativè reſolverunt.

Perpenſum enim fuit, in ſupplicatione Randoli non fuiſſe expoſitum, Canonicatum, de quo agitur, eſſe ſecundum legem fundationis excluſivum Reſervationum Apoſtolicarum ad inſtar Juriſpatronatus
1 Laicalis ad favorem Capituli, & Epiſcopi, quin imò fuerit è converſo ſuppoſitum, illud cadere ſub Reſervationibus, indè ſequitur, Literas, tanquam ſubreptitias, & obreptitias, nec juſtificatas, non eſſe exequendas. *Felin. in c. ad aures, ſub n. 4. de reſcript. Rot. coram Celſ. dec. 296. nu. 1. & 7. & coram Dunoz. Jun. dec. 301. n. 2. in rec. dec. 295. n. 1. p. 6. dec. 148. n. 11. & 12. p. 19*

Excluſionem autem Reſervationum Apoſtolicarum manifeſtè deducebant DD. ex modo, & forma à Teſtatore præſcripta circa electionem, & deputationem Capellanorum, & Canonicorum, cum clauſula *& non aliàs &c.* videlicet, *quòd præſentatio, nominatio, electio, ac deputatio, tam in prima conſtitutione, quàm perpetuis futuris temporibus dum, quotieſcunque, & quandocunque caſus vacationis illorum, vel alicujus evenerit, ſpectet, & pertineat, prout dictus Teſtator, ſpectare, & pertinere voluit, & mandavit, ad Reverendiſſimum Epiſcopum pro tertia parte, & ad Reverendiſſimum Capitulum dictæ Eccleſiæ pro duabus aliis tertiis partibus; Inſtitutio verò, ſeu collatio pro tempore nominatorum, & præſentatorum, ac electorum, pariter perpetuis futuris temporibus, dum caſus vacationis contigerit, ſpectet ad Reverendiſſimum Epiſcopum, & ad dictum Capitulum, alternativè tamen, itaut una ſpectet ad Reverendiſſimum Epiſcopum, altera verò immediatè ſequens ad Capitulum, & ſic in perpetuum ſervari debeat.*

Impoſſibile enim eſſet ſervare ipſum modum, & formam, & nunquam verificari poſſet quòd *præſentatio, electio &c.* ſpectaret ad Epiſcopum, & Capitulum perpetuis futuris temporibus, quotieſcumque, & quandocunque caſus vacationis evenerit, ſi in caſibus vacationis, contingentis in Menſibus reſerva-
2 tis proviſio fieret per Datariam, quia aperiretur via providendi alio modo, & forma, quàm fuit à Teſtatore præſcriptum, nempè per Papam, ut ait *Bald. in l. ſi quis ad declarandam, numer. 8. verſic. ego ſæpe. Cod. de Epiſc. & Cleric.* & in his, & ſimilibus terminis, articulo maturè diſcuſſo, ponderarunt *bo. me. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 6. nu. 10. Rot. cor. Royas dec. 94. n. 13. & ſeqq. & diſcurſ. 274. n. 8. & ſeqq. cor. Dunoz. Jun. dec. 769. n. 5. & in rec. dec. 327. n. 3. & ſeqq. part. 15. & dec. 342. n. 1. cum plurib. ſeqq. part. 19.*

Sicut etiam inverificabile videretur, quòd prima inſtitutio, ſeu collatio, ſpectaret ad Epiſcopum, altera verò immediatè ſequens ad Capitulum, ſi media inter utramque collatio Apoſtolica admitteretur; 3
immediatum enim eſt illud, quod omnem interſecationem excludit, ut ait *Barboſ. dict. 150. nu. 3. & 4. Rot. coram Coccin. deciſ. 1872. n. 1. in rec. deciſ. 391. n. 21. part. 13.*

Et quidem ſicut in prima vacatione præſentatio, & electio ſpectabat ex lege fundationis ad Patronos cum nulla tunc intraret vacatio, ſeu reſervatio favore Datariæ, ita & in aliis ſubſequentibus diſcurrendum eſt, cum virtus illarum dictionum *tam*, & 4
quàm, ſit correlativa, & omninò primam præſentationem ſubſequentibus æquiparet. *Barboſ. dict. 400. n. 2. Rot. coram Peutinger. dec. 166. nu. 5. & coram Coccin. dec. 2303. n. 3.*

Minimè refragante, quòd verba illa — *quotieſcunque, & quandocunque caſus vacationis evenerit*, & *immediatè*, intelligi poſſint diſcontinuativè, ſeu diſcretivè de menſibus non reſervatis, prout ſubjecta materia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici expoſtulat, ut firmant Deciſiones contrariæ R. P. D. Florez, & ſignanter prima in §. *Quia licèt*; Hoc enim eſſet violare ſenſum, & proprietatem verborum, & deſtruere modum, & formam, tam enixè geminatis ver- 5
bis à Teſtatore demandatam cum excluſione cujuſcunque alterius ex vi clauſulæ *& non alias &c. Barboſ. clauſ. 81. n. 1. & dict. 220. n. 1. Rot. dec. 61. num. 4. part. 1. & dec. 96. num. 5. part. 17. rec.* quam formam admittit etiam Juſpatronatus Eccleſiaſticis relictum, 6
cum ſit de natura ſua indifferens ad recipiendum quæcunque pacta, & conditiones, Fundatori laico benevisas, dummodò non impoſſibiles, aut bonis moribus repugnantes, ad *Text. in cap. nobis, juncto cap. præterea*, ubi Doctores, *de Jurepatronatus, Lotter. de Re Benefic. lib. 2. p. 19. nu. 4. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. n. 12. Card. de Luc. de Benef. diſc. 6 n. 10. Rot. in Romana Juriſpatronatus coram Sacrat. impreſſ. apud Vivian. de Jurepatr. p. 1. lib. 4. c. 9. ſub n 56. coram Royas dec. 252. n. 3. & dec. 274. n. 4. & 7. Dunoz. Jun. dec. 769. n. 5. in rec. dec. 157. nu. 5. p. 7. & in Florentina Capellaniæ 7. Martii 1677. §. Viſum eſt, coram Bourlemont.*

Atque hinc conſtito de clara voluntate Fundatoris excludendi Reſervationes Apoſtolicas, & erigendi 7
Canonicatum, & Capellanias ad inſtar Juriſpatronat. Laicalis, ſi non expreſsè, ſaltem virtualiter, quod ſufficere dixit *Rot. coram Royas dec. 274. à nu. 4. uſque ad finem Dunoz. Jun. dec. 769. num. 4. & ſeqq. in rec. dec. 327. n. 3. & 4. p. 15. dec. 242. nu. 3. & ſeqq. part. 19.* ceſſare viſa fuit diuturna obſervantia, & ultimus ſtatus conferendi per Datariam, conſideratus in Deciſionibus contrariis. Aut enim loquitur de ob-
ſervantia interpretativa; & cum teſtamentum Bar- 8
buglii ex tot circumſtantiis undequaque ſit clarum, illa non meretur attendi. *Rot. dec. 225. n. 8. & ſeq. p. 19. recent. & alibi paſſim*: aut loquimur de præſcriptiva etiam mutatione ſtatus perpetua, & non conſtito de voluntate Pontificis, ſine qua proviſiones Apo- 9
ſtolicæ nunquam mutant ſtatum in præjudicium Patronorum, & incaſſum allegatur. *Roſ. de Execut. Literarum Apoſtolicarum p. 1. cap. 6. n. 112. dec. 252. n. 11. cor. Priolo. Eminentiſſ. Otthobon. dec. 224. n. 17. rec. dec. 330. n. 31. & ſeq. p. 9. & deciſ. 372. nu. 13. p. 18.* quæ voluntas Pontificis tantùm abeſt, quòd effulgeat in præſenti hypotheſi, ut potiùs de contraria appareat ex clauſula *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, in ſingulis proviſionibus appoſita, per quam clarè dignoſcitur, Papam noluiſſe mutare ſtatum Beneficii, 10
nullumque Patronis præjudicium inferre. *Barboſ.*

Google

claſ. 45. n. 2. Rot. poſt Vivian. de Jurepatronat. dec. 29. num. 4. in recent. deciſ. 224. num. 9. & ſeqq. part. 12. & deciſ. 421. n. 36. part. 18. tom. 2. & dec. 274. n. 6, & 7. part. 19.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Compoſtellana Jurium Parochialium.

Luna 4. Maji 1705,

ARGUMENTUM.

Beneficium, Curam animarum annexam habens, non repletum in tempore, ſtabilito per SS. Canones, Conc. Trid. & Conſt. Pian. devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. An Capitulum, occaſione particularis adminiſtrationis Bonorum, conceſſæ uni ex Canonicis, poſſit in eum transfundere Jus præſentandi ad aliquod Beneficium, ita & taliter, ut illud, durante tempore dictæ Adminiſtrationis, poſſit exercere quicumque eidem Canonico in hæreditate ſucceſſerit,

SUMMARIUM.

1 *Ad quos effectus fieri permittantur uniones Beneficiorum.*

2 *Non reprobatur in Jure Pontificio alternativa inter Patronos, circa exercitium Juris præſentandi.*

3 *Beneficia, quibus inhæret Cura animarum, diutiùs, ſive ultra ſex menſes vacantia, devolvuntur ad Sedem Apoſtolicam*, & numer. 7. 9. & 10.

4 *Sententia in Cauſa, aliàs de ſui natura appellabili, poſt lapſum decem dierum, Parte non reclamante, tranſit in rem judicatam.*

5 *Ad conſtituendam verò rem judicatam, deſiderari ſolet ulteriùs concurſus Juſtitiæ*, & n. 6.

8 *Cedens, facto proprio præjudicare non valet Ceſſionario.*

11 *A quibus tractetur de Synodo Provinciali, diſponente, etiam in Parochialibus Juriſpatronatus fieri debere concurſum.*

12 *Non ſufficit ſimplex petitio affixionis Edictorum pro Concurſu, niſi etiam intra debitum tempus ſequatur nominatio.*

13 *In Beneficiis, ſive ſimplicibus, ſive Curatis, ad Epiſcopum aliud non ſpectat, quàm recognoſcere idoneitatem præſentati.*

14 *Diſpoſitio* S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform. *circa præſentationem, à Patrono Eccleſiaſtico faciendam infra decem dies, nec per Conſtitutionem particularem, neque per ſtylum contrarium, abrogari poteſt.*

15 *Totum Jus Capituli ad præſentandum, ſtante Turno, inter Canonicos exiſtente, reſidet in Canonico Turnario.*

16 *Jura pertinentia ad aliquod Collegium, Univerſitatem, vel Capitulum, nequeunt exploeri à non exiſtente de gremio.*

17 *Jus conferendi, nominandi, vel præſentandi, connumeratur inter fructus.* Declara n. 18.

19 *Regulariter non cenſentur transfuſa, ſeu ceſſa niſi ea, quæ de Jure transfundi, ſeu cedi poſſunt.*

20 *Omnia Edicta, Decreta, & Conſtitutiones, interpretari debent ſecundum honeſtam rationem.*

21 *Jus præſentandi tranſit cum univerſitate bonorum.*

22 *De mercimonio ſuper re ſpirituali, quod SS. Canones perhorreſcunt.*

DECISIO XI.

ILla unio Beneficiorum, quæ in Jure Pontificio, ſeu Canonico, fieri ſolet, vel pro neceſſaria manutentione unius, aut alterius Rectoris, vel pro com-
1 modiori ſubſtentatione Curæ; vel ad alios effectus;
de quibus *Gonzal. lib. 5. Decretal. tit. 31. cap. 8. num. 3. Cirin. in Jus Canon. in Partit. lib. 5. Decretalium tit. 48. in fin. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 614. num. 2. Capon. diſcept. 150. num. 4. & ſeqq. Pax Jor. lucubrat. diverſ. tom. 2. lib. 9. tit. 2. num. 413. Pilaia Dec. Pontific. tom. 2. lib. 3. dec. 3. n. 25. Rot. dec. 331. n. 3. p. 11. & dec. 244. num. 7. part. 15. rec.* in hac hypotheſi
effecit, quòd Beneficia in honorem *S. Eulaliæ* incliti
Cathaloni Principatus Protectricis: nec non *S. Michaelis*
fundamentalis, erecta per modum unius (adjecta,
vel inhærente Cura animarum) quaſi poſſiderentur
circa exercitium Juris præſentandi à Ven. Capitulo
Eccleſiæ Compoſtellanæ, nec non à Monialibus Monaſterii *S. Pelagii*, quæ vernacula lingua nuncupa-
bantur *S. Payo*, idque per modum alternativæ, jux- 2
ta conſilium, & ſanctionem expoſitam in *Clementina*
Plures §. Et ut faciliùs, de Jure Patronat. Cumquè
utriuſque Beneficii uniti noviſſima vacatio contigiſ-
ſet ſub *die 14. Martii 1697.* nemine comparente in
concurſu per Ordinarium indicto, locum præbuit Pe-
tro Eſpinos, ut idem Beneficium impetraret à S. Se-
de in vim Sacroſanctæ Conſtitutionis *B. Pii V. in 33.* 3
ſedulò invigilantis ſub pœna reſervationis, ne Be-
neficia habentia Curam animarum vacent diutiùs,
ſive ultra *ſex menſes*. Quapropter fruſtra in oppoſi-
tum adlaborante poſt hæc quadam Iſabella, vel Joan-
ne Martino Caſſado, ejus ceſſionario, ex rationibus,
& motivis mox exprimendis, non minùs primus E-
xecutor Literarum Apoſtolicarum ejuſdem Petri,
quàm Nuncius Hiſpaniarum, & poſtremo loco Tri-
bunal *coram R. P. D. meo Lancetta*, ſtetit pro Petro;
Hodie verò reaſſumpta diſputatione apud *Dominos*,
etiam ex officio, hoc idem unanimiter extitit con-
firmatum uſque ad reſcriptum finaliſſimum — *Conſta-
re de re Judicata*,

Nam quippè nulla ſuberat quæſtio ſuper verifica-
tione præfatæ rei judicatæ quoad Ordinem Judicii;
Dum noviſſimè reſcribente Signatura Juſtitiæ cum
Clauſula *ſine præjudicio*, poſt judicatum *R. P. D. mei
Lancettæ* declarans non eſſe locum arbitrio pro re-
tardatione Literarum Apoſtolicarum, quas Petrus ob-
tinuerat, nemo auſus eſt comparere, qui in hodier-
na Audientia infringere ſatageret idem judicatum,
& propterea eo magis intrabat Reſponſum *Domino-
rum* ſuper conſiſtentia Rei judicatæ; dum Literæ
Apoſtolicæ, ſibi promerentes debitam, & abſolutam
venerationem, ſecum ferebant, alio non obſiſtente,
remedium executivum, & importantiam ejuſdem Rei
judicatæ, & quòd etiam Cauſæ de ſui natura appel-
labiles, poſt lapſum nedum, ut ad præſens, unius
anni, ſed etiam poſt ſimplices decem dies, in contu- 4
maciam Partis non reclamantis tranſeant in rem ju-
dicatam, teſte *Gravet. conſil. 103. num. 1. Rot. dec. 5.
de ſent. excomm. in nov. deciſ. 333. & deciſ. 547. utrobique
n. 1. cor. Cerro, dec. 574. n. 1. cor. Priol. dec. 176. nu. 2.
p. 4. rec. dec. 178. n. 1. p. 6. & in Romana Prælaturæ de
Vecchiarellis 2. Junii 1698. §. Hæc quoad ſorores, cor. Me,
inter hactenus impreſſas dec. 46.*

Quia verò ad conſtituendam rem judicatam, ultra
ordinem Judicii, & lapſum temporis, deſiderari ſo- 5
let concurſus Juſtitiæ, ſecundùm ea, quæ habentur
paſſim examinata, & diſcuſſa, & præ cæteris in *Min-
donien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis 22. Januarii
currentis anni, coram Me, & ante eam in deciſ. 665.
num. 2. ubi Addit. n. 9. coram Pamphil. deciſ. 143. n. 7.
cor. Priol. & dec. 837. num. 16. cor. Emerix Jun. & in re-
cent. dec. 132. num. 10. part. 7. dec. 24. nu. 1. p. 11. dec.
219. n. 1. part. 16. deciſ. 814. n. 1. part. 18. & dec. 129.
n. 1. part. 19. Domini* agnoverunt in hoc caſu, ad mu-
niendum præfatum ordinem Judicii intercedere quo-
que ad exuberantiam clariſſimam juſtitiam favore
Petri, & idcirco de viribus rei judicatæ ad ejus fa-
vorem eo minùs dubitari poſſe, quemadmodum pro-
ſequendo habetur *in dec. 104. num. 2. coram Pamphil.
dec. 155. n. 2. coram Priol. & in recen. deciſ. 346. num. 1.
tom. 3. part. 19.*

Siquidem ex litera unionis abundè liquebat, quòd originaliter unio prædicta facta fuerat Decano, & Capitulo, nec non Monaſterio Monialium *di S. Payo*, proindeque, cum nemo ex his deveniſſet ad præſentationem in tempore ſtabilito per *Sacros Canones, Concilium Tridentinum, & Conſtitutionem Pianam*, rectè valuit Petrus, ad limites ejuſdem Sacroſanctæ Conſtitutionis Pianæ, in Beneficio ſecum ferente pabu-

lum

lum Animarum , impetrare ex capite devolutionis ,
7 à S. Sede reparatrice horum abuſuum, controverſam
Parochialem, ſecundùm ea quæ in terminis adnota-
runt *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 130. Ven-
trigl. in Prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. n. 4. Novar. in
Summa Bullar. Comment. 45. nu. 5. & 3. Antonell. de
Regimin. Eccleſ. l. 3. c. 6. n. 18. Card. de Luc. de Jure
Patr. diſcurſ. 6. n. 14. Adden. ad Gregor. dec. 494. n.
3. Rot. cor. Ubag. dec. 80. n. 7. dec. 150. n. 6. p. 17.
& dec. 395. n. 2. p. 19. rec. & habetur in dec. hujus
Cauſæ ſub die 29. Januarii 1705. coram R. P. D. meo
Lancetta §. Arbitrium.*

In nihilo obſiſtente, quòd Capitulum transfuderit
Jura propria in Canonicum Arrendatarium cujuſdam
Tenutæ Capitularis, compellatæ *de Vega*, cujus fue-
rat ultimus Adminiſtrator, ſeu Arrendatarius Cano-
nicus Peralta, cumque hujuſmodi Affictus perduraret
uſque ad totum *menſem Julii anni* 1697. mora proindè
Capituli in præſentando nocere non poſſet habenti
8 cauſam ab eodem Peralta, juxta ea, quæ paſſim ha-
bemus in terminis ceſſionis apud *Surd. conſ. 22. n. 29.
& ſeqq. Neguerol. allegat. 22. n. 12. & 13. Ole. de Ceſ-
ſione Jur. tit. 8. qu. 2. per tot. Rot. penes Contr. Diſcept.
dec. 133. nu. 7. & inter recollect. per Balducc. ad Ra-
mon. dec. 12. n. 6. tom. 2. & in rec. dec. 403. n. 8. in
fin. p. 2. & dec. 455. n. 8. p. 18.*

Subſiſtebat etenim ſemper reſponſio , quòd nec
præfatus Canonicus Peralta , nec Iſabella ejus ma-
ter, prætenſa ſucceditrix , & hæres in Affictu , ul-
libi in termino præfatorum ſex menſium devenerat
ad alicujus præſentationem : ſicque ſemper ad nor-
9 mam Juris factus erat locus devolutioni, de qua latè
diſſectum fuit in *Foroliuien. Canonicatus Theologalis 25.
Junii* 1700. *coram Me* , quemadmodum ſtante deceden-
tia , & tranſcurſu temporis , providè ordinati pro re-
pletione Beneficii , & reſpectivè præſentatione ,
ſeu nominatione , aut collatione illorum , ad quos
10 ſpectat , ultra ſupra relatos proſequuntur *Murg. de
Beneſ. q. 7. §. 7. à n. 383. & ſeqq. Corrad. in Praxi Bene-
ficial. lib. 3. cap. 3. n. 5. verſic. quintus caſus . Rot. deciſ.
502. cor. Ubag. per tot. & in Aprutina Præpoſitura de He-
veta 28. Januarii 1695. §. Hoc namque , coram bon.
mem. Urſino .*

Senſerant Informantes in præcedenti inſtantia co-
ram *R. P. D. meo Lancetta* ineluctabilem efficaciam
fundamenti ; ideoque , recorſum habuerunt ad aſy-
lum , quòd vigore cujuſdam Synodi Provincialis ,
etiam in Parochialibus obligatis oneri Patronatus ,
fieri deberet concurſus : Cumque Iſabella inſtetiſſet
pro Edictorum affixione , id enervaret , ac tolleret
mutam , in qua fundatur devolutio . Verùm quidquid
11 eſſet de ſanctione hujus Synodi Provincialis, de quo
extra tamen terminum præſentis indaginis , oblo-
quuntur *Garzias de Beneſic. p. 9. c. 2. nu. 40. Ventrigl.
in Prax. tom. 2. adnot. 5. §. 1. n. 12.* nuſquam debebat
Iſabella deſiſtere à ſua nominatione , facienda intra
terminum, à Sac. Concilio Tridentino, & Conſtitu-
tione Piana præſcriptum , aliàs in grave præjudicium
12 animarum , Oves remanerent ſine Paſtore , & per
ſimplicem petitionem affixionis Edictorum nimis frau-
daretur mens Concilii , & Pontificis , ſecundum ea ,
quæ videtur innuere *Ventrigl. in Prax. tom. 2. annotat.
5. §. 5. nu. 12.* & ulteriùs proteſtari eadem Coſtitutio
Synodalis per illa verba — *Dummodo circa præſtatio-
nem &c. quæ à Sacro Concilio Tridentino ſtatuta ſunt ,
obſervetur* , quam refert *Cardin. de Aguirre tom. 4.
Concilior. Decreto 3. pag. mihi* 105. Quando in Bene-
ficiis , ſive ſimplicibus , ſive Parochialibus aliud mu-
nus non pertinet ad Epiſcopum , quàm recognoſcere
13 idoneitatem Præſentati, ut legitur ſancitum *in Conc.
Trident. de reform. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. peracto* , & tra-
dunt *Meſſobr. in Prax. haben. Concurſ. requ. 5. dub. 2. Bar-
boſ. de Paroch. p. 1. c. 2. nu. 124. & 129. Rot. coram Bu-
rat. dec. 22. n. 28. & ſeqq. dec. 90. per totam , & in rec.
dec. 576. n. 3. & 4. p. 18.*

Et quando uſquam auditum fuit in Jure , quòd
(quidquid ſibi blandirentur præfati Informantes per
ſuppoſitionem ſtyli illarum partium) petitio affixio-
num Edictorum ad Patronum non pertinens haberi
poſſet pro effectiva præſentatione , reſiſtente forma
Concilii , quod jubet , Patronum infra decem dies

præſentare debere , ut in *ſeſſ. 24. c. 18. de reform.* quæ-
ve ſanè forma Ecumenica Conciliaris , neque per
Conſtitutionem particularem , neque per ullum ſty- 14
lum , neque per privatas perſonas poterat ſperni ,
ſed ad unguem erat religioſè obſervanda , ut paſſim
habetur, & ſignanter penes *Pignatellum Conſult. Cano-
nic. 3. n. 12. tom. 4. Card. de Luc. de Beneficiis diſcur. 96.
n. 9. & in Annotat. ad Concil. diſcurſ. 2. nu. 15. & 16. &
diſcurſ. 33. n. 9. Rot. dec. 620. nn. 1. 2. & 3. coram Bich.
dec. 90. n. 8. p. 16. rec.*

Cæterùm hæc omnia erant etiam in ſua quiddita-
te ſuperflua : nam hodie tractabatur de exercitio Ju-
ris præſentandi , ſeu nominandi , quod tentabat im-
plere Iſabella ; quodve mirabilius erat , Joannes Mar-
tinus Caſſado ejus ceſſionarius , & tamen , ut præmi-
ſimus , vigore Unionis attinebat hujuſmodi Jus per
circulum alternativum Capitulo , & Monaſterio .
Undè eſto millies , quòd rationabiliter , ex principio
hactenus ignoto , idem Jus præſentandi , ſive illius
exercitium , valuerit ſpectare ad Arrendatarium Te-
nutæ, ſeu Bonorum *de Vega* , potuit hoc ad ſummum
militare , quoties in effectu præſentaret Canonicus Af-
fictuarius , ſemper quippè ille , tanquam Canonicus,
& exiſtens de gremio Capituli , illius jura valebat
legitimè repræſentare ; ſicuti habemus quotidie pra-
cticatum etiam in Urbe noſtra , Matre Religionis , 15
& in ipſis Regnis Hiſpaniarum in propoſito Cano-
nici Turnarii , deſcripti in illa , vel illa Hebdoma-
da , ſeu Tabella , ſecundum ſæpiùs canonizzata per
Tribunal , ut in *dec. 14. n. 1. & 2. p. 12. rec. & in Ro-
mana Clericatus Beneficiati S. Petri 13. Maji 1695. cor. R.
P. D. meo Priolo , inter impreſſ. ad Card. de Luc. de Be-
nefic. deciſ. 23. & 24. & in Hildeſimen. Canonicatus 11.
Aprilis 1702. in princip. cor. Me , & in Segobien. Ca-
nonicatus 3. Julii 1704. pariter in princip. cor. R. P. D.
meo Scotto .*

Aſt quòd fœmina ſucceditrix in materialitate Af-
fictus poſſet exercere ea , quæ competebant Capitu-
lo , vel per diviſionem ejuſdem exercitii uni , vel al-
teri Canonico , reddebatur imperceptibile , & imper-
vium , obſiſtente regula , quòd Jura pertinentia ad 16
aliquod Collegium , Univerſitatem , vel Capitulum ,
nequeunt expleri à non exiſtente de græmio ejuſdem
Univerſitatis Collegii , vel Capituli . *Abb. in c. Scri-
ptum n. 510. ibidem Imol. n. 6. verſ. nec mirum , de electio-
ne . Bartol. in lib. 5. C. de princip. agen. in reb. lib. 12. La-
vor. Variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 17. num. 45. &
ſeq. Barboſ. de Can. & Dignitat. cap. 39. num. 14. Tambu-
rin. de Jur. Abbat. diſp. 5. quæſt. 4. nu. 3. latè Gratian.
in Addit. ad deciſ. Marcb. 157. à num. 9. cum pluribus
ſeqq. & diſcept. forenſ. 482. in fin. Rot. deciſ. 275. n. 5.
& ſeq. cor. Duran. & in Romana Clericatus Beneficiati S.
Petri 13. Maji 1695. §. Verùm , ad fin. cor. R. P. D.
meo Priolo , inter recollect. ad Cardinal. de Luc. de Bene-
ficiis dec. 23.*

Haud relevante , quòd cum Affictus perduraret per
totum menſem Julii , & interim ſucceſſerit vacatio
Beneficii , nec non obitus Canonici Peraltæ , Iſabel-
la valuerit , tanquam legata pro conſumatione ejuſ-
dem Affictus , perfrui quoque de hoc Jure nominan-
di , præſentandi , utpotè adſcribendo inter fructus
ejuſdem Affictus ; ſicuti in ſuis terminis connume- 17
ratur , & exiſtit Jus , ſive exercitium conſerendi , no-
minandi , vel præſentandi , ex his , quæ originaliter
adnotavit *Gloſſ. in cap. cum olim , Extr. de major. & obed.
& in cap. cum Bertoldus , Extr. de re judicat* & proſequi-
tur *Bald. in l. cæterum num. 5. C. de uſufruct. & in l. 2. nu.
77. C. de ſervitutibus , & aqua . Coccin. Junior. conſil. 203.
n. 5. lib. 2. Menoch. conſil. 66. num. 6. Molin. de Hiſpan.
Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 2. Auguſtin. Barboſ. de Ap-
pellat. V. Uſufructus , num. 21. Barbat. de Diviſ. Fruct.
part. 2. cap. 16. num. 2. & ſeqq. & n. 18. Card. de Luc. de
Dot. diſcurſ. 160. nu. 32. & de Jure Patronat. diſcurſ. 41.
nu. 6. & 7. & ſæpiùs affirmavit Rot. dec. 10. de Jur. Patr.
in nov. & cor. Martica dec. 140. n. 5. cum aliis in Com-
pſana Abbatiæ 25. Aprilis 1698. cor. bon. mem. Urſino ,
relata in Beneventana Beneficii 7. Martii 1704. §. Aſſe-
rebatur poſtremo , cor. Me .*

Id quippe potuiſſet ſibi locum vindicare , ubi jus
præſentandi , nominandi , & conferendi , fuiſſet propriè
annexum eidem Tenutæ , vel Bonis *di Vega* , & non

18 eſſet claté ab initio præſervatum Capitulo, quia data neceſſitate, ſeu ſtabilimento hujus Juris in Capitulo, illud quidem ad ſummum poterat, ex ratione, de qua ſuperiùs, transferre, & ablegare uni de ſuo gremio, & inſimul Arrendatario; ſed nunquam illud à ſe abdicare, ut Jus conceſſum à Capitulo poſſet per fœminam expleri, proindèque memorata concluſio, quòd jus præſentandi veniat in fructu, temperanda erat ad ſenſum Juris, poteſtatis, & rationis, videlicet, de iis fructibus, qui incompatibiliter
19 poſſent in fœminam, vel extraneum tranſire, ut dicimus de omni generica transfuſione Jurium, ſeu ceſſione, per *Teat. in cap. Privilegium, de Regul. Jur. in 6. per Bald. conſ. 31. n. 2. verſ. quia mutato volum. 1. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 7. n. 45. Graſſ. de Effect. Cler. effect. 2 n. 361. Rodriquez de Annuis Redditib. lib. 3. q. 4. n. 41. Ole. de Ceſſ. Jur. tit. 6. q. 2. n. 32. Gallerat. de Renunciat. lib. 1. c. 4. n. 52. verſ. nam privilegium. Noal. de Transmiſſ. caſ. 22. nn. 2. & ſeqq. Rot. poſt Cenc. de Cenſibus dec. 480. n. 9. & 10. & dec. 76. nu. 14. & 15. p. 15 rec. & in Ferrarien. Fructuum 11. Maii 1705. §. Agnita hac veritate, & §. final. coram R. P. D. meo Caprara.*

Maximè quia Capitulum, quod fecerat, hanc impropriam annexionem, ſolemniter ſanciverat, nè hujuſmodi Tenuta arrendaretur perſonis extraneis, ſive extra gremium Capituli, ſignum evidens, quòd nuſquam intellexerat, tranſportare extra gremium Capitulare bona, quæ laudabiliter in caſu ſuo habebant connexam hanc facultatem præſentandi; aliàs ſi actum fuiſſet de arrendamento bonorum indifferentium, & temporalium, utique non adjeciſſet hanc
20 prohibitionem, quemadmodum parere videtur ſenſum, & ſuggerit honeſta ratio, juxta quam ſemper interpretari debent omnia Edicta, omnia Decreta, & Conſtitutiones, teſte *Valenzuel. conſil. 63. à n. 144. & ſeqq. lib. 1. Rocc. ſelect. Juris diſput. c. 57. num. 63. Bonden. collectat. legal. 20. n. 221. p. 2. Fontanell. dec. 466. n. 8. Cenſal. dec. Lucca 15. nn. 104. eadem Rota Luc. inter recollect. per Palm. Neap. dec. 326. n. 10. & 11. p. 4. Rot. in recent. dec. 388. à n. 12. & ſeqq. p. 5. & dec. 95. n. 16. p. 16.*

Et ob id aures *Domini* præbere nequiverunt prætenſioni eorundem informantium ſuper eo, quòd iſtud Jus præſentandi foret annexum memoratis Bo-
12 nis, ſive Tenutæ, cum non tractaretur de aliqua Univerſitate bonorum, ad terminos *Textus in c. ex literis, ubi Fagnan. n. 32. de Jure Patronat. Abb. in c. querelam 15. eod. tit. cum aliis in Mediolanen. Prioratus 3. Maii 1704. §. Adhuc probationem, coram Me*, & ab extra nullus daretur fumus hujus annexionis: Teſtes etenim, qui circumferebantur ſuper præſentatione fieri ſolita à Canonico Arrendatario, rectè ad terminos diſcurſus hucuſque habiti procedebant, quotieſcunque nimirum Tenuta, ac bona, ſtetiſſent penes Canonicum capacem induendi figuram repræſentativam Capituli, aliàs ſi Capitulum diverſimodè intendiſſet (deducendo argumentum ab abſurdo ſemper vitando) per hanc prætenſam annexionem Bonis, & Tenutæ particulari, videretur pro augendo affictu feciſſe Mercimonium de Parochiali, naturaliter non annexa eidem Tenutæ, & Bonis contra
22 perhorreſcentiam Sacrorum Canonum, de quibus *Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 12. nu. 19. Far. ad Covarruv. lib. 1. c. 17. n. 21. Mareſcot. Var. Reſolut. lib. 2. cap. 55. n. 12. Garz. de Beneficiis p. 3. c. 9. n. 14. & ſeq. Corrad. in Prax. Beneficial. lib. 4. c. 5. ſub n. 39. verſ. fin. Mangil. de Evict. q. 127. nu. 15. verſ. nam alias, cum ſeqq.* cum aliis adductis *per Rot. in Gerund. Beneficii 5. Junii 1699. §. Nec obſtat, coram R. P. D. meo Caprara, & in Aſculana ſubhaſtationis hæreditatis 10. Decembris 1704. §. Tantoque minùs, coram R. P. D. meo Muto.*

Et ita in hac noviſſima, & devolutiva Inſtantia informante ſolum Petro, animadverſum, & reſolutum fuit.

R. P. D. DELL' OLMO.

Cracovien. Archidiaconatus

Ven. 12. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Non inducitur ſubreptio poſterioris Gratiæ ex falſa narrativa Diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, præſertim quando reverà non ſunt incompatibilia; neque ex reticentia veri, conſtito de expreſſione facta, juxta ultimum ſtatum Beneficii, & bona fide. Quando reticentia qualitatis reſidentialis faciat Gratiam obreptitiam.

SUMMARIUM.

1 *Negativa Diſpenſationis Apoſtolicæ probatur ex diligentiis factis in Regiſtris Datariæ, in quibus ſimiles Diſpenſationes adnotantur.*

2 *Falſitas narrativæ diſpenſationis obtentæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, non reddit Gratiam ſubreptitiam, quoad acquiſitionem novi Beneficii, dummodo per Impetrantem expoſita fuerint S. Pontifici omnia Beneficia, præcedenter poſſeſſa.*

3 *Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ requirunt perſonalem reſidentiam.*

4 *A falſa expreſſione illius, quod non erat neceſſe exponere, nullum ſubreptionis caput exoritur.*

5 *Quando excluſa remaneat qualitas Collegialitatis.*

6 *Ad ſalvandam Gratiam à vitio obreptionis, ſola dubietas ſufficit.*

7 *Gratia obtenta, abſque expreſſione Beneficii, jam poſſeſſi, tanquam ſubreptitia, non valet*, & numer. 10.

8 *Ultimus ſtatus, expreſſioni conformis, ſuffragatur ad ſalvandam Gratiam ab obreptione.*

9 *Et ſufficit, quòd expreſſio facta fuerit bona fide, juxta ſtatum, in quo de tempore impetrationis Beneficium reperiebatur.*

11 *Reſidentia, poſita in arbitrio Ordinarii, non dicitur præciſa, ſed cauſativa, non apta, ob ipſius reticentiam, inducere ſubreptionem.*

12 *Quando præſumatur abrogata qualitas reſidentiæ, in fundatione Beneficii præfinita, ab Ordinario, à cujus arbitrio pendebat.*

13 *Duo Beneficia, perſonalem reſidentiam requirentia, tanquam incompatibilia, non poſſunt, abſque diſpenſatione Apoſtolica, retineri.*

14 *Habentes Canonicatum in Cathedralibus, vel Collegiatis, non obſtantibus contrariis Statutis, vel conſuetudine, ad reſidentiam cogendi ſunt.*

DECISIO XII.

REvocatis ſub die 13. Februarii ſuperioris anni ad novum examen fundamentis *Deciſionis coram Me editæ 12. Maji 1698.* cum Andreæ defenſores ad ſtabiliendam tria ſubreptionis, & obreptionis capita, quibus narrata in Literis Apoſtolicis Joannis de falſitate redarguere contendebant, admodum inſiſterent ſuper qualitate reſidentiali Canonicatuum, & Beneficiorum, quæ idem Joannes præcedenter obtinebat, placuit Dominis reſolutionem differre, mihique inſimul injungere, ut informationem à Reverendiſſimo Nuntio Poloniæ ſuper dicta qualitate exquirerem: quo hodie expleto, illiuſque relatione in Actis dimiſſa, cum Patres iterum conſuluerim ſuper dubio, *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, reſponſum mihi dederunt: *In deciſis juxta modum.*

Nullum enim ex dictis tribus capitibus, etſi hodie latiori methodo repetitis, valuit Dominos retrahere, quo minùs eorum votum pro executione dictarum Literarum iterum proferrent. Non quidem primum, ex eo deductum, quòd Joannes Pontifici expoſuerit, ſe geminos Canonicatus obtinere cum di- 5 ſpenſatione Apoſtolica, quando tamen negativa il-

lius

lius impetrationis probata remanet ex diligentiis fa-
ctis in Regeſtis Datariæ, in quibus ſimiles diſpen-
ſationes adnotantur, ex deductis per *Rot. in Neapoli-
tana Penſionis 26. Novemb. 1696. §. In præſenti, &
22. Aprilis 1697. §. Deſerta autem, cor. bon. mem. Ur-
ſino*. Nam quidquid dicendum eſſet, ſi Joannes vo-
luiſſet eodem tempore impetrare diſpenſationem ob-
tinendi omnia Beneficia, quo in Caſu expreſſio, quòd
fuiſſet pro geminis jam obtentis diſpenſatus, quoties
non verificaretur, ſubreptionem fortaſſe cauſaret; il-
lud in præſenti certum eſt, quòd dum per ipſum ex-
2 poſita concernunt ſolùm acquiſitionem controverſi
Archidiaconatus, ſatis utique eſt pro validitate Gra-
tiæ illius impetrationis, quòd omnia Beneficia, per
ipſum præcedenter poſſeſſa, fuerint Summo Pontifici
narrata, cum falſitas narrativæ jam obtentæ diſpen-
ſationis operari tantùm valeat, quòd ſi Beneficia ſint
inter ſe incompatibilia, Papa ſuper priorum reten-
tione non diſpenſaverit, minimè tamen poſterioris
Gratiæ ſubreptionem inducere poſſit, ad literalem
*Text. in c. non poteſt 21. §. fin. de præb. in 6. Hoyed.
de incompat. p. 2. cap. fin. n. 72. Gonz. ad Reg. 8. Can-
cell. gloſſ. 15. n. 27. & ſeq. Panimol. dec. 31. adnot. 1.
n. 45. Rot. coram Rombold. dec. 289. n. 3. & ſeqq.*

Addito præſertim, quòd duo memorati Canonica-
tus haud ſunt inter ſe incompatibiles: Quamvis enim
alter ex illis, ſitus in Eccleſia Scarbimirien. requirat
3 perſonalem reſidentiam, eo quia, ut teſtatur in ejus
relatione Reverendiſs. Nuntius *Summ. Andreæ num. 1.*
eadem Eccleſia eſt vera, & propria Collegiata, ut
ex diſpoſitione *S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 12.*
notant *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 18.
Rot. in Moguntina Canonicatus 7. Aprilis 1696. §. Nec
ad evitandam, cor. bon. mem. Urſino*, alter tamen Ec-
cleſiæ S. Georgii in Arce Cracovienſi nullam reſi-
dentiam requirit, ſed tanquàm ſimplex Beneficium
reputatur, quo ſtante, cum uterque ex illis valuiſ-
ſet ab eodem Joanne, ob illorum compatibilitatem,
etiam ſine diſpenſatione obtineri, indè per conſequens
4 emergit, quòd quemadmodum nulla aderat neceſſi-
tas exprimendi diſpenſationem, ita ab illius expreſ-
ſione neque ullum ſubreptionis caput oriri poteſt, ad
tradita per *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. q. 54. nu. 30.
& ſeq. Adden. ad Gregor. dec. 150. nu. 11. Rot. inter
impreſſas poſt 2. vol. conſil. Farin. dec. 270. n. 1. & per
tot.* & in illius confirmatoria in eodem ordine *la 288.
& coram Cocc. dec. 2299. n. 10. cum aliis in dec. quæ
revidetur §. Nec eſt.*

Nec dicatur, quòd dictus Canonicatus S. Georgii
perſonalem pariter reſidentiam expoſcat, tanquàm
æquè erectus in Collegiata. Quia tametſi dicta Ec-
cleſia modernis etiam temporibus nomen Collegiatæ
uſurpet, pluraquè etiam inditia Collegialitatis in ea
concurrant; attamen quia ad præſens in illa defi-
ciunt Arca, & Sigillum, nulla reperiuntur Statuta
antiqua, Canonici reſidentiali Domo non gaudent,
& Canonicatus, tanquàm Beneficia ſimplicia, ſolent
ſine Apoſtolica diſpenſatione conferri habentibus
etiam dignitates incompatibiles, ut obſervat Reve-
rendiſs. Nuntius in dicta ejus Relatione *d. Sum. n. 1.*
5 ex his propterea, vel aſſerta Collegialitas excluſa
remanet, ut iis omnibus enumeratis firmat *Rot. in
Mediolan. Præpoſit. 26. Novembris 1691. §. Non deſunt,
& ſeqq. confirmata 4. Julii 1692. cor. Reverendiſs. D.
meo Molines Decano*, vel adeò redditur dubia, ut re-
quiſitum perſonalis reſidentiæ, ex ea deductum, præ-
6 tenſam incompatibilitatem cauſare non valeat, ſi-
gnanter ad effectum redarguendi Gratiam Apoſtoli-
cam de obreptione, ad quam avitandam etiam ſola
dubietas ſufficit, per ea, quæ tradit *Rot. coram Se-
raph. dec. 857. n. 15. & cor. Bich. dec. 645. n. 25.* &
alibi paſſim.

Pariformiter nec ſubſiſtit ſecundum ſubreptionis
caput, reſultans ex reticita duplicitate Beneficii per
7 eum poſſeſſi in majori Eccleſia Cracovien. *ad Text.
in c. ad audientiam il 2. & cap. ad aures, de reſcript.
Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 56. n. 144. Panimoll.
d. dec. 31. adnot. 1 n. 44.* Cum namque ex uniformi
relatione Reverendiſs. Nuntii, & Ordinarii Craco-
vien. conſtet, quòd licèt de præterito duo inibi ad-
fuerint Beneficia, totaliter diſtincta, ac ſeparata, ni-
hilominùs ab anno 1652. in anteà, tanquam unicum,
& ſimplex ſemper provideri conſueverunt, ſola ex-
preſſio unius, per Joannem facta, exuberans eſt, ne
gratia Archidiaconatus dici valeat obreptitia, cum 8
ultimus ſtatus expreſſioni conformis ſuffragetur ad
ſalvandam gratiam ab obreptione, ad firmata per *Rot.
cor. Cavaler. dec. 540. n. 8. dec. 162. n. 31. p. 12. rec.
& in dec. Reverendiſs. Decani 26. Junii 1697. §. Qua-
mobrem in fin. & in alia edita cor. Me §. Non ittidem.*
Potiſſimùm quia hodie quæſtio non eſt ſuper Colla-
tione ejuſdem Beneficii per unicitatem expreſſi, ſed
de illius qualitate incidenter tantùm tractatur in im-
petratione alterius, undè quidquid ſit, an juxta ſta-
tum præcedentem Beneficia eſſent duo, hoc unum
ſufficit ad elidendam oppoſitam obreptionem, quòd
expreſſio facta fuerit bona fide juxta ſtatum, in quo
de tempore impetrationis Beneficium reperiebatur,
ut proſequitur *d. deciſio coram Me edita §. Parum.*

Demùm nec relevat tertium, deſumptum ex eo,
quòd Joannes qualitatem reſidentialem ejuſdem Be-
neficii neutiquam Pontifici expoſuerit, adnotata per 10
DD. *in cap. ſi motu proprio, & c. non poteſt, de præb.
in 6.* Quoniam cum reſidentia, in limine fundationis
expreſsè demandata, repoſita fuerit in arbitrio Ordi-
narii, qui ex cauſa rationabili poſſet Beneficii poſſeſ-
ſores ab illa diſpenſare, prout itidem refert Reve-
rendiſs. Nuntius *d. Summ. n. 1.* geminæ propterea re-
currunt reſponſiones, traditæ in mea præterita De-
ciſione; altera nempè, quòd eadem reſidentia, tan-
quam dependens ab arbitrio Epiſcopi, non eſt præ-
ciſa, ſed cauſativa, proindèque ob ipſius reticentiam
non apta ad inducendam ſubreptionem, ut punctua- 11
liter firmavit *Rot. in d. deciſ. 489. nu. 2. & ſeq. p. 2.
rec. & in Deciſione hujus Cauſæ, edita cor. Reverendiſs.
Decano 26. Junii 1697. §. fin. & in d. mea Deciſione §.
Præterea*; altera verò, quòd tum ex redditutum di-
minutione, tum etiam ex quo, tam anteceſſores,
quàm idem Joannes modernus beneficii poſſeſſor,
ſciente, & patiente Epiſcopo nunquam reſederunt, 12
præſumendum eſt, quòd idem Ordinarius reſidentiam,
in fundatione præfinitam, penitùs abrogaverit, ut in
eadem *mea Dec. d. §. Præterea, in fin.*

Atque ex his Domini tranſeuntes ad modum re-
ſolutionis, ſuperiùs enunciatum, cenſuerunt, Joa-
nem teneri ad dimittendum Canonicatum, quem poſ-
ſidet in Eccleſia Scarbimirienſi, ſuppoſito enim, quòd
ille, tanquàm erectus in Collegiata, requirat præci-
ſam, & perſonalem reſidentiam, ex adductis in §.
Addito, in conſequentiam venit illius incompatibili-
tas cum retentione Archidiaconatus, de quo agitur, 13
perſonalem reſidentiam pariter requirentis, non ob-
tenta per Joannem Apoſtolica diſpenſatione, de qua
hucuſque doctum non fuit, ut ad terminos *Text. in
c. de multa, de præb. in 6. & S. Conc. Trid. cap. 17. ſeſſ.
24. de reform.* ſentiunt *Lotter. de Re Benef. lib. 3. q. 23.
n. 3. Gonzal. ad Reg. 8. dicta gloſſ. 15. num. 15. & ſeqq.
Rot. cor. Merlin. dec. 6. n. 7. & ſeqq. & in dicta Mogun-
tina Canonicatus 6. Aprilis 1696. §. Qualiter, cor. bonæ
mem. Urſino, & prima Julii 1697. §. 1. coram Me.*

Quin obſtet relatio Epiſcopi Cracovien. in qua te-
ſtatur, Canonicatus Scarbimirienſes non eſſe reſiden-
tiales, ſed Canonicos teneri dumtaxat Miſſas con-
ventuales in Dominicis, & Feſtis diebus decantare:
quoniam illa potiſſimùm innixa eſt particularibus con-
ſtitutionibus, & conſuetudini non reſidendi, quæ ex 14
præſcripto ejuſdem S. Concilii non impediunt, quo-
minùs poſſidentes Canonicatus in Cathedralibus, vel
Collegiatis, contrariis Statutis, & conſuetudine non
obſtantibus, ad reſidentiam cogendi ſint, ut monent
*Fagnan. in c. cum omnes n. 31. & ſeqq. de conſtit. Bar-
boſ. de Canon. cap. 20. per tot. Rot. in d. Moguntina Ca-
nonicatus 6. Aprilis 1696. §. Nec ad evitandam, cor.
bon. mem. Urſino, & prima Julii 1697. §. Quandoqui-
dem, in fine, coram Me.*

Et ita in hac parte, exequendo etiam Summi Pon-
tificis mentem, qui in Literis Collationis præfati Ar-
chidiaconatus dimiſſionem alterius ex dictis duobus
Canonicatibus expreſsè demandavit, *præterito Summa-
rio Joannis n. 3.* reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D. O M A N.

Cracovien. Caoonicatus.

Lunæ 21. Maji 1705.

A R G U M E N T U M.

Deficiente Diſpenſatione Apoſtolica, cujus negativa probarur ex diligentiis factis per Officiales Datariæ, ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium ultra duos menſes, inducitur ipſo jure illorum vacatio, io nihilo ſuffragante ſerotina dimiſſione alterius incompatibilis.

S U M M A R I U M.

1 *Ex retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, abſque Diſpenſatione Apoſtolica, ipſo jure vacant,* & n. 16.

2 *Literæ Apoſtolicæ, in omnibus verificatæ, promptam merentur executionem.*

3 *Dimiſſio alterius Beneficii incompatibilis non ſuffragatur, neque ius ex Gratia impetrationis quæſitum, ejuſque executionem, tollere de medio valet.*

4 *Sicuti judicandum eſt de ſerotina reaſſumptione habitus clericalis, poſt privationem Beneficii, ipſo jure inductam, ob non illius delationem.*

5 *Qui Parochialem obtinuit, ad reſidentiam tenetur.*

6 *Ad inducendam incompatibilitatem ex retentione Parochialis ſimul cum altero Beneficio, æqualem continuam reſidentiam expoſcente, requiritur, quòd illa poſſideatur actu, & exercitio; ſecus ſi agetur de ſimplici Cura habituali, quæ non operatur incompatibilitatem.*

7 *Commiſſio adminiſtrationis Spiritualium, alicui perſonaliter delegata, importat obligationem actus exercendi Curam per ſe ipſum.*

8 *Scholaſteria, tanquam dignitas, onus reſidentiæ annexum habet.*

9 *Synodus Provincialis, Juris diſpoſitioni conformis, & à Sede Apoſtolica approbata, & confirmata, obligat omnes Provinciales.*

10 *Conſtitutiones, ſeu conſuetudines, per quas eximuntur ab onere reſidentiæ, qui alias de Jure tenentur reſidere,* à S. Conc. Trid. *abrogantur.*

11 *Ex diligentiis factis per Officiales Datariæ probatur negativa coarctata diſpenſationis obtentæ ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium.*

12 *Sola poſſibilitas, quòd hujuſmodi diſpenſatio obtineri potuerit à Secretaria Brevium, vel à* S. Congr. Conc. *ſufficit ad impediendam executionem Gratiæ impetrationis.* Limita n. 13.

14. *Ex poſſeſſione Beneficiorum incompatibilium, præſumitur, quòd diſpenſatio Apoſtolica intervenerit.*

15 *Limita quando ex diligentiis, factis per Officiales Datariæ; excluditur omnis poſſibilitas Diſpenſationis.*

D E C I S I O XIII.

SUB narrativa, quòd Jacobus Szezuka eodem tempore poſſideret Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Cracovien. Scholaſteriam Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Sandomirien. & ambas Parochiales locorum de Pobiodr, & de Opole Cracovien. Diœceſis, quòdque omnia Beneficia prædicta, ob eorum incompatibilitatem, attento defectu Apoſtolicæ diſpenſationis vacaverint; Stanislaus Kuczkouski impetravit ſub die 15. Novembris 1701. à Sanctiſſimo Domino Noſtro memoratum Canonicatum Cathedralis Cracovien. cumque Literas impetrationis deſuper expeditas ſub die 21. Julii ſequentis anni exequi mandaverit Executor de partibus, Jacobus prædictus eorundem Beneficiorum incompatibilitatem fore incontrovertibilem agnoſcens, ſub die 29. Novembris ejuſdem anni Parochialem prædictam Loci de Pobiodr actualiter dimiſit. Sed cum, dimiſſione hujuſmodi non obſtante, dictarum Literarum executio in gradu appellationis mihi commiſſa fuerit, dubium ad normam Commiſſionis deſuper ſubſcriptum in hodierna audientia propoſui, quod fuit pro illarum executione reſolutum.

Nulla enim ioter partes controverſia erat, quòd
Jacobus de tempore impetrationis eadem quatuor Be-
neficia à pluribus annis poſſideret, undè cum illa in-
ter ſe incompatibilia ſint, & Poſſeſſor neceſſario A-
poſtolicæ Diſpenſationis præſidio deſtitutus reperire-
tur, ut inferiùs patebit, quemadmodum exindè ob 1
hanc illicitam detentionem ipſo jure omnium illo-
rum vacatio inducta fuerat, tam ex antiquiori ſan-
ctione *Text. in cap. de multa, de præben. & in Ex-
travag. execrab. §. Si verò deinceps eod. tit.* quàm ex
noviſſima determinatione *Sacri Concilii Tridentini in
cap. 5. ſeſſ. 7. & cap. 17. ſeſſ. 24. de reform. Gonzal.
ad Regul. Cancell. gloſſ. 15. num. 14. Caſtropal. Oper.
Moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 6. punct. 57. ſub nu-
mer. 22. Panimol. deciſ. 31. annot. 1. numer. 1. & 2.
Rota coram Cerr. deciſ. 266. num. 1. & ſeqq.* & poſt
*Card. de Luc. de Beneſic. dec. 6. num. 1. dec. 7. n. 2.
& in Gneſnen. Canonicatus 18. Aprilis 1690. §. Vali-
ditas, cor. R. P. D. meo Caprara*: ita impetrationis
Literæ, tanquam in omnibus pleniſſimè juſtificatæ, 2
promptam merebaotur executionem, juxta vulgatam
*Gloſſ. in cap. Si Capitulo, V. Exequatur, de conceſſ.
præbend. in 6.* cum aliis in *Placentina Juriſpatronatus
3. Decembris proximè præteriti §. Juſtificata, coram Me.*

Incompatibilitas verò; ultra quam quod ad effe-
ctum executioois Gratiæ impetrationis dicti Cano-
nicatus ſatis erat, quòd reſpectu Parochialis de Po-
biodr verificaretur ex confeſſione ipſius Jacobi, qui
longè poſt expeditas Literas, illaſque io partibus
executioni demandatas, illam dimiſit, cum ad indu-
cendam, tam ipſius Parochialis, quàm ejuſdem Ca-
nonicatus vacationem, ſufficit Jacobum eos inſimul
ultra duos menſes poſſediſſe, juxta Canones, &
Doctrinas ſuperiùs laudatas, non obſtante eadem
ſubſecuta Parochialis dimiſſione, quia cum hæc ſe- 3
rotinè facta fuerit, poſtquam nempè ex præmiſſis,
ipſo jure, ipſoque facto Canonicatus vacatio indu-
cta erat, non potuit utique jus jam Stanislao quæ-
ſitum ex Gratia impetrationis, ejuſque executionem
de medio tollere, ut in conſimilibus terminis ſero- 4
tinæ reaſſumptionis habitus Clericalis poſt privatio-
nem Beneficii, ipſo Jure inductam ob non illius de-
lationem, firmavit *Rot. in Barchinonen. Beneficiorum
12. Decembris proximè præteriti §. Et hinc, cor. Me.*

Noo tamen deficiebat etiam reſpectu alterius Pa-
rochialis loci de Opole, & Scholaſteriæ Sandomi-
rien. Et ſanè incompatibilitas dictæ Parochialis cum
memorato Canonicatu, citra dubium actualem reſi- 5
dentiam exquirente, fit manifeſta ex eo, quòd illa
æqualem continuam reſidentiam expoſcit, ex ſanci-
tis per *Sac. Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. de reformation.
capit. 1. Sanchez de Matrimon. lib. 8. diſput. 6. num.
5. in Præcepto Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 37. numer.
15. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part. prima cap.
8. num. 1. & ſeqq.* Non revelante, quòd incompati-
bilitas ad hunc effectum probanda ſit cum ea cir-
cumſtantia, quòd Parochialis poſſideatur actu, & 6
exercitio à Jacobo; nam ſecus ſi poſſeſſio ſit veri-
ficabilis de ſimplici Cura habituali, nullam opera-
tur incompatibilitatem, ex punctualiter firmatis per
*Rot. in recent. part. 2. deciſ. 179. num. 2. & ſeq. &
part. 15. deciſ. 341. numer. 3. & ſeq.* Quandoquidem
Literæ proviſionis, cujus vigore Jacobus Parochia-
lem poſſidet, evidenter pandunt, curam animarum,
& adminiſtrationem Spiritualium, ipſi perſonaliter
commiſſam fuiſſe *Summario Stanislai num. quarto* un-
dè tametſi ad ſenſum Authoritatum mox allegata-
rum onus probandi, exercitium Curæ penes Paro-
chum reſidere, Impetratori incumberet, pleniſſimè
tamen huic parti ſatisfeciſſe videretur, eo quòd Com- 7
miſſio adminiſtrationis Spiritualium, ipſi perſonaliter
delegata, operatur, quòd Cura debeat actu per ip-
ſum exerceri.

Æqualem incompatibilitatem Domini deſumebant
in Scholaſteria per Jacobum poſſeſſa in Eccleſia Sando- 8
mirieoſi, non ſolùm ex quo illa, tanquam dignitas in
Collegiata, onus continuæ reſidentiæ annexum habe-
re dicitur, per ſanctionem ſæpè citati *Concil. Trident.*

ſeſſ.

ſeſſ. 24. de reform. cap. 52. relatam per *Rot. in dicta dec. 6. n. 4. poſt Cardin. de Luca de Beneſ. & in Cracovien. Arcoidiaconatus 12. Februarii 1700. §. Addito, coram Domino meo Magno Cancellario Mediolani*; verùm etiam ex Capitularibus Concluſionibus, ſecutis ab anno 1693. uſque ad annum 1701. & ex generali Viſitatione Epiſcopi Cracovien. dicto *Summario num. tertio*; In illis enim cum Jacobus ob non reſidentiam fuerit ſæpè ſæpiùs mulctatus, & in Viſitatione prædicta expreſsè eidem præcipiatur in dicta Eccleſia reſidere, negari utique non valet, ex his perpetuum reſidentiale onus probatum remanere. Ad majorem evidentiam ulteriùs addito, quòd in Synodalibus Conſtitutionibus Provinciæ Poloniæ abuſus non reſidendi in Collegiatis Eccleſiis expreſsè damnatur, atque ulteriùs Epiſcopis, aliiſque Ordinariis præcipitur, ut Dignitates, & Canonicatus in Eccleſiis prædictis non niſi reſidere valentibus conferant, hujuſmodique Proviti ad reſidentiam omninò teneantur *Summario Reſ-*
9 *ponſionis Stanislai numero unico*, quæ quidem Conſtitutio, utpote Juris diſpoſitioni conformis, & ab Apoſtolica Sede confirmata, ad unguem ſervanda eſt, omneſque obligat Provinciales, ad tradita per *Barboſ. de Off. & Poteſtat. Epiſcop. part. 3. alleg. 93. nu. 23. Tondut. Quaſt. Beneſ. lib. 1. cap. 21. n. 1. & ſeq. Rot. cor. Seraph. dec. 813. num. 2. & in rec. part. 15. dec. 212. n. 3. & ſeq. & coram Emerix Jun. dec. 1334. num. 3.*

In nihilum refragante relatione Epiſcopi Cracovien. teſtantis, Cannnicos teneri tantummodo Miſſas Conventuales in Dominicis, aliiſque Feſtis diebus decantare: Tum quia relatio prædicta loquitur de diverſis Canonicatibus in Collegiata Eccleſia Scarbimirien. proindèque non debet monſtruosè ad alias quaſcunque Collegiatas Regni Poloniæ extendi: Tum etiam quia eadem relatio, etiam in ordine ad memoratos Cannnicatus Scarbimirien. tanquam præcipuè innixa particularibus Conſtitutionibus, & Con-
10 ſuetudini non reſidendi, quæ per Sacram Concilium Tridentinum ipſo Jure abrogantur, ut advertunt *Fagnan. in capit. cum omnes num. 31. & ſeq. de conſtitution. Pignatell. conſil. 104. nu. 9. & 10. tom. 9. Rota poſt Card. de Luc. de Beneſ. dicta dec. 6. n. 4. & ſeq. & n. 8. & ſeqq. & dec. 7. nu. 6. & ſeqq.* fuit aliàs totalitèr à Tribunali noſtro reprobata, ut videre eſt in præcitata *Cracovien. Archidiaconatus §. Finali, coram Domino Magno Cancellario Mediolani.*

Quòd autem Jacobus nullam unquam ſuper retentione eorundem Beneficiorum Apoſtolicam Diſpenſationem reportaverit, ſatis concluſum remanebat ex atteſtatione Officialium Datariæ, qui rimatis diligenter regiſtris eandem diſpenſationem neutiquam in-
11 venere *dicto Summario nu.* 10, ea ea enim juxta praxim, in hac materia ſervari ſolitum, negativam coarctari monent *Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quaſt. 46. num. 31. Roſ. de Executor. Liter. Apoſtol. capit. 6. numer. 20. in fin. Rota coram Caſſador. deciſione 5. num. 3. ſuper regul. coram Veral. deciſ. 165. part. 1. coram Ludoviſ. deciſ. 242. numer. 6. & 7. coram Celſ. deciſ. 176 num. 27. & dec. 130. num. 22. & in Neapolitana Penſionis 22. Aprilis 1697. §. fin. cor. bon. mem. Urſino, & 17. Februarii 1698. §. Quinimmò, cor. R. P. D. meo Anſaldo.*

Minimè obſtante reſponſione, quòd diſpenſatio prædicta potuerit etiam impetrari à Secretaria Brevium,
12 ſeu à Sacra Congregatione Concilii, ita ut hæc ſola poſſibilitas ſufficiat ad removendum ab effectuatione Gratiæ Impetratorem, qui hanc negativam, Summo Pontifici expreſſam, præcisè, & concludenter probare debet: *Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. q. 45. num. 47. Rota in recent. part. 13. dec. 37. num. 11. & in Cracovien. Canonicatus 26. Junii 1682. §. Ultra quod, coram bon. memor. Paulucio.* Quoniam diſpenſationes per Sacram Congregationem Concilii non niſi ad tempus, & quidem breviſſimum, concedi ſolent. Et quamvis in Secretaria Brevium aliquando expediantur, ſupplicatio tamen tranſit per organum Datarii, & in Datariæ libris regiſtratur. Undè cum
13 ea, quatenus reverà fuiſſet impetrata, debuiſſet perneceſſe ex Datariæ Codicibus reſultare; indè ſequitur, illius negativam ex eorundem librorum perquiſitione ſatis ſuperque coarctatam eſſe, juxta ſenſum Doctorum, & Sac. Rotæ, in Authoritatibus ſuperiùs allegatis.

Ex his autem patet inutiliter Defenſores Jacobi recurſum habuiſſe ad decennalem poſſeſſionem, ex qua opportunam diſpenſationem præſumi contendebant, 14
juxta cumulum Authoritatum per ipſos allegatarum Quandoquidem ſi ex diligentiis prædictis quælibet diſpenſationis poſſibilitas excluſa remanet, perperam idcircò recurrebatur ad titulum præſumptum. Et tamen Domini ad totalem objecti eliminationem advertebant, prætenſam decennalem poſſeſſionem neque in facto ſubſiſtere, nam cum ipſe Canonicatum obtinuerit de anno 1692. Parochialem Villæ Pobiodr de anno 1693. Scholaſteriam Sandomirien. de anno 1695. & Parochialem Loci de Opole de anno 1696. atque è converſo Stanislaus Canonicatum prædictum à Sede Apoſtolica impetraverit de anno 1701. ex hac temporum combinatione evidenter patet, Jacobum in nulla ex proviſionibus prædictis decennalem poſſeſſionem ad ſui commodum numerare poſſe. Et de cætero aſſerta poſſeſſio ad hunc effectum non niſi ab ultima proviſione, & ſic ab anno 1696. allegari valet, quia dato etiam per hypotheſim, quòd pro tribus Beneficiis, præcedenter obtentis, diſpenſationem Jacobus valeret allegare, attamen ob aſſecutionem, & retentionem quarti incompatibilis abſque eadem diſpenſatione, omnium inſimul vacatio in odium exoſi occupatoris ipſo jure ab eodem anno
1696. fuiſſet inducta, ut adhæſivè ad Doctrinas ſu- 16
periùs allegatas in *§. Nulla enim*, monent *Gabriel conſil. 193. numer. 8. lib. 1. Rota coram Merlin. deciſ. 6. num. 1. & ſeq. coram Priolo deciſ. 74. numer. 13. & ſeqq. & coram Dunoz. Jun. dec. 811. num. 10. & ſeqq.*

Et ita utraque &c.

Emo D. CARD. CAPRARA.

Fanen. Canonicatuum.

Mercurii 5. Maji 1700.

ARGUMENTUM.

An, & quando ad ſolum Capitulum ſpectare poſſit Collatio Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis. Quomodo procedat diſpoſitio *S. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* de probatione tituli Juriſpatronatus, & quando locum habeat, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam Juris, pro libera, & integra Collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis.*

2 *Limita quoad Præbendas, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, quorum Collatio ex receptiori opinione de Jure debet eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum.*

3 *Quæ pertinent ad Juriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt præſcribi ab Inferiore, ſecus autem quæ ſunt Ordinis.*

4 *Collatio Præbendarum, & Canonicatuum, poteſt eſſe ſolius Capituli, vel vigore immemorabilis, vel centenariæ, vel quadragenariæ.*

5 *Sola quadragenaria, abſque titulo, ſufficit ad præſcribendum adverſus Epiſcopum.*

6 *Contraria opinio, quòd ſaltem requiratur titulus putativus, eſt in praxi, & Curia recepta.*

7 *Verba* mittere, & expellere, collocare, & removere Beneficiatos, *important facultatem liberè eligendi, & præſentandi ad Beneficia vacantia.*

8 *Standum eſt aſſertivæ emiſſæ, non conditionaliter, & ſuppoſitivè, ſed diſpoſitivè, & approbativè.*

9 *Eſſentia præſcriptionis immemorabilis, in eo conſiſtit, quòd de ejus initio memoria non extet.*

10 *Pro inducenda præſcriptione non eſt in conſideratione habendus actus, qui dedit cauſam liti.*

11 Con-

11 *Centenaria coaleſcit etiam ex lapſu nonagintaſeptem annorum.*

12 *Non poteſt meliùs deſumi titulus putativus, & coloratus, quàm à confirmatione, & approbatione SS. Pontificum.*

13 *Quando procedat regula, quòd privilegium, & immemorabilis ſimul allegari non poſſint*, & numer. 14.

15 *Non interrumpitur, ſed potiùs coadjuvatur centenaria per Collationes factas ab Epiſcopo ad favorem electi, ſeu præſentati à Capitulo.*

16 *Quando Pœnitentiarius ab Epiſcopo inſtituendus eſt in Cathedrali, cum unione Præbendæ proximè vacaturæ, ad formam* Sac. Conc. Trid. *tunc Collatio Dignitatis reſervatur Epiſcopo, Præbendæ verò ei, ad quem de Jure pertinet.*

17 *Papa Beneficiorum eſt dominus.*

18 *Ultra quatuor menſes, ſolitos concedi Epiſcopis in* Reg. Cancell. *duos alios deinde, ſtatuta alternativa, offert S. Pontifex iiſdem Epiſcopis, in propria Diœceſi reſidentibus.*

19 *Verba alioquin dubia, aut obſcuritatem involventia, non tollunt vim tituli putativi, & colorati.*

20 *Obſervantia longiſſimi temporis eſt optima interpres diſpoſitionis dubiæ.*

21 S. Conc. Trid. *ſubſtulit Juſpatronatus ex privilegio, ex quo voluit illud probari debere ex fundatione, vel dotatione.*

22 *Perſonæ ſuſpectæ de uſurpatione, tenentur illud rigoroſiùs probare, vel exhibito titulo dotationis, & fundationis, vel docto de immemorabili, una cum præſentationibus continuatis ſpatio 50. annorum.*

23 *In qua tamen præſentationum ſerie Conciliare Decretum exorbitat à Jure communi.*

24 *Per dictam Conciliarem diſpoſitionem non cenſetur derogatum cauſæ onerosæ.*

25 *Nec locum habet, quoties vigore immemorabilis poteſt allegari quicunque melior titulus de mundo.*

26 *An eadem Conciliaris diſpoſitio procedat, quando æqualis potentiæ, & auctoritatis ſit ille, contra quem præſcribitur; vel opus ſit, ut potentia, & auctoritas unius alteri præponderet.*

27 *Limita idem Conciliare Decretum quoad perſonas Eccleſiaſticas, quæ præſumuntur colere æquitatem, & alterum Jura non invadere.*

28 *Extra caſum potentiæ, & uſurpationis, quæſtio decidenda eſt juxta terminos Juris communis.*

DECISIO XIV.

CApitulum Cathedralis Eccleſiæ Fanenſis præſentavit Comitem Ugonem de Monte Veteri ad Canonicatum, & Præbendam, quæ vacabat in eadem Eccleſia ſub invocatione Sanctiſſimi Corporis Chriſti per obitum Bartholomæi Dionyſii, & Epiſcopus eundem Canonicatum, eandemquè Præbendam, tanquam eſſet ſuæ liberæ Collationis, contulit Bernardino de Georgiis actu Canonico, Canonicatum verò Bernardini, vacantem per aſſecutionem alterius, contulit paritèr Dominico Serio, & utrumque à ſe proviſum in poſſeſſionem immiſit: Et è converſo Capitulum, ad hunc ſecundum Canonicatum, ſic, ut ſuprà, vacantem, præſentavit Hieronymum Gabriellum. Inter Capitulum autem, & Epiſcopum excitata hac de cauſa controverſia, eaque ad Curiam delata, R. P. D. Thomatus, tunc A. C. revocavit omnia, & quæcunque fuerant geſta ab Epiſcopo, quo ſubinde ad Signaturam recurrente pro habenda Commiſſione, hæc reſcripſit cum clauſula *ſine præjudicio*, in quo rerum ſtatu Cauſa ad Rotam devoluta, propoſui in hodierna Audientia dubium diſputandum, *An, & de cujus bono jure conſtet*, & DD. reſponderunt -- *Conſtare de bono jure Capituli.*

Quamvis enim Epiſcopus habeat aſſiſtentiam Juris
1 pro libera, & integra Collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis, *Can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. cum olim, de præſcript. cap. conquerente, de Off. Ordin. cap. cum ex injuncto, in fin. de hæreticis*; loquendo nihilominùs de Præbendis, & de Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, receptior opinio eſt, 2
quòd eorum Collatio de jure debeat eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, uti probat *Text. in cap. poſtulaſti, de conceſſ. preben.* & animadvertunt *in cap. cum Eccleſia Vulterrana, Abbas ſub num. 8. verſic. tertia opinio. Joan. de Anan. num. 4. Fagnan. num. 11. & ſequen. Barboſ. num. 4. de elect.* & ſequuntur *Riccius Collect. deciſ. part. 4. deciſ. 1388. per totam. Pyrhing. in lib. 3. decretal. ad tit. de præben. & dignitat. ſect. 3. §. 2. num. 85. Mandoſ. ad Regul. Cancell. regul. 18. quæſt. 14. num. 3. Gonzal. paritèr ad Regul. Cancell. regul. 8. gloſſ. 45. num. 36.* & mutata antiquiori opinione, adhæret *Rota in deciſ. 22. Caſſadori per totam, ſub tit. de Præbendis, & coram Puteo dec. 272. num. 1. lib. 3. & coram Seraphino dec. 980. num. 2.*

At quia ea, quæ pertinent ad juriſdictionem Epiſcopalem, præſcribi poſſunt ab inferiore *cap. auditis, de præſcript.* ad differentiam eorum, quæ ſunt Ordi- 3
nis, in quibus præſcriptio locum non habet: *c. quanto, de conſuetudine*, & in terminis noſtris eſt *Textus in cap. cum Eccleſia Vulterrana, de elect.* & in Commentariis ad dictum Textum animadvertunt *Gonzal. num. 7. & Altaceas, per totum*, & ſequitur *Rota coram Penia deciſ. 493. num. 3.* hinc eſt, quòd Collatio Canonicatuum, & Præbendarum, poteſt eſſe ſolius Capituli, vel vigore immemorabilis, uti favo- 4
re Capituli Beneventani contra Archiepiſcopum d. Civitatis reſpondit *Rot. in deciſ. 244. num. 4. p. 16. rec.* vel vigore centenariæ, uti paritèr fuit dictum in *deciſ. 124. num. 2. p. 3. rec.* ad favorem Capituli Caſalenſis adverſus Epiſcopum dictæ Civitatis; vel denique vigore quadragenariæ, ut proſequitur *Rot. in citata deciſ. 244. num. 3. p. 16. rec.* itaut ſola quæſtio ſit circa tituli neceſſitatem; plerique enim animadvertentes, quòd Jus commune *in c. cum Eccleſia Vulterrana de elect.* non videtur omninò repugnare electioni, & præſentationi ſoliùs Capituli, voluerunt lapſum quadragenariæ, excluſo quocumque titulo, de ſe ſolum ſufficere ad præſcribendum adverſus E- 5
piſcopum, juxta theoricam generalem, quam docuerunt *Geln. in c. ſi diligenti num. 6. verſic. eſt verum, de præſcript. Fagnan. in c. cum Eccleſia, num. 33. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Covarr. variar. lib. 1. cap. 17. num. 7. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 21. num. 47. & ſeqq. Decius conſ. 134. ſub n. 4. Spada conſil. 159. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Rot. in Gerund. Adminiſtr. Epiſcop. Sede vacante 24. Januarii 1687. §. Nec magis relevat & in eadem 20. Junii 1687. §. Neque demùm, cor. bo. me. Emeria, & in earumdem Deciſionum confirmatoria 5. Decembris 1687. §. Rotalem, cor. bo. me. Benincaſa*, & quam in his ſpecialibus terminis priùs ſecuta fuerat *Rot. in dec. 637. part. 4. diverſ. per tot. & in dec. 74. num. 8. & ſeq. part. 11. rec.* Alii verò conſiderantes, quòd jus commune *in cap. poſtulaſti, de conceſſ. preb.* approbabat ſimultaneam Collationem Epiſcopi, & Capituli in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, ultra quadragenariam, docuerunt neceſſarium eſſe talem titulum putativum, uti gene- 6
raliter probat *Textus in cap. Epiſcopum, de præſcript. in 6.* & admittit *Abb. in cap. auditis num. 23. de præſcript.* cui adhæret *Rota in dec. 76. num. 2. part. 1. rec. in dec. 120. n. 19. part. 13. & in dec. 234. n. 9. p. 19.* & in ſpecie argumentatur *Rot. cor. Pea. dec. 993. num. 8.* quamque opinionem eſſe in praxi, & Curia receptam, teſtatur *clar. mem. Card. de Luca de Benef. diſc. 1. n. 27. & 28.*

Viſum verò Dominis eſt in præſenti, quòd immemorabilis aſſiſtat Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Fanenſis, cujus *probatio deſumitur ab antiquiſſima conceſſione Epiſcopi Carboni*, facta de anno 1165. quam etiam approbavit Epiſcopus Riccardus de anno 1218. & confirmarunt Romani Pontifices, Honorius Tertius, & Julius Secundus, in qua, poſt pleraque alia, quæ Epiſcopus transfert in Capitulum, leguntur hæc verba, *& amodò in antea, ſicut olim habuiſtis, habeatis licentiam Canonicos mittendi, & expellendi ſecundum veſtram communem voluntatem.* Verba autem *Canonicos mittendi, & expellendi*, cum juxta phraſim dd. temporum importent facultatem liberè eligendi, & præſentandi ad Canonicatus, & Præbendas vacantes,
uti,

utì, interpretando ſimilem concaſſionem, factam ab
Epiſcopo Firmano undecim annis ante illam, de qua
agitur, & conceptam his verbis *collocandi, & removendi Sacerdotes*, firmavit *Rota in Firmana juris conferendi 16. Junii 1690. §. Quo autem, coram me*; &
aſſertiva, quòd prædicta facultas competeret tempore antecedenti ipſimet Capitulo, cum in dicta con-
8 ceſſione non fuerit emiſſa conditionalitèr, & ſuppoſitivè, ſed diſpoſitivè, & approbativè *ſicut olim in antea habuiſtis, habeatis*, juxta ſenſum prædictorum
verborum, quem probat *Textus in cap. Abbate S. Silvani, verſ. ſi verò verbum determinet, de V. ſignif.* &
conſiderat *Bolognet. in l. Edicta, num. 141. Cod. de edendo*, & fusè *Rota in Salisburgen. Juris Metropolitici 13. Februar. 1693. §. Deveniendo, coram R. P. D. Priolo, & in Dertuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. Abſque eo quod, in fine, cor R. P. D. Pio*, ex his
omnibus legitimè infertur, quòd Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Fanenſis ſolum eligit, & præſentat
ad Canonicatus vacantes, idque à tempore, de cu-
9 jus initio memoria non extat, in quo propriè conſiſtit eſſentia præſcriptionis immemorabilis, juxta
propoſitionem, quam pluribus exornat *Modernus Valentinus de Effectib. immem. quæſt. 2. n. 7. & ſeqq.* &
latiſſimè reaſſumit *Rot. in Romana Reintegrationis Primogenituræ 13. Junii 1698. §. Quinimò, cor. R. P. D. meo Lancetta.*

Centenaria reſultat ex ſerie Collationum exhibita in Summario Capituli, ex qua deprehenditur,
ipſum ſolùm elegiſſe, & præſentaſſe ad Canonicatus, & ad Præbendas vacantes ab anno 1500. uſ-
10 que ad annum 1683. etiam ſi nulla ratio habeatur
de ultima Collatione facta de anno 1698. quæ dedit cauſam liti, juxta theoricam, quam concordantibus allegatis amplexa eſt. *Rota in Cavallicen. Bannalitatis Furni 25. Junii 1696. §. Non relevante, & in Eadem ſuper manutentione §. Satis, in fine, coram R. P. D. Priolo*: immò cum Capitulum de anno 1591.
obtinuerit adverſus Ortinellum Epiſcopum in contradictorio Judicio mandatum de manutenendo ab A.
C. Juſto in ſupradicta Electione, & Præſentatione, & Epiſcopus acquieverit, & geſta à Capitulo
approbaverit, Epiſtola ad illud hac de cauſa data,
& relata in *Summ. num.* 10. & de anno 1628. cum
clar. mem. Card. Julius Sachettus oculatiſſimus, &
Præſul dictæ Civitatis, Canonicatum contuliſſet
Leonardo, & reclamante Capitulo, jurium ejus cognitionem demandaſſet Gubernatori Fanenſi, eo quòd
ipſe tunc Ferrariæ Legationis munere fungebatur,
& prolato per Gubernatorem Voto favorabili Canonicis, & Capitulo, ipſe Cardinalis vigilantiſſimus jurium Eccleſiæ Fanenſis ſibi commiſſæ defenſor, à qua nunquam paſſus eſt ſeparari, niſi per
Præfecturam Sign. Juſtitiæ, eidem paulò poſt uti Juriſconſultiſſimo demandatam, perlecto dicto Voto,
eoque perpenſo, ab ulteriori impugnatione juris Capitularis deſtitiſſet, actis ſolemnibus gratiis omnibus Canonicis, qui eidem ipſi Leonardo Canonicatum propria ſponte, & in ſequelam propriæ facultatis contuliſſent, ut *in præallegato Summ. num. 12. & ſequen.* hæc omnia probant, nedum præſcriptio-
11 nem centenariam, quæ etiam coaleſcit ex lapſu nonaginta ſeptem annorum *Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 7. num. 62. & ſeq. clar. mem. Card. de Luca de Jur. Patronat. diſc. 57. num. 32. Rot. coram Buratto dec. 142. num. 8. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 809. num. 6. & in recent. deciſ. 509. num. 1. part. 5. rec.*
ſed etiam clariſſimè oſtendunt, ea omnia geſta fuiſſe à Capitulo, videntibus, ſcientibus, & reclamantibus Epiſcopis, ſed deindè acquieſcentibus,
ob claram nimis cognitionem Juriſdictionis Capitularis.

Quadragenaria poſtremò eo fortiùs colligitur, attentis ſupradictis Electionibus, & Præſentationibus,
continuatis ab anno 1500. uſque ad annum 1683.
& quatenus etiam procedendum eſſet cum opinione,
quæ præter quadragenariam expoſcit titulum putativum, DD. animadverterunt, quòd titulus, ſaltem putativus, optimè deducebatur à memorata conceſſione Epiſcopi Carboni, quàm cum Romani Pontifices expreſsè confirmaverint, nihil ampliùs deſi-
derati poteſt pro conſtituendo titulo putativo, & co- 12
lorato, favore Capituli, quod jura ſua metitur à
confirmatione, & approbatione Summorum Pontificum, uti originaliter voluit *Archidiaconus in can. alienationis, num. 212. quæſt. 2. & in cap. Nihil. ubi Compoſtell. num. 4. in V. adminiſtret. verſ. Item per ſuperiorem. Antonius à Butrio num. 24. Henricus Boich. in §. Ceterùm, num. 4. Ancharan. quæſt. 4. in fin. de elect.*
quibus etiam adhærent *in leg. Barbarius, Baldus in prima lectura, num. 19. Jaſon. num 48. ff. de Officio Prætoris.*

Neque conceſſio, aut privilegium Epiſcopi Carboni potuit aliquod præjudicium afferre allegatæ immemorabili; quandoquidem regula, quòd privilegium,
& immemorabilis ſimul allegari non poſſint, procedit,
quando privilegium deducitur taxativè, & ad excluſionem cujuſcunque alterius tituli, aut quando ex
privilegio colligitur initium præſcriptionis; Tunc 13
enim, nec eſt ampliùs in facultate ejus, qui allegavit privilegium, alium quemcumque titulum ſibi
proficuum, & benè viſum adducere, quod alioquin
poterat vigore immemorabilis. *Covar. in cap. Poſſeſſor. part. 1. §. 5. num. 2. verſ. Quinta concluſio, Sperell. deciſ. 37. num. 13. & ſeq.* nec unquam conſti- 14
to de principio, locus erit probationi immemorabilis: ſecus autem ſe habet res, ſi prout contingit in
caſu noſtro, ex ipſo privilegio colligitur longè antea
præſcriptionem incæpiſſe, & de ejus initio memoria
non extet, utì diſtinguendo firmarunt *Capyc. Latro conſult. 2. n. 23. Lanor. conſ. 94. n. 1. & ſeq. clar. me. Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 63. n. 4. Rot. deciſ. 250. n. 9. p. 4. rec. tom. 2.* & pleniſſimè *in dec. 168. n. 37. p. 10. rec.*

Multòque minùs Collationes factæ ab Epiſcopis
infringunt centenariam, ſufficientiſſimè, & ſuperabundanter completam favore Capituli; quandoquidem procedendo cum diſtinctione, nonnullæ quidem
Collationes factæ ſunt eis, ad quorum favorem intervenit, vel præſentatio, vel conſenſus Capituli; 15
at cum id factum fuerit à Canonicis, ut morem gererent Epiſcopis, & proviſi, non à Collationibus Epiſcoporum, ſed ab Electionibus, & Præſentationibus Capituli jura ſua metiti fuerint, id potiùs concludit favore Canonicorum, & Capituli, quàm favore Epiſcoporum, uti, omiſſis generalibus, in puncto firmavit *Rot. deciſ. 244. num. 10. part. 16. rec.*
Nonnullæ aliæ Collationes ſunt de Pœnitentiaria:
at Informantes pro Capitulo optimè animadvertebant,
quòd Collatio Præbendarum facta fuit à Capitulo,
Dignitatis verò, deindè Pœnitentiarii, ab Epiſcopo, quod etiam eſt conforme diſpoſitioni Juris, cum
enim Pœnitentiarius in Cathedralibus inſtituendus ſit
ab Epiſcopo cum unione Præbendæ proximè vacaturæ ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reform. cap.*
8. Collatio Dignitatis reſervatur Epiſcopo, & Collatio Præbendæ ei, ad quem de Jure pertinet. *Fagnan. in cap. Cum Eccleſia. Vulterrana, num. 21. de elect.* ubi refert ita deciſum fuiſſe à Sacra Congreg.
Concilii, & ſequitur *Rota dec. 140. num. 2. & ſeq. part. 14. rec.* Cæteræ deindè Collationes factæ ſunt
in menſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ ex cauſa Indultorum, Capitulum verò non petit Electionem,
& Præſentationem in ſex menſibus Pontificiis, ſed
in menſibus ordinariis, quorum quatuor Summus 17
Pontifex, qui Beneficiorum dominus eſt *capit. 2. de Præb. & Dignitat. in 6. capit. ſi Papa §. Si autem de privil. in 6. Clem. prima in fin. ut lite pendente &c.*
largiri conſuevit Epiſcopis in Regulis Cancellariæ, 18
duos alios deindè, ſtatuta alternativa, offert iiſdem
Epiſcopis in propria Diœceſi reſidentibus, juxta praxim; quam refert *bon. mem. R. P. D. Paulucceus* noſtri Tribunalis Auditor emeritus, *in ſua Juris prudentia Sacra, tom. 2. c. 4. tr. 10. de Ben. de Reſervat. Pontif. ſub n. 5. §. Hanc alternativam.*

Nec eſt ullius momenti id, quod opponitur adverſus titulum putativum, quòd videlicet verba conceſſionis Epiſcopi Carboni non importent facultatem
eligendi, & præſentandi ad Canonicatus vacantes.
Primò quia contrarium ſupra probatum eſt, *ad §. Viſum verò*; Secundò quia, etiamſi verba eſſent ali- 19
quatenùs dubia, id non tolleret vim tituli putativi,

& co-

& colorati , qui ſemper aliquam dubietatem , ant
obſcuritatem involvit , *gloſſ. in cap. De quarta in V.*
ſed poſſe , in fine , & in cap. Si diligenti , in V. Ju-
ſtus titulus de præſcript. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 289.
num. 15. *Rota in Gerunden. Adminiſtrat. Epiſcopat. Se-*
de vacante 20. *Junii* 1687. *§. Nec obiicit , cor. bo. me.*
20 *Emerix.* Tertiò denique quia , ſubſecuta ferè duo-
rum ſeculorum obſervantia, ſicuti & antiquiſſimum
Statutum Capituli , ubi nonnulla diſcernuntur cir-
ca modum eligendi , & præſentandi ad Præbendas
vacantes , omnem dubitationem ſubſtuliſſent , ut ,
omiſſis generalibus, in puncto conſiderat *Rot. coram*
Priolo deciſ. 34. *num.* 9. & fuit dictum *in Januen. Ab-*
batiæ 15. *Junii* 1693. *§. Comprobat , & §. Quem ſen-*
ſum , cor. Me .

Poſtremò nullo modo ſupradictis refragatur diſpo-
ſitio Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ* 25. *c.* 9. *de Re-*
format. quandoquidem duo ibi à Concilio ſtatuun-
tur; Alterum eſt , quòd titulus Juriſpatronatus ſit ex
21 fundatione, vel dotatione , ex quo colligitur, Con-
cilium ſubſtuliſſe Jura patronatus ex privilegio *Gon-*
zal. ſuper Regulam 8. *Cancell. gloſſ.* 18. *num.* 98. *&*
ſeq. Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. part. 3. *cap.* 192.
num. 15. *& ſeq. Rot. coram Cerro deciſ.* 565. *num.* 9.
& coram Ubald. deciſ. 802. *num.* 10. *tom.* 2. quod
idem anteà ſtatutum fuerat à Summis Pontificibus
Innocentio VIII. & Adriano VI. in eorum Conſti-
tutionibus , quarum meminit *Rota coram Duran. dec.*
285. *num.* 6. *& coram Cerro deciſ.* 120. *num.* 18. *&*
ſeq. Alterum deindè eſt , quòd in perſonis , de uſur-
patione ſuſpectis rigoroſiùs procedatur , & Juſpatro-
natus probandum ſit , vel exhibito titulo dotatio-
22 nis , & fundationis , vel docto de immemorabili ,
una cum præſentationibus continuatis ſpatio quin-
quaginta annorum , uti , præſeferunt verba Conci-
lii , & animadvertunt *Maceraten. Var. Reſol. lib.* 1. *re-*
ſolut. 33. *num.* 7. *Add. ad Burat. deciſ.* 139. *num.* 11.
& ſeq. in qua præſentationum ſerie Jus Conciliare
23 exorbitat à Jure communi. *Rota deciſ.* 247. *num.* 4.
& ſeq. part. 7. *rec. & deciſ.* 245. *num.* 5. *& ſeqq.*
part. 9. *rec. tom.* 1. quòd attinet ad primum , Jus
Capituli , præſentandi , & eligendi ad Canonicatus
vacantes , non deſcendit ex privilegio , ſed ab im-
memorabili , vigore cujus cum poſſit Capitulum al-
legare ſe habuiſſe conceſſionem Epiſcopi Carboni ex
24 cauſa oneroſa , cui Concilium non intelligitur de-
rogaſſe : *Ventrigl. in Prax. rer. Eccleſ. tom.* 2. *annot.*
1. *§.* 2. *de Jur. patr. num.* 41. *Panimoll. deciſ.* 9. *ad-*
not. 3. *num.* 6. *Manſ. conſult.* 637. *ſub num.* 13. *Rot.*
deciſ. 492. *num.* 5. *& ſeq. part.* 13. *rec. & cor. Se-*
raph. dec. 907. *num.* 7. *& ſeqq.* aut poſſit producere
25 quemcumque alium titulum potiorem , prout ſibi li-
buerit , per conſequens dictum Jus Capituli nun-
quam poteſt eſſe ſublatum à Concilio Tridentino *d.*
cap. 9. ut in ſpecie ratiocinatur *clar. mem. Card. de*
Luca de Jurepatr. diſc. 65. *num.* 4. In ordine ad ſe-
cundum , quicquid ſit an præſumptio uſurpationis in
26 terminis noſtris habeat locum , cum concurrit æqua-
lis potentia , & auctoritas in Collatoribus , uti vo-
luerunt *Ventrigl. in Prax. Rer. Eccleſ. tom.* 2. *adnot.*
1. *de Jurepatr. §.* 2. *num.* 27. *Adden. ad Ludoviſ. de-*
ciſ. 222. *num.* 11. *§. Et hæc forma :* an verò opus
ſit , quòd auctoritas , & potentia unius alteri præ-
ponderet , uti ſubſtinet *Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 52.
num. 6. Concilium Tridentinum , quod propriè lo-
quitur de perſonis , qui Juriſdictionem temporalem
in loco exercuerunt *Rot. deciſ.* 219. *num.* 1. *part.* 1.
27 *rec.* non habet locum loquendo de perſonis Eccle-
ſiaſticis , quæ præſumuntur colere æquitatem , &
aliorum Jura non invadere: *Rota deciſ.* 401. *num.* 7.
& ſeqq. part. 5. *rec.* & ſic , neque loquendo de Ca-
pitulis Eccleſiarum Cathedralium , atque Collegia-
tarum erga proprium Epiſcopum , ut in individuo
firmavit *Pax Jordan. Elucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7.
28 *de Jurepatr. num.* 82. adeoque cum extra caſum po-
tentiæ , & uſurpationis verſemur , quæſtio deci-
denda eſt juxta terminos Juris communis . *Bar-*
boſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. *cap.* 12. *num.* 102.
Moneta de Commutat. ultim. volunt. cap. 10. *num.* 201.
& 214. *Marant. controv. Juris tom.* 3. *reſponſ.* 47. *nu.*
51. *& ſeq. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 5.
num. 44. *Rot. deciſ.* 674. *num.* 2. *part.* 2. *rec. deciſ.*
275. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 4. *rec. tom.* 2. *deciſ.* 233.
num. 1. *& ſeqq. part.* 17. *& cor. Merlin. deciſ.* 150.
num. 1. juxta quod Jus commune Capitulum præ-
ſcribit adverſus Epiſcopum integram Collationem
Præbendarum , vel per immemorabilem , vel per
centenariam , aut quadragenariam cum titulo , jux-
ta deducta in ſuperioribus *ad §. Quamvis enim* ; Im-
mò etiam quatenùs verſaremur in rigoroſa probatio-
ne , requiſita à Concilio , res etiam careret difficul-
tate , cum concurrat immemorabilis , & præſentatio-
nes continuatæ ſpatio longè ampliori , quàm quin-
quaginta annorum .

Atque ita deciſum eſt &c. utraque Parte acerrimè
informante &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Firmana Juriſdictionis .

Lunæ 10. *Maii* 1700.

A R G U M E N T U M.

In vim diſmembrationis , factæ à Greg. XIII. non-
nullorum Oppidorum Abbatiæ Farſen. cum om-
nibus Eccleſiis etiam Regularibus , cum Cura ,
& ſine Cura , in eis exiſtentibus , una cum Cle-
ro , & Populo ; eorumque reſpectivè unionis , &
applicationis Epiſcopatui Firmano : poteſt idem
Epiſcopus Firmanus , Juriſdictionem ordinariam
exercere quoad omnia , in Eccleſiis , ut ſupra ,
ejus Diœceſi unitis , præter eas , quæ de tempore
diſmembrationis erant Regulares , & tales proban-
tur ; reſpectu quarum Juriſdictionem ordinariam
habet tantùm quoad Curam Animarum , & Sacra-
mentorum adminiſtrationem .

S U M M A R I U M.

1 *Quæ Caſtra , & quomodo à S. M. Gregor.* XIII.
avulſa fuerint à Juriſdictione Abbatiæ Farſen. &
reſpectivè applicata Diœceſi Firmanæ , & nu-
mer. 2.

3 *Refertur Seculariz zatio facta à S. M. Urbani VIII.*
Eccleſiæ S. Victoriæ in Oppido , ejuſque in Colle-
giatam erectio , cum reſervatione collationis Cano-
nicatuum favore Abbatis Commendatarii , & om-
nimodæ Juriſdictionis conceſſione in Canonicos , &
dictam Collegiatam .

4 *Controverſiæ vertentes inter Abbatem Farfæ , & Ar-*
chiepiſcopum Firmanum , ſuper Jure viſitandi
prædictam Eccleſiam S. Victoriæ , aliaſque ab
ea dependentes , ſopitæ fuerunt per amicabilem
concordiam , ad eorum vitam tantùm duratu-
ram .

5 *Recenſetur antiquarum controverſiarum inſtauratio*
per Succeſſores facta , earumque de voto S. Rotæ
deciſio .

6 *Abbas Farfen. habet Jus quaſi Epiſcopale , cum qua-*
litate Nullius.

Separatio Territorii ab uno Ordinario , ejuſque appli-
catio , & unio ad alterum , ab habente legitimam
facultatem procedens , facium , ut eædem Eccle-
ſiæ , quæ priùs erant unius Diœceſis efficiantur ,
poſtea alterius , ibid.

7 *Subrogatio transformat ſubrogatum in perſonam il-*
lius , in cujus locum ſubrogatur .

Declara , quando aliàs perſona ſubrogata ſit ſubje-
ctum capax qualitatis , quæ competebat ei , cui
ſubrogatur , ibid.

8 *Monachi , & Regulares , juxta veterem Juris antiqui*
diſpoſitionem , ſuberant legibus Diœceſanis , & Ju-
riſdictionalibus Epiſcoporum .

9 *Cuncta Orbis Monaſteria , eorumque Eccleſiæ , in*
vim particularium privilegiorum , exemptæ ſunt ,
tam à Lege Diœceſana .

10 *Quàm etiam à Juriſdictionali .*

11 *Non præſumitur Pontifex uno verbo voluiſſe tollere*
privilegia , quæ tot vigiliis fuerunt per Anteceſſo-
res Pontifices conceſſa .

12 To-

12 *Totum poſſibile fieri debet, ut Conſtitutio poſterior cum privilegiis concilietur, ad evitandam derogationem.*

Eccleſiæ, Civitates, Caſtra, aliaque loca, quæ Pontificis auctoritate in alia nova loca, aut Diœceſes transferantur, ſua Jura, & exemptiones retinent, ibid.

13 *Ex parte exceptuativa Brevis Gregoriani oſtenditur, illæſam remanſiſſe Juriſdictionem, quæ Abbati, tanquam Regulari Superiori, competebat, quoad Monaſteria, ante d. diſmembrationem.*

14 *Verba univerſalia diſpoſitionis reſtringuntur per alia limitativa, ac præſervativa ſubſequenter appoſita.*

Et declarantur ab aliis ſubſequentibus, ſpecificè, ac diſtinctè loquentibus, ibid.

15 *Etiam antiquis temporibus Monaſteria Abbati ſubjacebant quoad concernentia diſciplinam, & Inſtitutum Regularem, licèt à Juriſdictione ordinaria Epiſcopi eſſent exempta.*

16 *Verbum generale, juxta ſuam indolem, eſt generaliter intelligendum, ſi aliud non concurrat, à quo reſtringatur,*

Verba in parte exceptuativa, ſeu declarativa, in eodem ſenſu accipi debent, quo adhibita fuerunt in conceſſiva, ibid.

Exceptio eſt de comprehenſis in Regula, & intelligitur retentis terminis Regulæ, ib. in fin.

17 *Rejicitur prætenſio Eminentiſſimi Abbatis, circa præſervationem Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis in exemptos, Curæ animarum præpoſitos,* & n. 27.

18 *Exemptio facit, ut Eccleſiæ exemptæ non dicantur de Diœceſi, non verò, ut non ſint in Diœceſi.*

19 *Cura, incumbens ipſi Monaſterio, de Jure committi non poteſt Monachis, ſed Presbyteris Secularibus, ab Epiſcopo per Concilium Monachorum inſtituendis.*

20 *An, & quando Monachus præfici poſſit Curæ Parochiali Seculari extra Conventum,* & n. 21.

22 *Quoties Eccleſiæ Monaſteriales habent annexam Curam animarum, eaque regulariter committitur, vel ſit ſejuncta à Monaſterio, vel non, ſemper in iis, quæ concernunt Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſubiiciuntur ordinariæ Epiſcoporum Juriſdictioni.*

23 *Non eſt incompatibile, quòd quis aliquo reſpectu ſit exemptus ab Ordinario, & alio ſit eidem ſubjectus.*

24 *Hodie poſſunt Regulares exercere Curam animarum, eorum Eccleſiis incumbentem.*

Vigore etiam, S. Conc. Trid. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.

Parochi tam Regulares, quàm Seculares, exercentes Curam, Monaſteriis imminentem, ſubſunt immediatè Juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani, ib.

25 *Et hujuſmodi auctoritas, Epiſcopis competens ex decreto Conciliari, non eſt delegata, ſed ordinaria.*

Quando Regulares ſubſint Juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, remiſſivè, ib.

Juriſdictio immediata non exercetur ex propria poteſtate, & imperio, ſed mediante peculiari facultate, ab habente poteſtatem attributa, ib.

26 *Quando cenſeatur conceſſa Juriſdictio ordinaria, vel potiùs delegata.*

Si verò Regulares non exerceant Curam Perſonarum Secularium in ſuis Monaſteriis, ſed ſolùm Sacramenta miniſtrent eiſdem Secularibus, & in illis miniſtrandis delinquant, tunc ſubſunt Juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ib.

28 *Juris derogatio, quantum fieri poteſt debet evitari, præſertim* S. Conc. Trid. *cujus expreſſa derogatio requiritur,* & n. 32.

29 *Exceptio reſtringit regulam, vel abſolutè, vel in certis caſibus particularibus, non tamen revocat totam diſpoſitionem.*

Capi debet ea interpretatio, per quam evitatur abſurdum, & ſuperfluitas, ib.

30 *Ubi habentur verba clara, explicantia mentem diſponentis, fruſtra recurritur ad conjecturas, & interpretationes.*

31 *Declaratur Bulla Urban. VIII. ſuper ſecularizzatione Eccleſiæ S. Victoriæ, illiuſque erectione in Collegiatam,* & n. 32.

32 *Materia diſmembrationis, cum ſit odioſa, non præſumitur, ſed venit concludenter probanda.*

33 *Diſpoſitio præſuppoſitivè confirmans antecedentem diſpoſitionem, ad hujus limites intelligi debet, & interpretari.*

Quomodo concilientur Bulla Gregorii XIII. & illa Urbani VIII. de quibus agitur in Deciſione, ib. in fine.

34 *Ex conceſſione poteſtatis circa ambitum Eccleſiæ, Canonicos, & inſervientes, non infertur Juriſdictio in Parochiam, & Populum.*

35 *Ceſſante ſuppoſito, vel tota diſpoſitio ſuper illo fundata corruere debet,* & n. 38.

Vel ſaltem venit reſtringenda juxta mentem concedentis ib.

36 *Ex quibus actibus arguatur ordinaria Juriſdictio, Epiſcopis competens in Eccleſiis, & Perſonis exemptis.*

37 *Obſervantia proxima actus, venit principaliter attendenda.*

39 *Viſitationes, concernentes Curam animarum, fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori.*

Actus in contrarium expleti, pro inducenda obſervantia, non ſunt attendendi in concurſu aliorum actuum, juris aſſiſtentia ſuffultorum, ib.

40 *Omnes Eccleſiæ juxta Juris communis præſumptionem cenſentur Seculares, non Regulares.*

41 *Simplex dependentia unius Eccleſiæ ab altera exempta, non facit pariter illam exemptam, niſi expreſſè dicatur.*

Ita exempto capite, non præſumuntur exempta membra ib.

Regula, quòd de annexis idem ſit judicium, non procedit in privilegiis, & præſertim exemptionum, neque trahenda de loco ad locum, ibidem.

42 *Eccleſiæ Seculares exemptæ, ſive Curatæ, ſive non, viſitari poſſunt ab Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis,*

Et quidem quoad omnia, ad differentiam Eccleſiarum Regularium, quibus imminet Cura animarum, quæ non niſi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, viſitari poſſunt, ib.

D E C I S I O XV.

SAnctæ mem. Gregorius XIII. anno 1573. exequendo ea, quæ à providentia Beati Pii V. Antecesſoris processerant ad reintegrandum Epiſcopum Firmanum in Juriſdictione Spirituali plurium Oppidorum, quæ ſeparata ab illius Diœceſi, Epiſcopatui Ripæ Tranſonæ, noviter erecto, applicaverat, diſmembravit, & ſeparavit à Juriſdictione Abbatiæ Farfenſis Caſtra, ſeu Oppida Sanctæ Victoriæ, Montis Falconis, ac Montis Sanctæ Mariæ in Georgio, cum omnibus in eis exiſtentibus Collegiis, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, ac Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, & aliis cum Cura, & ſine Cura Secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, unà cum utriuſque ſexus Perſonis, Habitantibus, & Incolis, tam Laicis, quàm Secularibus, Clericis, Presbyteris, & Religioſis cujuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis, & quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, illaque ſic diſmembrata applicavit, univit, & appropriavit Diœceſi Firmanæ, & illius pro tempore exiſtenti Epiſcopo, eodem modo, & forma, quibus erant Monaſteriis, & illorum Abbatibus Farfenſibus ſubjecta. 1

Declaratione adjecta, quòd ex dictis ſeparatione, & unione, quoad ſuperioritatem, quam in Monaſteriis, ſeu Prioratibus Regularibus ejuſdem Ordinis habebant Abbates, ſeu Commendatarii Farfenſes, nullum eiſdem inferretur præjudicium, ſed pro tempore exi- 2

ta, à neutra parte impugnari poſſant, *l. cum mota, l. tranſactione l. quamvis Cod. de tranſaction. Rot. coram Gregor. deciſ. 354. n. 2. Caval. deciſ. 650. num. 2. cum aliis in Romana Pecuniaria 17. Maji 1700. §. 1. & §. Attamen, coram Me*,

Non officiente, quòd tranſactio solùm concedat tertiam partem Decimarum, quia in genere continet quoque alia jura, & emolumenta, ſpectantia ad Capellanum Majorem Curatum, ibi — *& poſſe ſervare pro ſe tertiam partem decimarum debitarum dicto Capellano Majori, & Curato, & uti cæteris aliis juribus, illi annexis, & pertinentibus* — Dubitari autem non poteſt, Quartam funeralem, & Oblationes, eſſe de Juribus Parochialibus, ac per conſequens contineri ſub dicta generali reſervatione, quantumvis
15 non eſſent ſpecialiter individuatæ, per ea, quæ tradit *Rot. dec. 1108. n. 3. & 2. coram Seraph. & dec. 129. n. 10. coram Royas, & dec. 68. n. 15. poſt Tondus. de Penſion. & in Burgen. Juriſdictionis 13. Junii 1657. §. Sub quorum amplitudine, coram Reverendiſſimo Hervault Archiepiſcopo Turonen.* imo etiam ſi non adeſſet hujuſ-
16 modi generalis reſervatio Jurium Parochialium, adhuc iſta tacitè cenſerentur reſervata, nam cum ex diſpoſitione Juris Parocho debeantur omnia emolumenta Parochialia, ad *Text. in c. 1. & c. relatum, de ſepultur.* eo ipſo, quòd Abbas Naxarenſis canonizatus fuit Capellanus Major Curatus, necnon ad eundem ſpectare onus illius Parochiæ, in ſequelam eidem reſervata cenſerentur emolumenta, quæ de jure, & conſuetudine recipere ſolebant iidem Capellani, poſito enim, & conceſſo antecedenti, cenſetur datum,
17 & admiſſum neceſſarium conſequens, quatenus expreſsè non adimatur. *l. legatum, & l. ad rem mobilem ff. de proc. Rot. dec. 306. n. 3. & dec. 900. n. 14. p. 2. rec.*

Quemadmodum autem ex rationibus hactenus expoſitis reſultat clara juſtitia Sententiarum *Ubaldi, & Emerix*, in adjudicatione Quartæ funeralis, tertiæ partis Decimarum, & dimidiæ Oblationum favore Abbatis Naxarenſis, ita ex eiſdem adamuſſim Domini crediderunt eadem judicata eſſe injuſta in ea parte, in qua ultra recenſita emolumenta concedunt Abbati tertiam partem Maſſæ groſſæ, & Anniverſariorum. Nam cum ejuſmodi emolumenta, nec de Jure, nec vigore dictæ tranſactionis anni 1611. nec minùs ex conſuetudine, ſpectare poſſint, vel unquam ſpectaverint ad Abbatem uti Curatum, & Capellanum Majorem, ſed competant Beneficiatis, eiſdem denegari non potuit reſtitutio in integrum, quæ ſem-
18 per conceditur conſtito de ſententiarum injuſtitia, *Rot. dec. 3. n. 1. & dec. 870. eodem n. coram Card. Cerro*, & paſſim,

Non ſpectant, inquam, de Jure ad Parochum Maſſæ groſſæ, & Anniverſaria, quia iſta non recenſentur inter Jura Parochialia, ſed competunt, & debentur Clericis, & Beneficiatis aſſiſtentibus Horis
19 Divinis, & diſtribuuntur ratione actualis reſidentiæ, perſonalis laboris, & miniſterii adhibiti in celebrandis Divinis Officiis, Anniverſariis, & aliis legatis piis. *Text. eſt in cap. unic. §. final. juncto §. Statuimus de Cleric. non reſiden. in 6.* & latè probant *Lopez alleg. 42. n. 1. & 3. Monet. de Diſtribut. p. 1. quæſt. 3. num. 10. & 11. Lara de Capellan. lib. 2. c. 1. n. 35. &* 36. cum aliis adductis per *Rotam dec. 685. n. 1. ad 7. coram Merlin*,

Nec in vim tranſactionis anni 1611. quoniam in illa, ut præfertur, ſolùm tribuuntur Capellano Majori Curato tertia pars Decimarum, aliaque jura, dictæ Capellaniæ Curatæ annexa, quæ interpretari debent de Juribus, & emolumentis Parochialibus, non verò de illis, quæ debentur Clericis reſidentibus, & impendentibus ſervitium perſonale in reci-
20 tandis Divinis Officiis, ex regula, quòd omnes contractus, & diſpoſitiones ſumunt interpretationem a Jure, & à conſuetudine. *Cravet. conſ. 20. n. 7. & conſ. 342. n. 10. Card. Mant. de Tacit. l. 3. tit. 9. n. 11. Rot. dec. 42. n. 29. coram Card. Cerro.*

Minuſque demùm in vim antiquæ conſuetudinis, nam tam ex ſententiis in rem judicatam tranſactis, quàm ex depoſitionibus teſtium, quàm etiam ex pluribus aliis Concordiis particularibus, initis inter Abbatem, & Beneficiatos, datis *in hodierno Summario Beneficiatorum n. 11. uſque ad 30.* conſtitit, Abbatem, tanquam Capellanum Majorem, nunquàm percepiſſe ratione Curæ ullam partem Maſſæ groſſæ, & Anniverſariorum, ſed iſta ſemper fuiſſe diviſa inter Beneficiatos; ſolùmque Capellanum Majorem fuiſſe admiſſum ad participationem hujuſmodi Diſtributionum, tanquàm unum ex eiſdem Beneficiatis, quoties unà cum aliis in Divinis Officiis interfuerat, & inter alia documenta ad hunc finem exhibita, notabilis eſt ſententia anni 1404. lata à Priore ipſius Monaſterii Naxarenſis, qua pronunciatum fuit, Capellanum Majorem, circa participationem dictorum emolumentorum, eſſe debere ejuſdem conditionis, ac ſimplicem Beneficiatum *dicto Summ. n. 9.* ac proindè cum concurrat in caſu conſuetudo pluſquàm 200. annorum, quòd Maſſa groſſa, & Anniverſaria diſtributa fuerunt inter Beneficiatos reſidentes, operatur talis conſuetudo, ut etiam ſi præfata emolumenta eſſent de Jure Parochiali (licèt verè talia non ſint) ad- 21
huc per illam derogatum eſſet Juri communi, cum ad hunc effectum inducendi legitimam diviſionem inter Curatum, & Beneficiatos circa emolumenta Parochialia, ſufficiat ſpatium 40. annorum, ut dixit *Rot. coram Verall. dec. 306. p. 3.* & in hac Cauſa *coram Ubaldo dec. 77. n. 3.*

Ad limites igitur dictæ Sententiæ anni 1404. & conſuetudinis, Domini dixerunt, obventiones Maſſæ groſſæ, & Anniverſariorum, ſpectare ad Beneficiatos, & ex illis participare poſſe Abbatem, tanquam unum ex Beneficiatis, dummodò interſit actu cum aliis Divinis Officiis,

Quod verò ſpectat ad Decimas totius hordei, & avenæ, Domini dixerunt conſtare de Cauſis, quia iſta in ſententiis *Ubaldi, & Emerix*, adjudicata fuerant Abbati ſimpliciter, quod repugnat ſententiæ præfatæ anni 1404. in qua ſuam fundat intentionem Abbas, dum in ea illi conceſſa legitur tota Decima prædicta, cum onere ſubſtentandi mulam pro ſervitiis neceſſariis Capituli, & Beneficiatorum. Quapropter convenerunt ſuffragia, Abbatem exigere poſſe integram hanc decimam, ſi retinuerit mulam, aliàs ſi illam retinere noluerit, tertiam tantùm partem percipere poſſet, juxta aliam Sententiam ejuſdem Prioris Naxarenſis, de qua *in Summario Beneficiatorum, dato ſub die 12. Februarii præteriti n. 20.*

Ex quibus itaque concluſum fuit conſtare de re judicata in eo, quòd Abbas Eccleſiæ Monaſterialis B. Mariæ ſit Capellanus Major, & Parochus Eccleſiæ S. Crucis, quodque uti Parochus percipere debeat Quartam funeralem, tertiam partem Decimarum, & dimidiam Oblationum: Conſtare verò de Cauſis quoad adjudicationem tertiæ partis Maſſæ groſſæ, & Anniverſariorum, cum hujuſmodi emolumenta pertineant ad Beneficiatos, & Capellanum Majorem ex eiſdem participare poſſe, tanquam unum ex Beneficiatis, quatenùs cum eis perſonaliter reſideat, ac rurſus conſtare de Cauſis circa adjudicationem totius Decimæ hordei, & avenæ factam ſimpliciter favore Abbatis, cum iſti tunc demum debeatur tota hæc Decima, quatenùs retineat mulam pro ſervitio Eccleſiæ, & Capituli.

Et ita utraque Parte informante &c.

R. P. D. MATTHÆJO.

Civitatis Caſtelli Canonicatus Pœnitentiarii.

Ven. 1. Decembris 1684.

ARGUMENTUM.

Beneficium, relictum Perſonis Eccleſiaſticis, ad hoc ut non ſubjaceat reſervationibus Apoſtolicis, ſed cenſeatur adinſtar Juriſpatronatus laicalis, ſufficit voluntas etiam virtualis Teſtatoris; & conſtito de tali excluſione reſervationis, non relevat contraria obſervantia, neque ultimus Status conferendi per Datariam.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Literæ Apoſtolicæ non ſunt exequendæ, qunado vel reticita fuit veritas, vel ſuppoſitum contrarium.*
2 *Non eſt locus reſervationi, quando proviſio, per Datariam facienda, eſſet contra formam, à Teſtatore præſcriptam.*
3 *Immediatum eſt illud, quod omnem inter ſecationem excludit.*
4 *Dictiones* tam, & quàm, *ſunt correlativæ, & omninò antecedentia ſequentibus æquiparant.*
5 *Non eſt recedendum à forma tradita à Teſtatore, ſtante clauſula*, & non aliàs &c.
6 *Juſpatronatus Eccleſiaſticis relictum, eſt de natura ſua indifferens ad recipienda quæcunque pacta, & conditiones, Fundatori laico beneviſas, dummodo non ſint impoſſibiles, aut bonis moribus repugnantes.*
7 *Ad excluſionem Reſervationum Apoſtolicarum, ſufficit voluntas Teſtatoris, ſaltem virtualis.*
8 *Non operatur obſervantia interpretativa in claris.*
9 *Proviſiones Apoſtolicæ nunquam mutant ſtatum Beneficiorum, niſi conſtito de expreſſa voluntate Pontificis.*
10 *Per clauſulam* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, *remanet Beneficium in ſuo ſtatu, nec Patronis ullum præjudicium infertur.*

DECISIO X.

ADverſus Sententiam Rotalem R. P. D. mei Florez, præviis duabus Deciſionibus, altera 17. Martii, altera 23. Junii proximè præteriti emanatam, declarantem Literas Apoſtolicas Randoli eſſe exequendas, reclamante Pauluccio, & Capitulo, Cauſa mihi fuit per Signaturam commiſſa cum clauſula — *Parito Literis arbitrio Rotæ*. Undè propoſito per me ſolito dubio, *An intret arbitrium pro retardatione Literarum Apoſtolicarum*, DD. affirmativè reſolverunt.

Perpenſum enim fuit, in ſupplicatione Randoli
non fuiſſe expoſitum, Canonicatum, de quo agitur,
eſſe ſecundum legem fundationis excluſivum Reſer-
vationum Apoſtolicarum ad inſtar Juriſpatronatus
1 Laicalis ad favorem Capituli, & Epiſcopi, quin imò
fuerit è converſo ſuppoſitum, illud cadere ſub Re-
ſervationibus, indè ſequitur, Literas, tanquam ſub-
reptitias, & obreptitias, nec juſtificatas, non eſſe
exequendas. *Felin. in c. ad aures, ſub n. 4. de reſcript. Rot. coram Celſ. dec. 296. nu. 1. & 7. & coram Dunoz. Jun. dec. 301. n. 2. in rec. dec. 295. n. 1. p. 6. dec. 148. n. 11. & 12. p. 19*

Excluſionem autem Reſervationum Apoſtolicarum manifeſtè deducebant DD. ex modo, & forma à Teſtatore præſcripta circa electionem, & deputationem Capellanorum, & Canonicorum, cum clauſula *& non aliàs &c.* videlicet, *quòd præſentatio, nominatio, electio, ac deputatio, tam in prima conſtitutione, quàm perpetuis futuris temporibus dum, quotieſcunque, & quandocunque caſus vacationis illorum, vel alicuius evenerit, ſpectet, & pertineat, prout dictus Teſtator, ſpectare, & pertinere voluit, & mandavit, ad Reverendiſſimum Epiſcopum pro tertia parte, & ad Reverendiſſimum Capitulum dictæ Eccleſiæ pro duabus aliis tertiis partibus; Inſtitutio verò, ſeu collatio pro tempore nominatorum, & præſentatorum, ac electorum, pariter perpetuis futuris temporibus, dum caſus vacationis contigerit, ſpectet ad Reverendiſſimum Epiſcopum, & ad dictum Capitulum, alternativè tamen, itaut una ſpectet ad Reverendiſſimum Epiſcopum, altera verò immediatè ſequens ad Capitulum, & ſic in perpetuum ſervari debeat.*

Impoſſibile enim eſſet ſervare ipſum modum, &
formam, & nunquam verificari poſſet quòd *præſen-
tatio, electio &c.* ſpectaret ad Epiſcopum, & Capi-
tulum perpetuis futuris temporibus, quotieſcumque,
& quandocunque caſus vacationis evenerit, ſi in ca-
ſibus vacationis, contingentis in Menſibus reſerva-
a tis proviſio fieret per Datariam, quia aperiretur via
providendi alio modo, & forma, quàm fuit à Teſtatore præſcriptum, nempè per Papam, ut ait *Bald. in l. ſi quis ad declarandum, numer. 8. verſic. ego ſæpè. Cod. de Epiſc. & Cleric.* & in his, & ſimilibus terminis, articulo maturè diſcuſſo, ponderarunt *bo. me. Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 6. an. 10. Rot. cor. Royas dec. 94. n. 13. & ſeqq. & diſcurſ. 274. n. 8. & ſeqq. cor. Dunoz. Jun. dec. 769. n. 5. & in rec. dec. 327. n. 3. & ſeqq. part. 15. & dec. 342. n. 1. cum plurib. ſeqq. part. 19.*

Sicut etiam inverificabile videretur, quòd prima
inſtitutio, ſeu collatio, ſpectaret ad Epiſcopum, al-
tera verò immediatè ſequens ad Capitulum, ſi me-
dia inter utramque collatio Apoſtolica admitteretur; 3
immediatum enim eſt illud, quod omnem interſeca-
tionem excludit, ut ait *Barboſ. dict. 150. nu. 3. & 4.
Rot. coram Coccin. deciſ. 1875. n. 1. in rec. deciſ. 391. n.
21. part. 13.*

Et quidem ſicut in prima vacatione præſentatio,
& electio ſpectabat ex lege fundationis ad Patronos
cum nulla tunc intraret vacatio, ſeu reſervatio
favore Datariæ, ita & in aliis ſubſequentibus diſcur-
rendum eſt, cum virtus illarum dictionum *tam*, & 4
quàm, ſit correlativa, & omninò primam præſenta-
tionem ſubſequentibus æquiparet. *Barboſ. dict. 400. n.
5. Rot. coram Peutinger. dec. 566. nu. 5. & coram Coccin.
dec. 2303. n. 3.*

Minimè refragante, quòd verba illa — *quotieſcun-
que, & quandocunque caſus vacationis evenerit*, & *im-
mediatè*, intelligi poſſint diſcontinuativè, ſeu diſcre-
tivè de menſibus non reſervatis, prout ſubjecta ma-
teria Juriſpatronatus Eccleſiaſtici expoſtulat, ut fir-
mant Deciſiones contrariæ R. P. D. Florez, & ſi-
gnanter prima in §. *Quia licèt*; Hoc enim eſſet vio-
lare ſenſum, & proprietatem verborum, & deſtrue-
re modum, & formam, tam enixè geminatis ver- 5
bis à Teſtatore demandatam cum excluſione cujuſ-
cunque alterius ex vi clauſulæ *& non aliàs &c. Bar-
boſ. clauſ. 81. n. 1. & dict. 250. n. 1. Rot. dec. 61. num. 4.
part. 1. & dec. 96. num. 5. part. 17. rec.* quam formam
admittit etiam Juſpatronatus Eccleſiaſticis relictum, 6
cum ſit de natura ſua indifferens ad recipiendum quæ-
cunque pacta, & conditiones, Fundatori laico be-
neviſas, dummodò non impoſſibiles, aut bonis mo-
ribus repugnantes, ad *Text. in cap. nobis, juncto cap.
prætereà*, ubi Doctores, *de Jurepatronatus, Lotter. de
Re Beneſic. lib. 2. p. 29. nu. 4. Barboſ. de Jur. Eccleſ.
univerſ. lib. 3. cap. 12. n. 12. Card. de Luc. de Beneſ.
diſc. 6 n. 10. Rot. in Romana Juriſpatronatus coram Sa-
crat. impreſſ. apud Vivian. de Jurepatr. p. 1. lib. 4. c.
9. ſub n 56. coram Royas dec. 252. n. 3. & dec. 274.
n. 4. & 7. Dunoz. Jun. dec. 769. n. 5. in rec. dec. 157.
an. 5. p. 7. & in Florentina Capellaniæ 7. Martii 1677.
§. Viſum eſt, coram Bourlemont.*

Atque hinc conſtito de clara voluntate Fundato-
ris excludendi Reſervationes Apoſtolicas, & erigendi 7
Canonicatum, & Capellanias ad inſtar Juriſpatronat.
Laicalis, ſi non expreſsè, ſaltem virtualiter, quod
ſufficere dixit *Rot. coram Royas dec. 274. à nu. 4. uſ-
que ad finem Dunoz. Jun. dec. 769. num. 4. & ſeqq. in
rec. dec. 327. n. 3. & 4. p. 15. dec. 342. nu. 3. & ſeqq.
part. 19.* ceſſare viſa fuit diuturna obſervantia, & ul-
timus ſtatus conferendi per Datariam, conſideratus
in Deciſionibus contrariis. Aut enim loquitur de ob-
ſervantia interpretativa; & cum teſtamentum Bar- 8
buglii ex tot circumſtantiis undequaque ſit clarum,
illa non meretur attendi. *Rot. dec. 255. n. 8. & ſeq. p.
19. recent. & alibi paſſim*: aut loquimur de præſcripti-
va etiam mutatione ſtatus perpetua, & non conſti-
to de voluntate Pontificis, ſine qua proviſiones Apo- 9
ſtolicæ nunquam mutant ſtatum in præjudicium Pa-
tronorum, & incaſſum allegatur. *Roſ. de Execut. Li-
terarum Apoſtolicarum p. 1. cap. 6. n. 112. dec. 252. n. 11.
cor. Priolo. Eminentiſſ. Otthobon. dec. 224. n. 17. rec. dec.
330. n. 31. & ſeq. p. 9. & deciſ. 372. nu. 13. p. 18.* quæ
voluntas Pontificis tantùm abeſt, quòd effulgeat in
præſenti hypotheſi, ut potiùs de contraria appareat ex
clauſula *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, in
ſingulis proviſionibus appoſita, per quam clarè di-
gnoſcitur, Papam noluiſſe mutare ſtatum Beneficii, 10
nullumque Patronis præjudicium inferre. *Barboſ.*

claſ. 45. n. 2. Rot. *poſt Vivian. de Jurepatronat. dec. 29. num. 4. in recent. deciſ. 224. num. 9. & ſeqq. part. 12. & deciſ. 421. n. 36. part. 18. tom. 2. & dec. 274. n. 6. & 7. part. 19.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. A N S A L D O,

Compoſtellana Jurium Parochialium.

Lunæ 4. Maji 1705.

A R G U M E N T U M.

Beneficium, Curam animarum annexam habens, non repletum in tempore, ſtabilito per SS. Canones, Conc. Trid. & Conſt. Pian. devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. An Capitulum, occaſione particularis adminiſtrationis Bonorum, conceſſæ uni ex Canonicis, poſſit in eum transfundere Jus præſentandi ad aliquod Beneficium, ita & taliter, ut illud, durante tempore dictæ Adminiſtrationis, poſſit exercere quicumque eidem Canonico in hæreditate ſucceſſerit.

S U M M A R I U M.

1 *Ad quos effectus fieri permittantur uniones Beneficiorum.*

2 *Non reprobatur in Jure Pontificio alternativa inter Patronos, circa exercitium Juris præſentandi.*

3 *Beneficia, quibus inhæret Cura animarum, diutiùs, ſive ultra ſex menſes vacantia, devolvuntur ad Sedem Apoſtolicam*, & numer. 7. 9. & 10.

4 *Sententia in Cauſa, aliàs de ſui natura appellabili, poſt lapſum decem dierum, Parte non reclamante, tranſit in rem judicatam.*

5 *Ad conſtituendam verò rem judicatam, deſiderari ſolet ulteriùs concurſus Juſtitiæ*, & n. 6.

8 *Cedens, facto proprio præjudicare non valet Ceſſionario.*

11 *A quibus tractetur de Synodo Provinciali, diſponente, etiam in Parochialibus Juriſpatronatus fieri debere concurſum.*

12 *Non ſufficit ſimplex petitio affixionis Edictorum pro Concurſu, niſi etiam intra debitum tempus ſequatur nominatio.*

13 *In Beneficiis, ſive ſimplicibus, ſive Curatis, ad Epiſcopum aliud non ſpectat, quàm recognoſcere idoneitatem præſentati.*

14 *Diſpoſitio* S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform. *circa præſentationem, à Patrono Eccleſiaſtico faciendam infra decem dies, nec per Conſtitutionem particularem, neque per ſtylum contrarium, abrogari poteſt.*

15 *Totum Jus Capituli ad præſentandum, ſtante Turno, inter Canonicos exiſtente, reſidet in Canonico Turnario.*

16 *Jura pertinentia ad aliquod Collegium, Univerſitatem, vel Capitulum, nequeant expleri à non exiſtente de gremio.*

17 *Jus conferendi, nominandi, vel præſentandi, connumeratur inter fructus.* Declara n. 18.

19 *Regulariter non cenſentur transfuſa, ſeu ceſſa niſi ea, quæ de Jure transfundi, ſeu cedi poſſunt.*

20 *Omnia Edicta, Decreta, & Conſtitutiones, interpretari debent ſecundum honeſtam rationem.*

21 *Jus præſentandi tranſit cum univerſitate bonorum.*

22 *De mercimonio ſuper re ſpirituali, quod SS. Canones perhorreſcant.*

D E C I S I O XI.

ILla unio Beneficiorum, quæ in Jure Pontificio ſeu Canonico, fieri ſolet, vel pro neceſſaria manutentione unius, aut alterius Rectoris, vel pro com-
1 modiori ſubſtentatione Curæ; vel ad alios effectus; de quibus *Gonzal. lib. 3. Decretal. tit. 31. cap. 8. num. 3. Cirin. in Jus Canon. in Partit. lib. 3. Decretalium tit. 48. in fin. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 614. num. 2. Capon. diſcept. 150. num. 4. & ſeqq. Pax Jor. lucubrat. diverſ. tom. 2. lib. 9. tit. 1. num. 413. Pilota Dec. Pontific. tom. 2. lib. 3. dec. 3. n. 25. Rot. dec. 331. n. 3. p. 11. & dec. 244. num. 7. part. 15. rec.* in hac hypotheſi effecit, quòd Beneficia in honorem *S. Eulaliæ* incliti Cathaloni Principatus Protectricis: nec non *S. Michaelis* fundamentalis, erecta per modum unius (adjecta, vel inhærente Cura animarum) quaſi poſſiderentur circa exercitium Juris præſentandi à Ven. Capitulo Eccleſiæ Compoſtellanæ, nec non à Monialibus Monaſterii *S. Pelagii*, quæ vernacula lingua nuncupa-
banrur *S. Payo*, idque per modum alternativæ, jux- 2
ta conſilium, & ſanctionem expoſitam in *Clementina Plures §. Et ut faciliùs, de Jure Patronat.* Cumque utriuſque Beneficii uniti noviſſima vacatio contigiſſet ſub *die 14. Martii 1697.* nemine comparente in concurſu per Ordinarium indicto, locum præbuit Petro Eſpinos, ut idem Beneficium impetraret à S. Se-
de in vim Sacroſanctæ Conſtitutionis *B. Pii V. in 33.* 3
ſedulò invigilantis ſub pœna reſervationis, nè Beneficia habentia Curam animarum vacent diutiùs, ſive ultra *ſex menſes*. Quapropter fruſtra in oppoſitum adlaborante poſt hæc quadam Iſabella, vel Joanne Martino Caſſado, ejus ceſſionario, ex rationibus, & motivis mox exprimendis, non minùs primus Executor Literarum Apoſtolicarum ejuſdem Petri, quàm Nuncius Hiſpaniarum, & poſtremo loco Tribunal *coram R. P. D. meo Lancetta*, ſtetit pro Petro; Hodie verò reaſſumpta diſputatione apud *Dominos*, etiam ex officio, hoc idem unanimiter extitit confirmatum uſque ad reſcriptum finaliſſimum -- *Conſtare de re Judicata*.

Nam quippè nulla ſuberat quæſtio ſuper verificatione præfatæ rei judicatæ quoad Ordinem Judicii; Dum noviſſimè reſcribente Signatura Juſtitiæ cum Clauſula *ſine præjudicio*, poſt judicatum *R. P. D. mei Lancettæ* declarans non eſſe locum arbitrio pro retardatione Literarum Apoſtolicarum, quas Petrus obtinuerat, nemo auſus eſt comparere, qui in hodierna Audientia infringere ſatageret idem judicatum, & propterea eo magis intrabat Reſponſum *Dominorum* ſuper conſiſtentia Rei judicatæ; dum Literæ Apoſtolicæ, ſibi promerentes debitam, & abſolutam venerationem, ſecum ferebant, alio non obſiſtente, remedium executivum, & importantiam ejuſdem Rei judicatæ, & quòd etiam Cauſæ de ſui natura appellabiles, poſt lapſum nedum, ut ad præſens, unius
anni, ſed etiam poſt ſimplices decem dies, in contu- 4
maciam Partis non reclamantis tranſeant in rem judicatam, teſte *Gravet. conſil. 103. num. 1. Rot. dec. 5. de ſent. excomm. in nov. deciſ. 333. & deciſ. 547. utrobique n. 1. cor. Cerro, dec. 574. n. 1. cor. Priol. dec. 176. nu. 2. p. 4. rec. dec. 178. n. 1. p. 6. & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 2. Junii 1698. §. Hæc quoad ſorores, cor. Me, inter hactenus impreſſas dec. 46.*

Quia verò ad conſtituendam rem judicatam, ultra
ordinem Judicii, & lapſum temporis, deſiderari ſo- 5
let concurſus Juſtitiæ, ſecundùm ea, quæ habentur paſſim examinata, & diſcuſſa, & præ cæteris in *Mindonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis 12. Januarii currentis anni, coram Me, & ante eam in deciſ. 665. num. 2. ubi Addit. n. 9. coram Pamphil. deciſ. 123. n. 7. cor. Priol. & dec. 837. num. 16. cor. Emerix Jun. & in recent. dec. 132. num. 10. part. 7. dec. 24. nu. 1. p. 11. dec. 219. n. 1. part. 16. deciſ. 814. n. 1. part. 18. & dec. 129. n. 1. part. 19. Domini* agnoverunt in hoc caſu, ad muniendum præfatum ordinem Judicii intercedere quoque ad exuberantiam clariſſimam juſtitiam favore Petri, & idcirco de viribus rei judicatæ ad ejus favorem eo minùs dubitari poſſe, quemadmodum proſequendo habetur *in dec. 104. num. 2. coram Pamphil. dec. 155. n. 2. coram Priol. & in recen. deciſ. 346. num. 1. tom. 3. part. 19.*

Siquidem ex litera unionis abundè liquebat, quòd originaliter unio prædicta facta fuerat Decano, & Capitulo, nec non Monaſterio Monialium *di S. Payo*, proindeque, cum nemo ex his deveniſſet ad præſentationem in tempore ſtabilito per *Sacros Canones, Concilium Tridentinum, & Conſtitutionem Pianam*, rectè valuit Petrus, ad limites ejuſdem Sacroſanctæ Conſtitutionis Pianæ, in Beneficio ſecum ferente pabu-

lum

lum Animarum, impetrare ex capite devolutionis,
7 à S. Sede reparatrice horum abuſuum, controverſam Parochialem, ſecundùm ea quæ in terminis adnotarunt *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 130. Ventrigl. in Prax. part. 2. adnot. 5. §. 1. n. 4. Novar. in Summa Bullar. Comment. 45. nu. 1. & 3. Antonell. de Regimin. Eccleſ. l. 3. c. 6. n. 18. Card. de Luc. de Jure Patr. diſcurſ. 6. n. 14. Addit. ad Gregor. dec. 494. n. 3. Rot. cor. Ubag. dec. 80. n. 7. dec. 150. n. 6. p. 17. & dec. 395. n. 2. p. 19. rec. & habetur in dec. hujus Cauſæ ſub die 29. Januarii 1703. coram* R. P. D. *meo Lancetta §. Arbitrium*.

In nihilo obſiſtente, quòd Capitulum transfuderit Jura propria in Canonicum Arrendatarium cujuſdam Tenutæ Capitularis, compellatæ *de Vega*, cujus fuerat ultimus Adminiſtrator, ſeu Arrendatarius Canonicus Peralta, cumque hujuſmodi Affictus perduraret uſque ad totum *menſem Julii anni* 1697. mora proindè Capituli in præſentando nocere non poſſet habenti
8 cauſam ab eodem Peralta, juxta ea, quæ paſſim habemus in terminis ceſſionis apud *Surd. conſ. 22. n. 29. & ſeqq. Noguerol. allegat. 22. n. 12. & 13. Ole. de Ceſſione Jur. tit. 8. qu. 2. per tot. Rot. penes Contr. Diſcept. dec. 133. nu. 7. & inter recollect. per Balducc. ad Ramon. dec. 12. n. 6. tom. 2. & in rec. dec. 403. n. 8. in fin. p. 2. & dec. 455. n. 8. p. 18.*

Subſiſtebat etenim ſemper reſponſio, quòd nec præfatus Canonicus Peralta, nec Iſabella ejus mater, prætenſa ſucceditrix, & hæres in Affictu, ullibi in termino præfatorum ſex menſium devenerat ad alicujus præſentationem: ſicque ſemper ad nor-
9 mam Juris factus erat locus devolutioni, de qua latè diſſertum fuit in *Forolivien. Canonicatus Theologalis 25. Junii* 1700. *coram Me*, quemadmodum ſtante decedentia, & tranſcurſu temporis, providè ordinati pro repletione Beneficii, & reſpectivè præſentatione, ſeu nominatione, aut collatione illorum, ad quos
10 ſpectat, ultra ſupra relatos proſequuntur *Murg. de Benef. q. 7. §. 7. à n. 383 & ſeqq. Corrad. in Praxi Beneficial. lib. 3. cap. 3. n. 5. verſic. quintus caſus. Rot. deciſ. 202. cor. Ubag. per tot. & in Aprutina Præpoſituræ de Herota 28. Januarii 1695. §. Hoc namque, coram bon. mem. Urſino*.

Senſerant Informantes in præcedenti inſtantia coram R. P. D. *meo Lancetta* ineluctabilem efficaciam fundamenti; ideoque, recurſum habuerunt ad aſylum, quòd vigore cujuſdam Synodi Provincialis, etiam in Parochialibus obligatis oneri Patronatus, fieri deberet concurſus: Cumque Iſabella inſtetiſſet pro Edictorum affixione, id enervaret, ac tolleret moram, in qua fundatur devolutio. Verùm quidquid
11 eſſet de ſanctione hujus Synodi Provincialis, de quo extra tamen terminum præſentis indaginis, obloquuntur *Garzias de Benefic. p. 9. c. 2. nu. 40. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 5. §. 1. n. 12.* nuſquam debebat Iſabella deſiſtere à ſua nominatione, facienda intra terminum, à Sac. Concilio Tridentino, & Conſtitutione Piana præſcriptum, aliàs in grave præjudicium
12 animarum, Oves remanerent ſine Paſtore, & per ſimplicem petitionem affixionis Edictorum nimis fraudaretur mens Concilii, & Pontificis, ſecundum ea, quæ videtur innuere *Ventrigl. in Prax. tom. 2. annotat. 5. §. 1. nu. 12.* & ulteriùs proteſtari eadem Coſtitutio Synodalis per illa verba — *Dummodo circa præſtationem &c. quæ à Sacro Concilio Tridentino ſtatuta ſunt, obſerventur*, quam refert *Cardin. de Aguirre tom. 4. Concilior. Decreto 3. pag. mihi* 105. Quando in Beneficiis, ſive ſimplicibus, ſive Parochialibus aliud munus non pertinet ad Epiſcopum, quàm recognoſcere
13 idoneitatem Præſentati, ut legitur ſancitum *in Conc. Trident. de reform. ſeſſ. 24. c. 18. verſ. peracto*, & tradunt *Moſſobr. in Prax. haben. Concurſ. requ. 5. dub. 2. Barboſ. de Paroch. p. 1. c. 2. nu. 124. & 129. Rot. coram Burat. dec. 22. n. 28. & ſeqq. dec. 90. per totam, & in rec. dec. 576. n. 3. & 4. p. 18.*

Et quando uſquam auditum fuit in Jure, quòd (quidquid ſibi blandirentur præfati Informantes per ſuppoſitionem ſtyli illarum partium) petitio affixionum Edictorum ad Patronum non pertinens haberi poſſet pro effectiva præſentatione, reſiſtente forma Concilii, quod jubet, Patronum infra decem dies præſentare debere, ut in *ſeſſ. 24. c. 18. de reform.* quæve ſanè forma Ecumenica Conciliaris, neque per
Conſtitutionem particularem, neque per ullum ſty- 14
lum, neque per privatas perſonas poterat ſperni, ſed ad unguem erat religiosè obſervanda, ut paſſim habetur, & ſignanter penes *Pignattellum Conſult. Canonic. 3. n. 12. tom. 4. Card. de Luc. de Beneficiis diſcur. 96. n. 9. & in Annotat. ad Concil. diſcurſ. 1. nu. 15. & 16. & diſcurſ. 33. n. 9. Rot. dec. 620. nu. 1. 2. & 3. coram Bich. dec. 90. n. 8. p. 16. rec.*

Cæterùm hæc omnia erant etiam in ſua quidditate ſuperflua: nam hodie tractabatur de exercitio Juris præſentandi, ſeu nominandi, quod tentabat implere Iſabella; quodve mirabilius erat, Joannes Martinus Caſſado ejus ceſſionarius, & tamen, ut præmiſimus, vigore Unionis attinebat hujuſmodi Jus per circulum alternativum Capitulo, & Monaſterio. Undè eſto millies, quòd rationabiliter, ex principio hactenus ignoto, idem Jus præſentandi, ſive illius exercitium, valuerit ſpectare ad Arrendatarium Tenutæ, ſeu Bonorum *de Vega*, potuit hoc ad ſummum militare, quoties in effectu præſentaret Canonicus Aſfictuarius, ſemper quippè ille, tanquam Canonicus, & exiſtens de gremio Capituli, illius jura valebat legitimè repræſentare; ſicuti habemus quotidie pra-
cticatum etiam in Urbe noſtra, Matre Religionis, 15
& in ipſis Regnis Hiſpaniarum in propoſito Canonici Turnarii, deſcripti in illa, vel illa Hebdomada, ſeu Tabella, ſecundum ſæpiùs canonizzata per Tribunal, ut in *dec. 14. n. 1. & 2. p. 12. rec. & in Romana Clericatus Beneficiati S. Petri 13. Maji 1695. cor.* R. P. D. *meo Priolo, inter impreſſ. ad Card. de Luc. de Benefic. deciſ. 23. & 24. & in Hildeſimen. Canonicatus 11. Aprilis 1702. in princip. cor. Me, & in Segobien. Canonicatus 3. Julii 1704. pariter in princip. cor.* R. P. D. *meo Scotto*.

Aſt quòd fœmina ſucceditrix in materialitate Aſfictus poſſet exercere ea, quæ competebant Capitulo, vel per diviſionem ejuſdem exercitii uni, vel alteri Canonico, reddebatur imperceptibile, & imper-
vium, obſiſtente regula, quòd Jura pertinentia ad 16
aliquod Collegium, Univerſitatem, vel Capitulum, nequeunt expleri à non exiſtente de græmio ejuſdem Univerſitatis Collegii, vel Capituli. *Abb. in c. Scriptum n. 510. ibidem Imol. n. 6. verſ. nec mirum, de electione. Bartol. in lib. 1. C. de princip. agen. in reb. lib. 12. Lavor. Variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 17. num. 45. & ſeq. Barboſ. de Can. & Dignitat. cap. 39. num. 14. Tamburin. de Jur. Abbat. diſp. 5. quæſt. 4. nu. 3. latè Gratian. in Addit. ad deciſ. Marcb. 157. à num. 9. cum pluribus ſeqq. & diſcept. forenſ. 482. in fin. Rot. deciſ. 275. n. 5. & ſeq. cor. Duran. & in Romana Clericatus Beneficiati S. Petri 13. Maji 1695. §. Verùm, ad fin. cor.* R. P. D. *meo Priolo, inter recollect. ad Cardinal. de Luc. de Beneficiis dec. 23.*

Haud relevante, quòd cum Affictus perduraret per totum menſem Julii, & interim ſucceſſerit vacatio Beneficii, nec non obitus Canonici Peraltæ, Iſabella valuerit, tanquam legata pro conſumatione ejuſdem Affictus, perfrui quoque de hoc Jure nominandi, præſentandi, utpotè adſcribendo inter fructus
ejuſdem Affictus; ſicuti in ſuis terminis connume- 17
ratur, & exiſtit Jus, ſive exercitium conferendi, nominandi, vel præſentandi, ex his, quæ originaliter adnotavit *Gloſſ. in cap. cum olim, Extr. de major. & obed. & in cap. cum Bertoldus, Extr. de re judicat.* & proſequitur *Bald. in l. cæterum num. 5. C. de uſufruct. & in l. 2. nu. 77. C. de ſervitutibus, & aqua. Coccin. Junior. conſil. 103. n. 5. lib. 2. Menoch. conſil. 66. num. 6. Molin. de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 2. Auguſtin. Barboſ. de Appellat. V. Uſufructus, num. 21. Barbat. de Diviſ. Fruct. part. 2. cap. 16. num. 2. & ſeqq. & n. 18. Card. de Luc. de Dot. diſcurſ. 160. na. 32. & de Jure Patronat. diſcurſ. 41. nu. 6. & 7. & ſæpiùs affirmavit Rot. dec. 10. de Jur. Patr. in nov. & cor. Martica dec. 140. n. 5. cum aliis in Compſana Abbatiæ 21. Aprilis 1698. cor. bon. mem. Urſino, relata in Beneventana Beneficii 7. Martii 1704. §. Aſſerebatur poſtremo, cor. Me.*

Id quippe potuiſſet ſibi locum vindicare, ubi jus præſentandi, nominandi, & conferendi, fuiſſet propriè annexum eidem Tenutæ, vel Bonis *de Vega*, & non

18 eſſet clarè ab initio præſervatum Capitulo, quia data neceſſitate, ſeu ſtabilimento hujus Juris in Capitulo, illud quidem ad ſummum poterat, ex ratione, de qua ſuperiùs, transſerre, & ablegare uni de ſuo gremio, & inſimul Arrendatario; ſed nunquam illud à ſe abdicare, ut Jus conceſſum à Capitulo poſſet per fœminam expleri, proindéque memorata concluſio, quòd jus præſentandi veniat in fructu, temperanda erat ad ſenſum Juris, poteſtatis, & rationis, videlicet, de iis fructibus, qui incompatibiliter
19 poſſent in fœminam, vel extraneum tranſire, ut dicimus de omni generica transfuſione Jurium, ſeu ceſſione, per *Text. in cap. Privilegium, de Regul. Jur. in 6, per Bald. conſ. 31. n. 2. verſ. quia mutato volum. 1. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 7. a. 45. Graſſ. de Effect. Cler. effect. 2 n. 361. Rodriquez de Annuis Redditib. lib. 3. q. 4. n. 41. Ole. de Ceſſ. Jur. tit. 6. q. 2. n. 32. Gallerat. de Renunciat. lib 1. c. 4. n. 52. verſ. nam privilegium. Noal. de Tranſmiſſ. caſ. 22. nu. 2. & ſeqq. Rot. poſt Cenc. de Cenſibus dec. 480. n. 9. & 10. & dec. 76. nu. 14. & 15. p. 15. rec. & in Ferrarien. Fructuum 11. Maji 1705. §. Agnita hac veritate, & §. final. coram R. P. D. meo Caprara.*

Maximè quia Capitulum, quod fecerat, hanc impropriam annexionem, ſolemniter ſanciverat, nè hujuſmodi Tenuta arrendaretur perſonis extraneis, ſive extra gremium Capituli, ſignum evidens, quòd nuſquam intellexerat, tranſportare extra gremium Capitulare bona, quæ laudabiliter in caſu ſuo habebant connexam hanc facultatem præſentandi; aliàs ſi actum fuiſſet de arrendamento bonorum indifferentium, & temporalium, utique non adjeciſſet hanc
20 prohibitionem, quemadmodum patere videtur ſenſum, & ſuggerit honeſta ratio, juxta quam ſemper interpretari debent omnia Edicta, omnia Decreta, & Conſtitutiones, teſte *Valenzuel. conſil. 63. à n. 144. & ſeqq. lib. 1. Rocc. ſelect. Juris diſput. c. 57. num. 63. Bonden. collectat. legal. 20. n. 221. p. 2. Fontanell. dec. 466. n. 8. Cenſal. dec. Lucen. 15. nu. 104. eadem Rota Luc. inter recollect. per Palm. Neap. dec. 326. n. 10. & 11. p. 4. Rot. in recent. dec. 388. à n. 12. & ſeqq. p. 5. & dec. 95. n. 16. p. 16.*

Et ob id aures *Domini* præbere nequiverunt prætenſioni eorundem informantium ſuper eo, quòd iſtud Jus præſentandi foret annexum memoratis Bo-
12 nis, ſive Tenutæ, cum non tractaretur de aliqua Univerſitate bonorum, ad terminos *Textus in c. ex literis, ubi Fagnan. n. 32. de Jure Patronat. Abb. in c. querelam 15. eod. tit. cum aliis in Mediolanen. Prioratus 3. Maji 1704. §. Adhuc probationem, coram Me*, & ab extra nullus daretur fumus hujus annexionis: Teſtes etenim, qui circumferebantur ſuper præſentatione fieri ſolita à Canonico Arrendatario, rectè ad terminos diſcurſus hucuſque habiti procedebant, quotieſcunque nimirum Tenuta, ac bona, ſtetiſſent penes Canonicum capacem induendi figuram repræſentativam Capituli, aliàs ſi Capitulum diverſimodè intendiſſet (deducendo argumentum ab abſurdo ſemper vitando) per hanc prætenſam annexionem Bonis, & Tenutæ particulari, videretur pro augendo affictu feciſſe Mercimonium de Parochiali, naturaliter non annexa eidem Tenutæ, & Bonis contra
22 perhorreſcentiam Sacrorum Canonum, de quibus *Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 12. nu. 19. Far. ad Covarruv. lib. 1. c. 13. n. 21. Mareſcot. Var. Reſolut. lib. 2. cap. 55. n. 12. Garz. de Beneficiis p. 5. c. 9. n. 14. & ſeq. Corrad. in Prax. Beneficial. lib. 4. c. 5. ſub n. 39. verſ. fin. Mangil. de Evict. q. 127. nu. 15. verſ. nam alias, cum ſeqq.* cum aliis adductis *per Rot. in Gerund. Beneficii 5. Junii 1699. §. Nec obſtat, coram R. P. D. meo Caprara, & in Aſculana ſabboſtationis hæreditatis 10. Decembris 1704. §. Tantoque minùs, coram R. P. D. meo Muto.*

Et ita in hac noviſſima, & devolutiva Inſtantia informante ſolum Petro, animadverſum, & reſolutum fuit.

R. P. D. DELL' OLMO.

Cracovien. Archidiaconatus

Ven. 12. Februarii 1700.

ARGUMENTUM.

Non inducitur ſubreptio poſterioris Gratiæ ex falſa narrativa Diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, præſertim quando revera non ſunt incompatibilia; neque ex reticentia veri, conſtito de expreſſione facta, juxta ultimum ſtatum Beneficii, & bona fide. Quando reticentia qualitatis reſidentialis faciat Gratiam obreptitiam.

SUMMARIUM.

1 *Negativa Diſpenſationis Apoſtolicæ probatur ex diligentiis factis in Regiſtris Datariæ, in quibus ſimiles Diſpenſationes adnotantur.*

2 *Falſitas narrativæ diſpenſationis obtentæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, non reddit Gratiam ſubreptitiam, quoad acquiſitionem novi Beneficii, dummodo per Impetrantem expoſita fuerint S. Pontifici omnia Beneficia, præcedenter poſſeſſa.*

3 *Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ requirunt perſonalem reſidentiam.*

4 *A falſa expreſſione illius, quod non erat neceſſe exponere, nullum ſubreptionis caput exoritur.*

5 *Quando excluſa remaneat qualitas Collegialitatis.*

6 *Ad ſalvandam Gratiam à vitio obreptionis, ſola dubietas ſufficit.*

7 *Gratia obtenta, abſque expreſſione Beneficii, jam poſſeſſi, tanquam ſubreptitia, non valet*, & numer. 10.

8 *Ultimus ſtatus, expreſſioni conformis, ſuffragatur ad ſalvandam Gratiam ab obreptione.*

9 *Et ſufficit, quòd expreſſio facta fuerit bona fide, juxta ſtatum, in quo de tempore impetrationis Beneficium reperiebatur.*

11 *Reſidentia, poſita in arbitrio Ordinarii, non dicitur præciſa, ſed cauſativa, non apta, ob ipſius reticentiam, inducere ſubreptionem.*

12 *Quando præſumatur abrogata qualitas reſidentiæ, in fundatione Beneficii præfinita, ab Ordinario, à cujus arbitrio pendebat.*

13 *Duo Beneficia, perſonalem reſidentiam requirentia, tanquam incompatibilia, non poſſunt, abſque diſpenſatione Apoſtolica, retineri.*

14 *Habentes Canonicatum in Cathedralibus, vel Collegiatis, non obſtantibus contrariis Statutis, vel conſuetudine, ad reſidentiam cogendi ſunt.*

DECISIO XII.

REvocatis ſub die 13. Februarii ſuperioris anni ad novum examen fundamentis *Deciſionis coram Me editæ 12. Maji 1698.* cum Andreæ defenſores ad ſtabiliendam tria ſubreptionis, & obreptionis capita, quibus narrata in Literis Apoſtolicis Joannis de falſitate redarguere contendebant, admodum inſiſterent ſuper qualitate reſidentiali Canonicatuum, & Beneficiorum, quæ idem Joannes præcedenter obtinebat, placuit Dominis reſolutionem differre, mihique inſimul injungere, ut informationem à Reverendiſſimo Nuntio Poloniæ ſuper dicta qualitate exquirerem: quo hodie expleto, illiuſque relatione in Actis dimiſſa, cum Patres iterum conſuluerim ſuper dubio, *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, reſponſum mibi dederunt: *In deciſis juxta modum.*

Nullum enim ex dictis tribus capitibus, etſi hodie latiori methodo repetitis, valuit Dominos retrahere, quo minùs eorum votum pro executione dictarum Literarum iterum proferrent. Non quidem primum, ex eo deductum, quòd Joannes Pontifici expoſuerit, ſe geminos Canonicatus obtinere cum di- 1
ſpenſatione Apoſtolica, quando tamen negativa il-

lius

lius impetrationis probata remanet ex diligentiis fa-
ctis in Regeſtis Datariæ, in quibus ſimiles diſpen-
ſationes adnotantur, ex deductia per *Rot. in Neapoli-
tana Penſionis* 26. *Novemb.* 1696. §. *In præſenti*, &
22. *Aprilis* 1697. §. *Deſerta autem*, *cor. bon. mem. Ur-
ſino*. Nam quidquid dicendum eſſet, ſi Joannes vo-
luiſſet eodem tempore impetrare diſpenſationem ob-
tinendi omnia Beneficia, quo in Caſu expreſſio, quòd
fuiſſet pro geminis jam obtentis diſpenſatus, quotiea
non verificaretur, ſubreptionem fortaſſe cauſaret; il-
lud in præſenti certum eſt, quòd dum per ipſum ex-
2 poſita concernunt ſolùm acquiſitionem controverſi
Archidiacnnatus, ſatis utique eſt pro validitate Gra-
tiæ illius impetrationis, quòd omnia Beneficia, per
ipſum præcedenter poſſeſſa, fuerint Summo Pontifici
narrata, cum falſitas narrativæ jam obtentæ diſpen-
ſationis operari tantùm valeat, quòd ſi Beneficia ſint
inter ſe iocompatibilia, Papa ſuper priorum reten-
tione non diſpenſaverit, minimè tamen poſterioris
Gratiæ ſubreptionem inducere poſſit, ad literalem
Text. in c. non poteſt 21. §. *fin. de præb. in* 6. *Hoyed.
de incompat. p.* 2. *cap. fin. n.* 72. *Gonz. ad Reg.* 8. *Can-
cell. gloſſ.* 15. *n.* 27. & *ſeq. Panimol. dec.* 31. *adnot.* 1.
n. 45. *Rot. coram Rembold. dec.* 289. *n.* 3. & *ſeqq.*

Addito præſertim, quòd duo memorati Canonica-
tus haud ſunt inter ſe incompatibiles: Quamvis enim
alter ex illis, ſitus in Eccleſia Scarbimirien. requirat
3 perſonalem reſidentiam, eo quia, ut teſtatur in ejus
relatione Reverendiſs. Nuntius *Summ. Andreæ num.* 1.
eadem Eccleſia eſt vera, & propria Collegiata, ut
ex diſpoſitione *S. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 12.
notant *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *num.* 18.
Rot. in Moguntina Canonicatus 7. *Aprilis* 1696. §. *Nec
ad evitandam*, *cor. bon. mem. Urſino*, alter tamen Ec-
cleſiæ S. Georgii in Arce Cracovienſi nullam reſi-
dentiam requirit, ſed tanquàm ſimplex Beneficium
reputatur, quo ſtante, cum uterque ex illis valuiſ-
ſet ab eodem Joanne, ob illorum compatibilitatem,
etiam ſine diſpenſatione obtineri, indè per conſequens
4 emergit, quòd quemadmodum nulla aderat neceſſi-
tas exprimendi diſpenſationem, ita ab illius expreſ-
ſione neque ullum ſubreptionis caput oriri poteſt, ad
tradita per *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *q.* 54. *nu.* 30.
& *ſeq. Adden. ad Gregor. dec.* 150. *nu.* 11. *Rot. inter
impreſſas poſt* 2. *vol. conſil. Farin. dec.* 270. *n.* 1. & *per
tot.* & in illius confirmatoria in eodem ordine *la* 288.
& *coram Cocc. dec.* 2299. *n.* 10. *cum aliis in dec. quæ
revidetur* §. *Nec eſt*.

Nec dicatur, quòd dictus Canonicatus S. Georgii
perſonalem pariter reſidentiam expoſcat, tanquàm
æquè erectus in Collegiata. Quia tametſi dicta Ec-
cleſia modernis etiam temporibus nomen Collegiatæ
uſurpet, pluraquè etiam inditia Collegialitatis in ea
concurrant; attamen quia ad præſens in illa defi-
ciunt Arca, & Sigillum, nulla reperiuntur Statuta
antiqua, Canonici reſidentiali Domo non gaudent,
& Canonicatus, tanquàm Beneficia ſimplicia, ſolent
ſine Apoſtolica diſpenſatione conferri habentibus
etiam dignitates incompatibiles, ut obſervat Reve-
rendiſs. Nuntius in dicta ejus Relatione *d. Sum. n.* 1.
5 ex his propterea, vel aſſerta Collegialitas excluſa
remanet, ut iis omnibus enumeratis firmat *Rot. in
Mediolan. Præpoſit.* 26. *Novembris* 1691. §. *Non deſunt*,
& *ſeqq. confirmata* 4. *Julii* 1692. *cor. Reverendiſs. D.
meo Molines Decano*, vel adeò redditur dubia, ut re-
quiſitum perſonalis reſidentiæ, ex ea deductum, præ-
6 tenſam incompatibilitatem cauſare non valeat, ſi-
gnanter ad effectum redarguendi Gratiam Apoſtoli-
cam de obreptione, ad quam evitandam etiam ſola
dubietas ſufficit, per ea; quæ tradit *Rot. coram Se-
raph. dec.* 857. *n.* 15. & *cor. Bich. dec.* 645. *n.* 25. &
alibi paſſim.

Pariformiter nec ſubſiſtit ſecundum ſubreptionis
caput, reſultans ex reticita duplicitate Beneficii per
7 eum poſſeſſi in majori Eccleſia Cracovien. *ad Text.
in c. ad audientiam il* 2. & *cap. ad aures*, *de reſcript.
Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 36. *n.* 144. *Panimoll.
d. dec.* 31. *adnot.* 2. *n.* 44. Cum namque ex uniformi
relatione Reverendiſs. Nuntii, & Ordinarii Craco-
vien. conſtet, quòd licèt de præterito duo inibi ad-
fuerint Beneficia, totaliter diſtincta, ac ſeparata, ni-
hilominùs ab anno 1652. in anteà, tanquam unicum,
& ſimplex ſemper provideri conſueverunt, ſola ex-
preſſio unius, per Joannem facta, exuberans eſt, nè
gratia Archidiaconatus dici valeat obreptitia, cum 8
ultimus ſtatus expreſſioni conformis ſuffragetur ad
ſalvandam gratiam ab obreptione, ad firmata per *Rot.
cor. Cavaler. dec.* 540. *n.* 8. *dec.* 162. *n.* 31. *p.* 12. *rec.*
& *in dec. Reverendiſs. Decani* 26. *Junii* 1697. §. *Qua-
mobrem in fin.* & *in alia edita cor. Me* §. *Non itidem*.
Potiſſimùm quia hodie quæſtio non eſt ſuper Colla-
tione ejuſdem Beneficii per unicitatem expreſſi, ſed
de illius qualitate incidenter tantùm tractatur in im-
petratione alterius, undè quidquid ſit, an juxta ſta-
tum præcedentem Beneficia eſſent duo, hoc unum
ſufficit ad elidendam oppoſitam obreptionem, quòd
expreſſio facta fuerit bona fide juxta ſtatum, in quo
de tempore impetrationis Beneficium reperiebatur,
ut proſequitur *d. deciſio coram Me edita* §. *Parum*.

Demùm nec relevat tertium, deſumptum ex eo,
quòd Joannes qualitatem reſidentialem ejuſdem Be-
neficii neutiquam Pontifici expoſuerit, adnotata per 10
DD. *in cap. ſi motu proprio*, & *c. non poteſt*, *de præb.
in* 6. Quoniam cum reſidentia, in limine fundationis
expreſsè demandata, repoſita fuerit in arbitrio Ordi-
narii, qui ex cauſa rationabili poſſet Beneficii poſſeſ-
ſores ab illa diſpenſare, prout itidem refert Reve-
rendiſs. Nuntius *d. Summ. n.* 1. geminæ propterea re-
currunt reſponſiones, traditæ in mea præterita De-
ciſione; altera nempè, quòd eadem reſidentia, tan-
quam dependens ab arbitrio Epiſcopi, non eſt præ-
ciſa, ſed cauſativa, proindéque ob ipſius reticentiam
non apta ad inducendam ſubreptionem, ut punctua- 11
liter firmavit *Rot. in d. deciſ.* 489. *nu.* 2. & *ſeq. p.* 2.
rec. & *in Deciſione hujus Cauſæ*, *edita cor. Reverendiſs.
Decano* 26. *Junii* 1697. §. *fin.* & *in d. mea Deciſione* §.
Præterea; altera verò, quòd tum ex redditumn di-
minutione, tum etiam ex quo, tam anteceſſores,
quàm idem Joannes modernus beneficii poſſeſſor,
ſciente, & patiente Epiſcopo nunquam reſederunt, 12
præſumendum eſt, quòd idem Ordinarius reſidentiam,
in fundatione præfinitam, penitùs abrogaverit, ut in
eadem *mea Dec. d.* §. *Præterea*, *in fin.*

Atque ex his Domini tranſeuntes ad modum re-
ſolutionis, ſuperiùs enunciatum, cenſuerunt, Joa-
nem teneri ad dimittendum Canonicatum, quem poſ-
ſidet in Eccleſia Scarbimirienſi, ſuppoſito enim, quòd
ille, tanquàm erectus in Collegiata, requirat præci-
ſam, & perſonalem reſidentiam, ex adductis in §.
Addito, in conſequentiam venit illius incompatibili-
tas cum retentione Archidiaconatus, de quo agitur, 13
perſonalem reſidentiam pariter requirentis, non ob-
tenta per Joannem Apoſtolica diſpenſatione, de qua
hucuſque doctum non fuit, ut ad terminos *Text. in
c. de multa*, *de præb. in* 6. & *S. Conc. Trid. cap.* 17. *ſeſſ.*
24. *de reform.* ſentiunt *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *q.* 23.
n. 3. *Gonzal. ad Reg.* 8. *dicta gloſſ.* 15. *num.* 15. & *ſeqq.
Rot. cor. Merlin. dec.* 6. *n.* 7. & *ſeqq.* & *in dicta Mogun-
tina Canonicatus* 6. *Aprilis* 1696. §. *Qualiter*, *cor. bonæ
mem. Urſino*, & *prima Julii* 1697. §. 1. *coram Me*.

Quin obſtet relatio Epiſcopi Cracovien. in qua te-
ſtatur, Canonicatus Scarbimirienſes non eſſe reſiden-
tiales, ſed Canonicos teneri dumtaxat Miſſas con-
ventuales in Dominicis, & Feſtis diebus decantare:
quoniam illa potiſſimùm innixa eſt particularibus con-
ſtitutionibus, & conſuetudini non reſidendi, quæ ex 14
præſcripto ejuſdem S. Concilii non impediunt, quo-
minùs poſſidentes Canonicatus in Cathedralibus, vel
Collegiatis, contrariis Statutis, & conſuetudine non
obſtantibus, ad reſidentiam cogendi ſint, ut monent
Fagnan. in c. cum omnes n. 31. & *ſeqq. de conſtit. Bar-
boſ. de Canon. cap.* 20. *per tot. Rot. in d. Moguntina Ca-
nonicatus* 6. *Aprilis* 1696. §. *Nec ad evitandam*, *cor.
bon. mem. Urſino*, & *prima Julii* 1697. §. *Quandoqui-
dem*, *in fine*, *coram Me*.

Et ita in hac parte, exequendo etiam Summi Pon-
tificis mentem, qui in Literis Collationis præfati Ar-
chidiaconatus dimiſſionem alterius ex dictis duobus
Canonicatibus expreſsè demandavit, *præterito Summa-
rio Joannis n.* 3. reſolutum fuit utraque &c.

R. P. D. O M A N.

Cracovien. Canonicatus.

Lunæ 11. Maji 1705.

A R G U M E N T U M.

Deficiente Diſpenſatione Apoſtolica, cujus negativa probatur ex diligentiis factis per Officiales Datariæ, ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium ultra duos menſes, inducitur ipſo jure illorum vacatio, in nihilo ſuffragante ſerotina dimiſſione alterius incompatibilis.

S U M M A R I U M.

1 *Ex retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, abſque Diſpenſatione Apoſtolica, ipſo jure vacant,* & n. 16.

2 *Literæ Apoſtolicæ, in omnibus verificatæ, promptam merentur executionem.*

3 *Dimiſſio alterius Beneficii incompatibilis non ſuffragatur, neque ius ex Gratia impetrationis quæſitum, ejuſque executionem, tollere de medio valet.*

4 *Sicuti judicandum eſt de ſerotina reaſſumptione habitus clericalis, poſt privationem Beneficii, ipſo jure inductam, ob non illius delationem.*

5 *Qui Parochialem obtinuit, ad reſidentiam tenetur.*

6 *Ad inducendam incompatibilitatem ex retentione Parochialis ſimul cum altero Beneficio, æqualem continuam reſidentiam expoſcente, requiritur, quòd illa poſſideatur actu, & exercitio; ſecus ſi ageretur de ſimplici Cura habituali, quæ non operatur incompatibilitatem.*

7 *Commiſſio adminiſtrationis Spiritualium, alicui perſonaliter delegata, importat obligationem actus exercendi Curam per ſe ipſam.*

8 *Scholaſteria, tanquam dignitas, onus reſidentiæ annexum habet.*

9 *Synodus Provincialis, Juris diſpoſitioni conformis, & à Sede Apoſtolica approbata, & confirmata, obligat omnes Provinciales.*

10 *Conſtitutiones, ſeu conſuetudines, per quas eximuntur ab onere reſidentiæ, qui alias de Jure tenentur reſidere,* à S. Conc. Trid. *abrogantur.*

11 *Ex diligentiis factis per Officiales Datariæ probatur negativa coarctata diſpenſationis obtentæ ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium.*

12 *Sola poſſibilitas, quòd huiuſmodi diſpenſatio obtineri potuerit à Secretaria Brevium, vel* à S. Congr. Conc. *ſufficit ad impediendam executionem Gratiæ impetrationis.* Limita n. 13.

14. *Ex poſſeſſione Beneficiorum incompatibilium, præſumitur, quòd diſpenſatio Apoſtolica intervenerit.*

15 *Limita quando ex diligentiis, factis per Officiales Datariæ; excluditur omnis poſſibilitas Diſpenſationis.*

D E C I S I O XIII.

SUB narrativa, quòd Jacobus Szezuka eodem tempore poſſideret Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Cracovien. Scholaſteriam Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi Sandomirien. & ambas Parochiales locorum de Pobiodr, & de Opole Cracovien. Diœceſis, quòdque omnia Beneficia prædicta, ob eorum incompatibilitatem, attento defectu Apoſtolicæ diſpenſationis vacaverint; Stanislaus Kuczkonski impetravit ſub die 15. Novembris 1701. à Sanctiſſimo Domino Noſtro memoratum Canonicatum Cathedralis Cracovien. cumque Literas impetrationis deſuper expeditas ſub die 21. Julii ſequentis anni exequi mandaverit Executor de partibus, Jacobus prædictus eorundem Beneficiorum incompatibilitatem fore incontrovertibilem agnoſcens, ſub die 29. Novembris ejuſdem anni Parochialem prædictam Loci de Pobiodr actualiter dimiſit. Sed cum, dimiſſione hujuſmodi non obſtante, dictarum Literarum executio in gradu appellationis mihi commiſſa fuerit, dubium
ad normam Commiſſionis deſuper ſubſcriptum in hodierna audientia propoſui, quod fuit pro illarum executione reſolutum.

Nulla enim inter partes controverſia erat, quòd
Jacobus de tempore impetrationis eadem quatuor Be-
neficia à pluribus annis poſſideret, undè cum illa in-
ter ſe incompatibilia ſint, & Poſſeſſor neceſſario A-
poſtolicæ Diſpenſationis præſidio deſtitutus reperire-
tur, ut inferiùs patebit, quemadmodum exindè ob 1
hanc illicitam detentionem ipſo jure omnium illo-
rum vacatio inducta fuerat, tam ex antiquiori ſan-
ctione *Text. in cap. de multa, de præben. & in Ex-
travag. execrab. §. Si verò deinceps eod. tit.* quàm ex
noviſſima determinatione *Sacri Concilii Tridentini in
cap. 5. ſeſſ. 7. & cap. 17. ſeſſ. 24. de reform. Gonzal.
ad Regul. Cancell. gloſſ. 15. num. 14. Caſtropal. Oper.
Moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 6. punct. 57. ſub nu-
mer. 22. Panimol. deciſ. 31. annot. 1. numer. 1. & 2.
Rota coram Cerr. deciſ. 266. num. 1. & ſeqq.* & poſt
*Card. de Luc. de Beneſic. dec. 6. num. 1. dec. 7. n. 2.
&* in *Gneſnen. Canonicatus 18. Aprilis 1690. §. Vali-
ditas, cor. R. P. D. meo Caprara*: ita impetrationis
Literæ, tanquam in omnibus pleniſſimè juſtificatæ, 2
promptam merebantur executionem, juxta vulgatam
*Gloſſ. in cap. Si Capitulo, V. Exequatur, de conceſſ.
præbend. in 6.* cum aliis in *Placentina Juriſpatronatus
3. Decembris proximè præteritis §. Juſtificatæ, coram Me.*

Incompatibilitas verò; ultra quam quod ad effe-
ctum executionis Gratiæ impetrationis dicti Cano-
nicatus ſatis erat, quòd reſpectu Parochialis de Po-
biodr verificaretur ex confeſſione ipſius Jacobi, qui
longè poſt expeditas Literas, illaſque in partibus
executioni demandatas, illam dimiſit, cum ad indu-
cendam, tam ipſius Parochialis, quàm ejuſdem Ca-
nonicatus vacationem, ſufficit Jacobum eos inſimul
ultra duos menſes poſſediſſe, juxta Canones, &
Doctrinas ſuperiùs laudatas, non obſtante eadem
ſubſecuta Parochialis dimiſſione, quia cum hæc ſe- 3
rotinè facta fuerit, poſtquam nempè ex præmiſſis,
ipſo jure, ipſoque facto Canonicatus vacatio indu-
cta erat, non potuit utique jus jam Stanislao quæ-
ſitum ex Gratia impetrationis, ejuſque executionem
de medio tollere, ut in conſimilibus terminis ſero- 4
tinæ reaſſumptionis habitus Clericalis poſt privatio-
nem Beneficii, ipſo Jure inductam ob non illius de-
lationem, firmavit *Rot. in Barchinonen. Beneficiorum
12. Decembris proximè præteriti §. Et hinc, cor. Me.*

Non tamen deficiebat etiam reſpectu alterius Pa-
rochialis loci de Opole, & Scholaſteriæ Sandomi-
rien. Et ſanè incompatibilitas dictæ Parochialis cum
memorato Canonicatu, citra dubium actualem reſi- 5
dentiam exquirente, fit manifeſta ex eo, quòd illa
æqualem continuam reſidentiam expoſcit, ex ſanci-
tis per *Sac. Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. de reformation.
capit. 1. Sanchez de Matrimon. lib. 8. diſput. 6. num.
5. in Præcepto Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 37. numer.
15. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part. prima cap.
8. num. 1. & ſeqq.* Non revelante, quòd incompati-
bilitas ad hunc effectum probanda ſit cum ea cir-
cumſtantia, quòd Parochialis poſſideatur actu, & 6
exercitio à Jacobo; nam ſecus ſi poſſeſſio ſit veri-
ficabilis de ſimplici Cura habituali, nullam opera-
tur incompatibilitatem, ex punctualiter firmatis per
*Rot. in recent. part. 2. deciſ. 179. num. 2. & ſeq. &
part. 15. deciſ. 341. numer. 3. & ſeq.* Quandoquidem
Literæ proviſionis, cujus vigore Jacobus Parochia-
lem poſſidet, evidenter pandunt, curam animarum,
& adminiſtrationem Spiritualium, ipſi perſonaliter
commiſſam fuiſſe *Summario Stanislai num. quarto* un-
dè tametſi ad ſenſum Authoritatum mox allegata-
rum onus probandi, exercitium Curæ penes Paro-
chum reſidere, Impetratori incumberet, pleniſſimè
tamen huic parti ſatisfeciſſe videretur, eo quòd Com- 7
miſſio adminiſtrationis Spiritualium, ipſi perſonaliter
delegata, operatur, quòd Cura debeat actu per ip-
ſum exerceri.

Æqualem incompatibilitatem Domini deſumebant
in Scholaſteria per Jacobum poſſeſſa in Eccleſia Sando- 8
mirienſi, non ſolùm ex quo illa, tanquam dignitas in
Collegiata, onus continuæ reſidentiæ annexum habe-
re dicitur, per ſanctionem ſæpè citati *Concil. Trident.*

ſeſſ.

ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. relatam per *Rot. in dicta*
dec. 6. n. 4. poſt Cardin. de Luca de Benef. & in Cra-
covien. Archidiaconatus 22. Februarii 1700. §. Addito,
coram Domino meo Magno Cancellario Mediolani; verùm
etiam ex Capitularibus Concluſionibus, ſecutis ab
anno 1695. uſque ad annum 1701. & ex generali
Viſitatione Epiſcopi Cracovien. dicto *Summario num.*
tertio; In illis enim eum Jacobus ob non reſidentiam
fuerit ſæpè ſæpiùs mulctatus, & in Viſitatione præ-
dicta expreſsè eidem præcipiatur in dicta Eccleſia re-
ſidere, negari utique non valet, ex his perpetuum
reſidentiale onus probatum remanere. Ad majorem
evidentiam ulteriùs addito, quòd in Synodalibus Con-
ſtitutionibus Provinciæ Poloniæ abuſus non reſiden-
di in Collegiatis Eccleſiis expreſsè damnatur, atque
ulteriùs Epiſcopis, aliiſque Ordinariis præcipitur, ut
Dignitates, & Canonicatus in Eccleſiis prædictis non
niſi reſidere valentibus conferant, hujuſmodique Pro-
viſi ad reſidentiam omninò teneantur *Summario Reſ-*
9 *ponſionis Stanislai numero unico*, quæ quidem Conſti-
tutio, utpote Juris diſpoſitioni conformis, & ab A-
poſtolica Sede confirmata, ad unguem ſervanda eſt,
omneſque obligat Provinciales, ad tradita per *Bar-*
boſ. de Off. & Poteſtat. Epiſcop. part. 3. alleg. 93. nu.
23. Tondut. Quæſt. Benef. lib. 1. cap. 11. n. 1. & ſeq.
Rot. cor. Seraph. dec. 813. num. 2. & in rec. part. 15.
dec. 212. n. 3. & ſeq. & coram Emerix Jun. dec. 1334.
num. 3.

In nihilum refragante relatione Epiſcopi Craco-
vien. reſtantis, Canonicos teneri tantummodo Miſ-
ſas Conventuales in Dominicis, aliiſque Feſtis die-
bus decantare: Tum quia relatio prædicta loquitur
de diverſis Canonicatibus in Collegiata Eccleſia Scar-
bimirien. proindèque non debet monſtruoſè ad alias
quaſcunque Collegiatas Regni Poloniæ extendi: Tum
etiam quia eadem relatio, etiam in ordine ad me-
moratos Canonicatus Scarbimirien. tanquam præci-
puè innixa particularibus Conſtitutionibus, & Con-
10 ſuetudini non reſidendi, quæ per Sacrum Concilium
Tridentinum ipſo Jure abrogantur, ut advertunt *Fa-*
gnan. in capit. cum omnes num. 31. & ſeq. de conſtitu-
tion. Pignatell. conſil. 104. nu. 9. & in. tom. 9. Rota
poſt Card. de Luc. de Benef. dicta dec. 6. n. 4. & ſeq.
& n. 8. & ſeqq. & dec. 7. nu. 6. & ſeqq. fuit aliàs
totalitèr à Tribunali noſtro reprobata, ut videre eſt
in præcitata *Cracovien. Archidiaconatus §. Finali, coram*
Domino Magno Cancellario Mediolani.

Quòd autem Jacobus nullam unquam ſuper reten-
tione eorundem Beneficiorum Apoſtolicam Diſpenſa-
tionem reportaverit, ſatis concluſum remanebat ex
atteſtatione Officialium Datariæ, qui rimatis dili-
genter regiſtris eandem diſpenſationem neutiquam in-
11 venere *dicto Summario nu.* 10. ex ea enim juxta pra-
xim, in hac materia ſervari ſolitum, negativam co-
arctari monent *Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 46.*
num. 50. Roſ. de Executor. Liter. Apoſtol. capit. 6. nu-
mer. 20. in fin. Rota coram Caſſador. deciſione 5. num.
5. ſuper regul. coram Veral. deciſ. 165. part. 2. coram
Ludoviſ. deciſ. 242. numer. 6. & 7. coram Celſ. deciſ.
176 num. 27. & dec. 130. num. 22. & in Neapolita-
na Penſionis 22. Aprilis 1697. §. fin. cor. bon. mem. Ur-
ſino, & 17. Februarii 1698. §. Quinimmò, cor. R. P. D.
meo Anſaldo.

Minimè obſtante reſponſione, quòd diſpenſatio præ-
dicta potuerit etiam impetrari à Secretaria Brevium,
12 ſeu à Sacra Congregatione Concilii, ita ut hæc ſo-
la poſſibilitas ſufficiat ad removendum ab effectua-
tione Gratiæ Impetratorem, qui hanc negativam,
Summo Pontifici expreſſam, præciſè, & conclu-
denter probare debet: *Lotter. de Re Benef. lib. 2. q.*
45. num. 47. Rota in recent. part. 13. dec. 37. num.
11. & in Cracovien. Canonicatus 26. Junii 1682. §.
Ultra quod, coram bon. memor. Paulucio. Quoniam
diſpenſationes per Sacram Congregationem Concilii
non niſi ad tempus, & quidem breviſſimum, concedi
ſolent. Et quamvis in Secretaria Brevium aliquando
expediantur, ſupplicatio tamen tranſit per organum
Datarii, & in Datariæ libris regiſtratur. Undè cum
13 ea, quatenus reverà fuiſſet impetrata, debuiſſet per-
neceſſe ex Datariæ Codicibus reſultare; indè ſequi-
tur, illius negativam ex eorundem librorum perqui-
ſitione ſatis ſuperque coarctatam eſſe, juxta ſenſum
Doctorum, & Sac. Rotæ, in Authoritatibus ſupe-
riùs allegatis.

Ex his autem patet inutiliter Defenſores Jacobi re-
curſum habuiſſe ad decennalem poſſeſſionem, ex qua
opportunam diſpenſationem præſumi contendebant, 14
juxta cumulum Authoritatum per ipſos allegatarum.
Quandoquidem ſi ex diligentiis prædictis quælibet diſ-
penſationis poſſibilitas excluſa remanet, perperam id-
circò recurrebatur ad titulum præſumptum. Et ta-
men Domini ad totalem objecti eliminationem ad-
vertebant, prætenſam decennalem poſſeſſionem ne-
que in facto ſubſiſtere, nam cum ipſe Canonicatum
obtinuerit de anno 1692. Parochialem Villæ Pobiodr
de anno 1693. Scholaſteriam Sandomirien. de anno
1695. & Parochialem Loci de Opole de anno 1696.
atque è converſo Stanislaus Canonicatum prædictum
à Sede Apoſtolica impetraverit de anno 1701. ex
hac temporum combinatione evidenter patet, Jaco-
bum in nulla ex proviſionibus prædictis decennalem
poſſeſſionem ad ſui commodum numerare poſſe. Et
de cœtero aſſerta poſſeſſio ad hunc effectum non niſi
ab ultima proviſione, & ſic ab anno 1696. allega-
ri valet, quia dato etiam per hypotheſim, quòd pro
tribus Beneficiis, præcedenter obtentis, diſpenſatio-
nem Jacobus valeret allegare, attamen ob aſſecu-
tionem, & retentionem quarti incompatibilis abſque
eadem diſpenſatione, omnium inſimul vacatio in
odium exoſi occupatoris ipſo jure ab eodem anno
1696. ſuiſſet inducta, ut adhæſivè ad Doctrinas ſu- 16
periùs allegatas in *§. Nulla enim*, monent *Gabriel*
conſil. 193. numer. 8. lib. 1. Rota coram Merlin. de-
ciſ. 6. num. 1. & ſeq. coram Priolo deciſ. 74. numer.
13. & ſeqq. & coram Dunoz. Jun. dec. 811. num. 10.
& ſeqq.

Et ita utraque &c.

Emo D. CARD. CAPRARA.

Fanen. Canonicatuum.

Mercurii 5. Maji 1700.

ARGUMENTUM.

An, & quando ad ſolum Capitulum ſpectare poſſit Collatio Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis. Quomodo procedat diſpoſitio *S. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* de probatione tituli Juriſpatronatus, & quando locum habeat, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam Juris, pro libera, & integra Collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis.*

2 *Limita quoad Præbendas, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, quorum Collatio ex receptiori opinione de Jure debet eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum.*

3 *Quæ pertinent ad Juriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt præſcribi ab Inferiore, ſecus autem quæ ſunt Ordinis.*

4 *Collatio Præbendarum, & Canonicatuum, poteſt eſſe ſolius Capituli, vel vigore immemorabilis, vel centenariæ, vel quadragenariæ.*

5 *Sola quadragenaria, abſque titulo, ſufficit ad præſcribendum adverſus Epiſcopum.*

6 *Contraria opinio, quòd ſaltem requiratur titulus putativus, eſt in praxi, & Curia recepta.*

7 *Verba* mittere, & expellere, collocare, & removere Beneficiatos, *important facultatem liberè eligendi, & præſentandi ad Beneficia vacantia.*

8 *Standum eſt aſſertivæ emiſſæ, non conditionaliter, & ſuppoſitivè, ſed diſpoſitivè, & approbativè.*

9 *Eſſentia præſcriptionis immemorabilis, in eo conſiſtit, quòd de ejus initio memoria non extet.*

10 *Pro inducenda præſcriptione non eſt in conſideratione habendus actus, qui dedit cauſam liti.*

11 Con-

11 Centenaria coaleſcit etiam ex lapſu nonagintaſeptem annorum.

12 Non poteſt meliùs deſumi titulus putativus, & coloratus, quàm à confirmatione, & approbatione SS. Pontificum.

13 Quando procedat regula, quòd privilegium, & immemorabilis ſimul allegari non poſſint, & numer. 14.

15 Non interrumpitur, ſed potiùs coadjuvatur centenaria per Collationes factas ab Epiſcopo ad favorem electi, ſeu præſentati à Capitulo.

16 Quando Pœnitentiarius ab Epiſcopo inſtituendus eſt in Cathedrali, cum unione Præbendæ proximè vacaturæ, ad formam Sac. Conc. Trid. tunc Collatio Dignitatis reſervatur Epiſcopo, Præbendæ verò ei, ad quem de Jure pertinet.

17 Papa Beneficiorum eſt dominus.

18 Ultra quatuor menſes, ſolitos concedi Epiſcopis in Reg. Cancell. duos alios deinde, ſtatuta alternativa, offert S. Pontifex iiſdem Epiſcopis, in propria Diœceſi reſidentibus.

19 Verba alioquin dubia, aut obſcuritatem involventia, non tollunt vim tituli putativi, & colorati.

20 Obſervantia longiſſimi temporis eſt optima interpres diſpoſitionis dubiæ.

21 S. Conc. Trid. ſubſtulit Juſpatronatus ex privilegio, ex quo voluit illud probari debere ex fundatione, vel dotatione.

22 Perſonæ ſuſpectæ de uſurpatione, tenentur illud rigoroſiùs probare, vel exhibito titulo dotationis, & fundationis, vel docto de immemorabili, una cum præſentationibus continuatis ſpatio 50. annorum.

23 In qua tamen præſentationum ſerie Conciliare Decretum exorbitat à Jure communi.

24 Per dictam Conciliarem diſpoſitionem non cenſetur derogatum cauſæ oneroſæ.

25 Nec locum habet, quoties vigore immemorabilis poteſt allegari quicunque melior titulus de mundo.

26 An eadem Conciliaris diſpoſitio procedat, quando æqualis potentiæ, & auctoritatis ſit ille, contra quem præſcribitur; vel opus ſit, ut potentia, & auctoritas unius alteri præponderet.

27 Limita idem Conciliare Decretum quoad perſonas Eccleſiaſticas, quæ præſumuntur colere æquitatem, & aliorum Jura non invadere.

28 Extra caſum potentiæ, & uſurpationis, quæſtio decidenda eſt juxta terminos Juris communis.

DECISIO XIV.

Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Fanenſis præſentavit Comitem Ugonem de Monte Veteri ad Canonicatum, & Præbendam, quæ vacabat in eadem Eccleſia ſub invocatione Sanctiſſimi Corporis Chriſti per obitum Bartholomæi Dionyſii, & Epiſcopus eundem Canonicatum, eandemque Præbendam, tanquam eſſet ſuæ liberæ Collationis, contulit Bernardino de Georgiis actu Canonico, Canonicatum verò Bernardini vacantem per aſſecutionem alterius, contulit pariter Dominico Serio, & utrumque à ſe proviſum in poſſeſſionem immiſit: Et è converſo Capitolum, ad hunc ſecundum Canonicatum, ſic, ut ſuprà, vacantem, præſentavit Hieronymum Gabriellum. Inter Capitulum autem, & Epiſcopum excitata hac de cauſa controverſia, eaque ad Curiam delata, R. P. D. Thomatus, tunc A. C. revocavit omnia, & quæcunque fuerant geſta ab Epiſcopo, quo ſubindè ad Signaturam recurrente pro habenda Commiſſione, hæc reſcripſit cum clauſula ſine præjudicio, in quo rerum ſtatu Cauſa ad Rotam devoluta, propoſui in hodierna Audientia dubium diſputandum, An, & de cujus bono jure conſtet, & DD. reſponderunt -- Conſtare de bono jure Capituli.

1 Quamvis enim Epiſcopus habeat aſſiſtentiam Juris pro libera, & integra Collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis, Can. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. cum olim, de præſcript. cap. conquerente, de Off. Ordin. cap. cum ex injuncto, in fin. de hæreticis; loquendo nihilominùs de Præbendis, & de Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, receptior opinio eſt, 2
quòd eorum Collatio de jure debeat eſſe ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, uti probat Text. in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præben. & animadvertunt in cap. cum Eccleſia Vulterrana, Abbas ſub num. 8. verſic. tertia opinio. Joan. de Anan. num. 4. Fagnan. num. 11. & ſequen. Barboſ. num. 4. de elect. & ſequuntur Riccius Collect. deciſ. part. 4. deciſ. 1388. per totam. Pyrhing. in lib. 3. decretal. ad tit. de præben. & dignitat. ſect. 3. §. 2. num. 85. Mandoſ. ad Regul. Cancell. regul. 18. quæſt. 14. num. 3. Gonzal. pariter ad Regul. Cancell. regul. 8. gloſſ. 45. num. 36. & mutata antiquiori opinione, adhæret Rota in deciſ. 22. Caſſadori per totam, ſub tit. de Præbendis, & coram Puteo dec. 172. num. 1. lib. 3. & coram Seraphino dec. 980. num. 2.

At quia ea, quæ pertinent ad juriſdictionem Epiſcopalem, præſcribi poſſunt ab inferiore cap. auditis,
de præſcript. ad differentiam eorum, quæ ſunt Ordi- 3
nis, in quibus præſcriptio locum non habet: c. quanto, de conſuetudine, & in terminis noſtris eſt Textus in cap. cum Eccleſia Vulterrana, de elect. & in Commentariis ad dictum Textum animadvertunt Gonzal. num. 7. & Altacena, per totum, & ſequitur Rota coram Penia deciſ. 493. num. 3. hinc eſt, quòd Collatio Canonicatuum, & Præbendarum, poteſt eſſe ſo-
lius Capituli, vel vigore immemorabilis, uti favo- 4
re Capituli Beneventani contra Archiepiſcopum d. Civitatis reſpondit Rot. in deciſ. 244. num. 4. p. 16. rec. vel vigore centenariæ, uti pariter fuit dictum in deciſ. 124. num. 2. p. 3. rec. ad favorem Capituli Caſalenſis adverſus Epiſcopum dictæ Civitatis; vel denique vigore quadragenariæ, ut proſequitur Rot. in citata deciſ. 244. num. 3. p. 16. rec. itaut ſola quæſtio ſit circa tituli neceſſitatem; plerique enim animadvertentes, quòd Jus commune in c. cum Eccleſia Vulterrana de elect. non videtur omninò repugnare electioni, & præſentationi ſoliùs Capituli, voluerunt lapſum quadragenariæ, excluſo quocumque titulo,
de ſe ſolum ſufficere ad præſcribendum adverſus E- 5
piſcopum, juxta theoricam generalem, quam docuerunt Gelin. in c. ſi diligenti num. 6. verſic. eſt verum, de præſcript. Fagnan. in c. cum Eccleſia, num. 33. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Covarr. variar. lib. 1. cap. 17. num. 7. Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 21. num. 47. & ſeqq. Decius conſ. 134. ſub n. 4. Spada conſil. 159. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Rot. in Gerund. Adminiſtr. Epiſcop. Sede vacante 24. Januarii 1687. §. Nec magis relevat & in eadem 20. Junii 1687. §. Neque demùm, cor. bo. me. Emerix, & in earumdem Deciſionum confirmatoria 5. Decembris 1687. §. Rotalem, cor. bo. me. Benincaſa, & quam in his ſpecialibus terminis priùs ſecuta fuerat Rot. in dec. 637. part. 4. diverſ. per tot. & in dec. 74. num. 8. & ſeq. part. 11. rec. Alii verò conſiderantes, quòd jus commune in cap. poſtulaſti, de conceſſ. præb. approbabat ſimultaneam Collationem Epiſcopi, & Capituli in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis, ultra quadragenariam, docuerunt
neceſſarium eſſe talem titulum putativum, uti gene- 6
raliter probat Textus in cap. Epiſcopum, de præſcript. in 6. & admittit Abb. in cap. auditis num. 23. de præſcript. cui adhæret Rota in dec. 76. num. 2. part. 1. rec. in dec. 120. n. 19. part. 13. & in dec. 234. n. 7. p. 19. & in ſpecie argumentatur Rot. cor. Pen. dec. 993. num. 8. quamque opinionem eſſe in praxi, & Curia receptam, teſtatur clar. mem. Card. de Luca de Benef. diſc. 1. n. 27. & 28.

Viſum verò Dominis eſt in præſenti, quòd immemorabilis aſſiſtat Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Fanenſis, cujus probatio deſumitur ab antiquiſſima conceſſione Epiſcopi Carboni, facta de anno 1165. quam etiam approbavit Epiſcopus Riccardus de anno 1218. & confirmarunt Romani Pontifices, Honorius Tertius, & Julius Secundus, in qua, poſt pleraque alia, quæ Epiſcopus transfert in Capitolum, leguntur hæc verba, & amodò in antea, ſicut olim habuiſtis, habeatis licentiam Canonicos mittendi, & expellendi ſecundum veſtram communem voluntatem. Verba autem Canonicos mittendi, & expellendi, cum juxta phraſim dd. temporum importent facultatem liberè eligendi, & præſentandi ad Canonicatus, & Præbendas vacantes,

uti,

utì, interpretando ſimilem conceſſionem, ſactam ab Epiſcopo Firmano undecim annis ante illam, de qua agitur, & conceptam his verbis *collocandi, & removendi Sacerdotes*, firmavit *Rota in Firmana juris conferendi 16. Junii 1690. §. Quo autem, coram me*; & aſſertiva, quòd prædicta facultas competeret tempore antecedenti ipſimet Capitulo, cum in dicta con-
8 ceſſione non fuerit emiſſa conditionalitèr, & ſuppoſitivè, ſed diſpoſitivè, & approbativè *ſicut olim in antea habuiſtis, habeatis*, juxta ſenſum prædictorum verborum, quem probat *Textus in cap. Abbate S. Silvani, verſ. ſi verò verbum determinet, de V. ſignif.* & conſiderat *Bolognet. in l. Edicta, num. 141. Cod. de edendo*, & fusè *Rota in Salsburgen. juris Metropolitici 13. Februar. 1693. §. Deveniendo, coram R. P. D. Priolo, & in Dertuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. Abſque eo quod, in fine, cor. R. P. D. Pio*, ex his omnibus legitimè infertur, quòd Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Faoenſis ſolum eligit, & præſentat ad Canonicatus vacantes, idque à tempore, de cu-
9 jus initio memoria non extat, in quo propriè conſiſtit eſſentia præſcriptionis immemorabilis, juxta propoſitionem, quam pluribus exornat *Modernus Valentinas de Effectib. immem. quæſt. 2. n. 7. & ſeqq.* & latiſſimè reaſſumit *Rot. in Romana Reintegrationis Primogenituræ 13. Junii 1698. §. Quinimò, cor. R. P. D. meo Lancetta*.

Centenaria reſultat ex ſerie Collationum exhibita in Summario Capituli, ex qua deprehenditur, ipſum ſolùm elegiſſe, & præſentaſſe ad Canonicatus; & ad Præbendas vacantes ab anno 1500. uſ-
10 que ad annum 1683. etiam ſi nulla ratio habeatur de ultima Collatione facta de anno 1698. quæ dedit cauſam liti, juxta theoricam, quam concordantibus allegatis amplexa eſt. *Rota in Cavallicen. Bannalitatis Furni 25. Junii 1696. §. Non relevante, & in Eadem ſuper manutentione §. Satis, in fine, coram R. P. D. Priolo*: immò cum Capitulum de anno 1591. obtinuerit adverſus Ortinellum Epiſcopum in contradictorio Judicio mandatum de manutenendo ab A. C. Juſto in ſupradicta Electione, & Præſentatione, & Epiſcopus acquieverit, & geſta à Capitulo approbaverit, Epiſtola ad illud hac de cauſa data, & relata in *Summ. num. 10.* & de anno 1628. cum clar. mem. Card. Julius Sachettus oculatiſſimus, & Præſul dictæ Civitatis, Canonicatum contuliſſet Leonardo, & reclamante Capitulo, jurium ejus cognitionem demandaſſet Gubernatori Fanenſi, eo quòd ipſe tunc Ferrariæ Legationis munere fungebatur, & prolato per Gubernatorem Voto favorabili Canonicis, & Capitulo, ipſe Cardinalis vigilantiſſimus jurium Eccleſiæ Fanenſis ſibi commiſſæ defenſor, à qua nunquam paſſus eſt ſeparari, niſi per Præfectusam Sign. Juſtitiæ, eidem paulò poſt utì Juriſconſultiſſimo demandatam, perlecto dicto Voto, eoque perpenſo, ab ulteriori impugnatione juris Capitularis deſtitiſſet, actis ſolemnibus gratiis omnibus Canonicis, qui eidem ipſi Leonardo Canonicatum propria ſponte, & in ſequelam propriæ facultatis contuliſſent, ut *in præallegato Summ. num. 12. & ſequen.* hæc omnia probant, nedum præſcriptio-
11 nem centenariam, quæ etiam coaleſcit ex lapſu nonaginta ſeptem annorum *Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 7. num. 62. & ſeq. clar. mem. Card. de Luca de Jur. Patronat. diſc. 57. num. 32. Rot. coram Buratto dec. 142. num. 8. & coram Dunoz. Jun. deciſ. 809. num. 6. & in recent. deciſ. 509. num. 1. part. 5. rec.* ſed etiam clariſſimè oſtenduot, ea omnia geſta fuiſſe à Capitulo, videntibus, ſcientibus, & reclamantibus Epiſcopis, ſed deindè acquieſcentibus, ob claram nimis cognitionem Juriſdictionis Capitularis.

Quadragenaria poſtremò eo fortiùs colligitur, attentis ſupradictis Electionibus, & Præſentationibus, continuatis ab anno 1500. uſque ad annum 1683. & quatenus etiam procedendum eſſet cum opinione, quæ præter quadragenariam expoſcit titulum putativum, DD. animadverterunt, quòd titulus, ſaltem putativus, optimè deducebatur à memorata conceſſione Epiſcopi Carboni, quàmcum Romani Pontifices expreſsè confirmaverint, nihil ampliùs deſi-
derari poteſt pro conſtituendo titulo putativo, & co- 12
lorato, favore Capituli, quod jura ſua meritur à confirmatione, & approbatione Summorum Pontificum, utì originaliter voluit *Archidiaconus in can. alienationis, num. 212. quæſt. 2. & in cap. Nihil. ubi Compoſtell. num. 4. in V. adminiſtret. verſ. Item per ſuperiorem. Antonius à Butrio num. 24. Henricus Boich. in §. Cæterùm, num. 4. Ancharan. quæſt. 4. in fin. de elect.* quibus etiam adhærent *in leg. Barbarius, Baldus in prima lectura, num. 29. Jaſon. num 48. ff. de Officio Prætoris*.

Neque conceſſio, aut privilegium Epiſcopi Carboni potuit aliquod præjudicium afferre allegatæ immemorabili; quandoquidem regula, quòd privilegium, & immemorabilis ſimul allegari non poſſint, procedit, quando privilegium deducitur ſaxativè, & ad excluſionem cujuſcunque alterius tituli, aut quando ex
privilegio colligitur initium præſcriptionis; Tunc 13
enim, nec eſt ampliùs in facultate ejus, qui allegavit privilegium, alium quemcumque titulum ſibi proficuum, & benè viſum adducere, quod alioquin poterat vigore immemorabilis. *Covar. in cap. Poſſeſſor. part. 2. §. 5. num. 2. verſ. Quinta concluſio, Sperell. deciſ. 37. num. 13. & ſeq.* nec unquam conſti- 14
to de principio, locus erit probationi immemorabilis: ſecus autem ſe habet res, ſi prout contingit in caſu noſtro, ex ipſo privilegio colligitur longè antea præſcriptionem incæpiſſe, & de ejus initio memoria non extet, utì diſtinguendo firmarunt *Capyc. Latro conſult. 2. n. 23. Lazar. conſ. 94. n. 1. & ſeq. clar. me. Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 63. n. 4. Rot. deciſ. 250. n. 9. p. 4. rec. tom. 2.* & pleniſſimè *in dec. 168. n. 37. p. 10. rec.*

Multòque minùs Collationes factæ ab Epiſcopis infringunt centenariam, ſufficientiſſimè, & ſuperabundanter completam favore Capituli; quandoquidem procedendo cum diſtinctione, nonnullæ quidem Collationes factæ ſunt eis, ad quorum favorem in-
tervenit, vel præſentatio, vel conſenſus Capituli; 15
at cum id factum fuerit à Canonicis, ut morem gererent Epiſcopis, & proviſi, non à Collationibus Epiſcoporum, ſed ab Electionibus, & Præſentationibus Capituli jura ſua metiti fuerint, id potiùs concludit favore Canonicorum, & Capituli, quàm favore Epiſcoporum, utì, omiſſis generalibus, in puncto firmavit *Rot. deciſ. 244. num. 10. part. 16. rec.* Nonnullæ aliæ Collationes ſunt de Pœnitentiaria: at Informantes pro Capitulo optimè animadvertebant, quòd Collatio Præbendarum facta fuit à Capitulo, Dignitatis verò, deindè Pœnitentiarii, ab Epiſcopo, quod etiam eſt conforme diſpoſitioni Juris, cum enim Pœnitentiarius in Cathedralibus inſtituendus ſit ab Epiſcopo cum unione Præbendæ proximè vacaturæ ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reform. cap. 8.* Collatio Dignitatis reſervatur Epiſcopo, & Collatio Præbendæ ei, ad quem de Jure pertinet. *Fagnan. in cap. Cum Eccleſia. Vulterrana, num. 15. de elect.* ubi refert ita deciſum fuiſſe à Sacra Congreg. Concilii, & ſequitus *Rota dec. 140. num. 2. & ſeq. part. 14. rec.* Cæteræ deindè Collationes factæ ſunt in menſibus reſervatis Sedi Apoſtolicæ ex cauſa Indultorum, Capitulum verò non petit Electionem, & Præſentationem in ſex menſibus Pontificiis, ſed
in menſibus ordinariis, quorum quatuor Summus 17
Pontifex, qui Beneficiorum dominus eſt *capit. 2. de Præb. & Dignitat. in 6. capit. ſi Papa §. Si autem de privil. in 6. Clem. prima in fin. ne lite pendente &c.*
largiri conſuevit Epiſcopis in Regulis Cancellariæ, 18
duos alios deindè, ſtatuta alternativa, offert iiſdem Epiſcopis in propria Diœceſi reſidentibus, juxta praxim; quam refert *bon. mem. R. P. D. Pauluccius* noſtri Tribunalis Auditor emeritus, *in ſua Juris prudentia Sacra, tom. 2. c. 4. tr. 10. de Ben. de Reſervat. Pontif. ſub n. 5. §. Hanc alternativam*.

Nec eſt ullius momenti id, quod opponitur adverſus titulum putativum, quòd videlicet verba conceſſionis Epiſcopi Carboni non importent facultatem eligendi, & præſentandi ad Canonicatus vacantes. Primò quia contrarium ſupra probatum eſt, *ad §. Viſum verò*; Secundò quia, etiamſi verba eſſent ali- 19
quatenùs dubia, id non tolleret vim tituli putativi,

& co-

& colorati, qui ſemper aliquam dubietatem, aut
obſcuritatem involvit, *gloſſ. in cap. De quarta in V.
ſed poſſe, in fine, & in cap. Si diligrati, in V. Ja-
ſtus titulus de præſcript. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 289.
num. 15. Rota in Gerunden. Adminiſtrat. Epiſcopat. Se-
de vacante 20. Junii 1687. §. Nec obiici, cor. bo. me.*
20 *Emerix.* Tertiò denique quia, ſubſecuta ferè duo-
rum ſeculorum obſervantia, ſicuti & antiquiſſimum
Statutum Capituli, ubi nonnulla diſcernuntur cir-
ca modum eligendi, & præſentandi ad Præbendas
vacantes, omnem dubitationem ſubſtuliſſent, ut,
omiſſis generalibus, in puncto conſiderat *Rot. coram
Priolo deciſ. 34. num. 9.* & fuit dictum *in Januen. Ab-
batiæ 15. Junii 1693. §. Comprobat, & §. Quem ſen-
ſum, cor. Me.*

Poſtremò nullo modo ſupradictis refragatur diſpo-
ſitin Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. c. 9. de Re-
format.* quandoquidem duo ibi à Concilio ſtatuun-
tur; Alterum eſt, quòd titulus Jurispatronatus ſit ex
21 fundatione, vel dotatione, ex quo colligitur, Con-
cilium ſubſtuliſſe Jura patronatus ex privilegio *Gon-
zal. ſuper Regulam 8. Cancell. gloſſ. 18. num. 98. &
ſeq. Tondut. Quæſt. & Reſol. Benef. part. 3. cap. 192.
num. 15. & ſeq. Rot. coram Cerro deciſ. 565. num. 9.
& coram Ubald. deciſ. 822. num. 10. tom. 2.* quod
idem anteà ſtatutum fuerat à Summis Pontificibus
Innocentio VIII. & Adriano VI. in eorum Conſti-
tutionibus, quarum meminit *Rota coram Duran. dec.
285. num. 6. & coram Cerro deciſ. 120. num. 18. &
ſeq.* Alterum deindè eſt, quòd in perſonis, de uſur-
patione ſuſpectis rigoroſiùs procedatur, & Juſpatro-
natus probandum ſit, vel exhibito titulo dotatio-
22 nis, & fundationis, vel docto de immemorabili,
una cum præſentationibus continuatis ſpatio quin-
quaginta annorum, uti, præſeferunt verba Conci-
lii, & animadvertunt *Macerata. Var. Reſol. lib. 1. re-
ſolut. 33. num. 7. Add. ad Burat. deciſ. 139. num. 11.
& ſeq.* in qua præſentationum ſerie Jus Conciliare
23 exorbitat à Jure communi. *Rota deciſ. 247. num. 4.
& ſeq. part. 7. rec. & deciſ. 245. num. 5. & ſeqq.
part. 9. rec. tom. 1.* quòd attinet ad primum, Jus
Capituli, præſentandi, & eligendi ad Canonicatus
vacantes, non deſcendit ex privilegio, ſed ab im-
memorabili, vigore cujus cum poſſit Capitulum al-
legare ſe habuiſſe conceſſionem Epiſcopi Carboni ex
24 cauſa onerosa, cui Concilium non intelligitur de-
rogaſſe: *Ventrigl. in Prax. rer. Eccleſ. tom. 2. annot.
1. §. 2. de Jur. patr. num. 41. Panimoll. deciſ. 9. ad-
not. 3. num. 6. Manſ. conſult. 637. ſub num. 13. Rot.
deciſ. 492. num. 5. & ſeq. part. 13. rec. & cor. Se-
raph. dec. 907. num. 7. & ſeqq.* aut poſſit producere
25 quemcumque alium titulum potiorem, prout ſibi li-
buerit, per conſequens dictum Jus Capituli nun-
quam poteſt eſſe ſublatum à Concilio Tridentino *d.
cap. 9.* ut in ſpecie ratiocinatur *clar. mem. Card. de
Luca de Jurepatr. diſc. 65. num. 4.* In ordine ad ſe-
cundum, quicquid ſit an præſumptio uſurpationis in
26 terminis noſtris habeat locum, cum concurrit æqua-
lis potentia, & auctoritas in Collatoribus, uti vo-
luerunt *Ventrigl. in Prax. Rer. Eccleſ. tom. 2. adnot.
1. de Jurpatr. §. 2. num. 27. Adden. ad Ludoviſ. de-
ciſ. 222. num. 11. §. Et hæc forma:* an verò opus
ſit, quòd auctoritas, & potentia unius alteri præ-
ponderet, uti ſubſtinet *Mareſcott. var. lib. 2. cap. 52.
num. 6.* Concilium Tridentinum, quod propriè lo-
quitur de perſonis, qui Juriſdictionem temporalem
in loco exercuerunt *Rot. deciſ. 219. num. 5. part. 1.
27 rec.* non habet locum loquendo de perſonis Eccle-
ſiaſticis, quæ præſumuntur colere æquitatem, &
aliorum Jura non invadere: *Rota deciſ. 401. num. 7.
& ſeqq. part. 5. rec.* & ſic, neque loquendo de Ca-
pitulis Eccleſiarum Cathedralium, atque Collegia-
tarum erga proprium Epiſcopum, ut in individuo
firmavit *Pax Jordan. Elucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 7.
28 de Jurepatr. num. 82.* adeoque cum extra caſum po-
tentiæ, & uſurpationis verſemur, quæſtio deci-
denda eſt juxta terminos Juris communis. *Bar-
boſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 12. num. 102.
Moneta de Commutat. ultim. volunt. cap. 10. num. 201.
& 214. Marant. controv. Juris tom. 3. reſponſ. 47. nu.
11. & ſeq. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 5.
num. 44. Rot. deciſ. 674. num. 2. part. 2. rec. deciſ.
275. num. 1. & ſeqq. part. 4. rec. tom. 2. deciſ. 233.
num. 1. & ſeqq. part. 17. & cor. Merlin. deciſ. 150.
num. 1.* juxta quod Jus commune Capitulum præ-
ſcribit adverſus Epiſcopum integram Collationem
Præbendarum, vel per immemorabilem, vel per
centenariam, aut quadragenariam cum titulo, jux-
ta deducta in ſuperioribus *ad §. Quamvis enim*; Im-
mò etiam quatenùs verſaremur in rigoroſa probatio-
ne, requiſita à Concilio, res etiam careret difficul-
tate, cum concurrat immemorabilis, & præſentatio-
nes continuatæ ſpatio longè ampliori, quàm quin-
quaginta annorum.

Atque ita deciſum eſt &c. utraque Parte acerrimè
informante &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Firmana Juriſdictionis.

Lunæ 10. Maii 1700.

A R G U M E N T U M.

In vim diſmembrationis, factæ à Greg. XIII. non-
nullorum Oppidorum Abbatiæ Farfen. cum om-
nibus Eccleſiis etiam Regularibus, cum Cura,
& ſine Cura, in eis exiſtentibus, una cum Cle-
ro, & Populo; eorumque reſpectivè unionis, &
applicationis Epiſcopatui Firmano: poteſt idem
Epiſcopus Firmanus, Juriſdictionem ordinariam
exercere quoad omnia, in Eccleſiis, ut ſupra,
ejus Diœceſi unitis, præter eas, quæ de tempore
diſmembrationis erant Regulares, & tales proban-
tur; reſpectu quarum Juriſdictionem ordinariam
habet tantùm quoad Curam Animarum, & Sacra-
mentorum adminiſtrationem.

S U M M A R I U M.

1 *Quæ Caſtra, & quomodo à S. M. Gregor. XIII. avulſa fuerint à Juriſdictione Abbatiæ Farfen. & reſpectivè applicata Diœceſi Firmanæ*, & numer. 2.

3 *Refertur Seculariżzatio facta à S. M. Urbani VIII. Eccleſiæ S. Victoriæ in Oppido, ejuſque in Collegiatam erectio, cum reſervatione collationis Canonicatuum favore Abbatis Commendatarii, & omnimodæ Juriſdictionis conceſſione in Canonicos, & dictam Collegiatam.*

4 *Controverſiæ vertentes inter Abbatem Farfæ, & Archiepiſcopum Firmanum, ſuper Jure viſitandi prædictam Eccleſiam S. Victoriæ, aliaſque ab ea dependentes, ſopitæ fuerunt per amicabilem concordiam, ad eorum vitam tantùm duraturam.*

5 *Recenſetur antiquarum controverſiarum inſtauratio per Succeſſores facta, earumque de voto S. Rotæ deciſio.*

6 *Abbas Farfen. habet Jus quaſi Epiſcopale, cum qualitate* Nullius.

Separatio Territorii ab uno Ordinario, ejuſque applicatio, & unio ad alterum, ab habente legitimam facultatem procedens, faciunt, ut eædem Eccleſiæ, quæ priùs erant unius Diœceſis efficiantur, poſtea alterius, ibid.

7 *Subrogatio transformat ſubrogatum in perſonam illius, in cujus locum ſubrogatur.*

Declara, quando aliàs perſona ſubrogata ſit ſubjectum capax qualitatis, quæ competebat ei, cui ſubrogatur, ibid.

8 *Monachi, & Regulares, juxta veterem Juris antiqui diſpoſitionem, ſuberant legibus Diœceſanis, & Juriſdictionalibus Epiſcoporum.*

9 *Cuncta Orbis Monaſteria, eorumque Eccleſiæ, in vim particularium privilegiorum, exemptæ ſunt, tam à Lege Diœceſana.*

10 *Quàm etiam à Juriſdictionali.*

11 *Non præſumitur Pontifex uno verbo voluiſſe tollere privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per Anteceſſores Pontifices conceſſa.*

12 To-

12 *Totum poſſibile fieri debet, ut Conſtitutio poſterior cum privilegiis concilietur, ad evitandam derogationem,*

Eccleſiæ, Civitates, Caſtra, aliaque loca, quæ Pontificis authoritate in alia nova loca, aut Diœceſes transferuntur, ſua Jura, & exemptiones retinent, ibid.

13 *Ex parte exceptuativa Brevis Gregoriani oſtenditur, illæſam remanſiſſe Juriſdictionem, quæ Abbati, tanquam Regulari Superiori, competebat, quoad Monaſteria, ante d. diſmembrationem.*

14 *Verba univerſalia diſpoſitionis reſtringuntur per alia limitativa, ac præſervativa ſubſequenter appoſita.*

Et declarantur ab aliis ſubſequentibus, ſpecificè, ac diſtinctè loquentibus, ibid.

15 *Etiam antiquis temporibus Monaſteria Abbati ſubjacebant quoad concernentia diſciplinam, & Inſtituta Regularia, licèt à Juriſdictione ordinaria Epiſcopi eſſent exempta.*

16 *Verbum generale, juxta ſuam indolem, eſt generaliter intelligendum, ſi aliud non concurrat, à quo reſtringatur.*

Verba in parte exceptuativa, ſeu declarativa, in eodem ſenſu accipi debent, quo adhibita fuerunt in conceſſiva, ibid.

Exceptio eſt de comprehenſis in Regula, & intelligitur retentis terminis Regulæ, ib. in fin.

17 *Rejicitur prætenſio Eminentiſſimi Abbatis, circa præſervationem Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis in exemptos, Curæ animarum præpoſitos,* & n. 27.

18 *Exemptio facit, ut Eccleſiæ exemptæ non dicantur de Diœceſi, non verò, ut non ſint in Diœceſi.*

19 *Cura, incumbens ipſi Monaſterio, de Jure committi non poteſt Monachis, ſed Presbyteris Secularibus, ab Epiſcopo per Concilium Monachorum inſtituendis.*

20 *An, & quando Monachus præfici poſſit Curæ Parochiali Seculari extra Conventum,* & n. 21.

22 *Quoties Eccleſiæ Monaſteriales habent annexam Curam animarum, eaque regulariter committitur, vel ſit ſejuncta à Monaſterio, vel non, ſemper in iis, quæ concernunt Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſubiiciuntur ordinariæ Epiſcoporum Juriſdictioni.*

23 *Non eſt incompatibile, quòd quis aliquo reſpectu ſit exemptus ab Ordinario, & alio ſit eidem ſubjectus.*

24 *Hodie poſſunt Regulares exercere Curam animarum, eorum Eccleſiis incumbentem.*

Vigore etiam, S. Conc. Trid. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.

Parochi tam Regulares, quàm Seculares, exercentes Curam, Monaſteriis imminentem, ſubſunt immediatè Juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani, ib.

25 *Et hujuſmodi authoritas, Epiſcopis competens ex decreto Conciliari, non eſt delegata, ſed ordinaria.*

Quando Regulares ſubſint Juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, remiſſivè, ib.

Juriſdictio immediata non exercetur ex propria poteſtate, & imperio, ſed mediante peculiari facultate, ab habente poteſtatem attributa, ib.

26 *Quando cenſeatur conceſſa Juriſdictio ordinaria, vel potiùs delegata.*

Si verò Regulares non exerceant Curam Perſonarum Secularium in ſuis Monaſteriis, ſed ſolùm Sacramenta miniſtrent eiſdem Secularibus, & in illis miniſtrandis delinquant, tunc ſubſunt Juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ib.

28 *Juris derogatio, quantum fieri poteſt debet evitari, præſertim* S. Conc. Trid. *cujus expreſſa derogatio requiritur,* & n. 32.

29 *Exceptio reſtringit regulam, vel abſolutè, vel in certis caſibus particularibus, non tamen revocat totam diſpoſitionem.*

Capi debet ea interpretatio, per quam evitatur abſurdum, & ſuperfluitas, ib.

30 *Ubi habentur verba clara, explicantia mentem diſponentis, fruſtra recurritur ad conjecturas, & interpretationes.*

31 *Declaratur Bulla Urban. VIII. ſuper ſecularizzatione Eccleſiæ S. Victoriæ, illiuſque erectione in Collegiatam,* & n. 32.

32 *Materia diſmembrationis, cum ſit odioſa, non præſumitur, ſed venit concludenter probanda.*

33 *Diſpoſitio præſuppoſitivè confirmans antecedentem diſpoſitionem, ad hujus limites intelligi debet, & interpretari.*

Quomodo concilientur Bulla Gregorii XIII. & illa Urbani VIII. de quibus agitur in Deciſione, ib. in fine.

34 *Ex conceſſione poteſtatis circa ambitum Eccleſiæ, Canonicos, & inſervientes, non infertur Juriſdictio in Parochiam, & Populum,*

35 *Ceſſante ſuppoſito, vel tota diſpoſitio ſuper illo fundata corruere debet,* & n. 38.

Vel ſaltem venit reſtringenda juxta mentem concedentis ib.

36 *Ex quibus actibus arguatur ordinaria Juriſdictio, Epiſcopis competens in Eccleſiis, & Perſonis exemptis.*

37 *Obſervantia proxima actus, venit principaliter attendenda.*

39 *Viſitationes, concernentes Curam animarum, fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori.*

Actus in contrarium expleti, pro inducenda obſervantia, non ſunt attendendi in concurſu aliorum actuum, juris aſſiſtentia ſuffultorum, ib.

40 *Omnes Eccleſiæ juxta Juris communis præſumptionem cenſentur Seculares, non Regulares.*

41 *Simplex dependentia unius Eccleſiæ ab altera exempta, non facit pariter illam exemptam, niſi expreſſè dicatur.*

Ita exempto capite, non præſumuntur exempta membra ib.

Regula, quòd de annexis idem ſit judicium, non procedit in privilegiis, & præſertim exemptionum, neque trahenda de loco ad locum, ibidem.

42 *Eccleſiæ Seculares exemptæ, ſive Curatæ, ſive non, viſitari poſſunt ab Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis.*

Et quidem quoad omnia, ad differentiam Eccleſiarum Regularium, quibus imminet Cura animarum, quæ non niſi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, viſitari poſſunt, ib.

DECISIO XV.

SAnctæ mem. Gregorius XIII. anno 1572. exequendo ea, quæ à providentia Beati Pii V. Antecesſoris processerant ad reintegrandum Epiſcopum 1
Firmanum in Juriſdictione Spirituali plurium Oppidorum, quæ ſeparata ab illius Diœceſi, Epiſcopatui Ripæ Tranſonæ, noviter erecto, applicaverat, diſmembravit, & ſeparavit à Juriſdictione Abbatiæ Farfenſis Caſtra, ſeu Oppida Sanctæ Victoriæ, Montis Falconis, ac Montis Sanctæ Mariæ in Georgio, cum omnibus in eis exiſtentibus Collegiis, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, ac Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, & aliis cum Cura, & ſine Cura Secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, unà cum utriuſque ſexus Perſonis, Habitantibus, & Incolis, tam Laicis, quàm Secularibus, Clericis, Presbyteris, & Religioſis cujuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis, & quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, illaque ſic diſmembrata applicavit, univit, & appropriavit Diœceſi Firmanæ, & illius pro tempore exiſtenti Epiſcopo, eodem modo, & forma, quibus erant Monaſteriis, & illorum Abbatibus Farfenſibus ſubjecta.

Declaratione adjecta, quòd ex dictis ſeparatione, 2
& unione, quoad ſuperioritatem, quam in Monaſteriis, ſeu Prioratibus Regularibus ejuſdem Ordinis habebant Abbates, ſeu Commendatarii Farfenſes, nullum eiſdem inferretur præjudicium, ſed pro tempore exi-

re exiſtens Epiſcopus Firmanus eam tantùm haberet Juriſdictionem, quam cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant.

3 Inter prædictas Eccleſias diſmembratas, altera exiſtebat Regularis Ordinis S. Benedicti ſub Invocatione S. Victoriæ in Oppido ejuſdem nominis, cujus Regularis diſciplina cum jamdudum collapſa eſſet, ſan. mem. Urbanus VIII. illam, una cum duabus poſitis in Diœceſi Montis Alti, omni ſuppreſſa Regularitate ſecularizzavit, totidem erectis Vicariis in ſingulis Eccleſiis, in quibus Cura animarum imminebat, ſubjiciendo Vicarios, ab Abbate Commendatario eligendos, omnimodæ ejuſdem Juriſdictioni; Ac ſucceſſivè ſolicitus de majori earundem Eccleſiarum ſecularizzatarum bono, erexit in præfata Eccleſia S. Victoriæ Collegiatam, reſervatis favore Abbatis Canonicatuum collatione, approbatione, & inſtitutione, ac inſuper jure corrigendi, viſitandi, omnimodamque juriſdictionem in Canonicos, & Collegiatam exercendi.

4 Hujuſmodi porrò Bullæ diſmembrationis, & ſecularizzationis, cauſam præbuerunt pluribus controverſiis inter præclaræ mem. Cardinalem Franciſcum Barberinum Abbatem Farfæ, & clar. mem. Cardinalem Gualterium Archiepiſcopum Firmanum, ſuper Jure viſitandi Eccleſiam prædictam S. Victoriæ, erectam in Collegiatam, aliaſque Eccleſias, olim ab eodem Monaſterio dependentes: Cauſaque delata ſub variis dubiis anno 1633. ad Sac. Congreg. Conc. prodiit Decretum: *Conſtare de omnimoda Juriſdictione, tam Ordinaria, quàm Delegata, Eccleſiarum, quæ fuerant expreſſa in Bulla Seculariʒʒationis ſan. me. Urbani VIII. favore Eminentiſſimi Commendatarii*: nulla capta reſolutione quoad Eccleſias inibi non expreſſas, ſubindèque Colliligantes venere ad amicabilem Concordiam, ad eorum vitam tantùm duraturam, ut patuit ex ejus tenore hodie exhibito, ejuſque meminit *clar. mem. Card. de Luca*, ſcribens in Cauſa *diſc. 14. num. 1. de Juriſdict.*

5 Expirata per obitum Cardinalis Gualterii expoſita tranſactione, antiquas in eadem Sacra Congregatione Concilii inſtaurarunt controverſias gemini ſucceſſores Archiepiſcopi ſcilicet Reverendiſſimus Gualterius prædefuncti Cardinalis Nepos, & clar. mem. Cardinalis Ginnettus, propoſitaque Cauſa anno 1687. ob votorum ſciſſuram nulla prodiit reſolutio, ſed reſcriptum fuit -- *Ad Eminentiſſimum Præfectum pro Concordia*: quæ cum ad finem perduci non potuerit, idem Cardinalis Archiepiſcopus Ginnettus, & Eminentiſſimus D. Cardinalis Carolus Barberinus, in eadem Abbatia Farfenſi Cardinali Franciſco Patruo ſucceſſor, impetrarunt à ſan. mem. Alexandro VIII. Commiſſionem directam eidem Sac. Congregationi Concilii, ut tamen procederet cum voto noſtri Auditorii, omnibus Dominis ſuffragantibus, & appellatione remota: ſed vita hoc interim functo Cardinali Ginnetto, & ad Eccleſiam Firmanam aſſumpto Eminentiſſimo D. Cardinali Cincio, nova ad tenorem antecedentis ſignata fuit Commiſſio, ad cujus formam cum hodiè dubitaverim -- *An, & quo jure liceat Eminentiſſimo Archiepiſcopo Firmano viſitare Eccleſias, de quibus agitur* -- reſponſum fuit - Affirmativè juxtà modum, qui talis eſt - *licere Archiepiſcopo viſitare jure ordinario Eccleſias contentas in Brevi Gregorii XIII. exceptis Monaſteriis, & Prioratibus, in quibus de tempore diſmembrationis actu exiſtebant Regulares, eaque poſſe viſitare quoad ea, quæ concernunt Curam animarum, juxta formam præſcriptam à Sacro Concilio Tridentino*: Reſervato ad aliam peculiarem diſputationem examine quoad alias Eccleſias, in dicto Brevi Greg. XIII. non comprehenſas.

6 Notoria ſunt fundamenta, quibus nitebatur prima reſponſi pars, tribuens Eminentiſſimo Archiepiſcopo poteſtatem viſitandi jure ordinario Eccleſias, in Brevi Gregoriano comprehenſas. Cum enim illius vigore præmemorata Caſtra fuerint à poteſtate, & dominio Monaſterii Farfenſis diſmembrata, & Epiſcopatui Firmano applicata, in dubium vocari nequit, quin illamet poteſtas Diœceſana, & Juriſdictionalis, quæ ante diſmembrationem in dictis Caſtrorum Eccleſiis competebat Abbati Farfenſi, utpotè habenti jus quaſi Epiſcopale cum qualitate *Nullius*, de qua teſtantur *Tambur. de Jure Abbatiſs. tom. 1. diſput. 4. quæſt. 20. Rota dec. 870. num. 1. coram Coccino, Card. de Luca diſc. 14. num. 1. de Juriſdict.* tranſiverit poſt diſmembrationem in Epiſcopum Firmanum, itaut ubi priùs eædem Eccleſiæ eſſent de Diœceſi Abbatis, poſteà effectæ ſint de Diœceſi Epiſcopi Firmani, ex vi, & natura veræ ſeparationis Territorii ab uno Ordinario, ejuſque applicationis, & unionis ad alterum, ab habente legitimam facultatem procedentium. *Aacbaran. conſ. 114. num. 2. & ſeqq. Rota coram Seraphin. deciſ. 645. num. 2. & dec. 1090. num. 4. & dec. 304. num. 1. coram Gregor. & dec. 1708. num. 3. coram Coccin. & dec. 30. num. 1. part. 6. & cor. Celſo dec. 200. n. 3. ac dec. 99. num. 2. part. 14. & in Hiſpalen. Decimarum de Olivares 3. Januarii 1679. §. Ex hoc igitur, cum ſeqq. cor. bon. me. Bourlemont.*

7 Stantibus potiſſimè verbis, & clauſulis generalibus, ac effrænatis, quibus legitur concepta diſmembratio, illiſque ſignantèr ſubrogationis Epiſcopi Firmani loco Abbatis, & Commendatarii Farfenſis, ibi: *Ipſiuſque pro tempore exiſtenti Epiſcopo Firmano, ac illius Juriſdictioni, Dominio, Poteſtati, Superioritati ejuſdem, modo, & forma, quibus Monaſteriis, & illorum Abbatibus, ſeu Commendatariis prædictis ſuberant, ſubjecit, & ſuppoſuit*: Quemadmodum igitur ante ſecutam diſmembrationem Abbas Commendatarius, gaudens quaſi Epiſcopali juriſdictione, exercebat in dictis Caſtrorum Eccleſiis Juriſdictionem Ordinariam, ita eis ab ipſius Territorio ſublatis, & ſubjectis Epiſcopo Firmano, evidens eſt jus plenarium, quod ſpectabat ad Abbatem, exerceri poſſe ab Epiſcopo in ejus locum ſubrogato, cum ſubrogatio transformet ſubrogatum in perſonam illius, in cujus locum ſubrogatur, ex notiſſimis juribus, quæ refert *Rot. deciſ. 490. num. 2. part. 4. coram Dunozet. iun. deciſ. 495. num. 16. & ſeqq. & coram Alexandro VIII. dec. 122. num. 14. & dec. 74. n. 4. part. 18. rec.* Quando aliàs, prout in caſu, dubium non eſt, quin Dignitas Epiſcopalis ſubrogata, ſit ſubjectum capax Juriſdictionis Ordinariæ, quæ competebat ei, cui ſubrogatur. *Innoc. in cap. Paſtoralis num. 2. de donat. & in capit. Lateranenſis, num. 9. de Præben. Hoſtien. in dicto cap. Paſtoralis num. 6. in fin. Lap. alleg. 134. per tot.*

8 Ex quibus plana equidem viſa eſt reſolutio quoad primam reſponſi partem: Verùm aliqua dubitandi emerſit ratio quoad ſecundum illius membrum, exceptuans à ſubjectione Viſitationis Eminentiſſimi Archiepiſcopi jure ordinario Monaſteria, & Eccleſias, in quibus actu habitabant Regulares de tempore diſmembrationis; proponente Eminentiſſimo Archiepiſcopo, adeò effrænata, ac generalia eſſe verba controverſæ diſmembrationis, ut etiam ad effectum Viſitationis jure ordinario, Monaſteria, eorumque Eccleſias comprehendere ſint apta, quinimmò neque deeſſe ſpecialia, illas nominatim comprehendentia, ibi: *Cum omnibus, & ſingulis in eis exiſtentibus Collegiis, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, & Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Præpoſitatibus, & aliis cum Cura, & ſine Cura Secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus.* Et infra: *Nec non utriuſque ſexus Perſonis, Habitantibus, & Incolis, tam Laicis, quàm Secularibus, Clericis, Presbyteris, Religioſis quibuſcunque, cujuſvis ſtatus, ordinis, gradus, & conditionis exiſterent.* Ex quibus contendebatur, literalem deprehendi conceſſionem ſubordinationis Monaſteriorum Regularium omnimodæ Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi per viam reverſionis ad veterem Juris antiqui diſpoſitionem, juxta quam Monachi, & Regulares, ſuberant legibus Diœceſanis, & Juriſdictionalibus Epiſcoporum, ad *Text. in capit. compertum, de off. Ordinar. & in capit. final. de Capell. Monach.* & tradunt *Barboſ. de Epiſ. alleg. 105. num. 1. & ſeqq. Fagnan. in capit. animi grave, num. 3. de exceſſ. Prælat. Card. de Luca de Juriſdict. diſc. 28. num. 8. ſ. Verùm, & diſc. 29. numer. 5. Cardin. Albrit. apud Eundem in diſputation. de Juriſdiction. Cardin. in Eccleſ. ſuorum Titul. diſcept. 2. numer. 116. Rota deciſ. 15. part. 1. rec. per tot.* & ubertimè comprobat

P. Tho-

P. Thomaſin. de Benef. capit. 26. & capit. 27. per tot. lib. 3.

9 Domini tamen in contrariam abierunt ſententiam, authumantes, non licere Eminentiſſimo Archiepiſcopo Eccleſias Regulares viſitare jure ordinario, quoad omnia, ſed in iis tantùm, quæ concernunt Curam animarum, tributa in reliquis Juriſdictione Eminentiſſimo Abbati; Res namque ſatis explorata eſt, cuncta Orbis Monaſteria, earumque Eccleſias, fuiſſe in vim particularium Privilegiorum, tam à lege Diœceſana, quàm juriſdictionali Epiſcoporum exemptas. A' Diœceſana quidem in Concilio Lateraneoſi, habito anno 601. ſub Divo Gregorio Magno relato in Canone *quàm ſit neceſſarium*, ubi *Gloſ. V, Juribus cauſ. 18. quæſt. 2. & in Epiſtola 18. ejuſdem Sancti Doctores lib. 7. indict. 2.* & teſtatur *clar. me. Card. Baronius in ſuis Annalibus ſub eod. anno* 601. à quo tempore omnia Monaſteria Regularium reputata fuerunt exempta à lege Diœceſana, ut patet *ex capit. eam pro utilitate* 34. *cauſ. 16. quæſt. 1. capit. 51. ex laicis 1. can. 10. quæſt. 1,* ubi etiam refertur in Summa *ante dictum capit. 2. Gloſſ. in capit. inter cætera 8. V. ſolutionis, can. 10. quæſt. 3.* & latè diſſerunt *Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 44. & 45.* & alii plures, relati per *Paſſer. de ſtat. hom. quæſt.* 189. *num. 10. inſpect. 10. numer.* 974. *Cokier. de Juriſdiction. Ordin. in Exemptos part. 1. quæſt. 1. num. 5. & quæſt.* 16. *Tambur. de Jur. Abbat. diſput. 15. quæſt. 3. num. 3. Cardin. de Luc. de Juriſdict. diſc. 19. numer. 2.*

10 A' juriſdictionali, vigore particularium Privilegiorum Summorum Pontificum, quorum primus Adeodatus anno 670. ſexageſimo poſt obitum Divi Gregorii, ad hanc antea inauditam devenit novitatem, liberando à poteſtate Juriſdictionali Epiſcopi Turonenſis (ipſo tamen ultrò petente, & inſtante) Monaſterium B. Martini, ut refert *Cardin. Baron. dicto anno 676. ex num. 2. juncto num. 5.* ad cujus exemplum fuerunt per Succeſſores Pontifices à vinculo, & poteſtate Spirituali Epiſcoporum liberata cætera Orbis Monaſteria, novæque Regularium Familiæ; & Congregationes, vel expreſsè, vel per communicationem Privilegiorum, ſemper tamen, vel pœnè ſemper conſentientibus Epiſcopis, teſte præ cæteris P. *Thomaſin. de Benef. part. 1. lib. 3. capit. 30. n. 7.* qui in ſubſequentibus tribus *Capitibus* latè diſſerit de more, juxta temporum ſeriem, de origine, & progreſſu exemptionum Ordinis Monaſtici, & ex noſtris *Lotter. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 24. à num. 87. ad num. 90. Cokier. de Juriſdiction. in Exempt. part. 1. quæſt. 17. num. 9. Barboſ. de Epiſ. alleg. 105. num. 3. Fagnan. in cap. nimis grave, num. 3. de exceſſ. Prælat.* & latiùs *in capit. ſuarum, num. 20. de privileg. Frances Epiſcopus Barbaſtrenſis in Paſtoral. Regul. part. 2. quæſt. 2.* alter *Frances de Urrutigoyk de Eccl. Cathedral. cap. 30. num. 75. cum ſeqq. Card. de Luca de Juriſd. diſ. 28. num. 2. cum ſeqq. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. d. capit. 3.* ubi per extenſum refert Privilegia, conceſſa Ordini Divi Benedicti, ſub cujus Regula militant Monaſteria Caſtrorum, de quibus eſt ſermo.

11 Qua ſtante Monaſteriorum Regularium exemptione in vim Privilegiorum, poſtea in ipſo Juris Corpore inſertorum, nullo pacto affirmari poteſt, Summum Pontificem Gregorium XIII. per controverſam Oppidorum diſmembrationem, quantumvis generalem, voluiſſe ad formam antiquorum Canonum ſubjicere Juriſdictioni Epiſcopi Firmani, non ſolùm Eccleſias Seculares, antea Abbati, tanquam Ordinario loci, ſubditas, ſed etiam Monaſteriales, quibus tanquam Regularis Superior præerat, niſi doceatur, & conſtet, quòd in eodem actu diſmembrationis derogaſſet ampliſſimis Monaſtici Ordinis Privilegiis, & quidem expreſsè, non ſufficiente derogatione generali, ſub qua non veniunt Privilegia inſerta in Corpore Juris, reſiſtente præſumptione, quòd dictus Pontifex voluerit uno verbo tollere Privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per Anteceſſores Pontifices conceſſa, per ea, quæ notant *Crot. in capit. licet, de conſtit. in 6. num. 34. Felin. in capit. nonnulli, num. 6. de for. compet. Butr. in capit. final. eodem titul. Roman. conſ. 498. num. 13. volum. 1. Suarez de Leg. lib. 8. capit. 39. num. 12. Lotter. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 7. num. 26. Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib. 5. capit. 11. num. 10.* & lato calamo citatis concordantibus *Paſſerin. ſuper 6. in capit. licet, de conſtit. num. 327. cum ſeqq.* & in ſpecie *Cokier. de Juriſdict. Ordin. in Exemptos part. 3. quæſt. 9. nu. 1. & 2. ac per tot.*

In Brevi autem Gregoriano non legitur expreſſa 12 dictorum Privilegiorum exemptivorum derogatio: Et quamvis inter Eccleſias, & habitatores Oppidorum diſmembratorum recenſeantur Monaſteria, & Regulares, talis expreſſio facta eſt ad oſtendendum, ac declarandum, quòd etiam ipſæ Eccleſiæ Regulares abſtractæ intelligerentur à Diœceſi Abbatum, & appoſitæ in Diœceſi Epiſcopi Firmani, ſed non ad illas efficiendas de ejuſdem Diœceſi, ſicque non ad effectum illas ſupponendi Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi quoad omnia, cum ſubverſione ampliſſimorum Monaſtici Ordinis Privilegiorum, ſed ad illas tantùm ſubjiciendas Epiſcopis, quoad ea, quæ, non obſtante exemptione, jus commune illis reſervavit, & Sac. Concilium Tridentinum, vel renovavit, vel tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis conceſſit; deficiente propterea expreſſa derogatione juris privilegiativi Regularium, ipſi nunquam cenſentur per Conſtitutionem poſteriorem ſua libertate expoliati, quoties non conſtet de contrarietate, & inconciliabili incompatibilitate legis ſequentis cum antecedenti, totumque poſſibile fieri debet, ut Conſtitutio poſterior cum Privilegiis concilietur ad evitandam derogationem, ex traditis per *Paſqual. deciſ. 329. num. 35.* alioſque, quos refert & ſequitur *Paſſerin. in l. ſupra cit. num. 319. & 320.* & omiſſis generalibus, quòd Eccleſiæ, Civitates, Caſtra, aliaque loca, quæ Pontificis auctoritate in alia nova loca, aut Diœceſes transferuntur, ſua jura, Privilegia, & exemptiones retineant, pluribus adductis latè probat *Tamburin. de Jur. Abbat. diſputation. 5. quæſt. 6. per totum tom. 3.*

Hæc ſi in ſtricta Juris cenſura de plano procedunt inſpecta ſola parte conceſſiva Brevis Gregoriani, in 13 qua Defenſores Eminentiſſimi Cardinalis totam eorum vim reponebant, ſine ulla penitus difficultate locum obtinent, conſiderata parte exceptuativa: Ad amputandam enim omnem dubitandi rationem, quòd ob dictam generalem Eccleſiarum diſmembrationem, & peculiarem Monaſteriorum, & Regularium nominationem, ablata fuerit ab Abbate Farfenſi Juriſdictio ordinaria, ad ipſum tanquam illorum Superiorem Regularem competens, providè ſubditum fuit — *Quòd ex ſeparatione, & diſmembratione, applicatione, & approbatione prædictis, Monaſterio Farfenſi quoad ſuperioritatem, quam in Monaſteriis, ſeu Prioratibus Regularibus ejuſdem Ordinis habebat, nullum præjudicium inferretur, ſed pro tempore exiſtens Epiſcopus Firmanus eam tantùm in illis haberet Juriſdictionem, quàm cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant* —. Quæ verba, ſive accipiantur per modum limitationis antecedentis generalis conceſſionis, ſive per modum illius declarationis, in utraque forma manifeſtum faciunt, mentem Pontificis Gregorii XIII. extitiſſe, ut Monaſteria, non obſtante ſæpedicta diſmembratione, & reſpectiva applicatione, libera remanerent à Juriſdictione ordinaria Epiſcopi Firmani, in cujus Diœceſi transferebantur, eorumque immediata ſubjectio, quoad eandem Juriſdictionem ordinariam, intacta ſervaretur Abbati illorum Superiori.

Cum itaque ultra Juris interpretationem, excludentem in ſeparationibus Monaſteriorum de uno lo- 14 co ad alterum derogationem eorundem Exemptionis à poteſtate ordinaria Epiſcopi, concurrat quoque expreſſa illius reſervatio, ceſſant omnes diſcurſus, ſubnixi in generalitate verborum, quibus concepta eſt pars diſpoſitiva diſmembrationis, cum verba univerſalia diſpoſitionis reſtringantur per alia limitativa, ac præſervativa, ſubſequenter appoſita. *Bart. in l. is qui ducenta §. Utrum ff. de reb. dub. Jaſ. conſ. 7. numer. 4. lib. 1. Tiraquell. in l. ſi unquam, in V. revertatur, num 95. ff. de revocan. donat. Rota coram Merlin. deciſ. 319. num. 3. & deciſ. 76. num. 8. coram*

ſan.

Digitized by Google

fauſt. mem. Alexandro VIII. & in Bonon. Evictionis 1.
Martii 1697. §. *Ex quibus*, *coram Me*: Et declaran-
tur ab aliis ſubſequentibus, ſpecificè, ac diſtinctè
loquentibus, *l. quæſitum* §. *Maviæ ff. de legat.* 3. *l.*
generali §. *Uxori*, *numer.* 1. *ff. de uſufruct. legat. Rot.*
deciſion. 128. *num.* 16. *part.* 4. *tom.* 2. & *deciſ.* 194.
num. 94. *part.* 3. & *deciſion.* 295. *num.* 1. *coram Bi-*
chio.

Minus rectè propterea Defanſores D. Cardinalis
15 Archiepiſcopi ſuadere ſatagebant, Superioritatem ré-
ſervatam Abbatibus, non eſſe intelligendam de Su-
perioritate Juriſdictionali, ſed de ea dumtaxat, quæ
concernit diſciplinam, & inſtituta Regularia, qua,
vel juxta Juris antiqui diſpoſitionem, non carebant
Superiores Regulares, tametſi Juriſdictioni Ordina-
riæ Epiſcoporum ſubderentur, ut loquendo de Mo-
nachis Divi Benedicti, ſtatuit *Text. in capit. fin. de*
ſtat. Monachor. & firmat *Rot. dec.* 15. *num.* 7. & 10.
part. 1. *rec.*

Talis quippè interpretatio evertitur, tum quia ver-
16 bum illud *Superioritas*, veluti generale, comprehen-
dit etiam Juriſdictionem, adeoque juxta ſuam indo-
lem eſt generaliter intelligendum, alio deſuper non
concurrente, quod illud reſtringat, *l.* 1. §. *Genera-*
liter ff. de legat. præſtan. Rot. coram Ludoviſ. dec. 329.
num. 3. & *coram Coccin. deciſion.* 784. *num.* 6. Tum
quia in parte conceſſiva idem verbum *ſuperioritas* ad-
hibitum fuit ad ſignificandam juriſdictionem; Undè
in eodem ſenſu accipiendum eſt in parte declarativa,
& exceptuativa, *l. ſi ſervus plurium* 53. §. *final. ff.*
de legat. 1. *Corn. conſ.* 290. *num.* 6. *verſ. undè ſucce-*
dit, *vol.* 4. *Peregrin. de Fideicom. art.* 16. *num.* 108.
Rota deciſion. 98. *num.* 19. *part.* 17. *rec.* tum demùm
quia, cum dicta præſervatio appoſita eſſet limitati-
vè ad Juriſdictionem Ordinariam, in parte conceſſi-
va Epiſcopo Firmano generaliter in omnes dd. Ca-
ſtrorum Eccleſias indultam, exceptio nonniſi de ea-
dem juriſdictione interpretari debet: fortiùs ponde-
rando, quòd in ipſamet parte exceptuativa, per mo-
dum ejuſdem declarationis, & intelligentiæ, illæſa
præſervatur Epiſcopo illa Juriſdictio, quæ in Eccle-
ſiis Regularibus competere ſolebat Epiſcopis: Sicu-
ti igitur haud dubium eſt, quòd hic nomine Juriſdi-
ctionis Papa loquutus non eſt de ſuperioritate, re-
ſpiciente morum correctionem, quæ Epiſcopis nulla-
tenùs competit, ſed de poteſtate Juriſdictionali; ita
præcedens reſervatio favore Abbatis nequit diverſo
modo intelligi, ac interpretari, cum exceptio ſit de
comprehenſis in regula, & intelligatur retentis ter-
minis regulæ, *l.* 1. §. *Sed excipiatur*, *de fer. & dilat.*
Abbas, conſ. 367. *n.* 7. *Calderin. conſ.* 5. *de Jur. jur. Rot.*
coram Bichio dec. 124. *nu.* 29. & *dec.* 342. *n.* 2. & 3.
part. 18. *rec.*

17 Procedendo ad ultimam partem Reſponſi, conce-
dentem Eminentiſſimo Archiepiſcopo Jus viſitandi Ec-
cleſias Regulares Dutatas in iis, quæ concernunt
Curam animarum, juxta diſpoſita per *S. Conc. Tri-*
dent. ratio dubitandi ex eo orta eſt, quia eo pacto,
quo Archiepiſcopus ex generalitate partis conceſſivæ
Brevis Gregorii XIII. contendebat ſubjectas fuiſſe
ſuæ Juriſdictioni Ordinariæ Eccleſias Regulares quo-
ad omnia; ita verſa vice Cardinalis Abbas, fretus
prægnantibus clauſulis partis exceptuativæ, acriter
prætendebat, non fuiſſe ad ſui favorem tantùm præ-
ſervatam Juriſdictionem Ordinariam, quæ ſibi tan-
quam Superiori in Monaſteriis Regularium compete-
bat, ſed etiam plenariam, quàm tanquam Diœceſa-
nus, vigore Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, exerce-
bat in Exemptos, Curæ animarum præpoſitos; ſed eo
pacto, quo prætenſio Eminentiſſimi Archiepiſcopi ap-
paruit minus habens, ita inſubſiſtens viſa eſt hæc al-
tera Eminentiſſimi Abbatis.

18 Ampliſſimæ namque diſmembrationi Caſtrorum,
ſuperiùs expoſitæ, conſentaneum eſt, ut ubi priùs
illorum Eccleſiæ Regulares poſitæ eſſent in Diœce-
ſi Abbatis Farfæ, poſt diſmembrationem haberi ce-
perint ſitæ in Diœceſi Firmana. Non adverſante ea-
rundem Eccleſiarum exemptione; quoniam iſta effi-
cit, ut non ſint in Diœceſi, non verò, ut non ſint
in Diœceſi, *cap. cum Epiſcopus*, & ibi *Franc. in* 2.
notabili, & *Gemin. num.* 3. *de off. Ordin. in* 6. *Ab-*
bas in cap. Apoſtolicæ, *num.* 13. *de off. Ordin. in* 6. &
in capit. Apoſtolicæ, *num.* 3. *de Donat. Ubald. de Ca-*
non. Epiſ. & Paroch. capit. 4. *quæſt.* 6. *num.* 11. *Co-*
kier. de Juriſdict. in Exemptos part. 4. *quæſt.* 55. *Car-*
din. de Luca de Juriſdict. diſ. 28. *num.* 8. *in final. Ro-*
ta coram Buratt. deciſ. 58. *num.* 14. & *deciſion.* 324.
num. 3. *part.* 1. & 97. *nu.* 8. *part.* 13. & *in Gerun-*
den. Juriſdict. 5. *Martii* 1692. §. *Cujus naturæ*, *in fi-*
ne, *cor. Me*.

Indèque ſine ulteriori ſpecifica conceſſione derivat
favore Eminentiſſimi Archiepiſcopi Juriſdictio viſi- 19
tandi Parochos, & Eccleſias Regulares Curatas,
ereptas ex alterius Territorio, & poſitas in ſua Diœ-
ceſi, tam ex diſpoſitione Juris communis, quàm Sa-
croſanctæ Tridentinæ Synodi: Ex Jure quidem com-
muni, quia etſi inter antiquos Canoniſtas vexata ſit
quæſtio, utrùm Monachi de Jure prohibeantur Cu-
ram animarum exercere, & diſtinguendo Curam Ec-
cleſiarum Secularium, à Monaſteriis ſejunctarum,
à Cura incumbente ipſi Monaſterio, ubi eſt Con-
gregatio Monachorum, omnes conveniant, hanc ſe-
cundum Curæ ſpeciem de Jure committi non poſſe
Monachis, ſed Presbyteris Secularibus, ab Epiſ-
copo per Concilium Monachorum inſtituendis, ad
Text. in capit. in Eccleſiis 1. *de Capell. Monachor.* ubi
latè *Abbas*, & latiſſimè probat *Fagnan. ibidem*, *nu-*
mer. 10. *cum ſeqq.* quem ſequitur *Thomaſin. de Be-*
nef. lib. 3. *capit.* 22. *numer.* 3. §. *Ex his*, *in final.*
Solorzan. de Jur. Indiar: lib. 3. *capit.* 16. *numer.* 25.
tom. 2.

Solùmque variaverint quoad primam Curæ ſpe-
ciem; Aliis contendentibus poſſe Monachum Curæ 20
Parochialis Seculari extra Conventum præfici ſine ul-
la diſpenſatione, dummodò cum eo habitet ſaltem
alter Monachus, *per Text. in capit. Monachi*, *de ſtat.*
Monachor. capit. quod Dei timorem, *eodem tit.* ubi *Ab-*
bas num. 7. *verſ. Aut eſt Curata*, ubi teſtatur de com-
muni opinione, & relatis aliis antiquioribus *P. Leſ-*
ſius de Juſt. & Jur. lib. 2. *c.* 34. *num.* 6. *Garz. de Ben.*
p. 7. *c.* 10. *n.* 17. & huic ſententiæ ſe ſubſcribere vi-
detur *P. Thomaſin. de Ben. p.* 1. *lib.* 3. *c.* 22. *num.* 3.
§. *Ex his*.

Aliis è contra negantibus, tale quid de Jure fie-
ri poſſe, niſi diſpenſativè, & in caſu neceſſitatis, 21
& in defectum Clericorum Secularium, per *Text. in*
cap. cum pro utilitate, & *cap. qui verò* 16. & *capit.*
priſcis, *dist.* 55. & tenet *Gloſſ. in d. cap. quod Dei ti-*
morem V. Regimen. de ſtat. Monachor. & hanc opinio-
nem diſcuſſo Articulo tenuit *Rot. deciſ.* 5. *de Jurepa-*
tronat. & 28. *de Prabend. in noviſ. Bellamer. dec.* 713.
& 750. *per tot. Covarru. in cap.* 2. *de teſtam. num.* 3.
Navarr. conſ. 10. *de Regular. Garz. de Beneſ. d. part.*
7. *cap.* 10. *num.* 20. *Emanuel Roder. in Quæſt. Regul.*
tom. 1. *quæſt.* 34. *art.* 5. *Sanchez in Summ. tom.* 2. *lib.*
7. *cap.* 29. & 39. *cum aliis*, quos refert, & ſequi-
tur *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *capit.* 16. *num.* 2.
Et quoad diſpenſationem aliqui autumaverint, ne-
ceſſariam eſſe Apoſtolicam, juxta ſenſum *Mandoſii in*
tit. de Diſpen. Monachor. in princip. & aliorum, quos
refert *Garz. de Ben. ubi ſupra num.* 22. Alii verò ſuf-
ficere illam Epiſcopi, ut ex *capit. Doctos*, *cauſ.* 16.
quæſt. 1. inquit *Bellam. dec.* 750. *num.* 4. *verſ. Secun-*
da Concluſio. Covarru. in d. cap. 2. *de teſtam. Garz. de*
Ben. part. 7. *d. quæſt.* 10. *num.* 24. *Rota coram Verall-*
lo deciſ. 85. *num.* 2. *part.* 1. quam controverſiam uſ-
que de anno 1581. ſuſtulerit ſan. mem. Gregorius
XIII. expreſsè declarando, Regulares præfici non
poſſe Curæ animarum in Eccleſiis Secularibus Paro-
chialibus, etiam cum licentia ſuorum Superiorum,
abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſolùm inſtante E-
piſcopo, pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ con-
cedenda, ut notat *Fagnan. in d. cap. quod Dei timo-*
rem, *not.* 16. & 17. & *Thomaſin. l. mox cit. num.* 9.
§. *Anno verò*.

Concors tamen, & undique pacificus fuit, & eſt
Canoniſtarum ſenſus, quod ſemel ac Eccleſiæ Mo- 22
naſteriorum habent annexam Curam Parochialem ani-
marum, & Regularibus committitur eadem Cura,
Monaſteriis incumbens, vel hæc ab eiſdem exercea-
tur in aliis Eccleſiis Parochialibus Secularibus, ſi-
ve à Monaſteriis dependentibus, ſive independenti-
bus,

bus, ſuper ia iis, quæ concernunt Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, de Jure communi ſubjicinntur Juriſdictioni ordinariæ Epiſcoporum, in quorum Diœceſibus ſita ſunt talia Monaſteria, vel Eccleſiæ Parochiales, non ſuffragante quacunque exemptione eiſdem conceſſa, quia iſta exemptio ſecundum Sacros Canones, & juxta mentem ipſorum Pontificum eximentium, non comprehendit Curam animarum, nec Presbyterum illam regentem, neque Populum, cui Sacramenta adminiſtrantur, ut declaravit *Bonifacius VIII. in c. per exemptionem 9. de privileg. in 6.* & ante etiam dictum fuerat *in cap. 1. verſ. qui ratione Plebium, de verbor. ſignific. in 6. capit. cum & plantare 3. §. in Eccleſiis, cap. cum Capella 16. de privileg. cap. cum ſatis 4. de offic. Archidiac. cap. 1. de Capellis Monachor. Fuſc. de Viſit. lib. 2. cap. 8. num. 6. & eodem lib. c. 20. n. 10. Marant. tom. 4. reſponſ. 21. nu. 61. & 67. Frances de Eccleſ. Cathed. c. 30. n. 163.*

23 Non enim implicat, quòd Regularis in iis, quæ reſpiciunt Inſtituta ſui Ordinis, & Monaſticam diſciplinam, ſubjectus ſit ſuis Superioribus Regularibus, & quoad Curam animarum Perſonarum Secularium, quam adminiſtrat, ſubditus ſit Epiſcopo, quia eadem perſona diverſo Jure cenſeri poteſt, ubi duplicem gerit perſonam; ſicque compatiuntur iſta duo, quòd aliquis certo reſpectu ſit ab Ordinario exemptus, & alia conſideratione ſit eidem ſubjectus, ut expreſsè dicitur in *d. c. cum Capella 16. de Privil.* ubi *Barboſ. num. 1. & Fagnan. n. 14.* & ipſemet *in c. quoniam de Privileg. à n. 3. cum ſeqq. Abbas in c. per exemptionem 9. de privileg. in 6. n. 1. Gratian. diſcept. 298. n. 49.* & in terminis *Rota deciſ. 1058. n. 4. 5. & 6. coram Seraphin. & in dec. 391. n. 5. p. 13.*

24 Neque Sacr. Concilium Tridentinum in hac parte Juris communis diſpoſitionem immutavit, ſed imò & confirmationis robur adjecit; ſupponens namque Regulares exercere poſſe Curam animarum, eorum Eccleſiis incumbentem, vel ſtante, quòd dicta decretalis *In Eccleſiis de Capell. Monach.* abierat in deſuetudinem, vel potiùs attentis peculiaribus Regularium privilegiis, ut advertunt *Fagnan. in eodem c. in Eccleſiis, in princ. §. Nota primo. P. Thomaſſin. de Benefic. d. part. 1. lib. 3. cap. 22. §. 10.* ſtatuit *in c. 11. ſeſſ. 26. de regular.* quòd in Monaſteriis, ſeu Domibus, quibus imminet Cura Perſonarum Secularium, Parochi tam Regulares, quàm Seculares, Curam hujuſmodi exercentes, ſubſint immediatè Juriſdictioni, Viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani in his, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, & tradunt communiter Doctores, & ſignanter *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 74. nu. 18. & de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 14. n. 24. & c. 43. à n. 134. ad n. 145. Fagnan. in cap. nullus de Paroch. à n. 38. ad n. 43. & in cap. grave, de offic. Ordin. nu. 14. 15. 16. & 64. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. diſp. 5. q. 11. n. 45. & 52. Capon. diſcept. foren. tom. 1. diſcep. 2. nu. 63. Rota dec. 1058. & 1067. coram Seraph. dec. 391. n. 2. uſque ad 7. p. 13. & in Toletana Juriſdictionis 10. Januarii 1689. §. Secundo loco, coram Me, impreſſ. poſt primum diſcur. Card. de Luca de Juriſdict. juxta Venetam impreſſionem, & in Cæſaraugaſtana Juriſdictionis 8. Februarii 1692. §. Motivum, coram bon. mem. Emerix Decano.*

25 Hancque Juriſdictionem, Viſitationem, & correctionem, in vim *d. cap. 11. ſeſſ. 25.* non exercet Epiſcopus auctoritate delegata, ſed Ordinaria, eo modo, quo illam de Jure communi Sacrorum Canonum, & ante S. Concilii promulgationem, exercebat in Monaſteriis, in quibus erat annexa Cura animarum, & quoad Regulares illam gerentes, non obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, ut ſupra probatum eſt in *§. Concors tamen*: Tum quia Sac. Concilium inibi non ſtatuit, Parochos Regulares ſubeſſe Juriſdictioni delegatæ Epiſcopi, prout quando tale quid præcipere voluit, expreſſit, ut ſignanter videre eſt *in c. 3. ſeſſ. 6. c. 8. ſeſſ. 7. c. 4. ſeſſ. 14. c. 8. ſeſſ. 21. c. 9. ſeſſ. 24.* imò illos quoad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſubmiſit *immediatæ Juriſdictioni, Viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſita ſunt*, quòd verbum *immediatè* non congruit Juriſdictioni delegatæ, ſed Ordinariæ: Delegata namque non exercetur immediatè ex propria poteſtate, & imperio, ſed mediante peculiari facultate, ab habente poteſtatem attributa *l. 3. ff. de offic. ejus, & ibi Dec. n. 4. Gulielm. Durand. in Speculo lib. 1. partic. 1. de Juriſdict. omn. Jud. §. 1. verſ. delegata eſt. Bicr. deciſ. 131. n. 5. Saran. de Adjunct. q. 32. n. 2.*

Tum etiam quia receptiſſima eſt inter Doctores di- 26
ſtinctio, quòd quando in aliquo particulari caſu aliquid committitur Ordinario ſuper eo, quod aliàs ſibi de Jure communi competebat poteſtate Ordinaria, per talem commiſſionem cenſetur excitata juriſdictio Ordinaria, & non tributa juriſdictio delegata: Quando verò non ſimpliciter, ſed addita aliqua Clauſula, videlicet *Poteſtate Apoſtolica, auctoritate noſtra, aut tanquam Delegatus*, & ſimilibus Clauſulis, ſignificantibus commiſſionem delegatam, & tunc Superior cenſetur juriſdictionem Ordinariam inferioris Ordinarii mutare in delegatam, ad *Text. expreſſum, in c. licet in corrigendis, de offic. Ordin. & in c. cum aliquibus, de reſcript. in 6. & ibi Gloſſa in efformatione caſus, verſ. nota ſecundo. Dec. conſ. 404. num. 3. Marant. in Speculo part. 4. diſt. 5. num. 73. Sperell. dec. 31. nu. 9. Cokier. de Juriſd. ordin. in Exemptos 2. parte quæſt. 14. Ricc. part. 2. collect. 413. Scacc. de Appellat. num. 86. extenſione 2. per tot. & à n. 87. cum ſeqq. Barboſ. in Collect. ad d. cap. licet, nu. 2. & pleniſſimè de Offic. & Poteſt. Epiſcopi alleg. 92. num. 2. & 9. §. Ad tertium. Gonzalez in dicto cap. licet n. 3. Fagnan. in cap. quoniam, nu. 7. & 8. de offic. delegat.* Ideoque cum ex ſupra latè deductis ante Concilium Tridentinum, etiam ſtantibus exemptionibus Regularium, ad Epiſcopos de Jure communi ſpectabat jus viſitandi Eccleſias Regulares, in quibus exercebatur Cura animarum, & perſonas exemptas, illam adminiſtrantes, concludendum eſt, quòd idem S. Concilium non commiſerit Epiſcopis poteſtatem hanc viſitandi jure delegato, & auctoritate Apoſtolica, dum id non expreſſit; ſed Juriſdictione Ordinaria, illam per novam legem favore Epiſcoporum renovando, & excitando, ut omiſſis generalibus, in ſpecie *cap. 11. ſeſſ. 25. de refor.* tradit de mente S. Congregationis Concilii Tridentini *Fagnan. in c. cum dilectus, de Religioſ. Domibus, à nu. 41. ad 45. & in cap. nullus nu. 38. & 47. in fin. de Paroch. & in cap. grave, de Offic. ord. num. 37.* Licèt verum ſit, quòd ſi Regulares non exercent Curam Perſonarum Secularium in ſuis Monaſteriis, ſed ſolùm Sacramenta miniſtrant eiſdem Secularibus, & in illis miniſtrandis delinquunt, tunc ſubſit Juriſdictioni Epiſcopi Diœceſani, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ut ampliando *d. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularibus*, diſpoſuit *Gregorius XV. in Bulla incipien. Inſcrutabilis 18. in ordine tom. 3. Bullarii*, & explicant *Fagnan. in cap. grave, de offic. Ordin. nu. 37. & in c. quanto, eodem tit. nu. 37. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. q. 24. n. 55. 57. & 58. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. diſput. 25. q. 11. num. 46. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 43. n. 135. idem Barb. in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 11. n. 19.*

Poſito ex hactenus deductis, quòd in ſequelam diſ- 27
membrationis Caſtrorum, de quibus agitur, ab Abbatia Farfenſi, illorumque translationis in Diœceſim Firmanam, tam ex cenſura Juris communis, quàm ex Decretis Sac. Concilii Tridentini, Eccleſiæ Curatæ Regulares, eorum Parochi, ſubditi fuerint immediatæ Juriſdictioni Epiſcopi Firmani in concernentibus animarum Curam, ceſſat ratio dubitandi, orta ex verbis generalibus, & prægnantibus, quibus reſervata fuit favore Abbatum ſuperioritas in Monaſterium, & Monachos, ibi: *Quoad ſuperioritatem nullum inferatur præjudicium.*

Nam ſicuti ex generali ſeparatione Monaſteriorum, 28
& Eccleſiarum, exiſtentium in dictis Caſtris, non præſumitur de Jure Pontificem voluiſſe ſubjicere Monaſteria, & Monachos, Juriſdictioni Epiſcopi Firmani, à qua jure privilegiativo ſunt exempti, ceſſante ejus expreſſa renunciatione, ut latè ſupra probatum eſt, ita nec ſub generali præſervativa Jurium, Privilegiorum, & exemptionum eorumdem Monaſteriorum, cenſeri poteſt comprehenſum illud jus, quod, non obſtante exemptione, Juris communis diſpo-

ſsio, ac Sac. Concilium Tridentinum, illæſum, & intactum reſervavit Epiſcopo, in cujus Territorio ſita ſunt Monaſteria, non concurrente expreſſa derogatione. Qua ratione igitur, ad ſalvandam libertatem Monaſteriorum à Juriſdictione Epiſcoporum Diœceſana, & juriſdictionali, dictum fuit, reſtringendam eſſe amplitudinem partis conceſſivæ diſmembrationis juxta formam privilegiorum, & libertatum Regularium; eodem modo certè conciliandа eſt pars exceptuativa, quantumvis generalis, ut ſcilicet exceptuet ea tantùm, ad quæ porriguntur Privilegia exemptionum, & non ultra, ita ut non habeat etiam comprehendere juriſdictionem in exemptos quoad ea, quæ concernunt Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, ad effugiendam Juris derogationem, quæ, quantum poſſibile eſt, evitari debet, potiſſimè quando eſſet Juris Conciliaris, quod debet expreſsè derogari, *ad Text. in cap. nonnulli 28. de reſcript. & cap. cum ſe 4. de ætate, & qualit. & cap. ex parte 3. & final. de Capel. Monachor. Jacobat. de Concil. lib. 5. art. 18. Sanchez de Matrimon. lib. 3. diſp. 26. num. 7. Barboſ. de Offic. Epiſc. alleg. 33. num. 24. Rota deciſ. 122. & 123. part. 2. diverſ. & deciſ. 279. nu. 6. coram Coccin. & deciſ. 214. nu. 2. part. 2. & dec. 302. n. 12. & 13. p. 9.*

29 Eo magis ponderando, quòd in parte conceſſiva, inter alias Eccleſias diſmembratas nominatim recenſentur Monaſteria, & Eccleſiæ Conventuales, ac Perſonæ Regulares: hinc ſi ſucceſſivè in parte exceptuativa fuiſſent eadem loca, & perſonæ, penitus, & in omnibus exceptuatæ, pars conceſſiva remaneret ſuperflua, & de vento, inſurgeretque in eadem diſpoſitione inconciliabilis contrarietas: quin ea ſalvari poſſit à natura exceptionis, quoniam ejus indoles eſt reſtringendi regulam, & diſpoſitionem, vel abſolutè, vel in certis particularibus caſibus, & circumſtantiis, non tamen revocandi totum id, quod antea reperiebatur nominatim diſpoſitum, nam aliàs non eſſet exceptio, ſed revocatio, non limitatio, ſed deſtructio conceſſionis, vel diſpoſitionis, ex ponderatis per *Coccin. dec. 462. num. 2.* & optimè in caſu ſimilliſmo reſpondit nuper hoc Sacrum Tribunal *in Romana, ſeu Balneoregien. Fideicommiſſi 8. Martii præteriti §. Non obſtante, coram R. P. D. Muto.* Ad repellendas propterea hujuſmodi repugnantias, concludendum eſt, exceptuationem comprehendere totum id, quod ſecum ferunt Privilegia generalia exemptionum Ordinis Monaſtici, & non etiam jura reſervata Epiſcopis in perſonas, & loca exempta, capiendo, ut fieri debet, eam interpretationem, per quam repellitur abſurdum, & ſuperfluitas. *Rot. deciſ. 404. nu. 15. p. 19.* & punctualiter in terminis ſimilis diſmembrationis *Rot. dec. 7. n. 15. p. 18. rec.*

30 Certiùs quia exceptuata ſuperioritas, dignoſcitur expreſsè reſtricta ad eam, quam Abbas, uti Superior Regularis, in Monachos, & Monaſterium obtinebat, tranſlata literis claris in Epiſcopum Firmanum ea Juriſdictione, quam in Eccleſiis Regularibus Diœceſani habere ſolebant, ibi: *Sed pro tempore exiſtens Epiſcopus eam tantùm haberet Juriſdictionem, quàm cæteri Epiſcopi in ſimilibus habere ſolebant.* Cum ergo Juriſdictio, qua in Eccleſiis, & perſonis exemptis fruuntur Epiſcopi, ſit Ordinaria quoad concernentia Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, & delegata in pluribus aliis caſibus expreſſis in Sacro Concilio Tridentino, & ſignanter *in ſeſſionibus ſupracitatis, §. Hancque Juriſdictionem*, nil clarius, quòd hujuſmodi Juriſdictio non fuerit reſervata favore Abbatis, ſed ad formam Juris communis, & Sac. Concilii, favore Epiſcoporum, adeout cum in præſenti adſint verba, adeò clarè in hac parte explicantia mentem Pontificis, fruſtra recurritur ad conjecturas, & interpretationes, *ad Text. in l. ille, aut ille, ff. de legat. 3.* cum concordantibus, plenè relatis *in Hiſpalen. Viſitationis 30. Aprilis proximè præteriti, §. Domini tamen.*

31 Huic literali, obviæ, ac genuinæ Brevis Gregoriani intelligentiæ, non adverſantur documenta, & actus, illud ſubſequentes. Non obſtant in quam Bullæ ſan. mem. Urbani VIII. ſecularizationis Eccleſiæ S. Victoriæ, illiuſque erectionis in Collegiatam, quatenùs in eiſdem dicta Eccleſia, ejuſque Canonici, Sacriſtani, Clerici, aliique inſervientes, cum eorum rebus, bonis, juribus, & pertinentiis univerſi ſubjecti, ac ſuppoſiti fuerint Viſitationi, Correctioni, & omnimodæ Juriſdictioni Abbatis, cum eademmet poteſtate, quæ competit locorum Ordinariis.

Per haſce namque Bullas non intellexit, nec voluit memoratus Pontifex, deſtruendo, ac revocando totum id, quod à providentia Gregorii XIII. Antæceſſoris proceſſerat, novam ab Eccleſia Firmana facere diſmembrationem dictæ Eccleſiæ S. Victoriæ, eamque iterum reponere in Diœceſi Abbatis Farfenſis, ubi anteà ſita erat; ſive quia de hac nova diſmembratione nullum legitur verbum, unde intrant Juris propoſitiones ſupra firmatæ, quòd Conſtitutio poſterior numquam cenſetur revocare antecedentem, niſi expreſsè dicatur, & comprobat *Rota dec. 559. n. 16. cum ſeqq. coram Carill.* Præſertim in hac materia diſmembrationis, quæ utpotè odioſa, non præſumitur, ſed venit concludenter probanda, *ad Text. in extravaganti ad Apoſtolatum 2. de conceſſ. præbend. & in cap. Quia Monaſterium de Relig. Domibus*, cum aliis per *Rot. deciſ. 54. num. 8. & dec. 92. num. 45. coram Duran.* ſive quia de eadem diſmembratione fit mentio in ipſis Bullis, abſque ullo verbo denotante illius revocationem, ibi: *Et quod, ſicut accepimus. Sanctæ Victoriæ, & Sancti Pauli de Furſis, & Sancti Laurentii de Rotella, Terrarum, ſeu Locorum Montis Alti Diœceſis Prioratus hujuſmodi, qui à dicto Monaſterio Sancti Salvatoris, ut præfertur, dependentes, & Monaſterii hujuſmodi, etiam poſtquam Oppidum, ac Terræ, ſeu Loca hujuſmodi à Juriſdictione Abbatis, ſeu Commendatarii ipſius Monaſterii Sancti Salvatoris Apoſtolica auctoritate diſmembrata, ſeu exempta ſubjacebant, & de præſenti ſubjacent:* Quæ ſanè verba nedùm non important revocationem diſmembrationis, ſed imò illam ſupponunt exiſtentem, & in poſterum duraturam, eo pacto, quo Pontifici expoſita fuerat, ut de ſe patet. 32

Ex hoc autem indubitato facto ſuccedit in Jure, quòd controverſæ Bullæ Urbanæ, non revocantes, ſed imò præſuppoſitivè confirmantes antecedentem Gregorianam, debeant ad hujuſce limites intelligi, & interpretari, ex relatis per *Rot. deciſ. 211. nu. 5. & ſeqq. part. 6. & deciſ. 427. num. 29. part. 9. recen.* Idemque cum ea ſupra deductis Gregorius XIII. in dicta Bulla diſmembrationis præſervaverit Abbati Farfenſi in Monaſteria, & Monachos, illam tantùm Superioritatem, & Juriſdictionem, quæ Privilegia Exemptionum tribuunt Superioribus Regularibus, illas ſubjiciendo Epiſcopis Firmanis in iis, quæ pertinent ad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, dicendum eſt, quòd ſecularizato Monaſterio S. Victoriæ, eadem Juriſdictio, quæ competebat Abbati tanquam Superiori Regulari, fuerit eidem conceſſa in Eccleſiam ſecularizatam, ac Collegiatam, & Canonicos noviter inſtitutos, cum eadem tamen præſervatione immediatæ Juriſdictionis Ordinariæ favore Epiſcopi quoad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. Non repugnantibus generalibus verbis, quibus concepta eſt poteſtas tributa Abbati in Collegiatam, quia cum Breve Gregorianum diſmembrationis ſervatum ſit illæſum, quæcunque ea ſit generalitas, reſtringi debet juxta ſubjectam materiam intra ſphæram Juriſdictionis Ordinariæ, quam Abbates, tanquam inferiores Prælati, intra Clauſtra Monaſterii exercere poſſunt, ut ex prædicta, aliiſque rationibus, ita in ſpecie haſce Bullas Gregorii XIII. & Urbani VIII. ad concordiam reduxit *clar. mem. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 14. per tot.* 33

Eoque magis amplexa fuit dicta interpretatio, quia nullum in Bullis Urbani legitur verbum, præſeferens ſubtractionem Populi Sanctæ Victoriæ à Juriſdictione Epiſcopi Firmani, ſed poteſtas omnis collata in Abbatem verſatur circa ambitum Eccleſiæ Collegiatæ, Canonicos, & Inſervientes, quæ non infert Juriſdictionem in Parochiam, & Populum, *ad Text. in d. c. Per exemptionem, de privileg. in 6.* & ibi *Gloſſ. Fagnan. in cap. Cum Capella n. 16. de privil. Pignatel. conſult. 8. num. 7. tom. 7. Rot. deciſ. 233. num. 30. p. 5. & dec. 181. n. 51. cor. Carill. & in Gerund. Juriſdi-* 34

ctionis

Bioni ſuper bono Jure 8. Jun. 1692. §. Nec conceſſionem, coram Me.

35 Sed quatenùs, juxta ſenſum oppoſitum, amplitudo, ac generalitas verborum, & clauſularum, quibus conceſſa fuit Abbati Farſenſi Juriſdictio in Eccleſiam Collegiatam, non pateretur limitatione circa Juriſdictionem ordinariam, de Jure competentem Archiepiſcopo Firmano in iis, quæ concernunt Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, adhuc Domini ponderarunt prætenſam Juriſdictionis amplitudinem eatenus fuiſſe à Papa Urbano conceſſam, quatenus eidem ſuppoſitum fuerat, eandem poteſtatis plenitudinem præſervatam fuiſſe Abbati in Monaſterium, & Monachos, in Brevi diſmembrationis Gregorii XIII. ut patet ex verbis, ibi: *Et quod ſicut accepimus*, quod ſuppoſitum, cum ex ſupra probatis ſit penitus erroneum, vel per neceſſe corruere debet tota diſpoſitio ſuper illo fundata *Gemin. conſ.* 96. *nu.* 9. *Roman. conſ.* 180. *n.* 7. *Rot. dec.* 32. *n.* 11. *p.* 6. *& deciſ.* 261. *n.* 9. *p.* 7. *& deciſ.* 412. *&* 6. *part.* 12. *Buratt. dec.* 510. *num.* 7. vel ſaltem venit reſtringenda juxta mentem concedentis, quæ non fuit indulgendi Abbati plus juris illo, quod ad ipſum ſuper eadem Eccleſia ſpectabat de tempore, quo erat Regularis, etiam poſt diſmembrationem, per ea, quæ notat *Rot. dec.* 159. *nu.* 17. *coram Carill.* & in ſpecie *Card. de Luca d. diſc.* 14. *n.* 5.

36 Obſervantia autem, Brevi Gregoriano ſubſecuta, mirificè comprobat illius intellectum à Rota tributum. Doctum quippè fuit ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo, quòd ejus Anteceſſores plures fecerint Viſitationes dictæ Eccleſiæ S. Victoriæ, de annis nempè 1583. 1588. 1595. 1597. 1607. 1624. & 1627. Rursùs de interventu in ejus Synodis Diœceſanis Prioris, & Parochorum, Curam animarum exercentium; de pluribus approbationibus Parochorum Regularium, & Monachorum pro audiendis Confeſſionibus Laicorum, Diſpenſationibus, & Licentiis Matrimonialibus, qui actus plenè explicant, & declarant, revera fuiſſe per Breve dictæ diſmembrationis conceſſam Epiſcopo Firmano eam omnem Juriſdictionem, quæ ex Juris, & Concilii Tridentini diſpoſitione pertinet ad Epiſcopos in Eccleſiis, & Perſonis exemptis, ex firmatis per *Rot. dec.* 493. *n.* 4. *p.* 13. *& dec.* 48. *n.* 9. *&* 10. *cor. Bichio*, *& dec.* 679. *n.* 9. *coram Buratto*, *& in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium* 10. *Martii* 1679. *§. Tale autem, cor. bo. me. Bourl.*

37 Nec prædicta deſtruuntur, aut offuſcantur ex prætenſis actibus Juriſdictionalibus, per Abbates Farſenſes geſtis poſt eandem diſmembrationem; nam Domini dividentes tempora, obſervarunt, quod ab illo diſmembrationis, factæ à Gregorio XIII. uſque ad alterum Bullæ Urbani VIII. actus expleti ab Abbate ſunt pauci in concernentibus Curam animarum & Sacramentorum adminiſtrationem, comparativè ad eos, quos pacificè geſſerunt Archiepiſcopi; imò illud peculiariter obſervatum fuit, quòd in unica Synodo Farſenſi, intra hoc tempus convocata, neque ullus legitur deſcriptus Parochus Regularis; hujuſmodi propterea obſervantia, uti proxima diſmembrationi, venit principaliter attendenda. *Socein. conſ.* 6. *n.* 6. *lib.* 1. *Rota coram Seraph. dec.* 1410. *nu.* 7 *coram Buratto dec.* 647. *n.* 10. *& dec.* 396. *n.* 26. *coram Bichio.*

38 Alii actus geſti poſt Bullam Urbanam, quamvis ſint in majori numero, veriſimiliter tamen proceſſerunt ſub falſo ſuppoſito, quòd ſcilicet idem Pontifex Eccleſias Regulares, jam ſeparatas à Juriſdictione Abbatis occaſione ſecularizationis, illas eidem iterum univerit, quòd ſuppoſitum cum ſit omninò inſubſiſtens, corruit totum id, quod in ejus ſequelam obſervatum fuit *l. ſi cum te ff. de pact. & l. final. ff. de conſtit. pecun. Rota dec.* 10. *de Præbend. in antiq. n.* 3. *& dec.* 159. *n.* 20. *cor. Carillo.*

39 Præterea ad eoſdem actus geſtos poſt Bullam Urbani VIII. & ab Eminentiſs. Abbate adductos pro juſtificanda obſervantia, generaliter reſponſum fuit, non eſſe attendendos, quia vel dederunt cauſam liti, de qua ſupra *nu.* 4. *&* 5. vel facti fuerunt pendente lite, aut vigore concordiæ vitalitiæ initæ inter Cardinalem Franciſcum Barberinum Abbatem, & Archiepiſcopum Cardinalem Gualterium; vel illos non eſſe incompatibiles cum geſtis ab Archiepiſcopis Firmanis pro tempore, prout ſunt Viſitationes, quæ etiam in concernentibus Curam animarum fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori, juxta communem Canoniſtarum opinionem, de qua *Fagnan. in c. ut privilegia, de privil. n.* 44. *& in c. Quanto, nu.* 31. *de offic. Ord.* cum pluribus aliis deductis *in dec.* 336. *n.* 1. *cum ſeqq. coram Pænia*, & firmiter diſcuſſo Articulo *in Toletana Juriſdictionis* 10. *Januarii* 1689. *§. Secundo loco, cum pluribus ſeqq. coram Me*, impreſſa poſt *Card. de Luc. diſc.* 1. *de Juriſd. juxta Venetam impreſſionem*: Vel tandem non eſſe habendos in conſideratione in concurſu tot aliorum actuum, expletorum ab Archiepiſcopis, ſuffultis Juris aſſiſtentia, latè ſuperiùs aſſerta, ut plenè reſpondit *Rota in Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§.* 2. *coram Me.*

Deſcendendo poſt hæc Domini ad examen Eccle- 40
ſiarum, contentarum in Bulla Gregorii XIII. procedentes cum regula generali, ſtatuente quòd juxta Juris communis præſumptionem omnes Eccleſiæ cenſentur Seculares, & non Regulares, *ad Text. in cap. Cum beneficio*, *il* 5. *de præbend. in* 6. *ubi Barboſ. ſub n.* 14. *Garz. de Benefic. p.* 1. *c.* 6. *n.* 11. *&* 12. *Gonzalez ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 7. *& n.* 1. *& ſeqq. Corrad. in prax. Benefic. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 322. *Rot. deciſ.* 68. *n.* 1. *&* 2. *coram Mantic. & dec.* 433. *n.* 18. *coram Bich. & in Toletana Juriſdictionis ſuper exceſſibus* 16. *Januarii* 1686. *§. Quibus ſic poſitis, coram bon. mem. Urſino, & in eadem Cauſa ſuper pertinentia Eccleſiarum* 6. *Junii* 1689. *§. His ſtantibus, cor. Me*, impreſſis poſt primum *diſc. de Juriſd. Card. de Luca ſecundum Venetam impreſſionem*, dixerunt, quòd cum uſque modo non fuerit per Cardinalem Abbatem probata Regularitas, niſi quoad duas Eccleſias tantùm, illam nempè S. Victoriæ, & alteram Monaſterii S. Catharinæ, conſequens eſt, ut in omnibus aliis, quas non conſtat fuiſſe Regulares de tempore diſmembrationis, poſſit Eminentiſſimus Archiepiſcopus exercere Juriſdictionem ordinariam quoad omnia; in dictis verò duabus procul dubio Regularibus, in iis tantùm, quæ pertinent ad Curam animarum, & Sacramentorum, adminiſtrationem.

Parum refragante, quòd nonnullæ Eccleſiæ prætendantur dependentes ab Eccleſia S. Victoriæ: quia 41
ultra quod nullo modo in præſenti conſtat de hujuſmodi dependentia, illud removet omnem difficultatem, quòd de Jure ſimplex dependentia unius Eccleſiæ ab altera exempta, non facit pariter illam exemptam, niſi expreſsè dicatur, *ad Text. in cap. Ex ore*, & ibi *Gloſſ. de privileg.* ubi exempta Eccleſia, non cenſentur exemptæ Capellæ, ex quo inferunt communiter Doctores, quòd exempto capite, non præſumuntur exempta membra, & citatis concordantibus tradunt *Cokbier de Jur. ordin. in Exemptos part.* 1. *qu.* 13. *num.* 2. *&* 3. *& part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 70. *Faſc. de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 2. *& ſeqq. & num.* 15. *Barboſ. in Paſtor. p.* 13. *alleg.* 75. *num.* 29. *& de Univerſ. Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 23. Non turbante, quòd de annexis idem ſit judicium, quia hæc regula non procedit in privilegiis, illiſque præſertim exemptionum, quæ ſunt ſtricti juris, neque trahenda de loco ad locum, ut proſequitur *Cokbier in d. cap.* 13. *n.* 3. & latè etiam in ſpecie exornat *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 16. *n.* 146. 147. *&* 148. *& in c.* 30. *n.* 152. *&* 154.

Cæterùm ſubdebant Domini, quòd ubi etiam dictæ 42
Eccleſiæ probarentur exemptæ, adhuc Eminentiſs. Abbas evitare nequit, quin Epiſcopus illas viſitet quoad omnia, Juriſdictione delegata. Cum enim in eis non vigeat Regularis obſervantia, ſed omnes deſerviantur a Presbyteris Secularibus, intrat diſpoſitio Sacri Concilii Tridentini *in ſeſſ.* 7. *cap.* 8. *de Reform.* ſtatuentis, Eccleſias Seculares exemptas, ſive Curatas, ſive non, viſitari poſſe ab Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, & plenè tradunt *Barboſ. ibi n.* 2. *& de Jure Eccleſ. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 19. *de Offic. & Poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 74. *n.* 11. *Fagnan. in c. Grave, de offic. Ordin. n.* 11. *& in c. Cum dilectus, de Relig. Domib. num.* 41. *& num.* 43. *ad* 46. *Pignatiell. tom.* 2. *conſult.* 26. *num.* 28. *& nu.* 36. 37. *&* 38. *Rot. dec.* 107. *n.* 1. *&* 4. *p.* 3. *diverſ. & dec.* 396.

Digitized by Google

n. 1. & 2. p. 1. & dec. 493. n. 1. & 5. & dec. 501. n. 2. p. 2. rec. Roxas dec. 218. & dec. 10. n. 26. & 27. p. 13. Ottobon. dec. 82. nu. 11. & 16. Merlin. dec. 101. n. 7. & in Vicen. Juriſdictionis 28. Aprilis, & 16. Junii 1688. *cor. bo. me. Emerix*, Et quidem non ſolùm quoad Curam animarum tantùm, ſi eſſent Parochiales, ſed quoad omnia, ad differentiam Eccleſiarum Regularium, quibus imminet Cura animarum, quæ nonniſi in pertinentibus ad Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, viſitari poſſunt *ex d. cap.* 11. *ſeſſ.* 26. *de Regular.* ut tradit aſſignando rationem diſcriminis *Fagnan. in d. c. Cum dilectus, de Relig. Domib. n.* 41. *in fine, & à n.* 43. *&* 46.

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Florentina Quartæ Funeralis.

Ven. 6. Martii 1715.

ARGUMENTUM.

Conſuetudo, quòd Parocho debeatur medietas omnium emolumentorum, quæ occaſione Funeris obveniunt, eſt attendenda; non obſtante diſpoſitione *Clement. in c. Dudum, de ſepult.* & quale temporis ſpatium requiratur, ut ad effectum, de quo agitur, intrare poſſit præſcriptio.

SUMMARIUM.

1 *Ex validitate, & juſtitia Sententiarum, conſtituitur res judicata.*
2 *Reſtitutio in integrum adverſus res conformes non datur, niſi probetur plenè, & concludenter læſio.*
3 *Ex diſpoſitione Clement.* dudum de ſepult. *debetur Parocho quarta pars de omnibus obventionibus funeralibus, datis, vel relictis Eccleſiæ, in qua quis extra propriam Parochiam ſepulturam ſibi elegerit.*
4 *Inter quas veniunt etiam Candelæ, cauſa Funeris poſitæ ſuper Altaribus.*
5 *Si tamen adſit conſuetudo regionis, dandi Parocho dimidiam dd. obventionum, ea eſt attendenda.*
6 *Parochis olim permiſſum erat hujuſmodi portionem Canonicam uſque ad hanc quantitatem exigere.*
7 *Et per decennium præſcripta remanet, ad differentiam caſus, quando ageretur de præſcribenda portione ultra dimidiam; vel è converſo infra quartam, vel in totum.*
8 *Conſuetudo ad hunc effectum probatur ex ſententiis, in contradictorio Judicio reportatis, & in rem judicatam tranſactis.*
9 *An ad præſcribendum in ſubjecta materia contra Eccleſias Ordinis S. Franciſci requiratur longiſſimi temporis ſpatium.*
10 *Fides informes, & lite pendente reportatæ non probant.*
11 *Partitæ, à libris privatis extractæ, parte non citata, non ſunt attendendæ.*
12 *Appellatione Quartæ funeralis venit etiam medietas emolumentorum, quæ ratione Funeris percipiuntur.*
13 *Factum aliorum Parochorum, præjudiciale non debet eſſe ei, qui prò ſe rem judicatam habet.*
14 *Conſuetudinem non inficit, ſi pompa Funebris, quæ olim practicabatur, deferendo cadavera nocturno tempore ad Eccleſiam, hodiè deſierit fieri, & de ratione.*
15 *Intortitia, & Cerei accenſi circa corpus expoſitum in Eccleſia, & ſuper Altaribus, veniunt Funeris appellatione.*
16 *Si ſucceſſivis temporibus majora fiant emolumenta occaſione Funeris, cedere debent in commune utriuſque Eccleſiæ beneficium.*
17 *Remiſſoria, concurrente ſupina negligentia, eſt deneganda* & n. 18.

DECISIO XVI.

COmmiſſa mihi à Signatura Juſtitiæ in gradu reſtitutionis in integrum, cum clauſula S. P. rei judicatæ, appellationis Cauſa, adverſus Sententiam Reverendiſs. D. mei Molines Decani, geminis alijs Sententiis, extra Rotam latis, conformem, quia prævia deciſione 1. Decemb. 1704. coram eodem edita, definitum fuerat, Parocho, & PP. Auguſtinianis Eccleſiæ S. Jacobi inter Foveas, deberi medietatem omnium, & quorumcunque Cereorum, Intortitiorum, & Facularum, quæ comprehenſis etiam Candelis accenſis in Altaribus, ex funere Mariæ Catharinæ Corbulæ de Morellis, ſub dicta Parochia defunctæ, remanſere penes Eccleſiam PP. Conventualium S. Crucis, ubi eadem, juxta ejus ſuprema vota, Sepulturæ tradita fuit, diſceptandum dedi dubium -- An Conſtet de re judicata, ſeu potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum -- Eoque in hodierna colluctatione propoſito, reſponſum fuit, conſtare de re judicata.

Ita enim præſeferebat validitas, & juſtitia dicta-
rum trium Sententiarum, ex quibus quemadmodum 1
conſtituitur res judicata, ex cenſura utriuſque Juris
Canonici & Civilis, per *Text. in Clem. 1. ibique Gloſ.
V. alicujus ex eis, de ſent. & re judic. l. unica Cod. nè
ſic. tertio provoc. Rot. in Ravennat. Pecuniaria* 28. *Aprilis*
1704. *§. Non inſtabant, coram me.* Ita excludebatur
læſio, cæteroquin plenè, & concludenter probanda
ab eo, qui in hiſce circumſtantiis beneficio reſtitu- 2
tionis in integrum juvari prætendit. *Innoc. in c. ex li-
teris, de reſtit. in integrum. Rot. in Romana Cambii* 20.
Martii 1709. *§. Cum enim, coram Reverendiſs. D. meo
Molines Decano.* Et ſanè ſuppoſita validitate, non im-
pugnata, utpote ex revolutione actorum reſultante,
quod attinet ad earumdem Sententiarum juſtitiam,
viſum fuit hanc ſatis ſuperque effulgere ex eo, quòd
tametſi inſpecta *Clem. dudum de ſepult.* Parochis dum-
taxat debeatur quarta pars de omnibus obventioni-
bus funeralibus, qualitercumque ante, & poſt occa-
ſione Funeris datis, vel relictis Eccleſiæ, in qua quis
extra propriam Parochiam ſibi ſepulturam elegerit, 3
ut admonent *Abb. in c. de his, nu.* 9. *de ſepult. Cend. in
Clem. dudum §. Verum tradunt, eodem tit. Covar. in c. fin.
n.* 6. *de teſtam. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part.* 3. *c.*
25. *n.* 2. *Tambur. de Jur. Abbat. q.* 17. *n.* 3. *tom.* 1. *Rot. poſt
Eundem dec.* 85. *n.* 2. *tom.* 3. inter quas numerari quo-
que Candelas, cauſa Funeris ſuper Altaribus poſi- 4
tas, probant *Pignattell. Conſult. Canon.* 215. *n.* 16. *tom.*
4. & non attento quodam decreto contrario *Sac. Con-
greg. Rituum, edito in Urbanien.* 16. *Junii* 1666. expreſ-
sè determinavit *Sac. Congregatio Concilii in Florentina
Funerum die* 24. *Maii* 1684. *Summario reſponſionis Pa-
rochi S. Jacobi, n.* 4.

Adhuc tamen conſuetudine regionis, ſolo etiam
ſpatio decem annorum continuata, in contrarium ur-
gente, dandi nempè Parocho dimidiam dictarum ob- 5
ventionum, illa attendenda eſt, juxta clarum *Text.
in c. certificari de ſepult. Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 6. *c.*
3. *num.* 39. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part.* 3.
cap. 25. *n.* 2. *& ſuper d. cap. certificari, n.* 1. *& ſeqq.
de ſepultur. Piton. diſcept. Eccleſ.* 50. *n.* 31. *Pignattell.
conſult. Canon.* 215. *nu.* 10. *tom.* 4. Exactio namque
hujuſmodi Canonicæ portionis, cum uſque ad hanc 6
quantitatem aliàs Rectoribus Parochiarum permiſſa
fuerit ex ſanctione antiquioris *Textus in c. relatum de
ſepulturis*; hinc ſequitur, quòd per decennium ſuffi-
cienter præſcripta remaneat, ad differentiam alterius
caſus, in quo peteretur ultra dimidiam, vel è con- 7
verſo quæſtio eſſet de eadem infra quartam, aut in
totum præſcribenda, quia tunc ſtante poſitiva Sa-
crorum Canonum reſiſtentia, immemorabilis, aut
quadragenaria ſaltem præſcriptio requireretur, ut di-
ſtinguendo caſum à caſu explicant *Amoſtaz. de Cauſ.
piis lib.* 6. *c.* 3. *nu.* 40. *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Pa-
roch. p.* 3. *d. c.* 25. *n.* 2. *&* 16.

In hypotheſi verò decennalis iſta conſuetudo ne-
dùm reſultabat ex relatione Archiepiſcopi Florentini
*in dec. Reverendiſs. D. mei Molines Decani expenſa, in §.
Tertio comprobatur*, cum qua concordant tres teſtes,

for-

Digitized by Google

formiter examinati, nnanimiter deponentes, Eccleſiam S. Crucis, abſolutionis exequiis, ſemper conſueviſſe tradere Parocho S. Jacnbi, ſicut, & aliis Parochis, medietatem Ceræ circum cadaver axiſtentis, ucc non Candelatum in Altaribus accenſarum *d. Summ. nu. 7.* verùm præterea deſumebatur ex geminis Sententiis, annn 1577. & 1645. in contradictorio Judicio adverſus memoratos PP. Conventuales Eccleſiæ S. Crucis à Vicario Generali Flnrentiæ latis, quarum vigore iidem condemnati fuerunt conſignare medietatem totius Ceræ pro funcre deſtinatæ, abſque ulla diminutione, Parochis illam tunc peten-
8 tibus: Cumque ſint antiquiſſimæ, & in auctoritatem rei judicatæ tranſiverint, benè dici poteſt ex illis probata etiam quadragenaria, & alia longior obſervantia. *Bald. in Rubr. quæ ſit longa conſuetudo, gloſſ. in l. 3. Cod. de Epiſc. audien. Maſtrill. dec. 66. n. 16. & dec. 69. n. 9. Franch. dec. 91. n. 16. & dec. 722. n. 11.* quatenus, ut prætendebarur, hac tanti temporis intercapedine in ſubjecta bypotheſi opus eſſet, ratione pe-
9 culiari rationis, vigentis quoad Eccleſias Ordinis D. Franciſei, veluti expreſſe comprehenſas *in cit. Clement. dudum, de ſepult.*

Abſque eo quòd bujuſmodi conſuetudinem intervertere valeant fides teſtinm, in oppoſitum adductæ à PP. S. Crucis, aut partitæ extractæ ex eorum Libris, & quietantiæ eiſdem factæ per nonnullns Parochos, pro quarta parte emolumentorum funeralium, ut liquet *ex Summario dd. PP. n. 1. uſque ad 6.* Quandoquidem reſpectu ad fides teſtium, reſpondebatur illas nullius momenti habendas eſſe, tanquam
10 informes, & lite pendente expiſcatas, *Calderon. reſolut. 37. n. 47. Rot. dec. 149. nu. 3. & dec. 243. n. 7. coram Emerix Jun.* Partitæ verò Librorum, ultra
11 quam quod extractæ fueruot à Libris privatis, & Parocho S. Jacobi non citato, quæ propterea eo minus aliquid probant: *Rot. dec. 23. nu. 8. cor. Bich. & in rec. dec. 57. n. 4. p. 7. & dec. 679. n. 7. p. 19.* ex illis inſuper elici non poterat quantitas verè ſoluta Parochis, quia ſolutiones, quas continent, factæ leguntur pro Quarta funerali, cujus appellatione
12 venire poteſt ſolotio etiam medietatis dictorum emolumentorum, ad *Text. in c. dudum, & in c. certificari, de ſepult.* ideoque cum ſint æquivocæ, cnnfuſæ, etiam ex hoc capite nullatenus attendi debent, ad tradita per *Rot. in Bononien. Parochialis 26. Januarii 1711. §. Quin ad elidendam, cor. Me*; itidemqoe non obſtant quietantiæ nonnullorum Parochorum ſupra recenſitæ, quippè expletæ appareut lite pendente, & poſtquam inducta fuerat res judicata favore Parochi S. Jacobi Actoris ſuper jure conſequendi integram medietatem
13 Candclarum, & Cereorum Funeris, de quo quæritur, quod ſatis eſt, ut per illas tale jus ejuſdem Parochi cffectum haud fuerit deterius. *Rot. dec. 996. n. 7. & 8. & dec. 1944. n. 50. cor. Coccin.*

Damum parvi refert, quòd juxta coofuetudinem, tempore dictarum Sententiarum introductam, Cadavera mortuorum nocturno tempore ad Eccleſiam ſepelicnda deferebantur cum celebri pompa Cereorum, nequaquam vero *al bujo*, ut in bæc tempora practicatur; oudè inferebatur, dictam priorem conſuetudinem, ex eiſdem Sententiis deprompeam, allegandam non eſſe ad perficiendum præſertim tempus quadragenariæ. Quoniam animadverſum fuit, quòd loco pompæ Funebris, quæ olim explebatur per viam in aſſociatione Cadaveris, ſubrogata extitit alia, quæ modò ſuper Cadaver iu Eccleſia celebratur, quocir-
14 ca cum antiqua confuetudo iueſſe cenſeatur modernæ, ſaltem quoad modum ſolvendi Canonicam portionem Parocho, ex iſta variatione minimè diminutam, conſequens eſt, quòd ſicuti tunc eidem ab Eccleſia tumulante PP. S. Crucis ſolvebatur medietas omnium emolumentorum, ſeperextantium poſt Funebres Cæremonias perſolutas, ita pariter idipſum in præſenti practicari debet; Tum quia indoles ſubrogationis eſt, nt ſubrogatum ſit ejuſdem naturæ, & conditionis cum eo, io cujus locum ſubrogatur, per *Text. in leg. ſi enim §. Qui injuriatum ff. ſi quis caut. Gratian. diſcept. for. 624. num. 10. Rot. dec. 1088. n. 6. & dec. 1181. n. 30. coram Emer. Jun.* Tum, & fortiùs quia etiam Iutortitia, & Cerea accenſa circa Cor-
pus expoſitum in Eccleſia, & ſuper Altaribus, vaniunt appellationa Funeris, æquè ac alia, quæ pro 15
aſſociatione Cadaveris inſervierant, ut probant Doctores ſupra relati in *§. Ita enim*, & animadvertit *Deciſio Reverendiſſimi D. Decani §. Etenim.*

Non relevante, quòd antiquitùs reſtitueretur hæredibus defuncti medietas Cerenrum, quibus Cadaver aſſociatum fuerat, & ſic diviſa altera medietate inter Eccleſiam ſepelicntem, & Parochialem, iſta non niſi quartam partem conſequebatur; hoc enim ſuppoſito circa rei veritatem admiſſo, adhuc firmum, manet, quòd etiam tunc temporis conſignabatur Parocho medietas Ceræ, quæ occaſioue Funeris apud Eccleſiam ſepelientem remanebat: proindeque ſi in
præſentiarum nihil hæredibus reſtituitur, omnis ra- 16
tio fuadet, quòd integra medietas totius Ceræ intortitiorum, & Candelarum Parochiali tribuatur, cum id cedere debeat in commune utriuſque Eccleſiæ beoeficium, non autem ſolius tumulantis, ut concludit *citata deciſio Reverendiſſ. Domini mei Decani §. An.*

Et ita utraque &c.

Eadem coram Eodem.

Florentina Quartæ Funeralis ſuper Remiſſoria.

Veneris 6. Martii 1711.

IN hac audieutia quemadmodum Domini reſpouderunt conſtare de re judicata, reſultante ex validitate, & juſtitia trium Sententiarum conſormium, quibus declaratum extitit, Parocho, & PP. S. Jacnbi Florentiæ, dandam eſſe integram medietatem Ceræ, & Intortitiorum, una cum Candclis in Altaribus accenſis, quæ remanſere in Eccleſia PP. S. Crucis poſt expletum funus Mariæ Catharinæ Corbulæ de Morellis, ſub Parochia S. Jacobi defunctæ, ut latiùs in altera mea contemporanea Deciſione, ita per ſeparatum dubium, conceroens Remiſſoriam, conſulti dixerunt *ſtandum eſſe in deciſis cor. Reverendiſs. D. meo Molines Decano ſub die 5. Decemb. 1704.* autumantes, viribus ſubſiſtere ſundamenta dictæ deciſionis, denegantis admiſſionem articulorum, à præfatis PP. S. Crucis productorum ad effectum probandi, quòd poſt introductum in Civitate Florentina uſum deferendi Cadavera deſunctorum *al bujo* ad Eccleſias Regulares ſepelientes, & ſaciendi fuous die ſequeuti cum Cereis, & Intortitiis, circa feratrum elevatis, & accenſis, Eccleſia S. Crucis nunquam tradiderit Parochis quartam Fnneralem in medietate, ſed in quarta tantùm parte.

Animadverteruut enim, quòd hujuſmodi Remiſſoria, licèt in exordiis Cauſæ fuerit à Judice admiſſa, attamen ad teſtium exameo iidem PP. S. Crucis noo devenerunt, illudque etiam neglexerunt in poſterioribus inſtantiis, ut in termino reprobatorio, eiſdem præfixo per Parochum S. Jacobi, quin imò permiſerunt, quòd iteratò iſte procederet ad examen formale teſtium pro probanda conſuetudine conſequendi quartam Funeralem in medietate, quam cum proba-
verit, ut conſtat ex altera mea hodierna Deciſione, 17
ampliùs locus non eſt ulteriori conceſſioni Remiſſoriæ ad probandum contrarium, poſt publicatum proceſſum, & didicita teſtificata. *Rudolphin. in Prax. p. 5. c. 15. nu. 155.* quia remiſſoria, hac adeo ſupina negligentia concurrente, calumnioſè petita cenſetur
ad protulandam Cauſam, & ad diutiùs differendam 18
controverſæ portionis Fuoeralis ſolutionem. *Ridolph. in Prax. d. p. 1. c. 12. n. 119. Rot. dec. 625. nu. 1. p. 18. recent.* cum aliis adductis in Deciſione, quæ revidetur *§. Continet quippè, & ſeqq.* cum qua Domini pertranſierunt.

Utraque parte audita &c.

R. P. D. A N S A L D O.

Fringenſis Canonicatus.

Lunæ 16. Maji 1707.

A R G U M E N T U M.

An, & quando ex retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, inducatur illorum vacatio, etiam non ſecuta effectiva fructuum perceptione.

S U M M A R I U M;

1 *Qui vult conſequens, vult & antecedens, & è converſo.*
2 *Res judicata, per apprehenſionem poſſeſſionis conſummata, non debet ſuſpendi, eoque minus retractari.*
3 *Judicium Literarum Apoſtolicarum eſt penitus executivum.*
4 *In Judiciis autem executivis inefficax eſt appellatio.*
5 *Quid requiratur ad hoc, ut ſimilis appellatio ſuffragetur appellanti, pro impedienda executione rei, in Judicatum tranſactæ.*
6 *Conſtito de injuſtitia præambuli Judicati, oritur læſio, quæ eſt mater reſtitutionis in integrum.*
7 *Simultaneam retentionem plurium Beneficiorum incompatibilium omnia Oecumenica Concilia deteſtata ſunt.*
8 *Quin imò talem multiplicitatem, & incompatibilitatem exhorruit, etiam in ſuis falſis Sacerdotibus, cæca Gentilitas.*
9 *Et reprobarunt quoque in Officiis Secularibus Jura Civilia.*
10 *Solùm toleratur retentio utriuſque Beneficii incompatibilis, quando ſecundum pacificè non poſſideatur.*
11 *Stante diuturna poſſeſſione ſecundi Beneficii abſque contradictore, aut utrumque, aut ſaltem ſecundum Beneficium abſque dubio vacat.*
12 *Non operatur lapſus temporis, niſi etiam intercedat effectiva perceptio citra contradictorem, vel omnium, vel majoris partis fructuum.*
13 *Quando ceſſet diſpoſitio* S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. & Conſtit, S. M. B. Pii V. 16. in ordine.
14 *Per applicationem fructuum Sacriſtiæ, aut conſimili uſui pio, dicitur Beneficiatus legitimè impeditus à fructuum perceptione.*
15 *Quantitas verò fructuum, reſervata pro explendo funere ſuo tempore, habetur pro vera, & effectiva perceptione, cum ſit præventiva proprii debiti extinctio.*
16 *Idem dicendum eſſet, ſi hujuſmodi reſervatio fructuum fieret pro hæredibus Canonici prædefuncti.*
17 *Tam de Jure, quàm in vim Decreti, apponi conſueti in qualibet proviſione Beneficii, permittitur perceptio fructuum, conſecutiva ad permiſſam, per ſpatium duorum Menſium, retentionem utriuſque Beneficii.*
18 *In odium retentionis hujuſmodi Beneficiorum incompatibilium, ſatis eſt, ad inducendam vacationem ultra duos menſes, quòd Beneficiatus pro ſui libito, & facultate, poſſet fructus pacificè percipere, licèt de facto ex ſua negligentia eos non perceperit.*

D E C I S I O XVII.

Bipartito dubio à Me hodie propoſito — *Utrùm* ſcilicet *conſtaret de re judicata, ſeu potiùs de Caſis reſtitutionis in integrum* — Domini ſimpliciter primæ parti reſpondentes *affirmativè*, ſupervacaneum duxere obloqui de ſecunda, quæ profluebat in conſe-
1 quentiam, ex regula, qui vult conſequens, & è contra, de qua *Text. in l. 1. ff. ſi uſuf. petat. Alex. conſ. 157. n. 14. lib. 1. conſil. 138. n. 1. lib. 5. Caſtren. conſ. 100. nu. 4. lib. 1. Navar. q. for. lib. 2. q. 59. num. 1. Rot. dec. 142. n. 17. p. 10. dec. 536. nu. 54. p. 14. deciſ. 135. nu. 1. p. 45. & deciſ. 353. n. 18. p. 19. recent. cum aliis in Tarraconen. Parochialis de Via Codino 13. Januarii 1706. §. Verùm quia, coram Me.*

Et quidem pluſquam apparebat de perfectiſſima re judicata, dum præceſſerat definitiva interlocutio *R. P. D. mei Scotti*, ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, quas Thomas obtinuerat reſpectu Canonicatus, de quo agebatur; undè cum ex parte Danielis Collitigantis nullum appoſitum liqueret impedimentum conſumationi ejuſdem Judicati, ſubſecutæ per apprehenſionem poſſeſſionis, uſque ad tolerandum ultimum extremum taxationis expenſarum, non erat legitimè jam adimpletum ullo modo ſuſpenden-
dum, vel, quod pejus extitiſſet, rettactandum, ad 2
alteram regulam, de qua per *Text. in cap. Conſultationibus, & ibi Gloſſ. V. removeri, de Jurepatr. & in c. factum 37. de regul. Jur. in 6.* tradunt *Surd. conſ. 18. n. 11. Marant. Contr. Jur. p. 1. reſp. 21. n. 35. & p. 5. reſp. 45. n. 55. Gratian. diſcept. forenſ. 743. n. 18. Venturin. conſ. 16. n. 66. Rot. dec. 62. n. 1. in fin. & num. 3. de appellat. in noviſſ.*

Quin pro gignendo hujuſmodi impedimento præſervativo executionis Judicati prodeſſe valeret appellatio, interjecta per prænominatum Danielem. Cum enim verſaremur in Judicio penitus executivo, prout erat illud Literarum Apoſtolicarum, palam
erat, quòd in Judiciis executivis nulla tribuitur, aut 3
ſuaptè natura efficax eſt appellatio, ſicut in terminis primæ propoſitionis notorium eſt ex traditis per *Franc. in c. licet Epiſcopus, num. 7. de præbend. in 6. Menoch. de Adipiſc. remed. 6. num. 5. Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 72. num. 5. & 6. Rot. dec. 272. num. 2. coram Cavaler, deciſ. 64. num. 2. coram Peutinger. dec. 133. n. 2. p. 6. cum aliis in Cortonen. Beneficii 18. Martii 1697. §. final. coram Me inter hactenus impreſſ. deciſ. 4. n. 23. & in Burgen. Archipresbyteratus de Birbieſco 4. Decembris 1705. in princ. pariter cor. Me*, &
circa ſecundam, unanimiter notarunt *Alexand. conſil.* 4
95. num. 5. lib. 2. Gratian. diſcept. Forenſ. c. 665. n. 6. Lancellot. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 53. n. 12. Scacc. de Appellat. qu. 17. limitat. 10. num. 22. Rot. deciſ. 508. n. 3. & dec. 664. n. 2. cor. Emerix Jun. & dec. 73. n. 8. p. 13. rec.

Quapropter nemo non ſcit, quòd ad finem, ut ſimilis appellatio ſuffragetur appellanti pro enunciato effectu impeditivo executionis, & reſpectivè tranſitus in rem judicatam, in materia aliàs inappellabili, nedum neceſſarius eſt recurſus ad Principem, ſive Sum-
mum Pontificem, ejuſque repræſentativum Signatu- 5
ræ Juſtitiæ Tribunal, ſed etiam, quòd priùs ab Eminentiſſimo Præfecto, ſive illius Auditore, repottetur aliqua Moratoria, ſeu Superſeſſoria executionis, & deinceps ab eodem pleno Tribunali Commiſſio aliqua ſuſpenſiva, prout vulgata praxis eſt, & habetur apud *Marcheſan. de Commiſſ. appellat. ab execut. Brev. & Liter. Apoſtolic. p. 1. c. 1. & 2. Rudolphin. in Prax. p. 1. c. 13. n. 19. & 20. & p. 2. c. 8. n. 48. Card. de Luc. de Judic. diſc. 31. per tot.*

Potuiſſet irrumpi eadem aſſerta res judicata cum ſpe forſan obtinendæ ſuo loco, & tempore retractationis, jam ſecutæ, executionis, per ſubalternantem, & ſupra tactam dubii partem, nimirum per viam reſtitutionis in integrum, quoties in hodierna diſputatione negotii perluxiſſet clara injuſtitia præ-
ambuli Judicati: In hoc quippè caſu, dato etiam il- 6
lius obvio tranſitu, ratione ordinis, prout hic, executivi, vel Juridici temporis defluxus, in præfatam rem Judicatam, ſubingrederetur læſio, quæ mater eſt reſtitutionis in integrum, & implicitæ infractionis rei Judicatæ, ſicuti quotidie videre eſt ex congeſtis apud *Socein. Jun. conſ. 128. n. 148. lib. 1. Cephal. conſ. 180. n. 12. lib. 2. Paulut. diſſert. legal. tom. 1. diſſert. 28. n. 2. Rot. dec. 1. de reſtit. in integr. in noviſſ. dec. 137. num. 1. coram Duran. dec. 604. n. 15. coram Buratt. dec. 1305. n. 2. coram Emerix Jun. dec. 532. num. 1. p. 2. dec. 593. num. 5. p. 18. & dec. 649. n. 1. p. 19. rec.*

Verùm talis injuſtitia, talis læſio, minimè poterat excogitari, cum præcedens Decretum *R. P. D. mei Scotti* ſuper executione Literarum Apoſtolicarum, quas Thomas reportaverat, inconcuſſæ baſi niteretur, videlicèt, quòd Canonicatus, ut idem Thomas expreſſerat, vacaret per incompatibilem, & interdictam re-

ten-

tentionem ejuſdem Canonicatus cum Parochiali, præ-
cedenter poſſeſſa per Danielem, nuſquamve per eum
dimiſſa. Adeo enim præter optimè demonſtrata in
deciſ. ejuſdem R. P. D. mei Scotti ſub die 9. Januarii
1675. ſub §. Narrata, & ſeq. Sancta Mater Eccleſia
ſemper abhorruit hanc retentionem ſimultaneam duo-
7 rum, vel plurium Beneficiorum incompatibilium,
ut ad hunc abuſum, quinimò execrabilitatem pro-
fligandam, omnia in unum Contilia Oecumenica
conclamaverint, quemadmodum in Eccleſia Orienta-
li extat *ſecundum Concilium Nicænum*, celebratum *ſub*
anno 781. atque ſubindè in Occidentali *Lateranenſe*
Concilium habitum *ſub Alexandro 3. c. 12.* & alterum
ſub Innocentio pariter 3. relatum *in cap. de multa, de*
præbend. & dignitat. & poſtremò *Trid. ſeſſ. 7. de re-*
form. c. 2. & 4. Ultra namque deteſtabilem avari-
tiam, & ambitionem inſitam huic multiplici deten-
tationi Beneficiorum, præſertim incompatibilium,
ipſa incompatibilitas increpatur à Domino apud D.
Matthæum cap. 6. n. 24. ut ibi -- *Nemo poteſt duobus*
Dominis ſervire, & ut ſubjungit *Joannes XXII. in Ex-*
travaganti Execrabilis, & Alex. III. in c. Quia tantum,
de præbend. & dignitat. -- Si vix unus uni officio valet
incumbere, quomodo poterit in pluribus miniſtrare? Quin
etiam talem multiplicitatem, & incompatibilitatem
exhorruit, non tantùm in eorum falſis Sacerdotibus
8 eadem cæca Gentilitas, ut oſtendit *Valenzuel. tom. 1.*
conſ. 135. num. 85. Navarr. diſc. 11. Gutterb. lib. 1. de
Vel. Jur. Pontiſ. c. 8. Quintilian. lib. 10. Inſtit. cap. 3.
Caſſiod. lib. 9. Var. Epiſtol. 21. Solorzan. de Jur. Indiar.
9 *lib. 4. nu. 24.* ſed etiam in Officiis ſecularibus Jura
noſtra, de quibus in *l. libertus 17. §. Reſcripto, & §.*
Sub eodem ff. ad municip. leg. ſi plures verſ. nam diffi-
cile ff. de pact. l. 1. C. de propoſit. agentium lib. 12. &
in leg. Quiſquis Cod. de Cohortalibus lib. 11.

Solumque toleratur concurſus, ac etiam detentio
utriuſque Beneficii incompatibilis, quando Impetra-
tor pacificè non poſſidet ſecundum, ſuper quo litem
10 ſubſtinere cogatur, quia tunc, nè forſan in progreſ-
ſu ipſum ſecundum deperdat, rationabiliter poteſt
abſtinere à dimiſſione primi, nè alias utriuſque com-
pellatur lugere jacturam, ſicuti innuit *Gloſſ. in d. c.*
de multa V. exemptionem, & rectiùs explicat *Text. in*
cap. licet 2. de præben. in 6. cum cæteris, fuſiùs coa-
cervatis per *Gloſſ. in cap. Commiſſa V. pacific. de elect.*
in 6. Abb. in d. cap. de multa, de præbend. Vitalin. in
Clementina gratiæ, de reſcript. Gonzal. ad Regul. Can-
cell. Gloſſ. 15. num. 115. & ſeq. Lotter. de Re Benefi-
ciar. quæſt. 23. à num. 24. ad ſeqq. Cardinal. de Luc.
de Benefic. diſc. 54. nu. 5. & diſc. 56. n. 6. Leſſ. de
Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 34. n. 141. Rebuff. de pacif.
poſſeſſ. n. 165. Adden. ad Buratt. dec. 19. n. 19. Rot.
dec. 997. num. 2. & 5. coram Seraphin. dec. 811. n.
15. cor. Dunozet. Jun. dec. 313. n. 13. cor. Bich. dec.
369. n. 1. coram Cerr. dec. 131. n. 10. p. 15. & dec.
257. n. 1. & 2. p. 13. rec.

Aſt quando, prout hic, Daniel neminem invenit
contradictorem in aſſecutione Canonicatus, illumque
pacificè poſſedit, vel nemine ſibi obſiſtente poſſidere
valuit fermè per ſeptennium, dubium non erat,
11 quòd, aut utrumque, aut infallanter ſecundum Be-
neficium, ſive Canonicatus vacaverit, ad tradita per
Fagnan. in c. referente, ſub nu. 8. de præbend. Barboſ.
in Annotat. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.
n. 53. Flores de Mena variar. reſolut. lib. 2. q. 13. per
tot. Paris de Reſignat. Beneficior. lib. 3. q. 1. num. 51.
Rot. dec. 266. n. ... cor. Cerr. & in Colonien. Paſtora-
tus 26. Junii 1688. §. De non Jure, cor. R. P. D. meo
Molines Decano, & in Moguntina Canonicatus 2. Julii
1697. §. 1. in fin. cor. bon. mem. Urſino.

Parùm relevante, quòd hæc pacifica poſſeſſio in-
hibitam habeat de jure circumſtantiam effectivæ per-
ceptionis fructuum; ideoque cum ex parte Thomæ
neutiquam demonſtraretur, Danielem aliquos fructus
exegiſſe controverſi Canonicatus, quinimò vigore
Statutorum Eccleſiæ liquidò conſtaret, per triennium
fructus, cæteroquin debitos novo Canonico, appli-
candos eſſe commodo Sacriſtiæ, & reſpectivè Fune-
ri, ſuo tempore explendo pro eodem Canonico no-
12 viter intrante, parùm curandum foret de nuda poſ-
ſeſſione abſque emolumento perceptionis fructuum,

ut non obſtante quocumque temporis præterlapſu, ſi-
cuti præſefert dictio illa *quamdiù*, literaliter ſancivit
Bonifacius VIII. in c. ſi tibi conceſſo, eodem tit. de præ-
bend. & dignit. in 6. ibi -- *æquum eſt, ut quandiù fru-*
ctus ipſius perceperis, non debeat reputari vacare -- &
quòd actu requiratur quempiam percepiſſe, vel om-
nem, vel majorem partem fructuum ſecundi Benefi-
cii, citra contradictorem, conveniunt *Abb. in relat. c.*
ſi tibi conceſſo, & ibi *Gloſſ. fin. Oldrad. conſil. 112. nu.*
3. Gabriel. conſ. 195. nu. 8. & 9. lib. 1. Gratian. di-
ſceptat. Forenſ. cap. 296. nu. 38. Pax Jord. Elucubrat.
Canon. lib. 10. tit. 28. num. 82. Hojed. de Incompatib.
Benefic. cap. 13. n. 48. Caſtropal. tractat. 13. diſput. 6.
punct. 2. §. 6. nu. 22. Rot. dec. 3. de præbend. in no-
viſs. dec. 359. n. 7. & ſeq. coram Cerr. & dec. 811.
n. 1. cor. Dunoz. Sen.

Siquidem reſecata etiam parte illorum fructuum,
quæ aſſerebatur, in vim præmiſſorum Statutorum,
per hoc, vel illud tempus applicanda Sacriſtiæ, aut 13
conſimili uſui pio, ex quo tunc locum ſibi non vin-
dicante cenſura *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ. 24 de re-*
format. cap. 14. nec Conſtitutionis *S. M. B. Pii V. in*
Ordine la 16. cenſetur novus Beneficiatus legitimè 14
impeditus à ſibi cæteroquin debita fructuum perce-
ptione, ad communiter affirmata penes *Paſſerin. in*
Commentar. ad præfatum capit. ſi tibi conceſſo, de præ-
bend. n. 8. Garz. de Benefic. p. 11. cap. 5. num. 144.
& 145. Panimoll. dec. For. Eccleſiaſt. tom. 1. dec. 31.
adnotat. 1. n. 24.

Utique non erat reſecanda illa quota, vel quanti-
tas fructuum, quæ, ut præmiſimus, reſervatur pro
futuris funebribus impenſis; In his quippè terminis 15
exiſtimatur præventiva proprii debiti extinctio, vel,
quod idem eſt, præpoſtera, & dilata, non autem ab-
lata ſolutio, & conſequenter vera, & effectiva per-
ceptio, ut præter mox relatos, connotarunt *Barboſ.*
ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 14. n. 8. Gut-
tier. Canonic. q. lib. 1. c. 30. n. 30. VVames conſ. 234.
nu. 8. Carol. de Mean. obſerv. ad Jus Leodien. tom. 3.
obſerv. 277. n. 11. Rot. dec. 1053. coram Seraphin. &
dec. 660. p. 4. diverſ.

Quòd & procederet, quoties Statuta decernerent,
hujuſmodi fructuum reſervationem faciendam eſſe pro
hæredibus Canonici prædefuncti, pariformiter enim
cenſeretur ipſe novus Canonicus quodammodo præ- 16
ventivè accepiſſe, ac id inſinuante, vel præcipiente
Statuto, maluiſſe relinquere ſuæ hæreditati, ejuſque
hæredibus, teſte *Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap.*
20. n. 90. Caſtropal. tract. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 6.
num. 23. Panimoll. deciſ. 31. annot. 1. num. 17. Rota
in Salamantina Dimidiæ Portionis 11. Decembris 1585.
coram bon. mem. Orano, & deciſ. 85. num. 2. & ſeqq.
part. 16. rec.

Cæterùm ſubdebant ex abundanti *Domini*, quòd
etiam adempto integro triennio in vim allegatæ Sta-
tutariæ ſanctionis, adhuc dum, ut diximus, Da-
niel incubavit poſſeſſioni fermè per ſeptennium, ec-
ce, quòd non erat ambigendum de refrænatione, ſeu
limitatione prædicti *Textus in c. ſi tibi conceſſo*, per
clarum, & inevitabile dilemma, quòd, aut etiam ſi-
ne miniſterio probationis non factæ per Thomam,
in rei veritate Daniel hoſce quadriennii fructus aſ- 17
ſumpſerat, tuncque res erat manifeſta, dum tantum-
modo per ſpatium duorum menſium, tam de Jure,
quàm in vim Decreti, apponi conſueti in qualibet
proviſione Beneficii, permittitur hujuſmodi perceptio
conſecutiva ad præmiſſam uſque ad idem tempus re-
tentionem utriuſque Beneficii, ex iis, quæ monent
Joan. Andræas in c. Ex parte, de privileg. Lap. in cap.
Commiſſa, de elect. in 6. Geminian. conſ. 78. Gabr. conſ.
193. nu. 8. lib. 1. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. qu.
30. num. 13. Roſ. de Executor. cap. 4. n. 73. Caſſad.
dec. 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. n. 2. Rot. dec. 131.
n. 7. & 8. part. 11. dec. 241. nn. 12. & 13. p. 12.
& dec. 648. num. 5. part. 18. rec. cum aliis in Colo-
nien. Paſtoratus, ſeu Vicariæ 13. Jan. 1687. §. Nec in
ſola retentione, cor. R. P. D. meo Molines Decano, &
in Leodien. ſeu Aquiſgranen. Canonicatus 2. Julii 1703.
§. Non ita, coram R. P. D. meo Kaunitz.

Vel de facto fortaſſè (qua tamen de cauſa neſci-
tur) abſtinuerat Daniel ab hac perceptione, & quia

Digitized by Google

gratis in hoc caſu id egit, ſuæ negligentiæ debet
18 referre hanc dilationem, vel deperditionem; Etenim nè interim ſervitium Eccleſiæ fraudetor, & nè conſoveatur abhorrita, ut ſupra, multiplicatio, & retentio Beneficiorum, præcipoè incompatibilium, ſatis eſt, quòd io noviter proviſi libito, & ſacultate maneret horum fructuum perceptio, ex uno ore deductis *per Gloſſ. in Clement. ſi plures, de præbend. DD. in Extravag. execrabilis §. Qui vero, eod. titul. Paſſerin. loc. cit. ſub num. 10. Burſat. conſ. 853. num. 17. lib. 4. Maſcard. de Probat. concluſ. 183. num. 50. Cardin. de Luc. de Beneſic. diſc. 56. ſub num. 1. Panimol. d. annot. 1. ad dec. 31. nu. 16. 21. & ſeqq. Rot. dec. 60. n. 21. p. 19. rec.*

Atque ita, etſi dumtaxat Thoma informante, reſolutum ſuit.

R. P. D. A N S A L D O.

Nullius, ſeo Fulden. Juriſdictionis ſuper bono Jure.

Veneris 1. Junii 1708.

A R G U M E N T U M.

De ſundatione Monaſterii Fuldenſis, & creatione Epiſcopatus Herbipolen. ejuſque certorum finium aſſignatione. Exemptio, ſeu Juriſdictio Spiritualis, non naſcitur à ſemetipſa, ſed à Papa, tanquam à ſonte, ſeu mari promanet. Ad inducendum ex privilegio Statum *Nullius*, & Territotiom verè ſeparatum, verba debeot eſſe adeo clara, ut in alium ſenſum detorqueri non valeant, Recenſentur, & examinantur ad hunc effectum privilegia conceſſa per Summos Pontifice S. Bonifacio I. Abbati Fulden. ejoſque ſucceſſoribus: actus quoque per Imperatores geſti ad confirmationem, & defenſionem Juriſdictionis dd. Abbatum ad terminos eorundem Privilegiorum: item perinſignes prærogativæ, præeminentiæ, ac tituli, quibus Abbates Fulden. aliiqoe conſimiles, perfruuntur. Poteſt per Inſeriorem, quadragenaria præſcriptione, juncto titulo colorato, acquiri omnimoda Juriſdictio quaſi Epiſcopalis cum Territorio ſeparato; & alia plura ad materiam præſcriptionis.

S U M M A R I U M.

1 *Per Exemptionem, etiam ampliſſimam, conceſſam à Sede Apoſtolica alicui Monaſterio, non cenſetur tributa plenaria, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictio.*

2 *Contrarium, quando hujuſmodi privilegia id literaliter, & clarè important.*

3 *Titulus coloratus cum quadragenaria ſufficit ad præſcribendam, in ordine ad exercitium, omnimodam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum integrali ſeparatione Territorii, & Statu* Nullius.

5 *Appellatio fit communis appellanti, & appellato, ita ut alter poſſit petere ſententiam reformari in melius, ad ſui favorem.*

6 *S. Bonifacius de anno 740. cœpit conſtruere, & infra quadriennium perfecit Monaſterium Fuldenſe; & ſic ante creationem Epiſcopatus Herbipolen. quæ ſecuta fuit de anno 751. ſaltem quoad certorum finium aſſignationem, juncto n. 8.*

7 *Regula, quòd inceptum habeatur pro completo, procedit præſertim in favorabilibus.*

9 *Juriſdictio debet ab initio certitudinariè præfigi in his, vel illis perſonis, in hoc, vel illo loco.*

10 *S. Burchardus primus inſedit Epiſcopus Eccleſiam VVirtzburgenſem, poſt Herbipolenſem ſuis terminis finitam de anno 751.*

11 *Epiſcopus, prætendens aliquem locum ſibi ſubjectum, probare debet, quòd contineatur intra fines, ejus Diœceſi aſſignatos.*

12 *Nullo dato aliquibus locis, ſeu bonis, Epiſcopo per S. Sedem, præſumitur illorum Juriſdictio conceſſa illi inferiori Prælato, qui ſit in iiſdem locis deputatus Superior, & n. 17.*

13 *Quando facta fuerit diviſio omnium Diœceſim* & n. 14. & 15.

16 *Subrogatum nequit ſe extendere ultra limites illius, in cujus locum facta fuit ſubrogatio.*

18 *Omnis exemptio, niſi aliud literaliter exprimatur, regulariter reſtringitur ad præſentia.*

19 *Exemptio non poteſt dari, niſi à S. Pontifice &* numer. 24.

20 *Multoque magis datorem expoſcit Juriſdictio, cum homines liberi naſcantur, ita ut, præſcindendo à Legibus civilibus, & parentes nil aliud à ſuis deſcendentibus exigere poſſint, niſi paternam reverentiam, gratitudine, & natura eis debitam.*

21 *Omnis Spiritualis, & Eccleſiaſtica Juriſdictio, à Papa, tanquam à fonte, vel mari dimanat,* & num. 22.

23 *Papa Juriſdictionem ſpecialem habet in totum mundum, & eſt Diœceſanus Diœceſanorum.*

25 *Privilegia benignius ſunt interpretanda.*
Limita, n. 26.

27 *Sola qualitas Abbatialis Regularis de per ſe non dat Juriſdictionem activam, & exemptivam à Juriſdictione Epiſcoporum,* & n. 28.

29 *Sola creatio Epiſcopi non transfundit per ſe cum caractere etiam Juriſdictionem, niſi detur à Pontifice, qui potuit eam ampliare, ſeu reſtringere.*

30 *Immunis eſt à Juriſdictione Diœceſana quacumque perſona, ſeu Dignitas, quæ ſub protectione S. Sedis Apoſtolicæ ſe recipiat. Contrarium* num. 55. & 64.

31 *In aliquibus particularibus caſibus Epiſcopi, habent Juriſdictionem, etiam in Exemptos, ex delegatione S. Sedis Apoſtolicæ.*

32 *Privilegium, conceſſum alicui Monaſterio, quod nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmittatur, importare videntur conceſſionem Juriſdictionis activæ. Contrarium* n. 55. verſ. Sed quia.

33 *Si S. Pontifex per privilegium eximat à Diœceſana poteſtate non ſolum Monaſterium, ſed & loca præſentia, & futura, tum eadem loca conſtituunt Territorium ſeparatum. Contrarium* n. 56.

33 *Per exemptionem locorum. neque Parochiani, neque perſonæ reputantur exemptæ,* & n. 56. verſ. abſque eo quod, & 57. Amplia n. 58.

35 *Poteſtas judicandi ſuapte natura ſecum fert coercitionem, & poteſtatem exequendi, quod judicatum fuit, & arguit Juriſdictionem activam. Contrarium* n. 67.

36 *Item arguitur activa Juriſdictio ex poteſtate tenendi Synodum, ſive habendi Concilium. Contrarium* n. 68. & 69.

37 *Verbum* Nullius *à modernioribus ſecutis citra ſignificat Territorium ſeparatum.*

38 *Exemptio, alicui Prælato Inferiori conceſſa in loco, ubi non adſit Epiſcopus, ſaltem deſervit ad interpretanda privilegia, in ſenſum dativæ, ſeu conceſſivæ Juriſdictionis.*

39 *Quotuplicem figuram repræſentet Abbas Fulden. aliique ei conſimiles.*

40 *Minori pollens poteſtate, atque Juriſdictione, monſtruoſum eſt, quòd præcat, & antecedat habentes majorem.*

41 *Acquieſcentia illius, contra quem actus geritur, facit præſumere illum eſſe ritè geſtum.*

42 *Valdè deferendum eſt atteſtationi alicujus Principis, factum aliquod concernenti.*

43 *Verba principaliter prolata, vel facta ſuppoſitiva, quando promanant ab eo, qui poteſt diſponere, diſponunt,* & n. 167.

44 *Verbum* ſuus, *dominium, & poſſeſſionem regulariter importat.*

45 *Jus decimandi, ceſſante peculiari privilegio, nonniſi vel ad Parochum immediatum, vel ad Epiſcopum, tanquam Parochorum Parochum, vel ubi Parochiæ non ſunt diſtinctæ, ſolet attinere.*

46 *Ex perceptione decimarum pœnalium oritur probatio Ordinariæ Juriſdictionis.*
Ex paritate tractatus, & conventionum, reſultat vehemens argumentum æqualitatis in dignitate, & præeminentia, eodem n. 46.

47 *Sean-*

57 Stante dubietate literali privilegiorum, obſervantia interpretativa eſt attendenda.

48 Integrum votum ferre in Conciliis, de Jure competit ſolùm Epiſcopis, vel ex privilegio inferioribus Prælatis, quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem habentibus.

49 In interpretandis privilegiis non eſt facienda differenita inter magis, vel minus vetuſta, & numer. 50.

51 S. Adeodatus fuit primus ex Romanis Pontificibus, qui exemptionem concesserit Monaſterio B. Martini, illud liberando à poteſtate Juriſdictionali Epiſcopi Turonenſis.

52 Tam privilegia purè exemptiva, quàm tribuentia Perſonæ inferiori Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſunt odioſa, & præjudicialia; ideoque probari debent verbis claris, & expreſſis, & numer. 59. 61. & 80.

53 Quicquid per privilegium non admitur, & alteri datur, reſervatum reputatur Epiſcopali Dignitati, vel locorum Ordinariis, & in eorum ſubſidium, Papæ, tanquam Ordinariorum Ordinario.

54 Nomine horum Ordinariorum veniunt non ſolùm Epiſcopi, qui probant prætenſum Territorium Nullius conſiſtere intra limites eorum Diœceſis, verùm etiam, non data; ob temporis antiquitatem, confinium probatione, reputantur ii, qui immediatè adjacent eidem prætenſo Territorio Nullius, dummodo non concurrat alter Epiſcopus, qui illa loca, tanquam propria, vindicare ſatagat.

56 Per exemptionem locorum, ſeu bonorum, à Juriſdictione Epiſcopi, etiam quoad Decimas, & Primitias, onus ſuſcipiendi Ordines, & Chriſma, & accedendi ad Synodum, non cenſetur conceſſum Territorium ſeparatum.

60 Uſque ad tempora Caroli Magni, neque Pontifices, neque Reges, contulerunt inferiori perſonæ privilegia, quibus Epiſcopalis Juriſdictio penitus elideretur.

62 Ad conſtitutionem Juriſdictionis activæ cum Territorio ſeparato ex priviligio, neceſſaria eſt aſſignatio confinium, cum aliis importantiſſimis circumſtantiis, & verbis.

63 Oratio ſubſequentis diſpoſitionis ſi regatur ab alio verbo, & ſit concepta per adverſativam autem, non recipit declarationem ab antecedenti.

65 Primatus nihil tribuit, præter titulum, & præeminentiam, & non datur, niſi ſupponat aliorum paritatem.

66 Inter plures, ad digniorem de Jure ſpectat jus indicendi, ſeu convocandi Capitulum.

67 Facultas judicandi, immò & ſuſpendendi, & excomunicandi etiam Laicos, ex privilegio inferiori Prælato conceſſa, non operatur, ut Epiſcopo non ſubſit.

70 Mos, ſive ſimilitudo, non facit unum, & idem.
Conceſſa alicui inferiori Prælato aliqua prærogativa, quæ de Jure competat ſoli Epiſcopo non rectè ſequitur, quòd ille polleat vera Juriſdictione Epiſcopali, remanente ſemper Epiſcopo in ſua univerſitate Juriſdictionis, eodem numer. 70. in fin.

71 Appellare licet, omiſſo medio, ad S. Pontificem.
Exemptorum judex eſt ipſemet eximens, ejuſque repræſentantes, eodem n. 71. in fin.

72 Appellatio ſupponit gravamen judiciale.

73 Datur aſcenſus in appellando ab Epiſcopo ad Metropolitanum.

74 Imperfecta, quæ per ſe non operantur, nec unita probant.

75 Aſſeruntur DD. teſtantes, privilegium conceſſum S. Bonifacio per S. Pontificem Zacharium, importare ſimplicem exemptionem.

76 Abbas D. Galli in Helvetiis caret Juriſdictione, & prærogativa quaſi Epiſcopali.

77 Per privilegia, conceſſa à Poteſtate ſeculari, non poteſt concedi, ſeu inferri per viam latioris extenſionis, Juriſdictio Spiritualis, & quaſi Epiſcopalis & n. 81.

78 Imperatores advocationem habent Sanct. Sedis Apoſtolicæ.
Simplex confirmatio corroborat, non extendit confirmatum, eodem n. 78. in fin.

79 Magnus Magiſter Hieroſolymitanæ Religionis non ſe immiſcet in exercitio Juriſdictionis in Clerum, & Populum, qui ſuo proprio regitur Antiſtite Melevitano.

82 Inferior Prælatus, habens plenariam, & quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, poteſt concedere Dimiſſorias Alumnis, in proprio Seminario commorantibus, aliiſque ſuæ ditionis Secularibus Clericis, item diſpenſare ab irregularitate, & viſitare Eccleſias, in ejus ditione exiſtentes.
In Privilegiis Apoſtolicis non admittitur ſuperfluitas, eodem n. 82. in fin.

83 Quilibet ſimplex Sacerdos, ex peculiari S. Pontificis delegatione, poteſt Sacramentum Confirmationis adminiſtrare.

84 Abbas S. Mariæ Florentiæ habet Indultum Sacramentum Confirmationis conferendi.

85 Fruſtra petimus, quod intus habemus.

86 Clericos & Populos habere, non infert ad Juriſdictionem Epiſcopalem, neque etiam adminiſtratio Chriſmatis, cum ea alio titulo, quàm Epiſcopali, poſſunt competere.

87 Etiam perſona laica gaudere poteſt, ex privilegio, jure decimandi.

88 A' temporali dominio non valet argumentum ad Spiritualem, ſeu Eccleſiaſticam Juriſdictionem.

89 Non repugnat, quòd una pars Diœceſis ſit in una ditione temporali, & alia in altera.

90 Tituli, ſeu præeminentiæ, non arguunt per neceſſe Juriſdictionem.

91 Habenti eſſentiam Juris ſufficiunt, ad deſtruendam contrariam obſervantiam, numero minores actus, & ſecundum aliquos, etiam unicus actus in oppoſitum.
Actus exerciti in una parte Diœceſis, præſervant Juriſdictionem univerſalem quoad omnes eod. n. 91. verſ. & actus.

92 Verba Bannum accipere, & placitum habere denotant Juriſdictionem, in debente concedere.

93 Archivium privatum, etiam Epiſcopale, nil probat contra non ſubditum.

94 Leo Papa IX. ex nobili Francorum familia fuit Romæ conſecratus de anno 1049.

95 Referuntur remiſſivè differentiæ computationis annalis initii.
Non attenduntur ea, quæ diſcrepant in confrontatione temporis eod. n. 95. in fin.

96 Inveriſimilitudo inducit ſpeciem falſitatis.

97 Ex impoſſibilitate materiali dicitur probata negativa coarctata.

98 Propter quod unumquodque tale, & illud magis, & n. 150.

99 Henricus Imperator non elegit, ſed delegit Brunonem, poſtea Leonem IX. diſcordante ſuper creatione Pontificis Cardinalium Collegio.

100 Non præſumitur pluralitas ſed potiùs error.

101 Cognitio Cauſarum Criminalium, per S. C. Trid. reſervata ſoli Epiſcopo, non præſcribitur niſi per immemorabilem.

102 Generaliter loquendo, in materia Juriſdictionali ſufficit quadragenaria præſcriptio cum titulo.
Non ſolùm Parochus contra Parochum quadragenaria præſcribere poteſt quartam Decimarum, & Oblationes defunctorum, ſed etiam contra proprium Epiſcopum eod. n. 2. verſ. etſi agatur.
Poteſt Abbas in Plebe ſibi ſubdita, & Capellis adjacentibus, vi quadragenariæ præſcribere Jura Epiſcopalia, quoad inſtitutiones, ſeu dejectiones Parochorum, & Clericorum, adminiſtrationem Baptiſmatis, Pœnitentiæ, Sepulturæ, & ſimilia, eaque, non probata interruptione præſcriptionis, in ipſum Abbatem transfunduntur eod. n. 102. verſ. & per Abbatem.

103 Eo faciliùs præſcribit Abbas Jus inſtituendi ad regimen Curæ animarum, ſi præſcribat vice Epiſcopi, aut cumulativè cum ipſo, ea cumulatione, quæ cauſet præventionem.

104 Ma-

104 *Maximè accedente titulo colorato.*

Dantur exempla nanciſcendi, ſeu deducendi titulum coloratum, remiſſivè eodem n. 104.

105 *An Abbas, ſeu alius inferior Prælatus, habens omnimodam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, excluſo Epiſcopo, poſſit præſcribere etiam poteſtatem abſolvendi in graviſſimis culpis.*

Quæ ſunt tamen Ordinis Epiſcopalis non poſſunt præſcribi eod. n. 105. in fin.

106 *Quot ſint modi acquirendi Territorium verè ſeparatum.*

107 *Refutatur Doctrina* Hoſtien. in cap. cum contingat interdum, de for. compet. n. 1 *opinantis, non poſſe inferiorem Prælatum ex conſuetudine habere Territorium; excluſo Epiſcopo, admittendo ſolum Papæ privilegium,* & num. 108. 109. & 110.

Duo vincula ligant magis, quam unum eodem nu. 108.

Præſcriptione acquiri poteſt quidquid mediante privilegio poteſt obtineri d. num. 109. Declara n. 147.

Non repugnat inferiorem habere poſſe Territorium proprium, & ſub nomine Diœceſani venire d. n. 110.

111 *Præſcriptio quadragenaria cum titulo, & bona fide, æquiparatur centenariæ, & immemorabili.*

Ad præſcribendum ſtatum Nullius *cum omnimoda Juriſdictione, ſufficit quadragenaria cum titulo* eod. n. 111.

112 *Titulus obtentus ab habente poteſtate illum concedendi, dicitur coloratus, & præbet juſtam cauſam præſcribendi.*

113 *Sacri Canones, & Oecumenicæ Ordinationes implorare non dedignantur brachium Imperatorum, & Principum.*

114 *Contractus metu geſti ſunt reſcindendi.*

Nulli, præter Pontificem, permiſſum eſt cedere Eccleſiaſticam, ſeu Spiritualem Juriſdictionem eodem num. 114.

115 *Contradictio non ſolùm eſt ſolitum remedium exemptorum, ſed potentiſſimum requiſitum ad ſolidandam præſcriptionem.*

116 *Poteſt Pontifex cauſam, quantumvis Spiritualem, committere, & delegare Laico, etiam privato.*

117 *Juſtam cauſam aliquid faciendi, præbent etiam meræ opiniones inſignium* DD. *& Tribunalium.*

118 *An Agens, ſeu Procurator, præſumatur certioraſſe ſuum Principalem, remiſſivè.*

119 *Qualibet præſcriptio, ad hoc ut habeat locum, debet eſſe completa, & numquam interrupta. Limita quoad rigoroſum complementum in centenaria* num. 120.

121 *Concordia, cum præſeferat indubitabilem ſcientiam alieni juris, præſcriptionem interrumpit.*

122 *Simplex tractatus, pendens à futura ratihabitione, ſi fuerit ineffectuatus, non valet malam fidem inducere.*

123 *Acquieſcentia poſt contradictionem, confirmat, & auget bonam fidem.*

124 *Lite introducta adverſus poſſeſſorem, ſi is minimè ſuccubuerit, adhuc durat bona fides, nec præſcriptio incepta offuſcatur, aut interrumpitur,* & num. 168.

125 *Præſcriptio ſemel interrupta, non impedit quominùs altera juridicè inchoetur,* & n. 159.

126 *Quod tendit ad majus robur, & confirmationem, non poteſt deſervire ad deſtructionem, ſeu interruptionem Juris quæſiti.*

127 Reclamatio*, & appellatio, implicat prætenſam læſionem, & gravamen.*

128 Plus, & minus *ſubſtantiam rei minimè immutant.*

129 Donec *probetur ſpolium, manutentio tribuenda eſt poſſidenti.*

130 *Minor pars, ſeu ſumma, includitur in majori.*

131 Deciſiones S. Rotæ *ſunt motiva proferendæ ſententiæ, & ipſam præcedunt loco Dubiorum, quæ in aliquibus Tribunalibus dantur Litigantibus, ad conſulendum quid ſibi magis expediat.*

132 *Concordia de anno* 1662. *inita inter Epiſcopum Herbipolen. & Abbatem Fulden. reſcindendam eſſe cenſuit S. Rota ob defectum Beneplaciti Apoſtolici.*

133 *Non tenet tranſactio, niſi aliquid hinc indè detur, aut remittatur.*

134 *An inferior Prælatus poſſit, citra privilegium Apoſtolicum, præſcribere ſola quadragenaria cum titulo Jura Epiſcopalia diſtributivè in ſuis particularibus actibus juriſdictionis ex Jure quodam vicario, remanente habitu Juriſdictionis penes Epiſcopum, vel potiùs in titulum proprium, & abſolutè,* & n. 135. & 141.

136 *Iſtud vocabulum* Diœceſis, *eſt indifferens ad ſignificandum Territorium materiale, ſeu locum, in quo quis aliqua Eccleſiaſtica Juriſdictione fruitur; & ad rem exemplum affertur Parochiæ, quæ impropriè dicitur parva Diœceſis, & alia remiſſivè.*

137 *Jura tamen Epiſcopalia, univerſaliter, & indefinitè intellecta, nemo inferior Prælatus, ſive exemptus, ſive non exemptus acquirere poteſt, ſine claro, & expreſſo Privilegio Apoſtolico, vel ſaltem allegabili, mediante præſcriptione immemorabili* & num. 148. *Contrarium* num. 111. & 166.

138 *Dictio* omne *differt à* toto, *quia illa verificatur in pluribus, ac etiam in duobus, vel tribus, hæc autem non recipit ullam diviſionem.*

139 *Octo, vel ad ſummum novem actus Juriſdictionis Epiſcopalis, ſunt præſcriptibiles.*

140 *In materia juriſdictionis non poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, ſive de ſpecie ad ſpeciem.*

142 *Sola immemorabilis tribuit meliorem titulum de mundo, non autem quælibet alia inferior, & minùs longa præſcriptio.*

143 *Quadragenaria cum titulo, differt ab immemorabili, neque eandem efficaciam ſortitur,* & n. ſeqq. *Contrarium* d. n. 111.

144 *Cognitio Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium, veniunt in ſequelam. Status* Nullius, *& Territorii ſeparati.*

145 *Ubi diverſa militat ratio, diverſimodè ſtatuendum eſt.*

146 *Quadragenaria cum titulo, ſaltem non in omnibus æquiparatur immemorabili.*

148 *Quod nequit poſſideri, ſeu quaſi, eſt impræſcriptibile, niſi vi ſolius immemorabilis.*

149 *Orta contentione ſuper juriſdictione Abbatiæ intra limites alicujus Diœceſis, debet illius Epiſcopus, propter aſſiſtentiam Juris ſuper univerſalitate pro ſe, interim manuteneri.*

151 *Ex allegatione tituli inſufficientis emergit mala fides, quæ inficit poſſeſſionem cujuſcumque longiſſimi temporis.*

152 *Sacr. Rotæ Tribunal rejicere ſolet prætenſionem Territorii ſeparati ex hoc ſolo capite, quòd non eſſet allegabilis poſſeſſio, ſeu quaſi, vigore tituli, qui talem ſeparationem Territorii non importaret.*

153 *Datur cautela alleganti præſcriptionem immemorabilem, quòd titulum non exhibeat, nè eo detecto inſufficienti, corruat præſcriptio.*

Utrùm, & quando quis dicatur cecidiſſe à vi immemorabilis, producens titulum minus idoneum, remiſſivè eodem n. 153.

154 *Quandoque titulus clarus, & expreſſus, requirit quadragenariam, ad tollendam aliquam extrinſecam invaliditatem, prout eſſe ſolet defectus clauſulæ derogatoriæ, in conceſſione alicujus privilegii, ſeu exemptionis, & plura in propoſito afferuntur exempla.*

155 *Clauſula* ſine præjudicio *eſt adeo præſervativa juris alieni, ut nihil cenſeatur ablatum, niſi quod literaliter exprimitur, vel implicat cum ipſo actu, in quo legitur appoſita.*

156 *Ad infringendam quamcumque immemorabilem, ſufficit rumor in contrarium.*

157 *Minor verò præſcriptio, ut ſuffragari poſſit, debet eſſe continua, nec per actus, etiam extrajudiciales, interrupta, & bona fide completa, & animo præſcribendi.*

158 *Ad præſervandam univerſalitatem juriſdictionis Epi-*

Epiſcopalis contra Inferiorem, præſcribere prætendentem, ſufficit unicus. actus pro Epiſcopo.

160 *Vis præſcriptionis fundatur in negligentia ejus, contra quem præſcribitur.*

ſ61 *Tranſactio neceſſariò requirit, vel litem præexiſtentem, vel illius juſtum timorem.*

162 *Julius Epiſcopus Herbipolen. commendatur à Card. Baronio.*

163 *Petens immiſſionem, fatetur ſe non poſſidere.*

164 *Uno creditore agente, alter licèt ſileat, poteſt deindè venire ad Cauſam, ſine detrimento ſuorum Jurium.*

165 *Funiculus triplex rumpitur.*

DECISIO XVIII.

1 PRodiit ad limires propoſitæ tunc dubitationis -- *An & de cujus bono Jure conſtaret, etiam ad effectum manutentionis* -, tribus, immò quatuor prævìis Deciſionibus, *prima* nempè *ſub die* 28. *Januarii* 1700. *coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille*, & deindè reſpectivè ſub diebus 16. *Februarii* 1703. & 27. *Aprilis* 1705. ac denique 20. *Novembris ejuſdem anni* 1705. *coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, ſententia ſavorabilis Abbati ſuper comperentia integralis Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & Ordinariæ, in tota Ditione Fulden. excluſivè ad Epiſcopum Herbipolen. qui eandem Juriſdictionem ad ſe ſpectare mordicùs contendebat, admittens dumtaxat, penes Abbatem remanſiſſe ſimplicem, quantumvis ampliſſimam exemptionem paſſivam reſpectu Monaſterii, bonorum, & perſonarum, dependentium ub eodem Monaſterio, ut eſt de natura ſimilium exemptionum, ex plenè relatis per *Franc. in c. per exemptionem, num. 3. verſ. quinto nota, ibique Anebaran. num. 3. verſic. 4. nota, de privileg. in 6. Felin. in cap. grave, num. u. de off. Ordinar. Bero. conſil. 24. num. 24. & ferè per tot. lib. 1. Cardin. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. ſub num. 20. Rot. deciſ. 324. num. 5. & 6. part. 1. dec. 483. num. 11. 12. & 13. part. 14. & dec. 497. num. 12. & 13. part. 19. rec.* cum aliis relatis concordantibus *in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure 5. Martii 1692. §. Non obſtat, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, inter impreſſ. ad ornat. Cardin. de Luc. ſub titul. de Juriſdiction. deciſ. 20. num. 5.*

2 Diximus *immò quatuor Deciſionibus*, quia poſtrema, illa ſcilicet, quæ promanavit *ſub die* 20. *Novembris* 1705. brevis nuncupata, neceſſariò erat connumeranda inter cæteras præcedentes, cum foret animativa, ſive explicativa ſententiæ, quæ poſtmodum pronunciata extitit à *prælaudato Reverendiſſimo D. Decano*, utpotè declarans, quòd bujuſcemodi Juriſdictio, per *Sacrum Tribunal* Abbati judicialiter adjudicata, minimè reſidebat in primo de tribus capitibus, quibus, ab initio commiſſi conflictus, diviſim quoque idem Abbas innitebatur, & ſub eodem initio diviſim pariter approbavit *prima Deciſio ſub dicta die 28. Januarii 1700. ex §. Cum enim, uſque ad §. Quæ omnia, coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille*, ulteriùſque pandens, quòd neque totaliter reſolutio, & reſpectivè fundamentum proferendæ ſententiæ, reſidebat in ſecundo ex eiſdem tribus capitibus, nempè in vi privilegiorum, quæ S. Sedes fuerat elargita Abbatiæ, illiuſque Abbatibus pro tempore, & ex qua cæteroquin, ubi talia privilegia literaliter, ſeu clarè id importarent, dubio procul ſubſtitiſſet illa plenaria, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictio, quam practici appellant *dativam*, cum citra controverſiam id ſub poteſtate Clavium, ſeu Papæ, contineatur, creandi ſcilicet Epiſcopos, & quaſi Epiſcopos, prout Summus Pontifex, qui eſt Epiſcopus Eccleſiæ univerſalis, & à quo, tanquam à fonte, profluit omnis Spiritualis Poteſtas, & Eccleſiaſtica Juriſdictio, cenſuerit in Domino expedire, ſicuti unaniminiter profitentur *Gloſſ. in c. 1. verb. exemptiones, de priv. in 6. Hoſt. in c. cum contingat, num. 1. & ibi Butr. num. 11. Abb. num. 18. Jo: Andr. in c. cum Venerabilis, num. 7. verſic. poteſt ergo, de cenſib. & in c. cum Epiſcopo, de off. Ordinar. in 6. Ancharan. conſil. 152. num. 5. Gratian. diſcept. 252. num. 17. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. num. 13. Lott. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 24. num. 271. Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſ. part. 3. allegat. 127. num. 1. Salgad. de Supplicat. ad Sanctiſſim. part. 1. c. 14. num. 11. & ſeq. Card. de Luc. de alienat. diſc. 1. n. 44. Rot. dec. 578. n. 2. cor. Buratt. dec. 10. n. 10. cor. Zarat. dec. 218. ſub n. 27. cor. Royaſ. dec. 21. n. 11. p. 14. rec. in Juvenacen. Juriſd. 3. Julii 1679. §. Et utcunque, cor. bo. mem. Bourlemont, in Caurien. Juriſdictionis 28. Januarii 1704. §. Concurrente, coram Eminentiſſimo D. meo Card. Caprara, & in Leod. Juriſdict. 27. Aprilis 1705. §. Rurſus itaque, in fin. cor. Me.*

3 Verùm quòd baſis, & ſtabilimentum ſententiæ favorabilis Abbati unicè firmabatur in eo, quòd longa ſeries Privilegiorum, juncta multitudine aliorum actuum, & Diplomatum, quibus coronari videbatur ejuſdem Abbatis prætenſio, ſaltem efformaret illum titulum coloratum, qui copulativè intercedente quaſi poſſeſſione perfectæ quadragenariæ, in ordine ad exercitium omnimodæ, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, ſatis de per ſe eſt inter Eccleſiaſticas Perſonas, & Hyerarchias, ad præſcribendam, ſive acquirendam activam, & plenariam Juriſdictionem, cum integrali ſeparatione Territorii ſub nomine, ſeu dictione *Nullius* explicati, juxta cenſuram *Text. in c. cum perſonæ 7. §. Quod ſi tales, de privil. in 6. in c. cum auditis 15. & in c. cum olim 18. de præſcr. Abb. in c. 1. num. 10. ut lit. pend. Gonzal. in c. de quarta à num. 3. & in dict. c. auditis n. 8. & 9. de præſcr. Lott. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 24. num. 206. Rot. dec. 290. n. 13. in fin. cor. Prtol. deciſ. 434. num. 15. cor. Merlin. dec. 221. n. 6. p. 16. & in Marſic. ſeu Nullius, Juriſd. ſuper bono Jur. 7. Junii 1700. §. Quinimmo, cor. bo. me. Muto.*

4 Præmiſſæ, & in hunc modum prolatæ ſententiæ, nullatenus acquieſcens Epiſcopus, robuſtiuſque procurans reaſſumere certamen, *Mihi* obtinuit delegari cognitionem hujus ulterioris ſecundæ Inſtantiæ, quapropter cum in prima digladiatione, ſive ſententia, *omnes Domini* fuerint ſuffragati, *Omnes*, & *Ego* pariter de more conſului, *An præfata ſententia antecedens foret confirmanda, vel potiùs ex eorundem Dominorum* ſolita docilitate, & juſtitia mereretur infirmari. Undè *iidem Domini* rurſus appendentes, libranteſque præcedentes Deciſiones, ac veluti ex integro, ut par erat, pronis auribus auſcultantes, quæ noviter ab acerrimis utriuſque Partis Defenſoribus aſſerebantur, *omninò* cenſuerunt, quòd ad limites adamuſſim *quartæ, & noviſſimæ*, ut diximus, declarativæ Deciſionis *diei* 20. *Nov.* 1705. reſpondendum eſſet *pro Confirmatione*.

5 Ad trutinam itaque revocando ſingula motiva, ex quibus fulcita emanavit *quarta Deciſio*, & conſecutiva ſententia, ſatagebant Informantes pro Abbate, non obſtante, quòd in *eadem quarta Deciſione*, prout per ante *in ſecunda ex §. Res quidem, cum ſeqq.* & deinceps *in Tertia ſub §. Quod attinet*, rejectus extiterit titulus, ſeu primum caput nativæ Juriſdictionis, ſive, ut ita dicamus, *activæ* exemptionis, denuò illud communire, & reintegrare, & hoc unus ſignanter *ex Dominis* fieri poſſe admittebat ex eo valdè rationabili fundamento, quòd cum hodierna appellatio effecta fuerit communis, hinc quemadmodum licebat Epiſcopo impugnare tam quartam Deciſionem, quàm ſuccedaneam ſententiam in omnibus ſuis capitibus, ita paritas, ac æqualitas, ſemper ſervanda in Judiciis, expoſceret, quòd Abbas è converſo poſſet, impugnativè ad ultimas tres reſolutiones, reſtaurare etiam hujuſmodi primum caput, præcipuè quia jam à principio fuerat canonizzatum *in Deciſione Eminentiſſimi D. mei de la Tremoille*, ſecundum ea, quæ nobis ſubminiſtrat regula, deſumpta *ex c. non licet actori, de regul. jur. in 6. l. ampliorem 37. & fin. Cod. de appellat. Franc. in c. dilecte col. penultim. verſic. quinta concluſio. Abbas in c. prudentiam, num. 2. & ſeqq. de mutuis petit. Rovit. pragmatic. prima de Appellat. Veſtr. in Prax. lib. 7. c. 3. num. 29. & ſeqq. Cardinal. de Luc. de Judic. diſc. 37. ſub numer. 70. §. Ubi verò, & num. 71. in fin. Surd. deciſ. 143. Rot. deciſion. 23. aliàs 365. de re judic. in novis.*

Qua-

Digitized by Google

6 Quamobrem reintegratæ etiam in hac parte diſquiſitione, ſubnectebant in ſequelam iidem Informantes pro Abbate, quòd illi quoque foret concedendum primum caput nativæ exemptionis, & reſpectivè Juriſdictionis, cum illud eſſet ſubſiſtentiſſimum in facto; & robuſtiſſimum in jure; in facto ſiquidem, quia quidquid Defenſores Epiſcopi conati fuerint ſub initio (ingenii, & eruditionis fortaſsè gratia) controvertere, & quidquid aſſerere libuerit *Spondano in Epitom. Annal. Cardin. Baron. ad ann. 686. & Florentino Lucen. in ſuo Martyrolog. ad diem 8. Jul.* nimis effulgebat manifeſtum, quòd antequam Epiſcopatus per antea VVirtzburgenſis, poſteà Herbipolenſis, ſuam creationem, ſive erectionem ſortitus fuiſſet à Summo Pontifice Zaccharia de *anno* 751. in perſona S. Burchardi primi Epiſcopi, tam priùs ad *anno* 740. S. Bonifacius Fuldenſe Monaſterium ceperat excitare, atque conſtruere, cum ſubſecuta reductione ad ſuam perfectionem poſt quadriennium, ſcilicet de *anno* 744. ut præter Literas ejuſdem Summi Pontificis Zachariæ, quas retulerat *Cardin. Baron. anno noſtræ reparationis* 751. *juxta impreſſ. Român. fol.* 198. & *fol.* 201. plenè liquebat ex copioſa *Hiſtoricorum* caterva, quos fideliter dinumerat *prima Deciſio diei* 27. *Junii* 1700. *à §. Et quidem, cum ſeqq. coram Eminentiſſimo de la Tremoille*, quibus omnibus Teſtimoniis adjungebant, in majorem quandam exuberantiam, etiam hodie relata per *Brover. & Maſenium compilatores Annal. Trevirenſ. ad ann.* 741. *Urticium Cronicor. fol.* 296. *Urbergenſem fol.* 122. *Egilvald. Monach. Herbipolen. in antiquiſſimo Manuſcripto, relato apud Surium ad diem* 14. *Octobris, & Sacrar. Rer. Moguntinar. lib.* 3. *notat.* 44. *Nicol. Schatten. Hiſt. VVeſtphal. fol.* 545. & ſignanter aliquis ex *Dominis* reflectebat ad præclarum illud præ cæteris factum, per quod D. Bonifacius uſque de *anno* 724. in loco *Geyſmar*, ſub hodierna diſceptatione cadente, & ad Ditionem Fuldenſem dubio procul pertinente, annoſam, & gravi nimium, & lata mole luxuriantem arborem, Soli dicatam, vanaque oracula pauperibus ethnicis illius temporis reddentem, tribus ſolummodò ictibus ſuccidit, & inibi Eccleſiam in honorem Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli à fundamentis erexit, quemadmodum præſeferebat ipſa Demonſtratio hiſtorica, aliàs pro parte Epiſcopi diſtributa *ſub nu.* 15. *ex Card. Baron. tom.* 9. *juxta Edit. Roman. fol.* 27. *Ejuſque Compilator Rinald. ad dictum annum* 724. *Carol. le Coint. in Annal. Francor. tom.* 4. *fol.* 707. *Vorburg. in Hiſtor. Romanogermanic. tom.* 9. *fol.* 424. *Caniſ. tom.* 4. *antiquar. lect. fol.* 414. & *ſeqq. aliiſque, in Vita ejuſdem S. Bonifacii.*

7 Quin obſiſtere valeret, quòd ad ſenſum *ſucceſſivæ Deciſionis, editæ ſub die* 16. *Februarii* 1703. *cor. Reverendiſſimo D. meo Decano ſub §. Sed etiam*, ope ejuſdem demonſtrationis hiſtoricæ, ad partes tunc oculis *Dominorum* ſubjectæ, coruſcaret, quòd primordium Epiſcopatus Herbipolenſis prodierit *de anno* 741. Abbatia autem Fuldenſis, ex confeſſione quoque informantium pro Abbate, nonniſi *de anno* 744. ſua perfectione glorietur: neglecta namque etiam diſcuſſione, utrùm in hoc propoſito reſpectus haberi debeat ad inchoationem, & verum principium fundationis Monaſterii, quæ primi lapidis injectionem indubitanter agnoſcebat, non *ab anno* 744. ſed *ab anno interiori* 740. ſecundum mox laudatas Literas *Zachariæ*, quando, præſertim in favorabilibus, ſtatuendæ ſcilicet libertatis, urget inconcuſſa regula, quòd inceptum habeatur pro completo, ad notata per *Doctores in l. ad Rempublicam* 8. *ff. de muneribus, & honorib. Guidon. Panciroi. de Magiſtrat. Municipal. c.* 2. *in princ. Narbon. de Ætat. q.* 3. *anno decimoquint. nu.* 3. *Bellon. de poteſtat. eorum, qui inconsinent. fiunt lib.* 1. *c.* 94. *n.* 12. *Antonell. de Tempor. legal. l.* 4. *c.* 1. *n.* 2. & 19. *Magon. dec. Florentin.* 10. *ſub n.* 24.

8 Hoc unum erat extra aleam caliginis, atque hæſitationis, quòd Epiſcopatui Herbipolen. non fuerint deſtinati confines, ac proindè neque firmata localis Juriſdictio, niſi de *anno* 751. ex iis, quæ unanimiter comprobant, & affirmant graviſſimi Hiſtorici, inter quos *Card. Baron. in Notis ad Martyrologium Roman. ad diem* 14. *Octobris. Henric. Caniſ. tom.* 4. *Antiquar. Lect. fol.* 641. 653. & 657. *Nicol. Schatten. Hiſtor. VVeſphal. l.* 8. *fol.* 545. & *Annal. Paderbon. à fol.* 20. *ad fol.* 25. *Egilvald. apud Sur. Sac. Rer. Moguntinar. lib.* 3. *notat.* 44. *cum quibus conſonat Breviar. Moguntin. die* 7. *Jun. lect.* 5.

Comperto igitur, quòd ſaltem in ratione perfectio- 9
nis Monaſterii, illius integrale ſtabilimentum anteceſſerit *per ſeptennium* aſſignationem Territorialis Diſtrictus, ſeu Diœceſis, factam Epiſcopo Herbipolen. profectò palpabile reddebatur, quòd quando Epiſcopatus Herbipol. incepit habere Juriſdictionem, quæ debet certitudinariè præfigi in his, vel illis perſonis, in hoc vel illo loco, ex connotatis penes *Fagnan. in c. pernicioſam, num.* 42. & *ſeqq.* & *n.* 52. & 54. *de offic. Ordinar. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſc. p.* 3. *allegat.* 107. *n.* 4. *R. P. D. Petr. in Comment. ad Conſtitution. Apoſtol. tom.* 2. *fol.* 220. *ſub n.* 36.

Monaſterium, & Abbatia Fuldenſis, nedum erat 10
antecedenter in plenaria libertate, adeo ut ſi fortè adfuiſſet à parte ante aliquis Epiſcopus, nuncupatus VVirtzburgenſis, veluti actualiter deſtitutus ſubjecto exercendæ Juriſdictionis, in effectu aſſimilaretur illis Epiſcopis, quos nuncupant *Regionarios*, ut de *S. Kyliano* dicunt *Tepes in latino Chronico Generali Ordinis S. Benedicti Coloniæ, impreſſ. anno* 1648. *fol.* 387. *ad annum* 686. *Vorburg. in Hiſtor. Roman. German. tom.* 9. *fol.* 54. *Surius tom.* 5. *Reg. Moguntinar. pag.* 54. *nu.* 44. & de *S. Bonifacio*, S. Kyliani ſucceſſore, teſtantur *Ubbo Emmius Hiſtor. Rer. Friſicar. lib.* 4. *fol.* 150. *Nicol. Schatten. Hiſtor. VVeſtphal. lib.* 1. *fol.* 37. & *fol.* 394. *Card. Baron. ad annum* 745. *Impreſſ. Roman. fol.* 169. *lit. E.* & bene diſtinguendo inter prælaudatum S. Kylianum, & S. Burchardum, qui ſuis finitam terminis VVirtzburgenſem Eccleſiam primus inſedit Epiſcopus de anno 752. retulerunt *Armand. Kalend. Benedict. in Vita S. Burchardi die* 14. *Octobris fol.* 105. & *in Vita S. Kyliani to.* 3. *pag.* 80. *aliique concordantes, adducti in prima Deciſione hujus Cauſæ, edita coram Eminentiſſ. D. meo de la Tremoille ſub die* 28. *Jun.* 1700. *§. Nec benè cum ſeqq.*

Verùm quoque, quòd nuſquam ab indè citra, ean- 11
dem libertatem Monaſterium, ejuſque Abbas Fulden. deperdiderit, niſi ex parte Epiſcopi Herbipolenſis palam fieret, quòd intra eoſdem fines, ejus Diœceſi deinde aſſignatos, idem Fuldenſe Monaſterium cum ſua ditione contineretur, quemadmodum ſemper id præſumens, juſtificare compellitur, teſte *Fagnan. in c. cum dilectus, n.* 15. & 16. *de religioſ. domib. Pignattell. conſult. Canonic. tom.* 2. *conſult.* 26. *n.* 6. *Maſcard. de Probat. concluſ.* 167. *nu.* 4. *Bellet. Diſquiſit. Clerical. de Juriſdict. Abbat. S. Michaelis de Cluſa §. unic. n.* 24. *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 12. *nu.* 5. *Rot. dec.* 54. *n.* 3. & *deciſ.* 71. *nu.* 5. *poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *dec.* 1278. *nu.* 1. *coram Seraphin. dec.* 309. *num.* 7. & *ſeqq. coram Dunozet. Sen. dec.* 75. *n.* 9. & 10. *coram Ubald. dec.* 13. & *deciſ.* 23. *utrobique n.* 1. *cum ſeqq. cor. Peutinger. & Nullius ſeu Marſicen Juriſdictionis* 10. *Junii* 1702. *§. fin. cor. bon. mem. Muto.*

Atque ex his conſtabilito in facto, quòd Fulden- 12
ſe Monaſterium à ſui ortu, & nativitate, fuerit revera liberum ab omni ſuperioritate Epiſcopi Herbipolenſis, vel alterius cujuslibet Antiſtitis, utique non deerat, ad ſubſtentationem præfati primi capitis, etiam illa juridica conſequentia, ſeu fundamentum Juris, per quod nequibat in Abbate verificari, & congruere ampliùs titulus ullus puræ, & ſolius exemptionis, cum exemptio de ſui natura eſſentialiter præſupponat ſubjectionem, quam è converſo in noſtro concreto ſupponimus, & oſtendimus nunquam adfuiſſe, undè à contrario potiùs præſumendum erat, quòd illa bona, illa loca, quibus ſucceſſivè Sancta Sedes nullum conſtituit particularem Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, nè aliàs eadem loca, & bona remanerent abſque Miniſtro, qui poſſet exercere Juriſdictionem, vel relicta, vel conceſſa per Apoſtolicam providentiam remanſerint illi inferiori Dignitati, illi Abbati, qui apparebat deputatus in illis bonis, & locis ſuperior, per ea, quæ punctualiter tradunt, atque concludunt, ad intelligentiam doctrinæ *Joannis Andr. in addit. ad Speculat. tit. de privileg.*

Fagnan.

Digitized by Google

Fagnan. in c. nullus, num. 16. de parochiis, Cluniacenſes in Epiſtol. 28. lib. 1. ad D. Bernardum, relat. per Altaſer. Aſceticon. lib. 7. c. 12. Coppin. de Jur. Cœnobitic. lib. 1. tit. 2. nu. 23. Paſqualig. ad Franch. controv. inter Epiſcop. & Regular. p. 2. q. 1. n. 4. fol. 450. R. P. D. Petra in Comment. ad Conſtitution. Apoſtol. tom. 2. fol. mihi 134. n. 30. & in individuo Abbatiæ Fuldenſis *Thomaſſin. de Re Beneficiar. p. 1. lib. 3. c. 35. ſub n. 7. in fin. Altaſer. loc. cit. Alviſet. de Privil. Regular. ſect. 4. dubit. 22. n. 5.*

13 Abſque eo quòd juxta ſenſum eorundem Informantium pro Epiſcopo, ad everſionem hujuſmodi evidentiſſimi diſcurſus refragari idcirco poſſet, quòd uſque à principio noſtræ enaſcentis Fidei Orthodoxæ, extiterit facta diviſio omnium Diœceſum, quemadmodum præ cæteris generalem hanc Diviſionem ſubintellexerunt, atque approbarunt Summi Pontifices *Clemens, & Anacletus*, ex iis, quæ colliguntur à *Can. Urbis 1. & Can. in illis 2. diſtinct. 80. & ex c. Provinciæ, diſtinct. 99. ibique communiter DD. relat. per Roderic. à Cunka in d. Can. in illis, n. 5. Burſatt. conſil. 126. nu. 11. Roſ. de Reſid. Epiſc. ſect. 4. num. 9. cum ſeqq. Urtad. de Reſident. tom. 1. lib. 1. reſolut. 9. num. 3.*

14 Vel quòd in omnem caſum non defuerint alii non contemnendi Auctores, qui authumarunt, generalem Diviſionem hanc, ſeu partitionem, ac aſſignationem particularium Diœceſum, initam, & ordinatam fuiſſe à S. Dionyſio Papa ſub anno 270. & ſic longe ante Fuldenſis Monaſterii fundationem, & Epiſcopatus Herbipolen. erectionem, ad ea, quæ habentur apud *Joan. Andr. Abbat. alioſque Canoniſtas in rubr. Extrav. de Parochiis. Barb. de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 7. num. 7. Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. cap. 212. num. 10. Card. de Luc. de Juriſdict. d. diſc. 1. n. 3. Rot. dec. 665. nu. 18. coram Coccin. in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono jure 13. Junii 1692. §. Etenim, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, & in Hiſpalen. Viſitationis 30. Aprilis 1703. §. 13. coram Eodem.*

15 Quodque aliàs, non præſuppoſita hac diviſione Diœceſum, invenirentur loca quamplura, quæ à nullo capite, ſeu Superiore regerentur, & conſequenter forent acephala, quando tam vehementer, ex hac ipſa monſtruoſitate, hujuſmodi loca acephala reprobarunt, & objurgarunt Sacri Canones, uti videre eſt in *c. nulla ratione, diſtinct. 93. ubi Gloſſ. verſ. Tales, & Geminian. verſ. quæſitum eſt. Can. Abbatibus 18. cauſ. 18. quæſt. 2.* & advertit *Lotther. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 23. num. 65. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. ſub n. 4.*

16 Siquidem facilè poſthabita hac minùs probabili, minuſque recepta opinione diviſionis ſubſecutæ de tempore Dionyſii, veluti acriter, & meritò impugnata per Hiſtoricos, & Juridicos Scribentes, vel tanquam apochrypha, vel tanquam non concernente diviſionem Diœceſum, ſed ſimplicium dumtaxat Eccleſiarum Parochialium, ex traditis per *Gloſ. in Can. Eccleſiam 13. quæſt. 2. V. diviſimus. Van. Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part. 1. tit. 3. cap. 1. n. 1. tom. 1. & tom. 3. Opuſc. part. 2. tit. de Inſtitut. & Offic. Canon. part. 2. cap. 2. §. 6. Fagnan. in cap. nullus de Parochiis, num. 15. Urtad. de Reſident. tom. 1. lib. 1. reſolut. 9. num. 3. & 4. De Roſ. de Reſident. Epiſcop. d. cap. 1. ſect. 4. num. 18. Lotther. de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 10. num. 9. Rot. dec. 651. num. 7. in fin. p. 4. rec.* Ac propterea probabiliùs redeundo ad ſupradictam aſſertam diviſionem, de qua loquuntur *Clemens, & Anacletus*, tantùm aberat, quòd ex antiquo præcepto Principis Apoſtolorum, ut retulit idem *Clemens Papa ad Jacobum Epiſtola 1.* regiſtrata *in d. Canon. in illis diſtinct.* 80. & præſuppoſuit ſecunda Deciſio ſub §. *Re ſiquidem meliùs*, loco veterum Flaminum, & Archiflaminum, quos priùs cœca detinebat Gentilitas per univerſa, & ſingula loca, ſuffecti fuerint Patriarchæ, Epiſcopi, & Archiepiſcopi in quolibet loco, undè ſaltem in aliquo loco ſubjecto hiſce ſubrogatis Patriarchatibus, Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus, ſita reperiretur in ſui principio Abbatia Fuldenſis, ut nec ipſi antiqui Gentiles, nempè Romani, quos *rerum Dominos* emphaticè, ſive poeticè nuncupat *Virgilius*, citra dubium nbique poſſent detinere hos Flamines, & Archiflamines, cum eorum Imperium ad totum Orbem minimè extenderetur, multoque minùs veroſimiliter vigeret in loco præciſo, ubi Fuldenſe Monaſterium reperitur erectum; magna etenim Germaniæ pars jugum Romanorum conſtantiſſimè reſpuit, jugiter fervente bello inter utramque partem, ſeu Nationem, ut ferunt notiſſimæ Hiſtoriæ, & præcipuè *Annalia Cornelii* de tempore illorum Cæſarum, qui ſupra veteres Conſules, Senatum, & Populum Quiritum, extendere Principatum; undè quomodo in locum Flaminum, & Archiflaminum non exiſtentium valebant eſſe ſubſtituti Patriarchæ, Epiſcopi, & Archiepiſcopi, dum omne, quod ſubrogatur, nequit excedere limites illius, in cujus locum fuit facta ſubrogatio, per *Textum in leg. ſi eum §. Qui injuriam ff. ſi quis caution. Cyriac. controv. 378. n. 67. Altolin. reſolut. 41. n. 39. Tiraquell. de Primogen. q. 40. ex n. 43. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. lib. 2. cap. 23. nu. 23. & 24. Modern. Roman. Diſcept. Eccleſiaſt. p. 1. diſcept. 5. n. 17. Rota dec. 544. n. 28. coram Ludoviſ. dec. 58. nu. 4. coram Peutinger. & dec. 440. ſub n. 13. p. 4. tom. 2. rec.*

Evidentiùs autem, quia ſucceſſiva, reſpectivè quotidiana nos docet experientia contrarium; conſnevere etenim tantummodo Apoſtoli à principio ſe ipſos, alioſve Diſcipulos, poſt manuum impoſitionem, diſtribuere in plura, ſed non omnia loca, & deinceps in ſeculorum ſucceſſu, ante præfixionem Epiſcoporum in illis regionibus, in quibus ſemen Evangelicæ prædicationis, vel effundi non potuerat, vel effuſum non radicaverat, fuerunt diverſis temporibus immiſſi Evangelizantes, inter quos plerumque ſimplices Monachi, vel Religioſi, deindeque ultimo loco, creſcente meſſe, ſtabiliti, & ſuperaucti extiterunt Epiſcopi, veri Operarii, prout de Regno Angliæ habetur in Vita *S. Leonis*, & hodie ſub oculis videmus in partibus Americanis, atque Aſiaticis, quòd nec inibi ſtatutæ adhuc ſunt Diœceſes, ſed ad ſummum *ex. gr.* in partibus Chinenſis Imperii adſunt ad ſimilitudinem S. Bonifacii, aliqui juxta opportunitatem Epiſcopi Regionarii, vel aliæ Perſonæ, ſuffultæ pro ſpirituali Juriſdictione exercenda Apoſtolicis Indultis, & conceſſionibus, ideoque cum jam ſimiliter teneamus, quod in noſtro præciſo loco controverſo Evangelicum lumen nondum effulſerat, delatumque primariò fuit à S. Bonifacio, conſequens nimium probabile erat, quòd ejus nativæ libertati, & neceſſariò ſupponendæ exemptioni per carentiam quorumcunque Epiſcoporum, qui præexiſtere valerent, ſupperacceſſerit in perſona S. Bonifacii, effecti Abbatis, aliqua Apoſtolica activa conceſſio Juriſdictionis, & hoc eſt, quod in ſubſtantia admittentes hanc nativam exemptionem admiſtam Juriſdictioni, cum *Jo: Andr. ad Speculator. ubi ſupra*, dixerunt *Fagnan. in d. cap. nullus, num. 16. de Paroch. Paſqualig. ad Franch. controv. inter Epiſcop. & Regular. part. 2. quæſt. 1. num. 4. fol. 450. R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſtolic. d. tom. 2. fol. 134. n. 30. cum aliis ſuperiùs adductis concordan. §. Atque ex his.* 17

Cæterum quantumvis uſquedum deducta non parum in ſuo primævo aſpectu viderentur urgere, attamen ſuper hoc primo capite nemo ferè ex *Dominis* hodiernæ jecit baſim reſolutionis, itaut ſi aliquis in adverſo ſuffragio immorabatur, ſe ſe declaraverit, id tamen adjuvare non poſſe modernum Abbatem, niſi reſpectu illorum bonorum, vel locorum, quæ tunc temporis ſtabiliti Monaſterii poſſidebat idem Monaſterium, ſive Abbatia; ſi etenim alia bona, vel loca, ut certo certiùs erat credibile, ac ſupponendum, ſupervenere eidem Monaſterio, vel Abbatiæ, ob Fidelium largitates, & Principum munificentiam, profectò nequibant irradiari, ac ſe ſe tueri per hanc nativam Juriſdictionem, cum omnis quomodolibet acquiſita exemptio, vel Jus Privilegiativum, niſi aliud literaliter exprimatur, reſtringatur ſemper, ſeu regulariter ad præſentia, nuſquamvè amplectatur loca, & bona futura, ſive ex poſt acquiſita, ex iis, quæ communiter aſſeruntur per *Card. Hoſtien. alioſque Canoniſtas in cap. cum Capella, de privileg. & ibi Gloſſ. Lit. B. verſ. In quantum exempti. Jo:* 18

Andr.

Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de Cenſib. §. Nunc dicendum in addit. magn. circ. penul. colum. Vitalin. in Clementin. lit. de reſcript. ſub num. 13. & ſeqq. Auguſt. Barboſ. in cap. quia, circa num. 11. de privileg. alter Barboſ. Leg. divortio ſ. Quod in anno, n. 17. in fin. ff. ſolat. matr. Bero. conſ. 24. n. 11. vol. 1. Rot. dec. 1672. n. 12. cor. Coccin.

19 Motivum itaque deſerendi hoc primum caput, fundabatur in gemina, eademque nimis forti conſideratione, quarum prima erat, quòd nulla exemptio, multoque minùs nulla Juriſdictio naſcitur à ſemetipſa. Quatenus namque pertinet ad exemptionem, quæ ut præmiſimus, & ait quoque *Jo: Andr. in loco ſuperiùs collandato*, & probat verbum *eximere*, *argumento Textus in cap Recepimus, extra de privileg. in c. 1. & cap. auctoritate, cum ſeqq. eod. tit. in 6. & in clem. 1. eod. tit. Leg. qui ſaxum ff. de donat. Lotther. de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 23. num. 2. Rot. deciſ. 338. ſub n. 6. coram Priol. & dec. 14. num. 1. coram Emerix Jun.* ſubjectionem neceſſariò implicat, & præſupponit; ea non poteſt niſi à Summo Pontifice attribui, atque donari, ex communiter affirmatis per DD. *in cap. ſi Papa 10. de privileg. in 6. Abb. in cap. cum contingat 13. num. 18. de for. competen. & in cap. cum venerabilis, num. 4. de cenſib. Eraſm. à Chock. in Tractat. de Juriſdict. ordinar. in Exempt. p. 1. q. 3. n. 13. Mandoſ. de Signat. Grat. §. Exemptiones ab Epiſcopis, in 1. colum. verſ. Eximere propriè, Sbrot. de Offic. Vicar. lib. 1. q. 51. n. 2. Frances de Eccleſ. Cathedral. c. 30. n. 34. Rot. deciſ. 219. n. 3. coram Rojas, dec. 217. n. 4. p. 16. & dec. 485. n. 1. p. 19. rec.*

20 Quo verò ad Juriſdictionem, ſive Jus activum illam exercendi, ea multo vehementiùs largitorem, & datorem expoſcit, *omnis enim poteſtas à Deo eſt*, dicebat *Apoſtolus*, adeo ut nec ab exordio Mundi à Summo Deo conceſſa fuerit ipſi Adam, niſi ſuper animantibus; & eſt notiſſimum principium, quòd omnes homines ſuapte natura liberi naſcuntur, nec unus alteri ſubjicitur, ſicuti habetur in §. *Jus autem gentium Inſtitut. de Jur. natural. gent. & civil. & in §. 1. Inſtit. de Jur. perſon. ubi Gloſſ. in figurat. caſus, verſ. quia ſecundum jus naturale*, ſolumque Adam poterat erga ſuos deſcendentes exigere illam paternam reverentiam, quæ (præſcindendo à ſuperventis Civilibus Sanctionibus, ab habente poteſtatem promulgatis) ſuadente tantùm gratitudine, & natura per liberos debetur erga Parentes, juxta animadverſa per *Gonzalez in cap. cum non liceat, ſub n. 9. de præſcription. Aſcan. Clementin. de Patr. poteſt. cap. 3. Sebaſtian. Montical. eodem titul. de Patr. poteſtat. ſ. Patri ergo tantùm num. 11. Paſcual. de Virib. Patr. poteſt. part. 1. c. 1. n. 1. Sanchez in Opuſcul. Moral. lib. 1. cap. 1. num. 11. Frangoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. tom. 3. lib. 2. Germon. de Indult. Apoſtol. ſ. Quod in Romanam, nu. 11.* & relato, ac explicato *Ariſtotelis dicto in primo Politicor. cap. 8.* latè *Boſſ. de Patr. poteſtat. cap. 1. §. 2. per tot.*

21 Hinc tantùm advento tempore Legis ſcriptæ placuit ſummo Opifici volitam, & explicatam à ſe Juriſdictionem, ponere in manu Moyſis, & Aaron, & dein Judicum, & Regum, donec expirata quoque Lege ſcripta per Adventum Sanctiſſimi Domini Noſtri reparatoris, & in illam Gratiæ commutata, in quantum ſpectat ad noſtrum propoſitum, videlicet ad Spiritualem, & Eccleſiaſticam Juriſdictionem, ea multipliciter delegata fuit per eumdem noſtrum Redemptorem, in forma ſervi adhuc exiſtentem, illius Apoſtolis, atque Diſcipulis, ſed ſubſtantialiter reaſſumpta, & in perpetuum conceſſa in præmium ſuæ confeſſionis beato Petro, ejuſque Succeſſoribus, canonicè intrantibus; quapropter hodie cuncti, præter Schiſmaticos, vel Hæreticos, conveniunt, quòd omnis Spiritualis, vel Eccleſiaſtica Juriſdictio reſideat dumtaxat penes Papam, & ab eo ad ſui libitum legitimè detur, & transfundatur in alios, ſive Patriarcas, ſive Primates, ſive Archiepiſcopos, & Epiſcopos, adeo ut ex omnium conſenſu quælibet Spiritualis, & Eccleſiaſtica Juriſdictio à Papa, tanquam à fonte, vel mare fluat, & refluat. *Pax Jord. Elucubrat. Canon. tom. 1. prælud. 3. num. 13. Card. Bellarmin. controverſ. lib. 4. de Romano Pontific. cap. fin. verſ. Tertio probatur. Anſald. de Juriſdict. Eccleſiaſtic. part. 2. tit. 11. cap. 21. num. 39. & 40. Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. ſ. 1. proœmial. num. 9. Rot. dec. 639. n. 33. part. 18. recent.*

Igitur quonam modò abſque Papæ conceſſione va- 22
let quiſpiam ſibi arrogare ullam Juriſdictionem, illamque recognoſcere à ſua intrinſeca libertate? Deus ſiquidem, & poſtea ejus Vicarius, *ſubjicit Populos Nobis*, ut inquit *Propheta*, & ultra jam cumulatos, in ſubſtantia proſequuntur *Alex. in leg. 1. num. fin. ff. de juriſdiction. omn. Judic. Menoch. de Præſumpt. lib. 3. præſumpt. 14. à nu. 1. & ſeqq. Vargas de Juriſdict. Epiſcopor. & Pontif. Maxim. auctorit. axiomat. 2. cum ſeqq. Oliv. de For. Eccleſ. part. 1. quæſt. 2. ſub nu. 18. Barb. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. à n. 20. ad ſeqq. Rota deciſ. 306. nu. 7. coram Duran.* cum aliis *in Leodien. Juriſdictionis 25. Aprilis 1705. §. Rurſus itaque, coram Me.*

Quin propterea ſubſequeretur per modum retorſio- 23
nis enunciatum, & magnificatum abſurdum, quòd hæc, & illa loca, non ſecuta collatione, ſeu non apparente ulla delegatione Juriſdictionis in aliquem, reſtarent acephala, quoties non daretur in ſimilibus locis, poſitivo, ac dativo capite deſtitutis, hæc nativa libertas, & Juriſdictio; non enim niſi impropriè poteſt verificari iſta, ut ita dicamus, acephaleitas, nimirùm niſi quando intendimus explicare, quòd quis non appareat ſubjectus huic, vel illi capiti immediatè, ſed de cætero vera acephaleitas prorſus dari nequit, cum ſemper quæcunque Spiritualis, & Eccleſiaſtica Juriſdictio, per quemcumque locum Orbis Univerſi exercibilis, conſiſtat, atque exiſtat in Papa, tanquam repræſentativo illius *Domini, cujus eſt Terra, & plenitudo ejus*, atque ita exemplificat egregiè *Card. Turrecremata in Can. nulla ratione diſtinct. 93.* ut ibi — *& ſi etiam in Nullius Epiſcopi ſpeciali deſignata Parochia habitant, quales fortè aliqui ſunt in Ægypto, dicitur quòd in Parochia D. Papæ habitant, quæ totus Mundus intelligitur*, cum quo conſonat *gloſſ. ibidem V. Acephalos. Altaſerr. Aſceticon. lib. 7. cap. 12. fol. mihi 398. verſ. idem Goffridus.* Et quòd Papa repleat omnem locum, tanquam Diœceſanus Diœceſanorum, atque etiam exemptorum, ratione nedum Patriarchatus Occidentalis, ſed etiam amplioris, & incircumſcriptæ Supremæ Dignitatis Pontificalis, conclamant, & docent per *Text. in cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. Felin. in cap. gratiæ ſub num. 2. poſt med. verſ. Et de hoc. Paſſerin. in cap. hac conſtitutione, de offic. & poteſtat. judic. deleg. quæſt. unic. art. 3. num. 73. in fin. Soccin. Sen. conſil. 273. num. 1. col. 2. lib. 2. Marant. controv. Jur. part. 3. reſponſ. 75. num. 10. & reſponſ. 81. num. 50. Frances de Eccl. Cathedr. cap. 3. num. 22. Lotther. de Re Benefic. lib. 1. q. 11. num. 5. Zerol. in Prax. Epiſcop. part. 1. V. Pragm. ſ. 3. De Juſt. de Diſpenſat. lib. 2. cap. 2. nu. 8. & 22. ſ. 1. proœmial. num. 8. Anaſtaſ. Germon. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 15. nu. 73. Chaſſan. in Cathal. Glor. Mund. p. 3. conſiderat. 7. verſ. ſed tamen dic, cum ſeqq. Barboſ. de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. part. 1. tit. 3. c. 2. nu. 17.* & ob id aſſertionem *Fagnani*, præſupponentis, licèt in diverſo ſenſu, remanſiſſe loca ſine capite, in fortioribus refellit *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 1. n. 4. & 5.*

Atque in rei veritate, quòd unquam tribui poſſit 24
à natura, quòd aliqua particularis Eccleſia, vel Monaſterium, etiamſi ſitum non exiſtat inter confinia alicujus jam deſtinatæ, limitatæ, & erectæ Diœceſis, ob id efficiatur liberum, & exemptum ab omni Juriſdictione, & Superioritate, quodque duriùs eſſet, valeat à ſemetipſo exercere ullam Juriſdictionem Spiritualem, aut Eccleſiaſticam, coercitivam in Populum, & Clerum, à nemine ſibi commiſſam, nec originaliter ſomniavit *Joannes Andræas in Addit. ad Speculator*, cujus verba ſunt hæc — *Eſt ſciendum, quòd quidam ſunt Abbates, qui, vel quorum Monaſteria ſub nullo ſunt Epiſcopo, & in nullius Epiſcopi Territorio &c. talia fortè Monaſteria Sublacenſe &c. quæ ſunt in ſpeciali Provincia Papæ &c. propter Populum autem tenentur ad ea, quæ ſunt legis Diœceſanæ* — & infra — *omnes regulariter intra Territorium, vel Diœceſim certorum Epiſcoporum, præterea illos, vel his ſimiles, quos ſupra*

nomina-

nominavi, qui non ſunt exempti à Juriſdictione Epiſcoporum, quia exemptio præſupponit juriſdictionem, à qua liberatur exemptus, quod in iſtis non eſt, iſte tamen ſtatus ſine privilegiis parum valeret &c.

25 Neque hodiè in eorum reſponſionibus, ſive replicationibus, id affirmare, ſeu deſcendere contendebant ipſimet Informantes pro Abbate, faciliorem tantummodò tranſitum ſibi blandientes ad Juriſdictionem activam, & reſpectivè dativam, ab inexiſtentia alicujus præcedentis Epiſcopi in loco noviter extructi Monaſterii, ob latiorem neceſſitatem intelligentiæ Privilegiorum, quæ eidem Monaſterio in tali ſtatu reperto ſupervenerunt, cum facilè ſit addere ei, quod eſt; & ſuppoſita ſola perſiſtentia Juriſdictionis univerſalis in Papa, laxior contra eum, tanquam privilegiantem, admittatur interpretatio, ut volunt per *Text. in c. cum dilectus, de conſuetudin. & in l. Beneficium, ff. de conſtitutionibus Princ. Abb. in cap. cum ex injuncto 52. de hæretic. & in cap. quia circa, vigeſimo primo, num. 4. de Privil. Felin. in cap. cumſumque 18. n. 11. & 12. de reſcript. Oliv. de For. Eccl. part. 1. quæſt. 1. n. 10. & 11. Oldrad. conſil. 268. n. 2. Rot. dec. 260. n. 1. cor. Emerix Junior. dec. 199. nu. 27. p. 12. dec. 533. n. 22. & 23. part. 14. & dec. 330. n. 4. p. 18. rec.*

26 Secunda non minùs patens ratio, deſtructiva hujus nativæ Juriſdictionis, illa erat, quòd non tantùm, ut uſquedùm comprobavimus, ſemper neceſſe eſt laudare auctorem, ſeu datorem hujus poteſtatis, ſive Juriſdictionis, verùm quoque in caſu Privilegiorum conceſſorum, oportet benè perſcrutari verba, cum quibus legatur facta hujuſmodi conceſſio. Privilegia quippè, præſertim in hac materia delegativæ, & attributivæ Juriſdictionis, exiſtunt ſteriliſſimæ naturæ, & tantùm operantur, quantum ſonant, immò, quod non apparet conceſſum præſumitur denegatum, etiam in caſu, quo præexiſtat præambulum ſupplicationis, ut circa primam propoſitionem plena ſunt volumina, & ſignanter habetur penes *Innocent. in c. dilecto, de off. Archidiacon. Felin. in cap. Auditis, n. 10. de præſcript. & conſ. 1. n. 162. cum ſeqq. Marant. controverſ. Jur. part. 3. reſpouſ. 81. nu. 60. Card. de Luc. de Juriſdict. diſcurſ. 35. n. 10. Rot. dec. 1252. num. 7. cor. Coccin. dec. 8. num. 7. part. 8. & dec. 191. nu. 8. p. 19. rec.* Et quoad ſecundam comprobant Jura relata *in cap. nonne, de præſumptionibus, l. inter ſtipulantem, §. Si ſtipulantem, ff. de verb. obligat. Soccin. Sen. conſ. 131. ſub nu. 9. verſic. immò videtur. Pariſ. conſil. 20. n. 15. lib. 1. Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 10. n. 16. Rot. dec. 467. n. 6. cor. Seraphin. dec. 2251. n. 17. cor. Coccin. dec. 352. n. 12. cor. Bich. dec. 459. n. 9. cor. clar. mem. Cardinali Cerr. & dec. 140. num. 14. part. 15. rec.*

27 Ad rem itaque noſtram applicando, ac prætermiſſo pro nunc examine ſingulorum Privilegiorum, Abbati Fuldenſis Monaſterii conceſſorum, de quo in mox ſequenti inſpectione, quatenùs pertinet ad conſiderandam hanc prætenſam nativam libertatem, quæ ſit admiſta Juriſdictioni activæ, certè non effulgebat, quòd in Sancto Bonifacio primo Abbate, & Fundatore, extaret ſecundum literas Zachariæ, niſi figura, & ſpecies puri Abbatis Regularis ſub Ordine Sancti Benedicti, qualitas verò Abbatialis nullam prorſus de per ſe infundit Juriſdictionem Epiſcopalem, ſeu quaſi, immò Abbates, & Monachi, cum eorum Monaſteriis, per quinque ſecula ſubjecta fuerunt Juriſdictioni Epiſcoporum, idque præciſè ſtatuiſſe non tantùm *Concilium Aurelianen.* regiſtratum *in c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7.* immò, & *Concilium Calcedonenſe* ſub *Leone Primo de anno* 451. relatum *in c. Quidam Monachorum, diſtin.* 10. *quæſt.* 2. cum aliis inutiliter tranſcribendis, doctè, ac elaboratè demonſtravit *Card. Albit. in ſecunda ejus diſput. de Juriſdictione, quam habent Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum, ſub n. 3. & 4.* Quibus omnibus adauget *Ludov. Thomaſſin. in ſua Veter. & Nov. Eccleſ. diſciplin. circ. Benef. & Beneficiar. part. 1. lib. 3. c. 36. per tot. & ſignantèr num. 7. §. Obiici poſſet,* ſolùm Abbates Regulares exceptivè ad Privilegium *Zaccharie* reſpectu Monaſterii Fuldenſis, acquirere inchoaſſe activam Juriſdictionem poſt Sæculum octavum tempore *Caroli Magni, & Primi Imperatoris Occidentalis.*

Quòdque titulus, & nomen Abbatis, primæva ejus origine inſpecta, potiùs exiſtat nomen ſolicitudinis, quàm honoris, quodque Abbas, ubi non ſit exemptus, fidem, ſubjectionem, obedientiam, & reverentiam promittere debeat locorum, ſi adſint, Ordinariis, & generaliter, quòd Abbas nullam aliam obtineat Juriſdictionem, quàm illam, quæ reſpicit ſubalternum regimen, & diſciplinam ſuorum Monachorum, latè videre eſt penes *Innocent. in c. de multa, col. ultim. de præbend. Gloſſ. in c. nullam 18. q. 2. V. totam. Abbaſ. in c. tuam, de ætate, & qualit. ordinan. Ciarlin. controv. Jur. lib. 2. c. 220. n. 56. & 57. Lotther. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 17. n. 2. & 3. & 8. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 1. quæſit. 2. à n. 4. ad ſeqq. & diſput. 15. quæſit. 3. per tot. Franceſ. de Eccl. Cathedr. Reg. c. 31. n. 60. Rot. dec. 15. n. 11. p. 1. rec.* 28

Dum itaque neque (præciſivè ſemper à trutinatione ſuperventorum Privilegiorum) inerat ab initio olla conceſſio pro Abbate Fuldenſi in figura ſimplicis Abbatis, quæ poſſet ſtrictè, aut latè interpretari, reſtabat ſolùm à fortiori demonſtrare, quòd nulla alia Juriſdictio veniat ſub conceſſione Dignitatis, niſi exprimatur explicitè, vel implicitè, ſeu quod idem eſt, in neceſſariam conſequentiam: hoc autem palàm fit ab exemplo, quòd majus excogitari nequit, quale eſt illud creationis in Epiſcopum, eo etenim ipſo, quòd quis efficitur, ſeu creatur Epiſcopus, neceſſario adipiſcitur ea dumtaxat, quæ veniunt in ſequelam, tam Sacroſancti Caracteris, & Ordinis, verùm reſpectu Juriſdictionis transfundendæ, non ſufficit impreſſio talis Caracteris, niſi eadem Juriſdictio limitativè, vel plenariè concedatur à Papa, ut fert formula ipſorum verborum, quæ adhibentur in creatione Epiſcoporum, videlicet -- *Auctoritate Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, providemus Eccleſiam N. de perſona N. & præficimus eum in Patrem, & Paſtorem, ac Epiſcopum ejuſdem Eccleſiæ, committentes ei adminiſtrationem in Temporalibus, & Spiritualibus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.* -- Quòdque hæc Juriſdictio, vel proveniat immediatè ab ipſo Papa, tanquam à Chriſti Vicario; ac Supremo ipſius Eccleſiæ Paſtore, vel cohæreat Epiſcopo Jure Divino, ſemper tamen in ordine ad exercitium in hoc, vel illo ſubjecto, & prout reſpicit hæc, vel illa loca, indubitanter profluat à Pontifice, qui poteſt hujuſmodi Juriſdictionem reſtringere, & ampliare, nemo eſt qui ambigat, ex ſuſo calamo perpenſis per *Covarruv. in regula peccatum, p. 2. §. 9. n. 6. Suarez tom. 4. de Pænit. p. 2. diſp. 25. ſect. 1. n. 10. & 11. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 10. punct. 2. Barb. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 2. c. 2. ſub n. 26. Pax Jordan. Elucubr. Can. lib. 1. tit. 33. ſub n. 34. & 36.* 29

Et ex his tranſeundo ad ſecundum caput conceſſæ, ſive dativæ Juriſdictionis in vim Privilegiorum, quæ Sanctus Bonifacius, illiuſque Succeſſores à prima Apoſtolica Sede reportarunt, quæve privilegia, tanquam etiam de per ſe ſola ad nodum controverſiæ dirimendum, ſufficere cenſuerat *prima Deciſio cor. Eminent. D. meo de la Tremoille, & tertia cor. Rever. D. meo Molines Decano,* ſecunda antem præcedens ejuſdem *Reverendiſſimi D. mei Decani* reſpuerat, & *quarta* tandem ſub ea conciliatione tantummodò admiſerat, ut ſaltem capacia forent efformandi titulum coloratum ad ſubſtentationem tertii capitis viæ præſcriptæ, in qua, & *omnes quatuor præteritæ Deciſiones,* & major *Dominorum* pars etiam hodie in ſtabilienda reſolutione convenerant, Informantes pro Abbate rurſus enumerando eadem privilegia, putabant illa, præſertim ſuperadditis quampluribus demonſtrationibus, ipſaque, ut infra, obſervantia, pro hujus ſecundi capitis firmitate exuberare, atque ad hunc effectum incipiebant à diſcuſſione primi, quod Summus Pontifex Zaccharias fuerat primo Abbati, ſcilicet B. Bonifacio, elargitus, de quo *in Summario diſtributo cor. Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille, n. 6.* non enim introſpecta ejus litera, ſimpliciter recipiebatur ſub protectione B. Petri, Sanctæque Sedis Apo- 30

ſtolicæ

ſtolicæ Monaſterium Fuldenſe, *S. Salvatoris* nuncupatum, quemadmodum ſonant regulatiter alia privilegia, Regularibus conceſſu, tunc quippè certum extitiſſet, quòd hæc nuda receptio non præſeſerret niſi maram exemptionem, cum nulla perſona, vel Dignitas valeat exercere aliquam ordinarium Juriſdictionem ſuper illo loco, ſuper illa perſona, quæ ſub tegmine ulurum B. Petri, & S. Sedis cuſtoditur, ſicuti paulatim ex hac cauſa conſimiles exemptiones gliſcere inceperunt, & eſſe inchoarunt immunes à lege Diœceſana univerſi fermè Regulares, ex congeſtis *per Doctores in Can. Abbas 8. & in Can. quàm ſit neceſſarium, cauſ. 18. quæſt. u.* ubi præ cæteris *Archidiac. Navarr. conſ. 2. de Regularibus, n. 63. verſ. addo ſecundo, Cobkier. de Juriſd. in Exemptos part. 1. quæſt. 17. n. 9. Barboſ. de Off. & Poteſtat. Epiſ. part. 3. allegat. 505. n. 3. Tamburin. de Jur. Abbat. lib. 1. diſput. 15. quæſit. 2. ſub num. 5. verſ. hodie verò. Eugel. de Priv. Monaſterior. priv. 3. & in Jus Can. lib. 1. tit. 33. n. 27. verſ. omnia Monaſteria. Card. de Luc. de Jurſdict. diſc. 28. n. 4. bon. me. R. P. D. Marcell. Severol. in ejus Vot. impreſſ. poſt modern. Rom. Diſceptat. Eccl. tom. 2. in fin. fol. mihi 2u. ſub n. 14. Rot. in Fimana Juriſd. 10. Maii 1700. §. A' Juriſdictionali, cor. Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano.*

31 Adeout ſucceſſivè oportuerit, quòd pro reſtauranda hac totali impotentia Epiſcoporum in Regulares, Oecumenica Concilia, & superventæ Conſtitutiones Pontificiæ, poſitivè committendo hanc, aut illam ſpecialem Poteſtatem Epiſcopis in certis peculiaribus circumſtantiis, vel caſibus, eorum Ordinariam Juriſdictionem verterint in delegatam, ut ſæpiùs ſancitum habetur *in noviſſimo S. Concil. Trid.* & in caſibus reaſſumptis per *celebrem Conſtitutionem Gregorii XV.* quæ incipit *Inſcrutabili*, per ea quæ proſequendo monent *Barboſ. in Collectan. Doctor. ad idem S. Conc. Trid. ſeſſ. 4. de edit. & uſu lib. de reform. ſeſſ. 5. cap. 1. & u. ſeſſ. 6. c. 3. ſeſſ. 7. c. 4. ſeſſ. 14. c. 7. ſeſſ. 24. c. 11. & c. 20. & ſeſſ. 25. c. 15. & 18. & de Regul. ſeſſ. 25. c. 5. 12. 13. 14. 16. & 19. & in tr. de Off. & Pot. Epiſc. p. 3. d. alleg. 105. à n. 13. ad fin. Frances Paſtor. Reg. p. 2. q. 21. ſub n. 19. & ſeqq. Novar. in Summa Bull. p. 2. comment. 66. per tot. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. ſub n. 5.*

32 Sed prætergrediendo (inquam) aſſuetas formulas, Breve Pontificium Zacchariæ gradiebatur ad duo ſpecialia, alterum nempè, quòd idem Monaſterium *Nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmitteretur, & nemo poſſet quamlibet habere ditionem, aut auctoritatem, vel poteſtatem exercere, niſi ab Abbate Monaſterii fuiſſet invitatus*, & alterum, quòd idem *privilegium inconcuſſè locis quoque, & rebus tam iis, quæ moderno tempore poſſidebat, quam quæ futuris temporibus in jus ipſius Monaſterii Divina pietas voluiſſet augere, ex donis, & oblationibus Fidelium, abſque ullius perſonæ contradictione permaneret*. In quibus profectò terminis, licèt deeſſet literalis, & aperta conceſſio activæ Juriſdictionis, nihilominus, quòd exindè implicitè ſaltem, & ſufficienter tale privilegium interpretari valeat pro conceſſivo hujus activæ Juriſdictionis, & traditione Territorii ſeparati, latè reſpectu primi ſpecialis comprobavit *Pignatell. conſult. 85. per tot. & ſignanter ſub nn. 5. 7. 8. & 19. tom. 5. Van. Eſpen. de Jur. Eccl. in univerſ. part. 3. tit. 1u. c. 5. nu. 18. rub. in Aphoriſm. Epiſ. V. Abbas, n. 6. Jacob. de Graff. Dec. aur. part. 2. lib. 3. c. 27. De Roſ. de Reſident. Epiſ. c. 4. ſect. 6. n. 500. & ſeqq. Rot. deciſ. 54. n. 5. & 6. cor. Martin. Andr. dec. 1025. & dec. 1336. utrobique n. 1. cor. Seraph. dec. 459. n. 4. & n. 13. cor. Bich. dec. 12. n. u6. cor. Peuting. & deciſion. 219. num. 1. & num. 8. part. 18. rec.*

33 Et quoad alterum, ſeu ſecundum ſpeciale, quando ſcilicet ſupremus Chriſti Vicarius, non ſolùm Monaſterium, ſed, & loca præſentia, & futura, ſub illa dictione *quoque*, augumentativa, & inſimul implicante purificationem primo loco quodammodo dotali, uti præſeſerebant antecedentia verba, ibi -- *locus idem Apoſtolicæ Sedi ſubjectus inconcuſſè, ſicut à Nobis, & Religioſis viris ditatus eſt, permaneat*, ademit à quacunque Diœceſana poteſtate; quòd tunc non ſolùm ipſum materiale Monaſterium cum Monachis, cæteriſque inſervientibus, ſed & eadem loca conſtituant Territorium quoddam ſeparatum, proſequi videtur idem *Pignatell. d. conſult. 85. n. 7. lib. 5. De Roſa de Reſid. Epiſc. d. c. 4. ſect. 6. n. 501. Lotther. de Re Benef. lib. 3. quæſt. 24. n. 114. Rot. dec. 54. n. 9. verſ. non autem loca, cor. Martin. Andr. dec. 149. n. 1. dec. 324. n. 6. part. 1. dec. 39. n. 1. & dec. 197. n. 20. part. 8. rec. in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono jure 7. Junii 1700. §. Alia privilegia, coram bon. mem. Muto, & in Firmana Juriſdictionis 15. Aprilis 1701. §. Secundum fundamentum, & 17. Martii 1702. §. Enim verò, coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano.*

Privilegio prælaudati Zacchariæ nedum (dicebant ſæpiùs nuncupati Informantes pro Abbate) conſonabant ſubſequentia aliorum Pontificum, ſed latiùs, & conſequenter clariùs ſe ſe diffundebant ad hunc præciſum finem ſupponendi in Abbate, vel etiam indulgendi integralem Juriſdictionem, præcipuè ponderata illorum temporum aliqua majori ſimplicitate, ſeu ruditate, quæ non adhuc ſupervento fulgore plurium generalium Conciliorum, nequibant tam expreſſè ſignificare, & exprimere conſtitutionem veri Territorii ſeparati, quod poſtea explicavere ſub vocabulo *Nullius*; Superacceſſit quippè *ſub anno* 770. aliud *Stephani III.* Privilegium, per quod, præter id ipſum, quòd jam noſcebatur extitiſſe conceſſum à Zaccharia illius prædeceſſore, legitur ſuperadditum importantiſſimum illud verbum *Hominibus*, in ea ſcilicèt parte, quæ localem prius abſtractionem à quacunque alia Juriſdictione dumtaxat præſeferebat *d. Summario Abbatis nu. 8.* ibi -- *Locus autem ſimul cum rebus, & Hominibus, tam iis, quæ moderno tempore tenet, quam quæ futuris temporibus in jure ipſius Monaſterii divina voluerit pietas augere ex donis, & oblationibus Fidelium &c.* undè ex hac additione *Hominibus* manifeſtè ceſſare videbantur ea, quæ ab *Alexandro IV.* ſancita reperiuntur *in celebri c. per exemptionem, de privil. in 6.* nimirum, quòd per exemptionem locorum, neque Parochiani, neque perſonæ reputentur exemptæ, & verificabatur revera ſuppoſitum, cum quo reſpectu ad ſecundam ſupradictam ſpecialitatem procedebant *Pignatell. ubi ſupra, tom. 5. conſ. 85. n. 7. Lotter. de Re Benef. lib. 1. q. 14. n. 112. cum ſeqq. & n. 1u0. Rot. dec. 54. n. 2. 5. & 6. cor. Martin. Andr. dec. 631. n. 2. cor. Mant. dec. 324. n. 6. p. 1. & dec. 197. n. 2. & ſeqq. p. 8. rec.* aliæque mox relatæ Auctoritates. 34

Succedebat deinceps magis amplum quoque Privilegium Joan. VIII. qui præter confirmationem antecedentium Indultorum, *ſub anno* 882. non tantùm inſigniori decoru impertitus eſt Abbati, videlicet, *ut nullus indè futurus Abbas conſecrationem nuſquam præſumeret accipere, niſi à S. Sede Apoſtolica* ſub illa ratione, *ut noverint cæteræ Eccleſiæ, Fuldenſem Eccleſiam ſpecialem S. Romanæ Eccleſiæ eſſe filiam*; quæve ſanè ratio ex ſe non parùm demonſtrabat, Eccleſiam Fuldenſem extitiſſe comparatum, non tantùm aliis Cathedralibus, ſed etiam aliquo modo Eccleſiæ Romanæ. Aſt quoque ſuperadduxit dignitatatem Fuldenſi Abbati poſitivi Primatus quoad omnes Galliæ, & Germaniæ Abbates, *in ſedendo, & judicando*, facultas namque judicandi, ſecum ſuapte natura ferens coercitionem, & poteſtatem exequendi, quod judicatum fuerit, competere non valet, niſi habenti activum juriſdictionem, ad normam *Textus in l. 1. de judic. & in leg. 3. Cod. de Juriſdict. omn. Jud. Bart. in l. 1. n. 9. eodem tit. de Juriſdict. omnium Jud. Pax Jord. Elucubr. Can. tom. 3. lib. 13. tit. u. nu. 12. Antunez de Donat. Reg. lib. 3. c. 44. n. 12. Rot. in Dertbuſ. Juriſd. 26. Aprilis 1694. §. Et ſanè, cor. Eminentiſſimo D. meo Cardin. Caprara*, aliiſque relatis concordan. *in prima Deciſ. hujus Cauſæ 28. Junii 1700. §. Summus enim Pontifex, coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali de la Tremoille.* 35

Hujuſmodi autem poteſtatem judicandi, non ſolùm *de anno* 999. confirmavit *Sylveſter Papa II.* nec non in ordine ad interponendam appellationem ad Sanctam Sedem, explicitè Abbatem æquiparavit Epiſcopis, ut ibi -- *Liceat etiam tibi, tuiſque ſucceſſoribus, Epiſcoporum more ad Apoſtolicam Sedem ob defenſionem tui,* 36

tua-

tuaque Eccleſiæ appellaret, ſed quod plus procul dubio erat, etiam addidit jus tenendi Synodum, ſive habendi Concilium, quæ utique poteſtas, ſive jus, vel eſt ſuppoſitum; vel eſt conceſſivum Juriſdictinnis in populum, & Clerum; ad quid enim impartiti talem facultatem, niſi per neceſſarium antecedens adfuiſſent ſubordinati, & ſubjecti illis legibus, & ordinationibus, quæ providè ſanciuntur in hiſce Spiritualibus Comitiis, quemadmodum ſolidè, & benè ſuerat quoque animadverſum, tam *in mox relata Deciſione diei 28. Junii 1700. cor. Eminentiſs. D. meo de la Tremollie ſub prælaudato §. Summus enim Pontifex, quam in altera diei 27. Aprilis 1705. §. Accedant prædicto, alias 5. coram Reverendiſs. P. D. meo Molines Decano.*

37 Idipſum deinceps fermè ſtatuerunt alii Pontifices, *Sergius* nimirum *Quartus*, *Clemens Secundus*, *&* *Gregorius* pariter *Quartus*, qui præ cæteris quoque adhibuit in ſuis Literis confirmatoriis antecedentium Privilegiorum, denominationem, ſeu vocabulum *Nullius*, ut ibi -- *Nullius alterius Eccleſiæ Juriſdictioni ſubmittatur*, *d. Summario Abbatis num. 17.* Ex quo ſane verbo *Nullius* in modernioribus, ac politioribus ſeculis irrepſit ſinonyma ſignificatio Territorii ſeparati, ſicuti colligitur ex *Fagnan. in cap. nullus 3. n. 16. & 18. de Paroch. Capon. Diſcept. forenſ. 118. n. 5. Corrad. in Prax. Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 7. cap. 4. nu. 62. in fin. Engel. in Jus Canonic. lib. 5. tit. 33. nu. 23. Rot. dec. 69. n. 16. part. 19. recent. & in d. Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono Jure §. Hæcque omnia, coram bon. mem. Muto.*

38 Quòd ſi tum prægnantibus Privilegiis copuletur conſideratio primordialis exemptionis (ſubjungebant toties laudati Informantes pro Abbate) juxta quam uſque ab initio primi lapidis injecti hujus Monaſterii, nec Herbipolenſis, nec alius aderat Epiſcopus, certè ſi non in vim nativæ Juriſdictionis, quæ ſecundum in primo capite præmiſſa dari nequit, ſaltem unitivè plurimum deſervit pro capeſſenda favorabiliori interpretatione Privilegiorum, ad hunc nimirum effectum faciliùs amplectendi eorum ſenſum, ubi clara litera deficeret in hanc ſignanter dativam, ſeu conceſſivam Juriſdictionem, per ea, quæ præciſè arguunt *Janus à Coſta in Commentar. Decretul. Gregor. VIII. in c. cum venissent 12. de judic. Bald. de Exempt. Tractat. magn. tom. 1a. fol. mihi 196. à terg. num. 16. Grilenzon. conſ. 142. num. 39. & ſequent. Pignattel. Conſult. Canonic. tom. 5. conſult. 84. n. 19. Tambur. de Jur. Abbat. part. 1. diſput. 15. quæſt. 4. num. 1. Chopin. de Jur. Cœnobitic. lib. 1. tit. 2. Paſqualig. ad Franeb. p. 2. quæſt. 1. n. 4. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 25. n. 5.* & in individuo Fuldenſis Monaſterii ſcripſerunt *Thomaſſin. de Benef. d. c. 30. n. 8. in fin. p. 1. lib. 3. Alviſet. de Privil. Regular. ſect. 4. dub. 22. n. 5. Attaſerr. Aſceticon. lib. 7. c. 12.*

39 Quarè nec mirum, quod hoc idem abundantiſſimè ſubſecuta declaraverit obſervantia, opinio, ſeu reputatio tam privatorum Scribentium, quàm Imperatorum, quàm & denique Supremorum Pontificum, ſuper Cathedra D. Petri conſidentium: Quòd enim Abbas Fuldenſis præpolleat hac activa Juriſdictione præ cæteris connotavit *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 3. quæſit. 4. num. 3.* dicens, quòd Abbas Fuldenſis, eique conſimiles, idcircò in una eademque perſona materiali triplicem repræſentat perſonam formalem, unam ſcilicet Abbatis Regularis quoad proprios Monachos, & Regularem diſciplinam, alteram Epiſcopi; quoad Clerum, & Populum Secularem, & demum tertiam quoad acceſſoriam, & cæteroquin diſcretam figuram Principis Secularis, & cum *Tamburino* conſonant ad propoſitum *Daniel Ottho. in Diſceptatione Juridico -- politica de Jure publico Imperii Romani capit. 18. §. Tertia claſſis. Munſterus lib. 3. Germanographiæ. Simlerus de Reb. Helvetior. lib 2. Cruſ. de præeminent. lib. 1. cap. 17. numer. 12. & ſequent. Lampad. in Deſcript. German. verb. Fulda. Beſold. Theſaur. pract. liter. C. fol. 154. Sixtin. de Regal. libr. 1. capit. 4. numer. 136. Miler. in Archilog. Ordin. Imper. cap. 13. num. 7. circa finem. Rumelin. Diſſert. ad aur. Bull. Carol. IV. fol. 378. Paurmaiſter. de Juriſdict. Imper. Roman. lib. 2. cap. 9. Arumeus de Jur. public. diſcurſ. 28. theſaur. prim. nu. 12. Caſtel. de Præcedent. cap. 6. circa finem. Goluitz. Compend. Geograph. lib. 2. cap. 4. in 5. Circulo Rheni Superioris. Miræus in notis Epiſcopor. & in Geograph. verb. Abbas Fuldenſis. Schroter. Geograph. Hiſtoric. tom. 1. in Circulo Rheni Superioris fol. mihi 113. verb. Fuldenſis Abbas*, aliique præterea ſubdentes, in Conventu Epiſcoporum Germaniæ Fuldenſem Abbatem, Archiepiſcopo Moguntino aſſidentem, cæteris omnibus ſeſſionis honore ante latum fuiſſe, inter quos ſignanter *Altaſerr. Aſceticon. lib. 7. c. 14. in fin. Cruſius de Præeminentiis dicto c. 17. n. 1. P. Chriſtian. Lupus in Diſſertat. de Remenſ. Synod. c. 3. tom. 3. fol. mihi 477.*

Et quidem cum inter tot Monaſteria, & reſpectivè Abbates, connumeratos à *Tamburino* in Partibus Germaniæ, & Galliæ, nequeat ambigi, quòd eorum plures, ſeu non pauci Juriſdictione quaſi Epiſcopali potiantur, optimè recurrere poterat argumentum facile deſumendum à jam adducto Privilegio *Joannis VIII. dicto Summario num.* 12. Cum enim literaliter appareat conceſſus Primatus *ſedendi*, & *judicandi*, ſomniabile non videtur, quòd ex intelligentia, & obſervantia Joannis, qua utique melior exoptari non valeat, Abbas Fuldenſis non foret præditus etiam ipſe activa, & reſpectivè dativa Juriſdictione quaſi Epiſcopali, ad evitandam illam monſtruoſitatem, quæ aliàs eſſet inevitabilis, quòd nempè minori gaudens Juriſdictione, Poteſtate, & Dignitate, præiret, & antecederet habentes majorem Juriſdictionem, & Dignitatem, contra ea, quæ generaliter conclamant, ad *text. in cap. ſtatuimus, de majoritat. & obedient. & in cap. per ſingulas 30. quæſt. 3. Bartol. in leg. 1. num. 46. Cod. de Dignitatib. lib. 12. R. P. D. Petra in Commentar. ad Conſtitution. Apoſtolic. tom. 1. fol. mihi 254. ſub num. 34. Pignatell. Conſultat. Canonic. tom. 3. conſultat. 53. num. 2. Cruſius de Præeminent. cap. 1. num. 12. Daniel. de Nobilibus diſputat. 44. num. 30. & 33. Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 33. num. 85. Pacimell. deciſ. 1. annotat. 3. numer. 46. & annotat. 8. n. 2.* & in individuo Abbatum *Franc. in cap. ut Apoſtolicæ; de privileg. in 6. Navarr. conſil. 5. numer. 2. & 10. de majoritat. & obedient. Tamburin. de Jur. Abbat. diſputat. 25. quæſit. 6. numer. 3. Caſſaneus Cathalog. Glor. Mund. part. 4. conſider. 32. §. Duodecimo Abbates. Engel. in Jus Canonic. in lib. 2. tit. 33. ſub num. 62.* 40

Tranſeundo ad Cæſares, qui inter duo politica magna luminaria, pro univerſi Orbis illuſtratione, & regimine, à Deo conſtituta, cenſentur, incepit *Carolus*, pronomine *Magnus*, & cujus in capite primum Occidentalis Imperii Diadema reſulſit, & deindè proximus ſucceſſor *Ludovicus*, *Pius*, compellatus, *Ottho*, *Conradus*, & *Rodulphus*, ad limites Apoſtolicorum Privilegiorum auxiliare brachium, & munimen Abbatibus concedere pro ſua Juriſdictione, illis à Sancta Sede attributa, liberè exercenda, & præter hos ultimo loco *Henricus de anno* 1370. ex quo Epiſcopus Herbipolen. à divexando, feriendoque Homines, & Caſtrenſes Abbatis, cum gladio excommunicationis, & proſcriptionis, non deſiſtebat in præjudicium libertatis Eccleſiæ Fuldenſis, illum cohibuit, irritando hujuſmodi Acta cum ſuccedanea acquieſcentia ejuſdem Epiſcopi, quæ profectò acquieſcentia nedum oſtendit, quòd Abbatia Fuldenſis erat ſoluta ab omni lege Diœceſana, etiam reſpectu Hominum, ex traditis ad rem per *gloſſ. in leg. qui luminibus ff. de ſerſervit. urban. præd. Felin. in c. Paſtorales, n. 5. in 8. limitat. de Offic. Ordinar. Abbas in d. c. Auditis, ſub num. 13. de præſcript. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 80. nu. 27. Rot. dec. 472. ſub n. 1. cor. Ludoviſ.* 41

Aſt quia ulteriùs inibi Imperator teſtatur, ſe ſe vidiſſe Apoſtolica Privilegia *d. Summario n. 23.* & poſtea prædictum perhibens auxilium reſtrinxit Epiſcopum Herbipolenſem, nemo dixerit, quòd Imperator non fuerit interpretatus, ſeu ſaltem non reputaverit, quòd controverſa Privilegia conſtituerent ſeparatum Territorium, in quo Epiſcopus Herbipolenſis ſe ſe intermiſcere non poſſet, ſimilibus quippè atteſtationibus, factum aliquod concernentibus, plurimum in longè fortioribus *ad text. in Can. Nobiliſſimus diſtinct. 97. & in Clementin. unic. de probationib.* detulit *Rota in deciſ. 881. coram Manzaned. deciſ. 147. num. 1.*

cor. Emerix Jun. deciſ. 90. num. 5. & dec. 374. nu. fin. p. 19. Bononien. reintegrationis 20. Junii 1700. §. Nulla item, coram Eminentiſſimo D. meo Caprara, & 13. Maii 1701. §. Potiori Jure, coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille in Romana Gabellæ 10. Februarii §. Nec relevat, coram eod. in Romana Dotis 3. Junii 1706. §. Fundamentum coram Reverendiſſ. Omaha Epiſcopo Gienen. & magis in individuo *in deciſ. 317. nu. 5. coram bon. mem. Emerix Junior. & in Melevitana Prioratuum 13. Decembris 1706. §. Adhuc in oppoſitum coram me ubi concordantes*.

43 Atque hinc gradatim aſcendendo, & ad intelligentiam, ſive obſervantiam Summorum Pontificum convolando, non nè abindè citra, ac etiam ſub ævo recentiori Sancta Sedes *ſub Eugenio IV. de anno* 1433. commiſit Abbati promulgationem Feſti Sanctiſſimi Corporis Chriſti; *Beatus Pius Quintus ſub anno* 1570. Abbati commendavit extirpationem hæreticæ pravitatis, & adjunxit *Gregorius XIII. de anno* 1573. poteſtatem quoque abſolvendi ab hæreſi jam incurſa, nec non diſpenſandi ſuper defectu ætatis promovendos ad Sacros Ordines, & *ſub ſequenti anno* 1574. etiam alteram pariter impartitus fuit poteſtatem diſpenſandi à macula illegitimitatis *d. Summario n.* 30. 31. & 32. *cum ſeqq.* ſub quibus aliæ etiam prærogativæ continentur, cumque hæc omnia ſolita dumtaxat Epiſcopis delegari, eluceſcerent conceſſa cum ſuppoſito, quòd Abbas teneret Subditos, quorum cura, & ſollicitudo ad ipſum pertineret, ecce ſequebatur, quòd idem Abbas haberet poteſtatem Territorialem, in Clerum, & Populum, quando enim verba principaliter prolata, vel facta præſuppoſitiva promanant ab eo, qui poteſt diſponere, diſponant *c. ſi Papa §. Si autem, & ibi gloſſ. in figurat. caſus verſ. ideò ſi Papa de Privileg. in 6. Fagnan. in cap. cum contingat. num. 41. de for. competent. Cancer. Variar. Reſolut. p. 3. cap. 3. de privileg. & reſcript. nu. 7. & 13. Mohedan. deciſ. 2. verſ. Et cum hæc Inveſtitura de præſumpt. Rot. dec. 116. num. 6. & dec. 138. n. 9. coram Emerix Jun. dec. 262. num. 33. part. 19. recent. & pluribus relatis concordantibus exemplificando proſequitur prima deciſio 28. Jun. 1700. ex §. At quatenus etiam cum ſeqq. & §. Et hæc omnia pariter cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille*.

44 Quid plus (poſtremò conclamabant præfati Scribentes) dum, quod per obſervantiam declararunt externi Auctores, tam Hiſtorici, quàm Juridici, & videntur ſatis apertè ſuppoſuiſſe, & implicitè declaraſſe tot Pontifices, totque Imperatores, confeſſi apparebant quoque ipſimet pro tempore Epiſcopi Herbipolenſes, eorumque Officiales, quemadmodum coruſcabat ex actibus relatis in *Summario Abbatis à nu. 85. ad ſequent.* & latè perpenſis, tam in *prima deciſione diei 28. Jun. 1700. coram Eminentiſſ. de la Tremoille ex §. Nec ſolum Officiales*, quàm in *tertia diei 27. Aprilis 1705. §. Quarto comprobatur aliàs 11. cor. Reverendiſſ. Molines Decano*, nec non ex pluribus inter ipſos Epiſcopos, & Abbates initis concordiis; *de anno* ſiquidem 826. prævia narrativa, quòd tam VVolfgerius Epiſcopus, quàm Ratgarius Abbas cum *ſuis Clericis, & Populis* inſimul convenerint, quæ utique narrativa, etiam de per ſe magis roborabat aſſumptum, quòd eodem modo, quo Epiſcopus, Abbas haberet, & Clericos, & Populum ſibi Subditum, ut ſatis denotat illa dictio *ſuis*, quæ dominicalis eſt: ſive dominium, & poſſeſſionem regulariter importat *leg. 1. in princ. ff. de ſtat. Homin. leg. Quintus Mutius §. Argento, & ibi Bartol. num. 3. ff. de aur. & argent. Legat. leg. cum ſua Ancilla 69. ff. de Legat. 3. Menoch. conſil. 129. n. 7. Gratian. diſcep. for. c. 98. nu. 4. idem Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 116. n. 28. Surd. dec. 142. ſub n. 6. & 9. Rot. dec. 115. n. 6. coram Ludoviſ. & dec. 326. n. 32. p. 11. rec.*

45 De reliquo amicabiliter concordarunt, quod eorum unuſquiſque in Locis, Villis, ſeu Territoriis inibi deſignatis Decimas exigeret, quodque magis eſt Epiſcopus ulterius reſtituit Abbati quaſdam Decimationes indebitè perceptas à peculiaribus Villis ibidem pariter deſcriptis *d. Summario num. 11.* ideoque clara nimis ex hac concordia inſurgebat confeſſio, quòd Abbas verè ordinaria, & quaſi Epiſcopali Juriſdictione fulgeret, dum Jus Decimandi ceſſante peculiari privilegio de Jure non niſi, vel ad Parochum immediatum, vel ad Epiſcopum tanquam Parochum Parochorum, ſive ubi diſtinctæ non ſint Parochiæ ſolet attinere, ex diſpoſitis *in cap. cum contingat, c. cum in tua, & in cap. dudum de decim. cap. Conquerente 16. de Offic. Ordinar. cap. de quarta de præſcript. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 20. à num. 27. ad ſequent. Card. de Luca de Decim. diſc. 1. num. 4. & ſequent. Rot. deciſ. 15. num. 12. coram Peutinger. deciſ. 386. n. 1. coram Bich. deciſ. 1201. n. 1. coram Emerix Junior. dec. 180. n. 9. & ſeqq. p. 7. dec. 333. in princ. p. 10. dec. 344. n. 1. p. 13. & dec. 498. n. 5. par. 19. rec. in Toletana Juriſdictionis ſuper Decimis 21. Aprilis 1690. §. Fundamentum, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano inter impreſſ. ad ornat. Card. de Luc. de Juriſd. dec. 18.*

Similiter idipſum ſtabilitum, & concordatum extitit ſub *anno* 1069. *d. Summario nu.* 18. ſub expreſſa ulterius conventione, quòd ad Abbatem pertinere deberent Decimæ pœnales ex delictis in ditione Fuldenſi committendis percipiendæ, prævalidum ordinariæ Juriſdictionis præſeferentes argumentum ad firmata per *Gonzalez in cap. cum homines il 7. nu. 4. verſ. Circa diviſionem de Decim.* & tandem de *anno* 1231. *eodem Summario num.* 21. alia coruſcabat inita concordia, per quam ſervata penitùs paritate inter Sedem Epiſcopalem, & Abbatialem tractabatur de mutua prohibitione alienandi quædam Caſtra, & regulanda ſubjectione naſciturorum à conjugiis celebratis inter hinc indè, ut ibi nuncupant *Miniſtrales d. Summ. nu.* 21. Stante autem paritate tractatus, & conventionum, reſultat etiam vehemens argumentum æqualitatis in dignitate, & præeminentia, ex connotatis ad rem per *Rotam in deciſ. 665. nu. 14. cum ſeqq. coram Bich.* & in fortioribus *in Neapolitana, ſeu Civitatis Caſtelli deſcendentia 14. Junii 1700. §. Ad comprobandum coram R. P. D. meo Priolo, & in Forolivien. loci Conſilii 5. Maii 1704. §. Quintum magis, cor. Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano, & 7. Maji 1706. §. Cæterum nimis, cor. R. P. D. meo Priolo.* 46

Intercedebat ulteriùs totaliter diſcreta collocatio utriuſque Ditionis Herbipolenſis, & Fuldenſis in circulis Imperialibus Germaniæ, quando reliquæ regulares Abbatiæ nuſquam ſeparabantur à circulo, ſub quo continebatur proprius Epiſcopus, & quando hujuſmodi appoſitio æqua lance cantabat *cum omnibus tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſibi ſubditis*. Et denique non deerat copioſa multitudo, & ut ita dicamus innumera phalanges actuum juriſdictionalium quaſi Epiſcopalium, quos Fuldenſes pro tempore Abbates ſub diverſis temporibus expleverant recenſiti *in d. Summario Abbatis num. 79. cum ſeqq.* ex quibus omnibus magis roborari cæteroquin, ut ſupra ſtabilitam obſervantiam interpretativam plenè demonſtravit *prima Deciſio diei 28. Jan. 1700. ex §. Libero ſemper cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille, & tertia cor. Reverendiſſ. Molines ſub die 27. Aprilis 1705. §. Tertio ſuadebatur*; Quodque ab hac obſervantia interpretativa quæcumque ſublata remaneat, ſi quæ adeſſet, dubietas activæ Juriſdictionis, ex quo litera privilegii non ſit omnino evidens, & clara oſtendit *Pignatell. conſult. Canonic. tom. 5. d. conſult. 85. n. 9. Gabriel. conſ. 66. num. 24. lib. 2. R. P. D. Petra in ſæpiùs relatis commentar. ad Conſtitutiones Apoſtolicas tom. 2. fol. 140. n. 57. Rot. in d. dec. 154. n. 24. cor. Martin. Andr. dec. 459. n. 19. coram Bich. & in Marſic. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono jure 7. Junii 1700. §. Poſito autem, coram bon. mem. Muto.* 47

Pro coronide demum non leve decus, atque fulgidam veriſimilitudinem, ſive demonſtrationem adeptæ Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis infundebat qualitas admodum inſignis, quæ coruſcabat in perſona Abbatis ſæpè ſæpiùs ſe nominantis Archicancellarium Divæ Auguſtæ, *ut in d. Summario Abbatis num. 74. in princ.* reſpectu quoque ejus Ditionis, dum præter principatum in Imperio cum penitùs coæquali tractatione in ordine ad Epiſcopum Herbipolenſem Abbati ab Imperatore Henrico facta *eodem Summario Abbatis num.* 23. adeò inter reliquos Abbates regulares licèt probabiliter quoque ſuffultos quaſi Epiſcopalis Ju- 48

riſdictione præeminebat, ut nedum interſuerit pluribus Oecumenicis Sacroſanctis Conciliis, & ſpecialiter extiterit invitatus ad noviſſimam generalem Synodum Tridentinam à *ſan. me. Paulo III.* ejuſdem Concilii verò inchoatore *d. Summar. num.* 24. *lit. B.* verùm quoque ubi cæteri Abbates regulares votum deciſivum non conſtituunt, niſi in numero trium in eadem ſententia convenientium ex notatis per *Cardin. Pallavicin. in hiſtor. Sacr. Concil. Tridentin. part.* 1. *lib.* 6. *n.* 4. ipſe Abbas Fuldenſis de per ſe Jus habeat ex ſpeciali *Gregorii IV.* Privilegio efformandi integrum votum teſte *P. Chriſtiano Lupo in diſſert. de Rhemenſ. Synod. tom.* 3. *fol.* 477. quæ ſanè integritas voti de jure ſolùm competit Epiſcopis, ut eſt notorium, & habetur *in Canon. ſecundo omnia diſtinct.* 12. *& Canon. Synodum eadem diſtinction.* 12. *Canon. Canones diſtinct.* 5. *ubi Gloſſ. V. Sacerdotum, & in Synod. Calcedonenſis artic.* 1. *relata per Tamburin. de Jur. Abbat. diſputat.* 24. *quæſt.* 1. *num.* 1. *Azor. Inſtitution. Moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. *verſ. Ut his omnibus, & verſ. Ad ultimum*, vel, nonniſi ex privilegio Abbatibus, & inferioribus Prælatis quaſi Epiſcopali Juriſdictione præditis, ſicuti proſequuntur *Azor. loc. cit. verſ. quinto quæritur Cardin. Jacobat. de Concil. part.* 1. *lib.* 2. *artic.* 2. *n.* 51. *&* 52. *tract. magn. tom.* 13. *Alvarez. in ſpecul. Jur. Pontific. c.* 51. *§.* 2. *Ventrigl. de Juriſdict. Epiſcopal. c.* 33. *n.* 10. & loquens de Abbate Fuldenſi ad rem obſervat *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſpat.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 3. *in fin.*

49 Hæc itaque in ſubſtantia erant, quæ robuſtè per ſæpè ante dictos informantes pro Abbate promovebantur ad finem ſubſtentandi hujuſmodi quoque ſecundum caput activæ, ſeu conceſſivæ Juriſdictionis; At è converſo, partim remiſſivè ad præcedenter diſcuſſa in antecedentibus propoſitionibus, utpote fidentes implicitè rejectionis hujus ſecundi capitis contentæ *in noviſſima brevi Deciſione Reverendiſſimi D. mei Decani ſub die ſcilicet* 20. *Novembris* 1703. nec non alteri magis expreſſæ *ſub die* 16. *Febr.* 1702. *cor. eodem*, partim aliquid addentes in hodierna diſquiſitione, ſcribentes quoque pro Epiſcopo, non minus ſtrenuè obtruncare ſatagebant tale ſecundum caput, conſtabiliendo in primis regulam, cum qua nullam dicebant habendam fore conſiderationem illius ratiocinationis, ſive diſtinctionis inter privilegia magis, vel minus vetuſta, quemadmodum revera indiſtinctè, ſeu de facto quantumvis in caſuum contingentiis ageretur de interpretatione privilegiorum antiquiſſimorum conſtantiſſimè *omnium Canoniſtarum* Schola, *& Sacra Rota* proceſſit, ut præcæteris liquet ex animadverſis *in dec.* 54. *num.* 6. *cor. Martin. Andr. dec.* 207. *ſub num.* 1. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 295. *ſub num.* 11. *& dec.* 840. *ſub n.* 2. *&* 3. *coram Emerix Jun. dec.* 324. *nu.* 2. *&* 3. *part.* 1. *dec.* 483. *ſub nu.* 10. *& ſeqq. p.* 14. *recent. cum concordantibus, de quibus in Gerunden. Juriſdict. ſuper bono jure* 5. *Martii* 1692. *§. Abſque eo quod cum ſeq. cor. Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

50 Aliàs quippè ſi huic ratiocinationi, ſeu diſtinctioni inter privilegia antiquiſſima, vel magis moderna, & noſtro ævo vicina aures intellectus præſtandæ eſſent, perperam, ut ità dicamus, inſudaſſet *Bonifacius*, qui ſtudioſam illam edidit decretalem hodie regiſtratam *in c. ſi Papa* 10. *de Priv. in* 6. ad præciſum finem ſtatuendi, quòd verba privilegiorum ſingillariter ſint, & accuratè examinanda, atque ad hunc eundem effectum fruſtrà plures formulas eorundem privilegiorum indiſtinctim, & non conſiderata temporum antiquitate, expoſuiſſet, & reſpectivè diverſimodè eſſe intelligendas injunxiſſet, ſub ulteriori declaratione, quòd non idcircò, ſi adeſſent aliæ formulæ, non forent, & illæ ſpecialiter perpendendæ, ideoque facilè erat arguere, quod certè ſi exhibita tunc fuiſſent eidem Pontifici *Bonifacio* privilegia conceſſa Abbatiæ Fuldenſi illa ad veram, & individualem importantiam verborum, & non ultra, explicaviſſet, prout in rei veritate explicavit Summus Pontifex ſub *d. c. ſi Papa, §. Si autem*, ac quoque faciendum eſſe ad explanationem, & ornatum *ejuſdem Textus* monuerunt *Innoc. in c. dilectus de offic. Archidiacon. Felen. in cap. grave num.* 2. *de offic. ordinar. Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 212. *ſub num.* 43. *verſ. Territorium*, *Rot. dec.* 340. *nu.* 16. *part.* 15. *rec. aliique ſuperius relati ſub §. Secunda non minus, & in Leodien. Juriſdictionis ſuper bono jure* 29. *Aprilis* 1701. *§. Vindicata, cor. R. P. D. meo Priolo.*

Reflectendo ulteriùs, quòd ſi ex una parte ruditas, ſeu ſimplicitas priorum temporum non adinvenerat fortaſſe modos, quibus magis dilucidè in privilegiis explicaretur per S. Sedem conceſſio hujus Juriſdictionis, quaſi Epiſcopalis attributæ Prælatis, ſeu Præpoſitis inferioribus, ſicuti practicatum dicebatur poſt Juris Canonici promulgationem, & Sacri Concilii Tridentini celebrationem; Ex altera non minus parte adeo tunc, & valdè poſtea nova erant, & inexcogitata, tam exorbitantia privilegia, per quæ, tranſgrediendo terminos puræ exemptionis, prætenderetur conceſſum Jus aliquod Territoriale, ſeu quaſi Epiſcopale hiſce Prælatis, & dignitatibus inferioribus, *ut Ludovic. Tomaſſin. in præcitat. ſua veter. & nov. Benefic. diſciplin. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 8. *&* 9. *& cap.* 35. *num.* 7. mentionem faciens de primordiali privilegio Zachariæ conceſſo Abbati Fuldenſi, illudque regiſtrans quaſi admirandum, obſervaverit hujuſmodi privilegium primum in Eccleſia Dei extitiſſe, quòd tam latè, & amplè protenderet, ut *abſolveretur Monaſterium ab Epiſcopi Spirituali poteſtate*, & quòd S. Adeodatus ſedens in Apoſtolica Cathedra *de anno* 670. fuerit primus ex Romanis Pontificibus, qui ſimplicem & nudam tantummodò conceſſerit exemptionem Monaſterio B. Martini illud per ante inauditam novitatem liberando à poteſtate Juriſdictionali Epiſcopi Turonenſis, refert *idem Tomaſſinus loc. cit. n.* 7. *& ſeqq. & ante eum Card. Baron. in ejus Annal. Eccleſiaſt. ad ann.* 676. *fol. mihi* 519. *lit. D.* & generaliter *ex Card. de Luc.* advertit *De Roſa de Reſident. Epiſcop. c.* 4. *ſect.* 6. *n.* 394. *in fin. verſ. Quia in illis primitivæ Eccleſiæ temporibus.* 51

Regula igitur, quam meritò poſthabita præfata ratiocinatione, ſeu diſtinctione prænominati ſcribentes pro Epiſcopo adducebant, illa erat revera communiſſimè recepta, quod ſive agatur in materia privilegii purè exemptivi, ſive verſemur in privilegio magis aſpero, veluti magis à jure communi aberrante, ut eſt illud attribuendi Juriſdictionem Epiſcopalem perſonæ inferiori, ſeu non Epiſcopo, enim ſemper in hujuſmodi caſu cenſeatur, & ſit præjudicialis, & odioſa conceſſio activæ juriſdictionis, & vera ſeparatio Territorii, illa proindè omninò debet probari verbis ita claris, & expreſſis, ut in alium ſenſum retorqueri, & detorqueri nequeant, quemadmodum notant communiter *Canoniſtæ* non ſolùm *in d. c. ſi Papa, ſed in cap. ex part.* 18. *de Privilegiis, & in cap. cum perſona eodem tit. in* 6. *Cokier. de Juriſd. in exemp. part.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 3. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 1. *q.* 24. *n.* 91. *& ſeqq. Rot. dec.* 338. *n.* 11. *coram Priol. in Brixien. Juriſdictionis* 5. *Julii §. Quibus potiùs, coram Eminentiſſimo D. meo Caprara, & in Leodien. Juriſdictionis* 11. *Aprilis* 1698. *§. Neutra coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano confirmata die* 4. *Febr.* 1699. *cor. R. P. D. meo Priolo.* 52

Altera (pariformitèr ſubdebant) regula coincidens in idem, & communiſſimè pariter approbata ſuccenſet, quòd quidquid literaliter per Privilegium non adimitur, & auſertur, & alteri datur, reputatur Epiſcopali Dignitati, vel locorum Ordinariis, & in eorum ſubſidium correlativè ad dicta ſuperius Papæ, tanquam Ordinario Ordinariorum, ut priùs ſive de jure Divino, ſive poſitivo reſervatum, juxta ſæpiùs canonizatam Theoricam *Ancharan. in cap. poſtulaſti n.* 45. *ante med. verſ. quid de foro competent. Franc. in c.* 2. *num.* 2. *verſ. quando Prælatus de conſtitution. in* 6. *Marant. reſponſ.* 81. *num.* 44. *lib.* 3. *Rot. deciſ.* 55. *num.* 6. *& deciſ.* 80. *num.* 4. *poſt Tamburin. de Jur. Abbat. dec.* 321. *n.* 5. *coram Burat. deciſ.* 218. *nu.* 23. *coram Royas deciſ.* 324. *num.* 5. *part.* 1. *deciſ.* 70. *num.* 32. *p.* 13. *dec.* 191. *num.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 640. *num.* 22. *part.* 19. *rec. in Barchinon. Juriſdictionis* 2. *Maii* 1681. *§. in Deciſione cor. clar. mem. Cardinali Matthæio, & in Baren. Juriſdictionis ſuper negocio principali* 26. *Aprilis* 1694. *§. Neque Juris, coram bo. me. Urſino, & in Leodien. Juriſdict.* 11. *Aprilis* 1698. *§. Neutra, coram R. P. D. meo Molines Decano.*

54 Horum autem Ordinariorum, ſive Epiſcoporum nomine comprebenduntur non ſolùm illi Epiſcopi, qui probant, quod loca conſtitutiva prætenſi Territorii Nullius ſita reperiantur intra Cancellos, limites, & confinia propriæ eorum Diœceſis, ſed ſub antiquitatis fortè caligine verſantibus talibus Confiniis, illi etiam reputentur, qui ut ad præſens circumdant vel adjacent immediatè eiſdem locis prætenſis de Territorio ſuo ſeparato ab alio Prælato inferiore, dummodò non concurrat altee Epiſcopus (prout fortè poſſet in caſu noſtro omnium antiquior Archiepiſcopus Mnguntinns) qui illa loca vindicare ſatagat, tanquam propria, ſicuti, quidquid nonnulli cenſuerint, in praai certum eſſe teſtatur *Card. de Luc. Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc. 1. ſub n. 92. verſic. minùs verò*, & cum eo conveniunt relati per *Faguan. in c. Nullus n. 23. & 24. de Paroch. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 918. num. 2. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſit. 9. num. 5. & 6. Rot. deciſ. 310. num. 2. penes Poſth. de manutent. deciſ. 309. num. 4. coram Dunozet. Jun. & dec. 106. n. 16. p. 19. rec. & in Toletana Juriſdictionis ſuper manutentione 5. Marti 1692. §. Fuit decidendi ratio, coram Reverendiſſimo Melines inter impreſſas ad ornatum Cardinalis de Luc. tom. 3. de Juriſdict. dec. 19. num. 1.*

55 Atque binc jactis hiſce ſtabilimentis, deſcendenteſque ad diſcuſſionem ſingulorum Privilegiorum, quæ pro parte Abbatis fuerant exhibita, ſubnectebant præcitati Scribentes, quòd illud Zachariæ neque per umbram poſſe extorqueri ad ullam, vel minimam transfuſionem juris activi, quaſi Epiſcopalis in eundem Abbatem, nam ad partes illius viſcera introenndo, atque anathomica perquiſitione perſcrutando quantum ſpectabat ad illa generaliora verba ſignificantia receptionem ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, illa neque de Jure ſuffeciſſent ad parturiendam meram paſſivam exemptionem, ex traditis ad mentem *d. Cap. ſi Papa in princ. de privileg. in 6. per Oliv. de for. Eccleſ. part. 3. quæſt. 12. num. 64. R. P. D. Petra in prælaudatis comment. ad conſtitution. Apoſtolic. tom. 2. fol. mihi 136. num. 42.* & arguendo ab exemptione paſſiva ad conceſſionem activæ Juriſdictionis benè *Rota deciſ. 48. numer. 2. & 3. coram Millin.* Sed quia idem privilegium ad petitionem D. Bonifacii ſupplicantis, quòd *Fuldenſe Monaſterium juxta Ripam Fluminis ejuſdem nominis privilegio Sedis Apoſtolicæ decoraretur, ut ſub Juriſdictione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtitutum nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmitteretur* expreſsè continebat, quòd facta tali mancipatinne, ſunt verba præciſa *cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem, vel Epiſcopum in Fuldenſe Monaſterium ditionem quamlibet babere, aut auctoritatem, vel poteſtatem poſſe exercere, præter Sedem Apoſtolicam, probibens, ita ut niſi ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibidem quiſpiam celebrare præſumat*, hæc ſanè formula loquendi nihil aliud importabat, quàm puram, & ſolam exemptionem, veluti per neceſſarium antecedens expreſsè diſſolvens legem, & Juriſdictionem Diœceſanam, prout adamuſſim exemplificat *Bonifacius in d. c. ſi Papa §. Si autem*, & meliùs in §. *Et eſt idem* ibi — *Et eſt idem ſi privilegium contineat, vel ipſe Papa per modum exprimat ſupraſcriptum, quòd Eccleſia ſit libera, ſeu quòd potiatur Romanæ Eccleſiæ libertate, vel quod in boc prærogativa gaudeat ſpeciali, aut ſi dicat indefinitè, quòd Eccleſiæ Romanæ annuum Cenſum ſolvat ad præcepta indicium libertatis, ſive quòd ipſam Eccleſiam eximit ab Ordinarii Poteſtate, vel quòd non audeat illic Epiſcopus Cathedram collocare, aut imperandi, ſeu ordinationem quamvis leviſſimam faciendi exercere aliquam poteſtatem*, & tradunt cumulati *per Fagnan. in cap. cum Capella num. 11. de Privileg. Barboſ. in d. cap. ſi Papa num. 1. & ſeqq. eodem titul. de Privileg. in 6. Marant. reſponſ. 21. numer. 67. tom. 4. Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap. 30. numer. 174. Rot. deciſ. 359. numer. 13. coram Emerix Jun. & in Firmana Juriſdictionis 13. Martii 1702. §. 4. coram Reverendiſſ. P. D. Molines Decano.*

56 Compertoque idcircò, quod prænominata verba prohibitiva *ne ullus Epiſcopus auctoritatem deſuper exerceret* ſiſtant in primo paſſu ſolius exemptionis paſſivæ, parum omninò faciebat illa alia ſpecialitas ſuperiùs ponderata, quòd non ſolum *locus ipſe eam ab ipſo Zaccharia, & religioſis viris ditatus, ſeu dotatus, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectus inconcuſsè permaneret*, ſed quòd etiam *locis quoque, & rebus tam eis, quæ modernо tempore poſſidebat anùm quæ futuris temporibus hujus ipſius Monaſterii divina pietas voluiſſet augere ex donis, & oblationibus fidelium abſque ullius perſonæ contradictione firmitate perpetua perfrueretur* — Quoniam ſi locus ipſe Principalis, videlicèt Monaſterium cum Eccleſia vigore antecedentium, ut ſupra, verborum non fuerat niſi dumtaxat exemptus, veluti dos primæ fundationis, quid aliud importare volebat extenſin ad alias res, & loca futura, niſi eandem nudam exemptionem, dum copulatum non debet eſſe diverſæ naturæ ab illa, cui copulatur, & dum quid eſſent iſta loca inferiùs Zaccharias explicavit per illa verba, *ſive in Prædiis, Sylvis, Nemoribus, Pratis, Villis, Vineolis, Molendinis*, abſque eo quod unquam Pontifex mentionem fecerit de perſonis, quando notorium eſt ex prænominato *Textu in cap. per exemptionem, de privileg. in 6.* quòd exemptis locis, exemptis Eccleſiis, exemptis Monaſteriis, nunquam cenſeantur exemptæ, & avulſæ ab Juriſdictione Epiſcopi perſonæ, ut in durioribus de exemptione Locorum, ſeu Bonorum à Juriſdictione Epiſcopi, etiam quoad Decimas, Primitias, onus ſuſcipiendi Ordines, & Chriſma, & accedendi ad Synodum, non per hoc cenſeatur datum, & conceſſum Territorium ſeparatum, per hæc fermè verba, aliis adductis, diait *Rot. deciſ. 840. num. 4. coram Emerix Jun. & in Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jure, prima Martii 1690. §. Poſſet exemptio, coram bon. memor. Benincaſa.*

Nullamque pariformiter vim inferebat ſubalternans 57
ponderatio, quòd eo ipſo, quòd Loca etiam futura, quæ continebantur ſub Privilegio Zachariæ, veriſimiliter forent hominibus repleta, maximè dum deinceps Carolus Magnus, & Pipinus ejus fratee, ſub expreſſione pariter locorum idem privilegium Imperiali munimine roboravit, proindè, & iidem homines venirent ſub exemptione conceſſa: quia quicquid eſſet de bac veriſimilitudine, & prætermiſſa pronunc reſponſione, & replicatione, danda ſubſequenti privilegio Stephani III. literaliter exprimenti *homines*; profectò hujuſmodi ponderatio, hujuſmodi illatio longè erat à principiis Sacrorum Canonum, dum in præcitato *cap. per exemptionem 11. de privileg. in 6. exempta Eccleſia — ipſa quidem Eccleſia*, ſunt verba teatus, *& ipſius Monachi, & Canonici, & Clerici etiam, & Converſi, perpetnoque oblati, non autem Eccleſiæ ejuſdem Presbyter, qui Parochianorum curam habet, quoad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi Parochiani etiam intelligantur exempti*: Ac propterea ſatis non erat, quòd loca eſſent repleta hominibus, ad hoc ut idem homines exempti cenſerentur; quid enim magis repleat Eccleſiam Parochialem, quàm Presbyter ejuſdem Parochialis? quid melius, quam ipſi Parochiani? conſtituentes eandem Parochiam, & nihilominus iſti minimè comprehenduntur? niſi ſpecificè nominentur, ut cum eadem cenſura *Textus* monent quoque *ibidem Canoniſtæ*, & præcæteris *Joannes Andræas, Ancharan. Franc. num. 3. verſic. quinto Angel. V. exemptus, nu. 1. verſic. & exempta. Paſſerin. ſub num. 1. & ibidem Barboſ. in Collectan. Doctor. ſub num. 1. & 4. Marant. tom. 4. reſp. 21. n. 67. Franceſ. de Eccleſ. Cathedralib. cap. 3. nu. 163. Cokier. de Juriſdict. in Exempt. part. 1. quæſt. 13. num. 4. cum concordantibus, relatis in prælaudata Firmana Juriſdictionis 10. Maji 1700. §. Concors tamen, coram Reverendiſſimo Molines.*

Idque tam ſolidum, & verum, ut licèt Sedes A- 68
poſtolica eximeret Eccleſiam cum pertinentiis ſuis, eamque ſic exemptam largiretur alicui, non jam Abbati Regulari, vel alteri Prælato inferiori, ſed alicui jam præexiſtenti Epiſcopo concederet, & donaret; poſſet quidem is Epiſcopus potiri activa Juriſdictione in ipſa Eccleſia, ſed non in illius Parochianos; quamvis etenim major pertinentia dari nequeat pro fundanda ſubſtantia Eccleſiæ Parochialis, quàm illa Parochianorum reſpectu ejuſdem Eccleſiæ, attamen Populum, & Parochianos non venire ad celebre *Conſil. Calderin. il 6. titul. de donationibus*, ul-

tra

tra generaliter affirmata per R. P. D. *Petra ad Conſtitution. Apoſtolic. d. tom. 2. fol. 136. n. 43. Rot. dec. 14. n. 12. coram Duran. dec. 181. n. 10. & 11. cor. Carill. & dec. 233. ſub nu. 30. part. 10. rec.* ſtabilivit, cum ſubſecuta approbatione S. Sedis, ad explanationem per vetuſti Brevis *Gregorii IX.* Sacra particularis *Congregatio* quinque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, in illa famigerata *Florentina Juriſdictionis* inter *Archiepiſcopum Florentinum, & Epiſcopum Feſulanum*, de qua etiam meminit opportunè *Rota in d. Firmana Juriſdictionis 15. Aprilis 1701. §. Non officiente, aliàs 17. cum ſequenti, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano*.

59 Eaque omnium eſt ratio, quia, ut præmiſimus, quando tractatur de tribuenda exemptione, vel etiam Juriſdictione, maximè Prælato Inferiori, adeò materia eſt odioſa, & habet contra ſe Juris reſiſtentiam, ut nuſquam illa amplectatur, quæ non fuere ſpecificè expreſſa, etiamſi eſſent annexa, & connexa, aliàs admitteretur extenſio in re, in qua illam explicitè Jura abhorrent, & execrantur, ex doctrina *Felin. in c. audita, n. 9. verſic. cæterum, cum ſeqq. de præſcription. Fermoſin. in c. cum contingat, quæſt. 2. n. 14. de for. compet. Lap. allegat. 70. ſub n. 9. Rot. in Barchinon. Juriſdictionis 12. Junii 1682. §. Et ut penitus, coram clar. mem. Cardinali Mattæio*.

60 Et de facto *ſupra laudatus Thomaſſinus*, qui in contrariis *Deciſionibus* circumferebatur pro Abbate, quantumvis, ut præmiſimus, obſtupeſcens, magnificaverit hoc de cætero inſuetum tunc temporis Privilegium, non tantùm loquens de eodem Privilegio Zachariæ, ſed de approbatione, ſeu confirmatione Pipini Regis, in primis annotat, idem Privilegium, prout aſſerebat ipſe Pipinus, prodiiſſe cum conſenſu Epiſcoporum, *quos veriſimile non erat conſenſiſſe*, ſunt verba Auctoris, *ſuæ juriſdictionis tanto detrimento, vel potiùs excidio* — verùm poſitivè firmat, quòd licèt de tempore traditi Privilegii ob Fidelium defectum nulla extarent veſtigia impreſſa Epiſcopalis poteſtatis, atque ita juſtum foret, quòd Cœnobio Fuldenſi, ob merita delegationis exercitæ à D. Bonifacio, barbaras illas Gentes ſuavi Chriſti jugo ſubjicientis, uberius privilegium concederetur, non tamen Reges, atque Pontifices contulerunt uſque ad tempora Caroli Magni ulla privilegia, *quibus Epiſcopalis Juriſdictio penitùs elideretur, ut videre eſt in ſuperiùs relato cap. 35. de Benefic. p. 1. lib. 3. num. 7. in fin.* & generaliter tradunt latè relati *per Rot. in d. Firmana Juriſdictionis 10. Maji 1700. §. Domini tamen, cum ſeqq. alias §. 10. & 11. cor. Reverendiſſimo Decano*.

61 Submoto obſtaculo hujus primi Privilegii Zacchariæ, ſucceſſivè præfati Scribentes pro Epiſcopo, eo minùs obſiſtere dicebant, ſeu in aliquo obeſſe, ſuccedaneum Privilegium *Stephani III.* nam & ſi in eo legeretur adauctum confirmationis factæ quoad Indultum Zaccbariæ illud verbum *Hominibus*; Adhuc præterquam tale vocabulum nec aderat in antecedenti Privilegio Zaccbariæ, nec deinceps fuit amplius appoſitum in cæteris confirmatoriis, & etiam amplioribus privilegiis, ex quo fortaſſe tale verbum noluerunt iidem ſubſequentes Pontifices approbare, adhuc non per hoc trahendum erat Indultum Stephani ad aliquem intellectum, qui poſſet excedere interpretationem quibuslibet privilegiis exemptivis attributam à prædicta ſanctione *Text. in c. Per exemptionem* coercendo generalitatem, ut par erat, ejuſdem verbi *hominibus* ad Monachos, Clericos, & Converſos, & Oblatos ejuſdem loci, ſcilicèt Monaſterii, & ſimilium accreſcendorum pro tempore Monaſteriorum, Eccleſiarum, aut Granciarum Abbatiæ, dum, ut diximus, exorbitantia materiæ non patitur, ut fiat benigna interpretatio, ſed quantum fieri poſſet coarctetur, & reſtringatur, de facto *Pignat. d. conſultat. 85. n. 7. tom. 5.* ſupponit, & vult, quòd ultra Monaſterium, & perſonas clarè in Privilegio nominentur, & eximantur loca omnia, & perſonæ ſubditi, & populus univerſus, alias aderit quidem exemptio, & juriſdictio in perſonis alioquin ſubditis, & mancipatis, ſed non in locis, & in Clerum, & in populum, ut cum *Franc. in cap. per exemptionem nu. 3. verſic. quinto nota ibique Ancharan. n. 3. verſic. quarto nota de privileg. in 6. Guglielm. de Monte Laudano in Clementina Paſtoralis n. 24. lib. 1. firmat Rot. dec. 324. n. 6. p. 1. rec.* quæ loquitur de celebri Principatu, & inſigni Abbatia Sancti Galli ejuſdem Ordinis S. Benedicti apud Helvetios in contentione cum Epiſcopo Conſtantien. & poſtea proſequitur *Gratian. diſcept. for. c. 918. num. 12. & 33. eadem Sac. Rot. deciſ. 28. per tot. & ſignanter nu. 16. p. 9. recent.*

62 Et de reliquo quid requiratur ad conſtitutionem veræ exemptionis, nec non Juriſdictionis activæ cum ſeparatione Territorii, quòd ſcilicet neceſſaria ſit aſſignatio confinium in Privilegio cum aliis importantiſſimis circumſtantiis: & verbis videre eſt penes *Joannem Andr. in capit. nimis de Jur. Jur. Ancharan. in cap. poſtulaſti num. 4. de for. competent. Geminian. in cap. 2. verſic. quæro, de conſtitution. in 6. Fagnan. in c. ſignificaſti de offic. Archidiac. num. 17. & ſeqq. in cap. Nullus de Parochiis num. 40. & 41. & in cap. cum dilectus de Religioſ. Domib. Pignattell. conſult. Canon. tom. 8. conſul. 59. n. 20. Cokier. de Juriſdict. in exempt. part. 1. quæſt. 9. num. 2. & ſeqq. Lotther. de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 24. à num. 112. ad ſeqq. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 34. num. 9. verſ. altera De Roſa de reſiden. Epiſcop. cap. 4. ſect. 6. ſub num. 404. Rot. deciſ. 483. n. 13. part. 14. dec. 340. num. 17. part. 15. recent. in Gerunden. Juriſdictionis 5. Martii 1695. §. Non obſtat, coram R. P. D. meo Molines Decano inter impreſſas ad ornatum Card. de Luc. tom. 3. de juriſdict. dec. 20. nu. 5. & in Romana Juriſdictionis ſuper reſervatis 15. Aprilis 1701. in §. Secundum fundamentum cum pluribus ſeqq. coram eodem*.

63 Non omittendo; quòd neque illud verbum *Hominibus* ſtabat intra viſcera indultæ exemptionis, ſive ſolutionis à lege Diœceſana, quæ deſinit in illis verbis — *præſumat celebrare* — ſubſequentia quippè verba præſeferentia quoque dictionem averſativam *autem*, ut ibi — *locus autem idem ſimul cum rebus, & Hominibus tam iis, quæ moderno tempore &c.* reguntur ab alio diſcreto, & indifferenti verbo *perfruatur*, ut ibi — *abſque ullius perſonæ contradictione* (locus ſcilicet, ſive Monaſterium) *perpetua firmitate perfruatur*; undè tam ſeparatio orationis per modum, ut diximus, adverſativum, quàm ſeparatio vocabuli, & diverſitas inter *prohibemus, & perfruatur* ſatis maniſeſtabant in eiſdem poſtremis verbis non agi de ulla exemptione quoad bona, & perſonas, ſed de ſimplici fruitione, ſeu temporalitate, quòd eſt conſonum iis, quæ afferuntur *per Tomaſſin. d. part. 1. lib. 3. cap. 30. num. 9.* ibi — *antè ea tempora privilegia, & libertates Monaſteriorum non pertinebant niſi ad tuitionem temporalium Bonorum, quibus, ut irretractabilis firmitas adderetur, interponebatur Sedis Apoſtolicæ auctoritas à Regibus ipſis privilegia Monaſteriis concedebantur, ut ſubmoveretur ab eorum rebus temporalibus laicorum graſſatio, & deprædatio, utque libertates ab Epiſcopis, & Pontificibus indultæ hoc etiam præſidio convaleſcerent*.

64 Ejuſdem irrelevantiæ erat (uti pariter proſequebantur) alterum Privilegium Joannis VIII. quatenus enim pertinebat ad magis genericam illam conſiderationem, quòd Abbas Fuldenſis conſacrandus eſſet dumtaxat à Sancta Sede Apoſtolica, quòd cæteræ Eccleſiæ noſcere deberent *Fuldenſem Eccleſiam ſpecialem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eſſe Filiam* ad ſummum coadjuvabat, vel præſeferebat magis ſuperiùs admiſſam exemptionem, ut ad literam declaravit idem Bonifacius in dicto *capit. ſi Papa de privileg. in 6.* ibi — *ſive ad jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ, vel ad Romanam Eccleſiam ſpecialiter pertinere, per hoc debet Eccleſia hujuſmodi exempta judicari ibique Barboſ. numer. 1. Paſſerin. de ſtat. homin. quæſt. 18. artic. 10. inſpect. 10. à numer. 689. ad ſeqq.*

65 Quo verò ad Primatum inter omnes Galliæ, & Germaniæ Abbates *ſedendi, & judicandi, & Concilium cum cæteris Abbatibus habendi*, quidquid eſſet an hæ poteſtates, ſeu prærogativæ implicarent, ſive denotarent aliquam Juriſdictionem in abſtracto, ſanè in concreto, & ad effectum præciſum, de quo erat quæſtio nihil concludebant, cum eadem prærogativa ſedendi, judicandi, & concilium habendi non eſſet particulariter, ſive disjunctim, & ad partes data Ab-

bati Fuldenſi, ſed per modum prælationis tantummodò, & bujuſmodi ſolùm Primatus, quando ſedebat cum aliis Abbatibus; qui enim habet facultatem Judicandi quocunque modo ſigoificativam Juriſdictionis habet illam ex ſe, non autem admixtam eum aliis certo eertiùs non habentibus illam Juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, & Tertitorialem, quæ prætendebatur, & ſic intelligenda erat iſta prærogativa primatus judicandi, & Concilium habeudi non jam pro facultate indicendi Synodum propriam indifferentem, ac Diœceſanam, exercendique contenrioſam judicatutam io Clerum, & Populum Secnlarem, ſed intra lineam, & ſphætam Monaſticæ ſeſſionis, Monaſtici Judicii, & Monaſtici Capitularis Conventus, ſeu Comitiorum; Primatus ſiquidem, qui nihil in ſubſtantia tribuit præter titulum, & præeminentiam inter plures ejuſdem tamen Ordinis, & Auctotitatis, non datut niſi ſupponat aliorum de cætero paritatem, ut de ſe patet, & ad propoſitum obſetvant *Anaſtaſ. Germon. de Sacr. Immunnat. lib. 2. cap. 4. col. 2. verſ. Primatum Frauces de Eccleſ. Cathedralibus cap. 1. num. 109. & cap. 33. num. 92. Engel. in Jus Canon. lib. 1. tit. 33. de majoritat. & obedient. §. 4. num. 23.*

66 Atque ita bujuſmodi Ptimatus ad praxim redactua nibil ultra præſtare valebat, quàm quod Abbas Fuldenſis inter cæteros Galliæ, & Germaniæ Abbares Primatum baberet ſedendi, hoc eſt primi loci, conſecutivè etiam judicandi, boc eſt ante alios tradendi ſuffragium, & Capitulum tenendi, ſive babendi inſra propriam Hierarchiam Regularium Ordinis Sancti Benedicti, imò addi poſſet, & convocandi, cum ad digniorem inter plures de jure ſpectet Jus indicendi, ſeu convocandi Capitulum *c. poſtulaſti de conceſſ. præbend. Abb. in cap. cum Nobis num. 9. de elect. & in c. 1. de major. & obed. num. 4. Frances de Eccleſ. Cathedral. c. 23. uum. 102. Rot. in Gerunden. Juriſdictionis ſuper Jure convocandi Capitulum 14. Junii 1702. §. Et deinde, in fin. cor. R. P. D. meo Priolo, & in Motulen. ſuper bono jure 27. Januarii proximi præteriti §. Profligatis rationibus, cor. Me.*

67 Non omiſſo, quod etiam ſenrſim à præmiſſa conſideratione, facultas judicandi, imò, & ſuſpendendi, & excommunicandi etiam laicos, quam ex ptivilegio habet Prælatus Inferior non facit, quod non ſubſit Epiſcopo, ut docet aperta *Gloſ. in cap. cum ad Eccleſiam V. Eccleſiaſtica ſeutentia* ibi -- *illud generaliter traditur, quod quilibet Prælatus Collegiatæ Eccleſiæ, licèt ſubſit Epiſcopo, eſt tamen Judex Ordinarius in plebe ſua, & habet Juriſdictionem cognoſcendi, & excommunicandi de offic. Judic. ordinar. & proſequuntur Butr. in cap. cum contingat 13. uum. 14. propè fin. verſ. poterunt etiam excommunicare de foro competent. Rot. deciſ. 69. num. 27. cum ſeqq. part. 19. recent.* imò quòd nec ubi privilegium dicat -- *ſine aliqua moleſtia, & contradictione Ordinarii, ſive Epiſcopi poſſit judicare &c.* non ob id facultas judicandi efficiatut privativa, ſed in omnem caſum intelligatur cumulativa cum verò Ordinario, ſive Epiſcopo, ita nt exigatur, quòd probibeantur ſubdit expreſsè coram alio litem aſſumere, ad rem ſubnectit R. P. D. *Petra in ſæpè citatis commentar. ad conſtitutiones Apoſtol. tom. 2. fol. mihi 137. n. 45. verſ. neque Juriſdictio ex inibi relatis Tondut. de prævent. p. 2. c. 11. n. 3. Mart. Medic. examinat. 32. n. 25. & 26. de Franch. deciſ. 541. n. 7. Gratian. 78. n. 18. & 38. ubi concordant.*

68 Prout neque negligendo, quod illa alia facultas *Concilium babendi*, quæ aliàs, ut præmiſimus, non poterat in caſu concreto ſignificare poteſtatem veram Synodum Diœceſanam efformandi, attento quod Primatus in genitivo vocabulo explicatus babendi Concilium cum relatione ad cæteros Abbates Galliæ, & Germaniæ nequibat intelligi de vera Synodo, quæ celebratut cum ſolis, propriiſque ſubditis, non verò cum exteris, iiſque æqualibus, ac è longinquo diſtantibus, maximè quia verbum illud *Concilium* ſuaptè natura indiffetens ad ſignificandum Congreſſum, & Conventum plurium, ſive ſpeciem quamdam Comitintum, eodem modo quòd Conſiſtorii oomen uſurpant diverſarum Nationum Epiſcopi, & Prælati, præciſivè ab illo longè eminentiori Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardioalium cum Summo Pontifice, ex qoo *Concilium* non importat aliud ethymologicè, quàm quod actus fiat *cum cilio*, & attentione plurium, ut poſt *Hugon. & Archidiacon. in c. canones, num. 1. diſt. 15. Filin. in cap. 1. nu. 5. verſ. ex quo colligi poteſt de ſponſ.* admonet *Fagnan. in c. ex parte n. 50. de Capel. Monachor.*

69 Attamen nec abſtractivè, & abſolutè talis poteſtas habendi Synodum referri valet ad qualitatem *Nullius* ſive legis Diœceſanæ, maxima, & oodoſa exiſtente controverſia, an Synodus convocatio magis attingat legem Juriſdictionis, quàm Legem Diœceſaoam, ut ſibimet contrarius viderur ſatis innuiſſe *Hoſtien. in cap. dilectus ſub num. 6. verſ. quamvis autem, & ibi Joaun. Andr. ſub uum. 12. de offic. Ordinar. Cardin. in cap. conquerente num. 3. in 10. notabil. eodem titul. Pavin. de Offic. & Poteſt. cap. Sede vacante par. 1. quæſt. 7. ſub n. 3. verſ. ex præmiſſis infero, Pax Jordan. Elucubr. Canonic. tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 112.* aliique latè relati per *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. qu. 31. n. 76. cum ſeqq.*

70 Denique deſcendentes iidem ſcribentes pro Epiſcopo ad privilegium *Sylveſtri Secundi*, nam de aliis *Sergii IV. Clementis II. & Gregoris pariter IV.* tanquam ſimpliciter confirmatoriis, ſuperfluum videbatur habere ſermonem, acriter pariter reſpondebant, quod facultas (etiam ſi re vera, & eadem contineretur quoque in præcedenti privilegio *Joannis VIII. dicto Summario nu. 12. & 14.*) conceſſa Abbati, ejuſque ſucceſſoribus *Epiſcoporum more* appellandi ad Apoſtolicam Sedem ob ſui defenſionem, in nihilo contribuebat Juriſdictioni quaſi Epiſcopali, ſive ſeparationi Territorii, in quantum quippè ad enunciativam *more Epiſcoporum*, jam nemo ignorat quod mos, ſive ſimilitudo non facit unum, & idem ad *Text. in cap. capitulum, de reſcript. & in l. ad ſimilitudinem Cod. de Epiſc. & Cler.* & in omnem eventum, quod aliquis Abbas, ſive Prælatus inferior habens ex conceſſione Papæ hanc, vel illam prærogativam de jure inhærentem ſolum Oſſibus, & Dignitati Epiſcoporum, parum proſit ad extorquendam conſequentiam, quod talis Indultarius polleat vera Jutiſdictione quaſi Epiſcopali, ex quo iu reliquis dicitur, & remanet bujuſmodi Prælatus exemptus cum præeminentia actuum conceſſorum perſeverante ſemper Epiſcopo in ſua univerſitate Juriſdictionis dixit *Rota dec. 340. n. 4. & ſeqq. cor. Priolo, in Burgen. Juris inſtituendi, ſeu conferendi 23. Junii 1690. & in Tolctana Juriſdictionis 1689. §. Et quamvis Magnus Prior. coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano, inter impreſſ. ad ornatum, Cardinal. de Luc. de Juriſdict. c. 13. n. 12. & 13.*

71 De cætero conſimile privilegium appellandi ad S. Sedem, & Præſertim ad ſui tantummodo defenſiooem, citra ullam mentionem ſubditorum, de Jure non eſt prærogativa annexa ſoli Epiſcopatui, imò poſtmodum, vel effecta communis, vel particularis omnium ſimpliciter exemptotum, dum, non ſervata gradualitate, receptum videmus in praxi, quòd licet fere ſempet appellare, omiſſo medio, ad Sedem Apoſtolicam; ut teſtaotur *Gloſſ. & Doctores in c. ad Romanum 2. q. 6. cap. dilecti, il terzo, de appell. Scacc. eodem tract. lib. 3. c. 2. q. 6. n. 46. & ſeqq. De Marin. reſolut. 17. u. 11. & 17. Pax Jordan. Elucubr. Canonic. tom. 3. lib. 14. tit. 26. ſub n. 28. Card. de Luc. de Jud. diſc. 3. num. 54. in fin. Rota dec. 170. num. 11. coram Buratt.* & de Jure pariter Judex exemptorum eſt ipſe eximens, ſive Papa, & Sedes Apoſtolica, ejuſque Repræſentantes, ut ſunt Nuncii Pontificii, Auditor Cameræ, aliique conſimiles, à S. Sede Delegati, & Judices ad huoc effectum conſtituti, ejuſdemque S. Sedis repræſentativi. *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 69. n. 4. & in Miſcell. Eccleſ. diſc. 66. n. 1. & diſc. 16. num. 6.*

72 Quinimò rigor illius verbi *appellare* pateretur argumenti retorſionem, præſupponendo nimirum, quod fortè gravamen, à quo per Abbatem appellaretut, proveniret ab Ordinario, ſive Epiſcopo io vim ſuæ Juriſdictionis non ablatæ; quoties enim derivaret ab alio *ex. gr.* Metropolitano, ubi non adſuot Legati nati, & Primates, jam de ſuo Canonico ordine, ac methodo, appellatio defertur ad

Papam,

Papam, ut reſpectu primæ propoſitioois, quòd nempè ly *appellare* ſupponat gravamen judiciale, habetur *in c. ut debitus* 59. *& c. cum ceſſante, de appellat. Innoc. in c. brevi de jur. jur. Doctores in rubric. extr. de appell. Bartol. in l. 1. princ. ff. eodem titul. Bald. in l. poſt ſententiam, n. 4. Cod. de ſentent.*

73 Et quoad prædictum aſceoſum appellationis de Epiſcopo ad Metropolitanum &c. videre eſt *in c. Romana, per tot. & ſignanter in ∫. fin. de appellat. in 6. & ibi Geminian. num. 2. Franc. num. 1. Abbas in cap. Paſtoralis in princip. de offic. Ordinar. Pax Jordan. Elucubrat. Canonic. tom. 3. lib. 14. tit. 26. nu. 504. & 521. Speculat. eodem titul. de appellat. §. 4. in princip. Gregor. Tholoſan. de Appellat. lib. 4. cap. 2. ſub n. 2. Scacc. eodem tract. quæſt. 8. num. 86. & 97. de Luc. de Feud. diſc. 60. n. 9.*

74 Abſoluti proindè præcitati Scribentes pro Epiſcopo à faſtidioſo, & ſingulari pondere geoeralium Privilegiorum, quibus apparebat inſignita Abbatia, in nihilo reſragari proſequebantur propoſitionem, quòd ſtante etiam primitiva naturali libertate, ſaltem benigniùs ioterpretanda, accipiendaque ſorent in univerſum ſopradicta collecta privilegia; quia cum prætentio Juriſdictioois, ſive exemptiouis nativæ, oſtenſa fuerit ex deductis in primo articulo penitus imaginaria, & inſubſiſtens, & litera Privilegiorum ad eorum ſenſum nuſquam extorqueri poſſet ad inferendam Juriſdictionem dativam, ſeu conceſſivam, aut conceſſam, nequibat ollatenus per unionem utriuſque aſſerti juris ulla vis operativa depromi in præjudicium veri Diœceſani, aut ſaltem Epiſcopi adjacentis, aliàs permitteretur conjunctio imperfectorum, quæ de jure exulat à Tribuoalibus, ut inquit *Joannes Andræas in cap. is cui, de elect. in 6. Beniell. conſ. 70. n. 34. Laur. deciſ. Avenionen. 71. nu. 7. Adden. ad Pamphil. dec. 659. n. 9. cum concordan. adductis in tract. de Commerc. & Mercatur. diſc. 27. n. 25. & ſeqq.* & in individuo privilegiorum *Ancharan. in c. Indemnitatibus §. Cæterum ſub n. 5. de elect. in 6.*

75 Minùſve in adjutorium adſciri poſſe prætendebant obſervantiam, reſpectu ſiquidem *Scribentium*, illationi *Tamburini*, ſimpliciter connumerantis Abbatem Fuldenſem inter habentes triplicem repræſentativam figuram, facilè occurrebant cum magis individua diſcuſſione, & ſententia *Tomaſſini*, de qua ſuperiùs *in §. Et de facto*; quodque privilegium præ cæteris Zachariæ, cui cætera famulabantur, præſeferat ſimplicem exemptionem, quoque teſtati ſunt *Zigler. de Epiſc. c. 24. à num. 1. ad 13. Natal. ab Alex. in Hiſtor. Eccleſ. ad ſecul. 8. artic. 4. de Monach. Joan. Trithem. in Cronic. Hirſaugien. in Indiculo V. Monaſterium S. Bonifacii. Hermelin. in Faſcicul. Jur. public. cap. 31. n. 4. Petr. Bert. in Commentar. Rerum Germanicar. lib. 3. V. Fulda cap. 541.* & in propoſito ratiocinatur *Rota in Brixien. Juriſdictionis 15. Julii 1688. §. Donationes, coram Eminentiſſimo D. meo Cardinali Caprara*, quodque neque D. Bonifacius cogitare potuerit acquiſitionem Juriſdictionis Epiſcopalis, & Territorii ſeparati, cum ingenti repletione ſecularium, demonſtrabat ipſa Eremitica inchoatio Monaſterii in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, de qua pariter meminere Privilegium, ſeu donatio, à *Pipino Francorum Rege facta* eidem Monaſterio, ut ibi dicitur in *ſolitudine Buchoniæ noviter conſtructo*, de qua *in d. Summario Abbatis, nu. 7. Brover. in Antiquitat. Fulden. lib. 1. cap. 5. Villibald. in Vita S. Lieb Abbatiſſ. relat. à Sur. ad diem 28. Septembris fol. 298. Acher. & Mabillon. in Act. Sanctor. Ordin. Sancti Benedicti ad ſecul. 4. Benedictin. tom. 4. fol. 251. & Petr. Cratepol. de SS. German. V. Sturmi, circ. med.*

76 Ad argumentum verò pariter ioterpretativum, illudque deſumptum à ſupradicta conceſſione Primatus Abbati Fuldeuſi inter Abbates Galliæ, & Germaniæ, replicabant à contrario, nempè quòd facile non eſſet de tempore *Joannis VIII.* primi iodulgentis hunc Primatum, adfuiſſe aliquem Abbatem in Gallia, vel in Germania, qui præditus exiſteret ulla Juriſdictione quaſi Epiſcopali, undè exoriri poſſet allata monſtruoſitas, quòd prælatio, & Primatus tribueretur habenti minorem Juriſdictionem, dum jam vidimus, quòd præ cæteris Abbas D. Galli in Helvetiis, licèt conſimili Principatu temporali ſuffultus, adhuc perperam una cum Abbate Fuldenſi connotatus apud *Tambur. de Jur. Abbat. d. tom. 1. diſput. 3. qu. 4. ſub nu. 3. §. Adſunt*, tali omninò carebat Juriſdictione, & prærogativa quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato, ſicuti definivit *Sacra Rota in d. deciſ. 324. p. 1. recent.*

Et ex his pari lance tranſeuntes iidem Scribentes à Summis Pontificibus ad Cæſares Auguſtos, animadvertebant, quòd pleraque ex Impetialibus Diplomatibus nihil ultra impartiebantur Abbati Fuldenſi, quàm ſimplicem roborationem Indultorum, quæ prodierant à Sancta Sede, fermè illorum verba in eorum viſceribus tranſcribendo, ut erat illud confirmatorium aliorum Pipini, & Caroli, editum de *anno* 832. à Ludovico Pio *d. Summ. num.* 10. prout etiam alterum Ottonis ſub *anno* 948. ubi mentionem faciens de præcedentibus illius Anteceſſorum munimentis, Abbatem, & Monaſterium, eique ſubjectos recepit ſub Auguſta defenſione, tollendo ulteriùs Jus Imperialis Fiſci pro exactione tributorum ratione temporalitatis *d. Summ. n.* 13. quod & ſolummodò repetitum legitur de *anno* 1114. per Henricum Imperatorem *d. Summ. nu.* 19. &. deinceps per Conradum *d. Summ. num.* 20. ac denique per Rodulphum de *anno* 1289. *d. Summ. nu.* 25. ac propterea ſimplex tot exageratorum Diplomatum Imperialium ſeries ad effectum interpretandæ, vel declarandæ alicujus Spiritualis, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, adeò dignoſcebatur ioutilis, ut opus non foret obviam ire cum cæteroquin indubitabili propoſitione, quòd eadem Privilegia, tanquam promanantia à poteſtate hujus ſeculi, exiſtant incapacia ad concedendam, vel per viam latioris extenſionis inferenda Juriſdictionem Spiritualem, & quaſi Epiſcopalem, juxta communiter notata per *Text. in cap. decernimus 2. de judic. cap. Paſtoralis, de donat. Rota deciſ. 395. num. 15. coram Emerix Jun. deciſ. 220. n. 8. & 9. part. 9. deciſ. 433. n. 16. & 17. p. 14. dec. 340. num. 18. part. 15. rec. & in Brixien. Juriſdictionis 5. Julii 1688. ∫. Donantes, coram Eminentiſſimo D. meo Card. Caprara.* 77

Advertendo, quòd ſi in aliquibus ex prædictis Cæſareis Privilegiis facta noſcitur mentio de Hominum ſubjectione, de Diſtrictibus, aliiſque vocabulis, Territorialem poteſtatem, & Juriſdictionem importantibus, hæc nec per umbram tangebant ſubjectionem, & diſtrictualitatem Spiritualem, ſed tantummodò temporalem, ut citra inutilem tranſcriptionem, & examinationem ſingulorum verborum, videre eſt non minùs ad literam, quàm ad ſenſum eorundem Diplomatum; duas enim partes amplectuntur eadem Diplomata, alteram, quæ refert Apoſtolica Privilegia, nullatenus ioeludentia Populum, & Clerum, & circa hæc per viam meræ confirmationis præpotentiam brachii Imperialis polliciti fuerunt Auguſti ex ea advocatione, qua in præſidium, & tutamen S. Sedis Apoſtolicæ pollent Imperatores, & de qua in *c. ab Imperatoribus 23. q. 3. c. Principes, & c. Adminiſtratores 23. q. 5. Clementin. 1. de jur. jur. Marc. Ant. Genuen. de Eccleſ. ſeu Prax. Eccleſ. quæſt. 63. num. 2. & 3.* latè *Martin. Magero de Advocat. armat. cap. 3. per tot. Salgad. de Reg. Protect. part. 1: cap. 1. præelud. 3. num. 72. Anaſt. Germon. de Sacr. Immunit. lib. 3. cap. 12. num. 26. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 30. & ſeqq.* quando de reliquo ſimplex confirmatio corroborat, ſed non extendit confirmatum, juxta *doctrinam Dec. in l. merè, num. 3. ff. de juriſdict. omn. judic. Bero. conſil. 7. num. 37. lib. 3. Rota deciſ. 635. num. 6. & deciſ. 783. nu. 7. coram Cerro. deciſ. 264. num. 2. & 3. part. 22. & deciſ. 387. n. 18. p. 17. recent.* 78

Et alteram, quæ reſpicit nudam temporalitatem, ejuſque reſpectu in dies illi Supremi Principes ter emerito Abbati Fuldenſi conceſſerunt Superioritatem, & Dominium in hominibus Imperio ſubditis, nec non Diſtrictum, Loca, & Territoria, cum geminatis, & ſuperadditis præeminentiis, & prærogativis, juxta illam adamuſſim in hoc ſolo propoſito reduplicationem perſonarum, quàm abſtractivè rectè denotabat *Tamburinus*, quamve, ultra Summum Pontificem, quotidiè videmus, & agnoſcimus in tot Archiepiſcopis, & Epiſcopis inſimul Dominis, & Prin- 79

cipibus temporalibus, & in linea Regularium inſigne tenemus exemplum Magni Magiſtri Hieroſolymitanæ Religionis, qui ultra ſuam ordinariam Juriſdictionem in Equites, & Regulares proprii Ordinis, & temporalem poteſtatem in Laicos ſibi ſubditos, non obſtantibus ſuis Adminiſtris, in Sacro Caractere, & in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutis, non ſe immiſcet in exercitio Juriſdictionis in Clerum, & Populum, qui ſub proprio tegitur Antiſtite Melevitano, ad ea, quæ ſignanter animadverterunt *Cardinalis de Luca de Regular. lib. 15. titul. Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ. 4. num. 2. Carol. Anton. de Luca de Pluralit. homin. legal. c. 81. ſub n. 1. De Roſa de Reſident. Epiſcop. d. cap. 4. ſect. 6. ſub num. 408. Rota dec. 70. ſub n. 49. verſ. tum & evidentius, quia Melitæ p. 13. recent.*

80 Reſtabat Henrici Imperatoris præceptum, recenſitum in *d. Summ. nu. 23.* in quo aſſeritur, quòd cum contra tenorem Privilegiorum, quæ viderat, Epiſcopus Herbipolen. homines, & Caſtrenſes Abbatis Fuldæ proſcriberet, & excommunicaret, jungebatur revocatio hujuſmodi proſcriptionum, & excommunicationum; verùm in quantum attinebat ad viſionem Privilegiorum, replicabat præfati Scribentes pro Epiſcopo, quòd non per hoc eadem Privilegia, quantumvis viſa, & reviſa, reſtabant immutata, vel aucta ſuper id, quod, ut ſupra oſtenſum fuit, importabant, & quoad proſcriptionem, & excommunicationem, non benè diſtinguebantur, qui eſſent illi Homines, & Caſtrenſes, & contra quos ex iiſdem Hominibus, & Caſtrenſibus Epiſcopus Herbipolen. evaginaſſet gladium proſcriptionis, & excommunicationis; nam in ordinè ad proſcriptionem, utique malè ſe gerere poterat Epiſcopus, cum reſpectu dominii temporalis, bonorumque ſecularium, & vaſſallorum ipſius Dominii temporalis, quibus potiſſimè congruit vocabulum proſcriptionis, par in parem non habeat imperium, uterque enim erat Princeps temporalis Sacri Germanici Imperii, & de facto Henricus utrumque nuncupat Principem ſibi dilectum; reſpectu autem excommunicationis, neſcitur, an Epiſcopus revera correctionem promereretur, ex quo excommunicando forſan exemptos, ſive addictos Eccleſiæ, & Monaſterio Fuldenſi, falcem immiſiſſet in meſſem alienam, cum nequeat Epiſcopus exemptos excommunicare, & in eos ullam exercere Juriſdictionem, niſi forſan ex Jure in ſuis caſibus delegato, vel à Sacro Concilio Tridentino, vel à Conſtitutionibus Pontificiis, ideoque idem præceptum, veluti æquivocum, ac non omninò clarum, & procedens à ſeculari poteſtate, non erat idoneum ad inducendam ullam obſervantiam, in materia præſertim tam ſtricta, exorbitanti, & odioſa, in qua, ut diximus, & benè connotavit *Oliv. de For. Eccleſ. part. 3. quæſt. 10. n. 64. in fin.* neceſſe eſt, quòd verba privilegiorum in alium intellectum detorqueri non poſſint, ad ea, quæ circa primam concluſionem obſervat *Barb. in Collectan. Doctor. ad Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 21. Macerat. Variar. Reſol. lib. 1. reſol. 10. Theſaur. in Theſaur. For. Eccleſ. part. 1. cap. 18. Rodriquez tom. 1. Quæſt. Regul. 36. art. 4. Campan. in Diverſor. Jur. Canonic. Rubr. 2. c. 13. Triviſan. deciſ. 36. p. 1.* latè *Novar. in Comment. Bullar. p. 1. Commentar. 55. & Comment. 106. & ſeqq.*

81 Et quoad ſecundam *Aretin. conſ. 115. ſub numer. 3. Surd. dec. 131. n. 8. Rota dec. 650. n. 13. & 14. coram Bich. dec. 18. n. 28. p. 9. dec. 282. n. 10. p. 17. & dec. 414. n. 22. p. 19. recent.* cum aliis relatis concordantibus *in Annot. ad meas Deciſiones, inter hactenus impreſſas tom. 1. dec. 71. n. 17.*

82 Pariterve tranſeundo ad geſta per Sedem Apoſtolicam, enervis, ut adjiciebant iidem Scribentes, reddebatur obſervantia Summorum Pontificum, quia jam quæ erant ordinis, penitus contradiſtincta ab illis, quæ Juriſdictionem concernunt, erant in Sacro Tribunali præſervata maturiori examinationi, ut in *Deciſionibus, & Sententia Reverendiſſimi Molines Decani*, & de cætero, licèt eæ delegationes, & facultates, in Abbatem directæ in *d. Summ. num. 30. & 31. cum ſeqq.* regulariter committi non ſoleant, niſi Epiſcopis; attamen in primis retorqueri videbatur argumentum, ex quo eædem delegationes pro majori parte ſuperfluæ penitus extitiſſent, quoties Abbas Fuldenſis habuiſſet Territorium proprium, & verè *Nullius*, utpotè reſpicientes exercitium ipſius plenariæ, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, ut de facultate concedendi Literas Dimiſſoriales Alumnis, in proprio Seminario commorantibus, aliiſve ſuæ ditionis Secularibus Clericis, ſignanter advertunt *Barboſ. de Jur. Eccleſ. in Univerſ. lib. 1. c. 33. num. 62. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 2. diſp. 2. qu. 26. num. 3.* de facultate diſpenſandi ab irregularitate, plenè relati per *Barboſ. in Collectan. ad Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 6. ſub n. 7. Tambur. de Jure Abbat. d. tom. 2. diſput. 57. quæſit. 3. n. 4.* & demum de explenda viſitatione Eccleſiarum, in ejus Ditione exiſtentium *Azor. Inſtitution. moral. cap. 40. quæſt. 6. lib. 3. Novar. in nov. jur. Pontific. practic. concluſ. tit. de viſitat. concluſ. 1. alias 118. num. 2. Ventrigl. in Prax. rer. notabil. p. 2. annot. 24. §. 1 num. 2.* quæ ſanè ſuperfluitas in Privilegiis Apoſtolicis non admittitur, ut inquit *Bonifacius in d. cap. ſi à Papa* ibi -- *ut privilegiis nihil alias allatura conceſſio ei, cui conceditur, & ſententia nullum aliud allatura ſubſidium Eccleſiæ (pro qua fertur) prærogativam (cum verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ ſpecialis -- & ibi Canoniſtæ, aliique relati per Barboſ. ibidem n. 11. & Paſſarin. nu. 4. & 6. Maraut. reſp. 68. n. 13. p. 3.*

In omnem verò caſum cum totum hoc negocium 83
committendi uni potiùs, quàm alteri, pendeat ab arbitrio, & libera voluntate Summorum Pontificum, fortaſſe, tunc vice Epiſcopi ſelegerunt Abbatem, tanquam ſub eorum magis intrinſeca protectione receptum, ulteriuſque in domo propria præditum poteſtate Brachii temporalis, quod ſæpè ſæpiùs admodum confert executioni rerum concernentium regimen, & bonum Eccleſiaſticum; quando de reliquo neque hæ delegationes concludunt certum ſuppoſitum Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, poſſunt etenim ad Papæ libitum, & ut rectiùs judicet in Domino expedire, etiam committi ſimplicibus Sacerdotibus, dum & ipſa miniſtratio Chriſmatis, ſive inſignis Sacramenti Confirmationis, & ſi per expreſſam determinationem Sacri Concilii anathematizetur inficiens, ſeu controvertens hujus Sacramenti eſſe ſolum Epiſcopum Miniſtrum Ordinarium, ut legitur *in d. Sacro Concilio Tridentino de reformatione ſeſſ. 7. tit. de confirmat. Canon. 3.* nihilominus ex peculiari delegatione Summi Pontificis capacem eſſe quoque ſimplicem Sacerdotem, comprobat *poſt D. Thom. 3. part. quæſit. 72. artic. 11. Fagnan. in cap. cum venisſet n. 3. & 4. de Sacram. Unction. Gonzalez c. 4. nu. 14. de conſuetud. Barboſ. in collectan. Doctor ad Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de confirmat. n. 3. & 4. & de Poteſt. Epiſcop. part. 2. allegat. 30. num. 4. & 5. Pignattell. conſult. 11. nu. 3. & ſeqq. tom. 6. Fragoſ. de Regimen. Reipublic. part. 2. lib. 8. diſput. 18. §. 7. num. 1. Hurtad. de confirmat. diffic. 3. Verricel. de Apoſt. Miſſ. quæſt. 129. n. 2. & 3. Diana p. 8. tract. 1. reſolut. 3. Bellarmin. de Sacram. confirmat. lib. 2. c. 12. Panimoll. deciſ. 3. annot. 2. num. 11.* & doctè oſtendit *R. P. D. Dandinus de hæreſ. c. 3. ſect. 3. ſub ſect. 1. n. 4. & ſeqq.*

Hincque, non egrediendo à materia Chriſmatis, 84
& confirmationis, validum contra Abbatem promovebant (uti credebant enunciati Scribentes pro Epiſcopo) Argumentum, elicitum ab iis, quæ prænarrantur per *eruditum, & doctum, ut ſupra, Secretarium Sacræ Congregat. Concilii in Commentariis ad Conſtitutionem ſecundam Benedicti XI. ſub num. 9. & ſeqq. tom. 3. fol. mihi 561.* Quoniam cum nuper, pendente hujuſmodi controverſia *in Sacra Rota*, ſupplicaſſet Abbas Fulden. Sacræ Congregationi Concilii pro obtinenda facultate miniſtrandi hujuſmodi Sacramentum Confirmationis ſuis Subditis vigore Brevis communicativi Privilegiorum Congregationis, quæ nuncupatur Sanctæ Juſtinæ Ordinis Sancti Benedicti, quòd à *San. Mem. Urbano VIII.* idem Abbas reportaverat, propoſito ideircò ab Eminentiſſimo D. Cardinali Gabriellio *Dubio ſub die 22. Septembris 1703.* in præfata Sacra Congregatione. *An Abbas poſſet ſuis ſubditis vigore ejuſdem Brevis Sacramentum Confirmationis conferre*, dilata fuit reſolutio, & reſcriptum --

Expe-

Expectetur exitus Cauſæ in Sacra Rota -- & tamen conſimilis facultas, & Indultum jam ptidem conceſſum fuerat Abbati S. Matiæ Florentiæ, etſi penitus prętentione Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis ratione ſuæ Abbatiæ deſtitueretur, id enim ſolummodò conſecutus ſuerat, veluti de vero gremio Congregationis ptælaudatæ Sanctæ Juſtinæ, juxta verba tranſeripta per *eundem R. P. D. Petram, ubi proximè, ſub num. 9. & 10.*

85 Quinimmò ab hac facti præexiſtentia proſequebantur, quòd dum Abbas Fuldenſis recurſum habuerat ad memoratum *San. Mem. Urbani VIII.* pro habenda communicatione Privilegiorum Congregationis Sanctæ Juſtinæ, non leve ſignum exoriebatur, quòd ipſe Abbas minimè potiretur illa Territoriali, & quaſi Epiſcopali poteſtate, quam ſupponebat, aliàs fruſtra petiiſſet, quod jam ſupra eadem Privilegia in vim hujuſmodi plenariæ quaſi Epiſcopalis poteſtatis in ſe intus babuiſſet, adverſus adagium, de quo in §. *Si itaque, Inſtitut. de action. Corn. conſ. 64. ſub n. 10. Gratian. diſcept. forenſ. c. 731. n. 27. Rota dec. 630. nu. 3. p. 18. rec.*

86 Deindè nè quid relinqueretur immune à congrua replicatione, ſubdebant, quòd ſermonem habendo de prætenſis confeſſionibus Epiſcoporum, nulla utique confeſſio reſultabat à Concotdia, inter utramque Dignitatem ſtabilita *de anno* 826. in ordine ſiquidem ad illa vetba *cum ſuis Clericis, & Populis*, enunciativa hæc, nec per umbram percutiebat materiam ullam Juriſdictionis, ſed explicabat ſolam bonorificam, ut par erat, aſſociationem, cum qua uterque ex iiſdem Principibus amicabile inierant colloquium, ut ibi -- *notum ſit omnibus qualitèr VVolfgerus Epiſcopus, & Ratgarius Fuldenſis Abbas, cum ſuis Clericis, & Populis conventum fecerunt in loco, qui dicitur &c.* -- & certè ſine alia illatione ad Juriſdictionem, ſic incedere decebat tam Epiſcopom, quàm Abbarem, dum & ipſe Abbas Populos ſibi tanquam Principi temporali ſubditos habebat, & tanquam Abbas, etiam Clericos, vel Eccleſiæ inſervientes in ſtatu Seculari, vel mavis quoque Regulares, ut in duriotibus benè explicat in ſuptadictis terminis Juriſdictionalibus, videlicet miniſtrationis Chriſmatis, ſæpè memoratus *Reverend. P. D. Petra in ſuperiùs relatis Commentariis ad Conſtitutionem ſecundam Benedicti XI. ſub numer. 9. verſ. immò videtur dictum Privilegium, tom. 3. fol. mihi 561.*

87 Quo antem ad ſubſtantiam puncti Decimarum; illarumque in parte reſtitutionis favore Abbatis, concordatæ per Epiſcopum, utique Decimæ perſolvendæ erant Abbati in illis locis, quæ erant de pertinentiis Monaſterii, dum ſignantèr *Sylveſter II. & Clemens* pariter *II.* expreſsè in eorum Indultis concedebant Abbati exactionem, & fruitionem Decimarum cum prohibitione aliorum omnium, nè eamdem exactionem impedirent, ideoque rectè debebat Epiſcopus illaa amicabilitèr Abbati exigendas relinquere, & ſi quas abſtulerat, teſtituere, abſque eo quòd de cætero, etiam in abſtracto, exemptio à Decimis, illarumque exactio, quicquam faciat ad eruendum Tetritorium ſeparatum, ut per *Rot. deciſ. 840. num. 4. coram Emerix Jun.* & abſque eo quòd in rei veritate Jus decimandi ſecumſetat de neceſſe certum veſtigium ullius Spiritualis, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, dum illo gaudere valet etiam Perſona Laica, ut paſſim contingere ex Privilegio Apoſtolico in Regnis Hiſpaniarum, patet ex ſæpiùs firmatis per *Rotam*, & ſignantèr *in dec. 694. num. 18. cor. Merlin. deciſ. 235. num. 3. coram Cerr. dec. 624. n. 12. part. 2. dec. 193. n. 8. part. 8. in Illerden. Decimarum 26. Aprilis 1700. §. Conſtito, & §. Demum, cor. R. P. D. meo Scotto, in Gerunden. Primitiarum 15. Januarii §. Non obſtat, & 7. Maii §. Licet enim, & ſeqq. 1703. & 28. Januarii §. Præmiſſo 1704. cor. Eminentiſſ. Caprara, & in Barchinonen. Decimarum de Corrodevall. 27. Junii ejuſdem anni 1704. §. Quinimmò, cor. bon. mem. Muto.*

88 Patiformis ob id irrelevantiæ reddebantur aliæ Concordiæ, in idem coincidentes, immò illa celebrata *de anno* 1069. retorqueri videbatur; tum quia ibidem poſitivè dicitur, quòd Abbas habebat Privilegium hujuſmodi Decimas exigendi, ideoque pertinentia, & exactio non erat ſuapte natura referibilis ad prætenſam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; tum etiam quia eadem Concordia, de qua *d. Summ. num.* 18. inita apparebat cum Archiepiſcopo Moguntino, quod ſanè indicabat adjacentiam, & vicinitatem, ſi non circumdarium alterius Ordinarii, & partialia Diœceſani in aliqua ſaltem extenſione Locorum Abbatiæ, & quoad altetam Concordiam *anni* 1231. *d. Summ. num.* 21. profectò ex ea non apparebat quicquam conventum cum Epiſcopo Herbipolen. citca Eccleſiaſticam poteſtatem, ſed ſolùm reſpectu temporalis Dominii utriuſque Principatus, etiam quoad mutuò diſtribuendos, & agnoſcendos reſpectivè ſubditos, qui naſcerentur ex matre ſubdita unius, & patre ſubdito alterius, vel è contra, quin proindè à factis, vel conventionibus, temporale Dominium tangentibus, ullum trahi valeat argumentum ad Spiritualem, ſeu Eccleſiaſticam Juriſdictionem, ut monent *Text. in cap. 1. juncta gloſſ. in V. locis, de Religioſ. Domib. & in Clementin. nè Romani §. Sanè in V. Diœceſis, de elect. Hoſtien. in capit. ſuper eo, num. 3. de Paroch. Felin. in capit. cum cauſam, num. 12. verſ. 2. ſcias, de probat. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. n. 16. & 57. Rot. deciſ. 55. num. 12. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. deciſion. 12. num. 3. coram Peutinger. dec. 324. num. 10. part. 1. & dec. 70. num. 52. part. 13. rec.*

Circulorum, ſeu partium integrantium Corpus Germaniei Imperii deſignatio, ſeu deſtinatio, facta per Albertum II. Imperatorem, non tantùm ex mox inſinuatis reddebatur irrelevans, utpote concernens meram temporalitatem, verùm & erat penitus ineſficax ex duplici obſervatione; prima videlicet, quòd verba illa *tam in Spiritualibus, quàm in temporalibus ſibi ſubditis*, legebantur indiſcriminatim appoſita, etiam reſpectivè ad Principes merè Seculares, ſicque in omnem eventum expectabant ulteriorem declarationem, & certitudinem, ut ſingula ſingulis referri poſſent; Et ſecundæ, quòd ſi Abbatia Fuldenſis recenſita non extitit intra Circulum, ſub quo continebatur Epiſcopatus Herbipolen. adſcripta tamen fuit uni, eidemque circulo, ſub quo comprehendebatur Archiepiſcopatus Moguntinus, æquè ex latere ſuo adjacens, qui & eſſe valeret, ſi forte mallet, conſors in præſenti lite, ratione ſuæ, etiam partialis adiacentiæ, ſeu circumdarii, ideoque potiſſima occaſio recenſendi Abbatiam ſub Circulo, in quo reponebatur Archiepiſcopatus Moguntinus, & non Epiſcopatus Herbipolenſis, illa veriſimiliter erat, quia forſan opportunitas non patiebatur, quòd ipſa Abbatia diſſecaretur in duos Circulos, quando de reliquo videmus, ipſas veras Diœceſes paſſim adſcribi diverſæ partitioni, vel Principatui, ut monſtrat Archiepiſcopatus Beneventanus, exiſtens in centro Regni Neapolis, & alii conſimiles, qui unam partem Diœceſis habent in una Ditione temporali, & aliam in altera, exemplo *Patriarchæ Aquilejæ, Epiſcopatuum Udinen. Novocomen. & Campanien.* cùm aliis notiſſimis, & in propoſito præ cæteris animadvertit *Gloſſ. in Clementin. Romani V. Diœceſis de Elect. Hieronym. de Monte de Finib. regund. quæſt. 75. num. 9. Barboſ. de Off. & Poteſtat. Epiſ. part. 1. tit. 2. cap. 7. ſub num. 55. Cardin. de Luc. de Juriſdict. diſc. 3. num. 16. & diſc. 97. n. 5.* 89

Cætera, quæ concernebant honorificentiam & admodum diſtinctas prærogativas Abbatis, ſive in ejus intitulatione, ſive in tractamento Cæſarum, ſive demum in interventu ſatis qualificato Oecumenicis Conciliis, ad ſenſum memoratorum Scribentium pro Epiſcopo, nec eis parturiebant offendiculum invidiæ, nec periculum amittendæ ex hoc capite Juriſdictionis, circa quàm hujuſmodi bonorificentiæ nihil concludunt, teſte *Cardin. Jacobatio de Concil. lib. 1. art. 2. pag. mihi 85. col. 2. Rot. deciſ. 709. num. 4. part. 4. diverſ. in Leodien. Juriſdictionis 13. Martii 1684. §. Nil etiam, coram Eminentiſſimo Caprara*, prout videmus in iiſdemmet Abbatibus, qui poſt terminatum Officium, quamplura retinent decora cum denominatione Abbatis, & in Epiſcopis poſt dimiſſum, & renunciatum Epiſcopatum, ex connotatis penes *Joan. de Imol. in* 90

Cle-

Clementin. nè in agro, verſ. in ultima quæſtione, de ſtat. Monach. Felin. in capit. quæ in Eccleſiarum, col. 38. num. 81. de reſcript. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 13. quæſit. 4. num. 6. & 7. Cardin. de Luc. de Regular. diſc. 77. num. 5. Et quoad Epiſcopum, Epiſcopatui renunciantem, habetur *in cap. 1. de ordinand. ab Epiſcop. qui renunc. Epiſcopat. ubi Innocent. Abbat. Hoſtienſ. cæterique. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. capit. 18. num. 10. Pariſ. de Reſignat. lib. 1. quæſt. 17. num. 5. & ſeqq. Riccull. Lucubrat. Eccleſiaſtic. lib. 2. capit. 4. per totum, Franceſ. de Eccleſ. Cathedralib. capit. 17. num. 96.*

91 Reſpectu verò actuum, quibus innitebatur Abbas pro corroboranda ſua Juriſdictione quaſi Epiſcopali, attulerant è converſo iidem Scribentes pro Epiſcopo uſque ab initio propoſitionis Cauſæ multiplicem catervam aliorum actuum, in oppoſitum militantium pro eodem Epiſcopo, una cum confeſſionibus ipſorum Abbatum, agnoſcentium pro proprio Diœceſano eumdem Epiſcopum; ſive mediantibus enunciationibus ab eis factis *Herbipolen. Diœceſis*, ſive mediantibus præſentationibus factis ab Abbate ad quamplura Beneficia, ad finem ut Epiſcopus, tanquam proprius Diœceſanus, illos inſtitueret, ſive etiam perpenſa formali oppoſitione facta per Epiſcopum, nè Abbatia erigeretur in præjudicium ſuæ Diœceſis in Epiſcopatum, ſive demum conſideratis aliis enunciativis S. Sedis, Librìſque Cancellariæ Apoſtolicæ, una cum geſtis in ipſo capite Monaſterii, ſeu Oppidi Fuldæ, quibus licèt, *tam prima Deciſio diei 28. Junii 1700. §. Reliqui enim ex eis, cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. meo de la Tremoille*, quàm tertia, & noviſſima *diei 27. Aprilis 1705. §. Secundo educebatur, alias IX. cum ſeqq. coram Reverendiſſimo Molines Decano*, vigore Folii poſtmodum concordati in diſcrepantia legitimitatis ſcripturarum reſpondere curaverit, attamen eoſdem actus è converſo approbaverat *Secunda Deciſio 10. Februarii 1703. §. Adſtipulatur ſecundo, coram eodem Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, quandò cæteroquin favore habentis juridicam aſſiſtentiam pro exercenda Juriſdictione, vel ex capite benè comprobatæ ſituationis intra limites Diœceſis, vel ſaltem adjacentiæ, ut ſupra, non ſolùm actus numero minores ſuperabundant pro excludenda contraria obſervantia, ſed exuberant pauciſſimi, & ſecundum aliquos etiam unicus actus in oppoſitum. *Bald. in capit. querelam num. 23. de Elect. Canoniſtæ in capit. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propr. Dec. conſ. 215. num. 2. Rot. deciſ. 912. num. 8. coram Buratt. deciſ. 24. num. 35. & 36. part. 10. deciſ. 382. num. 13. & 14. part. 16. deciſion. 375. num. 6. part. 18. rec. in Surrentina Juriſdictionis inter bactenus impreſſas coram Me: deciſ. 31. num. 6. in Brixen. Juriſdictionis 5. Julii 1688. §. Et fruſtra, coram Eminentiſſimo Caprara, & in Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout etiam, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano*: Et actus exerciti in una parte Diœceſis, utique ſe extendunt ad omnes, & ratione contiguitatis, & continuationis, univerſalem quoad omnes præſervant Juriſdictionem, ſicuti proſequuntur *Lotth. de Re Ben. part. 1. quæſt. 24. n. 210. De Roſ. de Reſid. Epiſ. cap. 4. ſect. 6. num. 441. Rot. dec. 63. num. 13. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. & deciſ. 491. n. 6. part. 1. rec.*

92 Præter hæc majorem, & forſan certiſſimam excluſionem prætenſæ activæ, ac dativæ Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis ſibi promeruiſſant, quoties ab omni labe ſuſpicionis, ſive ſuppoſitionis detecta extitiſſent immunia aſſerta ſolemniter geſta in generali Synodo Moguntina *ſub anno 1048.* in ea etenim, teſte *Brower. in Antiquitat. Eccl. Fulden. lib. 4. fol. 292.* interveniente præſentia, & aſſiſtentia *Henrici Imperatoris* ad conqueſtionem Adelberi Epiſcopi Herbipolenſis, quòd Abbas *ſuper ſe, ſuoſque Monachos, & locum Fuldenſem Epiſcopalem poteſtatem denegaret*, viceverſa Abbas proferens in medium Apoſtolica, & Imperialia Privilegia, debebat, *quòd Archidiaconi Epiſcopi Herbipolenſis frequentèr veluti infenſi in habitatores loci Fuldenſis exacerbeſcerent*, commotio hæc ſedata remanſit ſub illa æquitativa diſcretione, quòd Epiſcopus *nec in Abbatem, nec in Monachos, nec in ipſum Monaſterium ullam poteſtatem exigeret, vel exerceret*, ex oppoſito autem Clericus (ſive Parochus, ſive forſan Vicarius) ab Abbate præſentatus, bannum accipere deberet ab Epiſcopo, & in aliquibus ſuburbanis villulis inter Fuldenſem locum, & fluviolum Huna *placitum* haberet. Ac propterea ex hujuſmodi actis in ſuo proprio lumine perſpectis indubitabilitèr reſultaſſet, quòd Epiſcopus, & non Abbas in controverſa ditione Fuldenſi polleret Epiſcopali, Eccleſiaſtica, & ſpirituali Juriſdictione; *banni* etenim præſervatio demonſtrat agnitionem, quod Juriſdictio ordinaria reſideret penes Epiſcopum, *ex Dugagn. in Gloſſar. V. bannum*, prout ſimiliter verbum *placitum* præfefert facultatem ex Epiſcopi auctoritate conceſſam ſedendi pro Tribunali, & judicandi, quemadmodum explicat *Emanuel. Gonzalez. in capit. omnes num. 9. De Feriis, & Voſſ. lib. 4. de Vitiis ſermon. cap. 16. in fin.* & defacto non obſtante quod *prima Deciſio diei 28. Junii 1700. ſub §. Cum igitur* hanc prorſus probationem rejeciſſet, *Tribunal* tamen *in ſecunda Deciſione diei 16. Februarii 1703.* illam admiſit, & comprobavit *in §. In quorum omnium.*

Aſt hodiè rurſus prægustato, & ad malleum contradictionis revocato hoc Documento, compertum fuit apud *Dominos* minus habens, primò quia Schedula, quæ deſuper ex parte Epiſcopi proferebatur originalitèr apparebat omninò defectuoſa, & non integra, cum eadem carthula, deficiens fermè in octava parte, rectè perlegi nequiret, pluraque nomina ſubſcriptorum deſiderarentur, itaque coactus fuit Procurator ipſius Epiſcopi occaſione executionis literarum compulſorialium fateri (ſunt verba præciſa) *ſe non exhibere ſuperiorem ſcripturam in qualitate originalis* -, abſque eo quòd ſcripturæ tam informi, fulcimentum aliquod auctoritatis præbere poſſet Archivium Epiſcopale, à quo talis ſenio nimis confecta copia extrahebatur, dum Archivium privatum, etſi Epiſcopale, nil operetur contra non ſubditum, ut citra ſcrupulum erat Abbas, ad ea, quæ perpetuò dixit *Rota*, & ſignanter *in deciſ. 41. per tot. coram Verall. part. 1. deciſ. 34. num. 1. coram Millin. deciſ. 3. num. 15. part. 8. deciſ. 59. num. 18. dec. 379. la 2. num. 8. part. 13. deciſ. 628. num. 6. part. 18. & dec. 640. num. 5. part. 19. rec.* & in individuo connotavit *Cardinalis de Luca de Juriſdict. diſc. 12. num. 9. tom. 3. Adden. ad Buratt. deciſ. 667. num. 20. Rot. deciſ. 186. lib. 3. coram Puteo deciſion. 65. num. 1. & deciſ. 90. num. 2. coram Martin. Andr. dec. 642. num. 1. coram Seraphin. deciſ. 349. num. 1. & 2. part. 4. diverſor. deciſ. 323. part. 9. & deciſ. 498. num. 38. part. 19. rec. & in Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martis 1679. §. Tum quia, coram bon. mem. Bourlemont.* 93

Secundò vehementius quia etiam in recta chronologia hujuſmodi obſoleta chartula vacillabat, cum nullibi liqueret, quod Oecumenica Synodus Moguntina, de qua ſupra, celebrata fuiſſet, ſeu celebrari potuerit in præſentia *Leonis Papæ IV. & Henrici* Imperatoris ſub enunciato *anno* 1048. uti ſub data *tertiò Non. Febr. anno Domini Incarnationis 1048. regiſtrabatur in Summario Epiſcopi, coram Eminentiſſimo de la Tremoille num. 64.* cum neque tunc temporis ad Summi Apoſtolatus Apicem foret evectus idem Leo per antea *Bruno Epiſcopus Tullen.* & ex nobili Francorum proſapia oriundus, quin potiùs *idibus* quidem *menſis Februarii*, *ſed anno* 1049. Romæ extiterit conſecratus, & pauIò pridem electus, quemadmodum ex vetuſtis Indicibus Vaticani dignoviſſe teſtatur *Cæſar Cardinalis Baronius in ſuis operoſis annalibus Eccleſiaſticis ſub prædicto anno 1049. ſecundum impreſſionem Antuerpien. Typis edit. de anno 1608. tom. 11. fol. 160. lit. D. & E.* & ſanior, & major pars ſcriptorum illius temporis affirmat, ut patet ex *Labbè, & Coſſart. tom. 9. Concilior. fol. 974. col. 1. poſt init. P. Anton. Foreſt. Mappamund. Hiſtor. tom. 3. fol. 449. Gaſpar. Alvar. Roma in ogni ſtato part. 1. fol. 265. col. 1. Ciaccon. tom. 1. & Platin. in vita Pontif. in vita ejuſdem Leonis IX. P. Thimot. de Termine in ſua Chronohiſtor. lib. 7. ad 1049. Flaven. Cherubin. Bullar. Roman. tom. 1. fol. 2. col. 2. Laert. Cherubin. Bullar. Roman. tom. 1. fol. 11. col. 1. Remig. Florent. in Vitis Imperatorum fol. 727. & ſeqq. le grand. Dictionaire Hiſtoriq. tom. 3. lit. L. P. Gabriel.* 94

Ba-

Bucelin. in ſuo hiſtor. univerſal. Nucleo ſub præfato anno 1049.

95 Quin ulla præberi poſſet concordantia, ſeu conciliatio creationis, ſive conſecrationis hujus Pontificis cum celebratione præfati Oecumenici Moguntini Concilii à diverſo modo concipiendi, ſeu regulandi annale initium, ſicuti plures de cætero differentias hujus computationis annotavit *Didac. Covarruvias variar. reſolut. lib. 1. c. 12. num. 1. in fin. & num. 2. Cyriac. contr. 397. num. 5. Scac. de judic. lib. 2. cap. 11. nu. 5195. Cardin. de Luc. de Penſion. diſc. 26. ſub num. 8. Rot. dec. 385. num. 6. coram Bich. deciſ. 571. num. 7. coram Dunozet. Jun. & deciſ. 433. num. 10. part. 13. rec.* quod nempè accipiendo ab incarnatione Divini Reparatoris *anno* 2048. perduraret, nedum uſque *ad idus Februarii, ſed ad diem 25. Martii anni* 1049. dum juxta magis univerſalem Ritum Eccleſiaſticum, is incipiat à Nativitate ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti in præcedenti *menſe Decembris* uſque per totum eundem *menſem Decembris* anni ſubſequentis, quia adhuc incompoſſibile erat, quod *à Nonis ad idus Februarii* ejuſdem met ſuppoſiti anni, & ſic intra momenta paucorum dierum potuerit Romæ fieri, & quod plus eſt, poſticipata conſecratio Leonis, Moguntiæ verò celebrari antecedenter ſub eodem anno Concilium, per ea, quæ in propoſito ſimilium diſcrepantium confrontationum habentur *apud Marent controverſ. Jur. part. 3. Reſponſ. 84. num. 27. & 62. cum ſeqq. Farinac. in prax. criminal. de falſitat. & ſimulat. quæſt. 151. num. 170. Rota poſt prim. volum. conſil. ejuſdem dec. 132. num. 2. & ibi Adden. lit. B. in fin. & deciſ. 285. num. 1. part. 18. & in Burgen. Juriſdictionis ſuper Commiſſione curæ 11. Jun. 1706. §. Certius quia, coram Me.*

96 Eoque perſtringentiùs ſuperaccedentibus geminis, immò tribus, nimiumque repugnatibus circumſtantiis, altera quod hiſtorica monumenta incontrovertibiliter teſtantur, quod viduata univerſali Eccleſia per mortem Damaſi Papæ, extitit renunciatus in Urbe Roma in Summum Pontificem prælaudatus Leo IV. & inſimul conſecratus, ut diximus, *de menſe Februarii* 1049. ideòque etiam poſito, quod annus 1048. ſub quo data aſſerti Conciliaris Decreti cantabat, ſumpto initio ab Incarnatione, duraret uſque ad diem 25. *Martii* ad ſenſum Informantium pro Epiſcopo ob Eccleſiæ Ritum, de quo ſuperiùs, univerſaliter denominatum 1049. & præſcindendo quoque ab inſinuato, & intolerabili abſurdo, quòd Concilium antecederet conſecrationem, per diſcrimen inter *Nonis*, & *Idibus*, prout præſcindendo pariter, quòd contra omnem poſſibilitatem idem Pontifex, in tam brevi intervallo quatuor, aut quinque dierum, duplicaſſet publicationem Romæ, & Moguntinæ, nihilominus ſi deficeret quoque præfata data Decreti in deſignatione, & expreſſione menſis, & diei, eo ipſo quòd tenemus ex omnium Hiſtoricorum conſenſu Leonem fuiſſe creatum, & conſecratum de *menſe Februarii* de anno 1049. & quod ly. 49. verteretur ad normam objecti in 48. quis dicat, quòd in eodem anno 48. à menſe *Februarii uſque ad 25. Martii* valuiſſet *Leo* abſcedere ab Urbe, pervenire Moguntium, indicere Concilium, & Decreta ſtabilire, ideòquè hujuſmodi nimis exorbitans inveriſimilitudo, ne dicamus phyſica impoſſibilitas, ut Juriſtæ dicunt, ſpeciem induit falſitatis. *Cap. non eſt veriſimile Extr. de præſumpt. ibique Scribentes. Bald. in l. 1. C. de ſerv. fugit, Boer. conſ. 40. num. 48. Cravett. conſ. 28. num. 1. Cephal. conſ. 287. num. 21. Surd. conſ. 132. num. 21. & conſ. 135. num. 15. Bonden. Collect. legal. 17. num. 33. vol. 1. & Collect. 27. num. 95. vol. 2. Sperell. dec. 28. n. 65. Rota de Teſtam. dec. 23. in Antiq. dec. 573. ſub num. 6. part. 4. rec.*

97 Altera non minùs valida circumſtantia manifeſtiſſimè in idipſum conſpirabat, quia ex teſtimonio pariter uniformi Hiſtoricorum evincitur, quod *Leo*, poſt ejus creationem in Urbe ſecutam, & aliqualem moram in Italia traductam, Gallias petiit, & inibi celebravit Concilium, quod nuncupant Rhemenſe, poſteaque Moguntinum, ut præcæteris refert *Oldovin. in Addit. ad Ciaccon. in Vita Leonis IX. tom. 1. pag. mihi 793. verſ. poſt Rhemenſem Synodum*, qua propter eo palpabiliùs nemo non videt, quantum erat impoſſibile, quòd Concilium Moguntinum potuerit tam celeriter convocari, nedum in eo aliquid decerni, & ſtabiliri ſub eodem *anno* 1048. ab Incarnatione, alias vigore objecti 1049. ab idibus ſcilicet Februarii uſque ad 25. *Martii* incluſivè, ita ut oſtenſa, firmataque hac impoſſibilitate materiali, dici poſſet (quatenùs oporteret) etiam probata negativa coarctata, ad normam eorum, quæ tradunt DD. *in cap. ex tenore. Extr. de Teſtib. Boſſ. in tit. de defenſ. reor. num. 24. & ſeqq. Franc. Herculan. in tr. de Negativa n. 195. Farin. Prax. Criminal. tit. de oppoſit. contr. d. teſt. quæſt. 65. n. 228. & ſeqq. Gramm. dec. 56. n. 4. verſ. & iſte eſt modus.*

98 Et denique ſemper robuſtiùs; quia ſi qua verſatur diſcrepantia inter Hiſtoricos in ſubjecta materia Concilii Moguntini in ordine ad tempus, illa eſt, quòd plurimi putavere, quòd hujuſmodi Synodus Moguntina non niſi de anno 1050. prodierit, ex plenè digeſtis per *Cardinalem Baronium loc. citat. ad relat. ann.* 1049. *impreſſion. Antuerpien. tom. 11. fol. mihi 176. ſub lit. E. in fin.* Sicque tantum abeſt, quòd verificabile ſit tempus in data prænominatæ copiæ, ſeu chartulæ, anni ſcilicet 1048. ut potiùs augeantur ſulcimenta, & teſtes hiſtorici à fortiori in contrarium, vulgato argumento *Auth. multo magis Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Everard. in Topic. legal. loc. 65. Petr. Andr. Gammar. in Dialog. Legal. lib. 2. à minori ad majus. Thom. de Tomaſſ. in florib. leg. regul. 52. Marc. Anton. Paulut. diſſert. legal. tom. 1. diſſert. 50. art. 2. n. 187.*

99 Cogitabat aliquis, an adhuc aliquo modo (ſalva ſemper, & in ſuo robore remanente illegalitate hujus copiæ) concordari poſſent hæc tempora, & Scripturæ, quoniam cum nonnulli voluerint, quòd prædictus Imperator Henricus elegiſſet, ſeu nominaſſet *Brunonem*, poſtea *Leonem*, in Pontificem, valuiſſet proindè dari caſus, quod is antequam Romam arcerſeret, interfuiſſet huic Concilio Moguntino, & probabiliter compoſuiſſet hujuſcemodi amaritudines, etiam pridem à longo tempore aſſiduè vigentes inter Epiſcopum Herbipolen. & Abbatem Fulden. Verùm præterquam, ut ſolidè demonſtrat *Baronius*, nil aliud egit in hoc facto Imperator, quàm ad inſtantiam Cleri Romani, ſeu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, non benè convenientium de perſona creandi Pontificis, tantummodo *delegeret*, *ſed non elegeret* Brunonem, ut cum *Leon. Oſtienſ. lib. 2. c. 82.* probat *Baron. in Annal. Eccleſiaſt. loco de quo ſupra ad ann.* 1049. *ſub initio, dicta Impreſſ. Antuerpien. tom. 11. fol. mihi 160. ſub lit. C.*

100 Attamen robuſtiſſimè ſemper urgebat enunciata impoſſibilitas, quoniam opus fuiſſet, quòd 9. *Februarii* 1048. *Bruno*, non adhuc conſecratus, moram traheret Moguntiæ, & *idibus ejuſdem menſis Februarii* Romæ conſecraretur; quinimmò, præciſivè etiam ab hac fatali impoſſibilitate, neceſſe pariter extitiſſet, quòd in brevi menſium circulo duo Moguntiæ fuiſſent habita Concilia, unum ante conſecrationem Leonis, alterum poſt, cum nemo inficietur; quòd poſt aſſumptionem Leonis certo certiùs fuerit Moguntina Synodus in ejuſdem *Leonis* præſentia celebrata, quando hujuſmodi celebratio duorum Conciliorum in Civitate Moguntiæ pugnat cum toto agmine Hiſtoricorum, ex iis, quæ videre eſt *apud Labbeum, & Coſſartium tom. 9. Concilior. pag. 1046. & apud Concil. Generalia juxta edition. Reg. Pariſienſ. tom. 25. pag. 555. Adam. Bremen. lib. 3. cap. 31.* & cum Juris reſiſtentia, quæ pluralitatem nuſquam præſumit, ſed potiùs errorem *capit. in præſentia, verſ. verùm il 2. de probation. l. omnium Cod. de teſtamen. l. final. Cod. de reb. credit. Everard. in Topicis legalib. loc. 86. Ruin. conſil. 141. num. 12. lib. 5. Maſcard. de Probat. concluſ. 1174. numer. 4. 8. & 23. Menoch. de Præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. numer. 1. Sebaſt. Medices ad Regul. 4. num. 15. & 16. Rot. dec. 248. num. 13. part. 18. recent.*

101 Collabente itaque hoc ſubſtentaculo prætenſi Decreti Conciliaris Moguntini, ſed adhuc ſupradictis omnibus invicem collatis, & denuò ad ſingillarem librationem per *Dominos* perpenſis, major profectò pars exiſtimavit revera non poſſe in ſtatera juſtitiæ, & in

ſenſu

ſenſu disjunctivo firmari favore Abbatis, propriè, & fundatè, ſecundùm caput prætenſæ Juriſdictionis activæ, ſeu dativæ; Verùm ut quoque innuebat *prælaudata brevis Deciſ. Reverendiſſimi D. mei Decani*, major etiam pars, *ac ferè omnes* convenere in reputando, quòd ſupradicta omnia iterata Privilegia, nec non Diplomata Pontificia, & reſpectivè Cæſarea cum reliquis actibus ab indè ſubſecutis, in oppoſito ſenſu conjunctivo, ſufficientiſſimè opitularentur Abbati, ad finem ſtabiliendi tertium caput præſcriptæ ſaltem Juriſdictionis; cum quidquid ſit, quotiès aliquis Prælatus Inferior intendat præſcribere adverſus Epiſcopum cognitionem Cauſarum criminalium, in quibus profectò terminis, decernente Sacro Concilio Tridentino in *ſeſſ. 24. c. 20. §. Ad hæc, de reformat.* hujuſmodi cognitionem privativè ſpectare debere ad ipſum Epiſcopum, *Sacra* deinceps *Congregatio* ejuſdem Concilii Interpres, præſervatam minimè intellexit favore Prælati Inferioris præſcriptionem quadragenariam etiam cum titulo, ſeu privilegio non literali; ſed ſolam immemorabilem, prout teſtata fuit *Rota in Theatina Juriſdictionis coram Coccia. inter ejus impreſſ. deciſ. 860. & 872. & nuper coram R. P. D. meo Scotto ſub die 18. Februarii 1707. in princip. & in §. Parum urgente quòd.*

102 In genere tamen generaliſſimo Juriſdictionis exuberare titulum quoque juxta præmiſſa ſaltem coloratum, juncta quadragenaria præſcriptione, ſatis perſpicuè effulgebat; nam quatenùs attinet ad efficaciam ſolius quadragenariæ præſcriptionis, per eam tolli *omnem actionem*, etſi agatur in materia Spirituali Decimarum inter Parochum, & Parochum, indefinitè dicit *Textus in capit. Ad aures 6. de præſcriptionib.* præſcribi à ſimplici paritèr Parocho contra proprium Epiſcopum quartam Decimarum, & Oblationum defunctorum, reſcripſit, & ordinavit Archiepiſcopo Salernitano *Alexander III. in antecedenti cap. de quarta, eodem tit. de præſcript. & ibi Vagaerec. in Jus Canon. tom. 1. lib. 2. tit. 26. cap. 4. V. de quarta decimæ*; Et per Abbatem Regularem non minùs præſcribi Jus Epiſcopale in plebe ſubdita Abbati, & adjacentibus illius Capellis, in eiſdem graviſſimis materiis, concernentibus Inſtitutiones, & deſtitutiones Plebanorum; ſeu Parochorum, in Baptiſmis, Pœnitentiis, ſepultura, cum ſimilibus, profitetur expreſsè, & injungit *Innocentius III. in cap. cum olim 18. eodem tit. de præſcription.* addito, quòd ſi interruptionem hujuſce præſcriptionis quadragenariæ, per actus ab ipſo geſtos, non probaverit Epiſcopus, avelli poſſe ſuper Eccleſiis ab Epiſcopali Thiara quælibet jura, eaque transfundi valere in Abbatem Regularem, remanentibus tantùm apud Epiſcopum actibus interruptis, & non præſcriptis, magis famigerata Sanctio eſt ejuſdem *Alexandri III. in cap. auditis 15.* ſæpiùs laudato titulo de *præſcriptionib.* & ſummant ibidem *Abbat. & Cardinalis, cum Bald. relati per Fagnan. in Commentar. ad idem capit. Auditis, num. 1. & in cap. cum olim, pariformit. num. 1. eodem titul.* nec non pleniùs *Emanuel. Gonzalez. ibidem pariter ſub num. 1. Florez de Men. Pract. lib. 3. quæſt. 24. Limcbez. de Jur. Epiſ. capit. 5. num. 46. Loggofrè in Synops. Decretal. fol. 176. Cardin. Balb. de Præſcription. 1. part. quintæ part. principal. q. 51. num. in fin. verſ. quoad totale ius. De Luc. de Juriſdiction. diſcurſ. 12. num. 19. & 20. Boer. dec. 133. num. 10. de Graff. Deciſ. aur. part. 2. lib. 3. capit. 27. num. 36. Rot. deciſ. 2. num. 1. verſ. ſed omnia Jura, de præſcript. in nov. & deciſ. 243. num. 33. part. 2. recentior.*

103 Quod eo faciliùs etiam circa Jus inſtituendi ad regimen Curæ animarum, etſi regulariter illud privativè ſpectet ad Epiſcopum, per *Text. in cap. ex frequentibus, de Inſtitution. & c. cum ſatis 4. de off. Ordinar.* procederet quoties Inferior præſcripſiſſe contenderet idem Jus inſtituendi nomine, & vice Epiſcopi, aut cumulativè cum ipſo ea cumulatione, quæ cauſet præventionem, ut ſubdit idem *Gonzalez in d. c. Auditis, ſub num. 9. circa finem*, & plenè examinatum refert in *Sacra Congregatione Concilii* in quadam acri controverſia inter *Epiſcopum Burgi Sancti Domini, & Præpoſitum Guſſeti*, prænominatus *Fagnan. in eodem c. Auditis, ex num. 2. uſque ad finem*, & rurſus in *c. cum Eccl. Sutrina, de cauſ. poſſeſſion. & proprietat. ex num. 24. pariter uſque ad finem*, & ante eum tradiderunt *Cardinalis in Clementin. 2. de exceſſib. Prælator. in princ. oppoſit. 6. Gilchen. de præſcr. part. 3. capit. 10. num. 10. cum aliis, quos refert, & ſequitur Auguſtin. Barboſ. de Off. & Poteſtat. Epiſ. part. 3. allegat. 72. num. 186.*

Et eo itidem præciſius, quoties eidem quadragenariæ præſcriptioni titulus coloratus conjungatur, nam etſi reſpectu Juris inſtituendi, præſertim ad proximè inſinuatos terminos Juriſdictionis cumulativæ, cenſuerint etiam nonnulli titulum non requiri, adhuc eo ſuperaccedente, rem carere qualibet difficultate proſequitur *Fagnan. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina, ubi ſupra*, ibique *ſub num. 38. & ſequent.* plura præbet exempla nanciſcendi, ſeu deducendi titulum coloratum. 104

Quinimmò diſpungentibus Auctoribus, ſive Doctoribus, an Abbas, vel alius Inferior, juxta diſpoſita in præcitato *cap. cum olim, de præſcription.* quod enumerat octo capita Juriſdictionis, & notavit *Fagnan. ibidem ſub num. 23.* & alterum adjungit uſque ad novem *Balb. de Præſcription. 1. part. 5. partis princ. quæſt. 11. num. 10.* atque inter hæc in foro pænitentiæ poteſtatem abſolvendi in levioribus culpis, valeat quoque eandem poteſtatem abſolvendi præſcribere in gravioribus, convenire videntur in hoc, quòd in caſu quo idem Abbas, vel alius Inferior, mediante Privilegio Apoſtolico, vel legitima præſcriptione, habet omnimodam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem excluſo Epiſcopo, itaut ſit in ſtatu nullius Diœceſis, tunc utique queat præſcribere etiam poteſtatem abſolvendi in graviſſimis culpis, ſicque pernecеſſe, ſive per neceſſarium antecedens ſupponunt, Abbatem, aliumque Inferiorem, abſolutè præſcribere poſſe omnimodam quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem in certa parte Diœceſis, ut inter iſtos *Scribentes, ſeu Doctores*, ſignanter videre eſt ſtabilitum penes *Fagnan. in d. c. cum olim, num. 1. cum ſequent.* & præcipuè *ſub num. 22. §. Et in hoc primo*, & diſtinguendo inter poteſtatem Juriſdictionis, & ordinis, quæ poſtrema eſt impræſcriptibilis, quia provenit ex vi Conſecrationis, & non ex injunctione, ſive delegatione hominis, per *Text. in c. quanto, ibique Innoc. & cæteri, de conſuet.* ſubſequitur idem *Fagnan. in c. Nullus, de Paroch. & alien. Paroch. n. 3. & ſeq. Caccialup. in tr. de Union. impreſſ. inter tract. magn. part. 15. tom. 1. art. 3. num. 24.* 105

Ac propterea ad hæc, ſive ad præmiſſam propoſitionem, tres communiter modos deſignant iidem Doctores acquirendi ſtatum *Nullius*, ſive Territorium verè ſeparatum, primum videlicet, quando in aliquo loco ſupprimitur actu exiſtens Dignitas Epiſcopalis, eidemque loco præficitur Abbas Regularis, vel alius inferior, pro inibi exercenda Juriſdictione, exemplo *Montis Caſſini*. Secundum ubicunque per Sedem Apoſtolicam certum Territorium ab aliqua Diœceſi diſmembratur, ibique pariter conſtituitur Prælatus Inferior cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Clerum, & Populum, excluſo penitus Epiſcopo, exemplo pariter *Veteris Commendatarii Abbatiæ Caſtri Durantis*: Tertium tandem mediante præſcriptione, ubi ſcilicet Prælatus Inferior in certa parte Diœceſis tanquam proprio Territorio, ſupra hominum memoriam omnimodam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum & Populum privativè ad Epiſcopum exercuerit, quemadmodum de hiſce tribus modis, antiquiorum ſchola Canoniſtarum examinata, & perpenſa, demonſtrat totiès laudatus *Fagnan. in d. c. Nullius, ex n. 18. cum plurib. ſeq. de Paroch. & alien. Paroch.* 106

Non adverſante doctrina *Hoſtienſis in c. Cum contingat interdum, de for. compete. num. 1.* ubi, admittens ſolum Papæ privilegium, maximè in loco Epiſcopo carente, & referens exemplum ſupradicti Abbatis Montis Caſſini, firmat, quòd ex conſuetudine nequeat alius Prælatus, excepto Epiſcopo, habere Territorium, ſub ea ratione, quòd aliàs *in eadem Civitate, ſeu Diœceſi* (ſunt verba præciſa) *eſſent duo capita, quaſi monſtrum*, quod & videtur ſenſiſſe *Anton. de Butr. in eodem c. cum contingat ſub num. 17.* ubi tradit, quòd ſolus Epiſcopus merum, & mixtum im- 107

perium

Digitized by Google

perium habet in Diœceſi ſua, & quod idem merum, & miſtum imperium tribuitur à ſolo Papa, quòdque ad ſummum valet inferior præſcriptione ſe tueri *quaſi ſub Epiſcopo*, itaut Epiſcopus habeat univerſalem Juriſdictionem ſaltem habitu, præludatus autem inferior tantummodo in exercitio, idque placuerit *Abbati in d.* pariter *c. cum contingat*, *ſub num. 18. in fin.*

108 Quoniam, ultra quod capitalis doctrina hæc *Hoſtienſis*, illiuſque ratio, etiam ad ejus ſenſum minimè congrueret caſui præſenti, dum ut explicavit eum referendo *Abbas in c. cum olim*, *num. 3. de præſcriptionibus*, difficultas præſcribendi Territorium contra Epiſcopum, principaliter non cadit in Abbate exempto, à quo faciliùs jura Epiſcopalia præſcribi valent, ob illud palpabile diſcrimen, cadens inter exemptum, & non exemptum, quia non exemptus cum majori abſurditate deberet ſimul, & ſemel duo præſcribere, exemptionem ſcilicet paſſivam, nec non Juriſdictionem activam, quando tamen exemptus, jam præexiſtens in ſtatu veræ, & prout hìc nativæ exemptionis, unum dumtaxat obicem ſuperare, & præſcribere debet, videlicet prædictam Juriſdictionem activam: quantum verò lubentiùs in Jure ſuperetur unum obſtaculum, & non duplex, dicta regula, ſive adagium notiſſimum à contrario, duo vincula magis ligant, quàm unum, *c. 1. de treg. & pac. Autentic. itaque. Cod. comm. de ſucceſſ. leg. diſcretus 10. Cod. qui teſtament. facere poſſ. Alexand. conſ. 145. numer. 6. lib. 2. Valenzuel. conſ. 120. num. 31. tom. 2. Marant. Controv. Jur. part. 1. reſponſ. 20. num. 36. & reſponſ. 21. num. 14. Rot. deciſ. 237. num. 9. cor. Dunozet. Jun.*

109 Attamen indiſtinctè hujuſmodi *Hoſtienſis* opinio ab ipſomet *Abbate* mordicus, & diametraliter impugnatur, tam *in d. c. olim*, *num. 4.* quàm in præcitato altero *c. Auditis*, licèt ibi non ſine magna inconſtantia ſe referat ad dicta per eum *in d. c. cum contingat*: & quòd ſi in certa parte Diœceſis, à tempore, cujus non extat memoria, Archidiaconus, vel alius inferior, exercuerit Juriſdictionem ordinariam, cauſas quaſcunque audiendo, & definiendo, in illa parte non valeat Epiſcopus apponere Officialem, ex quo generalis proviſio *Textus*, facta à *Boniſacio VIII. in c. cum Epiſcopus de off. Ordinar. in 6.* non ſe extendat ad loca, quibus de Judice ſpecialiter eſt proviſum, poſt *Archidiacon.* ab eo relatum, & *Joan. de Imol.* præcisè firmat *Joan. Andr. in d. c. cum Epiſcopus verſ. per hoc dixit Archidiaconus*: & quòd præſcriptione acquiri poſſit, quidquid mediante privilegio valet obtineri, ad non obſcurè inſinuata per *Cæleſtinum III. in c. duo ſimul. de off. Ordinar. ubi Canoniſtæ*, & *Innoc. III. in c. ſuper quibuſdam §. Præterea*, pro regula tradunt *Felin. in c. ſi diligenti, de præſcr. Gabriel. Commun. Concluſ. tit. de Præſcript. concl. 1. Kokier. de Juriſdict. Ordinar. in Exempt. part. 2. quæſt. 6. per tot. Frances de Eccleſ. Cathedral. c. 30. num. 212. Barboſ. de Off. & Poteſtat. Epiſ. part. 3. allegat. 72. num. 186. in fin. de Roſ. de Reſid. Epiſ. c. 4. ſect. 6. num. 416. R. P. D. Petra in relat. Commentar. ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 2. fol. 141. num. 60.*

110 Quin etiam ullatenus ſubſiſtat ratio (quæ exteroquin eſt anima legis) allata per *Hoſtienſ.* in ordine ad monſtruoſitatem duorum capitum in eadem Civitate, vel Diœceſi; ut enim illam deſtruendo connotavit ſæpè *citatus Fagnan. in d. c. Nullus*, *ſub num. 22. verſ. Et quamvis Hoſtienſis*, & eum ſub velamento defenſionis tamen impugnans *Lotth. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 24. num. 208.* & cum eo *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. diſput. 15. quæſt. 9. à num. 9. ad 16. Cardin. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. n num. 27. & diſc. 12. ſub nu. 20.* eo ipſo, quòd Prælatus inferior præſcribit adverſus Epiſcopum Juriſdictionem in aliqua parte Diœceſis, jam hujuſmodi Prælatus Inferior dicitur eſſe in ſtatu *Nullius*, & ſic extra illam eandem Diœceſim, in qua figuratum monſtrum contingere debuiſſet, quòdque à fortiori in rei veritate minimè repugnet in aliqua Diœceſi Inferiorem poſſe habere proprium Territorium, & ſub nomine *Diœceſani* venire, nemo eſt, qui dubitet, & expreſsè advertit *Gloſſ. in Clem. unic. de for. competen. V. Diœceſanis*, *ibique Cardin. ſub num. 2. verſ. 4. quæro*, & *Imol. num. 38. Abbat. num. 17. Ricciul. Lucubrat. Eccleſiaſt. lib. 5. c. 4. num. 8. Gratian. diſceptat. forenſ. c. 212. num. 7. & 8. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. c. 220. num. 72. Kokier. de Juriſdict. Ordinar. in Exempt. part. 1. quæſt. 8. Tamburin. de Jur. Abbat. lib. 2. diſput. 15. quæſt. 9. num. 206. Rot. deciſ. 40. num. 2. deciſ. 55. num. 1. & deciſ. 69. num. 7. poſt Eundem, & deciſ. 324. ſub num. 2. ad fin. verſ. ideoque, part. 1. rec.*

111 Et ideò quamvis *Fagnan. in dicto c. nullus*, *num. 22.* loquendo de tertio caſu acquiſitionis Territorii ſeparati per viam præſcriptionis, revera loquatur de præſcriptione, ſive exercitio Juriſdictionis *ſupra hominum memoriam*, & ante eum idipſum affirmaverit poſt *Archid.* & *Joann. de Imol. Joann. Andr.* ubi ſupra *in c. cum Epiſcopus, de majorit. & obedient.* attamen *Doctores* quoque, deſcendentes ad quadragenariam, cui aſſiſtat titulus, & bona fides, illam ad hunc eundem effectum æquipararunt præſcriptioni immemorabili, ut clarè reſultat ex *Decretali Bonifacii VIII.* quæ incipit *Epiſcopum*, *aliàs c. 1. de præſcr. in 6.* ubi ſic comparativè ad præſcriptionem quadragenariam, & immemorabilem, poſitivè concluditur -- *Ubi tamen eſt jus commune contrarium, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona fides non ſufficit, ſed neceſſarius eſt titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cujus contrarii memoria non exiſtat* -- ibique *Gloſſ.* cum qua procedunt, exemplificando etiam in dominio maris variarum Nationum, *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. c. 4. num. 72. Petr. Barboſ. in leg. competit. num. 59. & ſeqq. Cod. de præſcr. 30. vel 40. annorum. Decian. lib. 2. conſil. 24. nu. 119. Addit. ad Gomez variar. reſolut. c. 15. ſub num. 25. §. De præſcr. Juriſdictionis. Maſcard. de Probation. concl. 214. num. 6. & 7. Larr. allegat. Fiſcal. 68. num. 1. Franc. de Regimin. Eccl. Chriſtian. part. 1. lib. 3. diſp. 70. num. 60. circa fin. Gamm. deciſ. Luſitan. 82. num. 9. & 10.* & poſt eos *Gonzalez in c. de quarta*, *num. 6. verſ. cæterum, de præſcr. Rot. deciſ. 91. num. 1. in fin. part. 1. deciſ. 1. num. 17. part. 4. tom. 2. & dec. 108. num. 9. part. 17. rec.* & in durioribus, loquentes nempè de præſcriptione Juris cognoſcendi Cauſas criminales, *Spad. conſ. 193. num. 3. & ſeqq. lib. 2.* adducens privilegia exemptiva pro titulo colorato efformando. *Rot. deciſ. 21. num. 1. & 2. part. 14. rec. Cardin. de Luc. de Jud. diſ. 21. num. 42.* ubi per dictionem *penè* parificat præſcriptionem 40. *annorum* cum titulo colorato, præſcriptioni centenariæ, & immemorabili, & per *Textum*, ſæpiùs in primo articulo Juriſdictionis nativæ relatum, ſcilicèt *in c. cum perſona, de privil. in 6.* admittere ad eundem effectum Juriſdictionis criminalis æquiparationem immemorabilis, & quadragenariæ cum titulo, videtur *Rot. in deciſ. 243. num. 13. part. 2. rec.* quam refert *Barb. de Off. & Poteſtat. Epiſ. part. 3. allegat. 127. num. 3. in fin.* & ad præſcribendum ſtatum *Nullius* cum omnimoda Juriſdictione, licèt ipſe loquatur de immemorabili, adhuc idem procedere in quadragenaria cum titulo, exiſtimat *Tondut. Quæſt. Ben. c. 60. num. 10. part. 1. Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 9. num. 9. De Roſa de Reſid. Epiſ. c. 4. ſect. 6. nu. 453. & ſeqq. Rot. deciſ. 335. n. 24. part. 13. rec. & in Marſicen. ſeu Nullius Juriſdictionis ſuper bono Jur. 7. Junii 1700. §. Quia immò, coram bon. mem. Muto*, cum aliis relatis concordantibus *in tertia dec. dici 27. Aprilis 1705. §. Poſito, quòd Abbas, aliàs §. 16. cor. R. P. D. meo Molines Decano.*

112 Firmato igitur, quòd explosa opinione *Hoſtienſis*, illiuſque ratione, poſſit in genere Territorium ſeparatum præſcribi, & infallanter quando præſcriptio exiſtat immemorabilis, quòdque quadragenaria cum titulo colorato penitus æquipolleat præſcriptioni immemorabili, vel centenariæ, conſequi neceſſariò apud pleroſque, immò ferè omnes ex *Dominis* videbatur, quòd intercedente hoc ſpatio ſupra quadraginta annos exercitii privativæ Juriſdictionis in Abbate Fuldæ, titulus coloratus reſultaret in gradu ſuperlativo à tot ſuperiùs examinatis Privilegiis, ſi non disjunctivè, conjunctivè ſaltem perpenſis; quicquid enim eſſet, quando hujuſmodi titulus fuiſſet obtentus à non habente poteſtatem illum concedendi, ut eſt Epiſcopus,

pus, etſi contrarium velir, quoque in hoc ſibi diverſus Hoſtienſis in c. dilecto filio, de off. Archid. ſub num. 24. profectò quotiès tituli, ſeu Privilegia noſcuntur reportata à Sede Apoſtolica, ad quam unicè pertinet diſmembrare Diœceſes, hæc cauſare poſſunt juſtam cauſam præſcribendi, & hinc fit ille titulus coloratus, & iacnm ferens juſtam cauſam præſcribendi, qui communiſſimè reperitur admiſſus, ſolùmque requiſitus in hac materia, ut poſt longè examinatam materiam conclndere videtur De Roſ. de Reſid. Epiſ. c. 4. ſect. 6. num. 431. & 432. & cum eo Imol. in c. præpoſuit num. 5. de conceſſ. præbend. Paſſaria. in c. Epiſcoporum, num. 12. cum ſeqq. & num. 64. cum ſeqq. de præſcr. Deciſ. conſ. 119. num. 2. verſ. ex his confirmatur. Lotb. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 24. num. 166. & num. 216. & ſeqq. Cardin. de Luc. de Juriſd. diſc. 1. nu. 11. & generalitèr Caſtren. conſil. 253. num. 4. lib. 1. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. tract. magn. tom. 15. part. 2. fol. mihi 542. à tergo. Larrea alleg. Fiſcal. 60. n. 3. verſ. & ille titulus, Peregr. de Fideicomm. art. 48. n. 31. & art. 52. n. 143. Oſaſcb. dec. 116. num. 6. Rot. dec. 94. n. 1. lib. 1. cor. Puteo.

113 Et eo efficaciùs, quia præter hæc conjunctivè, ut præmiſimus, ponderanda Privilegia, longè efficaciorem titulum colnratum ſubminiſtrare viſa eſt lugubris hiſtoria præterlabentis olim Seculi decimi ſexti; debaccante ſiquidem hæreſi Lutherana per viſcera Germaniæ, illius Autbores, quin immò & ſubditi nobiliores ejuſdem Abbatiæ, ceperunt irruere ſuper cultu, & dogmatibus Ortbodoxæ Fidei, introducere contendentes ritum illum aberrantem, qnem nnncupant Confeſſionis Auguſtanæ, undè Balthaxar, tunc Abbas, Apoſtolicam protectionem, ſub qua manebat, implorans, recurſum habuit ad ſan. mem. Gregorium XIII. & quia inprimis, adicitis ſub tanti Pontificis laude, & approbatione pro valido præſidio Presbyteris Societatis Jeſu, juxta luculentèr recenſita in dicto Summario Abbatis num. 27. cum ſeqq. Sanctitati Suæ ſupplicaverat pro ſui ipſius commendatione apud Cæſarem, de facto idem ſan. mem. Gregorius XIII. ſub anno 1574. Maximiliano ſcripſit Imperatori, ut hanc Chriſti cauſam amplecteretur, & declararet, licere Abbati per Imperii decreta collapſam in ſui Ditione Religionem reſtituere, inque ea re, ei ſubjecta, cuncti obtemperare deberent, ſed parum ab initio juvit Abbatem clementia, & interceſſio Pontificis, Julius namque Epiſcopus Herbipolen. ſucceſſivè de anno 1576. Balthaxarrem Abbatem cum magno equitatu coegit ad liberè ei cedendam adminiſtrationem Abbatiæ; Cumque propterea Abbas acriorem qnerelam Pontifici obtuliſſet, nnvas Literas hortatorias ſuper hac oppreſſione Gregorius Cæſari reſcripſit, & reſpectivè novas alias; ut par erat, minaces eidem Julio Epiſcopo Herbipolen. undè Maximilianus hiſce omnibus permotus, præcisè mandavit Epiſcopo, ut abreptam Juriſdictionem Abbati reſtitueret, ſic perhibens illud Imperatorium, & Principale brachium, quod Sacri Canones, & Oecumenicæ Ordinationes ſæpè ſæpiùs implorare non dedignantur, ut liquet ex D. Auguſtino relat. per Franc. Arrias in tractatu de Bell. & Bellatorib. num. 101. c. 1. & ibi omnes, c. quoniam in pleriſque, de off. Ordinar. c. ſtatuimus, de malediction. c. dilecto, de ſent. excommun. in 6. S. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 8. & ſeſſ. 52. de Regularib. c. 5. Archid. in c. periculoſo num. 5. de ſtat. Regular. in 6. Feder. de Seniſ. conſ. 151. num. 3. Roland. conſ. 37. num. 2. vol. 4. Put. in tract. de Synod. verb. Brachium in princ. nu. 2. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 11. §. Tractandum à num. 1. Mart. de Juriſdiction. part. 1. c. 49. num. 50. Aloyſ. Ricc. Prax. For. Eccleſiaſt. part. 1. tit. de implorat. brach. ſecular. reſol. 278. ſub num. 2. & reſol. 279. cum ſeqq.

114 Auguſti ſolicitudinem, & opem laudavit Gregorius, & ab humanis prærepto Maximiliano, delatoque Imperio ad Rodulphum Maximiliani Filium, in pluribus Epiſtolis, modò ad eundem Rodulphum conſcriptis, modò aliis Epiſcopis, & Principibus literis datis ſub expreſſione, quod Abbas legitimus Paſtor, & poſſeſſor, eſſet Abbatiæ, & quòd injuſtè ipſi fuerat adempta poſſeſſio, & Juriſdictio, quodque Epiſcopus Herbipolenſis contentus eſſe deberet ſuo Epiſcopatu, nec alienam Provinciam appetere, nec attingere deberet, cauſam hanc, ſeu negotium celeritèr obtruncandum commiſit, ſeu delegavit ipſi Imperatori Rodulpho, ex quo certiſſimis (ut idem Pontifex dicebat) teſtimoniis cognoverat Abbatis calamitatem, & miſerum ejus Diœceſis ſtatum, infirmando inſimul priùs, ſicuti par erat, & penitùs caſſando, & irritando ceſſionem prædictam, ita exigente juſtitia in actibus, & contractibus per vim, & metum extortis, l. ſi mulier §. final. ff. quod met. cauſ. l. ultim. Cod. de iis, quæ vi, metuve cauſ. Inſtitution. de except. in princip. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. c. 17. ſub num. 37. Sperell. deciſ. For. Eccl. part. 1. deciſ. 25. num. 4. nec non ſubjecta materia, de qua agebatur, cum præter Summum Pontificem nulli liceat cedere, vel concedere Eccleſiaſticam, & Spiritualem Juriſdictionem, ex notiſſimis, de quibus Hoſtienſ. in capit. cum contingat num. 1. de For. competen. ubi Butr. num. 11. Panormit. num. 18. Pignat. conſultat. 97. num. 12. & 13. tom. 10. Rota deciſ. 395. num. 5. coram Emerix Jun. dec. 324. num. 2. dec. 220. num. 9. & 10. part. 9. & dec. 340. num. 9. & 20. part. 15. rec.

Objit intereà Gregorius, eidemque ſucceſſit Sixtus, nnncupatione Quintus, acriterquè monuit Epiſcopum Herbipolen. nè tentaret ampliùs partem ullam Abbatiæ, & Terrarum, aut juris illius poſſidere; cumque nihilominùs de anno 1589. memoratus Epiſcopus ſategiſſet, mediante perſona Procuratoris Fiſcalis, in Parochialibus Eccleſiis Capituli Gayſa Ditionis Fulden. Sacrum ſolemne celebrare contra Literam expreſſam Privilegiorum Abbatis, nec non eaſdem Eccleſias viſitare, non deſiit Officialis, ſeu Vicarius ejuſdem Abbatis reſiſtere, & contradicere, adeout fruſtra nonnulla peregerit idem Fiſcalis, & uſque ad tertiam vicem redierit pro explenda viſitatione, quia tam idem Officialis, quàm reliqui de Clero ſeſe conſtanter oppoſuerunt per exhibitionem Privilegiorum, & per poſitivam negationem, quòd Epiſcopus Herbipolenſis foret illorum Epiſcopus, de alio ſibi Ordinario non conſtare conclamantes, quàm de Fuldenſi, dicto Summario ex num. 48. cum ſeqq. Qui ſanè modus, ſeu contradictio, non ſolùm eſt ſolitum remedium exemptorum, ſed eſt potentiſſimum requiſitum ad ſolidandam præſcriptionem, teſte Cardinal. de Luca de Juriſdict. diſ. 34. ſub nu. 30. verſ. tertio contradictio ejus &c. & de Regalib. diſ. 135. num. 7. Rovit. deciſ. 97. num. 4. 6. & 21. Theſaur. dec. 16. num. 8. Afflict. dec. 388. num. 10. Add. ad Buratt. dec. 38. num. 8. Rot. dec. 213. num. 4. part. 4. dec. 226. num. 33. & ſeqq. part. 7. & dec. 254. n. 21. part. 10. rec. cum aliis relatis concordan. in Addit. ad dec. 50. num. 32. inter hactenus impreſſ. cor. Me tom. 1. 115

Putavit, ſed incaſſum, Epiſcopus, ita contradictus, & rejectus, poſſe cenſuris aggravare ſub anno 1593. ſuos contradictores, verùm illicò ab eiſdem cenſuris pro parte Abbatis interpoſita extitit appellatio ad Sanctam Sedem, & deindè ex altera parte Agentis præfati Epiſcopi Papæ porrectum memoriale pro complenda incepra, & impedita viſitatione: Super hujuſmodi jure viſitandi introducta, atque pendente in Sacra Congregatione Concilii Cauſa, prodüt interim Sententia Rodnlphi Imperatoris, cum conſecutivo mandato directo ad Maximilianum Archiducem, & reſpectivè Magnum Ordinis Theutonici Magiſtrum, ad hoc, ut Abbati Fuldenſi (ſunt verba præciſa) ſuæ Diœceſis poſſeſſio plenariè, & omnimodè reſtituatur, ad partes quoque injungendo, Civibus, Subditis, & Miniſtris ejuſdem Territorii Fulden. quod (pariter ſunt ipſa verba) prædictum Abbatem, tanquam eorum Ordinarium, Dominum, & Regnantem Principem recognoſcerent, dicto Summario num. 56. abſque eo quòd de ejuſdem Sententiæ validitare probabiliter ambigi poſſet, dum Imperator proceſſit, ſeu procedere valuit ex ſpeciali delegatione Papæ, de qua ſupra; Pontifex enim quamlibet Cauſam, quantumcunque Eccleſiaſticam, & Spiritualem citra hæſitationem committere, & delegare cuilibet Laico, etiam privato, ex communiter affirmatis per Doctores in c. Mennam. 2. quæſt. 4. ubi Gloſſ. & in c. præter hoc, §. Ad hoc 32. diſt. Guttierez Canon. quæſt. lib. 1. c. 34. num. 38. cum ſeqq. Borell. de Præſtant. Reg. Cathol. c. 71. n. 2. 116

Digitized by Google

tium. 2. & ſeqq. Bellug. Specul. Princ. rubr. 11. §. Videndum num. 17. in fin. & rubr. 25. §. Et quia, num. 43. Cardinalis de Luca de Ben. diſ. 73. ſub nu. 8. Spevell. dec. 8. num. 50. Rota dec. 114. in fin. part. 2. diverſ. in Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſuper bono jure 23. Martii 1703. §. Siquidem, cor. Me, in Nullius, ſeu Provinciæ Hiſpal. Juris amovendi Vicarium 21. Februarii 1707. §. Non obſtante, quòd alias il 6. cor. R. P. D. meo Molines Decano.

117 Debito non minùs, & felici pariter ſucceſſu aſſecutus eſt Abbas, quòd poſt biennium à die lati Judicii per Imperatorem, prænominata Sacra Congregatio Concilii, re maturè diſpuncta, excitandam cenſuerit per Literas in forma Brevis juriſdictionem, aliàs ei competentem, nempè; ut *in locis ſibi pleno jure ſubjectis Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercere, viſitationem obire, Parochos inſtituere, cæteraque ad eandem juriſdictionem pertinentia peragere valeret*; idquè latiùs explicando, Pontificio munimine roboravit *ſan. mem. Clem. VIII. dicta Summaria num. 58.* & hoc pariter ipſum, & ſub eadem intitulatione Clementis ejus Prædeceſſoris, ſcilicèt *Abbati Monaſterii Fulden. Ordinis Sancti Benedicti Nullius Diœceſis Provinciæ Moguntinæ*, ferè ad literam repetiit *ſan. mem. Paulus V. dicto Summario num. 60.* & nuncupationem *Nullius* pariformiter in commiſſione regiminis, & adminiſtrationis, tam in Spiritualibus, quàm in temporalibus facta Joanni Bernardo Succeſſori per obitum Balthazaris in eadem Abbatia Fulden. adhibuit *ſan. mem. Urbanus VIII. de anno 1623.* proindèque hiſce omnibus in unum collectis, quis neget à tot munimentis Sedis Apoſtolicæ, & à firmo judicio duorum Majorum, & verè Magnorum Eccleſiæ Luminarium, Papæ ſcilicet, & Imperatoris, non reſultare exuberantem titulum coloratum, qui ve citra ſcrupulum, ad ſenſum ſuperiùs adductarum auctoritatum, præbere poſſet juſtam cauſam præſcribendi in Abbate, ſive poſſidendi proprium Territorium tanquam ſeparatum, eoque adamuſſim animo, quem explicitè, & pernecesſè tenuere, nedùm Cæſar, ſed & plures Pontifices, dum in longè fortioribus, ad ſimiles, & debiliores Juris effectus, juſtiſſimam cauſam præbent etiam meræ opiniones inſignium Doctorum, & Tribunalium, ut uno ore conclamant *Bern. conſil. 1. num. 3. lib. 5. Caren. reſolut. 204. num. 7. Adden. ad Gregor. dec. 149. num. 7. deciſ. 1270. num. 3. & 4. coram Emerix Junior. in Hiſpal. Juris præſidendi in Choro 2. Julii 1700. §. Atque id, in fin. coram Reverendiſſ. dell' Olmo Epiſcopo Conchen. in Mindonien. Obſervationis Conſtitutionis 1. Martii 1706. §. Eoquè fortiùs, & in Firmana Legitimæ 27. Junii 1707. §. Quinimmò non defecere, aliàs il 7. in utraque, coram Me*, & magis in individuo *Felin. in c. 4. num. 24. de præſcriptionibus. Bald. in l. Judicia, in fin. Cod. de rei vind. Alex. in l. 1. n. 4. ff. de eo, per quem factum erit.*

118 Neque fortitudo, ſeu firmamentum hujuſmodi actorum valebat in minimo enervari ſub oppoſito prætextu, quòd ſignanter Epiſcopus non fuiſſet laceſſitus, ſive auditus occaſione reſolutionis, ut ſupra captæ per *Sacram Congregationem Concilii*, aliorumque omnium, quæ ſupervenerunt. Quoniam Cæſaris geſta ignorare non poterat Epiſcopus, cum idem Cæſar ex Pontificia commiſſione, & reſpectivè ex munere Imperatoriæ ſuæ Dignitatis, ſub poſitivo ſequeſtro tenuiſſet regimen Abbatiæ cum expulſione ejuſdem Epiſcopi, quando de reliquo res erat adeò notoria cum appoſitione manuum tot Pontificum, ut nullum, ſive in Germania, ſive in Curia Romana poſſet clamoroſum latere negotium: Sacra verò Congregatio non ſolùm de ſtylo minimè conſuevit unquam inaudita Parte reſpondere, ſed quod plùs eſt, nonnè Agens ipſius Epiſcopi illum per ſupradictam Epiſtolam indubitanter certioravit de Memoriale porrecto, & de pendentia Litis in Sacra Congregatione, adeout opus hactenus non foret ad everſionem objecti ingredi quæſtionem, an Agens, ſeu Procurator præſumatur certioraſſe ſuum Principalem; de qua *Cardinalis de Luca de Jud. diſ. 6. n. 19. & diſ. 18. n. 53. Rota dec. 227. n. 4. cor. ſan. mem. Greg.* & plenè ibidem *Add. n. 20. & ſeqq. dec. 307. n. 3. 7. & 8. cor. Buratt.* ibidem *Add. lit. A. & dec. 152. n. 8. cor. Card. Celſ.*

Conſtabilito proindè primò ex geminis requiſitis, Privilegio ſcilicet, ſeu titulo pluſquàm colorato, reſtabat in ſenſu *omnium* fermè *Dominorum* diſquirendum ſecundum, ſcilicèt utrùm tempus privativi exercitii hujus omnimodæ, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictionis, ab Abbate demonſtraretur in hodierna diſceptatione integraliter perfectum, & abſque interruptione completum per totiès memoratum ſpatium *annorum* 40. cum hoc præcipuè ſibi vindicare cogatur quælibet præſcriptio, nimirùm, ut illa debeat eſſe penitus completa, ex quo perficiatur in ultimo momento, & reſpectivè, ſeu copulativè exiſtat continuata abſque ulla, vel minima, intermediante interruptione, per ea, quæ circa primam aſſertionem coruſcant penes *Alciat. in l. Anniculus 134. de verborum ſignificat. Cujac. in l. 3. §. Minorem, ff. de minor. & in l. 5. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Everard. Jun. conſ. 39. num. 36. lib. 1. Balb. de Præſcript. 3. part. 6. part. principal. quæſt. 1. num. 11. Rot. dec. 304. ſub num. 2. part. 1. dec. 114. num. 11. part. 9. dec. 21. num. 8. part. 18. rec. & in Piſauren. Reſciſſionis contractus 5. Maii 1698. cor. Me, inter hactenus impreſſ. deciſ. 42. num. 15.* & in puncto ſecundæ decernit *Textus in cap. Auditis, & in l. uſurpatio 2. l. naturaliter 5. ff. de uſucap. Bald. in l. unica, Cod. de uſucap. transfer. Caſſaneus conſ. 64. num. 28. Balb. de Præſcript. 3. part. 6. part. principal. quæſt. 4. num. 37. Larrea Allegat. Fiſcal. part. 1. allegat. 68. num. 28.* 119

De hoc igitur lapſu pluſquàm quadragenario quaſi poſſeſſionis Abbatis in privativo exercitio activæ Juriſdictionis, ambigere *Domini* non potuerunt, cum in facto liqueret, quòd ab *anno* 1602. ſub quo prodiit Sententia Rodulphi Imperatoris uſque ad *annum* 1688. ſub quo hodierna lis, & Judicialis reclamatio ex parte Epiſcopi fuit introducta, lapſi palpabantur *anni* 86. itaut ſi alii decem, vel duodecim anni defluxiſſent, nedùm iterata quadragenaria, ſed etiam inducta cenſeri valuiſſet omnium validiſſima centenaria, ex iis, quæ abbreviando rigorem perfecti, & conſumati temporis centenariæ, habentur penes *Palm allegat. 7. num. 36. pag. 74. tom. 1. Lotth. de Re Ben. quæſt. 7. lib. 2. num. 62. cum ſeqq. Cardinal. de Luca de Jurepatr. diſ. 57. num. 32. Rota dec. 242. num. 8. coram Buratt.* ibique *Add. num. 17. in fin. dec. 809. num. 6. cor. Amat. Dunozet. dec. 17. num. 4. dec. 18. n. 6. poſt Vivian. de Jurepat. dec. 509. num. 2. part. 5. & dec. 184. n. 3. p. 6. rec.* 120

Ac propterea ultima amaritudo reſidebat in prætenſo ſubalternante capite interruptionis ad formam dicti *cap. Auditis*: Sed præſuppoſito, quòd ab indè citra, nempè ab *anno* 1602. uſque ad *annum* 1688. Epiſcopus Herbipolenſis nullum actum verè clarum, & non æquivocum, aut retorquibilem Juriſdictionis exercuerit in toto Territorio, Ditione, ſeu Diœceſi Fulden. & è converſo quoslibet actus Eccleſiaſticam, Spiritualem, & omnimodam quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem præſeferentes pacificè peregerit Abbas Fulden. quin etiam conſtantiſſimè, & ſemper idem Abbas Fulden. fuerit à tota Curia, & Aula Romana, nec non Miniſtris S. Sedis, ac denique ab ipſis Summis pro tempore Pontificibus, recognitus pro vero Ordinario, & conſtitutus in ſtatu *Nullius Diœceſis*, non ſolùm verbo tenùs, verùm etiam ex continuata commiſſione negotiorum Eccleſiaſticorum, & Spiritualium, de quibus omnibus abundè refertum erat *dictum Summarium Abbatis ex numer.* 59. uſque ad *num.* 74. & rurſus ex *num. 75. cum pluribus ſeqq.* junctis depoſitionibus triginta Teſtium formaliter examinatorum, & idipſum egregiè concludentium, nullam interruptionem progignere poſſe *Domini* authumarunt prætenſas Concordias, exaratas de annis 1613. & 1614. licèt enim eædem Concordiæ, quoties importaſſent illud, quod prætendebat Epiſcopus, deſervire valuiſſent pro interrumpenda præſcriptione, ſive ejus defluxu à prædicto *anno* 1602. uſque ad eoſdem annos 1613. & 1614. cum illæ præſeferrent indubitabilem ſcientiam alieni Juris, ſcilicet Epiſcopi, cum quo poſitivè fuit ratione ejuſdem alieni juris inita conventio, & tranſactio per Abbatem, ad tradita per *Felin. in cap. illud num. 7. & 8. de præſcript. Giurb. obſer. 9. num. 19. Bonden. collect. leg. 78. num. 15. Balb. de Præſ-* 121

Digitized by Google

de Praſc. part. 6. quæſt. 4. num. 36. Tondut. de Prævent. part. 3. cap. 13. num. 7. Rota deciſ. 6. num. 7. & deciſ. 383. num. 1. lib. 3. coram Caſſad. Add. ad Pamph. deciſ. 134. num. 7. deciſ. 172. num. 6. coram Coccin. & deciſ. 336. num. 12. cor. Bich. & in individuo *dec. 221. n. 28. part. 13. rec.*

122 Attamen ultra quod prima concordia *anni* 1613. vix aliquid videbatur concludere in agnitionem Epiſcopi circa ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quæ nec hodiè prætendebantur ab Abbate, reſpectu verò concernentium Juriſdictionem Eccleſiaſticam, & Spiritualem, ſuper qua verſabatur colluctatio, nihil penitus inibi apparebat ſtabilitum, niſi quòd deſuper eligerentur amicabiles Inſpectores, & Compoſitores, & quoad alteram tranſactionem ſequentis *anni* 1614. legebatur inibi dumtaxat, quòd per modum puræ propoſitionis, factæ à nonnullis Deputatis Fuldenſibus in forma nullatenùs obligatoria *ſed* (ſunt verba, præciſa) *ad Partium utrinque ratihabitionem*, aliqua dicebantur circa hanc Juriſdictionem in ordine ad quendam locum, ſeu Capitulum, quod nuncupant *Carloſtadianum*, ideòque cum nulla deinceps ſupervenerit ratihabitio, & hujuſmodi tractatus non remanſerit ullo modo, ſaltem per aliquem actum, executioni demandatus, profectò, & tanquam pendens à futura ratihabitione, & tanquam ineffectuatus, nullam malam fidem valebat infligere Abbati, ex deductis per *Felin. in c. cum olim, in fin. de præſcript. DD. in l. ſilendum §. Qui fundum ff. qui ſatiſdar. cog. Guido Papa dec. 496. n. 1. Hieron. Leo dec. Valen. 123. n. 5. & ſeqq. lib. 2. Rot. dec. 103. n. 11. cor. ſan. mem. Alex. VIII. & dec. 382. n. 17. p. 19. rec.*

123 Quis dicat, quòd cum ab indè citra, ut mox tetigimus, nuſquam Epiſcopus in locis controverſis quicquam peregit, & Abbas pacificè, & generaliter perſeveravit in ſua quaſi poſſeſſione, confirmatu magis, quàm obnubilata non extiterit ejuſdem Abbatis bona fides, ſecundum ea, quæ ratiocinata eſt *Rota in Bononien. Juris conferendi* 22. *April.* 1697. *§. Adhuc, & ſeqq. cor. bon. mem. Urſino.*

124 Maximè dum in longè durioribus terminis quotidiè habemus, quòd ſi non, ut ad præſens, per actus & diſcurſus merè extrajudiciales, verùm judicialiter appareat aliqua lis introducta, & conteſtata adverſus poſſeſſorem, ſi is in eadem lite minimè poſtea ſuccubuerit, neque hujuſmodi effectiva, & judicialis conteſtatio idonea reputatur ad inceptam præſcriptionem offuſcandam, & interrumpendam, juxta monitum *Felin. in cap. illud num. 17. de præſcript. Balb. eodem tract. part. princ. ſext. part. quæſt. 4. num. 37. Covarr. in reg. poſſeſſor. part. 2. §. 12. num. 4. verſ. Secunda concluſio. Rot. deciſ. 467. num. 1. coram Ludoviſ. deciſ. 75. num. 6. & dec. 490. num. 12. coram Penning. dec. 108. num. 6. 14. & 15. coram Emerix Jun. deciſ. 754. num. 17. part. 18. rec.* & in præciſis terminis *deciſ. 54. ſub num. 23. coram Martin. Andr. & dec. 1027. num. 14. coram Seraphin.*

125 Cæterùm ubi etiam per hypotheſim vellemus, quòd prænarratæ concordiæ parturire valuiſſent hanc interruptionem, innegabilis erat decurſus aliorum pluſquam 40. *annorum* à præfato *anno* 1614. uſque ad *annum* 1662. in quo inita conſpiciebatur altera Concordia, non enim præſcriptio, etiam ſemel interrupta, impedit, quominùs altera juridicè inchoetur, atque decurrat, prout neque præſcriptio jam legitimè completa, per actus poſtea contrarios, dummodò non præſeferant abdicationem quæſiti Juris ex ipſa jam conſumata præſcriptione, valeat deſtrui, ſeu corrumpi, quemadmodum ſuper prima concluſione obſervant *Abbas in c. Auditis, in ult. notab. num. 10. de præſcript. & conſ. 94. in fin. verſ. item & ſecundo. Fagnan. in cap. ſi quis. de regul. Garz. de Benef. part. 3. c. 2. num. 107. Trobatt. de Effect. Immemorab. quæſt. 15. art. 1. num. 26. Cardin. de Luc. de Jud. diſc. 21. num. 64. Add. ad Ludov. deciſ. 718. in fin. deciſ. 296. num. 5. coram Mattie. dec. 718. in fin. coram Seraph. deciſ. 739. num. 30. coram Buratt. & deciſ. 445. num. 9. part. 1. rec.* & ſuper altera, *DD. in l. ult. C. de præſcript. Bartol. in l. cum acutiſſimi §. final. Cod. eodem tit. de præſcript. 30. annor. Ruin. conſil. 118. num. 5. lib. 4. Covarruv. in ſecunda part. relect. c. poſſeſſor. de regul. jur. §. 12. num. 7. Balb. de Præſcript. in 3. part. 6. part. principal. num. 13. verſ. 4. præſcriptio. Magon. dec. Flor. 79. num. 7. Rot. dec. 285. n. 4. & 5. p. 19. rec.*

Tantum vero aberat, quòd ultima Concordia prædicti *anni* 1662. extorqueri poſſet ad inducendam aliquam dimiſſionem Juris, jam mediante pluſquam quadragenario defluxu quæſiti eidem Abbati, ut potiùs ex illius lectura, *libere relinquatur Abbati ejuſque ſucceſſoribus, ſtatus, ſeu caracter nullius Diœceſis, habeatque* -- ut ibi dicitur -- *ejuſdem Antiſtes in Clerum, & Populum Juriſdictionem ordinariam, privativè, qualis Prælatis Epiſcopis Inferioribus &c. ſive de Jure, ſive ex conſuetudine competit, hancque Juriſdictionem exerceat, ut hactenus exercita eſt* -- hodierno *Summario Epiſcopi num. 1.* undè quomodò ad deſtructionem, & interruptionem Juris quæſiti antecedenter, deſervire queat, quòd tendit ad majus robur, & efficaciorem confirmationem, ex collectis per *Bero. conſ. 7. num. 37. lib. 3. Menoch. conſ. 75. num. 32. vol. 1. Ruin. conſ. 17. num. 1. verſ. undè confirmatio, lib. 1. Rot. deciſ. 289. num. 14. part. 12. rec.* & in individuo *dec. 467. num. 5. in fin. coram Seraphin. dec. 373. num. 13. part. 19. rec. & in Leodien. Monaſterii 4. Julii 1698. §. Tertio demum, verſ. & quoad, coram Me, inter hactenus impreſſ. deciſ. 62. tom. 1.* 126

Et de facto id adeò verum præfulgebat, ut ſuperveniens Epiſcopus Herbipolenſis, ſibi præjudicialem reputans hanc noviſſimam Concordiam *anni* 1662. ſupplicaverit Sanctiſſimo Pontifici *ſan. mem.* Innocentio XI. pro illius irritatione, cauſamque priùs deſuper committi curaverit *clar. mem. Cardinali Cacciæ*, & de in *bon. mem. Emerix Jun.* ſi etenim non extitiſſet magis Confirmatum Territoriale jus Abbatis ex hac concordia, non provocaſſet, atque reclamaſſet Epiſcopus, quælibet enim reclamatio, & appellatio, implicat prætenſam læſionem, & gravamen, ad mentem *Textus in c. ut debitus, & c. cum ceſſante, de appell. l. 1. ff. de appell. recip. Palm. alleg. 187. num. 39. Gregor. Tholoſ. tract. de Appell. lib. 5. c. 1. num. 1. fol. 460. Cenſal. deciſ. Lucen. 45. num. 6. Cenſal. deciſ. 23. num. 28.* cum aliis in propoſito adductis in *Cavallicen. Bonorum ſuper expenſis 14. Maii 1708. §. Hinc Domini, coram Me.* 127

Quid ultra? dum ad magis, magiſque corroborandum, ſaltem abſtractivè, ſeu generaliter, in ſua Ditione Fuldenſi Jus Abbatis, tam prima, quàm ſecunda Commiſſio appellationis, ſeu reclamationis obtenta, & *Sacro Auditorio* præſentata, per Epiſcopum expreſsè profitebatur, cum ſucceſſivo mandato ad lites confecto, quòd non totalis, ſed ſuper certis quibuſdam, ſeu plurimis locis idem Epiſcopus prætendebat ſibi vindicare uſurpatam Juriſdictionem: Undè dum Epiſcopus nullatenus univerſalem in omnibus locis eam ſibi competere contendebat, per neceſſarium utique antecedens fatebatur, reliquum Territorium, & Jus quaſi Epiſcopale, juridicè exiſtere penes Abbatem, cum ſimiles dictiones *plus, & minus* ſubſtantiam rei minimè immutent, *leg. fin. ff. de fundo inſtruct. & in leg. legat. generalitèr ff. de legat. primo. Ferret. in Conſtitut. Cathaloniæ gloſſ. 8. num. 155. Marc. Ant. Variarum. Reſolutionum lib. 3. reſol. 39. num. 4.* & exceptio firmet regulam in contrarium, ut poſt *Felin. in c. quoniam frequenter, n. 1. & ſeqq. ut lit. penden.* habetur annotatum *in Monaſterien. Præpoſituræ 26. Junii 1702. §. Abſque eo quòd, cor. Me.* 128

Fruſtranea proindè erat contextualis Epiſcopi expreſſio, adjecta ſignanter in ſecunda Commiſſione *dies 3. Aprilis 1688.* quòd ob varias, *in Romano Imperio belli calamitates, in ſuperiori, & in eo ſeculo exortas, de facto prædicti ejuſdem Epiſcopi Prædeceſſores impediti fuerint in eiſdem locis paſtorali officio invigilare;* quod ſanè bellum hodie repetebatur fuiſſe ſignanter illud Svetieæ irruptionis, ſecutæ de tempore Guſtavi Regis; quia præterquam in primis hæc ipſa expoſitio ſecum trahebat inevitabilem confeſſionem, quòd ſic poſſeſſio, & exercitium Juriſdictionis interim ſtaret penes Abbatem, iſque propterea fuiſſet ex hoc ſolo capite manutenendus, ut erat prima quæſtio, ſeu dubium, in hac Cauſa propoſitum, increpans quippè, ſeſe fuiſſe, ſpoliatum, fatetur actualem poſſeſſionem, ſeu quaſi, exiſtere penes 129

alte-

alterum, donec probetur ſpolium, ſemper tribuenda eſt manutentio poſſidenti *cap. in literis, de reſtit. ſpol. c. licet Epiſcopus, de præbend. in ſext. Gratian. diſceptat.* 899. *num.* 22. *Menoch. de Retinend. remed. ultim. nu.* 18. *Poſth. de Manutent. obſervat.* 42. *n.* 134. *& ſeqq. & num.* 136. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 194. *lit. C. Rota deciſ.* 382. *n.* 5. *& dec.* 535. *num.* 9. *coram Card. Seraph. & in Cameринen. Manutentionis, ſeu Cenſuum* 23. *Junii* 1698. *cor. R. P. D. meo Molines Decano, impreſſ. penes Modern. Aſculan. ad Stat. Urb. dec.* 55. *n.* 21.

130 Adhuc nec ſubſiſtit hujuſmodi allegatum impedimentum ad obtundendam vim hujus pluſquam quadragenariæ poſſeſſionis. Siquidem non legebatur in Hiſtoriis, coactum unquam fuiſſe Epiſcopum Herbipolen. ejuſque Curiam Eccleſiaſticam eſſe profugam à ſua adjacente Diœceſi Herbipolen. & quod plus eſt, quòd in omnem caſum non potuerit, prout antiqui Martyres, & Sancti Pontifices, inter quos præcipuè S. Clemens, etiam à Tyrannis relegati, ſeu in certam Inſulam deportati, Eccleſiam regere ope nimirum Epiſtolarum, & Miniſtrorum, imò credibile non erat, & ſimul incongruum videbatur, quòd ipſe Epiſcopus ex cauſa ingruentium bellorum paſtorale officium non impendere erga proprium Gregem Herbipolen. quapropter nulla ſuberat ratio, quare pariter non valuiſſet frangere panem Dominicum, etiam, ut diximus, in proximè adjacente Diœceſi Fulden. cum minùs includatur ſub majori, ſive parte, ſive ſumma, ad *Text. in cap.* 1. *de arbitr. in* 6. *& in leg.* 1. *§. Si ſtipulanti ff. de verb. oblig.* vel ſaltem interea proteſtari debuiſſet, præter ea, quæ ad hoc objectum evellendum benè fuerunt perpenſa, atque firmata in præcedentibus Deciſionibus, videlicet *ſub die* 28. *Junii* 1700. *§. Impedimentum vero, cum ſeqq. coram Eminentiſſ. Domino meo de la Tremoille* : 16. *Februari* 1703. *§. Nec demum refert, &* 27. *Aprilis* 1705. *§. Prout eo minus, aliàs il* 27. *coram R. P. D. meo Molines Decano.*

131 Iſta igitur, & ejuſmodi, quæ inferiùs, veluti pro coronide, adducentur, extitere fundamenta, quæ *Dominos* impulerunt, ſaltem ut diximus, unitivè cum prioribus Privilegiis Apoſtolicis, ad definiendum ſtatum *Nullius* favore Abbatiæ. Diſſimulare tamen non libet diſſonantiam ab hoc ſenſu unius ſignanter ex *Dominis meis, hodierna die* ſuffragantibus, ut ita magis veritas eluceſcat, & quilibet dignoſcat, quanta cum maturitate, & quanta cum diſcuſſione librentur, ſeu cribrentur Cauſæ in Sacro Auditorio, quod ideò pandit præventivas Deciſiones ex præſcripto Pontificum, ut collitigantes conſulant, quid ſibi magis expediat in parando, vel deferendo defenſionem, cum in ſubſtantia eædem Deciſiones, quæ debent præcedere ſententiam ferendam, & priùs Partibus communicantur, habeant quodammodo ſimplicem vim motivorum, ſeu dubiorum, quibus benè ſublatis, ad effectivam ſententiæ prolationem devenitur, ut in aliquibus etiam exteris Tribunalibus, etſi titulo dubiorum, practicari teſtatur *Fontanell. dec.* 461. *per tot. Caſ. Barz. deciſ. Bononien. in fin.* & collaudarunt *relati per Rot. in Reatina Fideicommiſſi* 9. *Decembris* 1701. *in princip. cor. Me.*

132 Is proindè *Dominus* in ſuo ſummoperè elucubrato ſuffragio in ſcriptis, ut moris eſt, *mihi* tradito, durum in primis ſibi dicebat apparere, quòd poſtquam, juxta enarratam facti Seriem, commiſſum fuit ad inſtantiam Epiſcopi hoc negocium Sac. Rotæ ſuper reſciſſione Concordiæ *anni* 1662. ſignanter *cor. bo. mem. Emerix*, Tribunal reſcindendam cenſuerit ad ipſius Epiſcopi reclamationem eandem Concordiam, ob non quæſitum, nec obtentum Apoſtolicum Beneplacitum, uti videre eſt in *Deciſionibus hactenus impreſſis in* 1028. *& in* 1267. *cor. eod. bon. mem. Emerix Jun.*

133 Et tamen obſervata eadem Concordia, & tali victoria ſuper reſciſſione in Rota non reportata, aliquid conſiderabile remanſiſſet pro Epiſcopo, non ſolùm nempè in ea conventum præfulgebat, quòd integraliter in caſu, quo calamitas præberet, quòd per vim, aut aliam quamcunque viam Abbatia ad Acatholicorum manus deveniſſet, Juriſdictio Abbatiæ plenariè remanere deberet penes ipſum Epiſcopum Herbipol. ſed etiam in pacifico ſtatu occumbente aliquo Abbate Fulden. quòd ſemper illius pro tempore Succeſſor canonicè electus teneretur (ſunt ipſa verba) *confirmationem Juriſdictionis in Spiritualibus* eidem Eccleſiæ Fulden. in præfato receſſu, ſeu Concordia *conceſſæ, ac etiam manutentionem, ubi neceſſitas flagitaret, per Literas petere*; Hodiè verò ad ſenſum revidendæ Sententiæ Rotalis etiam hoc æſtimabile jus cujuſdam innegabilis ſuperioritatis penitus deperderet Epiſcopus, & maximè quando tunc temporis *S. Rota*, præter defectum Beneplaciti, credidit nihil ab illa, ſic de cætero ſonante Concordia, recepiſſe eundem Epiſcopum, prout exigit de Jure quælibet tranſactio, quæ non tenet niſi aliquid hinc indè detur, aut remittatur, ut præcisè legitur *in dicta dec.* 1028. *nu.* 5. *& ſeqq. & dicta dec.* 1267. *num.* 1 *&* 2. *coram bon. mem. Emerix Jun.* & generaliter tradiderunt *Peregrin. conſil.* 37. *ſub num.* 28. *lib.* 1. *Manent. conſil.* 142. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 100. *nu.* 3. *Rota poſt Eundem dec.* 3. *num.* 3. *dec.* 279. *num.* 1. *coram Carill. deciſ.* 164. *n.* 11. *cor. Cerr. dec.* 75. *n.* 13. *part.* 16. *dec.* 277. *nu.* 1. *& dec.* 650. *num.* 2. *part.* 18. *recent. & in Romana Pecuniaria, ſeu Tranſactionis* 17. *Junii* 1701. *§. Sed nulla coram Me.*

Aſt quicquid eſſet de hoc diſcurſu, cum in præſenti foret ſolummodo diſceptandum de controverſa Juriſdictione ex integro, itaut ſibi deberet Epiſcopus imputare, ſi ut dicitur, canes dormientes excitando, proprio ſe ligone percuſſerat, præſertim cum *præfatæ Deciſiones cor. bon. mem. Emerix*, Epiſcopo tantùm informante, prodierint, ſubjungebat *idem Dominus* prætereundo duos præcedentes articulos, vel obiter tangendo, ſcilicèt tam ſuper prætenſa per Abbatem exemptione, ſive Juriſdictione nativa, quam ſuper altera privilegiativa, ſeu dativa, quarum reſpectu proculdubio reliquæ majori *Dominorum* parti ſeſe conformabat; quòd nec ullo modo credebat in jure, vel in facto ſubſiſtere tertium caput Juriſdictionis præſcriptæ, ſeu præſcriptivæ, vigore prætenſæ pluſquam quadragenariæ quaſi poſſeſſionis Juriſdictionis exercitæ cum titulo colorato: Diſtinguendum etenim in jure replicabat, quòd aut erat quæſtio, quam in ſubſtantia ſolùm examinant quæcunque ſuperiùs allatæ *Decretales*, utrùm omnia Jura Epiſcopalia distributivè in ſuis particularibus, ſive capitibus, & actibus Juriſdictionis, poſſent ab Archidiacono, Decano, vel alio inferiori Prælato, multoque magis ab Abbate Regulari jam exempto præſcribi, & tunc non levis pugna fuit inter noſtros majores Canoniſtas, non jam quoad effectum, & exercitium, dum in hoc præfatæ Decretales erant literaliſſimæ, ſed in ordine ad qualitatem, ſeu titulum, convenientibus *Hoſtienſe, & Antonio de Butrio in cap. cum contingat, ſub num.* 17. *de for. competen.* quòd Inferior valeat, etiam citra Privilegium Apoſtolicum, frui exercitio omnium Jurium Epiſcopalium ex jure quodam vicario, ſeu ut dicitur *ſub Epiſcopo*, quia tunc ceſſaret monſtrum, quòd duo forent capita ejuſdem Civitatis, ſeu Diœceſis, & hoc dictum *Butrii* non improbavit, ſed approbavit *Abbas Panormitanus in eodem c. cum contingat, ſub num.* 18. *in fin.* ut ibi — *ſi autem vult quærere quaſi ſub Epiſcopo, ut Epiſcopus habeat univerſalem Juriſdictionem ſaltem habitu, & ipſe Prælatus Inferior habeat quaſi ſub eo, licèt exercitio excludatur Epiſcopus, & hoc mihi placet* — *& num.* 19. poſtea *idem Abbas* exponit, quid importet hujuſmodi habitus Juriſdictionis, remanens penes Epiſcopum, & de hac eadem conſideratione vicariæ Juriſdictionis, ſeu ſub Epiſcopo mentionem faciunt *Butr. in cap. cum contingat, de for. competent. Gonzalez in cap. Auditis, num.* 9. *verſus fin. de præſcript. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 215. *num.* 18. *&* 19. *Balb. de Præſcript. part.* 1. *quint. partis principal. quæſt.* 11. *n.* 4. *verſ. quod procedit. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat.* 72. *num.* 186. *in fin. Aloyſ. Ricc. in Prax. rer. quotidian. for. Eccleſ. p.* 4. *reſolut.* 272. *ſub num.* 4. *Rot. dec.* 324. *ſub num.* 12. *part.* 1. *& deciſ.* 21. *nu.* 14. *p.* 14. *recention.* 134

Verùm à contrario, quòd etiam in titulum proprium, & non quaſi ſub Epiſcopo, omnia Jura Epiſcopalia (ſemper tamen ut ſupra diſtributivè ſumpta) queat inferior, & maximè exemptus, per quadragenariam, præcipuè cum titulo colorato, præſcribere, abſolutè firmat prælaudatus *Panormitanus*, non tantum *in* 135

cap. cum olim, *nu. 4. de præſcription.* ſed & pleniùs *in d. cap. auditis*, *nu. 7.* ubi nihil de cætero dicendo de tempore præciſo faciendæ præſcriptionis, ſe extendit etiam ad certam partem Diœceſis, excluſo in totum Epiſcopo, ut erat caſus in eodem *c. Auditis*, in quo Abbas de Heveſcam non totum Territorium materiale, quod ipſe poſſidebat, ſed certas Eccleſias in Valle de Heveſcam prætendebat avulſas ab Epiſcopo, & à Cæleſtino donatas, vel præſcriptione quæſitas, & quòd non certam partem Diœceſis Epiſcopi in abſtracto, ſed certam partem Diœceſis, ſeu Territorii Prælati inferioris, intelligat Textus, ſummavit *Gloſſa magna in d. c. Auditis* ibi — *Prælatus Inferior poſſet præſcribere in certis Eccleſiis ſuæ Diœceſis totum Jus Epiſcopale* — & hoc modo loquendi ſe exprimunt, ſeu ſupponunt *Abbas ibidem ſub n. 1. Hoſtienſ. in cap. cum contingat in princip. & ſub n. 1. de for. competen. Joannes Andr. in c. cum Epiſcopus*, *verſ. quòd ſi Archidiaconus in certa Parochia*, *de majorit. & obed. in 6. Calderin. conſil. 2. ſub rubric. de præſcript. Bald. eodem tractat. de Præſcript. 3. pr 5. part. principal. n. 2. verſ. ideò poteſt Prælatus.*

136 Neque mirandum videtur, quòd tam *Gloſſa magna*, ubi proximè, quàm *Abbas*, cæterique uſurpent vocabulum *Diœceſis* vice *Ditionis*, aut *Territorii*, relativè ad Prælatum Inferiorem, quia illud vocabulum in genere *Diœceſis* eſt indifferens ad ſignificandum Territorium materiale, ſeu locum, in quo quis, aliqua etiam ſubalternante Eccleſiaſtica Juriſdictione, fruatur, quemadmodum continuò oſtendunt exempla, & tradunt *Abbas in cap. veniens*, *de præſcription. num. 2. Felin. in cap. Rodulphus*, *num. 19. eodem titul. Alberic. in Dictionar. Jur. Civil. & Canonic. V. Diœceſis. Lavor. Elucubrat. variar. tit. 1. cap. 8. num. 11. Rot. in Burgi Sancti Sepulchri Beneficii 27. Junii 1703. §. Inſuper nonnulli*, *coram Reverendiſſ. P. D. meo Molines Decano*; Et ipſa Parochia, quæ citra Juriſdictionem Epiſcopalem ſtat ſub ſimplici Rectore, ſeu Sacerdote, ideò nuncupatur Parochia, quia impropriè dicitur ejuſdem Sacerdotis parva Diœceſis, ex connotatis penes *Vivian. de Jurepatronat. part. 5. lib. 2. cap. 7. num. 7. & ſeqq. Rot. deciſ. 78. num. 56. inter hactenus impreſſas coram Me*, *& in Pampilonen. Juris ſedendi 28. Januarii 1707. §. Nuſquam tamen*, *pariter*, *coram Me*, & quòd ad diverſos effectus, ſive diverſis reſpectibus, quis dici valeat habere verum, & proprium Territorium, ultra caſum Parochiæ, vel Præpoſituræ, multipliciter exemplificat *Petrus Ancharan. in d. cap. cum contingat*, *ſub n. 9. verſ. iſtas*, *uſque ad fin. ejuſdem numeri*, *de for. competent.*

137 Sed (ſubnectebat idem *Dominus meus*) quòd etiam ultra ſupradictas intelligentias totum materiale Territorium, poſſeſſum cum omnibus Capellis, & Eccleſiis, & univerſo Clero, & Populo laico, in eodem toto Territorio materiali degente, poſſit per præſcriptionem quadragenariam, cum titulo colorato, vel ſine, Prælatus Inferior exemptus, vel non exemptus, expulſo in totum Epiſcopo, circa omnia Jura, non diſtributivè, ſed univerſaliter, & indefinitè intellecta, nanciſci, & acquirere, ſine claro, & expreſſo privilegio Apoſtolico, vel ſaltem præſumibili, & allegabili per poſſibile mediante præſcriptione immemorabili, certè opinabatur, quòd nedum nullus Textus, ſed vix aliquis privatus Doctor undequaque noviſſimus fortaſſe adinveniretur, qui hoc affirmaret; jam enim quoad Textus advertebat, quòd Decretales ſupra relatæ id minimè dicebant, ut ſunt *c. ad aures*, *cap. de quarta*, *c. cum olim*, *cap. Auditis*, *de præſcript.* & ipſum magnificatum *c. cum perſonæ*, *de privileg. in 6.* in primis non excedebat limites meræ exemptionis, abſque ullo tranſgreſſu ad activam Juriſdictionem in Populum, & Clerum: Et dein ſupponebat ſemper ſuperioritatem præexiſtentis Ordinarii, & denique ajebat de cauſis particularibus correctionum, & declinationis à Foro, & ad hunc effectum admittit ſuffragari poſſeſſionem quadragenariam cum titulo taliter colorato, ut inducere potuerit juſtam cauſam præſcribendi.

138 Conſecutivè idcircò advertebat, quòd tam *iidem Textus*, quàm etiam *Scribentes*, qui determinarunt, vel reſpectivè cenſuerunt, omnia Jura Epiſcopalia præſcribi poſſe, nuſquam intellexerunt, ut ob id concluderetur ſtatus *Nullius*, & quòd dictio *omne* toto cœlo non differret à *toto*, itaut nuſquam pariter cogitaverint, quòd totale, ſeu totum Territorium, materialiter poſſeſſum per Abbatem, cum ibi degentibus, mediante præſcriptione quadragenaria cum titulo colorato, vel ſine, acquiri poſſet per Inferiorem, non tantum quia in hoc differt dictio *omne* à dictione *totum*, quia dictio *omnis* verificatur in pluribus, ac etiam in tribus, vel duobus, dictio verò *totum* non recipit è converſo ullam diviſionem, ut præter collectos per *Barboſ. Tractat. var. diction. 241. num. 9. & ferè per tot.* frequenter habemus in propoſito Trebellianicæ, videlicet, quòd dictio *omnis* non impediat illius detractionem, ſed benè dictio *tota Caſtren. conſil. 28. n. 4. lib. 2. Soccin. Jun. conſil. 170. num. 33. lib. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 888. num. 10. Manſ. conſultat. 540. n. 20. & 21. Mangil. de Imputat. diſput. 115. n. 28. & 30. Peregrin. de Fideicommiſſ. art. 3. num. 88. & ſeqq. Rot. deciſ. 14. ſub num. 12. part. 15. & dec. 327. n. 4. part. 18. recent.*

Certiùs autem quia in caſu præciſo præſcribendæ Juriſdictionis, Textus magis amplus, & capitalis in hac materia nimirum in *c. auditis*, octo ſolùm enumerat actus Juriſdictionis Epiſcopalis, qui poſſint præſcribi, & Doctores ad ſummum ſe extendunt ad novem, ut conſtat apud *ferè omnes Canoniſtas in cap. cum olim*, *eodem titulo de præſcription. ubi ſignanter Hoſtien. ſub n. 2. Joan. Andr. ſub n. 4. Butr. n. 10. Abb. n. 5. Fagnan. n. 11. Balb. eod. tract. part. 1. quintæ partis principal. quæſt. 11. n. 9.* 139

Et quòd non poſſit fieri extenſio in hac eadem ſubjecta materia Juriſdictionis de caſu ad caſum, ſeu de ſpecie ad ſpeciem, niſi concurrat cauſa univerſalis, conſtantiſſimè tradiderunt ad *Text. in cap. ſi Papa*, *verſic. bis enim*, *de privileg. in 6. cap. ſignificaſti*, *ubi Gloſſ. V. non egreditur*, *de præſcript. Abb. in cap. B. G. num. 15. de offic. delegat. Bald. in cap. de cauſis*, *n. 8. eod. tit. Bobadill. in Politic. lib. 2. c. 19. ſub n. 13. Rot. deciſ. 167. nu. 5. coram Ricbio deciſ. 191. & deciſ. 556. n. 10. p. 19. rec.* 140

Imò *Calderinus*, inſignis Canoniſta, in celebri *conſil. 2.* poſt *titul. de præſcriptionibus*, complexivè ad omnia ſupradicta ponit quæſtionem, ſic incipiendo — *An Archipresbyter cum Capitulo Eccleſiæ Cathedralis poſſit præſcribere cum aliquo colorato titulo omnia Jura Epiſcopalia*, *& Juriſdictionem Epiſcopalem in aliquibus ſuis Eccleſiis*, *Monaſteriis*, *& Prælatis*, *Rectoribus*, *Clericis*, *& quibuſcumque perſonis*; *Dico quòd ſic*, *exceptis quibuſdam &c.* & ut elici valet ex verbis mox tranſcriptis, & ex *toto Conſilio*, excipit quidem plures caſus, ſed poſt generalem propoſitionem affirmatam in verbo *omnia*, illam aut diſtributivè, ut diximus, accipit, aut totaliter in aliquibus tantummodo locis, & certis Villis, & Eccleſiis, ad normam *ſupradictæ Gloſſæ magnæ in capit. Auditis*, & conſonant *Abbas*, *& Hoſtienſis in ſæpius relato cap. cum olim*, *de præſcriptionib. aliique mox adducti concordantes ſub §. Certiùs autem.* 141

Quare optimè *Fagnan. in d. c. Nullus*, *nu. 18. cum ſeqq.* ſæpè collaudatus in præcedentibus Deciſionibus, benè deſcendendo ad caſum veri Territorii ſeparati, & ſtatus Nullius Diœceſis, ſine expreſſo Privilegio Apoſtolico, atque Pontificia diſmembratione, vel ſubrogatione alicujus Abbatis in locum Epiſcopi præexiſtentis, omninò requiſivit conſuetudinem immemorabilem, nam hæc, ad differentiam quadragenariæ cum titulo colorato, dat facultatem allegandi titulum diſmembrationis, & conceſſionis Pontificiæ, & quemcumque alium, ut dicunt, meliorem de mundo, quod non facit, nec facere poteſt quælibet Inferior, & minùs longa præſcriptio, ex traditis ad rem per *Caſtill. Controv. lib. 5. cap. 93. §. 8. ſub n. 31. lib. 6. cap. 26. nu. 69. in fin. Prat. diſceptat. forenſ. tom. 3. c. 42. num. 21. & 22. Rocc. Diſputat. Jur. ſelectar. lib. 1. cap. 7. num. 15. & ſeqq. & num. 21. & 22. Avendan. de Cenſib. cap. 8. n. 18. Trobat. de Effect. Immemorabil. q. 53. num. 56. Pecch. de Aquæduct. tom. 1. cap. 2. quæſt. 3. n. 42. Adden. ad Molin. de Primogenitur. lib. 4. cap. 10. num. 10. Lotther. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 7. num. 59. Cardinal. de Luc. de Alienat. diſc. 3. n. 12. Fontanell. dec. 586. n. 18.* 142

Rot.

Rot. dec. 10. num. 16. coram Zarat. & in præciſis terminis quadragenariæ cum titulo *Fajard. allegat. fiſcal. p. 2. alleg. 33. n. 1768.*

143 Differentiam quoque evidentiſſimam ſuppoſuit adeſſe inter quadragenariam cum eititulo, & immemorabilem, *Sacra Congregatio Concilii*, nam cum in illa *Theatina Juriſdictionis de Athiſſa* diſceptatum extitiſſet in *Sacra Rota coram Coccin.* an non obſtante, quòd locus Athiſſæ foret intra limites Diœceſis Theatinæ, proindè Archiepiſcopus haberet intentionem fundatam ſuper cognitione Cauſarum Criminalium, & Matrimonialium, tam vigore *prædicti cap. cum perſonæ, de privileg. in 6.* quàm *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 24. §. Ad hæc, de reform.* & ab initio, ſeu tunc *Rota*, remiſſivè tamen ad opinionem, quam tenuiſſet prædicta Sacra Congregatio, cenſuiſſet manutenendum eſſe potiùs Præpoſitum, quàm Archiepiſcopum, ex quo idem Præpoſitus habebat pro ſe antiquiſſimam poſſeſſionem, & Privilegium, juxta intelligentiam datam *c. cum perſonæ*, ut liquet *ex Deciſione 706. coram Coccin.* nihilominus deindè, & *eadem Sacra Congregatio*, & eadem *Rota*, maturiori examini ſubjicientes articulum, an quadragenaria cum titulo, ſeu privilegio, poſſet revera refragari Præpoſito, utrobique prodiit oraculum negativum, uti pariter eluceſcit ex *deciſ. 860. & deciſ. 872. coram eodem bon. mem. Coccin.* & ſignanter in *ultima*, in qua ad mentem ejuſdem Concilii in *præcitat. ſeſſ. 24. cap. 20. §. Ad hæc*, dicitur, quòd ſolùm Concilium præſervat immemorabilem.

144 Quòd ſi quadragenaria cum titulo ſortiretur eandem efficaciam cum immemorabili, ad finem conſtituendi Territorium verè ſeparatum, vel ſtatum verè *Nullius* (in qua propoſitione contra ſententiam *Sacræ Congregationis*, & *Rotæ*, nimium aberrare videbantur *Spada*, *Tondutus*, & *alii*, loquentes de cauſis Criminalibus, & Matrimonialibus,) & ex præmiſſa ratione, ſeu comparatione, ſimplex quadragenaria cum titulo, & non ſola immemorabilis ſufficeret loco privilegii expreſſi diſmembrativi, non certè potuiſſet per *Sacram Congregationem*, & *Rotam* auſerri Præpoſito Athiſſæ, adducenti Privilegium, & antiquiſſimam poſſeſſionem, jus cognoſcendi etiam Cauſas Matrimoniales, & Criminales, nam hæc poteſtas, & Juriſdictio cognoſcendi Cauſas Criminales, & Matrimoniales, ſemper venie in ſequelam, citra ſcrupulum, ſub Territorio ſeparato, & ſub ſtatu *Nullius* Diœceſis, jam enim & hanc denominationem *Nullius* in pluribus Bullis Pontificiis, & per eandem intitulationem ejuſdem *Sacræ Rotæ coram Coccin.* ſibi ſactam, & nuper rurſus comprobaverat in generaliori inſtaurationе cauſæ Præpoſitus Athiſſæ *cor. R. P. D. meo Scotto*, per ea, quæ circa eaſdem Cauſas Matrimoniales, & Criminales, venientes, ut diximus, in ſequelam veri ſtatus *Nullius*, & Territorii ſeparati, dixerunt *Fagnan. in c. accedentibus, à n. 20. cum pluribus ſeqq. Narbon. l. 59. Gloſſ. 1. nu. 66. tit. 4. lib. 2. recop. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de reform. c. 50. à num. 51. ad ſeqq. R. P. D. Petra in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 2. fol. mihi 147. num. 5. 6. & ſeqq. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. n. 10. Aloyſ. Ricc. in Prax. rer. quotidian. for. Eccleſ. reſolut. 271. per tot. Rot. dec. 39. per tot. & dec. 41. n. 1. & ſeqq. poſt Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. & deciſ. 958. n. 6. cor. Emerix Jun.*

145 Et ſanè (proſequebatur) faſtidioſum nimis, & abſonum videbatur, quòd quis allegans titulum, repertam ad malleum contradictionis inefficacem, ſeu inſubſiſtentem, per ſolùm poſtea cumulativum ſpatium 40. *annorum* fieret præciſivè à caractere Ordinis, reſpectu univerſalis Juriſdictionis, plenarius Epiſcopus, ſive Papa, & hoc ex cauſa ſimplicis oſcitantiæ alicujus Epiſcopi, qui per *annos* 40. regeret illam Eccleſiam, intra cujus fines, vel adjacenter, ſtaret aliquod Monaſterium, vel Abbatia, aut alia Dignitas, & deſtitiſſet inibi exercere ſuam Diœceſanam Juriſdictionem, vel quòd idem eſt, oſcitanter ſe geſſiſſe in Cauſis Criminalibus, & Matrimonialibus, nulla intercedente differentia inter has, & reliquum Territorium, ex quo impoſſibile eſt, quòd Epiſcopus non crediderit, aut ſcire non debuerit, committi delicta, ſive matrimonia quotidiè in omnibus, & quibuſcunque locis contrahi; aſt quia è converſo impoſſibile, vel nimium improbabile exiſtit, quòd plures, & plures Epiſcopi, prout requiruntur ad complementum immemorabilis, hujuſmodi oſcitantia detenti fuerint, hinc intercedente diverſa, imò contraria ratione inter quadragenariam cum titulo colorato, & immemorabilem, diverſimodè, ſive aliter erat ſtatuendum, ſeu judicandum. *c. cum ceſſante, de appellat. l. adigere §. Quamvis ff. de Jure patronat. Maſcard. de Probation. concluſ. 4. n. 54. Rot. dec. 499. n. 3. p. 5. dec. 278. n. 12. p. 12. deciſ. 212. num. 11. p. 14. & dec. 205. num. 6. p. 17. recent.*

Neque ſubſiſtere (pariformiter ſubdebat) unquam 146 poſſe ſic abſtractivè, & ad omnes effectus, quòd quadragenaria cum titulo in rei veritate æquipolleret immemorabili, jam enim *Cardin. de Luca de Judic. diſc. 21. ſub num. 42.* modificativam illam dictionem prudenter adhibuerat, ſcilicet, *penè*, & non in omnibus hujumodi æquiparationem procedere animadverterat *Trobat. de Effect. Immemor. q. 14. art. 2. n. 17. verſ. non in omnibus.*

Aliique Doctores, quos ipſe recognoverat, detegebantur, vel prolapſi in errorem, dum hanc parificationem ſatagebant adducere in ſupradictis terminis Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium, vel generaliter obloquebantur de regula, quòd acquiri valeat mediante præſcriptione, quicquid acquiri poteſt mediante privilegio, undè erant perneceſſe intelligendi de præſcriptione immemorabili, quia illa ſola, & vix centenaria in vim ſolius præſumptionis perhibet facultatem allegandi Privilegium, & quemcunque alium titulum, & *Textus in cap. 1. de præſcriptionib.* minimè feriebat caſum, quo requireretur prout hìc privilegium Apoſtolicum diſmembrativum, & conceſſivum Juriſdictionis, ſed tractabat de eo, qui conquerebatur, alium Epiſcopum prætendiſſe Decimas in alieno Territorio præſcripſiſſe, & quia id eſt contra Jus, requiſivit inibi nihilominus *Bonifacius VIII.* quòd vel adeſſet de medio immemorabilis, vel titulus cum minori præſcriptione, ſicuti etiam concludit, & non ultra, *Rota dec. 21. nu. 1. & 2. part. 14. recent.* & de cætero ſat erat dicere, quòd in fortioribus terminis centenariæ cum titulo, *Rot. coram Coccin. dict. deciſ. 875.* ſic in oppoſitum proteſtata fuit, & ſeſe expreſſit — *Licèt alleget Præpoſitus dicendo, quòd centenaria cum titulo habeat vim immemorabilis, tamen omiſſo, quòd Rota non ſequitur iſtam opinionem, ſed vult, quòd de memoria, & initio in contrarium non conſtet, juxta Gloſſ. in cap. 1. in V. memoria, de præſcript. in 6. &c.* 147

Addito, quòd cum præſcriptio neceſſariò exquirat 148 poſſeſſionem, ſeu quaſi illius rei, vel Juris, quod quis præſcribere intendat, per *Text. in c. ſine poſſeſſione 3. de reg. Jur. in 6.* undè dicitur veluti per adagium *tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum*, Jus autem univerſale differenter ab illis octo, vel novem actibus, vel disjunctivè, vel particulariter recenſitis in *d. c. Auditis*, & penes *Auctores*, non poſſit poſſideri, ſeu quaſi, per tempus præciſum, etiam centenarium, profectò nequibat idem Jus univerſale, tanquam quid potiùs concipibile, quam poſſedibile, cadere ſub præſcriptione, ad hunc, vel illud tempus limitatæ, ſecundum ea, quæ poſt *Bald. in rubric. de præſcription. in 6. col. final. verſic. Item ſcias*, animadvertit *Balb. eodem tract. de Præſcript. in prima part. 6. & ultim. part. principal. vigeſimoctav. & ultim. notat. numer. 55.* & ideò quod ſola immemorabilis poſſit inſervire pro acquirenda totali. Juriſdictione quaſi Epiſcopali, utpotè conſiſtens in ſola negativa, & æquipollens poſſeſſioni in vim privilegii allegabilis, & præſumpti, cum hac dictione *ſola*, reſpondit *Rota* in illa celebri *Toletana Juriſdictionis 335. num. 18. part. 13.* cum qua conveniunt *Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 112. num. 13. Pignattell. Conſultat. Canonic. 26. nu. 18. tom. 2. Cardinal. de Luc. in Annotat. ad Concil. Trident. diſc. 33. num. 40. eadem Sacra Rota deciſ. 10. num. 11. & deciſ. 21. num. 8. & 16. coram Zarat. dec. 395. num. 1. & deciſ. 1111. n. 3. coram bon. mem. Emerix Jun. dec. 153. nu. 6. p. 11. deciſ. 511. num. 15. part. 19. recent. in Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Hinc non obſtat, coram Reverendiſſimo*

P. D. meo Molines Decano, *& 15. Martii* 1700. *§. Minuſque*, *coram R. P. D. meo Scotto*, *& in Firmana Juriſdictionis* 15. *Aprilis* 1701. *§. cum itaque*, *& in eadem ſuper reſervatis eadem die* 15. *Aprilis §. Et licèt*, *cor. prælaudato Reverendiſſ. D. meo Molines Decano*.

149 Et de facto à præmiſſa conſideratione, quòd jus univerſale non ſit, ut ita dicamus, poſſeſſibile, & conſequenter, nec præſcriptibile, promovebat *idem Dominus* hanc conſiderationem, quòd licèt pro parte Abbatis in *ejus Summario* regiſtraretur magna ſeries actuum præponderantium illis, qui pro parte Epiſcopi afferebantur, iidemque magis dici poſſent immunes à reſponſione, quàm illi in oppoſitum allati per Epiſcopum, & ſi viderentur hi tempora magis proxima fundationi percutere, non tamen conſtabat Abbatem, nec pro eo Informantes hoc demonſtrabant, quòd ipſe Abbas exercuiſſet omnes, & quoſcunque actus, qui venire poſſunt, & veniunt ſub plenaria, & omnimoda Juriſdictione Epiſcopali, & de quibus Sacri Canones, Oecumenica Concilia, & Doctores, nimirùm circa officium, & poteſtatem Epiſcopi per voluminoſos uſque diſquirunt tractatus, ac propterea quælibet ſemper præſcriptio, aliàs neceſſaria ad formam *Text. in c. Auditus*, ac aliorum, abſque adjutorio immemorabilis, vel privilegii expreſſi, non poterat niſi, ut ita dicamus, particularizzare, & per conſequens quoque ſi aliquid remanebat non quaſi poſſeſſum, vel non exercitum, perſeverabat ſub illa linea univerſalitatis, non cadente in his terminis, ut jam præmiſſum fuit, propagationis de actu ad actum, de ſpecie ad ſpeciem, undè etiam ſi Epiſcopus ex parte ſua nihil probaſſet, adhuc tanquam ratione ſituationis Abbatiæ in ſua Diœceſi habens Juris aſſiſtentiam ſuper eadem univerſalitate pro ſe, debuiſſet interim univerſaliter manuteneri ex propoſitione, de qua millies *Sacr. Congregatio Concilii*, relata per *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 1. *n.* 13. *& diſc.* 9. *n.* 3. *Poſſb. de Manutent. obſervat.* 85. *n.* 30. *Carol. Anton. de Luc. in Meliorat. ad De Marin. variar. reſolut. tom.* 1. *reſol.* 1. *ſub n.* 20. *verſ. aut Abbas*, *in fin. Rot. dec.* 860. *&* 872. *utrobique n.* 5. *coram Coccin. dec.* 566. *n.* 6. *coram Dunozet. Jun. dec.* 395. *nu.* 16. *cor. Emerix Jun. dec.* 304. *n.* 17. *p.* 21. *dec.* 334. *n.* 22. *p.* 13. *recent. in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maii* 1700. *§. Concurrente*, *cor. R. P. D. meo dell' Olmo Epiſcopo Conchen. & in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis* 15. *Aprilis* 1701. *§. Et licet*, *cor. Reverendiſſimo Molines Decano*.

150 Quæ ſanè Reſolutiones Sacræ Congregationis cum dicant, quòd ipſa immemorabilis, cæteroquin apta ob præſumptum privilegium includere hanc univerſalitatem, debet priùs canonizari per tres conformes, antequam denegetur Epiſcopo manutentio, aſperum videbatur, quòd ei fuiſſet interim denegata ob ſolam quadragenariam cum titulo, ſive hæc æquipollere valeat, ſive non, eidem immemorabili vulgato argumento *Auth. multo magis &c.*

151 Progrediendo autem ulteriùs *ipſe unus* non modicam quoque difficultatem ſentiebat in admittendo in hoc propoſito colorem illorum titulorum, qui ex parte Abbatis proponebantur, ſubjungens, quòd ad effectum, ut quadragenaria cum titulo non jam in materia tam gravi efficiendi aliquem omnimodum, & effectivum Epiſcopum, ſed ſimpliciter contra diſpoſitionem Juris communis, *ut in d. c.* 1. *de præſcriptionibus in* 6. æquiparari poſſet immemorabili, hic talis titulus deberet eſſe clarus, & expreſſus, aliàs ſi ad ſuam trutinam revocatus, appareret minùs habens, potiùs impediret initium, atque decurſum bonæ fidei, in præſcriptione requiſitæ, idque adeò verum, ut ex nuda retentione privilegii inſufficientis, ſeu non importantis illud, quòd prætenditur, certò certiùs emergere talem malam fidem, quæ inficiat poſſeſſionem cujuſcunque longiſſimi temporis; firmaverit *Rot. dec.* 24. *n.* 2. *&* 3. *coram Caputaq. p.* 2. *dec.* 77. *n.* 6. *& dec.* 91. *n.* 3. *coram Cavaler. dec.* 663. *n.* 25. *cum ſeqq. coram Merlin. deciſ.* 816. *n.* 13. *cor. Cerr. & dec.* 256. *n.* 9. *&* 10. *coram Bich.* & ad rem proſequuntur *Rocc. Diſp. Jur. ſelect. c.* 149. *n.* 141. *Parex. de Edition. Inſtrumentor. p.* 2. *tit.* 10. *reſolut.* 2. *num.* 22. *Turricell. de Reb. Eccleſ. non alienand. c.* 28. *n.* 19.

152 Et idcircò cum juxtà ſecundum articulum ſingula vetera Privilegia agnita fuerint non excedere cancellos, etſi ampliſſimæ de cætero exemptionis, vel particularium, & ad partes conceſſarum præeminentiarum, ſeu prærogativarum Abbati per S. Sedem, hoc debebat exuberare pro excluſione cujuſlibet præſcriptionis, cum adamuſſim ſæpiùs Tribunal rejecerit prætenſionem Territorii ſeparati ex hoc ipſo capite, quòd non eſſet allegabilis poſſeſſio, ſeu quaſi, quando tituli, quorum vigore ſubſecuta erat eadem poſſeſſio, ſeu quaſi, talem Juriſdictionem, tale Territorium minimè importabant, ſicuti patet ex *dec.* 55. *n.* 10. *poſt Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 324. *ex n.* 3. *uſque ad* 10. *p.* 1. *dec.* 221. *num.* 10. *& deciſ.* 334. *nu.* 19. *&* 20. *p.* 13. *recent.* & in propoſito connotarunt *Jo: Andr. in cap. cum perſonæ*, *de privilegiis in* 6. *ſub n.* 11. *in fin. ibique Ancharan. ſub nu.* 4. *Franc. §. Quòd ſi tales*, *ſub n.* 3. *Geminian. ſub n.* 6. *& in conſ.* 96. *ſub n.* 4. *Larrea allegat. fiſcal* 68. *nu.* 9. *&* 10. *Faiard. p.* 2. *alleg.* 33. *n.* 1741. *Barboſ. de Præſcription. ad leg. competit.* 6. *num.* 144. *Aget. in Annotat. pro Ærar. tom.* 2. *§.* 14. *quæſt.* 1. *n.* 46. *pag.* 179. *Matheu. de Regim. Regn. Valent. cap.* 6. *§.* 1. *ſect.* 1. *n.* 41. *Parex. de univerſ. Inſtrum. edit. part.* 2. *tit.* 10. *reſolut.* 3. *num.* 23. *De Roſ. de Reſident. c.* 4. *ſect.* 6. *num.* 440. *& ſeqq.*

Ideoque benè ſubjungit poſt *But. Molin.* & alios, *Larr. d. alleg.* 68. *num.* 11. quòd adinventa eſt cautela ad effectum, nè noceat tituli inſufficientia allegantí præſcriptionem immemorabilem, quòd illam allegans, nunquam titulum exhibeat, aliàs eo detecto inſufficiente, corruit tota machina præſcriptionis, etiam immemorabilis, & ob id pariter acres inſurrexere quæſtiones in indagando, an quis allegans immemorabilem, & titulum producens minùs idoneum, dicatur cecidiſſe à vi immemorabilis, vel potiùs incompatibiliter, & citra reſtrictionem fuerit ſecuta tituli productio, *ut in illa famigerata Januen. Abbatiæ coram bon. mem. Pirovano*, *& Gavlerio*, *relata in recent. deciſ.* 218. *& dec.* 241. *p.* 6. *& dec.* 29. *p.* 7. *ubi concordan.* 153

Nil penitùs obſiſtente, quòd ubi concurreret titulus clarus, & expreſſus, opus non foret alia præſcriptione; Id enim certiſſimum foret, ſed hoc non facit aliquid ad deſtructionem præcedentis aſſertionis, aliud quippè eſt, quòd titulus ſit, & debeat eſſe clarus, & expreſſus, & aliud ac longè diverſum, quòd non obſtante tali claritate, adhuc ille non patiatur difficultatem aliquam extrinſecam ratione alicujus invaliditatis, exemplum præbente *Larrea in d. allegat.* 68. *num.* 4. in qua formiter tractat *de præſcriptione quadragenaria cum titulo*, *ex quibus deſtruatur*, *vel non procedat*, & ſignanter per *leg. fin. §. fin. Cod. de fund. patrimonial. lib.* 11. in qua materia cum non ſufficiat Principis conceſſionem concurrere pro præſtanda liberatione à ſolutione ratione fundi patrimonialis, ſtante prohibitione aliorum Jurium, neceſſaria (inquit *Larrea*) eſt quoque poſſeſſio quadraginta annorum, quæ ſuppleat clauſulam derogatoriam, *& ſub num.* 5. *& ſeqq.* alia exempla, aliaſque Auctoritates expendit; quemadmodum poſſet ad rem deduci quoque familiare exemplum exemptionis à Decimis, expreſsè factæ per Papam ſine derogatione *c. nuper*, *eodem titul. de decim.* quæ eſt neceſſaria, veluti proveniens à *Decreto*, *ſeu canon.* 55. *Concilii Generalis Lateranen. ſub Innocentio III.* celebrati, ad *Rotam dec.* 7. *num.* 2. *apud Mohedan. de locat. deciſ.* 194. *num.* 4. *coram Cerr. deciſ.* 229. *num.* 3. *& deciſ.* 247. *n.* 10. *cor. Cavaler. dec.* 279. *num.* 6. *cor. Coccin. deciſ.* 53. *n.* 15. *coram Zarat. dec.* 302. *n.* 11. *p.* 9. *& dec.* 97. *nu.* 11. *p.* 13. *recent.* tunc enim obſervantia quadragenaria, vertibilis etiam in nuncupationem præſcriptionis, præſumere faceret forſan derogationem ad partes; prout paſſim dicimus in caſibus *ex. gr.* conſtitutæ dotis pluſquam literaliter, vel literalis pariter, & expreſſi tituli donationis, per obſervantiam tricenariam, ſeu quadragenariam ſuppleri defectum derogationis Pontificiæ, in Urbe requiſitæ adverſus Conſtitutionem Sixtinam, dotium moderatoriam, & de Jure non minùs ſuppletur non apparenti inſinuationi prædicti clari, & expreſſi tituli donationis, ſecundum ea, quæ habentur penes *Gabriel. conſil.* 36. *n.* 52. *lib.* 1. *Gratian. diſcept. forenſ.* 53. *nu.* 58. *Rocc. Diſput. Jur. ſe-* 154

lect.

leč. c. 10. n. 42. tom. 1. Rot. dec. 575. n. 11. coram Cavaler. dec. 441. n. 28. coram Cerr. deciſ. 151. nu. 7. p. 11. dec. 319. n. 10. & dec. 254. num. 22. p. 14. recent. undè concludebat, quod ad hoc ut quadragenaria cum titulo æquipolleat immemorabili, vel intercedere debet titulus legitimus, & expreſſus ab habente poteſtatem, vel ſi exiſtat titulus expreſſus, minùs tamen validus, ſeu legitimus, opottet, quòd is conjungatur cum obſervantia quadraginta annorum.

155 Deſcendendo verò ad noviſſimum titulum, provenientem ab iis, quæ *à Sacra Congregatione Concilii*, & Summis Pontificibus *Gregorio XIII. Clemente VIII.* & reſpectivè *Paulo V.* geſta fuerunt de tempore Julii Epiſcopi Herbipolenſia, ſavore Abbatis Fuldenſis, ſtrictè replicabat, quòd hæc omnia proceſſerunt per ſpeciem purgationis attentatorum, non facto examine rationum militantium pro Epiſcopo, qui, etſi dicatut, quòd veriſimiliter auditus fuerit, certè ex Actis non apparebat, quòd ſuas rationes tunc deduxerit, & forſan ſi tunc etiam comparuiſſet, quia agebatur de attentatis, & ſpolio pluſquam violento, Aula Romana illum non audiſſet pro ullatenùs impedienda reintegtatione Abbatis ad ſuam poſſeſſionem, prout auditus non fuit in ſubſtantia ſui prætenſi Juris Archiepiſcopus Theatinus cum Præpoſito Athiſſæ, ex cauſa ſpolii, & attentati violenti, mediante quodam decreto perpetrati per ipſum Archiepiſcopum, abſque eo, quòd tamen per reintegrationem Præpoſiti intellexerit *Rota coram R. P. D. meo Scotto in dec. edita in eadem Theatina Juriſdictionis ſub die 18. Februarii 1707.* ullum Jus ejuſdem Præpoſiti approbare, maximè dum *San. Mem. Clemens VIII.* in hac reintegratione, demandata in ſequelam Decreti Sacræ Congregationis, noluit de novo aliquid concedere, ſed in forma merè præſuppoſitiva, ſeu potiùs in juſtum odium manifeſtiſſimè attentantis, & violenti per impetum armorum ſpoliatoris, uſus fuerat vocabulis innovativis, non de novo dativis, confirmatoriis, & excitatoriis, ſed non concedendi, quod priùs non erat, confirmandi quod non aderat, & excitandi, qui non vivebat, inſpecta præſertim adjunctione expreſsè facta Clauſulæ *ſine præjudicio alicujus*, quæ adeò eſt præſervativa Juris alieni, ut nihil cenſeatur ablatum, niſi illud, quod literaliter exprimitur in eo actu, vel illud, quod contradictoriè incompatitur cum ipſomet actu, in quo legitur appoſita, *Mart. de Clauſ. clauſ. 17. n. 2. Rot. dec. 1084. n. 7. cor. Emerix Jun. & dec. 571. n. 9. p. 19. rec.*

156 Amaritudinem poſtremò ſentiebat in ordine ad tempus, revera pacificum, & habile ad efformandam ullam legitimam præſcriptionem; hujuſmodi namque præſcriptio nequibat allegari ſub nomine, & figura immemorabilis (quæ probata deſerviſſet ad intentum ut ſupra) *Summarium* quippè Abbatis erat plenum Concordiis, fermè in omni ſeculo ſæpiùs ſubſecutis, & *Summarium Epiſcopi* pluribus non carebat actibus in contrarium, quando tamen ad infringendam quamcunque immemorabilem conſuetudinem, vel præſcriptionem, ſuperabundat quilibet, nedum actus, ſed & rumor in contrarium, ut ſemper profeſſa eſt *Rota*, & ſignanter *dec. 535. un. 2. coram Pute. in deciſ. 159. n. 6. coram ſan. mem. Alexand. VIII. dec. 158. & dec. 518. utrobique n. 8. coram Emerix Jun. dec. 153. n. 17. p. 11. deciſ. 97. nu. 21. p. 13. & dec. 469. num. 57. p. 19. rec.*

157 Quo autem ad minorem præſcriptionem, ſeu conſuetudinem 40. vel 50. *annorum*, certè, ut illa ſuffragari poſſit, debet eſſe continua, non interrupta, etiam per actus extrajudiciales, & undique completa cum bona fide, & animo præſcribendi, ſicuti de his omnibus præter *Textum expreſſum in d. cap. Auditis*, admonent ſuper primo puncto *Felin. in cap. illud, n. 7. & 8. de præſcript. Giurb. obſervat. 9. num. 19. Caſtill. de Tertiis, cap. 35. per tot. Tondut. de Prævent. part. 3. cap. 11. num. 7. Rota deciſ. 6. n. 7. coram Caſſador. deciſ. 356. n. 12. coram Bichio, & dec. 221. n. 28. p. 13. recent.* ſuper ſecundo *gloſ. in l. in uſucapionibus ff. de diverſ. & temp. præſcript. & in l. 3. §. Minores ff. de minor. Balb. de Præſcript. tert. part. ſeut. & ult. part. principal. quæſt. 1. n. 11. circa med. De Roſ. de Reſid. Epiſc. c. 3. ſect. 6. n. 447.* & demum ſuper tertio *Joannes de Valbea in 2. Decretal. ad tit. de præſcr. n. 15. Tra chedin. conſult. 2. n. 14. Larrea alleg. ſiſcal. 68. nu. 24. Fachinæus lib. 1. controv. cap. 64. & 65. Trobat. de Effect. Immemorabil. quæſt. 14. art. 2. n. 1. De Roſ. loc. cit. n. 434.*

158 Ad rem verò applicando, quoad actus interruptivos ponderabat *idem Dominus* geſta per Epiſcopum de *annis* 1608. 1614. & 1618. ut in *Summario diſtributo per eundem Epiſcopum de anno* 1702. *n.* 83. præter cæteros actus, pariter recenſitos in eodem *Summario n.* 86. & tamen ad præſervandam integralitatem, ſeu univerſalitatem Epiſcopalis Juriſdictionis, elidendamque contrariam obſervantiam, allegatam per Inferiorem, ſuperabundat unicus actus, militans pro Epiſcopo, ex congeſtis præter jam ſupra deductos, per *Mareſcott. Var. Reſol. lib. 1. c. 11. num. 1. cum pluribus ſeqq. Lotther. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 10. n. 21. Roſ. de Reſid. Epiſcop. c. 4. ſect. 6. num. 442. & ſeqq. Rota dec. 375. num. 6. & 7. part. 18. rec. in Brixien. Juriſdictionis 5. Julii 1688. §. Et fruſtra, coram Eminentiſſimo Caprara, & in Leodien. Juriſdict. 11. Aprilis 1698. §. Prout etiam, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano.*

159 Eoque validiùs, quia præciſivè quoque à ponderatione, utrùm ipſæmet Concordiæ cauſarent interruptionem, ſtante quòd à penultima *anni* 1614. uſque ad alteram *anni* 1662. præteritæ *Deciſiones* ad omne pejus cenſuerant ſuperexcedi ſpatium quadragenarium, & illud pacificum, ut in rei veritate reſtaſſet, etiam admiſſo ſupra primas Concordias prædicto actu *anni* 1618. interruptio ſiquidem præſcriptionis non eſt impeditiva novæ inchoationis, & ultra jam ſupra allegatos conveniunt *Abbas in cap. illud, num. 18. de præſcript. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 2. num. 46. & ſeqq. Rota dec. 365. num. 25. cor. Priol. dec. 184. ſub num. 16. part. 11. & dec. 379. num. 7. part. 17. rec.*

160 Nihilominus iſtæ Concordiæ collabeſcere faciebant fundamentum bonæ fidei, & reſpectivè ſtatum excludebant omninò pacificum. Concordiæ etenim *annorum* 1613. & 1614. non ſolùm ſimultaneè ponebant in ore Abbatis claram confeſſionem, quòd per antea extitiſſent inter has Partes continua jurgia ex cauſa controverſæ Juriſdictionis, ſed præpediebant quoque, quòd incipere decurrere in futurum valerent animus, & bona fides in præſcribendo requiſiti; ſiquidem in Concordia *anni* 1613. firmata jam conventione, quoad concernentia characterem, & Ordinem Epiſcopalem, reliquum totum circa Juriſdictionem remittebatur Arbitris, ſeu Commiſſariis hinc indè deputandis, & de facto ſub *anno* 1614. deventum fuit ad hanc deputationem, ac Deputati, intereſſentes pro Abbate, plura capitula propoſuerunt favorabilia Juriſdictioni Epiſcopali Herbipolenſi, per viam quidem meræ propoſitionis, & fermè ſub conditione ſuperveniendæ ratihabitionis, interim quòd iſta ratihabitio, probabiliter ſperanda inter Viros Eccleſiaſticos, ſaltem ad ſenſum Deputatorum pro Abbate, pendebat, quomodo ſtatim inchoare, & incontinenti currere poterat nova præſcriptio, præſertim dum nullum ſtabilitum fuerat tempus ſub opportunis clauſulis reſolutivis ad hanc ratihabitionem obtinendam; & quomodo è converſo imputari quibat negligentiæ Epiſcopi, ſi urbanè deſiſtebat hoc medio tempore ſperatæ, & probabiliter ſperandæ, & veriſimilis ratihabitionis, ab ulteriori exercitio actuum Juriſdictionalium, dum in eadem ſecunda Concordia, ſibi non facta ulla præfinitione temporis, utique ſine imputabili negligentia, ac prorſus ſub omnimoda bona fide ſperare, & probabiliter reputare poterat, quòd ſaltem, ut diximus, Abbas ratas haberet propoſitiones ſuorum Deputatorum, & ſic ceſſare videbatur illa negligentia, in qua fundatur anima præſcriptionis, ut ait *Felin. in c. vigilanti, de præſcript. l. cum notiſſimi §. Quamobrem, & §. Illud, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum Palm. dec. Lucen. 256. n. 8. tom. 3. Rota dec. 50. n. 4. cor. Bich. dec. 407. num. 16. part. 5. dec. 207. n. 5. part. 6. dec. 92. n. 8. & deciſ. 300. n. 8. & 9. p. 19. rec.*

161 Idque fortiùs, ſecundum *ejuſdem Domini* intellectum, urgebat, conjungendo ultimam tranſactionem

ſupradicti *anni* 1662. dum ea pariter celebrabatur cum præciſo ſuppoſito, quòd uſque ad illud tempus non terminaverint, ſed duraverint, & adfuerint diſſenſiones, & contentiones, ideoque à parte anteà, ſive hoc pariter intermedio tempore, quomodo potuit Abbas explere perfectam quadragenariam, de hiſce enim contradictionibus arduum erat ambigere, tum quia hoc poſitivè fatebatur idem Abbas in ipſa ampliori, & magis unanimi Concordia, ſecuta cum totali reconciliatione animorum, & amicitiæ; Tum etiam quia de Jure neceſſaria baſis pro ineunda Concordia illa eſt, ut vel lis actualis præexiſtat, vel juſtus illius timor ingruat, & immineat, per *Textum apertiſſimum in lib. 1. ff. de tranſact. juncta leg. 2. & l. tranſactio Cod. eod. Hoſtien. in Summa eod. tit. in princip. Abb. in rubr. Decretal. de tranſact. Carol. de Mean. obſervat. 197. ſub nu. 2. part. 2. Marc. Anton. Paulut. diſſert. legal. tom. 1. diſſert. 15. num. 46. Urceol. de Tranſact. q. 2. n. 70. Rota poſt Eundem dec. 4. n. 9. & dec. 206. n. 2. part. 16. rec. & in Piſaurea. Tranſactionis ſuper bono jure 21. Febr. 1707. ſ. Potiſſimè verò, cor. R. P. D. meo Priolo.*

162 Nec ad magis retundendam hanc bonam fidem, & inſimul oſtendendum animum Abbatis, probabiliter remotum à cogitatione præſcribendi, & è converſo honeſtandam perſonam Epiſcopi Julii, qui fortè credidit poſſe tanquam Princeps, etiam armorum vi recuperare quod ſuum putabat, deſiſtebat reflectere, quòd conqueſtiones Balthaſaris tunc Abbatis Fulden. contra memoratum Julium Epiſcopum, ac ſi ille ſoret Hæreticorum fautor, erant minùs ſubſiſtentes, & innixæ veritati, ad memoriam reducendo illa, quæ de eodem Epiſcopo Julio teſtabatur illius coætaneus *Cæſar Cardinalis Baronius*, in hoc ipſo propoſito ſinceritatis, & zeli erga Fidem Orthodoxam, *in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 689. in fine, juxta impreſſ. Antuerp. 1611. tom. 8. fol. mihi 600. lit. B* ibi — *Quorum precibus* (videlicèt nonnullorum Sanctorum Martyrum, quos D. Burchardus in Eccleſia Herbipolen. recondi curaverit) *factum non dubitamus, ut Fides Catholica in eadem Eccleſia adhuc integra perſeveret in tanto naufragio Fides Germanarum Provinciarum benè culta laboribus, & benè cuſtodita vigiliis Julii ejus Epiſcopi, digni Sanctorum Præſulum Succeſſoris.*

163 Et reſpectu bonæ fidei, vel animi ejuſdem Abbatis, illiuſque Succeſſorum, parvipendenda non erat intra circulum ejuſdem prætenſæ quadragenariæ, ſuperiùs enunciata formalis ſupplicatio porrecta *ſan. mem. Urbano VIII.* per Abbatem Fuldenſem pro conſequenda communicatione, & participatione Privilegiorum Congregationis S. Juſtinæ ipſius Ordinis S. Benedicti, quòdque ulteriùs vigore Brevis, à prælaudato *Urbano VIII.* deſuper reportati, nuperrimè modernus Abbas preces porrexerat Sacræ Congregationi pro facultate, & indulto miniſtrandi Chriſma, ut refert R. P. D. *Petra ejuſdem Congregationis Secretarius in ejus Commentariis ad Conſtitutiones Apoſtolicas to. 2. Conſtitut. 2. Benedict. XI. fol. mihi 561. à num. 9. ad ſeqq.* undè niſi pro parte Abbatis demonſtraretur, quòd privilegia memoratæ Congregationis S. Juſtinæ aliquid plus in tota illorum latitudine contineant, quàm ſecum ferat, & includat Territorium ſeparatum, & ſtatus verè *Nullius*, facilè erat arguere, quod nunquam ipſe, vel ejus Anteceſſores crediderint eſſe propriè quaſi Epiſcopos, non tantùm quia locum ſibi vindicaſſet dicterium — *Fruſtra petis &c.* verùm & potentiùs, quia quiſquis minus requirit, fatetur non habere quid majus, ſub quo res petita contineretur, exemplo petentis immiſſionem, qui fatetur ſe non poſſidere, argumento *Textus in ſ. Adipiſcendæ, Inſtitut. de interdict. Poſth. de Manutent. obſervat. 57. n. 73. Rota poſt Eundem dec. 579. n. 6, dec. 20. cor. clar. mem. Card. Mant.*

164 Ac nè quid intactum relinqueret, in nihilo putabat obeſſe, quòd Epiſcopus Herbipolenſis in introductione Cauſæ, ſecuta de anno 1688. petiiſſet ſibi adjudicari Juriſdictionem, ſive tribui manutentionem in pluribus locis Abbatiæ Fulden. & non in omnibus, quaſi quòd per hoc ex ſuamet prætentione declaraſſet, ſibi non competere omnimodam, & univerſalem Epiſcopalem Juriſdictionem in toto circumdario Abbatiæ; ſiquidem hujuſmodi diſcurſus longè erat ab hipotheſi, & potiùs juſtam moderationem Epiſcopi demonſtrabat, quia ſi pro omnibus locis, & ſuper toto temporali dominio ejuſdem Abbatiæ inſtitiſſet, palam incurriſſet in temeritatem, & pœnam plus petentium, ipſe enim nec prætendere poterat pluſquam ſibi deberetur, nimirum ſolummodo univerſalem Juriſdictionem, quæ citra exemptionem, & expreſſa privilegia, præpediri non poſſet per Abbatem cis amnem Fuldam, & ſic uſquequo ſua Diœceſis extendebatur, ultra namque eundem amnem finitima eſt, non ſolùm Provincia, ſed Diœceſis Moguntina, & de facto cum Prædeceſſoribus Archiepiſcopis Moguntinis, tanquam limitrophis, aliàs concordarunt Abbates Fuldæ ſub anno 1662. ut toties *d. Summ. Abbatis nu. 74.* Quòd ſi autem Archiepiſcopus uſque dum non comparuerat in paleſtra Judiciaria, celebravit tamen, ut aſſerebatur, & ipſe Concordiam de anno 1685. pro ſua ditione, & Diœceſi, & propterea quis revelavit, an io dies, tanquam & ipſe putans ſe læſum in prædicta ſua aſſerta Concordia, inita diſtinctim ab ea, quam de prædicto anno 1662. exaraverat in figura Epiſcopi Herbipolenſis, quam ſimultaneè veſtiebat, non reſurgat? paſſim enim videmus in foro, unum creditorem, vel intereſſe habentem, agere, & alium pro cauſis ſibi notis obdormire, ſed poſtea de ſomno ſurgere, & in judicium venire ſine detrimento ſuorum Jurium, prout in propoſito, ſi poſtmodum expergeſiat, tractant ſub titulo de tertio veniente ad cauſam *Cancer. Variar. Reſolut. p. 1. c. 17. Rodolph. in Prax. p. 2. c. 4. à nu. 96. Schettin. tot. tractat. de Tert. venient. ad cauſam, & alii relati in Ferrarien. Primogenituræ 6. Julii 1705. ſ. ſpeciali, cor. Me.*

Itaque hæc erant motiva, per quæ ſignanter ille 165
anus in aliorum ſenſum abire renuerat, & de facto apparebant valdè ſtringentia, & conſiderabilia, ſed non idcircò recedere poſſe exiſtimarunt *Domini* à confirmatione præcedentis ſententiæ *coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines*, nam juxta dictum Salomonis in *lib. Eccleſiaſt. c. 4.* relatum *in c. 1. ſ. Et quoniam funiculus, de treg. & pac. funiculus triplex difficilè rumpitur.* Concurrere quippè, ſive conſpirare viſa ſunt in unum nimia fundamenta in oppoſitum; in Tribunalibus ſiquidem ſive Collegiis, voto non vivitur uno, & propterea aliquis ex *Dominis* de tribus præſidiis, Jura Abbatis communientibus, videlicet exemptione, & Juriſdictione nativa, dativa, & præſcriptiva, omnia admittebat, alii dativam, & præſcriptivam, & *omnes*, ſeu cæteri denique poſtremam Juriſdictionem, cum ſupradicto colore titulorum præſcriptam, ſeu præſcriptivam, non obſtantibus præmiſſis, ut ſupra in contrarium. Quoniam citra repetitionem fundamentorum captæ reſolutionis, quæ ut ſupra detegebantur quamplurimis innixa rationibus, & Auctoritatibus, adjungebant, non obſiſtere argumentum, quòd *S. Congr. Concilii* exiſtimet, præſcriptionem quadragenariam cum titulo colorato, non ſuffragari pro avellendo Jure Epiſcopali in cognitione Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium, non enim ob id deſtruebatur integraliter fundamentum ſtatus *Nullius*, in cujus ſequelam deſcendebat, ut præmiſimus, facultas cognoſcendi de hiſce Cauſis Criminalibus, & Matrimonialibus, Conſtitutiones enim Pontificiæ, & ipſum Sacrum Concilium Tridentinum, ſemper intelligendum ſecundum ſenſum Eminentiſſimorum Interpretum ejuſdem Concilii, abſque læſione de cætero Territorii ſeparati, licèt pluſa in ſe graviora noluerint, etiam dato Territorio ſeparato, à Prælatis inferioribus exerceri, & de hiſce de facto erit in hac Cauſa fortaſſe videndum ſuper reſervatis ad normam brevis Deciſionis *dies 20. Novemb. 1705. editæ cor. R. P. D. meo Molines Decano.*

Et quoad ea, concernentia claritatem, ſive expreſ- 166
ſionem tituli, clara ſatis *Domini* exiſtimabant, quacunque ſublata amaritudine, per ſupradicta geſta ſubſecuta de tempore Summorum Pontificum *Gregorii, Clementis, & Pauli*, cumque ea tunc geſta, necnon verba Brevium, quæ prodierant, apparerent undique firma, & ampla, evitari nequibant, tanquam merè ſuppoſitiva, ſive cum ſuppoſitione competentis Abbati Juriſdictionis quaſi Epiſcopalis, ſimpliciter excitativa;

tiva: In primis namque denegari non poterat, quòd ſaltem non pateſacerent ſenſum Pontificum, & eſſent declarativa juris, ſi quod erat dubii, proindèque juncta pleniſſima, & antiquiſſima obſervantia, declarabant, ſeu qualificabant Juriſdictionem, de qua ſupra, Abbati competentem, & quando poſſeſſio exuit illum corticem, cæteroquin durum præſcriptionis, & induit alterum declarationis minùs aſperum, ſummoperè operatur etiam ad pendendum ſtatum *Nullius*, ex iis, quæ punctualiter conſiderantur apud *R. P. D. Petra ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 2. Conſtitution. 6. Alexand. III. ſect. 1. num. 70. fol. mihi 144. De Luc. ad Gratian. diſcept. forenſ. c. 202. n. 13. De Roſ. de Reſid. Epiſcop. 3. ſect. 6. n. 502. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 12. n. 17. & ſeqq. Rot. deciſ. 54. coram Martin. Andr. & dec. 69. ex n. 17. & ſeqq. poſt Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 3. dec. 89. num. 13. coram Ubogo, & in Dertonſen. Juriſdict. 26. Aprilis 1694. §. His aſtipulatur, cor. Eminentiſs. Caprara.*

567 Et ſecundo, quòd etiam retento intellectu, quòd nedum per antea, ſed & tunc, & abindè citra, tot Pontifices ſuppoſuerint Abbatem habere Territorium ſeparatum, & verſari in ſtatu *Nullius*, ſuccedebat de plano regula, ſeu concluſio, quòd etiam (ubi oporteat) verba ſuppoſitiva, ſi prolata exiſtunt ab eo, qui poterat diſponere, diſponunt, ut ultra ſuperiùs allatos ſub §. *Atque hinc gradatim*, proſequuntur etiam in terminis teſtatorum, hominumque privatæ fortunæ, per *Text. in l. cum proponebatur 66. ff. de leg. 2.* & ibi *Gloſſ. Deciſ. conſil. 23. ſub num. 4. verſ. quia verba. Caſanatt. conſil. 15. ſub num. 9. & conſil. 16. per tot. Odd. conſil. 64. ſub nu. 56. Caſtill. de Conjectur. ultimar. volunt. lib. 4. c. 46. num. 19. & 23. Rota dec. 417. n. 9. p. 19. rec.*

568 Denique circa tempus, ac prætenſas interruptiones, & malam fidem, in objecto annotatam, ponderarunt *Domini*, quòd hæc omnia adſcribi potiùs valerent, & attribui vexationibus, & moleſtiis, dum ſemper à contrario liquebat, conſtantiſſimè Abbates objectaviſſe, quòd ex immemorabili, & ex vi Privilegiorum, erant in quaſi poſſeſſione exercendi univerſa Jura Epiſcopalia, præter illa, quæ ſunt infixa Ordini, & Caracteri, ſemperque in vim deſuper initarum tranſactionum in poſſeſſione controverſæ Juriſdictionis remanſiſſe, atque extitiſſe firmatos, quapropter conſecutivè reincidebant ea omnia, quæ ſupra dicta fuerant ſub §. *Maximè dum*, in terminis admodum durioribus effectivæ conteſtationis litis, in qua ſi favore præſcribentis extiterit pronunciatum, magis ex illa confirmata dicitur, quàm interrupta poſſeſſio, quemadmodum, præter inibi allegatos, proſequuntur relati per *Rotam in Giennen. Juris punctandi ſuper reſtitutione in integrum 26. Aprilis 1700. §. Minimè refragante, cor. bon. mem. Muto.*

Utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper bono Jura.

Ven. 13. Junii 1692.

ARGUMENTUM.

Reſolvitur in hac Deciſione, Abbati de Amerio non competere Juriſdictionem ordinariam, cum Territorio ſeparato, excluſo Epiſcopo, ſed tantùm ſimplicem exemptionem: & ad hunc effectum examinatur Bulla Clem. III. de anno 1187.

SUMMARIUM.

1 *Omnia loca, ex generali Juris præſumptione, præſumuntur eſſe in aliqua Diœceſi, & in illa, cui magis adjacent, præſertim non prætendente alio Epiſcopo ſituationem in ſua Diœceſi.*

2 *Quam ſituationem ante omnia probare debet Epiſcopus in controverſiis Juriſdictionalibus, tanquam fundamentum ſuæ intentionis.*

3 *Et ex ea reſultat bonum Jus ordinariæ Juriſdictionis.*

4 *Verba Privilegii Apoſtolici debent eſſe clara, & expreſſa ad hoc, ut inducant ſeparationem Territorii.*

5 *Et debent eſſe talia, ut præter exemptionem à Juriſdictione Epiſcopi, tranſlata ſit in Prælatum inferiorem omnimoda, & plena Juriſdictio Eccleſiaſtica, & Spiritualis, non ſolùm in Eccleſiam, & loca, ſed etiam in Clerum, & Populum,* & num. 11.

6 *Nec ſufficit ſolum Privilegium exemptivum.*

7 *Immò exemptio, tanquam odioſa, eſt ſtrictè interpretanda, ut minùs lædat Jus Epiſcopi.*

8 *Ita ut quicquid per Privilegium Apoſtolicum clarè non conceditur Prælato inferiori, cenſeatur Epiſcopo præſervatum.*

9 *In hac materia, unicè dependente à voluntate Papæ, non eſt recedendum à litera Privilegii.*

10 *Verba, quòd Prælatus inferior habeat Eccleſiaſtica Jura, intelliguntur, quòd habeat in Monaſterium, & membra, ab eo dependentia, Juriſdictionem Eccleſiaſticam, ita ut reſpectu exemptorum tranſlata ſit in ipſum Juriſdictio, quæ Epiſcopis competebat.*

12 *Parochialitas, ſeu Cura animarum, nihil commune habet cum Juriſdictione ordinaria.*

13 *Neque ea infertur ex Dominio temporali bonorum, ex donationibus Regum, aliorumque Principum ſecularium obvenientium.*

14 *Etiamſi prædicta Monaſteria, cum eorum membris, recipiantur ſub protectione B. Petri, & S. Sedis Apoſtolicæ.*

15 *Sicuti exemptio à Decimis, liberatio accedendi ad Synodum, & his ſimilia, ſonant in puram, ac ſimplicem exemptionem,* & n. 17. & 18.

16 *Ita Prælatus inferior, habens Juriſdictionem ad aliquos actus particulares, non dicitur Ordinarius, nec habere Territorium ſeparatum à Diœceſi.*

19 *Ex proviſione ſolita fieri in Conciſtorio Papæ, & aliis prærogativis, & præeminentiis, non arguitur Juriſdictio quaſi Epiſcopalis.*

20 *Termini apponi ſolent ad diſtinguenda Territoria, & Juriſdictiones.* Declara n. ſeq.

22 *Explicantur Deciſiones in contrarium allatæ.*

DECISIO XIX.

JUriſdictionalis controverſia, vertens inter Reverendiſs. Epiſcopum Gerunden. & Abbatem de Amerio, ſuper competentia Juriſdictionis Ordinariæ Eccleſiaſticæ in omnibus Eccleſiis, Locis, & Perſonis Vallis de Amerio, diſcuſſa coram Me ſub die 5. Martii prædicti, tam ſuper bono Jure, quàm ſuper manutentione, & favore Epiſcopi reſoluta, non ſolùm ſuper adjudicatione præfatæ Juriſdictionis in genere, ſed etiam cum ſpecificatione plurium actuum, quos in ſequelam hujuſmodi Juriſdictionis eidem competere declaratum fuit, iterum hodie maturè examinata, quamvis Abbas plura de novo deduceret, nedum pro ſeparatione Territorii, verùm etiam pro exercitio plurium actuum Juriſdictionalium, eundem tamen ſortita eſt exitum, Epiſcopo favorabilem, ſuper adjudicatione præfatæ Juriſdictionis in genere, & negatione Territorii ſeparati, ab Abbate prætenſi, reſervata tamen ſpeciali diſputationi declaratione actuum particularium, quinam ad Epiſcopum, vel ad Abbatem pertineant.

Etenim ſubſiſtere apparuit præcipuum Deciſionis fundamentum, quòd nimirum Monaſterium B. Mariæ de Amerio, una cum Villa, & omnibus Eccleſiis, ac Locis totius Vallis de Amerio, exiſtat in Diœceſi, ſemperque fuerit, & ſit de Diœceſi Gerunden. tum ex generali Juris præſumptione, militante favore Epiſcopi ex Diœceſum diviſione, ex 1
qua omnia loca præſumuntur eſſe in aliqua Diœceſi, & in illa, cui magis adjacent, vel circumdantur ſaltem pro majori, præſertim non prætendente alio Epiſcopo ſituationem in ſua Diœceſi: *Card. de Luca de Juriſdict. diſc. 1. n. 14. & 15. & diſc. 11. n. 4. Rot. dec. 483. à n. 3. ad 5. p. 14.* cum aliis in Deciſione hujus Cauſæ ſuper manutentione coram Me *§. Fuit recedendi ratio*, tum ex teſtibus remiſſorialibus Epiſcopi, & Abbatis jun-

ctis plurimis antiquiſſimis enunciativis, emiſſis ab ipſismet Abbatibus, & Monachis, quibus aſſerit, Monaſterium præfatum, aliter loca Vallis de Amerio, eſſe in Diœceſi Gerundenſi; tum denique ex confirmatione electionis Abbatis, expleta per Epiſcopum, & juramento fidelitatis eidem præſtito ab eodem Abbate anno 1343. & alio ſimili juramento de anno 1344. in quibus juramentis ulteriùs promiſerunt Abbates accedere temporibus conſuetis ad Synodum Gerunden. quæ omnia proculdubio manifeſtant ſituationem in Diœceſi Gerunden. ut laté in dicta Deciſione ſuper manutentione *cit. §. Fuit decidendi ratio*.

Ex qua ſituatione, quam ante omnia debet Epiſcopus probare in controverſiis Juriſdictionalibus cum
2 Prælatis Inferioribus, tanquam fundamentum ſuæ intentionis *c. cum venerabilis 7. de relig. dom. c. cum olim 19. de cenſib. ubi Abbas nu. 2. Fagnan. in c. cum dilectus de relig. domibus, num. 15.* reſultat bonum Jus illius ſuper adjudicatione Juriſdictionis ordinariæ Eccleſiaſticæ, tam quo ad perſonas, quàm quo ad Eccleſias,
3 & loca Vallis de Amerio *c. Conſtit. 6. c. cum Venerabilis 7. de relig. domibus c. conquerenti 16. de offic. Ordin.* cum aliis Juribus, latiùs recenſitis in mox citata Deciſione coram Me *§. Ex qua ſituatione*.

Nec Abbas Territorium ſeparatum deducere valet ex Bulla Clem. III. de anno 1187. quia tranſeuntes DD. cum præſuppoſito, quòd ſit in forma probanti, & præſervantes illius exiſtentiam. ex ea non proba-
4 ri cenſuerunt hanc qualitatem Territorii ſeparati; non enim in illa continentur verba clara, & individualia, dividentia, ac ſeparantia dicta loca à Diœceſi Epiſcopi Gerund. prout requiruntur, ut ex verbis Privilegii Apoſtolici inducatur ſeparatio Territorii. *Rot. dec. 304. n. 8. p. 11. dec. 7. nu. 30. p. 13. deciſ. 483. n. 14. p. 14. & 340. n. 16. p. 16. & in Vicen. Juriſdictionis 28. Aprilis 1679. §. Nec ſeparationem, cor. Reverendiſſimo Emerix Decano, & in Leodien. Juriſdictionis 13. Martii 1684. §. In quam ſententiam, coram R. P. D. meo Caccia, & in Brixinen. Juriſdictionis 5. Junii 1688. §. At verò, coram R. P. D. meo Caprara.*

Præterea neque colligitur ex tenore dictæ Bullæ, quòd, præter exemptionem à Juriſdictione Epiſcopi, fuerit in Abbatem tranſlata omnimoda, & plena Juriſdictio Eccleſiaſtica, & Spiritualis, non ſolùm in
5 Eccleſiam, & loca, ſed etiam in Clerum, & Populum, & Parochum cum Cura animarum. excluſo in totum Epiſcopo, ut opus eſt ad hoc, ut Prælati Inferiores habeant Territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi. *Lotter. lib. 1. de Re Benefic. quæſt. 24. à n. 15. ad 120. & quæſt. 55. num. 11. & 14. Fagnan. in d. cap. ſignificaſti num. 17. verſ. illud tamen, & num. 18. 19. & 22. & in cap. nullus de Paroch. num. 40. & 45. & in c. cum dilectus, de relig. domibus, num. 23. & 26. Cardin. de Luca de Juriſdict. diſc. 1. num. 50. & diſc. 34. num. 9. verſ. altera. Rota d. dec. 324. num. 6. & d. dec. 70. nu. 59. & d. deciſ. 340. num. 17. part. 15. & in d. Leod. Juriſdictionis coram R. P. D. meo Caccia §. Nec obſtare viſa ſunt, in fine, & in d. Brixinen. coram R. P. D. meo Caprara §. At verò.*

Et per conſequens præfata Bulla nihil aliud importat, niſi ſimplicem exemptionem Monaſterii, & contentorum in illa, non autem ſeparationem Territo-
6 rii, pro quo non ſufficit ſolùm Privilegium exemptivum. *Fagnan. in c. cum contingat, de foro competenti, n. 39. Rota dec. 207. n. 2. & 3. p. 2. diverſ. dec. 483. n. 12. & 13. part. 14. & in Vicen. Juriſdictionis 28. Aprilis 1679. §. Nec ſeparationem, & 16. Junii 1688. §. Prout, coram Reverendiſſimo D. meo Decano.* Imò ex-
7 emptio, tanquam odioſa, eſt ſtrictè interpretanda, ut minus lædatur Jus Epiſcopi, fundatum in Jure communi *Cokier de Juriſdict. Ordinarii in Exemptos p. 1. quæſt. 5. n. 7. & q. 4. per tot. Lotter. l. 1. q. 23. nu. 54. Fagnan. in c. cum Capella 16. de privileg. num. 2.*
8 Adeout quidquid per privilegium Apoſtolicum claré non conceditur Prælato Inferiori, cenſeatur Epiſcopo præſervatum. *Ancharan. in cap. poſtulaſti, num. 45. de for. competenti. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 24. à num. 96. ad num. 99. Fagnan. in cap. ſignificaſti, de offic. Archidiac. num. 18. & 19. Rota deciſ. 324. n.*
9 *5. part. 1. rec. deciſ. 70. n. 3. p. 13.* cum in hac materia, unicé pendente ex voluntate Papæ, à litera privilegii exemptionis recedendum non ſit, ſed juxta illius tenorem judicari &c. *cap. 15. & 14. de privileg. c. 7. & 10. eodem tit. in 6. Lotter. d. lib. 1. qu. 54. n. 89. & 90.*

Nec conceſſionem omnimodæ Juriſdictionis Eccleſiæ, & quaſi Epiſcopalis in Clerum, & Populum cum Territorio ſeparato, deducere poteſt Abbas ex illis verbis dictæ Bullæ Clem. III. ibi -- *In ſupradictis verò Eccleſiis, quæ ad Jus Amerienſis Eccleſiæ omninò pertinere vidimus, vobis, & ſucceſſoribus veſtris omnia Eccleſiaſtica Jura habere decernimus, & Capellanias ſine vinculo, & dominatione Gerunden. Epiſcopi, ſive alicujus perſonæ. liberè ſemper habeatis*, quia hæc verba important Monaſterii, & Eccleſiarum, ab eo dependentium, paſſivam exemptionem à vinculo, & dominatione Gerund. Epiſcopi, & dum determinant,
quòd Eccleſiaſtica Jura habeant Abbates, hoc in- 10
telligitur, ut in ipſos ſit tranſlata Juriſdictio Eccleſiaſtica in Monaſterium, & alia membra ab eo dependentia, quæ eo ipſo, quòd fuerunt exempta à Juriſdictione Epiſcopi, ſequitur, ut in Abbates reſpectu exemptorum ſit tranſlata Juriſdictio, quæ Epiſcopis competebat *Fagnan. in c. 1. de offic. Ordin. n. 24. & 57. Tambur. de Jure Abbat. tom. 2. diſput. 1. q. 2. n. 2. verſ. ſuppoſito enim. Card. De Luca de Juriſd. diſc. 1. nu. 3. Rota dec. 615. in princip. coram Seraph. deciſ. 198. n. 4. verſ. ſtante, apud Poſth. de Manut. dec. 403. n. 5. p. 2. recent. dec. 390. nu. 9. & 10. & dec. 391. n. 1. p. 13.* non autem ſupra relata verba ſignificant, ut in eundem Abbatem tranſlata ſit omnimoda Juriſdictio Eccleſiaſtica in Clerum, & Populum laicum totius Vallis de Amerio, cum Territorio ſeparato, de quo in
Bulla nullum verbum habetur, quod omninò neceſ- 11
ſarium eſt, ut hæc Juriſdictio ab Epiſcopo ablata, dicatur in Prælatum Inferiorem tranſlata, ut dictum eſt, nec per exemptionem Monaſterii, ejuſque membrorum, à Juriſdictione, & poteſtate Epiſcopi, cenſetur exemptus Populus, Clerus, & Parochus *n. 1. de privileg. in 6. ubi Barboſ. nu. 4. Lotter. lib 1. q. 23. n. 518. & q. 25. nu. 11. Cokier. de Juriſdict. in Exempt. p. 1. q. 53. n. 4. Rot. dec. 181. nn. 10. & 11. coram Carillo dec. 324. n. 6. p. 5. rec. & dec. 7. à n. 28. ad 32. p. 12.*

Minùs refragatur altera ponderatio deſumpta pro ſeparatione Territorii ex illis verbis, poſtea adjectis -- *Tibi nullo omnino hominum tam Jure Parochiali, quàm Jure dominii, niſi vobis, & Monaſterio veſtro reſpondeant*: quia ex ſuppoſitione, quòd Cura Parochialis ſit penes Monaſterium, hocque habeat Dominium temporale, verba prædicta referuntur ad Curam Parochialem, & Dominium temporale bonorum, ad Monaſterium pertinentium, non autem important, ut Abbati tranſlata ſit plena Juriſdictio Eccleſiaſtica Ordinaria in Populum, & Clerum, Parochialitas enim, ſeu Cura animarum, nihil commune
habet cum illa, ſed ſolùm continet poteſtatem fori 12
pœnitentialis, hoc eſt ligandi, & ſolvendi in foro interiori. *Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 6. n. 35. Barb. de Offic. & Poteſt. Parochi p. 1. c. 1. n. 27. verſ. 1. & Rota dec. 52. à num. 2. part. 2. diverſ.* Neque ex eo, quòd Abbas ex donationibus Regum, aliorumque Princi-
pum Secularium, habeat Dominium, & Juriſdictio- 13
nem Spiritualem, & Territorium ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi: *Rota dec. 324. n. 10. p. 1. rec. dec. 70. num. 52. part. 13. diſc. 483. num. 16. 17. p. 14. & dec. 340. à n. 18. ad 20. p. 15. dec. 218. à num. 6. ad 8. coram Roias in Leodien. Juriſdictionis 23. Januarii 1679. §. Denique, coram Emerix Decano, & in Vicen. Juriſdictionis 16. Januarii 1688. §. Neque qualitas, cor. eod.* Sicuti, nec per privilegia Apoſtolica confirmantia dictas donationes, factas per Reges, vel alios Principes Monaſteriis, cenſetur etiam Abbatibus conceſ-
ſa Juriſdictio Eccleſiaſtica, & multò minus Territo- 14
rium ſeparatum, etiamſi in dictis Privilegiis Apoſtolicis Monaſteria præfata cum eorum membris recipiantur ſub protectione B. Petri, S. Sedis Apoſtolicæ, ad *Text. in cap. recipimus 8. §. Verè, c. ex part. 18. de privileg. Rota in Leodien. Juriſdictionis 23. Januarii 1679. coram Reverendiſſimo Emerix Decano §. Neque ad hunc effectum, & 21. Aprilis 1681. cor. eodem §. Neque ad excluden. & 13. Martii 1683. cor. R. P. D. meo Caccia §. Neque obſtare.*

Prout

Digitized by Google

Prout exemptio, conceſſa Abbati à decimis, & primitiis, & Jus percipiendi, facultas ſumendi Chriſma, & Oleum Sanctum, Altarium Conſecrationes, & Ordinationes Monachorum, à quocunque Epiſcopo, & liberatio accedendi ad Synodum Gerunden.
15 niſi ex ſpontanea voluntate, ſonant in puram, & ſimplicem exemptionem, ſeu liberationem ab obligationibus, ad quas Abbas teneretur, ſi non eſſet exemptus, non verò apta ſunt inducere ſeparationem Territorii à Diœceſi Gerunden. & translationem Juriſdictionis Ordinariæ Eccleſiaſticæ in Abbatem, quoad Populum, & Clerum, ut in ſimilibus terminis dixit *Rot. in Vicen. Juriſd. 16. Junii 1688. cor. Rev. Decano Prous*; Exemptio enim, quæ ad certos, & determinatos actus conceditur eſt compatibilis in reliquis cum Or-
16 dinaria Juriſdictione Epiſcopi, cui per illam non derogatur in ſua univerſalitate Juriſdictionis, ſicuti Prælatus inferior habens Juriſdictionem ad aliquos actus particulares non dicitur Ordinarius, & habere Territorium ſeparatum à Diœceſi, *c. ſi Papa 10. verſ. bis enim, de privil. in 6. c. cum Venerabilis 7. verſ. 5. quia igitur, de relig. dom. c. cum olim, verſ. quia prædictas de praeſcr. Fagnan. in c. cum contingat. n. 23. & 26. de for. compet. & in c. relatam, n. 7. 8. & 9. de Clericis non reddentibus, & in d. c. cum olim, de praeſcr. n. 23. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quaeſt. 24. à n. 100. ad 104. Rot. dec. 340. n. 4. & 5. coram Priolo dec. 69. à nu. 12. ad 16. part. 9. & in Toletana Juriſdictionis ſuper Tribunali 17. Junii 1689. coram Me, §. Et quamvis, & in Burgien. Juris inſtituendi, ſeu conferendi 23. Junii 1690. cor. Me §. Minùs.*

Prohibitio autem contenta in eadem Bulla Clem. III. ibi, *ut nullus Monaſterium veſtrum interdicere, vel Abbatem, aut in Monachos, ſive Clericos, aut Converſos veſtros, interdictionis, vel excommunicationis ſententiam, niſi de mandato Romani Pontificis, vel Legati à latere,*
17 *audeat promulgare*, ſonat pariter in ſimplicem exemptionem *c. 1. §. In eos, & c. nè aliquid §. de privil. in 6. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quaeſt. 24. n. 98. Kokier. de Juriſd. in Exemptos part. 4. quaeſt. 14. n. 8.* & in fortioribus terminis prohibitionis, quòd nemo præſumat aliquid facere, vel moleſtias inferre in Monaſterium,
18 & ejus Monachos, & bona, quòd nempè ea ea non inferatur Territorium ſeparatum, ſed nuda, & ſimplex exemptio, dixit *Rota in Leodien. Juriſdictionis 23. Januarii 1679. §. Nihil relevante, coram Reverendiſſimo Emerix Decano, & 9. Decembris §. Probata, cor. bon. mem. Albergato, & 13. Martii 1684. §. Nec obſtare, cor. R. P. D. meo Caccia.*

Nihil etiam refert, quòd Abbatia provideri ſoleat in Conſiſtorio Papæ, quòd Abbas interveniat Concilio Provinciali Tarraconenſi, quòd habeat uſum mitræ, & alias prærogativas, quia ex his inferri non po-
19 teſt ad Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cum paſſim hæc concedantur in honorem Eccleſiarum, & Dignitatum, non autem in amplitudine officii *c. ut Apoſtolicæ 6. de privil. in 6. & ibi Joan. Andr. Tamburin. de Jur. Abb. diſp. 15. q. 6. n. 21. Rota dec. 709. nu. 4. p. 4. diverſ.* & noviter *in d. Leodien. Juriſdictionis 1679 cor. Reverendiſſimo Emerix, & in Brixinen. Juriſdictionis 5. Julii 1688. §. Nec in praeſenti, coram R. P. D. meo Caprara*, & in hac Cauſa fuit dictum *in dec. 2. cor. R. P. D. meo Benincaſa §. Atque ex his.*

Pariter pro ſeparatione Territorii nec facit, quòd in præcitata Bulla Clementis III. exprimatur Vallis Amerienſis, cum enunciativa, quòd terminatur rea-
20 libus terminis, quia licèt iſti apponi ſoleant ad diſtinguenda Territoria, & Juriſdictiones, ut dixit *Rota coram Peuting. dec. 12. n. 5. & dec. 386. n. 3. cor. Pænia*, tamen in præſenti caſu, in quo neque ex dicta Bulla Clementis III. neque aliundè probatur, in Abbatem translatam fuiſſe omnimodam Juriſdictionem Eccleſiaſticam in Clerum, & Populum totius Vallis de Amerio, excluſo in totum Epiſcopo, deſignatio iſta terminorum, vel deſervit pro dominio temporali, exiſtente penès Abbatem, vel deſcribit lo-
21 cum, ubi ipſe in Exemptos exercere poſſit ſuam Juriſdictionem, non autem quòd tota Vallis Amerienſis ſit Territorium Eccleſiaſticum ſeparatum à Diœceſi Epiſcopi, & ſubjectivè pertineat ad Abbatem, ut in ſimilibus dixit *Rota in dec. 46. à n. 5. ad n. 6. poſt Tamburr. de Jur. Abb. tom. 3. Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 1. n. 16. verſ. nihil refragante.*

Quibus ita firmatis, non obſtant plures in contrarium allegatæ Authoritates; nam ſingillatim eas percurrentes DD. obſervabant præſenti caſui non applicari: *In Deciſione* enim 54. *coram Martino Andrea* concurrebat Privilegium Apoſtolicum, concedens amplam Juriſdictionem, & transferens in Priorem omne Jus Epiſcopale in Populum, & Clerum cum Cura animarum, juncta ſucceſſiva obſervantia, ut videre eſt *ſub n. 5. §. Praeterea, & n. 5. 6. & 8. Dec. 988. & 1001. cor. Danozet. Jun.* erant in caſu Privilegii, comprobati ex præſcriptione omnimodæ Juriſdictionis contra Epiſcopum: *Deciſ. 12. & 23. cor. Peutinger.* loquuntur in terminis, quòd ex planta, judicialitèr, facta, Teſtibus, Bullis, & obſervantia, probatum erat, Monaſterium S. Gulielmi habere Territorium ſeparatum à Diœceſi S. Angeli, illudque eſſe de pertinentiis Monaſterii Montis Virginis, quod eſt *Nullius. Deciſ. 459. coram Bich.* verſabatur in Privilegio, continente plenam exemptionem Monialium, & totalem translationem Juriſdictionis in Abbatem Montis Caſſini, cum obſervantia: tandem *dec. 274. part. 17.* loquitur in caſu, quo Abbati elargita fuerat literis expreſſis Juriſdictio activa in locis, & Oppidis Monaſterii, & ad formam Privilegii Apoſtolici dictus Abbas erat in pacifica poſſeſſione exercendi dictam omnimodam Juriſdictionem, & ex his Authoritatibus, adductis in Cauſa *Leodien. Juriſdictionis* pro ſeparatione Territorii prætenſa ab Abbate Stabulen. ſic reſpondit *Rota in citatis Deciſionibus cor. bon. mem. Albergato §. finali, cor. R. P. D. meo Caccia §. Quibus ita firmatis.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. LANCETTA.

Gerunden. Ferialis.

Ven. 11. Decembris 1699.

ARGUMENTUM.

Redditus Ferialis, pro communibus Eccleſiæ Gerunden. negotiis deſtinati, non ſunt impendendi pro particulari Canonicorum utilitate. Eorum tamen adminiſtratio ad ſolos Canonicos ſpectat, licèt cuilibet etiam non Capitulari competat actio contradicendi, & invigilandi, ut rectè geratur.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, conditum pro felici ſtatu, & gubernio Eccleſiæ, eſt conſtanter ſervandum.*
2 *Praeſertim quando ab omnibus de Capitulo in actu adeptæ poſſeſſionis præſtitum fuit juramentum illud obſervandi.*
3 *Expenſæ pro particulari Canonicorum utilitate, ſeu Jurium, & prærogativarum defenſione, non niſi propriis ſumptibus fieri debent.*
4 *Iniquum eſt, quòd quis propriis redditibus vexari poſſit.*
5 *Affertur Ordinatio Eccleſiæ Gerunden.* & Conſtitutio Leonis X. *ſuper diſtributione, & erogatione redditnum Ferialis.*
6 *Conſuetudo pluriumſæculorum, ad inſtar immemorabilis tribuit meliorem titulum de mundo.*
7 *Obſervantia, in præjudicium Eccleſiæ introducta, tanquam abuſus, & corruptela, non eſt ſervanda.*
8 *Eadem tamen in dubiis ad interpretationem plurimum conferre ſolet.*
9 *Adminiſtratio redditunm Eccleſiæ de Jure ad Capitulum unicè ſpectat.*
10 *Cui etiam competit facultas deputandi Clericum in adminiſtratorem hujuſmodi redditaum.*
11 *Pro Eccleſia, & operibus piis, unicuique de populo competit actio contradicendi, & invigilandi, ut omnia rectè agantur.*

DE-

D E C I S I O XX.

Plum opus, *Feriale* ouneupatum, pro pinguiori Canonicorum ſubſtentatione anno 1234. iuſtituerunt Epiſcopus, Dignitates, totumque Capitulum, certis redditibus ditatum, ſed agnita eorum modicitate Guillelmus, in Paſtorali munere ſucceſſerat, una eum Dignitatibus, & Capitularibus anno 1313. ad hujuſmodi Ferialis incrementum, eidem alios redditus addixit, eorumque partem pro Eccleſiæ operibus deſtinavit.

Verùm quia in prædicti Ferialis adminiſtratione quamplures irrepſerant abuſus, redditusque, pro communibus Eccleſiæ expenſis deſtinati, per Capitulum in alios uſus convertebantur: idcircò Gaſto Epiſcopus anno 1330. *Dignitatibus*, & Canonicis in Capitulo Congregatis, peculiari ſanctione mandavit, -- *quòd omnes Ferialis proventus expenderentur in, & pro expenſis, & aliis communibus negotiis ipſius Eccleſiæ, & non poſſent ipſi redditus, vel eorum pars, de cætero dari Epiſcopo, vel aliter aliis quocunque modo, vel quovis quæſito colore*: quod licèt omnes, ut ſupra convocati, inviolabiliter medio juramento obſervare promiſiſſent, & ad hunc effectum inſuper decreviſſent, quòd quilibet de Capitulo in ingreſſu hujuſmodi obſervantiam, nec quicquam in contrarium facere, jurare tenerentur.

Nihilominus cum modò Ferialis redditus, qui propter ratam fructuum 93. Capellaniarum, quam ſan. mem. Gregorius XI. eidem applicaverat aliaſque, Fidelium largitiones, ad annua ſcut. 3000. monetæ Romanæ excreverunt, Canonici inter ſe ipſos pro eorum libito partim repartiantur, partimque ab eiſdem pro ſubſtinendis litibus contra Dignitares, & Beneficiatos, non quidem univerſale, ſed eorum particulare intereſſe reſpicientibus, expendantur; propterea ejuſdem Eccleſiæ Dignitates, commune bonum promoventes, ſuper hujuſmodi Ferialis adminiſtratione certam præſcribi normam exoptantes, ab hoc S. DD. conſeſſu exquiſiverunt coram Me -- *An, & in quibus litibus poſſint impendi fructus Ferialis, & an fructus, qui ſuperſunt, erogari valeant in alios uſus, ultra præſcriptos in Statutis, inconſultis, & excluſis Dignitatibus* -- & ex eorundem oraculo reſponſum habuere, fructus Ferialis poſſe impendi, & erogari juxta modum in Deciſione mox exprimendum.

Procedendo enim cum diſpoſitione ſupra enunciati Statuti anni 1230: expreſsè præcipientis - - *Quòd Ferialis redditus ſint deputati pro expenſis, quas multoties oportet Eccleſiam Gerunden. ſubire in cauſis, & quæſtionibus, quas ipſa Eccleſia Gerund. contra aliquos movet, vel movent aliqui contra illam, omneſque redditus, & alii proventus, quos habet Eccleſia Gerunden. in ſuis neceſſitatibus communibus erogare tenetur* -- indè perſpicuum fit, quòd iidem impendi debeant in negotia, & lites communes, aliaque onera, univerſum Eccleſiæ Statum reſpicientia, quæque ad totius corporis honorificentiam conferunt, juxta formam prædi-
1 cti Statuti, quod tanquam conditum pro felici ſtatu, & gubernio Eccleſiæ Gerunden. conſtanter ſervari debet. *Abb. in c. quod Clericis, nu. 20. de for. comp. Felin. in c. cum omnes n. ultimo, de conſtit. Rot. cor. Pamphil. dec. 265. n. 5. & coram Cavaler. dec. 77. & 111. per tot. & in terminis Conſtitutionum hujuſmet Eccleſiæ in Gerunden. Adminiſtrationis 24. Januarii §. Tam demum, & 20. Junii 1687. §. Nec obſtat, cor. bon. mem. Eme-*
2 *rix*. Potiſſimè quando, prout hic, ſuper illius obſervantia ab omnibus de Capitulo in actu adeptæ poſſeſſionis præſtitum fuit juramentum, ad *Text. in c. 1. de Jur. Jur. Fagnan. in c. cum venissent num. 22. cum ſeqq. de iſtit.*

E contra verò erogari non valent in lites motas, & movendas, tam contra extraneas perſonas, quàm contra Dignitates, Beneficiatos, alioſque de Eccleſia, pro Canonicorum particulari utilitate, eorum-
3 que jurium, & prærogativarum defenſione, quas nonniſi ſumptibus propriis ſubſtineri poſſe, diſtinguendo dictum fuit *coram Manzaned. dec. 157. num. 2. 3. coram Gregor. deciſ. 263. num. 6. ibique Add. num. 8. coram Coccin. deciſ. 1911. num. 8. 9. & in rec. dec. 138. num. 12. part. 1.* Prorſus enim iniquum eſſet, quòd Dignitates, quorum unuſquiſque pro conſtituendo Feriali ſolidos centum perſolvit *Summar. Dignitatum nu. 1. & 2. lit. A. & num. 9.* & quorum nonnulla præſtimonia eidem unita fuerunt, *d. Summ. num. 4. lit. D.*
cum propriis redditibus poſtea vexari poſſent, ad *Text.* 4
in l. Imperatores ff. de tutel. & ration. diſtrahen. Rota cor. Gregor. d. dec. 263. n. 1. 2. & præter mox allegatos Rot. coram Mant. dec. 262. num. 5. 6. & cor. Pamphil. dec. 293. num. 1.

Abſolutis autem, ac plenè, perfectèque completis omnibus expenſis communibus, reſpicientibus, tam lites, & negotia, quàm alia onera ejuſdem Eccleſiæ, reſiduum tantummodo cenſuerunt Domini diſtribuendum eſſe inter Canonicos, qui interfuerunt Horis Canonicis certis diebus, & Feſtivitatibus, & hoc pariter ex Statutariis diſpoſitionibus: nam cum Fe-
riale inſtitutum fuerit ſavore Capituli, ut Canoni- 5
ci, & Clerici Deo famulantes commodiùs ſubſtentari valerent *Summ. Dignitatum d. num. 1.* illudque ex antiquis ordinationibus Eccleſiæ, & ex Decreto capitulariter condito anno 1598. fuerit deſtinatum pro communibus expenſis, & pro certis diſtributionibus faciendis quibuſdam anni diebus, & feſtivitatibus, *Summ. Capituli d. num. 4. & 6.* & ulteriùs accedat Conſtitutio ſan. mem. Leonis X. in qua, occaſione erectionis duodecim Præbendarum Presbyteralium, mandat, quòd redditus Ferialis, ceſſantibus Eccleſiæ neceſſitatibus, dividantur inter Canonicos, *d. Summ. num.* 10. dubium non eſt, quin iſto caſu illi dici debeant diſtributi in uſus, à Statutis præſcriptos.

Quæ omnia facillimè confirmata remanent ab inconcuſſa plurium ſeculorum obſervantia inter Canonicos diſtribuendi hos fructus ſuperextantes, quæ ſicut concludenter probatur ex partitis, ex libro onerum, ad quæ tenetur Feriale, ex computis fructuum ejuſdem, ac etiam effectivis repartitionibus ipſarum
diſtributionum inter Canonicos, ita tamquam im- 6
memorabilis præbet Canonicis meliorem titulum de mundo, *c. ſuper quibuſdam 26. §. Præterea de verb. ſignif. Cardin. de Luca de Benef. diſc. 32. num. 1. & 4. & de Canon. diſcurſ. 11. num. 6. Sperell. deciſ. 37. num. 13. Rota in rec. dec. 671. num. 16. part. 18. in Dertonſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Ex diſpoſitione, coram R. P. D. meo Pio in Coloniea. Præcedentiæ ſuper bono jure 4. Junii ejuſdem anni §. Tam tertio, & 22. Martis 1697. §. Penultimo, coram R. P. D. meo Muto, & in Giennen. Juris mutandi 20. Februarii præteriti §. Sancit, coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Abſque eo quòd replicari valeat, quòd prædicta obſervantia ſit prorſus contraria Statuto anni 1330. in quo ad tollendum abuſus mandatum fuit, quòd Ferialis redditus in poſterum expenderentur pro communibus negotiis Eccleſiæ, ideoque illa connumera-
ri debeat inter abuſus, & corruptelas, à Statuto 7
ſublatas, ideoque in præjudicium Eccleſiæ attendi non mereatur, *ut in capitulo 1. de conſuetud. Gratian. diſcept. 894. num. 24. Cardinalis Albic. diſcept. 1. apud Cardin. de Luca de Juriſdict. numer. 90. Sperell. deciſ. 133. num. 30.*

Quoniam nihil implicat, quòd expletis omnibus Eccleſiæ neceſſitatibus (ex quorum non implemento dumtaxat orìretur repugnantia) cum ſuper remanenti quantitate fructuum nullo modo diſponat Statutum prædictum, eadem inter Canonicos diſtribuatur, ſumpta regula ab ipſa fundatione Ferialis, inſtituti ad commodiorem Canonicorum ſubſtentationem, aliiſque Conſtitutionibus, & Decretis, & tan-
dem à ſubſecuta obſervantia, quæ plurimum in du- 8
biis ad interpretationem conferre ſolet, *l. minimè l. ſi de interpretatione ff. de leg. Caſtren. conſ. 348. in fine, lib. 1.* latè *Menoch. conſ. 341. num. 23. lib. 4. Rot. cor. Coccin. dec. 1609. n. 2.*

Parùm tandem rationabilis viſa fuit Dignitatum prætenſio, quòd prædicta omnia circa Ferialis adminiſtrationem gerenda eſſent per Capitulum, conſultis, & auditis iiſdem Dignitatibus. Omiſſo enim, quòd Ferialis adminiſtratio de jure unicè, & inde-
pendenter ſpectat ad Capitulum, *ad Text. in cap. no-* 9
vit,

*eit , & c. quanto , de his quæ ſunt ii Prælatis . Cæſar. de
Graſſ. dec. 4. n. 4. de his quæ ſunt ii majori parte Capitu-
li . Rot. cor. Coccin. dec. 625. n. 11.*

Hoc unum certum eſt, quòd plena, & abſoluta po-
teſtas Capituli in hujuſmodi adminiſtratione ſatis pro-
bata remanet, tam ex facultate, quam habet depu-
50 tandi Clericum in Adminiſtratorem , *per Text. in Clem.
quia contingit §. Ut autem , de religioſis domibus , &
dicta deciſ. 625. num. 13. & ſeqq. coram Coccin.* quam
ex Statutis ſucceſſivè factis , facultatem tribuenti-
bus Capitulo expendendi fructus in onera , ab ipſis
demandata , *ut in d. Gerund. Prioratus prima Julii 1697.
§. Et tertio , cor. bon. mem. Urſino* , Juncta etiam paci-
fica , & longæva quatuor ſeculorum , & ultra , poſſeſ-
ſione fructus ferialis adminiſtrandi abſque Dignitatum
conſilio .

Quia verò Dignitates in fundatione Ferialis inter-
fuerunt, & pro eo centum ſolidos contribuunt , ideò
ſatione eorum particularis intereſſe invigilare , &
contradicere poterunt , nè laudabilia Statuta Eccle-
ſiæ Gerunden. intervertantur , & eidem præjudicium
irrogetur , in extraneos uſus redditus erogando , cum
51 pro Eccleſia , & operibus piis , non ſolùm ipſis , ſed
etiam unicuique de populo hujuſmodi actionem exer-
cere liceat , ad tradita per *Card. de Luca de Legat.
diſc. 62. n. 3. de Jud. diſc. 12. nn. 6. & Rot. cor. Cerr.
deciſ. 234. n. 11.*

Et ita juxta hunc modum DD. utraque reſponde-
runt .

R. P. D. DELL' OLMO.

Gerunden. Prioratus.

Lunæ 29. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Maſſa , quæ ſit communis cum Beneficiatis , non
venit ſub nomine Menſæ Capitularis . Item Maſ-
ſa Anniverſariorum prædicari nequit de illa Di-
ſtributionum quotidianarum ; & de differentiis in-
ter hanc , & illam . An , & quando difformitas
verborum Deciſionis à Sententia pariat nullita-
tem .

SUMMARIUM.

1 *Beneficiati nec ſunt de Capitulo , nec veniunt ſub il-
lius denominatione .*

2 *Obſervantia facit , ut Conſtitutiones , alioquin dubiæ ,
& obſcuræ , intelligantur eo modo , quo fuerunt ob-
ſervatæ .*

3 *Obſervantia impugnata ab eo , qui poſtea acquievit ,
& paſſus eſt Adverſarium exercere , ut priùs , actus
poſſeſſorios , majus potiùs robur acquirit .*

4 *De Maſſa Anniverſariorum indiſtinctè participant et-
iam Presbyteri conductitii .*

5 *Eadem Maſſa prædicari nequit de Maſſa Diſtributio-
num quotidianarum , & de ratione .*

6 *Diſtributiones quotidianæ , & Anniverſaria , differunt
inter ſe primò , quia illæ fundantur ex fructibus
Menſæ Capitularis , & fuerunt principalitèr intro-
ductæ ad augendum Cultum Divinum .*

7 *Anniverſaria verò unicè inſtituuntur pro ſuffragiis Ani-
marum ex redditibus , qui per pios Fideles relin-
quuntur .*

8 *Secundò in Diſtributionibus quotidianis datur Jus ac-
creſcendi .*

9 *Secus autem in Anniverſariis .*

10 *Anniverſaria non comprehenduntur ſub appellatione
Diſtributionum quotidianarum , neque ab iſtis lici-
tum eſt ad illa argumentari .*

11 *Difformitas Deciſionum à verbis Sententiarum , tunc
cauſare valet nullitatem , quando eſt talis , ut ex ea
ſubſtantia alteretur .*

DECISIO XXI.

PErſiſtentes Domini in deciſis coram Me ſub die
15. Junii proximè præteriti , firmè iterum exi-
ſtimarunt , Prioratum B. Mariæ de Olivis cenſeri uni-
tum Maſſæ Capitulari , non autem Maſſæ communi
Anniverſariorum Presbyteralium . Cum enim ſan.
mem. Clemens VIII. in ejus Conſtitutione expreſsè
declaraverit , dictum Prioratum unire Menſæ Capi-
tulari ; ſub cujus nomine nequaquam comprehendi va-
let Maſſa , quæ ſit communis cum Beneficiatis , cum
iſti nec ſint de Capitulo , nec veniant ſub illius de- 1
nominatione , ut ex *gloſſ. in c. penult. in V. Aſſiſios , de
Cler. non reſid.* firmat dicta mea præterita Deciſio §.
Quemadmodum enim , cumque præterea liberam Ca-
pitulo , & Decano facultatem tribuerit capiendi poſ-
ſeſſionem bonorum unitorum ; illorumque fructus per-
cipiendi , eidemque Capitulo , ſeu ejus ſingularibus
perſonis , dumtaxat abſolutionem à cenſuris conceſ-
ſerit , ipſiſque etiam onerum ſupportationem injunxe-
rit , ex his ſanè omnibus iterum perneceſſe fatendum
eſt , quòd ſi Summus Pontifex verba omnia , & ſin-
gula Conſtitutionis unicè ad Capitulum direxit , ad
illius etiam commodum dumtaxat unionem explere
voluerit , excluſivè ad Maſſam communem Anniver-
ſariorum Presbyteralium , de qua participant etiam
ipſimet Beneficiati , ut latè hæc omnia enumerando
concludit *Rot. in dicta mea præterita Deciſione §. Liquet
ſit & ſeq.*

Indubitantiùs verò, quia ab anno 1592. quo Prio-
ratus unio ſecuta eſt, uſque ad præſens, Capitulum ,
privativè quoad Beneficiatos , bonorum unitorum fru-
ctus continuò percepit , illoſque in cauſam Diſtribu-
tionum pro ſolis Canonicis , & Decano extraxit , ex
quibus cum individualis reſultet obſervantia præfatæ
unionis , abſoluti Juris eſt , quòd Prioratus ſoli Maſ-
ſæ Capitulari unitus cenſeri debet , cum ea , tan-
quam optima interpres Apoſtolicarum Conſtitutio- 2
num , ſuadeat illas , quamvis obſcuras , & dubias ,
eo modo intelligendas eſſe , quo fuerunt obſervatæ ,
juxta *Text. in c. dilectos , de conſuetud. Barboſ. in c. 8.
num. 5. de conſtit. Rot. coram Royas dec. 279. num. 7.
& in Savonen. Aggregationis 15. Januarii proximè præte-
riti §. Tum etiam ex conformi , coram Me* , & in De-
ciſione hujus Cauſæ , edita *coram bon. mem. Urſino 1.
Julii 1697. §. Quibus omiſſis* . Non attento , quòd ob-
ſervantia prædicta ex antiquis commiſſionibus , ad
inſtantiam Beneficiatorum expeditis , remanſerit in-
terrupta ; quoniam cum ex poſt in illarum ſequelam 3
nunquam fuerint Cauſam proſecuti , atque interim
Capitulum cum eorum ſcientia , & patientia , Prio-
ratus redditibus privativè gaudere non omiſerit , ex
hac profectò acquieſcentia , poſſeſſio , & obſervan-
tia , magis potiùs confirmata remanſit , ex deductis
per *Rot. in Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Junii
1695. §. Non relevat , & 2. Decembris ejuſdem anni §.
Innegabilis , & §. Sicque , cor. bon. mem. Urſino , & in
Bononien. Juris conferendi 9. Junii 1698. §. Haud reſi-
ſtentibus , cor. eodem* .

Nec vis aliqua in contrarium ſtatui poteſt in eo ,
quòd Pontifex unionem fieri mandaverit *Menſæ Ca-* 4
*pitulari , ſeu Maſſæ communi diſtributionum quotidiana-
rum* . Enim verò non indè ſequitur , quòd unio An-
niverſariorum Maſſæ facta cenſeri debeat , quoniam
cum de iſta indiſtinctè participent etiam Presbyteri
conductitii , atque è converſo de ea participare ne-
queant Canonici , & Beneficiati illi , qui in Sacer-
dotali dignitate conſtituti non ſunt , quemadmodum 5
exindè ob utrumque ex dictis capitibus eadem Maſ-
ſa prædicari nequit de Maſſa Diſtributionum quoti-
dianarum , ut de primo tradit *Monet. de Diſtrib. part.
2. quæſt. 14. ſub n. 22. circa med. verſ. nam etiam Re-
ctores Parochialium* , ac de ſecundo conſtat ex mente
ipſius Pontificis , qui unionem fieri voluit Maſſæ Di-
ſtributionum , omnibus Canonicis communi , ita nec
minus ex prædictis verbis argumentum aliquod deſu-
mi poteſt , quòd Prioratus unio facta fuerit Maſſæ An-
niverſariorum Presbyteralium .

Quod etiam confirmatur inſpecta differentia , quæ
inter Anniverſaria , & Diſtributiones quotidianas in-

terce-

tercedit, Diſtributiones quippè quotidianæ fundantur
6 ex fructibus Menſæ Capitularis, & fuerunt principaliter introductæ ad augendum Cultum Divinum, ut ex *Text. in c. unic. de Cler. non reſid. in 6.* & ex diſpoſitione *S. Concilii Trident. ſeſſ. 21. de reform. c. 3.* tenent *Stephan. Durant. de Rit. Eccleſ. c. 25. num. 4. Navar. de Hor. Canon. c. 18. num. 10. & ſeq. Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. c. 3. num. 2. & ſeqq. Pignattell. Conſult. Canon. 499. circa med. tom. 1.* An-
7 niverſaria verò unicè inſtituuntur pro ſuffragiis Animarum, ex redditibus, qui per pios Fideles relinquuntur, ad *Text. cum Gloſſ. in c. cum creatura, de celebrat. Miſſar. Lara. de Anniverſar. lib. 1. c. 1. num. 26.* & rurſus Diſtributiones quotidianæ debitæ iis,
8 qui Divinis Officiis non interſunt, accreſcunt aliis intereſſentibus, ut obſervant *Monet. de Diſtribut. part. 3. quæſt. 6. num. 16. Pignattel. conſult. 134. num. 2. tom. 9. Antonel. de Jur. & Oner. Cler. lib. 2. part. 6. c.*
9 *ult. num. 180.* quod profectò non contingit in Anniverſariis, in quibus Jus accreſcendi non datur, ut advertunt *Lara. de Anniverſ. lib. 1. c. 10. num. 3. Pignattel. d. conſult. 134. num. 10. tom. 9.* adeout ex his mirum ſanè non ſit, quòd ſan. mem. Gregorius XI. in unione 93. Capellaniarum, ad commodum ejuſdem Capituli expleta, licèt in Eccleſia Gerunden. adeſſet Maſſa Anniverſariorum, longè antea conſtituta, conſtanter tamen aſſeruerit, nullas in illâ adeſ-
10 ſe Diſtributiones quotidianas, quòdque Doctores, notabili hac differentia inſpecta, concludant, Anniverſaria ſub appellatione Diſtributionum quotidianarum nullatenus comprehendi, neque ab iſtis licitum eſſe ad illa argumentum ſumere, ut præter adductos in Deciſione, quæ revidetur §. *Et demùm tertiò*, firmant *Pignattel. conſult. 19. num. 11. tom. 3. & conſult. 134. pariter num. 11. tom. 9. Antonel. de Jur. Cleric. d. capit. ultim. num. 180. Rota deciſ. 32. num. 4. part. 7. rec.*

Quin ad effectum probandi, dictam Maſſam An-
1 niverſariorum eſſe Maſſam communem Diſtributionum quotidianarum, recurrendum ſit ad documenta, quæ hodie plena manu per Beneficiatos exhibentur in eorum *Summ. à num. 10. ad 19.* nam illis ſedulò per Dominos rimatis, viſum eſt ea quidem præſeferre poſſe, quòd quando Anniverſaria celebrantur, illorum ſolutio fiat per modum Diſtributionum, ſed tamen apta haud eſſe concludere, quòd ea induant qualitatem Diſtributionum quotidianarum, quæ communiter omnibus Canonicis diſtribuuntur; cum poſſit ſtare ſimul, quòd Anniverſaria quoad modum ea perſolvendi, tanquam Diſtributiones impropriè conſiderentur, & tamen illorum Maſſa prædicari nequeat Diſtributionibus communibus, ac quotidianis, quarum Maſſæ Summus Pontifex unionem Prioratus fieri voluit.

Indèque ſuperfluum, ac prorſus extra quæſtionem remanere noverunt Patres examen, in antea ctis propoſitionibus aſſumptum, an nempè dicti Prioratus unio dici valeat facta Maſſæ Feriali, ſeu Maſſæ dictarum 93. Capellaniarum: quoniam cum præſens controverſia in ſua origine in eo conſiſtat, *An dictus Prioratus unitus cenſeatur Maſſæ communi Anniverſariorum Presbyteralium, ſeu potiùs Menſæ, ſeu Maſſæ Capitulari*, conſtito proptereà ex deductis, quòd ille unitus ſit Maſſæ, ad Canonicos privativè ſpectanti, non autem alteri Anniverſariorum, cum Beneficiatis communi, hoc utique pro dicti originalis dubii definitione ſufficiens eſt, abſque eo quod opus ſit extraneas ab hypotheſi quæſtiones aſſumere, cum ſuper illis valeant in omnem caſum Beneficiati in particulari, ac ſeparato Judicio eorum Jura experiri.

Neque attendi promeruit objectum, ſuper nullitate præcedentium ſententiarum noviter in hac audientia promotum, ex quo ſcilicèt Deciſiones bon. mem. Urſini, & R. P. D. mei Lancettæ, ſpecialiter firment, unionem intelligendam eſſe factam Maſſæ Feriali, Sententiæ verò per ipſos prolatæ difformitèr præſeferant, dictam unionem factam fuiſſe Maſſæ Capitulari, excluſivè quoad Beneficiatos: quia cum primordialis hujus controverſiæ diſputatio, ut diximus, habita fuerit ſuper eo, an Prioratus cenſeretur unitus potiùs Maſſæ Capitulari, quàm alteri Anniverſariorum, rectè ideò in Sententiis pronunciatum fuit, unionem cenſeri factam Menſæ Capitulari, abſque eo, quòd Maſſæ Ferialis ulla habita fuerit mentio, nam cum iſta in Deciſionibus incidentèr fuerit enunciata, ut ſcilicèt Menſa Capitularis, quæ malè interpretabatur tanquam corpus univerſale, contradiſtingueretur ſub ſpecie Maſſæ Ferialis, illius denominatio exindè ſic incidentèr in dictis Deciſio- 11
nibus habita, nullam ab illis Sententiarum diſcrepantiam cauſare valet, ex qua pro illarum nullitate pronunciandum ſit, cum ea ad hunc effectum debeat eſſe talis; quæ ſubſtantiam valeat alterare, ad firmata per *Rot. in rec. dec. 240. num. 5. part. 18.* & alibi paſſim.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Portionis ſuper manutentione.

Lunæ 27. Martii 1702.

A R G U M E N T U M.

Manutenendus eſt Archidiaconus in poſſeſſione percipiendi fructus ſui Canonicatus, quibus fuit injuſtè à Capitulo privatus, ſub prætextu, quòd ab ipſo Archidiacono, Sede vacante, receptæ fuerint Informationes, & fabricati Proceſſus contra Capitulares, non vocatis adjunctis.

S U M M A R I U M.

1 *Injuſtè ſpoliatus debet in ſua poſſeſſione manuteneri.*
2 *Non licet ſubdito Jus dicere contra proprium Superiorem.*
3 *Pœnam gravem irrogare, excedit facultatem, competentem Capitulo.*
4 *Adjuncti vocandi ſunt, quando proceditur contra Capitulares judicialiter, ſecus, ſi extrajudicialiter.*
5 *Nemo debet eſſe Judex in Cauſa propria.*
6 *Cognitio exceſſuum gravium, gravibus pœnis, in figura Judicii, puniendorum, privativè ſpectat ad ſolum Epiſcopum.*
7 *Capitulum de Jure aliam poteſtatem non habet, quàm leves exceſſus correctionalitèr punire.*
8 *Et conſequenter non niſi leviter mulctare poteſt, per modicam fructuum ſubtractionem.*

D E C I S I O XXII.

DElata per obitum Epiſcopi, de tempore Sedis Vacantis, tota Juriſdictione in perſonam Archidiaconi, Capitulum Cathedralis ægrè tulit, quòd non fuerint ab illo electi Vicarii Generales de gremio Capituli, & vehementiùs indoluit, quòd ab eo etiam contra nonnullos Canonicos fuerint receptæ Informationes, & fabricati Proceſſus, non vocatis, neque requiſitis adjunctis, ad formam Concordiæ: Et quamvis in actu, quo Capitulum de nullitate eorundem Proceſſum ſolemnitèr proteſtatum fuit, Archidiaconus hoc factum fuiſſe expreſsè negaverit, nihilominùs ex impedimento Capituli iſte à triennio, & ultra non potuit ampliùs exigere fructus ſuæ portionis Canonicalis, cumque adhuc impeditus remaneat in illorum exactione, appellando proindè à violentiis, per Capitulum illatis, ſubſcriptum fuit dubium coram R. P. D. meo Pio *An illi eſſet danda manutentio*; Et quia Cauſa, quæ celerem exigebat expeditionem, proponi non poterat propter illius infirmitatem, demandatum mihi fuit, ut Ego, in ejus locum ſubrogatus, illam proponerem in hodierna Audientia, in qua pro Informante prodiit affirmativa reſolutio.

Poſſeſſio enim Archidiaconi juſtificatur, quia ſtatim ac fuit proviſus de Canonicatu, illius poſſeſſionem uſque tunc accepit, & pacificè etiam continuavit, quouſque per Capitulum non fuit præſtitum impedimentum in exactione fructuum: undè cum tale obſtaculum ſit omninò injuſtum, nè proindè Archi- 1
diaconus de facto ſpoliatus remaneat emolumentis, & fru-

Digitized by Google

& fructibus ſui Canonicatus , venit in illius poſſeſſione maoutenendus , ad vulgatum *Text. in §. Retinendæ , inſtitut. interdict. Poſth. de Manuten. obſer. 53. num. 1.* eum aliis relatis per *Rotam in Lauretana Manutentionis 25. Januarii 1700. coram Magno Cancellario Mediolani .*

Et quòd verè impedimentum , præſtitum per Capitulum, ſit injuſtum , & de facto illatum , apparuit ex eo , quòd Archidiaconus de tempore , quo fuit privatus ſua portione Canonicali in omnibus repræſentabat perſonam Epiſcopi , & Capitulum tunc temporis erat illius juriſdictioni ſubjectum , undè con-
2 tra eum nullo jure potuit pœnam privationis infligere , nè ſubditus Jus diceret contra proprium Superiorem ad *Text. in capit. cum inferior , de majorit. & obedient. Roman. conſ. 2. num. 2. Saravia , de Adjunctis quæſt. 33. num. 14. cum ſequentibus Pignattel. conſ. 33. num. 1. & per tot. tom. 1. & Rot. coram Coccin. dec. 2194. n. 8.*

Tantò magis, quia Capitulum nullam habuit cauſam infligendi hujuſmodi pœnam, quia uſque adhuc non probavit Archidiaconum in aliquo deliquiſſe , & quatenùs etiam deliquiſſet , Capitulares tamen non potuiſſent infligere pœnam adeò gravem , quia cum privatio fructuum ſit pœna graviſſima , & non ſit pro-
3 portionata delictis levibus, in quibus ſolummodò caſibus Capitulum potuiſſet punire, tanquam injuſta , venit de Jure revocanda , ut comprobat *Rota in Illerd. Juris Multandi 23. Januarii proximè præteriti §. Fortiùs , cor. R. P. D. meo Muto .*

Nec talis pœna dici poteſt merito inflicta ex eo , quòd Archidiaconus, procedendo in Cauſis Capitularium ſine Adjunctis, turbaverit Juriſdictionem Capituli : nam objectum ceſſare viſum eſt ex facto , quia non conſtat , quòd Archidiaconus in actu , quo recepit Teſtes , voluerit procedere in forma Judicii , & compilando Proceſſum informativum , facere ſolemnem inquiſitionem contra Capitulares , undè ſequi poſſet illorum pœna , & correctio , in quo ſanè ca-
4 ſu neceſſarius fuiſſet Adjunctorum conſenſus ; ſed ipſe nihil aliud facere voluit , quàm Teſtes examinare ad perpetuam rei memoriam , ut cum eorum depoſitionibus tueri poſſet ſua Jura coram Superioribus , & cum in hoc actu dicatur extrajudicialitèr proceſſiſſe , non tenebatur Adjunctos adhibere , ut diſtinguendo tradit *Rota coram Puteo deciſ. 203. ſub num. 7. in fine lib. 1. & in rec. dec. 57. num. 2. cum ſeqq. part. 1.*

Sed data etiam turbativa Juriſdictionis à Capitularibus allegata, Capitulum tamen non potuiſſet alio meliori modo propriam Juriſdictionem tueri , quàm adeundo Superiores , inſtare pro abolitione Proceſſuum, ex eo quòd illi compilati fuiſſent non vocatis
5 Adjunctis, ſed nullo pacto poterat in vindictam propriæ injuriæ ſibi Jus dicere , quia nemo debet eſſe Judex in Cauſa propria , ad *Textam in c. conquerente , de reſtit. ſpoliat. & in l. unica Cod. Nè quis in ſua cauſa judic.*

Non prætereundo , quòd ſi Archidiaconus per uſurpationem hujus Juriſdictionis deliquiſſet , in hoc genere delicti, quod eſt graviſſimum, non potuiſſet ab
6 alio puniri , quàm ab Epiſcopo , quia in exceſſibus gravibus , gravi pœna in figura Judicii puniendis , illorum cognitio , & punitio privativè ſpectat ad ſolum Epiſcopum , ut pluribus relatis comprobavit *Rota in d. Illerd. Juris Mulctandi 23. Januarii proximè præteriti §. Et præſcindendo , coram R. P. D. meo Muto ;* Capitulum namque , ſi aliqualem habuiſſet Juriſdictionem mulctandi , illam non potuiſſet generalitèr exercere in omnibus caſibus , & in quibuſcunque ex-
7 ceſſibus, quia de Jure aliam poteſtatem non habet, quàm leves exceſſus correctionalitèr puniendi, per ea quæ tradunt *Abbas in c. cum contingat , num. 28. & 29. de foro competen. Tondut. Quæſt. Beneſ. c. 61. num. 10. & c. 62. num. 17. Frances de Eccleſiis Cathedr. c. 30. num. 253. Rot. in rec. deciſ. 254. num. 11. & ſeqq. part. 19. & in Barchinonen. Pœnæ 5. Julii 1694. coram bon. mem. Urſino* , & propterea alia pœna non poterat per ipſum infligi , quàm illa , quæ eſt intra ſphæram , & ambitum paternalis , & domeſticæ correctionis , undè ſi Archidiaconus in aliquo deliquiſſet , quod uſque adhuc probatum non fuit , non po-
tuiſſet à Capitulo , niſi levitèr mulctari per modi- 8
cam fructuum ſubtractionem , ut firmatum fuit *in Dertuſen. Juriſdictionis ſuper levibus 6. Februarii 1699. §. Denique , coram R. P. D. meo Pio , & in alia Dertuſ. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Maii 1697. coram eodem* , & noviſſimè *in Illerd. Juris mulctandi 23. Januarii proximè præteriti §. Et præſcindendo , cor. R. P. D. meo Muto* , ideoque ſi fuit inflicta pœna privationis fructuum, tanquàm exceſſiva , non debet ſubſtineri , ut ſupra dictum eſt .

Et ita , unica tantùm parte Informante , Capitulo tamen pluriès monito, & fruſtra dilationem petente reſolutum fuit .

R. P. D. ANSALDO

Gerunden. Juris Sepeliendi .

Ven. 31. Martii 1702.

ARGUMENTUM.

Cadavera eligentium Sepulturam in alia Eccleſia , quàm Parochiali , ibi ſunt ſepelienda , etiamſi eadem Eccleſia ſit Regularibus ſubjecta , nonobſtante contraria conſuetudine , ex ampliſſimis privilegiis, ipſis Regularibus à S. Sede conceſſis .

SUMMARIUM.

1 *Graviſſimæ plerumque quæſtiones emergunt , tam ſuper modo tumulandi Cadavera , quàm ſuper loco tumulationum .*

2 *Quas dirimendi cauſa ſancitum fuit ſub Leone III. Cadavera fore regulariter ſepelienda in Eccleſia Parochiali .*

3 *Permittunt cuique SS. Canones electionem Sepulturæ ad excluſionem Parochiæ .*

4 *Etiam Monaſteriis Religioſorum , eorumque Eccleſiis ,* & n. 5. & 6.

5 *Conſuetudo debet concludenter juſtificari cum ſuis requiſitis , remiſſivè .*

6 *Ad enervandam conſuetudinem immemorabilem , ſufficit ſolus rumor in contrarium .*

7 *Refertur privilegium Servitarum tumulandi Cadavera eligentium in eorum Eccleſiis Sepulturam , non obſtante qualibet contraria conſuetudine .*

8 *Tranſactio , adinſtar rei judicatæ , tertio non nocet , & maximè non nominato , neque comprehenſo .*

9 *Confirmatio Pontificis cum clauſula* ſine præjudicio alicujus , *præſervat Jura aliorum , de quibus non fuit facta mentio .*

DECISIO XXIII.

EA militia , in qua conſiſtit vita hominis ſuper terram , nec in ipſis defungentium cineribus quodammodo expirat , nam etiam quando homo redditur *humo* , ut dicitur in *Eccleſ. capit.* 12. tam apud Ethnicos , quàm apud ipſos Chriſtifideles , graviſſimæ quotidiè exarſerunt quæſtiones , tam ſuper modo , quàm ſuper ipſo loco tumulationum , ut liquet
ex eruditè diſſertis per *Emanuel. Gonzal. ſuper c. 1. de* 1
ſepult. ex num. 4. cum pluribus ſeqq. Donec pia Mater Eccleſia, ad coercenda hujuſmodi diſſidia, concedens mortuorum oſſibus quietem intra ſepta ſacra , & Eccleſiaſtica , ex rationibus ſanctiùs animadverſis per *Div. Auguſtin. in reſponſ. attributa S. Paulin.* & ex quo ſubducitur *Text. in c. non æſtimemus 13. quæſt. 2.* ac etiam penes *Div. Ambroſium in Concion. 6. de Sanct.* ſub
Leone III. Summo Pontifice præſcripſit , Cadavera 2
fore regulariter ſepelienda in Eccleſia Parochiali , quemadmodum ſancitum legimus *in capit. 1. 2. & 3. de ſepultur.* & uberiùs ſub Alexandro III. *in cap. 5. eodem tit.* in quo Pontifex Priori cuidam Regulari ſeverè mandavit , ut Parochiæ uſurpatum cadaver reſtitueret .

Huic itaque fortaſſe determinationi defixi Monachi S. Benedicti, non citra quandam violentiam, occupavere Cadavera morientium in Villa Balneolarum ,

rum, nt ea ſepulturæ mandarent intra Parochialem Eccleſiam Divi Stephani, ipſorum Juriſdictioni ſubjectam, ſed minùs juſtè, quoniam cum inter prædicta Cadavera comprehenderentur etiam eorum, qui ſepulturam præelegerant in Eccleſia S. Martiniani, ſpectante ad Religioſos, qui ſub Regula Sancti Auguſtini nomen inditam habent Servorum Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ad horum idcircò conqueſtionem prima vice Ordinarius denegavit prætenſam quaſi poſſeſſionem, ſive manutentionem ipſis Monachis, hodieque firmiùs Sac. Tribunal definivit -- PP. *Servitas tumulare poſſe Cadavera illorum, qui in Eccleſia Sancti Martiniani prænominatæ Villæ ſepulturam elegerint, ſive elegiſſent.*

Et quidem minimè controvertebatur, quòd regula militaret pro Eccleſia Parochiali, qualis erat illa Divi Stephani, ſed ſuperventis ab eadem Eccleſia privilegiis, conceſſis Ordinibus Regularium, non fuit ampliùs dubitatum, quo minùs cadavera illorum, qui ſepulturam in Eccleſiis earundem Regularium præelegiſſent, illic poſſent licitè tumulari, ſicuti nam3 que etiam ad excluſionem Parochiæ Sacri Canones elargiuntur, ut quis ad quoddam proprium ſolatium, & intenſius animæ ſuffragium, valeat in loco Sacro monumentum ſeligere, ad *Text. in c.* 1. 2. *&* 3. *de* 4 *ſepultur.* ita non eſſe reſtrictam hanc facultatem electivam, ſed exercibilem quoque eſſe quoad ipſa loca Monaſterialia, ac Conventus Religioſorum, eorumve Eccleſias, præciſè definivit Innocentius II. reſcribens Archiepiſcopo Genuen. *in c. Fraternitatem* §. 3. *de ſepultur.* cum concordantibus abundè recenſitis per *Lavor. var. lucubrat. tit.* 2. *capit.* 11. *num.* 22. *Murg. Diſquiſit. moral. tract.* 7. *diſq.* 1. *concluſ.* 1. *num.* 10. *& ſub tit. de facul. elig. Sepult. ſect.* 14. *diſquiſ.* 11. *concluſ.* 6. *num.* 13. *& ſeqq. Gonzalez in d. capit.* 2. *de ſepultur. ſub num.* 3. ubi egregiè parificat cum Paſchali Pontifice poteſtatem, quam quiſque habet diſponendi de rebus ſuis in loca Religioſorum, cum poteſtate diſponendi de proprio corpore. *Brun. Chaſſaing. de Privileg. Regul. tract.* 2. *capit.* 7. *propoſit.* 3. *Rota deciſ.* 227. *num.* 5. *part.* 18. *recent.* & in ſpecie de hac ipſa, facultate, favore Religioſorum Servitarum per Summos Pontifices conceſſa, videre eſt penes *Lezzan. quæſt. Regul. tom.* 3. *fol.* 273. §. 1. *dicti Alexandri*.

Neque huic limitationi poterat adverſari conſuetudo, quam ſupponebatur ineſſe ſuper inductam favore Eccleſiæ S. Stephani, etiam quoad corpora eorum, qui alibi ſepeliri mandaſſent. Ultra enim quòd 5 hujuſmodi conſuetudo non ita limpidè videri poterat juſtificata, & maximè cum ſuis notoriis requiſitis, de quibus *Manſ. conſult.* 168. *num.* 53. *& conſult.* 308. *ferè per tot. Rot. deciſ.* 89. *num.* 3. *& deciſ.* 336. *numer.* 10. *coram Cardin. Cerro deciſ.* 414. *num.* 22. *part.* 19. *recent.*

Quando tamen ad enervandam quamcunque conſuetudinem, etiam immemorabilem, nedum Teſtes, 6 prout hic, allati ex parte Conventus S. Martiniani, ſed ſolus rumor in contrarium exuberaſſet, juxta paſſim affirmata per *Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. dec.* 298. *num.* 13. *Card. de Luca de Juriſd. diſc.* 3. *n.* 8. *Rot. dec.* 159. *n.* 6. *cor. ſan. mem. Alexandro VIII. & in Romana Officii* 4. *Martii* 1695. §. *Cæterum, cor. R. P. D. meo Caprara.*

Utique in omnem caſum, quòd millies extitiſſet comprobata quælibet conſuetudo, hoc ſibi peculiariter, ultra Statuta per Sacros Canones, vindicabant Privilegia, emeritis Regularium familiis per Sanctam Sedem diffuſa, nimirum quòd valeant in eorum Ec7 cleſiis tumulari Cadavera eligentium inibi Sepulturam, non obſtante qualibet oppoſita conſuetudine, ſicuti præ cæteris habetur in ſpeciali Servitarum Privilegio Innocentio VIII. penes *Lezzan. Quæſt. Regular. tom.* 3. *fol.* 274. *ſub* §. 1. *d. Alexandri* ibi -- *Nec cogantur inviti, etiam ſub prætextu cujuſcunque conſuetudinis, ipſi, vel defunctorum conſanguinei, illa* (nempè corpora defunctorum) *ad Parochiales Eccleſias deferre.*

Sublata conſuetudine, ſubmovebatur æquo modo vis cujuſdam initæ tranſactionis per prædictum Monaſterium, ſive Eccleſiam Divi Stephani, quoniam incontinenti introſpecta hujuſmodi tranſactione, quam ſibi objiciebant Informantes pro Conventu S. Martiniani, viſum eſt, eam eſſe particulariter celebratam de anno 1638. dumtaxat cum Parochis, ſeu Curatis alterius diſtinctiſſimæ Eccleſiæ S. Mariæ de Tucano, proindéque perperam prætendi valebat, quòd hæc tranſactio tranſcenderet proprios authores, ullove modo obligaret, contra ſanctiones Juris, ac Privilegiorum cenſuram, Patres Servitas, nihil enim magis familiare eſt, quàm quòd tranſactio ad nor- 8 mam rei judicatæ cum, qua fraternizzat, nuſquam veluti res inter alios acta tertium afficiat, & maximè non nominatum, neque comprehenſum, ex notiſſimis Juribus, de quibus per *Text. in l. de re ſilior. ff. de tranſact.* latè penes *Menoch. de Arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *c.* 209. *in fin. Modern. ad Ramon. obſervat.* 70. *numer.* 7. *Rot. deciſ.* 203. *num.* 4. *coram Cardinal. Seraphin. deciſ.* 602. *num.* 4. *&* 5. *part.* 10. *recent. & in Romana Fideicommiſſi* 25. *Aprilis* 1701. §. *fin. cor. R. P. D. meo Pio.*

Eoque certiùs, quia in ſupervento munimine Apoſtolicæ confirmationis hujuſce Concordiæ explicitè legebatur adjecta clauſula *ſine præjudicio alicnius*, quæ ſanè multò proniùs, ac firmiùs arcebat omne præjudicium, quod ex illa valuiſſet irrogari tertiæ Eccleſiæ, ſive Conventui prælaudati S. Martiniani, prout perpendentes hujuſcemodi clauſulam, principali- 9 ter ad hunc effectum adjici conſuetam, uno ore tradiderunt *Ruin. conſ.* 106. *num.* 8. *Menoch. conſ.* 625. *num.* 38. *Peregrin. de Fideicom. art.* 23. *num.* 75. *cum aliis per Rot. deciſ.* 487. *num.* 35. *coram Dunoz. Jun. & in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdictionis* 28. *Junii* 1700. §. *Clauſula verò, coram R. P. D. meo de la Tremoille*, & præciſè contra Eccleſiam Sancti Stephani conſideravit *Rot. dec.* 1213. *n.* 6. *coram Coccino.*

Et ita &c. PP. SS. Martiniani dumtaxat informantibus, & Monachis S. Stephani congruè laceſſitis, & expectatis.

R. P. D. PRIOLO.

Gerund. Juriſdictionis ſuper Jure privandi.

Lunæ 12. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Non ſubſtinetur pœna privationis fructuum Præbendæ Canonicalis, inflicta per Capitulum Archidiacono Eccleſiæ Gerunden. ſub prætextu, quòd ipſe, Sede Epiſcopali vacante, criminaliter proceſſerit contra idem Capitulum, & Canonicos, non vocatis Adjunctis; eo quia de dicto tempore Sedis Vacantis, Capitulum dicitur ſubditum Archidiacono, ſuccedenti in locum Epiſcopi, contra quem, tanquam Superiorem, non poteſt à Capitulo, tanquam inferiore Jus dici, & pœna irrogari.

SUMMARIUM.

1 *Archidiaconus Eccleſiæ Gerunden. tanquam prima Dignitas, ex antiqua ejuſdem Eccleſiæ conſuetudine ſuccedit, Sede Epiſcopali vacante in omnem Juriſdictionem Epiſcopi, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis:*

2 *Inferior non poteſt contra Superiorem jus dicere, neque Superior ab Inferiore judicari.*

3 *Et quælibet conſuetudo in contrarium introducta, eſſet irrationabilis, & exterminanda.*

4 *Improprii ſunt termini præſcriptionis, quando quis habet pro ſe immemorabilem, ratione cujus allegari poteſt quilibet titulus magis proficuus, & utilis.*

5 *Quam habeat Juriſdictionem Archidiaconus prædictæ Eccleſiæ Gerunden.*

6 *Capitulum, Sede Vacante, non ſuccedit in Juribus Epiſcoporum, niſi in iis, quæ concernunt neceſſariam Juriſdictionem.*

7 *Nunquam attentare licet contra Juriſdictionem habentem, à quo ſe gravatum quis ſentiat; ſed recurrendum eſt ad Superiorem.*

8 *Pri-*

8 *Privatum Archivium Capituli non probat ad ipſius favorem, præſertim in re gravi.*

9 *Capitulum non habet facultatem cognoſcendi ſuper gravibus delictis, nec graves pariter pœnas infligendi.*

10 *Non habent locum pœnæ à Jure ſtatutæ contra excommunicatos, niſi priùs ſuper crimine admiſſo promulgata fuerit ſententia.*

DECISIO XXIV.

PLures inſurrexerunt controverſiæ inter Archidiaconum majorem Eccleſiæ Cathedralis, de Rogationibus nuncupatæ, & Capitulum, & Canonicos 1 Eccleſiæ Gerunden. Iſtæ ortum habuere, ex quo cum prædictus Archidiaconus ſit prima Dignitas poſt Pontificalem in dicta Eccleſia, ex antiqua dictæ Eccleſiæ conſuetudine, tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, ſuccedit in omnem Juriſdictionem Epiſcopi, exceptis his, quæ ſunt Ordinis, *ut ex Summario num.* 1. & ex *deciſ.* 81. *part.* 1. *diverſ.* ac Concordia cum Reverenda Camera Apoſtolica, data *in Summario n.* 2. & ex Deciſionibus coram bon. mem. Emerix, & Benincaſa, in quarum ſequelam emanavit res judicata; Et propterea ſub ſuis particularibus dubiis diſtinctè illarum diſcuſſionem de more DD. meis propoſui: & primò -- *An Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Gerunden. poſſit Sede vacante mulctare Archidiaconum majorem, ſeu ejus Vicarium de gremio, ſtante privatio fructuum Præbendæ, per Capitulum facta Archidiacono in ultima Sede vacante, ſubſiſteatur* -- Et quia præcedenter ſub die 27. Martii pariter coram Me DD. eidem Archidiacono petenti manutentionem conceſſerunt, hodie quoque dixerunt, Capitulum non poſſe mulctare, & privationem non ſubſtineri.

Capitulum enim, cum ſuppoſito, quòd Archidiaconus procederet criminaliter contra Capitulum, & Canonicos, non aſſumpto in conjudicem Canonico adjuncto, ad formam Sacr. Conc. Trident. & Concordiæ, & quamvis ipſe reſpondiſſet, quòd non procedebat criminaliter, neque contra Capitulum, neque contra aliquem ex Canonicis, & quatenus caſus eveniſſet, erat paratus dictam Concordiam ſervare; nihilominùs Capitulum illum privavit Canonicali portione. Data autem tali Juriſdictione, & ſuperioritate in Archidiacono, ex ſuperiùs deductis, conſiderari debet tempore Sedis vacantis, tanquam Superior Prælatus Eccleſiæ, ac totius Diœceſis, & Viceſgerens Epiſcopi; hac de cauſa Capitulum eidem dicitur ſubditum, & propterea nullo pacto, & pro nullo crimine poteſt à Capitulo puniri, & caſti- 2 gari, quia Inferior non poteſt contra Superiorem Jus dicere, neque Superior ab Inferiore judicari, *c. inferior. diſt.* 21. *can. ſi quis diſt.* 96. *c. cum inferior, de majorit. & obedient.* ibique *Barboſ.* & alii Scribentes, cum aliis relatis *in præcedenti Deciſione ſuper manutentione 27. Martii proximè præteriti §. Et quòd verè, coram Me.*

Et hoc procedit tam in levibus, quàm in gravibus, quia hoc non procedit à qualitate facti; ſed à poteſtate, quæ nunquam ab Inferiore ad Superiorem datur. Nec unquam aliqua conſuetudine hoc induci 3 poteſt, quia ſemper eſſet irrationabilis, & nunquam admiſſibilis ad *Text. in cap. fin. de conſuet.* & in ſpecie probant *Præpoſit. in can. Inferior. num.* 3. *diſt.* 21. ibique *Geminian. pariter n.* 3. *Rot. in rec. dec.* 102. *num.* 21. *part.* 10. *& dec.* 87. *num.* 24. *part.* 17. *& dec.* 418. *n.* 6. *part.* 58.

Licèt enim in principio ſuæ Informationis Scribens pro Capitulo proteſtatus ſit, non diſputare hoc dubium in abſtracto, ſed in concreto ad caſum, de quo agitur, quaſi prædictam Juriſdictionem Archidiaconi admitteret; attamen in progreſſu impugnavit eandem Juriſdictionem, aſſerendo, quòd ſi Archidiaconus præſcripſit Juriſdictionem, quæ Sede vacante contigiſſet Capitulo, non potuit tamen præſcribere ſuperioritatem contra Capitulum, ideoque retorqueri non poteſt contra ipſum Juriſdictio, ita limitatè acquiſita.

Sed in utraque, quàm inſubſiſtens ſit Partis aſſumptum, de facili apparet; quo enim ad intelligentiam dubii, non eſt hodie novum, quòd dubia ſemper ſubſcribantur in concreto, ſed nihilominus poſſunt continere quæſtionem generalem, & particularem, prout in præſenti. Dubium enim diſputatur inter Archidiaconum Eccleſiæ Gerunden. & ejus Capitulum, & hoc eſt primum concretum, quià nunquam in abſtracto diſputantur dubia, deindè continet quæſtionem diſcutiendam, & per Judicem examinandam, & hæc poteſt eſſe generalis, & ſpecialis, prout in præſenti, nam præſens dubium duas habet partes, prima eſt generalis, an Capitulum poſſit mulctare Archidiaconum, & hac occaſione examinatur Juriſdictio Capituli, & Archidiaconi: ſecunda eſt ſpecialis, & reſtricta ad privationem factam à Capitulo; ſed Defenſor Capituli agnoſcens inſubſiſtentiam ſuæ prætentionis, eam ſub involucro verborum obumbrare curavit.

Quo verò ad Juriſdictionem Archidiaconi, quicquid ſit de vero principio ejuſdem Juriſdictionis, cum iſtud non habeatur, improprii ſunt termini ſimplicis præſcriptionis, cum doceat de ſuo nunquam interrupto exercitio per quinque, & ultra ſecula, ex Actis in Summario datis, ideoque ſi habet pro ſe quadru- 4 plicatam centenariam, & immemorabilem, poteſt allegare, juxta notiſſimam regulam, meliorem titulum de mundo, hoc eſt, quòd eidem tale Jus competat, vel ex fundatione, vel ex beneplacito Apoſtolico, ad notata per *Cephal. conſ.* 403. *numer.* 26. *lib.* 3. *Riminald. Jun. conſ.* 26. *num.* 8. *cum ſeqq. lib.* 1. *Theſaur. Jun. quæſt. forenſ.* 27. *numer.* 18. *& ſeqq. lib.* 2. *Rot. coram Buratto deciſ.* 878. *numer.* 3. *& deciſ.* 938. *num.* 8. *& in recent. deciſ.* 253. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 13. *& dec.* 128. *num.* 31. *& dec.* 290. *num.* 20. *part.* 18.

Et hoc tantò meliùs dici debet in præſenti, quia ſimilibus titulis correſpondet Juriſdictio, quam exercet Archidiaconus, nam exceptis his, quæ ſunt Ordinis, illi competit omnis Juriſdictio, tam neceſſaria, quàm voluntaria, una etiam cum collatione Beneficiorum, & quod magis eſt, & omninò ſingula- 5 re, illi competebat etiam perceptio omnium fructuum, donec per concordiam illam ceſſerat favore Reverendæ Cameræ, ac in compenſationem Summus Pontifex perpetuò univit, & incorporavit d. Dignitati Archidiaconali Prioratum S. Michaelis de Fajo Barchinonen. Diœceſis, eidem præſervando jus conferendi omnia Beneficia cum Cura, & ſine Cura, quæ, dicta Sede vacante, vacare contingeret, *Summ. num.* 3. & ſi Juriſdictio Archidiaconi approbata fuit à Rev. Cam. & à Summo Pontifice, multò magis recognoſci debet à Capitulo; aliàs longè minor eſſet talis Juriſdictio, ſi contra Capitulum fuiſſet præſcripta, cum Capitula Sede vacante non ſuccedant in juribus Epiſcoporum, niſi in iis, quæ concernunt ne- 6 ceſſariam Juriſdictionem, & nullum habent jus conferendi Beneficia, prout habet Archidiaconus, ut latè tuentur *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ.* 9. *§.* 1. *numer.* 76. *Molin. de Juſt. & Jur. diſput.* 15. *numer.* 11. *Garz. de Benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 81. *&* 89. *cum ſeqq. Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 27. *&* 34. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 29. *num.* 12. *Maſſobr. in Prax. habend. concurſ. req.* 1. *dub.* 10. *num.* 17. *& ſeqq.* ubi refert, ita deciſum fuiſſe à Sacr. Congr. Conc. *& Rot. coram Millin. deciſ.* 32. *num.* 6. Et propterea valdè improprium eſt, dictum Archidiaconum vocare Vicarium Generalem Capituli & illi imputare ab aliquibus annis citrà uſurpationem tituli Viceſgerentis Epiſcopi, quando hoc nomine decoratur legitur in antiquiſſimis Regiſtris, datis *in Summ. n.* 1.

Nec mirum ſi hæc omnia dicta ſint contra evidentiſſimas probationes; nam in hoc erroneo ſuppoſito conſiſtebat omnis defenſio Capituli; quoniam data hac juriſdictione, & ſuperioritate in Archidiacono, Capitulum indebitè proceſſit contra eundem, illum mulctando, quia, ut diximus, Inferior nullam nunquam habere poteſt juriſdictionem, & auctoritatem in Superiorem.

Prout quoque in jure noſtro inauditum eſt axioma adhibitum, quòd vim vi repellere liceat; nam cum Archidiaconus procederet tanquam Superior, & Judex,

dex, quantumvis nulliter, & injuſtè proceſſiſſet, Capitulum uti debebat legali, & ordinario remedio appellationis, recurrendo ad Metropolitanum, ſeu ad S. Sedem, non verò (agendo de facto) illum privare fructibus ſuæ Præbendæ, aliàs actum eſſet de
7 quocunque Superiore, vel Judice, quia ſemper in poſſe cujuſcunque erit attentare contra illius perſonam, vel bona, ut ſuper tertio dubio individualiter reſpondit *Sac. Congregatio Concilii in Oxamen. 26. Martii 1640.*

Forſan inſubſiſtens, ſed certè inallegabilis eſt caſus, per Capitulum datus, quòd proceſſit contra ipſummet Epiſcopum, quia eſt unicus & extractus à
8 proprio Archivio, & propterea in re tam gravi nullo modo attendendus. *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 12. nu. 9. & Rot in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maji* 1700. *&* 28. *Junii ejuſdem anni* §. *Non quidem, cor. Magno Cancellario Mediolani*: Maximè quia fuit etiam de medio ſublatus per ſententiam Metropolitani, ut in §. 6. *in fine dictæ ſententiæ, particulariter data.* Sed benè attendenda eſt patticula Concordiæ, initæ inter Reverendiſſimum Epiſcopum, & Capitulum de annò 1665. *Summ. num.* 5. per Archidiaconum data, qua probibetur Canonicis, nè procedere poſſint contra Vicarium Generalem, quatenus eſſet Canonicus, quando ratione ſui officii in aliquo contrafeciſſet; quapropter ſi non habent Canonici aliquam Juriſdictionem in Vicarium, quantò minus illam habere poſſunt in Epiſcopum, & ſi habuiſſent, quantò faciliùs ſe ipſum exemiſſet, ſi exemit ſuum Vicarium.

Sed ulteriùs impugnatur quæcunque Juriſdictio Capituli etiam in Canonicos, & quoſcunque Beneficiatos, etiam in levibus, ſed hoc uti extraneum à caſu præſenti venit omittendum; nam data etiam tali Juriſdictione, eſſet ſolùm exercibilis, vel in pares, vel inferiores, nunquam tamen in Superiores, & cum in præſenti Archidiaconus repræſentet vices Epiſcopi, prout reſultat ex ipſa confeſſione Capituli, cum inſteterint coram eodem, quòd ſi vellet procedere contra Canonicos, adhiberet in Conjudicem Adjunctum ad formam Sac. Concil. & Concordiæ initæ de anno 1455. non poterant deindè contra omnes juris regulas illum mulctare, ex ſuperiùs firmatis.

Injuſta pariter eſt mulcta ex defectu cauſæ, nam vel illa excedebat propriam Juriſdictionem Capituli, vel nullo modo aderat. Quatenus enim procedere voluiſſet contra Archidiaconum ob recurſum ad Judices Laicos, tanquam de majoribus, hoc delictum non poterat comprehendi intra ſpheram Juriſdictionis competentis Capitulo, prout ipſimet Canonici agnoverunt, recurrendo ad Sacr. Congregationem, vel quia Archidiaconus proceſſerat contra Canonicos abſque Adjunctis, & cum hoc nullo modo juſtificetur, imò expreſsè negatum fuerit ab ipſo Archidiacono, & exageratus Proceſſus erat ſimplex extrajudicialis informatio, ut illa uti poſſet coram Superiore *Summario nu.* 9. tantò minùs hæc ſola ſuſpicio inſervire poterat pro fundamento privationis.

Tandem Defenſores Capituli agnoverunt defectum propriæ Juriſdictionis, & illam admittendo in abſtracto, adhuc prætendebant ſubſtineri poſſe mulctam, de qua agitur, in concreto, vel ex quo cum Archidiaconus reperiretur excommunicatus, Capitulum, vel reaſſumpſerit propriam juriſdictionem, vel de novo acquiſiverit, ut regulariter ſervatur per obitum Epiſcopi, vel per abſentiam, tam ipſius Epiſcopi, quàm Vicarii Generalis, vel ſaltem induendo veſtem ſimplicis executoris, aſſerendo, quòd ſi non valet, uti pœna inflicta à Capitulo, valere debet, tanquam executio pœnæ à Jure inflictæ contra excommunicatum, qui cadit non ſolùm à quacunque Juriſdictione, ſed etiam ab omni perceptione fructuum, & à quacunque alia prærogativa; quod reſpicit tamen ſecundam partem dubii, ſed non ideò eſt omittenda prima, quia Archidiaconus inſtat pro illius reſolutione, & valdè illi intereſt firmare propriam Juriſdictionem, & ab omnibus Capituli objectionibus illam vindicare.

Et propterea quo ad ſecundam partem DD. dixerunt pœnam non ſubſtineri, quòd relativè ſe habet ad primam reſolutionem, nempe ex defectu Juriſdictionis, & ex legali deformitate, nè Inferior Jus di- 9
cat in Superiorem, necnon ex gravitate cauſæ, & pœnæ, nunquam competente Capitulo, ut latiùs dictum fuit *in Gerunden. Portionis ſuper manutentione 27. Martii præteriti, coram Me.*

Et tantò minùs talis Juriſdictio competere poteſt Capitulo, vel reaſſumendo Juriſdictionem, vel repræſentando figuram Executoris; nam quicquid ſit de tali reaſſumptione, quando etiam competere poſſet, numquam tamen eſſet exercibilis contra dictum Archidiaconum, Sede vacante repræſentantem vicem Epiſcopi, & exercentem figuram Superioris, nam ad ſummum procedere poſſet ad alios effectus, & nè Diœceſis remaneat ſine Superiore, ſed minimè contra ipſummet Archidiaconum, qui gerendo figuram Superioris mulctari non poterat ab Inferiori, ut ſuperiùs probatum fuit.

Quòd autem Capitulum exercuerit vicem Executoris, infligendo pœnam Archidiacono, eſt omninò erroneum, quia ſemper indigebat miniſterio Judicis, & reſolutio S. Congregationis non obſtat, quia quando declaravit Archidiaconum incurriſſe in cenſuras, per eamdem ſtatim abſolutus fuit, ita ut neque per momentum temporis remanſerit excommunicatus, & quia nulla pœna, vel privatio contra eundem comminata fuit, multo minùs potuit eſſe locus pœnis à Jure ſtatutis contra excommunicatos, ad *Text. in c. cum ſecundum leges* §. *fin. de hæretic. in 6. Monet. de Diſtrib. part. 2. quæſt. 25. num. 22. Ugolin. de Cenſur. titul. 2. cap. 12. numer. 1. & Sbrozz. de Vicar. Epiſcop. quæſt. 17. num. 8.*

Sed quod magis eſt, talis privatio facta fuit à Capitulo per quatuor menſes, poſtquam Archidiaconus fuit abſolutus à S. Congregatione, quia reſolutio S. Congregationis emanavit ſub die 5. Septembris 1699. mulcta autem Capituli 31. Januarii 1700. at neque ob incurſam excommunicationem, vel in executionem reſolutionis Sacræ Congregationis, ſed ad effectum, ut revocaret, ſeu revocare faceret informationem captam contra dictos Canonicos, & propterea cum habeamus expreſſam cauſam, non eſt recurrendum ad ſubterfugia excogitata à Defenſoribus pro ſubſtinendis Juribus Capituli, ſed omninò inſubſiſtentibus.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper exhibitione Reſolutionum Capitularium.

Lunæ 12. Junii 1702.

A R G U M E N T U M.

Archidiacono, ſeu alteri de Capitulo, qui Sede vacante, ſuccedat in locum Epiſcopi, non poteſt denegari copia Reſolutionum Capitularium, ſed deber tradi, etiam ſine ſalario; aliàs poſſunt Capitulum, & Secretarius ad id compelli, etiam pœnis Eccleſiaſticia.

S U M M A R I U M.

1 *Capitulum, ejuſque Secretarius, non poſſunt Epiſcopo denegare copiam Reſolutionum Capitularium.*
2 *Idque verificatur, etiam quoad Archidiaconum, ſeu alterum de Capitulo, qui Sede Epiſcopali vacante, ſuccedit in locum Epiſcopi.*
3 *Epiſcopus eſt Caput Capituli, & inſimul unum Corpus conſtituunt.*
4 *Ampliatur concluſio, poſita* ſub o. 1. *quando intereſſe Eccleſiæ Cathedralis eſt commune inter Capitulum, & Epiſcopum.*
5 *Quando agitur de intereſſe particulari Epiſcopi, ei probibetur in Capitulo intereſſe.*
6 *In quo conſiſtat ratio probibitionis intereſſentia Epiſcopi in Capitulo, quando agitur de ejus particularibus negociis.*

7. De

7 *De ratione, cur non debeant denegari Epiſcopo Reſolutiones Capitulares.*

8 *Non debetur ſalarium, neque Capitulo, neque Cancellario, pro copia Reſolutionum Capitularium.*

9 *Amplia, etiam ſi Cancellarius Archivium corduxiſſet pro certa annua penſione.*

10 *Limita, quando, vel ob anguſtiam temporis, vel ob multiplicitatem negociorum, adhibenda eſſet opera Amanuenſium, dummodò Cancellarius bona fide, & ſincerè in hoc ſe gereret.*

11 *Qui habet Juriſdictionem, & Superioritatem, poteſt aliquem compellere, etiam ſub pœna commiaatione, ad aliquid faciendum.*

D E C I S I O XXV.

ALtera controverſia inter Archidiaconum, & Capitulum Gerundæ, promanat, ex quo habita aliquali notitia per Archidiaconnm, quòd Capitulum contra ſe ipſum pronunciaſſet pœnam privationis Canonicalis portionis, de qua in altara Deciſione, mandaſſet ad inſtantiam Promotoris Fiſcalis Hieronymo Guitart Secretario, quatenus ei traderet copiam Reſolutionum Capitularium. Cumque illarum traditio denegata fuerit, ad inſtantiam Archidiaconi fuit datum opportunum dubium -- *An vacante Sede Epiſcopali, teneatur Capitulum, ſive ejus Secretarius, tradere Archidiacono majori requirenti, Copiam authenticam Reſolutionum Capitularium, cum ſalario, vel ſine, & in caſu recuſationis poſſit Archidiaconus illos compellere, ita ut pœnæ fulminatæ contra Hieronymum Guitart Secretarium Capituli ſubſtineantur*, & hac eadem die DD. reſponderunt *teneri Capitulum, & Secretarium, etiam ſine ſalario, & Archidiaconum poſſe compellere, & pœnas ſubſtineri.*

Fundamentum enim reſolutionis fuit deſumptum ex præcedenti Deciſione: nam firmato, quòd Archidiaconus major in dicta Eccleſia, tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, ſuccedat in omnem Juriſdictionem Epiſcopi, exceptis his, quæ ſunt Ordinis, quodque conſiderari debeat tanquam ſuperior ajuſdem Eccleſiæ, ac totius Diœceſis, & Viceſgerens Epiſcopi; ad illum ſpectare debent ea omnia, quæ competere poſſent Epiſcopo, ſi viveret: Et ſicut Capitulnm, & Secretarius, eidem non potuiſſent denegare
1 copiam Reſolutionum Capitularium, ut pluries Reſponſum fuit per Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regular. 6. Martii, & 22. Aprilis 1698. ex relatis per *Fermoſin. de Capitul. Sed. Vac. tract. 3. quæſt. 6. n. 15. Barboſ. de Canon. cap. 35. n. 6. & in Summ. Apoſt. Dec. collect. 123. num. 3. & Pignattell. conſult. 152. in fin.*
2 *tom. 4.* ita Jure meritò dictum fuit, Capitulum, & Secretarium teneri ad illarum traditionem, etiam reſpectu Archidiaconi.

Et quatenus etiam ad demonſtrandam juſtitiam dd. reſolutionum eſſet alleganda ratio, quamquam ab omnibus ſint reverenter ſuſcipiendæ, & tanquam leges obſervandæ, iſta non deſuit, nam cum Epiſcopus
3 ſit Caput Capituli, & inſimul unum Corpus conſtituanr, ad *Text. in cap. 1. diſt. 12. & cap. novit. de his quæ fiunt à Prælat. ſia. conſ. Capit. Felin. in c. Paſtoralis, num. 10. de offic. Eccleſ.* Et ſpecialiter hoc procedit in hac Eccleſia, in qua Capitulum non poteſt congregari niſi de Epiſcopi licentia, & reſpecti-
4 vè Archidiacoui, Sede vacante, cum intereſſe dictæ Eceleſiæ ſit commune, & ſuperior invigilare debeat circa bonum regimen ejuſdem Eccleſiæ, illi quoque ſuno eſcere debent Reſolutiones Capitulares, nè aliqaid decernatur in illius præjudicium *cap. perpet. de fid. inſtr. & l. Procurator. ff. de edend. & l. 4. ꝟ. fin. ff. fam. herciſc. Fermoſin. in cap. 1. num. 11. cum ſeq. de probation.*

Eſt adeò vera hæc Theorica, ut neque ex adverſo impugnetur, ſed Defenſores Capituli etiam in hoc recurſum habuerunt ad mendicatum prætexrum excommunicationis, ut in altera Deciſione, qua ſtante dicebatur, quòd coutroverſum dubium non eſt examinandum in abſtracto, ſed in concreto, quia in tali caſu excommunicationis, capitulum non teneretur tradere. Sed recurrit eadem reſponſio, data in alia Deciſione, hodie emanata inter eaſdem Partes, quòd intereſt Archidiacono firmare propriam Juriſdictionem, quæ vulnerata remanſit ob talem denegationem, ſactam à Capitulo in genere, non autem limitatè ad caſum excommunicationis, prout hodie ſe reſtringunt Deſenſores Capituli, & de qua excommunicatione ſatis dictum eſt in præcedenti.

Non minùs mendicatum apparet alterum objectum, quòd ideò Capitulum denegavit dd. Reſolutiones, ex quo Archidiaconns volebat illas producere coram Judice Laico; nam eum tale factum pendeat à ſola intentione, neque ulla detur juſtificatio, eſt mera divinatio, & omnino inveriſimilis; Nam ſi ex præcedenti facto Capitulum recurſum habuit ad Sac. Congregationem, quæ, ut diximus, eodem actu declaravit Archidiaconum incurriſſe in cenſuras, ſed attenta ejus non mala fide, ſtatim, & incontinenti illum abſolvit, quomodo ſupponendum eſt, quòd voluerit pro ſecunda vice recurrere ad Tribunalia Laicalia poſtquam S. Congreg. declaraverat primum recurſum fuiſſe nullum, & indebitum, & tali reſolutioni acquievit, & abſolutionem reportavit.

Sed quando etiam hoc poſſibile fuiſſet, non indè ſequeretur, quòd fuerit illi juſtè denegata traditio; nam quatenus etiam conſiderari poſſet tanquam Pars, & Reus, erat illi tradenda copia reſolutionis, quæ illum privabat, ut ſa defendere poſſet, prout de ſententia Judicis, & actis coram eo geſtis practicatur: Si autem illa malè nſus fuiſſet, recurrendo ad Judices Laicos, potuiſſet Capitulum à tali actu reclamare, ſed non ſub tali imaginario prætextu denegare dictas Capitulares Reſolutiones, nam Inferior obtemperare debet mandatis Superioris, non inveſtigare cauſam, propter quam hoc, vel aliud mandat, ſeu jubet.

Prout neque obſtat, quòd ad ſummum Reſolutiones S. Congregationis accipiendæ ſunt in caſu indiſſerenti, & quando agitur de intereſſe Eccleſiæ, &
ſimilibus, non autem de particulari, & contra Epi- 5
ſcopum, ſeu Archidiaconum, quia ſi in tali caſu prohibetur intereſſe *Pignattell. conſult.* 54. *nu. 6. & ſeqq. tom. 4. Barboſ. de Canon. cap. 35. numer. 8. Ceccoper. Lucubr. Canon. lib. 4. ſub nu.* 50 multò magis ei prohibita eſſe debet traditio Reſolutionum, cum aliàs ad nihilum deſerviret prohibitio accedendi. Diverſiras enim rationis, quæ militat in utroque caſu, eſt
nimis pateus, quoniam prohibitio intereſſendi pro- 6
manat ad conſervandam libertatem ſuffragiorum, & nè præſentia Epiſcopi Canonici retrahantur ad eorum vota liberè pandenda, & ad ſubſtinenda Jura Capituli, & Eccleſiæ, quæ aliquando præjudicari poſſunt etiam ab ipſiſmet Epiſcopis: traditio autem Reſolutionis reſpicit ſolùm, vel ſuperioritatem Epiſcopi, vel illius intereſſe, cum debeat Epiſcopus ſcire Reſolutiones Capitulares ad illas ſubſtinendas
tanquam juſtas, vel ad illas revocandas uti damno- 7
ſas, & præjudiciales, aliàs quomodo conſulere poſſet ſibi, & ſuæ Eccleſiæ indemnitati? Nec tradere Reſolutiones eſt pandere vota Canonicorum, in quo priucipaliter conſiſtit prohibitio intereſſentiæ, & benè diſtiuguere ſcivit Sac. Congregatio in Reſolutionibus ſuperiùs relatis, prohibendo Epiſcopis intereſſentiam, & ordinando traditionem Reſolutionum, cum ſint iuter ſe omnino compatibiles.

Quo verò ad ſalarium, DD. dixerunt, etiam ſi- 8
ue ſalario, quia de jure non debetur, neque Capitulo, neque Cancellario, ut in puncto probat *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 23. numer.* 94. & ratio eſt quoad Capitulum, ſi conſideretur tanquam unum corpus una cum Epiſcopo; ſicut ſibimetipſis non ſolverent Canonici, ſi indigerent aliqua copia authentica ex ipſorum Archivio, ita nec quicquam ſolvere tenetur Epiſcopus, ſeu Archidiaconus, & idem dicendum eſt de Notario, ſeu Cancellario, quia cum habear ſalarium ex redditibus Eccleſiæ, eſt quodammodo miniſter etiam Epiſcopi ob ſuppoſitam unicitatem corporis miſtici inter Epiſcopum, & Capitulum, nec debet duplex ſalarium exigere, quod procedit etiam ſi Archivium cond xiſſet pro certa annua penſione, ut probat *Cheell. de not. Card. c. 52. ꝟ. Sed plura, ex ratione adducta per Bartol.* & alios in *l. locatio ꝟ. Fiſcus,*

ff. de public. Boer. dec. 213. num. 1. & ſeqq. Reverter. dec. 277. per tot. ibique *De Marin. & Card. de Luc. de Regal. diſc. 45. nu. 4.* quia tale damnum cenſetur compenſatum cum emolumentis, quæ ratione officii à ſubditis, & exteris per Notarium exiguntur.

Varùm, quia etiam in re propria aliquando expenſæ ſunt neceſſariæ, ideò DD. ſumma prudentia addiderunt illam particulam *etiam* modificativam, quia ſi verè aliqua modica expenſa eſſet neceſſaria, vel ob anguſtiam temporis, vel ob multiplicitatem negotiorum, & notarius indigeret opera Amanuenſium, nulla æquitas ſuadet, quòd teneatur tradere dicta tranſumpta cum proprio damno, ſeu expenſa, & ſolutum repetere poterit ratione damni, vel expenſæ,
10 non verò ſalarii. Sed eadem æquitate, & bona fide procedere etiam ipſe debet; nam ſi verè tales expenſæ non ſunt neceſſariæ, neque illas prætendere poteſt, & cum Epiſcopo, ſeu Archidiacono procedere debet, ac ſi ageretur de ipſo Capitulo, ſeu aliquo Canonico, neque ſub hoc prætextu unquam retardare valebit dictam conſignationem, quia faciliùs culpa eſt ſupponenda in Cancellario, & Notario, quàm in Epiſcopo, & Archidiacono.

Tertiò demum dictum fuit, Archidiaconum poſſe compellere, & pœnas ſubſtineri, quia utrumque venit in ſequelam ſuperioritatis eidem tributæ, ut declaravit eadem Sac. Congregatio in Reſolutionibus allegatis penes *Fermoſin. in d. tract. 3. quæſt. 6. nu. 13. Barboſ. de Canon. d. c. 35. n. 6. & in Collect. Summ. Apoſt. dec. d. collect. 123. num. 1. & ſeqq.* Cum iſte ſit effectus
11 ejuſdem ſuperioritatis, poſſe aliquem compellere ad aliquid faciendum, aliàs non diceretur Superior, & pœnæ contra inobedientes comminatæ ſubſtineri debent, nè inutilis reddatur coactio, cum hodie hominum voluntates potiùs regantur formidine pœnæ, quàm virtutis amore.

Et ita utraque,

R. P. D. PRIOLO,

Gerunden. Juriſdictionis ſuper jure convocandi Capitulum.

Mercurii 14. Junii 1702.

ARGUMENTUM.

Ab Archidiacono Eccleſiæ Gerunden. qui Sede Epiſcopali vacante, ſuccedit in locum Epiſcopi, aut ab ejus Vicario, congregari debet Capitulum. An, & quando debeat fieri præcedenter requiſitio ipſiuſmet Archidiaconi, vel ejus Vicarii, ita ut in eorum abſentia poſſit Capitulum convocari per Seniorem ex Canonicis, & qualis debeat eſſe hujuſmodi abſentia.

SUMMARIUM.

1 *Is regulariter convocare debet Capitulum, ad quem de Jure, vel de conſuetudine ſpectat.*

2 *Qui præſidet in Capitulo, facultatem habet illud convocandi.*

3 *Archidiaconus, vel alius vices gerens Epiſcopi, Sede Epiſcopali vacante, poteſt ea omnia facere, quæ poſſet facere Sede plena Epiſcopus.*

4 *In Eccleſia Gerunden. ſolùm Canonici conſtituunt Capitulum, non autem Dignitates.*

5 *De Jure non poteſt convocare Capitulum, niſi qui eſt de gremio illius.*

6 *In Eccleſiis Hiſpaniæ, Epiſcopi, qui ſunt etiam Canonici, interveniant in Capitulis tanquam Canonici.*

7 *Limitatur concluſio de qua* num. 5. *ut non habeat locum, quando Archidiaconus, non uti Canonicus, ſed Jure proprio, & vigore ſuæ Dignitatis Archidiaconalis, tanquam caput Capituli, Sede Epiſcopali vacante, convocare velit ipſum Capitulum, in eoque præſidere,* & n. 9.

8 *Nulli Collegio, ſeu Univerſitati, licet ſe congregare ſine Superioris licentia.*

10 *Habens pro ſe obſervantiam plurium ſeculorum, allegare poteſt meliorem titulum de mundo.*

11 *Non dicitur abeſſe ab Eccleſia Cathedrali, qui eſt præſens in Civitate.*

12 *Quod eſt de expreſſa forma, non poteſt ſuppleri per æquipollens.*

13 *Ad demonſtrandum modum, quo fieri debeat requiſitio perſonæ, intervenire debentis in aliquo actu, ſufficit etiam ſemel ita fuiſſe practicatum, quod ſit Juri conforme.*

14 *Actus extracti à Libris Capitularibus, qui contra Superiorem non probant, nemine citato, nil prorſus concludunt.*

15 *Requiſitio Capitulum convocare debentis, non eſt facienda in actu convocationis, ſed poteſt, & debet fieri antea.*

16 *In Eccleſia Gerunden. non poteſt Capitulum convocari, niſi de mandato Epiſcopi, nec quicquam facere ſine illius præſentia, vel Vicarii.*

17 *Suppoſitum non ſupponens non debet admitti pro limitatione in re certa.*

DECISIO XXVI.

CUm ex Conſtitutionibus, & Legibus fundamentalibus Eccleſiæ Gerunden. Canonici, & Capitulum dictæ Eccleſiæ, non poſſint congregari, niſi de mendato Reverendiſſimi Epiſcopi, ſiva illius Vicarii, in loco dicto Epiſcopo benè viſo, etiam ſi mandaverit eos congregari in ſuo Palatio Epiſcopali, de anno 1451. Bernardus, qui dum in minoribus exiſtabat, diù fuit Canonicus dictæ Eccleſiæ, ad illius Cathedram evectus, ad faciendam rem gratam Canonicis, declaravit impoſterum Capitulum non poſſe convocari per Epiſcopum extra Eccleſiam, ſeu Clauſtrum ipſius Eccleſiæ, niſi in caſu neceſſitatis, prout etiam declaravit, quod ex antiqua conſuetudine Epiſcopus conſuevit dara Vicarium de Capitulo.

Et deindè aliquod plus Canonici obtinuerunt de anno 1551. à Julio Tertio, nempè facultatem ſe congregandi per unum Capitularem ſemel in hebdomada pro negociis Capitularibus dumtaxat, hac tamen adjecta conditione, quatenùs ſcilicet Vicarius ſic requiſitus neglexerit, vel recuſaverit. Hoc Indultum fuit inviolabiliter, tam per Epiſcopos pro tempore, quam per Canonicos obſervatum, nec non etiam de tempore Sedis vacantis per Archidiaconum, & illius Vicarium, ex illius Juriſdictione ſatis in præcedentibus Deciſionibus firmatum. Verùm quia in poſtrema vacatione Sedis Epiſcopalis, Canonici auſi ſunt pluries ſe convocare propria auctoritate, & negocia Capitularia expedire ſine licentia Archidiaconi, ſive ejus Vicarii, iſte verò ad conſervandam ſuam, & propriæ Dignitatis Juriſdictionem, inſtetit pro ſubſcriptione tertii Dubii -- *An, & quando Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Geranden. debeat congregari ab Archidiacono Majori, vices Epiſcopi gerente, ſeu ab ejus Vicario Generali de gremio* -- Et DD. reſponderunt, Capitulum debere congregari ab Archidiacono vices Epiſcopi gerente, ſeu ab ejus Vicario Generali de gremio: & reſponſum reſultat ex clara generali regula, 1
quòd is, & non alius, debeat convocare Capitulum, ad quem hoc ſpectat de Jure, vel de conſuetudine, ad *Text. in c. poſtulaſti, de conceſſ. præbend.* ibique *Fagnan. n. 25.* & comprobant *Abb. in c. nobis n. 9. de elect. Paſſerin. de Elect. c. 11. quæſt. 1. n. 3. Vener. in Exam. Epiſc. lib. 4. c. 29. n. 34. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 16. n. 32. & ſeqq. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg. 73. num. 17.*

Ex utroque autem capite hoc ſpectat ad Epiſcopum, & ejus Vicarium, & Sede Epiſcopali vacante ad Archidiaconum, & ejus Vicarium de gremio privativè, & ideò, omnia quæ infra dicenda erunt de Epiſcopo, appropriada erunt Archidiacono Sede vacante, cum jam probatum remaneat, quòd iſte ſuccedit in omnibus in locum Epiſcopi defuncti, exceptis his, quæ ſunt Ordinis, & illius vices gerit. De Jure enim Jus convocandi Capitulum ſpectat ad eum, qui debet in illo præſidere, cum convocatio dependeat à præſidentia, ut explicat *Barboſ. de Canon. &* 2
Dignitat. cap. 35. num. 1. ubi refert etiam quandam Reſolutionem Sacræ Congregationis. Ex facto autem ſupra narrato, non minùs ex concordia, quàm ex

Pon-

Pontificio Indulto, ad inſtantiam Capituli emanato,
Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius de gremiu præſidet in
Capitulo, & per conſequens ad illum ſpectat etiam
convocatio, quæ pariter expreſsè legitur, tam in con-
cordia, quàm in Indulto, ex confeſſione ipſius Capi-
tuli; propreteà Jus convocandi, & præſidendi in Ca-
pitulo, ſpectare debet ad Archidiaconum, ſeu ejus
Vicarium de gremiu, qui cum ſit ſubrogatus in lo-
eum Epiſcopi, poteſt ea omnia facete, quæ Sede
3 plena facere potuiſſet ipſemet Epiſcopus, juxta na-
turam ſubrogatorum, de qua *in l. filia ff. de condit. &*
demonſtrat. & in ſpecie ponderant *Abb. in cap. cum olim*
n. 2. de major. & obed. & in c. 1. nu. 4. ne Sed. vac. Sbroz-
zius de Vicar. Epiſcop. lib. 1. q. 85. & 18. Barboſ. de Epiſ.
alleg. 36. n. 9. & de Canon. cap. 42. num. 61. Solorzan. de
Jur. Ind. tom. 2. lib. 3. c. 13. n. 8. cum aliis relat. per Fer-
moſin. in tract. de Capit. Sed. vac. q. 1. num. 4. cum ſeqq.
Tantò magis quia ad favorem Archidiaconi militat
etiam in concuſſa obſervantia, ut ax pluribus acti-
bus per ipſum adductis.

Neque hoc impugnatur à Capitulo, ſed tepetendo
eadem, quæ leguntur in præcedentibus, dicunt illius
Deſenſores, quòd neque tale dubium aſt accipiendum
in abſtracto, ſed in concreto, juxta limitationas ab
eiſdem propoſitas, ſed cum hac cautela non proceſ-
ſeruut Canoniei, quandu in proxima Sede vacante,
ſpreto Arebidiacono, & illius Vicariu, propria au-
ctoritate eonvocarunt Capitulum; undè jure merito
Arebidiaconus inſtat pro tuitione propriæ, & ſuæ Di-
gnitatis Juriſdictiunis.

Et tantò magis Archidiaconus Jus habet ad obti-
nendam ſavorabilem reſolutiunem, quia Canonici,
quamvis admittant, quòd regulariter convocatio, &
præſidentia in Capitulu, eum omnibus aliis actibus,
ſuperiùs recenſitis, ſpectent ad Archidiaconum, ex
mendicatis limitationibus prætendunt hanc Jutiſdictio-
nem deſtruere, tam quoad Archidiaconatum, quàm
quoad Archidiacnnum, illam pluribus modis limitan-
do. Et primò dicebant, quòd tam Archidiaconus,
quàm ejus Vicarius poſſent convocare Capitulum, ſi
4 eſſent ſimul Canonici, & de gremio Capitnli, cum
in dicta Eccleſia solùm Canonici conſtituant Capitu-
lum, non autem Dignitates, ut dixit *Rota coram Ca-*
ſar. de Graſſ. dec. 4. num. 6. de his, quæ fiunt à major.
part. cap. & penes *Antonel. de Jur. & Oner. Cleric. de-*
ciſ. 41. nu. 9. & 21. De Jura autem convocare non
5 poteſt Capitulum, niſi qui aſt de illius gremio, ut
obſervat *Pignattel. conſult. 154. n. 5. tom. 2.* & reſpon-
dit Sacta Congregatio Epiſcoporum in una Regien.
de anno 1602. per eundem relata, & quia hoc ex
inveterato ſtylo totius Hiſpaniæ, & ſpecialiter Ec-
6 cleſiæ Gerunden. practicatur in Epiſcopis, qui ſunt
etiam Canonici, & in Capitulis interveniunt tanquam
Canonici, ut teſtatur *Card. de Luca Miſcell. Eccl. diſc.*
39. n.... idem ſortiori Jure ſervari debet pet prædi-
ctum Archidiaconum, ſeu ejus Vicarium, qui majus
jus prætendere non poſſunt, cum ſubrogatus inducat
naturam illius, in cujus locum eſt ſubrogatus, nec
majoribus prærogativis frui valeat.

Talis autem prima limitatin, quoad Arcbidiaco-
num eſſet deſtr.ctiva regulæ, & ideò tanquam nimis
probans nihil probat. Admittunt enim Canonici,
quòd ad Archidiaconum, Sede vacante, ſpectat con-
vocatiu Capituli, cum autem Archidiaconus ſit Di-
gnitas in Eccleſia Gerunden. ſi de Jure nun poſſet
competere Jus convocandi Capitulum niſi ad eum,
qui eſt Cauonicus, talis convocatin non poſſet ſpe-
ctare ad Archidiacunatum, ſed ſolùm ad Archidia-
conum, quatenùs eſſet Canonicus. Et ſumma ſallacia
proceditur citca interpretatiunem DD quòd illi, qui
convocare debent Capitulum oportet, quòd ſint de
gremiu. Nam hoc prucedit, quando Archidiaconus
convocare vellet Capitulum, & in ipſo præſidere
tanquam Canonicus; ſecus verò quando illud con-
gregat Jute ptoprio, & vigore ſuæ Dignitatis Archi-
diaconalis, tunc enim non indiget aſſumere etiam
qualitatem Canonicalem, cum majorem babeat,
7 nempè illam Superioris, ad quem proindè ſpectat,
tanquam caput Capituli, illud convocare, & in il-
lo præſidere, Sede Epiſcopali vacante. *Lotter. de Re*
Benef. l. 1. q. 16. n. 76. Barboſ. de Canon. & Dignit.
cap. 7. nu. 3. & ſeqq. & cap. 45. n. 8. & ſeqq. Sarav.
de Adjunct. quæſt. 34. n. 27. & 28. Franc. de Eccl. Ca-
thedr. c. 22. n. 102. & Rota in recent. dec. 533. nu. 5.
per tot. p. 2. & de Jure ad Superiorem ſpectat con- 8
gregare Capitulum, quia nulli Collegio, ſeu Univer-
ſitati, licèt ſe congregare ſine Superioris licentia ad
Text. in l. 2. Cod. de deſur. lib. 11. Undè Capituln re-
ſiſtit tam lex univerſalis, quàm Conſtitutio particu-
laris; & exabundanti advertebatur, quod Congre-
gatio Capituli, facta tam per Epiſcopum, quàm pet
Archidiaconum, ſemper ſacta legitur nomine Digni-
tatis, tam Epiſcopalis, quàm Archidiaconalis, non 9
autem illam fecerunt, uti Canonici, de qua qualita-
te nunquam ſit mentiu; ex quo benè colligitur, quòd
ab illis fuit ſacta talis convocatiu ratione Superiori-
tatis, ac Juriſdictionis, quam habebant in Eccleſia,
& Capitulu, ut dictum ſuit *in Hiſpalen. Juris præſi-*
dendi in Capitulo 2. Julii 1700. §. Prout nec officit, &
§. Aut verò, coram Magno Cancellario Mediolani.

Nec relevat, quòd Epiſcopi ſint etiam Canonici,
& nonnulli Archidiaconi ſuerint pariter Canonici;
quia hoc non probatur ſemper fuiſſe, & cum quoad
Epiſcopum habeamus aliquod initium, nempè con-
ſeſſionem Canonicorum, quòd uſque de anno 1451.
non poterant congregari, niſi de mandato Epiſcopi,
ſaltem eſſet probatum, quòd abindè citra umues E-
piſcopi ſuiſſent Canunici. Quod etiam probatum non
relevaret contra Archidiaconum, de quo modò agi- 10
tur, qui cum habeat pro ſe obſervantiam, exceden-
tem metam quinque ſeculorum, poteſt allegare quem-
cunque titulum meliorem de mundo. *Card. de Luca*
de Beneſic. diſc. 32. num. 4. Rota deciſ. 152. num. 2.
& deciſ. 254. num. 17. part. 19. & in Gerunden. Fe-
rialis 21. Decembris 1699. §. Quæ omnia, cor. R. P.
D. meo Lancetta.

Quo verò ad Vicarium, nulla cadere poteſt quæ-
ſtio, quia ultrò admittitur, quòd aſſa debeat de gre-
mio, hoc enim importat gratia conceſſa Capitulo per
Bernardum Epiſcupum de anuo 1451. & expreſsè
continetut in Dubio, ibi — *vel ab ejus Vicario Gene-*
rali de gremio.

Neque ubſtare videtur, quòd negligente, vel recu-
ſanta Epiſcopo convocare Capitulum, illud convoce-
tur per Canonicum Seniurem, etiam præſente Ar-
chidiaconu: quia iſte getit vices Epiſcopi tautum Se-
de vacante; Sede autem plena, conſideratur tanquam
ſimplex Archidiaconus, & una ex Dignitatibus Ec-
cleſiæ Gerunden.

Secunda limitatio, per Capitulum prætenſa eſt in
caſu abſentiæ, in quo prætendit poſſe convocari Ca-
pitulum per Seniorem ex Canonicis, & hanc limi-
tationem, quæ aliquam ſpeciem veritatis habet, de-
ſumptam, tam à Jure communi, quàm ex lege par-
ticulari Indulti Julii Terti, reducere intendunt ad ini-
quitatem, prætendendo, quòd præſentia debeat eſſa
in Eccleſia da tempore convocandi Capitulum, itaut
ab illa abſentibus, poſſint ipſi per Seniorem cunvoca-
ra Capitulum, ſed ad uſtendendam inſubſiſtentiam hu-
jus prætenſionis, animadvertendum eſt, quòd tam Le-
ges ſundamentales Eccleſiæ, quàm gratia Bernardi E-
piſcopi, quàm Indultum Julii, loquuntur de Epiſcupo
tantùm, quæ poſtea ex immemorabili conſuetudine
conveniunt etiam Archidiacuno: Et propterea quàm
improprium eſſet dicere, quòd Epiſcopus teneatur ſem-
per ſe paratum teperiri in Eccleſia, ad hoc ut repe-
riri poſſit à Canouicis ad obtinendam licentiam pro-
convocatione Capituli, contra expreſſam lectutam ip-
ſius Indulti, in quo non legitur ſimpliciter, quòd ab-
ſente Epiſcopo, vel ejus Vicariu, poſſint Canonici
cunvocare Capitulum, ſed mandat, quòd quatenus
requiſitus Epiſcopus, vel ejus Vicarius, neglexerit,
vel recuſaverit convocare, ſeu aſſiſtere, tunc poſſint
Canonici per ſe ipſos Capitulum facere. Quapropter
neceſſatium eſt, quòd præcedat requiſitio, & quando
hac requiſitione non obſtante, neglexerit, vel recu-
ſaverit, tunc potetunt per ſe ipſos congregare Ca-
pitulum: Et talis actus requiſitionis eſt legaliter ac-
cipiendus, nempè quando cummodè fieri poteſt, hoc
eſt priùs omnem moralem diligentiam adhibendu,
prout in ſulitis Capitulis congregandis, qualibet heb-
domada, quibus cum ſit dies certa aſſignata, requiſitio

11 fieri poteſt de mane, & in ſua domo, nam ſi Ar-
chidiaconus eſt præſens in Civitate, non dicitur ab-
eſſe ab Eccleſia. *Garz. de Benef. p. 3. cap. 2. n. 323.*
Cecceper. Lucubr. Canon. lib. 2. num. 180. Barboſ. de Can,
c. 20. n. 10. Panimoll. deciſ. 20. adnot. 3. n. 18. & ſeqq.
Et malè ſupponitur, quòd determinata certa die
convocandi Capitulum in ſabbatho poſt Completo-
rium, iſta inſervire debeat pro requiſitione, & ſibi
imputet, ſi de eo tempore reperiatur abſens ab Ec-
cleſia: nam, præter ſupradicta, clara eſt lectura In-
dulti, quæ, non obſtante hac certa determinatione,
12 mandat, quod requiſitio fiat per unum ex Canoni-
cis, quòd cum ſit de expreſſa forma, ſuppleri non
poteſt per æquipollens. *Rota coram Coccin. dec, 1236.*
n. 1. & ſeqq. Durand. dec. 225. n, 15. pariter cum ſeqq. &
coram Peutinger. dec. 213. n. 1. & ſeqq. & maximè quia
obligatio, ſive ſervitus, impoſita inferiori reſpectu
Superioris, retorqueretur contra Superiorem, qui te-
neretur ſemper eſſe præſens in Eccleſia.
Et ad demonſtrandum modum, quo fieri debet ta-
lis requiſitio, ſufficit etiam unicus actus, cum ſit Ju-
ri uniformis, datus *in Summario Archidiaconi n. 14.* ex
13 quo reſultat, Canonicos acceſſiſſe ad Palatia Epiſco-
pi, & ad domos Vicariorum, & illis non repertis,
proteſtati ſunt, adiviſſe ad effectum illos requirendi,
ut convocarent Capitulum: Et quia negocia pera-
genda non admittebant dilationem, niſi cum maximo
præjudicio Capituli, & quia ſciebant non eſſe neque
in Palatio, ſeu domibus, neque in Eccleſia, neque
in tota Civitate, fecerant convocare Capitulum,
Neque attendendi ſunt alii actus, allegati per Ca-
pitulum in contrarium, & dati *in Summario num. 2.*
quia ultra quòd fuerant exhibiti in Actis per diem
ſolùm ante propoſitionem Cauſæ, abſque ulla Partis
14 citatione, prout pariter fuerunt extracti à Libris Ca-
pitularibus, qui contra Superiorem non probant, &
nemine citato, nihil prorsùs concludunt, at poſt *Card.*
de Luca de Paroch. diſc. 12. n. 9. & in Tarracon. Juriſdi-
ctionis 10. *Maji* 1700. *& 28. Junii ejuſdem anni §. Non*
quidem, coram Magno Cancellario Mediolani, firmatum
fuit *in præcedenti Deciſione ſuper Jure privandi ſub die*
12. *currentis §. Forſan, cor. Me.* Nam admiſſi etiam,
ultra alias ponderationes datas per Scribentes pro Ar-
chidiacono, quæ brevitatis gratia omittuntur, im-
portant ſolùm, quòd propter abſentiam Vicarii præ-
ſederit in Capitulo Canonicus Senior, quod non con-
trovertitur, quando Vicarius noluerit, vel non po-
tuerit intervenire, ſed nihil probant circa requiſitio-
nem, & modum illam faciendi, de quo eſt quæſtio.
Nec ſuffragatur dicere, quòd ſi qualibet vice pro
congregando Capitulo eſſet perquirendus Epiſcopus,
vel ejus Vicarius per Civitatem, quamplura præju-
15 dicia obvenirent negociis Capitularibus: quia requi-
ſitio non eſt facienda in actu convocationis, ſed an-
tea requiri poteſt, & debet, ut valeat ab aliis ne-
gociis ſe expedire, & præcipuè pro Capitulis certis,
& determinatis, quando etiam pro improviſis, & ſu-
bitaneis in ſupracitato actu habemus, quam diligen-
tiam adhibuerint Canonici de anno 1662.
Et demum non obſtat, quòd cum de Jure ſit in
facultate Canonicorum in caſu abſentiæ Epiſcopi con-
vocare Capitulum ſine licentia, ut aliquid plus ope-
retur Conſtitutio Julii, dicendum eſt, quòd intellexit
de abſentia à ſola Eccleſia, aliàs fuiſſet inutilis, &
ſuperflua: quicquid enim ſit de aliis Eccleſiis, cer-
16 tum eſt, quòd Canonici Gerunden. non poterant con-
gregari niſi de mandato Epiſcopi, nec quicquam fa-
cere ſine illius præſentia, vel Vicarii; Imò ſi du-
rante Capitulo, Epiſcopus ſe abſentare volebat,
omnia negocia non propoſita, & non reſoluta, re-
manebant in ſuſpenſo, nec Canonici de per ſe quic-
quam determinare poterant, ut patet ex ipſorum con-
feſſione, ſuperiùs relata: Undè ſi Julius illis con-
ceſſit facultatem congregandi Capitulum per ſe ip-
ſos, quando Epiſcopus, vel ejus Vicarius requiſiti
neglexerint, vel recuſaverint, multum illis conceſſit,
& benè ſupportare poſſunt incommodum, illum per-
quirendo cum tanto lucro.
Tertia limitatio eſt, ſi Archidiaconus, vel ejus
Vicarius fuerint excommunicati, ſeu cenſuris irretiti:
ſed quàm mendicata ſit talis limitatio, omnibus patet;
nam vel loquimur de prætenſis cenſuris in caſu præ-
ſenti, & de his ſatis dictum fuit in prædicta mea
Deciſione: vel de aliis caſibus, qui in poſterum eve-
nire poterunt; & cum agatur de ſuppoſito non ſup-
ponente, hoc non debet admitti pro limitatione in
re certa, & incontrovertibili; & maximè quando le- 17
ges, & Conſtitutiones ſatis diſpoſuerunt.
Et ita utraque &c.

Eadem coram Eodem

Super Jure præſidenti in Capitulo.

Mercurii 14. Junii 1702,

ARGUMENTUM.

Archidiaconus, habens facultatem convocandi Capi-
tulum, per conſequens etiam habet Jus præſiden-
di in illo; niſi tamen agatur de illius intereſſe, ex
regula, quam conſtanter tenet S. Rota, quòd, aut
agitur de intereſſe particulari Epiſcopi, ſeu Vica-
rii, & nihilominus debet ipſe Capitulum convo-
care, illi intereſſe, & exponere quæ ad ipſam rem
conducere intendit, quibus peractis, tenetur exire
de Capitulo, ut liberis ſuffragiis Canonici ſuper
eadem re deliberare valeant: Aut agitur de inter-
eſſe Dignitatis Epiſcopalis, & tunc poteſt & in-
tervenire, & præſidere.

SUMMARIUM.

Num. 1, 2. & 3. patet ex argumento.

DECISIO XXVII.

QUartò controvertebatur pariter inter Archidia-
conum, & Capitulum ſuper Jure præſidendi in
Capitulo, ideò datum fuit Dubium — *An Archidiaco-*
nus, ſeu Vicarius Generalis de gremio Capituli, Sede E-
piſcopali vacante, præſidere debeant in Congregationibus
Capitularibus, vota colligere, & juxta eorum majorem
partem reſolutiones publicare, & exequi — Et DD. reſ-
ponderunt, Archidiaconum, in Sede vacante, ſeu e-
jus Vicarium Generalem de gremio, debere præſide-
re, & vota colligere. Hoc enim reſultat ex reſolu- 1
tionibus capitis favore Archidiaconi. Nam ſi in alte-
ra Deciſione firmatum fuit, Jus convocandi Capitu-
lum ſpectare ad eum, qui habet Jus præſidendi, ſi
datum reperitur Archidiacono Jus convocandi, per
conſequens habet etiam illud præſidendi. *Barboſ. de*
Canon, & Dignit. cap. 35. num. 1. & ſeqq. Rota coram Coc-
cin. dec, 1471. n. 69. & dec. 667. num. 8. part. 1. diverſ. &
in recent. deciſ. 273. n. 25. part. 16. & colligitur ex cla-
ra lectura Indulti Julii Tertii, reportati in altera mea
Deciſione hodie edita, in qua Canonici expreſsè fa-
tentur, *Epiſcopum reperiri à longo tempore in poſſeſſione*
convocandi Capitulum, ipſi convocationi, & Congregatio-
nibus Capitularibus præeſſe, & aſſiſtere, nec non eorum
vota colligere, & juxta majorem partem negocia Capitula-
ria decidere, determinare, & debitæ executioni demanda-
re, & demum reſultat etiam ex confeſſione ipſius Par-
tis, quæ poſt ſubſcriptionem Dubii dat manus victas
quoad Juriſdictionem præſidendi in genere.
Nec audiendi ſunt Defenſores Capituli, inſinuan-
tes, quòd reſcribi poſſet in genere, reſervato exami-
ne, quoad caſus ſpeciales, in ſuo peculiari Judicio, 2
quia hoc non eſſet terminare lites, ſed illas multiplicare.
Et tanto magis quia limitationes propoſitæ nullam
habent, ſubſiſtentiam; nam illæ tres hodiè etiam ad-
ductæ in alio Dubio ſuper Jure convocandi Capitu-
lum, nempè abſentiæ, qualitatis Canonicalis, & ex-
communicationis, ſi non potuerunt impedire convoca-
tionem faciendam per Archidiaconum, multò minus
poterunt illum excludere à præſidentia, in qua eæ-
dem prorſus rationes militant, hìc inutiliter non re-
petendæ.
Et demum non obſtat altera limitatio, quòd ſi aga-
tur de intereſſe ipſius Archidiaconi, ſeu ejus Vicarii,
in tali caſu præſidere non debeant, tanquam ex adverſo
non impugnata, inutiliter fuit propoſita, neque longam
mere-

Digitized by Google

meretur diſcuſſionem ; cum ſatis trita regula ſit, &
3 toties diſcuſſa in hoc noſtro Tribunali ; Quòd etiam
ſi agatur de intereſſe particulari, & ſpeciali Epiſcopi,
ſeu ejus Vicarii, nihilominus ipſe debet convocare
Capitulum, illi intereſſe, & expoſitis his, quæ ad
ipſam rem conducere intendit, teneatur exire à Capitulo,
ut liberis ſuffragiis Canonici ſuper eadem re
deliberare valeant : Aut agitur de intereſſe Dignitatis
Epiſcopalis, & tunc nemo dubitat, quin ipſe poſſit
intervenire, & præſidere, ut pluries declaravit S.
Congregatio Concilii, relat. per *Barboſ. de Canon. dicto
c. 35. num. 9. & Rota in Hiſpalen. Juris præſidendi in
Capitulo 2. Julii 1700. §. Similiter, coram Magno Cancellario
Mediolan.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Gerunden. Juriſdictionis ſuper validitate Reſolutionum factarum.

Lunæ 19. Junii 1702.

A R G U M E N T U M.

Reſolutiones Capitulares, captæ irrequiſito Archidiacono, ad quem, Sede Epiſcopali vacante, ſpectat Capitulum convocare, ac in illo præſidere, ejuſque Vicariis, declarantur nullæ, atque invalidæ, rejecta exceptione excommunicationis, in quàm à Capitulo prætendebatur ipſum Archidiaconum incurriſſe, ob recurſum babitum ad Judices Laicos.

S U M M A R I U M.

1 *Convocato Capitulo per eum, ad quem non ſpectat illud convocare, non ſubſtinentur Reſolutiones in ipſo factæ.*
2 *Eædem Capitulares Reſolutiones, ipſo Jure corruunt, ſpreto, & non citato uno Canonico.*
3 *Rejicitur motivum excommunicationis, ſumptum à Canonicis, non requirendi, ſeu ſpernendi, in convocatione Capituli, Archidiaconum, ejuſque Vicarium.*
4 *Refertur facti ſpecies, quæ cauſam dedit præſentis Dubii diſputationi.*
5 *Nemo poteſt in cauſa propria ſibi jus dicere.*
6 *Reſolutiones S. Congregationis ſunt reverenter ſuſcipiendæ, eoque magis interpretandæ, ut una Reſolutio alteri reſpondeat.*
7 *Pæna nullorem ſuum ligare ſolum debet, neque ad alios extendi.*

D E C I S I O XXVIII.

QUintæ, & ultimæ contentioni inter Partes cauſam præbuerunt nonnullæ Reſolutiones, Sede Epiſcopali vacante, per Capitulum factæ. Quapropter pro parte Archidiaconi propoſitum fuit Dubium -- *An reſolutiones factæ in præcedenti Sede vacante, non præſidente, neque requiſito Archidiacono, ſubſtineantur,* & Domini reſponderunt, Reſolutiones non ſubſtineri.

Principale enim fundamentum, tam hujus, quàm
præcedentium reſolutionum ſavore Archidiaconi,
ſemper fuit illius clara Juriſdictio, ab immemorabili
tempore eidem competens, & juſtificata ex actibus
productis, continentibus ſpatium quinque ſeculorum,
qua mediante, tempore Sedis Epiſcopalis vacantis,
ſuccedit in omni Juriſdictione Epiſcopi, his tamen exceptis,
quæ ſunt Ordinis, ut latius probavimus in
antecedentibus Deciſionibus. Cumque pariter ad evidentiam
probatum fuerit, Epiſcopo, ſeu ejus Vicario
de gremio, competere Jus convocandi Capitulum, ac
in illo præſidendi, hæc eadem Juriſdictio competere
debet Archidiacono, ſeu ejus Vicario de gremio, &
propterea Reſolutiones capitulariter factæ ipſo non
requiſito, tanquam nulliter, & indebitè captæ, non
2 poſſunt ſubſtineri ; nam ubi convocatio Capituli fit
per alterum, quàm per eum, ad quem ſpectat convocare,
tunc Reſolutiones non ſubſtinentur, juxta
communem opinionem Canoniſtarum *in c. 1. de maior.
& obed. Abb. in c. Cum nobis, n. 9. de elect. Card. de Luc.
de Canon. diſc. 27. n. 8.*

Quod optimè etiam convincitur ex majoritate rationis ;
nam ſi actus Capitulares, ſpreto, & non ci- 2
tato uno Canonico, ipſo Jure corruunt, & ad illius
inſtantiam irritantur : *c. Quod ſicut, de elect. & Barb.
de Canon. & Dignit. cap. 29. nu. 22.* quantò magis hoc
dicendum venit ſpreto Capite, & Superiore Capituli,
& ad quem ex lege fundamentali Eccleſiæ ſpectat
Capitulum convocare, & tantùm in caſu, in
quo requiſitus neglexerit, vel recuſaverit, eſt licitum
Canonicis per Seniorem inter ipſos Capitulum convocare
facere. Cumque in præſenti præter Juris diſpoſitionem
concurrat lex particularis, duo vincula
magis ligant, quàm unum.

Pro parte Capituli in omnibus iſtis Dubiis ad excuſandum convocationem non requiſito Archidiacono, ſeu ejus Vicario, illius Deſenſores recurſum habuerunt ad prætenſam excommunicationem, in quam ipſo facto incurriſſe prætenditur Archidiaconum ob recurſum habitum ad Judices Laicos, quæ tamen exceptio nunquam admiſſa fuit in præcedentibus diſputationibus, nec in præſenti attendi meretur.

Prout neque neceſſarium DD. exiſtimarunt examinare
Auctoritates, hinc indè in hac propoſitione ſpecialiter
allegatas ad cognoſcendum, an, & quando
excommunicatio dicatur notoria, ſeu indigeat declaratione,
ſeu privet officio, aut ſolùm exercitio. &
hoc procedat tam in Superiore, quàm in quolibet
alio Officiali, quia iſtæ regulæ ſatis notæ ſunt hic 3
in Curia, & plures allegari poſſent uniformes Reſolutiones
Sacræ Congregationis, & Deciſiones Rotales,
ſed ex circumſtantiis particularibus iſtius ſacti ſatis
reſultat, Canonicos non fuiſſe motos ad convocandum
Capitulum, non requiſito, ſeu ſpreto Archidiacono,
vel ejus Vicario, ex motivo dictæ excommunicationis,
ſed eſſe mendicatum prætextum ad deſenſionem
Cauſæ, & quatenus ſubſiſteret motivum
excommunicationis, Sacram Congregationem non
agnoviſſe recurſum habitum per Archidiaconum ad
Judices Laicos adeò damnabilem, ut importaret ipſo
facto notoriam excommunicationem, quod ſufficit ad
reſolutionem controverſorum Dubiorum.

Cum enim de anno 1698. vacaſſet Sedes Epiſcopalis
Eccleſiæ Gerunden. & Archidiaconus aſſumpſiſſet
ſuam Juriſdictionem, Canonici ægrè tulerunt deputationem
trium Vicariorum, ab eodem Archidiacono
factam, & ſub prætextu, quòd omnes non erant
de gremio, neque omnes in utroque Jure Doctores,
pro illorum remotione recurſum habuerunt ad A. C.
ſed non expectata ſententia, de facto ſe ſubtraxerunt
à Juriſdictione Archidiaconi, & recognoſcere recuſarunt
Vicarium de gremio Capituli Franciſcum Camps,
& Hieronymum Guitart Canonicum Coadjutorem, 4
itaut cum de menſe Junii 1699. Canonicus Camps
convocaſſet Capitulum, Canonici cum verbis injurioſis
illum per vim ejecerunt ab Aula Capitulari,
ut ex Informatione, & depoſitionibus Teſtium, per
Capitulum productis, *Summario Additionali nu. unico*,
& exindè durante Sede vacante ſemper ſe congregarunt
propria auctoritate, & ſpreto Archidiacono.

Occaſione iſtarum violentiarum Archidiaconus recurſum habuit ad Judices Laicos, ad hoc, ut iſti darent executionem rei Judicatæ noſtri Tribunalis, & Literis Executorialibus, in illius ſequelam expeditis, ut videre eſt *in Summario Archidiaconi n. 8. & 9.* & non obſtante tali recurſu, tam ipſe Archidiaconus agnitus fuit in Superiorem ; quàm ejus Vicarii in aliis actibus, exceptis Capitularibus, ex qua facti ſerie reſultat, quòd vera cauſa non recognoſcendi Archidiaconum, & ejus Vicarios, non fuit prætenſa excommunicatio, quia iſtius violenta expulſio, & Congregatio Capituli ſine interventu Archidiaconi, vel Vicarii, præceſſit recurſum ad Judices Laicos ; Et ſecundo, quia tanquam excommunicatus erat omninò vitandus, ſed ſi illum recognoverunt in pluribus actibus, ut ex datis *in Summ. n. 9.* exceptis Capitularibus, ſignum eſt evidens, quòd ad hoc Canonici fuerunt moti ex cauſa particulari, non autem univerſali excomunicationis.

Ponderando præcipuè, quòd recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem, ut ipſa declararet, Archidiaconum, & ejus Vicarium incurriſſe in Cenſuras ob dictum recurſum, ut ex Dubio ſubſcripto, quam inſtantiam non feciſſent, ſi verè habuiſſent Archidiaconum pro notoriè excommunicato. Et poſtquàm recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem, non
5 poterant ſibi Jus dicere, & habere Archidiaconum, & Vicarium pro excommunicatis, ſed expectare debebant reſolotiooem Sacræ Congregationis, ad *Text. in cap. Conquerente, de reſtit. ſpol. & l. unic. c. Nè quis in ſua Cauſa*, & dictum fuit *in alia Gerunden. Portionis ſuper Manutentione 27. Martii proximè præteriti §. Sed dato etiam, cor. Me*.

His accedit factum ipſius S. Congregationis, quæ in examine dicti dubii reſponſum dedit quidem affirmativum, ſed quia agnovit, vel recurſum factum fuiſſe à Superiore, non ab Inferiore contra Superiorem, & pro obſervantia literarum Rotalium, non ad impediendam illarum executionem, quæ & ſimiliter ſolent per Doctores examinari, ideò ſpontè addidit alterum Dubium -- *An abſolutio eſſet concedenda*, & eodem contextu pariter *affirmativè* reſpondit, ex quo ſatis colligi poteſt, ideò Sacram Congregationem affirmativè reſpondiſſe ad primum dubium, ad coercendam nimiam libertatem ſimilium recurſuum, & ad oſtendendam turpitudinem, & pœnam, ſed in præſenti illam voluit etiam ſtatim revocare, ut neque per momentum haberet effectum, quod utique non feciſſet, ſi recurſus fuiſſet cum omnibus illis peſſimis qualitatibus, quæ importaſſent notoriam excommunicationem, in quo caſu neque humiliter ſupplicantem, & pœnitentem ſtatim admiſiſſet ſine aliqua ſa-
6 lutari pœnitentia; Et ſi reſolutiones S. Congregationis ſemper reverenter ſuſcipiendæ, ut ait *Rot. coram Dunoz. dec. 73. n. 3. & in rec. dec. 11. n. 9. p. 17.* quanto magis ſunt interpretandæ, ut una reſolutio alteri correſpondeat. Quod ſufficit ad excludendum notorietatem ad effectum, de quo agitur, quia concurrente aliquali dubio, non eſt unquam permittendum, quod Inferior de facto ſe eximat ab obedientia ſui Superioris, ſed ſemper recurrere debet ad alium Superiorem, & Judicem, neque eſt pariſicandum cum tam malo exemplo periculum litium, & præjudicium Tertii, quia illis de facili occurri poteſt, licitè ratificando, quod fecerunt illicitè.

Et ex abundanti aderant alii Vicarii, qui non adhæſerunt recurſui, & erant requirendi pro convocatione Capituli, ſi vere Canonici moti fuiſſent ex ſo-
7 lo motivo excommunicationis, quia ſi in illum inciderat ſolus Archidiaconus extendi non debebat ad alios, dum pœna ſuum Auctorem ligare debet, ad *Text. in cap. Non debet, de regul. Jur. in ſexto, & Can. nunq. & Can. ſponſus 56. diſtinct. & in l. emancipatum §. fin. & l. filium ff. de Senator, & in l. ſancimus c. de pœn.* ſed quia principalem impulſum præbuit electio Vicariorum contra illorum voluntatem, ideò omnes æqualiter ſpreti fuerunt.

Agnoſcentes Defenſores Capituli inſubſiſtentiam motivi, aliud allegarunt magis debile, deductum ex infirmitate Archidiaconi. Talis enim infirmitas non impediebat, quod illum requirere poſſent pro licentia, imò ſciebant ubi certè illum reperire, & quod illius Vicarius intervenire poſſet.

Et demum corruit pariter alterum objectum, quod ex quo in dictis Capitulis agendum erat de tali recurſu, attento perſonali intereſſe Archidiaconi, & Vicarii non poterant neque convocare, neque in illis præſidere. Nam ultrà quod non docetur omnes reſolutiones Capitulares per totum tempus Sedis vacantis verſaſſe ſuper articulo dicti recurſus, ſatis notum eſt in Jure, & firmatum fuit in altera mea Deciſione: An, & quomodo præſidere poſſit Epiſcopus in Capitulo, etiam quandò agitur de ſuo intereſſe, & allegando pro ſubſtinendis dictis reſolutionibus præjudicium Tertii inadvertenter Scribentes pro Capitulo ſe contradicunt, nam ſi omnes reſolutiones reſpiciebant intereſſe Archidiaconi ob recurſum habitum ad Judices Laicos, quomodo nunc allegatur præjudicium Tertii.

Et ita utraque &c.

Emo CARD. CAPRARA

Gerunden. Fundationum.

Ven. 15. Decembris 1702.

ARGUMENTUM.

Acceptatio Miſſarum privatarum, & Anniverſariorum non poteſt fieri à Dignitatibus cum ſolo conſenſu Epiſcopi, irrequiſito Capitulo, etiamſi agatur de Eccleſia Regulari ſecularizata; præſertim concurrente obſervantia.

SUMMARIUM.

1 *Regimen, atque adminiſtratio Eccleſiæ Cathedralis pertinet ad Capitulum cumulativè cum Epiſcopo.*
2 *Item adminiſtratio Capellarum.*
3 *Quoties requiritur conſenſus duorum, ſufficiens non eſt conſenſus unius.*
4 *In acceptatione Fundationum, Anniverſariorum, & ſimilium, non ſufficit conſenſus Prælati, ſine altero Capitali*, & n. 5.
6 *Accedente præſertim obſervantia.*
7 *Negativa probari debet ab eo, qui in illa ſe fundat.*
8 *Actus aliquo modo æquivoci non valent infringere obſervantiam jam firmatam.*
9 *Indubium redditur Jus, alicui competens, per Sententiam cum legitimo contradictore, ejuſque acquieſcentia emanatam.*
10 *Qua etiam afficiuntur alii idem Jus impugnantes.*
11 *Fortius quando tale Jus per plures ſententias fuerit canonizatum* & n. 12. & 14.
13 *In Eccleſia Regulari ſecularizata Epiſcopus ſuccedit in locum Abbatis, in iis tamen, quæ ſpectant ad Juriſdictionem, ſecùs verò in iis, quæ concernunt adminiſtrationem Eccleſiæ, ejuſque Bonorum.*
15 *Miſſam celebrare in Eccleſia Cathedrali permiſſum eſt non ſolum Presbyteris, in ea exiſtentibus, ſed etiam exteris.*
16 *In Eccleſia Gerunden. Dignitates non ſunt de Capitulo.*
17 *Penes ipſum Capitulum ſtat Dominium, & adminiſtratio Eccleſiæ.*
18 *In piis Miſſarum fundationibus, & ſimilibus requirendus eſt conſenſus Capituli, etiamſi non inferatur ſervitium Eccleſiæ Cathedralis, ſed potius augeatur Cultus Divinus.*

DECISIO XXIX.

SEntentia Rotalis, qua pronunciatum fuit, non licere Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis Gerund. facere, & acceptare pias fundationes Miſſarum privatarum, & Anniverſariorum, ac alias, privativè ad Canonicos, eaſque adimplere juxta mentem fundatorum in dicta Eccleſia, cum approbatione Epiſcopi, irrequiſito Capitulo, & Canonicis, tanquam valida, & juſta, viſa fuit confirmanda.

Juſtitiam, in qua verſatur tota controverſia, cum validitas non revocetur in dubium, benè deducitur ex Juris diſpoſitione, & receptiſſima DD. ſententia,
qua ſtatuitur, regimen, & adminiſtrationem Eccle- 1
ſiæ Cathedralis pertinere ad Capitulum cumulativè cum Epiſcopo, juxta *Text. in cap. novit, & c. quanto, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. & c. relatum 12. de teſtam. Carderin. conſ. 2. num. 1. & 2. de Conſtit. Cæſar. de Graſſ. dec. 4. n. 12. de his quæ fiunt à major. part. Capituli. Menet. de Diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 15. num. 23. & num. 26. & ſeq. Pignatell. conſult. 49. num. 2. tit. 6. & conſult. 86. n. 3. tit. 9. Barboſ. de Canon. & Dign. cap. 42. num. 3. & num. 15. & ſeq. Rot. dec. 308. n. 9. par. 17. rec. & in Tarraconen. Juriſdictionis ſuper actis 28. Junii 1700. §. Nec prætenſi conſenſus, coram Illuſtriſſ. dell'Olmo, nunc Magn. Mediol. Canc.* prout cumulativè etiam pertinere admi-
niſtrationem Capellarum Cathedralis, dixit *Rot. dec.* 2
453. nu. 4. p. 4. rec. & in ea relata *Frances de Eccleſ. Cath. c. 16. n. 230.*

Qua-

Digitized by Google

Quamobtem fundationes Miſſarum, & Anniverſa-
riorum, de quibus agitur, cum reſpiciant adminiſtra-
tionem, & regimen Eccleſiæ, recipi nequeunt per
Dignitates cum ſolo conſenſu Epiſcopi, & ſine illo
3 ſimultaneo Capituli, nam quoties requiritur conſen-
ſus duorum, ſufficiens non eſt conſenſus unius, ſed
amborum intervenire neceſſe eſt l. per fundum, & l.
ſi unus, & ibi gloſſ. ff. de ſervit. ruſt. præd. gloſſ. in c. cum
omnes, & ibi Abb. n. 5. de conſtit. Federic. de Sen. conſ. 1.
ſub num. 7. verſ. propterea dicit. Vot. 11. num. 21. poſt
Rembold. deciſ. & dec. 986. num. 7. coram Dunoz. Jun.
4 & in ſpecialibus terminis, quòd ſatis non ſit conſen-
ſus Prælati, ſine altero Capituli, in acceptatione fun-
dationum, & Anniverſariorum, attenta cumulativa
adminiſtratione Eccleſiæ, tradit Paſqualig. de Sacr.
Miſſ. tit. 2. quæſt. 1088. num. 6. 7. 8. & reponit in qu.
5 1090. num. 3. in fin. & in ſimili controverſia, exci-
tata per Beneficiatos hujus Eccleſiæ, reſpondit Rota
in Gerunden. Anniverſariorum 29. Novem. 1683. §. Quo
poſito, cor. bon. mem. Urſino, & iterum in alia dec. ſu-
per Remiſſoria, ſub eadem die edita §. Quòd autem,
coram eodem.

Huic juris diſpoſitioni accedit etiam obſervantia,
cum pro parte Capituli exhibeantur innumeræ fun-
dationes, factæ cum ejus conſenſu, ut latè in Sum-
mario num. 5. quæ obſervantia multum efficax eſt ad
6 Jus ipſum ſtabiliendum, & comprobat Juriſdictionem
Capituli in adminiſtratione, & regimine Eccleſiæ, ut
aliàs contra Beneficiatos firmavit Rot. in Gerunden.
Adminiſtrationis dec. 697. n. 7. 6. cor. Merlin.

Abſque eo quòd relevet, quòd adſint aliquæ fun-
dationes, admiſſæ ſine conſenſu Capituli; tum quia
7 non probatur negativa, quòd Capitulum non con-
ſenſerit, ut eſſet juſtificandum; Innoc. in c. ſuper his,
num. 10. & ibi Felin. num. 16. de accuſat. Cavaler. dec.
315. num. 5. & deciſ. 565. num. 3. part. 4. & dec. 184.
n. 42. p. 6. recen.

Tum etiam quia elidere non valent obſervantiam,
jam plenè probatam ex tot fundationibus, & per
longum tempus cum conſenſu Capituli expletia, præ-
ſer im quia illæ potuerunt admitti approbante Capi-
8 tulo, abſque quo conſenſus fuerit in illis adnotatus,
& ſic minùs aptæ ad infringendam obſervantiam,
per ea quæ tradit Dec. conſ. 11. ſub num. 12. verſ. undè
attenditur. Cancer. Var. Reſol. lib. 1. c. 4. n. 123. Rot. de-
ciſ. 279. n. 12. & 13. cor. Rojas & dec. 543. n. 13. coram
Bich. & dec. 764. n. 3. cor. Emerix Jun.

Quod maximè fuit admiſſum, attento quòd aliàs
Rota in deciſ. Gerunden. Anniverſariorum cor. bon. me. Ur-
ſino firmavit, quòd reſpectu fundationum ab imme-
morabili tempore competit Jus Canonicis ſimul cum
9 Epiſcopo, quæ Deciſiones cum emanaverint cum le-
gitimis contradictoribus, quales erant Beneficiati,
qui illis acquieverunt, indubiam reddunt obſervan-
tiam, ac Jus Capituli, ut in propoſito dixit Rota de-
ciſ. 108. ſub num. 9. verſ. idque optimè, coram Carill. &
deciſ. 34. n. 30. & 32. coram Ubago, & afficiunt etiam
10 Dignitates, idem Jus, ac obſervantiam modò impu-
gnantes: Rot. dec. 40. n. fin. coram Ubago, & dec. 52.
n. 13. coram Emerix Sen.

Eoque fortiùs quia in quamplurimis Deciſionibus
11 noſtri Tribunalis fuit idem Jus Capituli canoniza-
tum, & ſignanter in Gerunden. Anniverſariorum ſuper
diſpenſatione pactorum 23. Martii 1699. coram R. P. D.
Priolo, ubi in fine ſic dicitur -- Et totum id, quod
habet ſpeciem Juriſdictionis, & præeminentiæ, ſtat penes
Epiſcopum, & Capitulum, quibus de Jure tributum eſt --
& ſupra in §. 1. quia, pluribus Auctoribus firmave-
rat, quòd Capitulum habeat univerſalem juriſdictio-
nem ſuper rebus Eccleſiæ. Quod etiam firmatum fuit
coram R. P. D. meo Lancetta 9. Junii 1700. in princ. &
poſtea de anno præſenti cor. R. P. D. meo de la Tremo-
ille ut in §. Præterea, cum ſeq.

Id ipſum fuit admiſſum cor. Pamphilio in dec. 421.
12 ubi fuit approbata poſſeſſio Capituli admittendi Be-
neficiatos, & magis ad rem in Gerunden. Anniverſario-
rum de anno 1683. cor. bon. mem. Urſino, in qua ſpe-
cificè fuit dictum, quòd dominium eſt penes Canoni-
cos, ad effectum excludendi fundationes acceptatas
à Beneficiatis, ibi -- quia Beneficiati ipſi dominium non
habent Eccleſiæ Cathedralis, ſicut Canonici -- & concor-

dant etiam tot aliæ Deciſiones coram bon. mem. Eme-
rix, in quibus fuit dictum, Protectorum admiſſionem
faciendam eſſe conjunctim per Epiſcopum, & Capi-
tulum.

Quibus ſtantibus inanis eſt prætenſio, quòd regi-
men, & adminiſtratio Eccleſiæ reſideat penes Epi-
ſcopum tantùm, & non etiam penes Capitulum, dum
in contrarium militat Juris diſpoſitio ſuperiùs inſi-
nuata, longæva obſervantia, & tot Reſolutiones no-
ſtri Tribunalis.

Nullatenus relevante, quòd Eccleſia Gerund. fue-
rit antiquitus Regularis, & poſtea ſecularizata; quo-
niam licèt talis ſecularizatio, de qua tamen non con-
ſtat, operetur, ut Epiſcopus ſuccedat loco Abbatis, 13
in iis, quæ ſpectant ad Juriſdictionem, ſecus eſt in
iis, quæ concernunt adminiſtrationem Eccleſiæ, &
ejus bonorum, quæ ſimul peragi debent cum Capitu-
lo. Rot. deciſ. 373. nu. 2. part. 5. rec. & dec. 1913. n. 1.
coram Coccin. & confert examplum Eccleſiæ Tarra-
conen. quæ fuit olim Regularis, & tamen admini-
ſtratio, & regimen Eccleſiæ ſpectat ad Epiſcopum,
& Capitulum, ut habetur firmatum in Tarraconen.
Juriſdictionis ſuper Edictis 28. Junii 1700. Nec præten-
ſi conſenſus, cor. Illuſtriſſ. dell Olmo Magno Cancellario
Mediolan. & ceſſat difficultas in puncto, attenta ob- 14
ſervantia vigente in Eccleſia Gerunden. in Rota ſæ-
piùs canonizata, ut in ſpecie dictum fuit in Gerun-
den. Adminiſtrationis dec. 547. nu. 6. 7. cor. Merlin. repet.
in rec. dec. 279. p. 7.

Nec adverſantur actus, qui dicunt expleti per E-
piſcopum privativè ad Capitulum, quia reſpiciunt
Juriſdictionalia, non verò adminiſtrationem Eccle-
ſiæ, quam imò ex infinitis actibus oſtenſum fuit per-
tinere, & expletam fuiſſe à Capitulo, & Epiſcopo
ſimul, vel ab Epiſcopo de conſenſu Capituli.

Nec denique obſtare videbatur prætenſio Dignita-
tum, quòd ipſæ valeant de per ſe acceptare funda-
tiones abſque alio conſenſu Capituli, id deducendo
ex eo, quòd ſicuti ipſæ poſſunt proprio Jure cele-
brare Miſſas in Eccleſia Cathedrali, & applicare in
ſatisfactionem Legatorum, ita etiam acceptare fun-
dationes.

Quoniam paritas non benè ſe habet, quia celebra-
tio Miſſæ in eadem Eccleſia, non ſolùm eſt permiſ-
ſa Dignitatibus, & aliis Presbyteris, in ea exiſten-
tibus, ſed etiam cuicumque extern Sacerdoti juxta 15
firmata per Rot. dec. 234. num. 1. 2. part. 14. rec. quod
non ita eſt in fundationibus Miſſarum perpetuarum,
& Anniverſariorum, quarum acceptatio eſt actus Ju-
riſdictionis, & dominii in Eccleſia, quod cum non
ſit penes Dignitates, quæ nec ſunt de Capitulo, ut 16
dixit Rota in alia Gerunden. cor. Cæſar. de Graſſ. deciſ.
4. num. 14. de his quæ fiunt à major. part. Capit. Merl.
dec. 184. n. 10. 11. & 12. nequeunt iſtæ de per ſe ac-
ceptare fundationes, ſed requiritur conſenſus Capi-
tuli, penes quod ſtat dominium, & adminiſtratio
Eccleſiæ, ut in ſimili prætenſione, mota per Bene- 17
ficiatos ejuſdem Eccleſiæ, firmatum fuit in d. Gerund.
Anniverſariorum de anno 1683. cor. bon. mem. Urſino.

Non relevante, quòd fundationes hujuſmodi nul-
lam inferre valent ſervitutem Eccleſiæ, imò per eas
magis augeatur cultus Divinus; quia quicquid ſit de 18
his, non concludunt, quòd non ſit requirendus con-
ſenſus Capituli, ut reſpondit Sacra Congregatio Con-
cilii in Cauſa Sabinen. in oppoſitum allegata, & re-
lata per modernum Firmanum Vot. Deciſ. Canonic. vot.
192. n. 2. & per tot.

Et ita pro confirmatione Sententiæ Rotalis fuit
reſolutum, Partibus informantibus.

R. P. D. SCOTTO.

Gerunden. Anniverſariorum de Guixols.

Lunæ 3. Decembris 1708.

ARGUMENTUM.

Id Eccleſia inſeriori poſſunt fundari Anniverſaria,
atque onera Miſſarum perpetuarum abſque Paro-
chi licentia, cum hujuſmodi legata, nec Curam ani-
marum, nec Parochi Juriſdictionem tangant; re-
quiritur tamen pro ædificatione Eccleſiæ inſerioris
ad præſervanda Jura Parochialia.

SUMMARIUM.

1 *Cuique liberum eſt Anniverſaria, & onera Miſſa-
rum, pro ſpirituali auxilio Deſunctorum relinquere.*
2 *Intra fines Parochiæ exerceri poſſunt, abſque licentia
Parochi, Pia opera, quæ non percutiunt Jura Pa-
rochialia.*
3 *Quæ dicantur percutere Curam animarum, & Pa-
rochi Juriſdictionem, remiſſivè.*
4 *Fundatio Anniverſariorum, vel onera Miſſarum, non
ſunt de Juribus Parochialibus*, & n. 6.
5 *Parocho non debetur Quarta ex legatis factis pro
Anniverſariis, implendis in Eccleſiis inferioribus.*
7 *De Jure requiritur licentia ædificandi inferiorem Ec-
cleſiam ad effectum præſervandi Jura Parochialia.*
8 *Filiatio tanquam odioſa, exigit probationes rigoroſas,
& univocas.*
9 *A diverſis, & ſeparatis, non poteſt fieri illatio.*
10 *Juriſdictio quaſi Epiſcopalis non niſi per privilegium,
vel ex immemorabili conſuetudine acquiri poteſt.*
11 *Sententia lata in Cauſa Status, & in judicatum
tranſacta, pro veritate haberi debet, præſertim ſi
fuerit antiqua.*
12 *Simplex relatio ad Scripturas, & Jura non exhibi-
ta, præſertim ab intereſſe habente enarata, nul-
lum probationis gradum efficit.*

DECISIO XXX.

NImis anguſtam Cultui Divino, ac publicæ pie-
tati exiſtimantes Homines Inſignis Oppidi de
Guixols unicam Eccleſiam Parochialem S. Felicis,
in eodem Oppido exiſtentem, cujus cura penes Ab-
batem pro tempore Ordinis S. Benedicti, ſervitium
verò Chori penes Monachos ejuſdem Ordinis, ac
etiam nonnullos Beneficiatos, diſtinctam Maſſam ha-
bentes, ſeorſim exercetur, de anno 1548. novam
Eccleſiam ſub invocatione Sancti Joannis propriis ſum-
ptibus conſtruxerunt; unde Incolæ loci illius latius
pietatem effundentes, plura in ultimis tabulis Lega-
ta Pia, & Anniverſaria perpetua reliquerunt in præ-
dicta Eccleſia noviter conſtructa, demandando illo-
rum implementum prædictis Beneficiatis Eccleſiæ Pa-
rochialis S.Felicis. Cum autem modernus Abbas præ-
tenſionem excitaverit, quod tam fundatio Anniver-
ſariorum, quàm etiam illorum executio expleri non
poſſet ſine illius licentia per Beneficiatos, ac proindè
controverſiam hanc vigore ſpecialis commiſſionis mi-
bi delegari obtinuerit, propoſui Dubium utriuſque
pretenſionis complexivum, videlicet -- *An homines S.
Felicis de Guixols poſſint fundare Anniverſaria, & one-
ra Miſſarum perpetuarum in Eccleſia S. Joannis implen-
da per Beneficiatos Parochialis Eccleſiæ S. Felicis de Gui-
xols ſine conſenſu Abbatis S. Benedicti* -- quod fuit *affir-
mativè in omnibus* in hodierna Audientia reſolutum.
Quo enim ad Anniverſaria reſolutionis motivum
deſumpſerunt DD. à libertate cuilibet pio Fundato-
ri attributa legandi, vel relinquendi Anniverſaria,
& onera Miſſarum in qualibet Eccleſia ſibi benevi-
1 ſa, ut ſpirituale auxilium Defunctis exhibeatur,
quæ quidem libertas nullibi à Sacris Canonibus le-
gitur Impedita, quinimò expreſsè permittitur, &
commendatur *in c. final. de Teſtamentis, Lara de Anni-
verſariis c. 25. n. 54. & 56. lib. 1.* & meliùs *lib. 2. c.
1. n. 13.* cum aliis per eum adductis.

Neque aſſumptum Abbatis juvari potuit ex eo,
quod ipſe ſit Rector, ac Parochus totius Loci de
Guixols, indè inferendo, quod intra limites propriæ
Parochiæ pium opus expleri non poſſet ſine illius li-
centia; Etenim tunc ſolùm illatio procederet, ubi
ageretur de illis piis operibus directè percutientibus
Parochialia Jura, ſed cum hic ſermo eſſet de pio ope-
re explendo in Eccleſia inferiori independenter à Ju- 2
ribus Parochialibus, nulla ratio ſuberat, quod Ab-
bas poteſtatem Rectoris, ſibi tantùm attributam in
iis, quæ concernunt Curam animarum, ulteriùs ex-
tenderet etiam ad actus indifferentes, ac poſitos ex-
tra ſpheram ſuæ Juriſdictionis, ſicuti contra Paro-
chum reſpondit *Fagnan. in c. ad audientiam n. 10. de
Eccleſ. ædifican. Card. de Luca de Parochis diſc. 31. n. 4.
& ſeqq. Ricc. Collect. deciſ. 124. n. 6. & ſeqq.*
Ad dignoſcendum autem, quod actus, de quibus
præinſertum Dubium loquebatur, Parochialia Jura
non tangerent, normam præbuit magiſtralis *gloſſ. in* 3
cap. quia ex eo, V. Juribus Parochialibus in 6. ubi dili-
genter enumerantur omnia ea, quæ Curam anima-
rum, ac Rectoris Juriſdictionem percutiunt, & ta-
men ibi neque expreſsè, neque illativè continentur,
vel fundatio Anniverſariorum, vel onera Miſſarum, 4
ut præcisè argumentando à partium enumeratione do-
cuit *Abb. in Rubrica de Parochis nu. 2. Card. de Luca
de Paroch. d. diſc. 31. num. final.* & latè expendit *Rot.
dec. 289. num. 10. cor. Coccin. repetit. dec. 252. n. 22. &
23. part. 5. rec.*
Imò cum de tempore, quo æternæ memoriæ Gre-
gorius IX. univerſalis Eccleſiæ gubernio reſidebat,
nonnulli Rectores Eccleſiarum, Apoſtolicæ Sedis ora-
culum adeundo, petiiſſent declarari, an ipſis debe-
retur Quarta Canonica ex Legatis factis pro Anni-
verſariis in Eccleſiis inferioribus, reſponſum fuit: 5
Quartam non deberi, ut ſcriptum habetur *in d. cap.
final. de Teſtamentis*, & conſonat *Text. in cap. ex par-
te, de verbor. ſignificat.* Undè ducto indè argumento
inevitabilis erat illatio, quòd eorundem Anniverſa- 6
riorum fundatio Rectoris auctoritatem ex ipſo Apo-
ſtolicæ Sedis decreto non tangebat, ut, examinan-
do *Textum* prædictum, ſcripſit *Gonzalez Tellez nu. fin.
Lara de Anniverſariis cap. 25. num. 54. & 56. §. Sed
quamvis.*
Quod autem à Jure ſavore Abbatia haberi non po-
tuit, neque ex facto depromi viſum fuit, quamvis
enim ipſe conaretur oſtendere, quod Eccleſia S. Joan-
nis eſſet filialis alterius Eccleſiæ S. Felicis, ex qua-
dam Sententia lata anno 1678. ubi enunciatur, quòd
conſtructio Eccleſiæ controverſæ ſecuta fuerit de li-
centia Abbatis, eidemque conſignatæ extiterint cla-
vea ejuſdem Eccleſiæ, nihilominùs conſignatio cla-
vium ex eadem Sententia legitur facta per modum
proviſionis, ac deindè revocata, *Summario Univerſita-
tis num. 7.* ex ſola licentia ædificandi, aliàs de Jure
neceſſaria ad effectum præſervandi Jura Parochialia, 7
ut in dicta Sententia, & etiam tradit *Tondut. reſol.
Benef. part. 1. cap. 53. num. 17. & 18.* non infertur ad
filiationem, quæ tanquam odioſa ſubjectio exigit ri-
goroſas, & univocas probationes, ut dixit *Card. de* 8
Luca de Parochis diſc. 40. n. 12. cum ibi relatis.
Neque attendi poſſe viſum fuit, quòd Abbas con-
ſenſum interpoſuerit in nonnullis fundationibus An-
niverſariorum; quia cum illa fuerint erecta in Ec-
cleſia Monaſteriali Sancti Felicis, & legata ulterius
legarentur Monachis ejuſdem Eccleſiæ, neceſſaria
erat quidem in illis licentia Abbatis, tanquam Su-
perioris Regularis, ſed neutiquam indè inferri va-
let, quod eadem licentia requiratur in alia diſtincta
Eccleſia Sancti Joannis, quæ ab Abbate nullam ha-
bet dependentiam, cum à diverſis, & ſeparatis fieri 9
non poſſit illatio *leg. ſi ex plagis §. In Clivio ff. ad le-
gem Aquiliam, Rota in Avenionen. ſeu Carpentoraten. Fi-
deicommiſſi de Tertullis 2. Julii 1706. §. In nihilo, in
fin. coram R. P. D. meo Lancetta.*
Debiliori fundamento nitebatur Abbas in ea par-
te, in qua pretendebat ſibi ſubjicere Beneficiatos,
ad dictorum Anniverſariorum onera explerent, licet
enim Beneficiati prædicti inſerviant Eccleſiæ Mona-
ſteriali in iis, quæ reſpiciunt Chorum, & Divina
Officia, attamen cum locus de Guixols ſit poſitus
in

in Diœceſi Gerunden. & extra controverſium ſubſit pleno Jure Reverendiſſimo Epiſcopo, ut ex Viſitationibus factis in eadem Eccleſia S. Joannis *Summ. Univerſitatis num. 5.* regula Abbati reſiſtit; cum omnes Presbyteri inibi exiſtentes Ordinariæ tantum Juriſdictioni ſint ſubjecti, ac proindè non poterat ipſe, evertendo ordinem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, quidquam Juriſdictionis in ipſos ſibi arrogare, gerendo figuram Prælati inferioris, & poteſtatem quaſi Epiſcopalem habentis, quæ nonniſi per ampliſſimum Privilegium Apoſtolicum, vel ex immemorabili conſuetudine poteſt acquiri,
10 *Gloſſ. in c. 1. de præſcriptionibus Card. de Luc. de Juriſdict. diſc. 1. n. 11. & 18. Rot. dec. 338. n. 11. cor. Priol. dec. 304. n. 7. p. 11. recent. & in Gerund. Juriſdictionis ſuper Bono Jure 5. Martii 1662. coram Reverendiſſimo D. meo Decano.*

Reſiſtente potiſſimùm Sententia lata per Vicarium Generalem Gerunden. in contradictorio Judicio uſque ab anno 1626. qua pronunciatum fuit, Abbatem nullam prorſus Juriſdictionem habere in Beneficiatos, Horas Canonicas recitantes in Eccleſia Parochiali S. Felicis, ſed illos pleno jure ſubeſſe Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi Gerunden. *Summario Univerſitatis n. 12.* quæ quidem ſententia, tanquam lata in cauſa ſtatus, & in judicatum tranſacta, pro veritate haberi debet ubi præſertim, ut hic, antiquitatis præſidium obtinuit *leg. res judicata ff. de regulis Juris, & leg. ingenuum ff. de ſtatu hominum. Rot. coram Emerix deciſ. 461. n. 4. & cor. Bich. dec. 312. n. 14. & deciſ. 104. num. 8. part. 19. rec.*

Abſque eo quòd ſubjectionem Beneficiatorum ſuadere potuerit quædam in formis atteſtatio Notarii, aſſerentis, quòd in quodam Juridico Manifeſto, publicato ad inſtantiam Abbatis uſque de anno 1671. ipſe Abbas probare conabatur ex quibuſdam Apoſtolicis Conſtitutionibus, quòd Beneficiati tenerentur ei obedire, ac ſubeſſe, præſertim in concernentibus Chori ſervitium, quia cum hæc eſſet ſimplex relatio ad Scripturas, & Jura, quæ non exhibentur, &
12 ulteriùs ab eodem Abbate exarata, nullum gradum probationis conſtituere potuit ad ipſius favorem, *Rota coram Buratt. deciſ. 754. num. 3. & in Ferrar. Decimarum 25. Junii 1703. §. Quantum, cor. Reverendiſſ. D. meo Decano.*

Et demum reſolutioni obſtaculum præbere non valuit decantatum præjudicium ſervitii Eccleſiæ Parochialis, cui incumbere non poſſe Beneficiatos, Miſſas pro Anniverſariis celebrantes, contendebat Abbas; quoniam neque hoc legitimè juſtificatum apparuit, & ulteriùs erat inſpectio extranea prorſus à præſenti controverſia, cum ſatis abundanter per punctaturas, vel aliis opportunis remediis huic præjudicio in Jure conſultum remaneat, & conveniebant etiam Scribentes pro Univerſitate, quòd implementum Anniverſariorum obeſſe non deberet ſervitio Eccleſiæ Parochialis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Giennen. Juris mutandi.

Ven. 20. Februarii 1699.

ARGUMENTUM.

Volens Epiſcopus Giennen. uti facultate, ſibi competente, mutandi Canonicos, Dignitates, beneficiatos, ac Portionarios à Cathedrali Giennen. ad alteram Baecen. æquè principaliter unitas, tam vigore d. unionis, quàm conſuetudinis immemorabilis, & demum rei judicatæ, non tenetur cauſam exprimere hujuſcemodi mutationis, vel ſaltem ſufficit congruentia ſervitii Dei, bonique regiminis dd. Eccleſiarum; non præcluſa tamen via recurrendi ad legitimos Superiores, ipſamque S. Rotam, quoties daretur caſus injuſtæ, & valdè præjudicialis mutationis, ſed quoad effectum tantùm devolutivum, non ſuſpenſivum.

SUMMARIUM.

1 *Cathedrales Eccleſiæ Giennen. & Baecen. ratione antiquiſſimæ unionis, faciunt unum, & idem Corpus formale, regendum, ac gubernandum ab eodem Capite, hoc eſt Epiſcopo.*
2 *Habens pro ſe immemorabilem, poteſt illam adducere per viam, tam obſervantiæ præſcriptivæ, quàm interpretativæ.*
3 *Imò valet allegare meliorem titulum de mundo.*
4 *Res judicata facit de albo nigrum, & æquipollet cuicumque privilegio, pactioni, vel inſtrumento.*
5 *Epiſcopus in rebus gravibus Eccleſiæ adhibere ſolet, & debet conſilium, vel conſenſum Capituli.*
6 *Quando agitur de deſtitutione, non poteſt ad eam devenire abſque expreſſione, & concurſu legitimæ cauſæ.*
7 *Omnia Jura, præſertim Eccleſiaſtica, exigunt, ut quantum fieri, poteſt, honori, ac famæ proximi conſulatur.*
8 *Lex non tangit præterita, ſed reſpicit tantum futura.*
9 *Dictio* liberè *omnem ſervitutem includit, atque ligamen.*
10 *Et ſuapte natura præſefert idem, ac ſi diceretur ſi*ne cauſa, *ſive* ad nutum, & ad libitum.
11 *Qui habet facultatem aliquid liberè faciendi, exuberanter dicitur exprimere cauſam, adducendo ſervitium Dei, bonumque Eccleſiæ regimen.*
12 *Et maximè accedente obſervantia.*
13 *Acta, per Capitulum expleta in Sede vacante, ipſi Epiſcopo, ejuſque Dignitati non præjudicant.*
14 *Qui habet regulam pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam.*
15 *Validum eſt quod fit à majori parte Capituli, apud quam reſidet poteſtas totius Capituli.*
16 *Scandala paſſiva, gratiſque ſuſcepta, merentur omninò contemni.*
17 *Quandoque intereſt, ut Superior non cogatur cauſam punitionis exprimere, quam ſatius eſt aliis non innoteſcere.*
18 *In rebus concernentibus ſervitium Dei, bonumque regimen Eccleſiæ, & animarum, non eſt locus recurſus in ſuſpenſivo, ſed tantùm in devolutivo.*
19 *Maximè in Commiſſionibus Cauſarum, ubi apponi ſolet clauſula* non retardata.
20 *Diſcretè, & prudentialiter ſe gerere debent Epiſcopi in iis, quæ eis committuntur à SS. Pontificibus cum clauſula* conſcientiam tuam oneramus.

DECISIO XXXI.

ÆGreferentibus Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Giennen. liberam, & abſolutam facultatem, quam Epiſcopus, & ex cauſa antiquiſſimæ unionis, æquè principaliter factæ, etiam circa bona, cum Cathedrali Baecen. & ex vi immemorabilis conſuetudinis, ac denique mediante re judicata ſub ſeculo præcedenti in noſtro Auditorio, ſibi conſtanter aſſeruerat, mutandi ſcilicet, transferendique ad reſidendum Canonicos, aliaſque Dignitates, Beneficiatos, ac Portionarios à præcitata Cathedrali Giennen. ad alteram Baecen. Sacra Congregatio Eminentiſs. Interpretum Concilii Tridentini, ad quam idem Capitulum, Canonici, Dignitates, cæterique recurſum habuerant pro extorquenda inhibitione contra ipſum Epiſcopum, nè poſſet ita liberè, & abſque ullius cauſæ expreſſione decernere hujuſmodi mutationes, reſpuit annuere precibus Supplicantium, illoſque remittere dignata eſt ad noſtrum Tribunal, coram quo hujuſmodi pervetuſta Cauſa pendebat; Quapropter reaſſumpta eadem Inſtantia coram bon. mem. Urſino, & accepto per capitulum reſponſo *Non eſſe inhibendum*, fermè in continenti ſategit, ſaltem in devolutivo, per Me proponi Dubium: *An, & qua de cauſa Epiſcopus poſſit mutare de una Eccleſia ad aliam*, ſed perperam, & inutiliter, quia Domini aſſueta ponderatione dijudicantes vetera, & nova fundamenta, firmiter etiam in hoc Judicio reſponderunt, *Epiſcopum mutare poſſe abſque expreſſione cauſa.*

Impu-

Impulit enim Dominos ad ita reſolvendum eademmet Hiſtoria tranſlationis, & reſpectivè unionis de una, & altera Cathedrali, pleniùs recenſita in Deciſione bon. mem. Urſini ſub die 21. Februarii ſuperioris anni ſub initio; cum enim per hujuſmodi unionem ambæ Cathedrales effectæ fuerint unum, & idem Corpus formale, licèt in ſe materialiter diviſæ, itaut Canonici, Dignitates, aliique Præbendati unius Eccleſiæ forent quoque tales in alia, iſtudque Corpus formale regeretur ab eodem Capite, ſive Epiſcopo, conſequens proindè erat, quòd ſolicitudini ejuſdem Epiſcopi, ejuſque Paſtorali vigilantiæ ſuperincumbetet, diſtribuere Dignitates, & Canonicos, alioſque Præbendatos, vel ad ſervitium unius, vel alterius Eccleſiæ, quemadmodum exegiſſet Cultus Divinus, & ſalus, ac ædificatio Populorum, prout id ipſum practicare ratinnabiliter ſolent etiam Præfecti Militiis prophanis, qui hunc, vel illum Ducem, hunc, vel illum Militem transferunt, remittunt, ac revocant ab hoc, vel illo loco, ab hac, vel illa Cuſtodia, ea ratione, quia nimirum unus eſt Exercitus, una eſt Præfectura: & de facto perſpecta quid-
1 ditate hujus fortaſſe peculiaris unionis, poſt examinatam in genere materiam, ſic in individuo utriuſque Eccleſiæ Giennen. & Baecen. teſtatur *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. ex num. 131.* & ſignanter *num. 141.*

Suaſit etiam hoc ipſum pediſſequa hujus rationis, & peculiaris, ut diximus, unionis, ſubſecuta conſuetudo immemorabilis, optimè comprobata ex Parte Epiſcopi per Teſtes, benè deponentes, conſueviſſe Epiſcopos liberè ſemper, & abſque ulla expreſſione cauſæ, transferre, & mutare Canonicos, cæteroſque ab una ad alteram Eccleſiam, *Summario Epiſcopi n. 9.* non ſolùm etenim, ſtante hac immemorabili conſuetudine, videbatur, Epiſcopum poſſe illam adducere per viam obſervantiæ interprætativæ, vel
2 præſcriptivæ, juxta duplicem, ac regularem effectum, quem operari ſolet conſuetudo, & obſervantia, ex deductis per *Card. de Luca de Præeminent. diſc. 22. num. 4. & de Regular. diſc. 25. num. 6. Panimoll. deciſ. 26. annot. 1. n. 60. & ſeqq.* verùm quatenus opor-
3 tuiſſet, & non concurreret ratio quidditativa particularis unionis, & res judicata Rotalis, ut infra, eadem immemorabilis conſuetudo valuiſſet præbere titulum Epiſcopo, quem nuncupant meliorem de mundo, ut benè in his præciſis terminis notat *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 41. dub. 12. in fin. verſ. ſecundò*, & generaliter dicunt *Sperell. deciſ. 37. n. 13. cum duobus ſeqq. Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 32. n. 2. & 4. & de Canonic. diſp. 11. n. 6. Rot. deciſ. 22. n. 4. p. 8. rec. deciſ. 320. n. 2. part. 16. & deciſ. 671. n. 16. p. 18. & in Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Ex diſpoſitione, coram R. P. D. meo Pio.*

Efficaciùs autem concurrente, ut mox enunciavimus, antiqua re judicata noſtri Auditorii per tres ſententias uniformes, coram *Suavio*, *Accorambono*, & *Sanctacruce* promulgatas, & per quas explicitè definiebatur, poſſe Epiſcopum *liberè* mutare Canonicos, Dignitates, alioſque ab una ad alteram Eccleſiam, hujuſmodi etenim res judicata, cum ſucceſſiva expeditione Literarum Executorialium, abſque ulla ſuperveniencia reſtitutionis in integrum, vel alteriùs diſputationis, pluſquam idonea de per ſe erat ad ſta-
4 biliendam in Epiſcopo hanc indiſtinctam, & abſolutam poteſtatem mutandi, cum res judicata *ex vulg.* faciat de albo nigrum, & æquipolleat cuicumque privilegio, pactioni, vel inſtrumento, ut ait *Felin. in c. quoniam contra, num. 31. de probat. Surd. conſ. 61. nu. 2. cum duobus ſeqq. Rot. coram Pamphil. deciſ. 218. num. 1. ibique Adden. n. 6. & coram Priol. dec. 414. nu. 5. 6. & 7. & in Compoſtellana Beneficiorum 11. Decembris 1697. §. Quod autem, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano.*

Non poterat Capitulum elidere tam ſolida fundamenta, & præcipuè poſtremum rei judicatæ Rotalis, ideoque contendebat in hodierna reſtauratione Judicii triplici ſuniculo inniti. Primò etenim adducebat, quòd eadem res judicata, & conſecutivæ Executoriales, non dicebant expreſsè, quòd Epiſcopus valeret mutare ſine expreſſione cauſæ, ſed ſolùm *abſque conſenſu Capituli*, quòdque proindè eam dictio *liberè* poterat compati, ſi non cum intellectu Juris,
juxta quem Epiſcopus in rebus gravibus Eccleſiæ ad- 5
hibere ſolet, & debet conſilium, vel conſenſum Capituli, ad *Text. in c. 1. de exceſſ. Prælator. Fagnan. in c. ad abolendam, n. 12. de hæretic. Oliv. de For. Eccleſ. p. 2.*
q. 43. n. 79. Adhuc in omnem caſum, cum hæc mu- 6
tatio ſonaret in quandam ſpeciem deſtitutionis, ſaltem non poterat idem Epiſcopus ad illam devenire ſine expreſſione, & concurſu legitimæ cauſæ, juxta *Text. in cap. conquerente, de reſtit. ſpoliat.* ibique præ cæteris *Fagnan. n. 2. Rot. dec. 31. n. 9. p. 15. rec.*

Secundus ſuniculus, ſive exceptio, radicabatur in æquitativa ratione ſcandali evitandi, non minùs activè, quàm paſſivè; poterant namque activè (etſi non hodiernus religioſiſſimus Epiſcopus) illius tamen Succeſſores, ad ſuggeſtionem Officialium, vel ex aliqua alia humana fragilitate, irrationabiliter moveri contra particulares perſonas Canonicorum, Dignitatum, aut aliorum, ad illas transferendas per ſpeciem cujuſdam relegationis, in contingentia caſuum injuſtæ, & reſpectivè poterant Populi, & Homines, degentes ſub utraque, vel alterutra Cathedrali, ſcandalum paſſivè concipere, ſupponendo, quòd ob aliquod crimen demandarentur ab Epiſcopo hæ translationes, ſive relegationes, quotieſcumque idem Epiſcopus cauſam mutandi non exponebat, quando tamen omnia Jura, præſertim Eccleſiaſtica,
ſemper exigunt, ut quantum fieri poteſt, honori, 7
ac famæ proximi conſulatur, ut monet D. *Auguſtin. in Serm. de comm. vit. Cleric.* relat. *in can. nolo, ut aliquis 10. cauſ. 12. q. 1.* & concordat *Alexan. III. in c. cum teneamur 6. de præben. & dignit. Epiſc. Marant. reſp. 1. n. 16. p. 3.*

Tertio tandem loco proponebatur ſubſidiarium temperamentum, aliàs adhibitum à tunc temporis Epiſcopo de anno 1603. nimirum, quòd in ſua reſidentia Giennen. fixè remanentibus actu Canonicis, Dignitatibus, ac Præbendatis, in poſterum, ac deinceps Juri mutandi dumtaxat ſubjacerent ab indè citra providendi de aliqua Dignitate, Canonicatu, vel Præbenda, quia ſic nulla fieret injuria præſentibus, nullaque injuria futuris, qui hanc legem per voluntariam Præbendarum acceptationem ſponte ſubjiſ-
ſent, quod & eſt de mente cujuslibet Legiſlatoris, 8
& Legis, ut ex hac ipſa ratione non tangant præterita, ſed tantummodò reſpiciant ad futura, ſicuti per *Text. in l. jubemus §. Quæ in poſterum C. de teſtam. & in l. meminimus in fin. Cod. de legit. hæred.* cum reliquis concordantibus, dictum nuperrimè fuit *in Romana, ſeu Firmana ſucceſſionis 10. Decembris præterlapſi §. Nihil efficiente, coram Me.*

Verùm neque primus ſuniculus, ſive exceptio, concernens juſtitiam, neque ſecundus, neque tertius, reſpicientes potiùs quandam epichejam, & æquitatem, quàm Juris cenſuram, potuit removere Dominos à præcitata reſolutione: Quatenùs enim pertinebat ad primum, fundatum ſuper interpretatione dictionis *liberè*, jam ipſa natura unionis peculiariter factæ, ut præmiſimus, jam ipſa conſuetudo immemorabilis, exuberantem tribuere poterat intellectum, & interpretationem pro omnimoda libertate, & abſoluta poteſtate Epiſcopi: ſed hoc ipſum per neceſſe in hypotheſi præſeferebat ſuperadditio hujuſcemodi dictionis *liberè*, ſuffeciſſet enim ſimpliciter reſpondere, ſive definire in ſententiis, quòd Epiſcopus poſſet mutare Canonicos, & alios, de una Eccleſia ad aliam, quoties pati deberet poſſibilem, & à Capitulo exoptatam ſervitutem exprimendi rationem, & cauſam; mutatio quippe, ſive tranſlatio, jam neceſſaria erat, nè alterutrius Eccleſiæ ſervitium dereretur, proindeque dum Sententiæ, & Executoriales addiderunt dictionem *liberè*, profectò intellexerunt ad normam intrinſecam unionis, & conſuetudinis, mutationem fieri poſſe abſque expreſſiona cauſæ, maximè quia
& id de Jure (niſi ſubjecta materia aliud expoſcat) 9
importat dictio *liberè* omnem ſervitutem, omne ligamen excludens, per *Text. in cap. quamvis, de procur. in 6. Bald. in cap. 1. nu. 6. de reſcript. Menoch. conſil. 640. num. 4. & de Præſumpt. lib. 4. præſ. 188. n. 7. & 8. Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ. 45. n. 11. &*

gloſſ.

Digitized by Google

gloſſ. 53. ex num. 2. cum pluribus ſeqq. & præcipuè *nu. 15. Fagnan. in cap. ſtatuimus n. 3. de Regular.* quodque eadem
10 dictio *liberè* ſuaptè natura præſeferat idem, ac ſi diceretur *ſine cauſa ſive ad nutum, & ad libitum*, prænotavere *idem Fagnan. in cap. cum ad Monaſterium, n. 34. de ſtat. Monach. Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 111. verſ. non enim. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. diſp. 9. quæſt. 14. num. u. verſ. non poteſt autem.*

Potiſſimè, & citra hæſitationem, dum reſpectu memoratæ expreſſionis, cauſæ, quæ profectò aſperam ſervitutem libertati contrariam iojiceret, ſuffecit, ac ſufficere palàm debebat Capitulo, Caoooicis, aliiſque, illa expreſſio honorabilis, & æquipolleos, ſemper facta in hujuſmodi mutationibus, poſt Rotalia judicata ſubſecutis, nempè *quia ſic congrueret ſervitio Dei, bonoque regimini dictarum Eccleſiarum*, vigore namque hujuſce expreſſionis, & reſpectivæ obſervantiæ, relativæ ad Judicata noſtri Tribunalis, ut ibi — *in proſecutionem Juris, & poſſeſſionis, Literarumque Executorialium, quas habemus liberè mutandi, Summario Epiſcop. num. 14. & ſeqq.* abundè non ſolùm temperata, ſed ulteriùs explanata magis remanebat interpretatio
11 præſatæ dictionis *liberè*, ſcilicet, ut exuberaret exprimere cauſam ſervitii Dei, bonique regiminis Eccleſiarum, ex collectis per *Amat. Panorm. reſol. 42. nu. 8. p. 1, Spad. conſ. 74. n. 37. lib. 1. Adden. ad Gregor. dec. 184. n. 8. verſ. advertendum Rot. coram Bich. deciſ. 316. nu. 6. & 7. & in recent. dec. 520. n. 8. p. 13. & dec. 696. n. 11. p. 18.* & in individuo de obſervantia circa Jus
12 aliquid faciendi abſque alia præciſæ cauſæ expreſſione, quàm generici motivi ſervitii Dei, vel propriæ conſcientiæ, *eadem Rota in Derthuſen. Juriſdictionis 30. Aprilis 1694. §. Quibus non deficit, coram R. P. D. meo Caprara.*

Parumque in conflictu talium fundamentorum recenſeri merebantur nonnullæ mutationes, & tranſlationes, quas per Capitulum in hodierna Audientia aſſerebatur fuiſſe factas, & veſtitas cum ſua cauſa; Quia oculis Dominorum manifeſtè eluxit, has cauſæ expreſſiones emaoaſſe de tempore, quo Sedes vacabat Epiſcopalis, quapropter clarum efficiebatur, expreſſionem hanc potiùs eſſe retorquibilem, quia Capitulum, & Caoonici, detrectantes in Epiſcopo debitam, & abſolutam poteſtatem, captabant occaſionem Eccleſiæ viduatæ, ad confundendum, ſive decolorandum ſtatum libertatis, qua potiebatur Epiſcopus, ſed quando eadem Eccleſia, ſive Eccleſiæ ſic unitæ proprium Sponſum recipiebant, adhibita ſemper fuit præſata formula *in proſecutionem juris, & poſſeſſionis, literarumque Executorialium, quas habemus, liberè mutandi*, & ſic ultra vulgare argumentum, quod deſumitur à diſcretiva, per *Tex. in l. unic. §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* non poterant acta,
13 per Capitulum expleta in Sede vacante, ipſi Epiſcopo, ejuſque Dignitati præjudicare, ſecundum paſſim obſervata per *Text. in cap. 1. nè Sede vacan.* ſignanter *in Compoſtellana Parochialis 8. Junii 1696. §. Nullitas autem, coram Reverendiſſimo D. meo Decano, & in Gerunden. Beneficii 10. Decembris ejuſdem anni §. Et demum, confirmata 26. Aprilis 1697. §. fin. coram R. P. D. meo Priolo.*

Eoque maximè, dum idem Capitulum, quod ſecuodum temporum varietatem conſtitui ſolet à diverſis ingeniis, & ſpiritibus, uſque de anno 1642. per poſitivam reſolutionem recedens ab omnibus appellationibus, & recurſibus, confeſſum ingenuè fuit, quòd DD. *Prælati Giennenſes, tam ex Executorialibus, quam ex conſuetudine immemorabili, habent Jus liberè mutandi, & per tempus eorum voluntatis, Dignitates, Canonicos, & Portionarios huius S. Eccleſiæ Gienen. ad illam de Baeca, & ex Baeca ad illam Giennenſem, abſque aliqua limitatione*; quamobrem dum Capitulum, tunc emiſit illa verba, *abſque aliqua limitatione*, vanum eſt dicere, quòd poſtea deberet hæc libertas limitari, ſive reſolvi in oppoſitum ligamen, videlicet ſi, & quatenùs cauſam exprimerent Prælati, excluſa nam-
14 que limitatione, regula, quæ erat pro libertate, ſemper ſubſiſtit, & ſubſiſtit pro eadem libertate manutenenda, juxta vulgare axioma, de quo *Dec. in l. 1. n. 8. ff. de regul. Jur. Alex. conſ. 59. n. 4. cum duob. ſeqq. lib. 4. Card. de Luca de Præem. diſc. 13. n. 10. Rot. deciſ. 406. n. 6. coram Priolo.* Impugnatio autem ad hanc Capitularem reſolutionem, de eo tempore facta per Decanum, & nonnullos Canonicos (ſicuti contendebaot hodie ſcribentes pro Capitulo) viſa penitus eſt irrelevaos, nedum ex poſteriori pacifica acquieſceotia, ſed etiam quia major pars, apud quam reſidet poteſtas totius Capituli, de præſato tempore 15
conſentiit, & devenit ad illam reſolutionem, quod utique ſuperabuodat, ex *rubr. decret. de his, quæ fiunt à major. part. Capit. Barboſ. de Canon. & Dignit. c. 38. n. 3. Monet. de Commut. ultim. volunt. c. 7. nu. 399. Cencop. Lucubr. Canon. lib. 4. n. 61.*

Deſcendentes autem Domini ad rimationem ſecundæ exceptionis, ſive funiculi circa ſcandalum, potiùs arbitrati ſunt, providè, & ſalubriter fuiſſe proviſum per Antiſtites harum Cathedralium, exponentes, ut ſupra, *cauſam ſervitii Dei, & boni Regiminis Eccleſiarum*, ex ineluctabili dilemmate, quòd, vel ex natura unionis, & nè ſervitium Dei deſereretur in Eccleſia Baeceo. ſincerè fiebat hæc mutatio, & quæ major honeſta cauſa apud populum, & cives, quàm ut Epiſcopus invigilet ſervitio Dei, & bono Regimini Eccleſiarum, ſibi à ſummo Deo, & Sede Apoſtolica collatarum, itaut ſi ſcandalum ab hac expreſ-
ſione ſuboriri poſſet, recenſeri mereretur inter ſcao- 16
dala Phariſaica, quæ dicuotur per Theologos ſcandala paſſiva, gratiſque ſuſcepta, quæve merentur omninò contemni, ex *D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 1. in reſpon. ad 4. S. Joann. à Capiſtrano in c. manifeſta, de pænit. & remiſſ. nu. 21. cum ſeqq.* & ſignanter *nu. 24. inter Repet. Canon. tom. 4. fol. 831. Layman. Theol. moral. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. u. & num. 8. Dian. Oper. moral. part. 5. tr. 7. reſol. 1. per tot.*

Vel in rei veritate aliqua ſuberat, vel ſubeſſe poteſt cauſa criminis occulti, & ob quam Epiſcopus ſubcenſeat adhibere medicamen cum loci mutatione, tuncque melius eſt, nè Epiſcopus cauſam exprimat, ſed illam prudenter diſſimulet, hæc etenim vera eſt correctio paterna, ſeu fraterna *inter te, & ipſum ſolum*, videlicèt, ut exprimendo cauſam ſervitii Dei, & boni Regiminis Eccleſiarum, Epiſcopus, loco deveniendi ad conteſtationem, proceſſum, & carcera-
tiones, blandè, & laudabiliter amoveat amovendos, 17
ut enim inquit *Lotther. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 33. nu. 38.* intereſt cauſam reticere, *nè forte Superior cogatur eam exprimere, quam non expedit aliis innoteſcere*, & concordat *Card. de Luca de Regular. diſc. 15. num. 9.*

Quòd ſi forſan in fortuitis reſpectu noſtri rerum viciſſitudinibus, in poſterum aliquando accidens præbebit, ſive præbeat, quòd, vel ex prædicta mala ſuggeſtione Officialium, vel ex alia miſerabili hominum infirmitate cootingeret, quandoque minus juſtè per Epiſcopum amoveri, cum notabili earum præjudicio, Dignitates, Canonicos, aut alios Præbendatos ab Eccleſia Gienoen. & cogi ad reſidendum in altera Baecen. Domini etiam hoc providè expendentes, mihi formiter injunxere, ut apertè declararem, quod per hanc Tribunalis noſtri reſolutionem non intendebaot præcludere viam gravatis, quominus in concreto hujus, vel alterius caſus, recurrerent ad legitimos Superiores, ipſamque Sacram Rotam, ſed tamen eo modo, quem ſæpiùs practicavere Patres Oecumenici Coocilii Tridentini, & practicant in dies Tribunalia, nempè, ut hujuſmodi recurſus audiretur, & quatenùs opus eſſet exaudiretur in Judicio dumtaxat devolutivo, non retardata interim paritione mandatis E-
piſcopalibus, reſidentiam in Eccleſia Baecen. injun- 18
gentibus, ut appoſitè in ſimilibus, concernentibus ſervitium Dei, bonumque regimen Eccleſiarum, & animarum, videre eſt *in ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. ſeſſ.*
24. c. 10. & cap. 18. & alibi, & patet ex ipſa clauſu- 19
la *non retardata*, paſſim apponi conſueta in Commiſſionibus Cauſarum, ut penes *Barboſ. clauſ. 159. cum trib. ſeqq.* & frequenter apud alios.

Temperamentum denique laudabiliter fortaſſe tunc adhibitum ab Epiſcopo de prædicto anno 1603. & nunc oblatum à Capitulo, & Canooicis, de obſtringendis dumtaxat futuris Canonicis, & Præbendatis, Dominis io præſenti rerum ſerie non placuit, ne-

dum

dum propter juſtitiam, quæ contrarium ex triplici fundameoto, de quo ſuperiùs, ſtrictè exigebat, ſed etiam quia molliendo (ſi liceret) terminos juſtitiæ, cum hodie Eccleſia Baecen. antiquior, & per vetuſtior, de facto deſerta, & derelicta remanſerit, ita ut lugeant viæ Sion, quia parvuli petebant Panem, & non erat, neque eſt, qui frangeret eis, utique non putarunt occurri poſſe actuali defectui cum temperamentis, & medicamioibus futuris, ut enim dicebat ille *dum Romæ conſulitur, Saguntum expugnatur*, & proindè innixi rationi, conſuetudini, rebuſque judicatis,
30 ſalva prædicta facultate recurrendi in Cauſis particularibus, & in Judicio ſolùm devolutivo, totum de cætero remiſerunt conſcientiæ Epiſcopi, qui authoritate ſua, & liberrate ſibi de Jure, & per tramites judiciales vindicata, diſcretè, & prudenrialiter utatur, ſicuti demandare, & præcavere etiam ſolent Summi Pontifices, mediante illa familiari clauſula -- *conſcientiam tuam oneramus*, de qua ſimili videre eſt *in Clem. 1. §. Præcipimus autem, de jurepatr. Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. p. 1. tit. de Commiſſ. Appell. in Rom. Curia n. 74. & ſeqq. & n. 78. cum duob. ſeqq. Monet. de Commut. ultim. volunt. c. 7. num. 146. Solorzan. de Jur. Indiar. tom. 1. lib. 2. c. 7. n. 11.*

Et ita, penitùs neglecto motivo aeris intemperati in Civitate Baecen. quod exaggerabat Capitulum, & Canonici, quia non debebant, juxta præmiſſa, obtinere Canonicatum, vel Præbendam in Eccleſia Giennen. ſtylo, lege, & modo, de quo ſupra, unita, ac ſolita gubernari, Domini unanimiter reſpouderunt, utraque &c.

R. P. D. MOLINES.

Giennen. Adjunctorum.

Lunæ 13. Febr. 1702.

ARGUMENTUM.

Privilegium Adjunctorum, à *Sacro Conc. Tridentino* non cenſetur conceſſum, niſi Capitulis exemptis ab ordinaria Juriſdictione Epiſcopi ante ipſum Concilium. Quæ requirantur, ut ex conſuetudine inducatur Exemptio. Ad Capitulum pertinere poteſt levium exceſſuum punitio, non autem gravium, quorum cognitio ad publicam vindictam cum figura Judicii ad ſolum Epiſcopum ſpectat.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus in qualibet parte ſuæ Diœceſis liberè exercere poteſt juriſdictionem Ordinariam, quam habet, tam voluntariam, quàm contentioſam.*

2 Decretum S. Conc. Trid. in cap. 6. ſeſſ. 25. de reform. *de electione Adjunctorum, ſtat conſecutivè, & ampliativè ad aliud antecedens* in cap. 4. ſeſſ. 6. de reform.

3 *Et locum ſibi non vindicat, niſi in Capitulis exemptis, quæ ante ipſum Concilium nullatenus ſubjacebant Epiſcopo*, & n. 7. & 8.

4 *Rejicitur* Saruv. de Adjunct. quæſt. 1. num. 11. & ſeqq.

Affirmatur, textum in Can. Epiſcopus, cauſ. 15. quæſt. 7. *alioſque à* Saravia *allegatos in deſuetudinem abiiſſe.*

6 Sac. Conc. Trid. d. cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat. *nihil de novo conceſſit Epiſcopis, ſed remotis impedimentis quarumcunque exemptionum, eorum Ordinariam Juriſdictionem excitavit.*

9 *Utrùm in Cauſis criminalibus, & correctione Capitularium, teneatur Epiſcopus exquirere conſilium, ſeu potiùs conſenſum Capituli, nulla à Sacra Rota capta fuit tranſactis temporibus reſolutio.*

10 *Exemptio, cum non præſumatur, eſt concludenter probanda ab eo, qui in illa ſe fundat.*

11 *Ad inducendam conſuetudinem exceptivam ab Ordinaria Epiſcopi Juriſdictione, ultra poſitivam actuum exiſtentiam, copulativè requiritur etiam illorum multiplicitas, cum ſcientia, & patientia ipſius Epiſcopi.*

12 *Cognitio levium delictorum, utpote quæ ad ſimplicem correctionem extrajudicialem ſpectat, indulgetur Capitulis* & n. 13.

14 *In qualibet materia conſuetudo probari debet in ſuo caſu præciſo, nec fit extenſio de uno ad alium*, & num. 15.

16 *Conſtitutiones Synodales ſunt partes Juriſdictionis Epiſcopalis, & faciunt Jus particulare, indifferenter ab omnibus ſervandum, non obſtante contraria conſuetudine.*

17 *In materia Juriſdictionali, quicquid expreſsè tributum non legitur Capitulo, cenſetur Epiſcopo reſervatum ex cauſa ſuæ univerſalis Juriſdictionis.*

18 *Præſtito juramento ſuper obſervantia alicujus Conſtitutionis, non poteſt inchoare adverſativa conſuetudo.*

19 *Univerſalis Juriſdictio de Jure communi non aſſiſtit Decano, & Capitulo.*

20 *In dubio SS. Canones ſemper favent Epiſcopis, nè præiudicium aliquod irrogetur illorum Ordinariæ Juriſdictioni.*

21 *Referens tantum probat, quantum eſt in relato, & ad ejus limites reſtringitur.*

22 *Probatio teſtium æquivoca, non eſt attendenda.*

23 *Quoties Jura alicujus poſſunt aliundè convinci non eſt recurrendum ad examen teſtium, quorum probatio eſt minùs tuta, ita ut aliquando ſoleat etiam denegari Remiſſoria.*

24 *Omnis interpretatio ſumenda eſt, ut dicta teſtium ad concordiam reducantur.*

25 *Ad effectum inducendi præjudicium, confeſſiones, aliæque enunciativæ, debent eſſe certæ, & indubitatæ.*

26 *Non eſt præſtanda integra fides Confeſſioni, emiſſæ à perſona intereſſe habente.*

27 *Epiſcopo habenti aſſiſtentiam Juris pro omnimoda Juriſdictione, ſufficit ſaltem offuſcare, & turbidas reddere contrarias probationes.*

28 *Eoque magis ad excluſionem exemptionis exorbitantis à Jure, & inſimul odioſæ.*

29 *Uſu Adjunctorum valdè minuitur auctoritas Epiſcopalis.*

30 *Longa conſuetudo liberè procedendi abſque Adjunctis, eſt attendenda ad favorem Epiſcopi, etiam poſt* Conc. Trident.

31 *Neque requiritur ſcientia, vel patientia Capituli.*

32 *Privilegio electionis Adjunctorum, per non uſum, & contrariam obſervantiam centenariam, præſumitur renunciatum, atque inducta privativa præſcriptio omnimodæ Juriſdictionis in Criminalibus.*

33 *Inveriſimile eſt, Canonicos per tantum tempus paſſos eſſe Epiſcopos contra illos procedere criminaliter abſque Adjunctis, niſi ſcivent poſſe illum ſine Adjunctis liberè ſuam Juriſdictionem exercere.*

34 *Capitulum rejectum in turbatione Juriſdictionis Epiſcopalis, ſi ſciens, & patiens acquieſcat rejectioni, fortiorem reddit obſervantiam privativæ Juriſdictionis favore Epiſcopi, nedum ante, ſed etiam poſt* Conc. Trident.

35 *Ob inſubſiſtentiam ſuppoſitorum ruit funditus conceſſio ex defectu intentionis concedentis.*

DECISIO XXXII.

CUpientes Canonici, & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Giennen. ſi non totaliter, ſaltem in parte Juriſdictionis, excutere jugum proprii Antiſtitis, immemores verborum Chriſti Domini noſtri loquentis per Matthæum *cap. 11. jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve*, recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem, præpoſitam negotiis Epiſcoporum, & Regularium, pro impetranda facultate deputandi duos Adjunctos, ad formam diſpoſitionis Sacri Concilii Tridentini *cap. 6. ſeſſ. 25. de reformat.* prout eis facilè fuit, inaudito Epiſcopo, favorabile reportare Decretum, quòd per ſpeciale Breve Apoſtolicum confirmavit ſan. mem. Innocentius XII. cum clauſula -- *Salva auctoritate dictæ Sacræ Congregationis*, quæ poſtea examinatis Juribus Epiſcopi, promulgavit ad iſtius favorem diverſa Reſcripta ſub diebus 29. Januarii, & 5. Februarii anni 1700.

Verùm

Verùm non acquieſcente Capitulo, eo quia nova
adinvenerat documenta ex cauſa alterius litis ſuper
Jure mutandi Præbendatos, quæ documenta prætende-
debat ſibi conferre ad præſentem controverſiam; ideo
noviter adivit præfatam Sac. Congreg. Epiſcoporum,
& Regularium, quæ, ut finem juridicè imponeret
huic acerrimæ contentioni, non dedignata eſt exqui-
rere votum noſtri Sacri Auditorii, de cujus manda-
to, concordato dubio — *An Epiſcopus Giènn. teneatur
procedere cum Adjunctis, ſeu potiùs Breve Apoſtolicum ſit
exequendum*, eoque in hodierna Audientia propoſito,
negativum Domini, quoad utramque illius partem,
reſponſum dederunt.

Pro enim adſtruendo hujus reſolutionis fundamen-
to, valdè opportunum viſum eſt, geminas prælimi-
nares Juris theoricas conſtabilire, eaſque ſubindè
communire facti circumſtantiis, ut Epiſcopi intentio
adverſus Capituli oppoſitionem firmior evadat; Qua-
rum prima in eo conſiſtit, quòd quilibet Epiſcopus
in tota ſua Diœceſi habet Juriſdictionem Ordina-
riam, tam voluntariam, quàm contentioſam, me-
rum, & miſtum imperium, & ita in quolibet loco
ipſius Diœceſis non exempto, poteſt, ſalva majeſta-
te imperii ſui, ſalvoque more Majorum, pro Tribu-
nali ſedere, Cauſas ad Eccleſiaſticum Forum ſpe-
ctantes in Civilibus, & Criminalibus audire, perſo-
nas Eccleſiaſticas (cum exceſſus earum exegerint)
capere, carcerare, corrigere, punire, & caſtigare,
1 necnon cætera pertinentia ad ejus officium liberè, &
independenter exercere: ſuper quibus omnibus inten-
tionem habet fundatam, non ſolùm de Jure commu-
ni, ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, prout ſunt
*Textus aperti in c. 1. c. conquerente, de offic. Ordinar. c.
cum Epiſcopus, eodem tit. in 6. c. cum perſonæ, de pri-
vileg. in 6. Can. omnes Baſilicæ 16. q. 17.* & communi-
ter probant *Gonzal. in repetitione ad dictum c. 1. n. 6.
de offic. Ordinar. Ugolin. de Offic. Epiſcop. c. 4. §. 12. Boba-
dil. in Politic. lib. 2. cap. 17. n. 29. Barboſ. de Poteſt. Epi-
ſcop. p. 3. alleg. 125. n. 28. Tondut. Quæſt. Beneſic. cap. 61.
n. 1. lib. 1.* in puncto *Rota coram Carill. dec. 58. num. 1.
coram Priol. dec. 293. n. 3. & in recent. dec. 204. nu. 3.
p. 19. & in Gerunden. cognoſcendi Cauſas Criminales 17.
Martii §. Fundatam, confirmata 20. Junii 1692. §. In-
dubitata, coram Me, & in Valentina Juriſdictionis 6.
Aprilis 1699. §. Non enim pariter, cor. Me*, ſed etiam
in cenſura Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de refor-
mat. cap. 20.*

Secunda eſt, quòd licèt per dictum Sacrum Con-
cilium Tridentinum *in cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.* ſan-
citum fuerit, Ordinarios locorum in Cauſis Capitu-
larium extra Viſitationem procedere debere cum duo-
bus Adjunctis, à Capitulo in principio anni eligen-
2 dis: attamen cum hujuſmodi decretum factum pro
Cauſis cognoſcendis extra Viſitationem, ſtet con-
ſecutivè, & ampliativè ad aliud antecedens *in c. 4.
ſeſſ. 6. de reform.* ut expendunt *Spad. conſ. 155. nn. 1.
tom. 1. Fagnan. in cap. irrefragabili §. Exceſſus nu. 9. de
offic. Ordinar. Sarav. de Adjunct. quæſt. 2. num. 2. Rota dec.
743. n. 5. p. 1. & deciſ. 321. num. 2. part. 2. diverſ.* ex-
indè invaluit concors Doctorum opinio, quòd præ-
dicta Conciliaris ſanctio *in d. cap. 6. ſeſſ. 25. de refor.*
3 non vindicet ſibi locum, niſi in Capitulis exemptis,
& quæ nullatenus ante Concilium ſubjacebant Or-
dinariæ Epiſcopi poteſtati, ut diſtinguendo reaſſumunt
*Fagnan. loco ſupra citat. Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3.
cap. 14. n. 65. tom. 2. Tondut. Quæſt. Beneſic. lib. 1. cap.
61. n. 2. Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 5. cap. 7. ſub nu.
34. Ricc. in Prax. For. Eccleſ. p. 4. reſol. 592. Barboſ. in
Collect. ad Concil. d. ſeſſ. 25. c. 6. de reform. num. 3. idem
de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 73. num. 4. Rota
coram Seraph. deciſ. 493. num. 1. deciſ. 710. ſub num. 2.
part. 1. & deciſ. 743. per tot. & deciſ. 321. part. 2. diverſ.*
cum aliis in noſtris terminis cumulatis *in Tarraconen.
Juriſdictionis 10. Maii 1700. §. Neque, coram R. P.
D. meo dell' Olmo, confirmata ſub die 2. Decembris 1701.
§. Habet, coram Me, & in Calaritana Juriſdictionis 10.
Junii 1701. §. Nec Capitulo, coram R. P. D. meo de la
Tremoille.*

Quicquid laborioſè firmaverit *Saravia in ejus tract.
4 de Adjunct. quæſt. 1. à nn. 11.* in oſtendendo, Jus com-
mune nequaquam reſiſtere, ſed potiùs aſſiſtere ele-
ctioni Adjunctorum tanquam Conjudicum, per *Text.
in Can. Epiſcopus, Cauſ. 15. qu. 7.* cum aliis per eum 5
allegatis. Nam ultra quòd illorum diſpoſitio in de-
ſuetudinem abiit, ut teſtantur *Solorzan. de Jur. Indiar.
d. lib. 3. cap. 14. ſub num. 57. tom. 2. Tondut. Quæſt. Be-
neſic. cap. 62. ſub num. 2. verſ. utrum lib. 1.* omnes pro-
fectò contrariæ rationes per *Saraviam* adductæ, hac
unica tolluntur animadverſione, quòd nempè Sacrum
Concilium Tridentinum in locis ſupra citatis, nihil
de novo conceſſit Epiſcopis, ſed remotis impedimen- 6
tis quarumcunque exemptionum, excitavit illorum
Ordinariam Juriſdictionem, ut benè in puncto expli-
cat *Spad. d. conſ. 155. n. 16. & 17. tom. 1.* ubi allegat
concordantes.

Sicque reſervata, extra Viſitationem, Capitulis
exemptis facultate eligendi Adjunctos, potiùs datur
intelligi, fuiſſe illis aliquid novi impartitum, quod
ſecluſa exemptione de Jure communi non habebant;
aliter ſi hoc aſſiſteret intentioni Capitulorum, fru-
ſtranea eſſet diſtinctio inter illa exempta, & non ex-
empta poſt Concilium Tridentinum, cum omnium 7
deberet eſſe æqualis conditio, per ea, quæ firmat
*Fagnan. in d. c. irrefragabili §. Exceſſus, nu. 20. & 21.
de offic. Ordinar.* fruſtraque Capitulis exemptis conceſ-
ſiſſet idem Sacrum Concilium Tridentinum electio-
nem Adjunctorum, quando hæc de Jure communi il-
lis competiiſſet. *Verall. dec. 297. num. 9. part. 1.* Quam-
vis in terminis Juris Communis confusè, ac variè lo- 8
quantur Doctores, an Epiſcopus teneatur requirere
conſilium, ſeu potius conſenſum Capituli in Cauſis
Criminalibus, & correctione Capitularium, adeo ut
nulla tranſactis temporibus potuerit in noſtro Sacro 9
Auditorio capi matura reſolutio, ut videre eſt *in de-
ciſ. 615. n. 1. p. 1. diverſ. & dec. 9. per tot. p. 1. rec.* & no-
tat *Sarav. de Adjunct. q. 1. n. 10. & à n. 60.*

His itaque præmiſſis, quorum efficacia benè no-
ſcebatur à Defenſoribus Capituli Giennen. totis pro-
indè viribus ſe verterunt ad demonſtrandam qualita-
tem ejus Exemptionis, ex conſuetudine olim acqui-
ſitæ antè Concilium Tridentinum, quæ ſaoè Exem- 10
ptio, cum non præſumatur, non erat ambigendum,
quin eſſet concludenter probanda ab eo, qui in illa
ſe fundat, ad tradita per *Solorzan. de Jure Indiar. lib.
3. c. 14. n. 64. tom. 2. Sarav. de Adjunct. q. 11. nu. 14. Ve-
rall. dec. 328. num. 2. lib. 1. & in d. Calaritana Juriſdictio-
nis 10. Junii 1701. §. Nec Capitulo, cor. R. P. D. meo
de la Tremoille.*

Idcircò quod attinet ad documenta adducta pro ſua-
denda dicta exemptione, Dominis viſa fuerunt im-
perfecta, nec univocè, prout requiritur, concluden-
tia, quemadmodum ſingillatim expenſa unaquaque
illorum ſpecie, manifeſtè mox patebit. Incipiendo
enim ab actibus relatis ex parte Capituli *in ejus Sum-
mario numer.* 1. qui conſiſtebant in diverſis Proceſſi-
bus, compilatis contra Capitulares delinquentes ab
anno 1520. uſque ad annum 1566. exceptis primo,
& decimo, præſeferentibus materiam gravem, & for-
ſitan patratam, vel Sede Epiſcopali vacante, vel
inſcio, aut abſente proprio Præſule, cui proindè nul-
lum cenſetur illatum præjudicium ex illa communi
opinione, in ſubjecta materia recepta, quòd nempè 11
ultra actuum poſitivam exiſtentiam, requiritur copu-
lativè etiam illorum multiplicitas cum ſcientia, &
patientia Epiſcopi, ſine qua nunquam inducta dici-
tur conſuetudo exemptiva ab ejus Ordinaria Juriſdi-
ctione, ut diſtinguendo probat *Frances de Eccleſ. Ca-
thedr. cap. 30. num. 284.* & dictum fuit *in Leodien. Ju-
riſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout, coram Me*, &
noviſſimè *in Illerden. Juris mulctandi ſuper negotio prin-
cipali 23. Januarii proximè præteriti §. Cæterùm, cor.
R. P. D. meo Muto.*

2 Reliqui quidem ex dictis actibus, tanquam nu-
mero majores, verſabantur circa mulctam inflictam
pro delictis levibus ob verba injurioſè prolata, & ſi-
milia, quorum cognitio, cum ad ſimplicem correctio- 12
nem extrajudicialem indulgeatur Capitulis, ex firma-
tis per *Rot. in Barchinonen. Juriſdictionis, ſeu pœnæ 5.
Julii 1694. §. Non refragante, coram bon. mem. Urſi-
no, confirmata 13. Januarii 1696. §. Domini, coram R.
P. D. meo de la Tremoille, & in Derthuſen. Juriſdictio-
nis ſuper levibus 6. Februarii 1696. §. Militat, coram*

R. P.

R. P. D. meo Pio, & nuperrimè *in d. Illerden. Juris corrigendi* 23. *Januarii proximè elapſi*, *coram R. P. D. meo*
13 *Muto*, eo quia in exceſſibus levibus non ſoleant Epiſcopi Juriſdictionalem adhibere gladium, hunc præſervando exercendum in figura Judicii ad publicam vindictam in puniendis delictis gravibus. *Rota deciſ.* 20. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*, *& in Dertbuſen. Juriſdictionis* 1697. *§. Jus enim*, *& §. Quod ipſum*, *coram R. P. D. meo Pio*, *& in Gerunden. Juriſdictionis ſuper quinto dubio* 27. *Junii* 1698. *coram R. P. D. meo Caprara*, *& in Valentina Juriſdictionis* 6. *Aprilis* 1699. *§. Præterea*, *coram Me*.

Exindè ſequitur, quòd præfati actus, particulariter geſti per Capitulum, potiùs faveant, quàm adverſentur Juriſdictioni Epiſcopali, pro qua declinanda, non rectè ex illis arguitur omnimoda, & totalis exemptio ante Concilium Tridentinum, ut in proxi-
14 mis terminis notavit *Rota dec.* 520. *num.* 2. *part.* 5. *recentior*. Et regulare eſt, quòd in qualibet materia conſuetudo probari debet in ſuo caſu præciſo, nec extenſionem patitur de uno ad alium diverſum, ut generaliter tradunt *Gratian. diſcept. for. cap.* 79. *num.* 10. *Rocca diſput. Jur. cap.* 79. *num.* 11. *Menoch. conſ.* 684. *num.* 28. *Rota coram Cavaler. dec.* 172. *num.* 5. & magis in ſpecie ex authoritate *Corn. conſ.* 193. *ſub num.* 11. *num.* 2. firmavit *in Illerden. Juris mulctandi ſuper manutentione* 27. *Januarii proximè præteriti §. Et ſanè*, *coram*
15 *R. P. D. meo Muto*, ex ratione, quòd illa dicitur habere tantùm de potentia, quantum de actu. *Bell. conſ.* 1. *num.* 16. *Rota deciſ.* 278. *num.* 5. *& ſeq. part.* 12. *& dec.* 355. *n.* 5. *part.* 14. *recen. & in Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo* 20. *Junii* 1697. *§. Prout*, *coram R. P. D. meo Muto*, *& in d. Dertbuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus* 4. *Maji* 1697. *§. Minùſque*, *coram R. P. D. meo Pio*.

Prædictaque omnia robuſtiora evadunt ex diſpoſitione antiquiſſimæ Conſtitutionis Synodalis, conditæ in Cathedrali Eccleſia Giennen. ab Epiſcopo Oſſorio de anno 1492. ut *in Summario Epiſcopi num.* 1. *&* 2. quæ mihi etiam tradita fuit una cum aliis Statutis, inſertis in volumine, typis excuſo; Nam cum ex tali Conſtitutione convincatur differentia inter crimina levia, & delicta gravia, prima corrigenda Decano, & Capitulo, ſecunda verò præſervata Ordinariæ Juriſdictioni Epiſcopi, & ab eo judicialiter punienda, ibi — *però ſe qualcuno delle Dignità, ò altri qualſivoglia Beneficiato della noſtra Chieſa ec. vi foſſe qualche conteſa grave ec. che in queſto caſo non poſſa il Decano deliberarlo, nè darli la pena per eſſo, ma ſtimo bene, che queſto s'abbia da deliberare dal Veſcovo, ò ſuo Vicario Generale*, profectò excluditur prætenſa conſuetudo omnimodæ Exemptionis, cum Statuta Eccleſiæ Cathedralis, aliæque Conſtitutiones Synodales, ſint
16 partes Juriſdictionis Epiſcopalis, & faciant Jus particulare, indifferenter ab omnibus ſervandum, ut ad excluſionem contrariæ conſuetudinis firmatum fuit per *Rotam deciſ.* 74. *num.* 36. *coram Zarat. & in Calaguritana Decimarum de Ocon.* 5. *Junii* 1683. *coram Guaxardo*, *& in alia de Lucrunio* 4. *Julii* 1698. *§. Adſtipulante*, *coram Me*, *& in alia de Ineſtrillas* 12. *Martii* 1697. *§. Inſuper paritèr*, *coram Me*.

Conſonatque ad intentum Epiſcopi illa propoſitio, pluriès in ſubjecta materia Juriſdictionali conſtabilita, quòd ex limitata conceſſione favore Capituli ad caſus ſimplices, & exceſſus leves, ſemper cenſetur remanſiſſe ſalvam Juriſdictionem Ordinarii quoad caſus graves, & delicta requirentia telam judiciariam;
17 Cum certum ſit, quòd quicquid expreſsè tributum non legitur Capitulo, præſervatum dicatur ipſi Epiſcopo ex cauſa ſuæ univerſalis Juriſdictionis, ex doctrina *Ancharan. in cap. poſtulaſti verſ. quicquid, de for. compet. cap.* 2. *de conſtitut. Cokier de Juriſdict. in Exempt. part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 12. cum aliis congeſtis per *Rotam dec.* 191. *num.* 6. *cum ſeq. part.* 19. *recentior. & in Dertbuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus* 4. *Martii* 1697. *coram R. P. D. meo Pio*, *& in d. Valentina Juriſdictionis* 6. *Aprilis* 1699. *§. Et ſanè*, *coram Me*.

Quinimmò cum præfata Statuta, aliæque Synodales Conſtitutiones, diverſis temporibus compilatæ, prout occaſio exigebat, jurentur à Canonicis in ſingulorum receptione, juxta formulam, de qua *in dicto Summario Epiſcopi num.* 6. fruſtra quidem inſudabant Scribentes pro Capitulo in demonſtrando, illa, vel non fuiſſe uſu recepta, vel contraria obſervantia abrogata: Nam concurrente dicto Juramento, ab unoquoque de Capitulo præſtito, non ſolùm indecorum videtur excipere de non uſu, ſeu contrario uſu, 18
ſed etiam nec unquam potuit inchoare adverſativa conſuetudo, ut ex communi Canoniſtarum, ac Theologorum authoritate, individualiter, cæteris omiſſis, dixit *Rota dec.* 210. *num.* 11. *part.* 17. *recent.*

Rursùs nullius relevantiæ videbatur exceptio, quòd præfata antiqua Conſtitutio Synodalis Epiſcopi Oſorii, loqueretur de Decano relativè ad aliam Rubricam de Chori honeſtate; undè inferebatur, pati circumſcriptionem loci, in quo graviter, vel leviter delinquerent Capitulares, ideoque non poſſe fieri extenſionem ultra ambitum Eccleſiæ pro exceſſibus, ſeu delictis, alibi commiſſis, & committendis. Si quidem omiſſo, an talis interpretatio eſſet recipienda reſpectu Decani, & Capituli, ex quo eis non aſ- 19
ſiſtit de Jure communi univerſalis juriſdictio, ut diſtinctis pluribus Juriſdictionum ſpeciebus, latè tradit *Sarovia de Adiunct. quæſt.* 33. *per tot.* ſanè hujuſmodi limitata intelligentia, veluti aberrans à Juris principiis, nec unquam admitti poteſt contra perſonam Epiſcopi, cui in dubio Sacri Canones, cum communi Doctorum ſenſu, ſemper favent, & ſignanter nè 20
præjudicium aliquod irrogetur illius Ordinariæ poteſtati, habenti de Jure aſſiſtentiam, & cauſam univerſalem in tota ſua Diœceſi, ut latè probat *Spada in duobus conſ.* 156. *&* 157. *per tot. lib.* 1. *Solorzan de Jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 65. *tom.* 2. ubi concordantes.

Hincque iterum inſpecta prædicta antiqua Synodali Conſtitutione, ſua mole ruunt ſubalternæ probationes, noviter à Capitulo repertæ pro concludenda ejus antiqua Exemptione. Quippe teſtes, priſcis temporibus examinati, partim vigore Remiſſoriæ Rotalis, partim in Urbe, ultra quòd redarguebantur generali reſponſione illegalitatis Proceſſus, certum eſt, quòd depoſitiones nonnullorum ex eis poſſunt referri ad illos actus geſtos per Capitulum, reſpicientes de- 21
licta levia, quorum ſupra meminimus, & per conſequens plus non probant, quàm continetur in dictis actibus, ex regula, quòd referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus, & unum ad limites alterius reſtringi debet. *Rota deciſ.* 49. *num.* 9. *part.* 15. *deciſ.* 42. *num.* 2. *part.* 16. *recen.* alibique paſſim.

Inſuper omnes præfati teſtes non deponunt ſpecificè ſuper delictis gravibus, pro quorum punitione ad publicam vindictam agendum eſt in figura Judicii, & ſuper quibus privativa cognitio pertinet ad Epiſcopum, etiam vigore præcitatæ Conſtitutionis Synodalis, ideoque examen genericè factum ſuper Juriſdictione, exercita à Capitulo, cum verificari poſſit in exceſſibus, ſeu delictis lævibus, neceſſariò ſequitur, quòd non probatur concludenter conſuetudo exemptiva, quæ potiùs remanet æquivoca, nulloque modo 22
attendenda contra Epiſcopum, ex traditis per *Spadam conſ.* 122. *num.* 9. *tom.* 1. *Pacion. allegat. jur.* 4. *num.* 18. & individualiter de ſimilibus teſtibus firmavit *Rota coram Carillo dec.* 58. *num.* 6. conſonatque allegata *cor. Merlin. dec.* 401. *num.* 7.

Signanter quia Exemptio prætenſa vigore conſuetudinis, conſiſtentis in plenario exercitio Juriſdictionis, tunc temporis poterat meliùs conſtare, ſeu convinci ex Proceſſibus, & Scripturis, ſi verè tunc ad- 23
fuiſſent, ſicque non erat recurrendum ad examen teſtium, quorum probatio eſt minùs tuta, nec attendi meretur, itaut ſoleat etiam aliquando denegari Remiſſoria. *Rota coram Cerro dec.* 258. *num.* 1. *& deciſ.* 566. *num.* 18. *coram Seraph. dec.* 339. *num.* 7. *coram Dunoz. Jun. dec.* 113. *num.* 19. *& in recent.* 58. *num.* 6. *part.* 1. *deciſ.* 589. *num.* 2. *part.* 2. & magis in puncto nuperrimè dixit *in Illerden. Juris Mulctandi ſuper Remiſſoria* 23. *Januarii currentis anni §. Et ſanè*, *coram R. P. D. meo Muto*. Vel ſaltem nè depoſitiones eorundem teſtium redargui poſſint de falſitate, cum eis adverſetur clara diſpoſitio præcitatæ Conſtitutionis Synodalis, diſtinguentis delicta levia, corrigenda per Decanum, & Capitulum, à delictis gravibus, plectendis ab Epiſcopo, omnis propterea ſumenda eſt interpretatio conformis dictæ Conſtitutioni Synodali, ut il- 24

lorum

lorum dicta ad concordiam reducantur, *Rota dec.* 394. *num.* 19. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.*

Prout etiam cum eadem conciliatione reſpondetur
inſtantiæ, factæ ab Epiſcopo Mendoza de anno 1539.
dum ex ea non reſultat illius clara confeſſio, indu-
ctiva omnimodæ exemptionis Capituli, ſicuti perpe-
tam prætendebant ejus Defenſores. Licèt enim Ca-
nonici, inhærentes præfatæ inſtantiæ, conceſſerint
tantùm favore præcitati Epiſcopi facultatem mutan-
di Capitulares de una in aliam Eccleſiam Giennenſ.
& Baecen. attamen Epiſcopus petendo quoque Juriſ-
dictionem, ut colligitur ex Inſtrumento Conceſſionis,
de quo in *Summario Capituli num.* 4. cenſetur intelle-
xiſſe de illa ſpecie Juriſdictionis, cum qua poſſet et-
iam corrigere Capitulares in exceſſibus levibus, ut
ita integraliter gauderet totali exercitio punitionis,
ultra id, quod diſpoſitum legebatur in dicta antiqua
Conſtitutione Synodali; Aut ſaltem cum negari non
poſſit, quin illius inſtantia ſit ambigua, utique in
25 nihilo præjudicat Dignitati Epiſcopali, & ratio eſt,
quia ad effectum inducendi præjudicium, confeſſio-
nes, aliæque enunciativæ, debent eſſe certe, & in-
dubitatæ, nec alibi referibiles, ad *Text. in l. certum
ff. de confeſſ.* & dixit *Rota dec.* 290. *n.* 18. *part.* 18. *rec.*

Similiter parvipendenda viſa fuit altera confeſ-
ſio, elicita ex antiqua Epiſtola Criſtophori de Ar-
guelliada, Vicarii Generalis Giennen. ſcripta glor.
mem. Cardinali Pacheco, tunc temporis Epiſcopo,
qui Romæ morabatur, ubi etſi explicitè faſſus fue-
rit per hæc præciſa verba — *Gli Avvocati delle Digni-
tà ſtimano difficile, che ciò ſi poſſa ottenere ec. Riſpetto
a che, quando il Veſcovo Don Franceſco di Mendoza do-
mandò al Decano, e Capitolo, che li cedeſſe l' eſenzione,
che godevano, non lo volſero fare, perchè è certo, che il
Capitolo è eſente, ed è ſtato, dalla Giuriſdizione ordina-
ria ec.* Nihilominùs cum idem Arguelliada eo tunc
fungeretur munero Vicarii, ac inſimul eſſet Canoni-
cus, ut proindè ob pronam affectionem erga Capi-
tulum, veriſimiliter præſumendam, caligati fuerint
illius oculi, nè viderent ſemitam juſtitiæ, & verita-
tis; Utique illius Epiſtolæ non eſt præſtanda integra
fides, quin potiùs minuenda, ſicque non videtur apta
probare prætenſam exemptionem Capituli, cum ſit
26 confeſſio emiſſa à perſona intereſſe habente, ut omiſ-
ſis generalibus, in ſpecie caſus noſtri reſpondit *Rota
in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maji* 1700. *§. Nec eſt
cur, coram R. P. D. meo dell'Olmo.* Præter quamquòd
eadem Epiſtola ſe quoque relativè habet ad Statuta
Eccleſiarum, ibi: *Perchè non è diſputabile ſecondo gl'
iſteſſi Statuti di queſte Sante Chieſe*, quæ Statuta favent
Epiſcopo, ut dictum eſt ſupra, & recurrunt reſpon-
ſiones de referente, & relato.

Quibus omnibus ſic per Dominos animadverſis ad
enervandas ſingulas probationum ſpecies, congeſtat
ex parte Capituli ſuper prætenſa exemptione, quam-
27 vis inficiat Epiſcopo habenti aſſiſtentiam Juris pro
omnimoda Juriſdictione, ſi non prorſus elidere, ſal-
tem offuſcare, & turbidas reddere contrarias proba-
tiones: *Rota deciſ.* 76. *num.* 10. *part.* 10. *recen.* præſer-
28 tim ad excluſionem exemptionis exorbitantis à jure,
& inſimul odioſæ. *Spad. conſ.* 156. *num.* 4. *lib.* 1. *Fran-
ces de Eccleſ. Cathedr. cap.* 30. *num.* 183.

Adhuc tamen omnem prorſus ſubſtulit dubietatem
claritas aliorum, ac multiplicium Proceſſuum Crimi-
nalium, qui occurrentibus gravibus delictis, patratis
à Canonicis, aliiſque Capitularibus, ſemper, ac in-
deſinenter poſt dictum Sacrum Concilium Tridenti-
num, ab anno nempè 1686. uſque ad moderna hæc
tempora, fabricati fuerunt in figura Judicii à ſolis
Epiſcopis, pro tempore regentibus Eccleſias Giennen.
& Baecen. inſimul unitas, abſque ullo intervento Ad-
junctorum, ut *in Summario Epiſcopi à num.* 12. *ad* 20.
29 Quapropter cum per decurſum longiſſimi temporis,
ſuperexcedentis centenarium, Epiſcopi proceſſerint ſi-
ne Adjunctis, quorum uſu valdè diminuitur, vel re-
ſolvitur Dignitas, & authoritas Epiſcopalis, quæ
ubique locorum ſuæ Diœceſis magna in exiſtimatio-
ne eſſe debet, ut in ſubjecta materia ponderat *Solor-
zan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 68. utique iſta
continua, & longæva conſuetudo, ac obſervantia poſt
Concilium Tridentinum, concludit in favorem Epiſ-
copi privativam Juriſdictionem cum excluſione om-
nis exemptionis, non ſolùm poſt dictum Concilium
Tridentinum, ſed etiam multo ante, ut indicat ſu-
pra ponderata Conſtitutio Synodalis Epiſcopi Oſorii,
edita anno 1492.

Et quòd longa conſuetudo, ac obſervantia, dedu-
cta ex pluribus actibus ab Epiſcopo factis contra Ca-
nonicos liberè, & abſque Adjunctis, ſit attendenda
in favorem Epiſcopi pro libero uſu ſuæ Juriſdictio- 30
nis, etiam poſt Concilium Tridentinum, concedens
Canonicis privilegium Adjunctorum, probat in for-
tioribus terminis cujuſdam tranſactionis, à Summo
Pontifice confirmatæ, quam allegabant Canonici,
Tondut. Quæſt. Beneſic. d. cap. 61. *num.* 8. *lib.* 1. ubi *n.* 13.
optimam affert rationem, quòd in his terminis Juriſ-
dictio Epiſcopi ad ſuam primævam redit naturam,
nempè ad Epiſcopum, habentem de Jure intentionem
fundatam pro libero exercitio ſuæ Juriſdictionis in ſua
Diœceſi, & ob hanc rationem, neque requiritur ſcien- 31
tia, vel patientia Capituli, per *Text. in cap. ſi de terra,
de privileg. ibique gloſſ. l. ſi partem §. Si fundum ff. quemad-
modum ſervit. amitt. Covarruv. Var. Reſol. cap. Poſſeſſor, in
ſecund. P. relect. §. Initium, n.* 10. & benè diſtinguen-
do firmat *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.* 30. *n.* 283.
& ſeqq. Tondut. d. cap. 61. *num.* 14. *&* 15. *Rota co-
ram Gregor. dec.* 299. *nu.* 9. *coram Ottbobon. dec.* 229.
nu. 4. & in terminis privilegii, conceſſi pro electio-
ne Adjunctorum, quòd per non uſum, & contrariam
obſervantiam centenariam, præſumatur illi renuncia-
tum, & Juriſdictio redacta ad ſuam priſtinam natu-
ram in favorem Epiſcopi, ac inducta privativa præ- 32
ſcriptio omnimodæ Juriſdictionis in Criminalibus, la-
tè firmatum fuit *in Gerunden. Juris cognoſcendi Cauſas*
20. *Junii* 1692. *§. Privilegium, & per totam, coram
Me, & in Calaritana Juriſdictionis* 10. *Julii* 1701. *§.
Talis obſervantia, coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Abſque eo quòd ſuffragari valeat Capitulo reflexio,
quòd Canonici, vel allecti favoribus, vel timore per-
territi, minimè auſi ſint ſuam dicere ſententiam con-
tra voluntatem Epiſcoporum pro tempore, nè in il-
lorum graviſſimas inciderent perſecutiones: Quoniam
non ſemper homines, collegialiter viventes, reperiun-
tur ejuſdem conditionis, & naturæ, ut negligant pro-
pria jura defendere, & in ſubjecta materia arguendo
ab inveriſimilitudine (quòd nempè non ſit veriſimi-
le, Canonicos permiſiſſe per tantum tempus Epiſco-
pos contra illos procedere criminaliter in figura Judi- 33
cii abſque Adjunctis, niſi ſcirent, ſine iſtis poſſe E-
piſcopos liberè exercere ſuam Juriſdictionem) dictum
fuit *in Tarraconen. Juriſdictionis* 2. *Decembris* 1701. *§.
Secundò quia ſi Pontifex, coram Me.*

Ulteriùs eſt alienum à veritate, quod Canonici
numquam contradixerint: nam cum voluerint ſubre-
ptitiè exercere nonnullos actus, perturbantes Juriſdi-
ctionem Epiſcopi, iſte illos rejecit, mediante Proceſ-
ſu, de quo *in dicto Summario num.* 15. Cumque Ca- 34
pitulum ſciens, & patiens, rejectioni acquieverit,
fortior in his terminis evadit obſervantia privativæ
Juriſdictionis favore Epiſcopi, nedùm ante, ſed et-
iam poſt Concilium Tridentinum, ex *theorica Ripæ
in cap. cum Eccleſia Sutrina, num.* 5. *de cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Spad. conſ.* 1. *num.* 46. *& conſ.* 6. *numer.*
10. *lib.* 2. *Ferrett. conſ.* 132. *num.* 3. *lib.* 1. *Card. de
Luca de Jurepatr. diſc.* 35. *num.* 7. *& ſeq. Rota deciſ.*
254. *num.* 21. *part.* 10. *& dec.* 220. *num.* 25. *part.*
11. *recen. & in Fanen. Canonicatuum* 15. *Maji §. Cen-
tenaria, coram R. P. D. meo Caprara.*

Demùm viſa ſunt non indigere ulteriori reſponſio-
ne, quæ dicebantur, non amitti per non uſum Pri-
vilegium Adjunctorum, conceſſum Capitulis per di-
ctum Sacrum Concilium Tridentinum, cum per iſtud
derogetur contrariis conſuetudinibus, quæ cenſentur
etiam ſublatæ vigore Decreti irritantis, contenti in
Bulla Pii IV. illius confirmatoria, ex Doctrinis lato
calamo cumulatis per Defenſores Capituli. Etenim
hæc omnia diſcutienda forent, quando clarè conſtaret
de exemptione ante Concilium Tridentinum, ſed ea
ceſſante, ſeu admodum turbida exiſtente, ex ſuperiùs
animadverſis, ſuperfluum eſt, quid ultra ſuperadde-
re: Imò excluſa dicta exemptione, in neceſſarium
conſequens ſuccedebat reſponſio negativa ad ſecun-
dam

dam Dubli partem, non eſſe nempè exequendum Breve Apoſtolicum, impetratum pro confirmatione Decreti Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, cum ſuppoſito prætenſæ exemptionis, ex
35 regula, quòd ob inſubſiſtentiam ſuppoſitorum, ruit funditùs conceſſio ex defectu intentionis Papæ, *cap. finali de reſcript. Rota deciſ. 193. num. 8. part. 5. & deciſ. 414. num. 1. part. 12. recen.*

Et ita &c. utraque Parte acerrimè informante.

R. P. D. S C O T T O.

Giennen. Juris votandi.

Lunæ 9. Februarii 1705.

A R G U M E N T U M.

Canonici, Familiares, & Officiales Epiſcopi, de Jure non prohibentur ſuffragium ferre in actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, & Dignitatis Epiſcopalis. Secus verò, ubi ageretur de intereſſe particulari, & privato Epiſcopi. *Declarantur Deciſ. & Reſolut.* reſpectivè *S. Rot. & S. Congreg. Conc.* in oppoſitum allatæ.

S U M M A R I U M.

1 *Jus votandi in omnibus actibus Capitularibus eſt in fructu Canoniæ.*
2 *In materia prohibitoria totum id dicitur permiſſum, quod non reperitur expreſsè prohibitum.*
3 *Tam* S. Rota, *quàm* S. Concil. Congreg. *articulum præſentis Cauſæ alias favore Canonicorum conſtanter reſolverunt.*
4 *Auctoritas unius Doctoris, non habentis contradictorem, dicitur caſus legis.*
5 Decreta S. Congreg. Conc. *tanquam emanata ad interpretationem ejuſdem* Conc. Trident. *faciunt legem generalem, ubique ſervandam.*
6 *Declarantur* Deciſ. in Hiſpalen. Juris votandi coram Eminent. Caprara die 4. Februarii 1697. *& altera de* die 29. Martii 1700.
7 *Item Reſolutio* S. Conc. Congreg. in Faren. Reſidentiæ 28. Aprilis 1674.
8 *Auctoritates generaliter loquentes, ſemper intelligi, & declarari debent juxta tenorem illarum, quæ diſtinguunt.*
9 *Attendendum eſt, quod principaliter agitur non id, quod venit in conſequentiam.*
10 *Epiſcopus in Cauſa ſuæ menſæ non poteſt in totum recuſari, ſed dumtaxat peti poteſt, ut procedat cum Adiuncto.*
11 *In actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, ſeu Dignitatis Epiſcopalis, interventus aliorum Canonicorum facit ceſſare ſuſpicionem affectionis in Canonicis Familiaribus Epiſcopi.*
12 *Ob facilitatem inveniendi alios Judices, faciliùs recuſatur Judex, quàm alius intervenire debens in aliquo altero negocio.*
13 *Par affectionis cauſa omnem ſuſpicionem removet.*
14 *In iis, quæ publici Juris ſunt, quilibet præſumitur moveri magis ob bonum publicum, quàm ex cauſa amoris, aut timoris.*
15 *Delictum non præſumitur.*
16 *Item id, quod in proprium damnum redundat.*
17 *Confeſſio plenè probat contra confitentem.*
18 *In concurſu ſemper ſtari debet potiùs integro tranſumpto Inſtrumenti, quàm extractioni particulæ ejuſdem.*
19 *Quæ producuntur, cenſentur in omnibus approbata.*
20 *Decretum ſubſecutum intelligi debet juxta propoſitionem antea factam.*
21 *Fides ſuccinctè extracta, regulariter nihil probat.*

D E C I S I O XXXIII.

GEminis innixa fundamentis, altero ſcilicet aſſiſtentiæ Juris, & altero ſpecificæ, & immemorabilis obſervantiæ Eccleſiæ Giennenſ. reſpondit Rota coram Me ſub die 27. Junii proximi præteriti, non competere Capitulo Jus expellendi Canonicos Familiares, Commenſales, ſeu Officiales Epiſcopi, ab illis actibus Capitularibus, in quibus agendum eſſet de intereſſe Menſæ, Dignitatis, & Juriſdictionis Epiſcopalis, ſecus verò ubi ageretur de intereſſe particulari, & privato Epiſcopi. Cumque dicta duo fundamenta ad trutinam in hodierna Audientia revocata, viribus ſubſiſtere comperta fuerint, non dubitarunt DD. reſolutioni jam editæ confirmationis robur ſuperaddere, reſpondendo pro perſiſtentia *in deciſis*.

Aſſiſtentiam enim Juris pro Canonicis Commenſalibus, & Officialibus Epiſcopi, ut ſuffragium ferre poſſint in actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, Dignitatis, & Juriſdictionis Epiſcopalis, ex eo reſultat, quia ſtatim ac eorum Canonia legitimam poſſeſſionem adepti fuerint, ſicuti dicuntur habere Jus certum, & radicatum, ut omnes fructus ejuſdem percipere valeant, ita etiam fundatam habent intentionem pro Jure votandi generaliter in omnibus actibus Capitularibus, quod eſt in fru- 1
ctu, ut, præter adductos in Deciſione, quæ revidetur, *§. Cum enim*, probant *Barboſ. de Canon. & Dignitat. cap. 37. n. 1. Rot. coram Seraph. dec. 474. n. 2.*

Abſque eo quòd illis obicem facere valeat qualitas familiaritatis, & officii, quia cum nulla lege, aut canone cautum reperiatur, quòd propter dictam qualitatem prohibeantur votum ferre, hoc ſufficit, ut illis dicatur permiſſum, quia in materia prohibitoria, totum id dicitur permiſſum, quod non reperi- 2
tur expreſsè prohibitum, *gloſ. in c. ex literis §. excepto, de Jurepat. & in c. inter incorporalia §. non invenitur, de tranſl. Epiſcopi. Lambertin. de Jurepat. l. 2. part. 1. quæſt. 8. art. 12. num. 10. verſ. hanc quæſtionem*, & in puncto arguit *Rota in Hiſpalen. Juris votandi 26. Junii 1591. §. Siquidem, cor. Orano.*

Tantùm verò abeſt, quòd dd. Familiaribus adverſetur aliqua lex, vel canon, ut imò, examinato fortiter hujuſmodi articulo per noſtrum Tribunal, illorum favore conſtanter reſolutus fuerit, ut videre eſt *in dicta Hiſpalen. Juris votandi 26. Junii 1591. coram Orano 15. Martii 1596. coram Giptio, & coram Buratto inter ejus impreſſas deciſ. 598.* quas ſequitur 3
R. P. D. Maraldus in ejus Voto impreſſ. apud Matt. de Cauſ. Conciſt. ſeſſ. 22. num. 67. Et hanc eamdem ſententiam amplexa eſt Sact. Congr. Conc. *in una Barbaſtren. 19. Junii 1610. data in præterito Summario Reverendiſſimi Epiſcopi num. 4.* Quapropter, ſi auctori- 4
tas unius Doctoris, non habentis contradictorem, dicitur caſus legis *Surd. dec. 229. num. 36. Rot. deciſ. 306. num. 7 part. 18. tom. 1. rec. & dec. 43. n. 13. cor. R. P. D. meo Anſaldo*; quantò fortiùs id procedere debet in noſtra hypotheſi, in qua favore Familiarium militant, non unus Doctor tantùm, ſed plures Reſolutiones noſtri Tribunalis, & declaratio Sacræ 5
Congregationis, quæ tanquàm emanata ad interpretationem Sacri Concilii Tridentini *in ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.* facit legem generalem, ubique ſervandam. *Rota in Avenion. dotationis 19. Junii 1682. §. fin. & in Neapolit. Campanilis 27. Junii 1685. §. Quorum primum, cor. bon. meo. Albergato.*

Et quamvis Defenſores Capituli inſiſterent, quòd Deciſiones emanatæ in Hiſpalen. Juris votandi coram Orano, & Giptio non eſſent attendendæ, tanquam revocatæ ſub die 4. Februarii 1697. coram R. P. D. meo Caprara, & ulteriùs adverſus Reſolutionem S. Congregationis in Barbaſtren. circumferrent aliam poſteriorem in Faren. Reſidentiæ 28. Aprilis 1674. ta- 6
men DD. animadvertebant, quòd reſpectu Deciſionis R. P. D. mei Caprara, repropoſita Cauſa, S. Rota derelicto penitùs articulo Juris, ſuper quo poſitivè profeſſa fuit nihil determinare velle, unicè reſolutionem fundavit ſuper quadragenaria, militante favore Capituli, ut videre eſt in ſubſequenti Deciſione, emanata ſub die 29. Martii 1700. *§. Conſtito, cor. eodem R. P. D. meo Caprara*; Undè in eo, quòd reſpicit articulum, ſeu aſſiſtentiam juris, firmæ remanent anteriores Deciſiones coram Orano, & Giptio, in hac parte nunquam revocatæ.

Quò verò ad Reſolutionem Sacr. Congregationis in *Faren. Reſidentiæ*, ponderabant, quòd cum eadem

loqua-

loquatur in genere de negotiis, & differentiis verten-
tibus inter Epiſcopum, & Capitulum, intelligi de-
bet de differentiis concernentibus privatum intereſſe
7 ipſius Eiſcopi, non verò quandò agitur de re ſpe-
ctante ad ipſius Officium, Dignitatem, & Juriſdi-
ctionem, ut ſæpiùs, diſtinguendo inter utrumque ca-
ſum, dixit eadem Sacra Congregatio in *Seguntina* an-
ni 1587. in *Mediolanen.* ejuſdem anni, & aliis datis *in
hodierno Summ. Epiſcopi nu.* 1., regulare enim eſt, quòd
Auctoritates, & Reſolutiones generaliter loquentes,
8 ſemper intelligi, & declarari debent juxta tenorem
illarum, quæ diſtinguunt. *Menoch. conſ.* 150. *num.* 44.
Franch. dec. 435. *n.* 24. *Rot. deciſ.* 32. *nu.* 39. *cor. R. P.
D. meo Anſaldo*, *&* *dec.* 549. *n.* 20. *part.* 19. *tom.* 2. *rec.*
Neque obſtat, quòd negotia, quæ reſpiciunt intereſ-
ſe Menſæ Epiſcopalis, tanquàm redundantia in bene-
ficium burſale Epiſcopi, cenſeantur intereſſe particu-
lare ejuſdem, & ideò ſicuti Familiares repelli poſſunt
à Capitulo, ubi agitur de intereſſe particulari Epi-
ſcopi, pari ratione repelli debeant, ubi quæſtio eſt
de intereſſe Menſæ. Nam Cauſa Menſæ reſpicit pri-
mò, & principaliter intereſſe Eccleſiæ, & licèt ſe-
cundariò redundet in commodum Epiſcopi, tamen
9 ſemper attendendum eſt, quod principaliter agitur,
non id, quod venit in conſequentiam, *l. ſi quis nec cau-
ſum ff. ſi certum petat. Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *C. nè quis
in ſua cauſa judicet. Lap. alleg.* 37. *per tot. Sperell. dec.*
93. *num.* 22. *&* 23., & quatenus detur aliquis ca-
ſus, qui non concernat Eccleſiam, ſed privatum com-
modum Epiſcopi, DD. ſatis conſultum cenſuerunt eſſe
Capitulo mediante declaratione, quòd Familiares vo-
tum ferre non poſſint in iis, quæ concernunt par-
ticulare, & privatum intereſſe Epiſcopi, ut fuit ſen-
ſus Tribunalis, apertè expreſſus in Deciſione, quæ
revidetur *§. Appellatione*, & in quo etiam hodiè DD.
perſtiterunt.
Minùs relevat, quòd ſicuti Epiſcopus in Cauſa ſuæ
Menſæ poteſt recuſari ob nimiam veriſimilem pro-
penſionem, & affectionem erga utilitates, & com-
moda ſuæ Eccleſiæ, ita etiam Canonici Familiares,
& Officiales Epiſcopi, licèt de jure ſuffragium ferre
poſſint in negotiis Menſæ, & Dignitatis Epiſcopalis,
tamen recuſari, & expelli poſſint à Capitulo ob præ-
ſumptam ſuſpicionem, orientem ex familiaritate. Quo-
niam non eſt abſolutè verum, quòd Epiſcopus poſ-
ſit in Cauſa ſuæ Menſæ in totum recuſari, ſed dum-
10 taxat peti poteſt, ut procedat cum Adjuncto, ut rela-
tis Sac. Congregationis Reſolutionibus teſtatur *Fagnan.
in cap. noſtri*, *n.* 21. *de electione.* Quapropter argumen-
tum apertè retorquetur; ſi enim Epiſcopus poteſt in
Cauſa ſuæ Menſæ cum Adjuncto judicare, multò
magis poterunt ſuffragium ferre in Capitulo Canonici
11 Familiares Epiſcopi, dum procedunt cum tot Adjun-
ctis, quot ſunt Canonici, quorum interventus facit
ceſſare quamcunque ſuſpicionem. *Pax Jordan. Lucub.
tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 8. *Pignattel. tom.* 4. *conſult.* 164.
n. 49. *&* 50.
Præterea neque valet argumentum ab Epiſcopo Ju-
dice in Cauſa ſuæ Menſæ, ad Canonicos, Familia-
res, votum ferentes in negotiis ejuſdem Menſæ, id-
12 que ex duplici ratione differentiæ, altera nempè, quia
ob facilitatem inveniendi alios Judices, facilius re-
cuſatur Judex, quàm alius interveniens in aliquo al-
tero negotio, ut præcisè reſpondendo dicto objecto
dixit *Rot. in dicta Hiſpalen. Juris votandi* 26. *Junii* 1591.
§. Quibus, *cor. Orano*.
Altera verò ratio differentiæ ea eſt, quia cum E-
piſcopus in Cauſa ſuæ Menſæ promoveat negotium
proprium, ſeu in quo habet intereſſe, ſaltem ſecun-
darium, nimium contra eundem urget præſumptio
totalis affectionis, & propenſionis, ob quam poteſt
recuſari; ſed non ſic eſt de Canonico Familiari, qui po-
ſitus inter duas affectiones contrarias, alteram nempè
favore Epiſcopi ob familiaritatem, & alteram favore
Capituli, cujus eſt membrum, & cujus jura defen-
dere juravit in ingreſſu, cenſeri debet, vel magis ad-
dictus Capitulo, vel ſaltem indifferens erga utrumque
13 cum una affectio alteram ſuffocet, & par affectionis
cauſa omnem ſuſpicionem removeat, ut punctualiter
docent *Gloſſ. in cap. cum Reverendus Canonicus V. cum
ſint ejus ſocii*, *in fin.*, *ibique Bald. n.* 3., *& Abb. n.* 4. *de*

Offi. Jud. deleg., *Gratian. diſcept. for. cap.* 100. *n.* 17. *&*
18., *Pax Jordan. Lucub. tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 4. *n.* 90. *Rota
in Hiſpalen. Juris votandi* 29. *Martii* 1700. *§. Et ſanè*,
& in eadem Cauſa ſuper altero dubio ſub iiſdem die, *&
anno §. Nec relevat*, *cor. R. P. D. meo Caprara*.
Et hinc corruit etiam alterum objectum, quòd ſci-
licet ob interventum Familiarium in Capitulo tolla-
tur Canonicis abſoluta libertas loquendi, & votandi
ſuper negociis vertentibus cum Menſa, ſeu Dignita-
te Epiſcopali, ob timorem, quòd dicti Familiares
omnia ſint relaturi Epiſcopo, & præcipuè in caſu
præſenti, ſuppoſita facultate in Epiſcopo, liberè
mutandi Canonicos, etiam abſque cauſa, de una 14
Eccleſia ad aliam; Nam in his, quæ publici juris
ſunt, quilibet præſumitur moveri magis ob bonum
publicum, quàm ex cauſa amoris, ac timoris; cum
aliàs affectio eſſet inordinata, & conſequenter non
præſumenda ad *Textum in l. illud*, *& l. item eorum ff.
quod cujuſque univ. nomin.* & in puncto *R. P. D. Marald.
in d. Vot. impreſſ. apud Matt. de Cauſ. Conciſt. ſect.* 22.
n. 67. *Rota in d. Hiſpalen. Juris votandi* 15. *Martii*
1596. *§. Hæc ratio*, *cor. Giptio*.
Juncta præſertim mox enunciata ponderatione,
quòd ſcilicet nunquam præſumi poſſit, quòd Canoni-
cus velit eſſe proditor ſui Capituli, cui eſt perpetuò
addictus, & cum quo conſtituit unum corpus, propter
ſolam familiaritatem Epiſcopi, quæ eſt qualitas tem-
poralis, quæque de die in diem deficere poteſt, vel
per obitum, vel per libitum, & voluntatem Præla-
ti. Et creſcit in immenſum vis hujuſmodi diſcurſus,
cum unuſquiſque ex illis in actu primi ingreſſus ſo-
lemni juramento ſe adſtringat, non ſolùm promovere
jura Capituli, ſed etiam illius ſecreta non revelare;
undè nec eſt credibile, nec unquam præſumi poteſt,
quòd ex quacunque cauſa, ſive mutationis, ſive al-
terius ſimilis, contra proprium honorem, & in per-
niciem propriæ animæ, velit, vel ſuffragium ferre ad
ſolam complacentiam Epiſcopi, & non juxta propriam
conſcientiam, vel pandere Epiſcopo vota aliorum Ca- 15
nonicorum, cum hoc eſſet præſumere delictum, con-
tra regulam *Text. in l. meritò ff. pro ſocio*, & in propo-
ſito obſervat *Rota dec.* 132. *n.* 17., *&* 18. *part.* 15. *rec.*
Nullius demum momenti viſum fuit, quòd dubium,
ſuper quo in præſenti eſt quæſtio, non verſetur ſim-
pliciter ſuper negotiis reſpicientibus menſam, Juriſdi-
ctionem, & Dignitatem, ſed cum ea circumſtantia --
in quibus lis, *ſeu controverſia vertitur cum Capitulo* --, ex
quo inferebatur, quod propter litem poſſit recuſari
Epiſcopus, & conſequenter etiam illius Familiares.
Ultra quod enim in caſu Deciſionum *Hiſpalen. coram
Orano*, *& Giptio* concurrebant lites cum Archiepiſco-
po, & tamen Rota, illis non obſtantibus, cenſuit
non poſſe repelli à Capitulo Familiares ejuſdem Ar-
chiepiſcopi: Adhuc ad tollendam omnem amaritudi-
nem DD. animadvertebant, quòd eadem, immo for-
tior militat ratio nequaquam excludendi Familiares à
voto ferendo, quando agitur de negotiis, cum qui-
bus lis eſt cum Epiſcopo. Cum enim Canonici Fa-
miliares ſint pars Capituli, lis contra Capitulum, di-
citur lis contra eoſdem, undè non poteſt præſumi, 16
quòd ob ſolam familiaritatem temporaneam erga Epi-
ſcopum inferre velint Capitulo præjudicium perpetuum,
quod conſequenter etiam in illorum damnum redun-
dat, *cap. eſtote*, *de reg. jur. Rot. cor. Dunoz. jun. dec.*
665. *n.* 8.
Tranſeundo jam ad alterum fundamentum conſue-
tudinis nempè immemorabilis admittendi dd. Familia-
res, Domini iterum cenſuerunt illam ſatis ſuperque
probari, non ſolùm ex actibus annorum 1545., &
1552., de quibus *in præterito Summario n.* 5. & 6., ſed
clariùs ex actu magis præciſo anni 1642., per extenſum
relato in Deciſione, quæ revidetur *§. His ita*, cum in
illo Capitulares expreſſè declaraverint, omnes Com-
menſales, & Familiares Epiſcopi, eſſe vota legitima,
& poſſe aſſiſtere in Capitulo, & votare ſecundum
jus, & conſuetudinem immemorabilem illius Eccle-
ſiæ, quamvis in illo Capitulo agendum eſſet de lite
promovenda contra Epiſcopum ſuper jure mutandi;
Undè hujuſmodi confeſſio plenè probat immemorabi-
lem, uſque tunc vigentem, contra ipſum Capitulum
confitentem. *Rota in Dertuſen. Juriſdictionis* 6. *Februa-*

rii 1696. §. Hæc autem, & 28. Januarii 1697. §. Huic ſuccedit, cor. Pio, & in Salisburgen. Juris Metropolitici 13. Februarii 1698. §. Devenendo, coram R. P. D. meo Priolo.

Neque ſubſiſtit, quòd in dicto actu anni 1642. nulla fiat mentio de Familiaribus, ſed tantum de Creaturis, ut dicebatur convinci ex Fide ſuccincta ejuſdem actus, producta in hac eadem Cauſa pro parto Canonici Familiaris coram Reverendiſſimo Nuntio. Nam cum in tranſumpto dicti actus, per extenſum à Libris Capitularibus extracto, legatur utrumque verbum, tam ſcilicet *Creaturæ*, quàm *Familiares*, nulla haberi poterat ratio de dicta Fide ſuccincta; cum in
18 concurſu ſemper potiùs ſtari debeat integro tranſumpto Inſtrumenti, quàm extractioni particulæ ejuſdem. *Rot. dec. 182. n. 4. & 5. & dec. 311. part. 16. rec.*

Fortiùs quia dictum tranſumptum fuit à Capitulo
19 productum coram bo. me. Urſino, undè cenſetur in omnibus approbatum. *Add. ad Gregor. dec. 238. n. 15. Rot. dec. 174. num. 16. part. 17. rec.*, & ulteriùs ex *Summ.* dato in alia Cauſa *Giennen. Juris mutandi* ab eodem Capitulo *cor. R. P. D. meo Priolo nu.* 22. apparet, quòd quæſtio tunc temporis fuerit, non ſolùm de Creaturis, ſed etiam de Familiaribus, ut habetur ex propoſitione facta in Capitulo per Decanum, quòd excluderentur nonnulli ex Canonicis — *Cum ſint Creaturæ, & Familiares ſuæ Eminentiæ, cum qua proſequenda eſt Cauſa*; Undè dum ſucceſſivè in actu Capitulari reſolutum fuit, dd. Canonicos non poſſe excludi, ſtante contraria immemorabili conſuetudine, decretum non
20 poteſt intelligi, nec loqui de ſolis Creaturis, ſed etiam de Familiaribus ſuperiùs nominatis. *Menoch. de Præſ. l. 2. præſ. 74. n. 3. & lib. 3. præſ. 49. n. 4. Barboſ. axiom. 12. n. 1. & 2.*

Hoc ipſum denique convincitur ex actibus Capitularibus, factis de anno 1700., in quibus, habita mentione de dicto Decreto anni 1642., dicitur, quòd illud diſponat, tam de Creaturis, quàm de Familiaribus *Summ. præteritæ Propoſitionis n. 2. lit. B. & C.* undè, in his circumſtantiis DD. non dubitarunt, quòd integra fides habenda eſſet dicto tranſumpto ſic adminiculato, potiùs quàm d. Fidei Secretarii ſuccinctè extractæ, quæ regulariter nihil probat *Rota dec. 934. n. 6. & 7. & dec 950. n. 7. coram Dunoz. Jun. & dec. 228. n. 7. part. 17. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Giennen. Adjunctorum,

Veneris 27. Martii 1705.

A R G U M E N T U M.

An omnibus Capitulis indiſtinctè conceſſum fuerit à S. Concilio Tridentino Privilegium electionis Adjunctorum. Conſuetudo cognoſcendi Cauſas criminales Capitularium privativè quoad Epiſcopum, eſt adverſativa Juri Communi, & non niſi per immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo, præſcribi valet. An, & quando Privilegium amittatur per non uſum.

S U M M A R I U M.

1 *Privilegium Adjunctorum cenſetur à Sac. Concil. indultum iis tantùm Capitulis, quæ ante ipſius publicationem erant exempta ab ordinaria Epiſcopi Juriſdictione*, & num. 2.

3 *Jus viſitationis ſignum potiſſimum eſt Juriſdictionis ordinariæ.*

4 *Ab Ordinarii Juriſdictione ſunt immunes omnes ii, qui privilegia exemptionum obtinuerunt.*

5 *Non poſſunt Canonici impugnare illas Conſtitutiones, quarum obſervantiam jurarunt in actu eorum ingreſſus*, & n. 6.

7 *Comminatio pœnarum in caſu inobedientiæ denotat Juriſdictionem.*

8 *Item revocatio eorum, quæ ab alio geſta ſunt, cum acceptatione, & acquieſcentia.*

9 *Obſervantia ſubſecuta declarat ſtatum antecedentem.*

10 *Etiamſi contraria intelligentia eſſet de Jure verior.*

11 *In ſenſum prudentem cadere non poteſt, ut quis patiatur in ſui præjudicium aliquid fieri.*

12 *Pretendentes exemptionem à Juriſdictione Epiſcopi, vel in parte, vel in totum, oſtendere debet, vel privilegium clarum, vel rem judicatam, vel probare conſuetudinem immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo.*

13 *Eodem modo probari debet conſuetudo procedendi in Cauſis criminalibus Capitularium ſine conſortio Epiſcopi*, & n. 18.

14 *Conſuetudo, per leges permiſſa, contra Juris communis diſpoſitionem, intelligi debet de ea, quæ præſcribitur per ſpatium quadraginta annorum.*

15 *Statutum, Privilegium, ſeu aliquid aliud non poteſt additivè præſcribi, propter malam fidem, ex ſcientia reſultantem.*

16 *Simplici ſcripturæ nulla eſt adhibenda fides*, & numer. 20.

17 *Quæ ſint formalitates requiſitæ in examine teſtium in Curia, remiſſivè.*

19 *Abſentia teſtium, deponentium ſuper quadragenaria, ſubduci debet.*

21 *A mendacio ſalvari non poſſunt teſtes, deponentes contra factum probatum ex publicis actibus, & documentis,*

22 *Teſtis mendax in uno, talis præſumitur in omnibus.*

23 *Privilegium electionis Adjunctorum præſcribi valet ab Epiſcopo vi centenariæ*, & n. 24., & 26.

25 *Privilegio cenſetur renunciatum per non uſum.*

27 *Stante lapſu centenariæ, non uſus privilegii ceſſat in materia facultativa.*

28 *Præſertim ſi contra habentes privilegium geſtum fuerit aliquid abſque eorum reclamatione.*

D E C I S I O XXXIV.

PRO quarta vice reſponderunt Domini, Reverendiſſimum Epiſcopum Giennen. non teneri in cognoſcendis Cauſis criminalibus Capitularium procedere cum Adjunctis, ad præſcriptum Sacr. Concil. Trident. *in cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.*, ex ea præcipuè moti ratione, quia recitatum Concilii Decretum non indulget privilegium Adjunctorum omnibus, & quibuſcunque Capitulis, ſed iis tantùm, quæ ante illius publicationem ab Ordinarii Juriſdictione reperiebantur exempta, quæve ex concordia, vel conſuetudine, cognoſcebant privativè quoad Epiſcopos Cauſas criminales ſuorum Canonicorum, nullatenùs verò illis Capitulis, quæ de tempore ejus publicationis erant ſubjecta totali Viſitationi, correctioni, & Juriſdictioni Epiſcopi. Voluerunt quippè PP. Concilii per dictum Decretum reſtringere, & reformare Capitulorum exemptiones, ita quòd ubi priùs Canonici procedebant ſoli in cognoſcendis Cauſis criminalibus Capitularium exemptorum, impoſterum procederet Epiſcopus cumulativè cum duobus Adjunctis. Undè redditur inveriſimile, quòd tale Adjunctorum privilegium fuerit quoque indultum Capitulis, Ordinariæ Epiſcoporum Juriſdictioni totaliter ſubjectis, nè dicatur, quòd eo tempore, quo Concilium in favorem Epiſcoporum imminuebat Capitulis exemptis aliquam ex prærogativis exemptionis, voluerit auferre Epiſcopis abſolutam, & independentem Juriſdictionem, ipſis competentem in Capitulis non exemptis, prout ex 1
hac, aliiſque rationibus, inhærendo Decretis S. Congregationis Concilii, ſemper reſpondit Rota, & poſt eam tenuit communis Canoniſtarum Schola, & ſignanter diſtinguendo *in dec. 743. part. 1. diverſ. & dec. 31., & 321. num. 2. verſ. ideò part. 2. diverſ., & dec. 105. nu. 18. part. 7. Spada conſ. 155. n. 1. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 25. nu. 62. verſ. ſervatur*, cum aliis plena manu congeſtis in tribus antecedentibus Cauſæ Deciſionibus, & peculiariter in illa 13. *Febr.* 1703. §. *Quamvis*, & in ultima 1. *Maji* 1704. §. *Strictiori.*

Quæ opinio ſine alio diſcurſu manifeſtè comprobari viſa eſt ex ipſa Decreti Conciliaris litera, dum poſtquam concedit privilegium Adjunctorum, ſtatim ſubjungit limitationem *in iis Eccleſiis, in quibus Epiſcopi,*

Digitized by Google

ſcopi, aut eorum Vicarii, ex Conſtitutionibus, vel privilegiis, aut conſuetudinibus, ſive concordiis, ſive quocunque alio iure, majorem habebant poteſtatem, auctoritatem, & Juriſdictionem, quàm præſenti decreto ſit comprehenſum, quibus Sancta Synodus derogare non intendit — quæ verba patenter eviacunt, quòd RR. PP. Concilii nunquam intellexerint tribuere privilegium Adjunctorum Capitulis non exemptis, eo ipſo quòd præ-
2 ſervarunt Epiſcopis majorem poteſtatem, & Juriſdictionem, quam ante hujuſmodi decretum in ſuis Eccleſiis habebant, procedendi in Cauſis Criminalibus, Canonicorum independenter à Capitulis, ut obſervant *Faguan. in c. Irrefragabili §. Exceſſus, n. 50. de offic. Ordin., & in c. qualiter, & quando, nu. 5. de accuſat. Rot. dicta dec. 743. n. 6. part. 1. diverſ., & in dec. 321. n. 2. verſ., & ante Concilium, part. 2. diverſ. cum aliis allegatis in ultima Dec. Cauſæ §. Strictiori quippè.*

Quare cum Capitulum Giennen. non probaverit exemptionem, nec minùs conſuetudiaem cognoſcendi Cauſas criminales Capitularium antè publicationem Concilii, nullo modo prætendere poteſt Conciliare Adjunctorum privilegium. Tantum porrò abeſt juſtificaſſe hujuſmodi ſuæ intentionis principale fundamentum, ut immò Reverendiſſimus Epiſcopus per plura probationum genera docuerit, tam antè, quàm poſt Concilium, ſemper habuiſſe ſub ejus immediata, & totali Juriſdictione omnes Canonicos ſuæ Eccleſiæ Cathedralis. Et quidem primò in hodierna diſputatione exhibitæ fuerunt per illius Defenſores quamplurimæ Viſitationes, ab Epiſcopis pro tempore peractæ ante Concilium, de annis 1577. 1585. 1583., & poſt Concilium de anno 1597. 1601. 1674. 1675., & 1693. *ut ex noviſſimo Summ. Epiſcopi, n. 5., & 6.* Eademque facultas viſitandi Capitulum, & Canonicos, ſupponitur in Statutis Eccleſiæ Giennen. anni 1518. & in alio condito à Gabriele Merino Epiſcopo Giennen., tranſcriptis *in dicto Summ. n. 2. 3., & 4.* nullo autem modo prætendere poteſt Capitulum exemptionem à Juriſdictione Ordinaria Epiſcopi, quando iſte probat ſemper, & quandocunque illud viſitaſſe, cum
3 jus viſitationis ſit principale conſtitutivum, & potiſſimum ſignum Juriſdictionis Ordinariæ, ad *Text. in cap. conquerente, de offic. Ordinarii, cap. cum venerabilis, de cenſ. c. cum tempore, de arbitris, c. 1. de privileg. in 6. cum aliis relatis in dec. 277. n. 28. part. 16. rec., & in notiſſima Firmana Juriſdictionis 10. Maji 1700. §. Notoria, coram Me.*

Secundò evincebatur ſubjectio Capituli Juriſdictioni Epiſcopali ante Concilium, ex actu poſſeſſionis Epiſcopatus; adeptæ anno 1447. per D. Alphonſum Vaſquez de Accunna Epiſcopum Giennen., ex quo, deprehenſum fuit, Decanum, Capitulum, & Canonicos præſtitiſſe eidem Epiſcopo, ſunt verba præciſa — *Obſequium, ſubiectionem, & obedientiam, quam de Jure debebant, & tenebant præſtare*, dicto novo *Summ. Epiſcopi n. 7.*, ex quo documento conſurgit negativa exemptionis Capituli, & ſignanter ex illis verbis, *ſubjectionem, quam de Jure debebant*, quæ in ſubſtantia eſt illa, quam omnes Eccleſiaſtici de Jure tenentur præſtare Epiſcopo ratione Juriſdictionis univerſalis, quam
4 in illos exercet, & à qua ſunt immunes privilegia exemptionum obtinentes. *Abb. in ca. ſignificaſti n. 8. & 9. de For. compet. Felin. in cap. cum acceſſiſſent, n. 6. de conſtit. Antonin. var. reſol. l. 3. reſol. 4. n. 5. Rot. dec. 300. n. 35. part. 12. rec. cum aliis plena manu collectis in præcitata Firmana Juriſdictionis 10. Maji 1700. n. 9. 10. & 11.*

Tertiò convincitur Juriſdictio Ordinaria Epiſcopi ante Concilium ex Conſtitutionibus Synodalibus, uſque de anno 1492. conditis, & publicatis ab Epiſcopo Oſorio cum conſenſu Capituli, ubi circa exceſſus, concernentes Chorum, quando ſcilicet inter aliquas Dignitates, ſeu alios quoſcunque Beneficiatos Eccleſiæ, gravis inſurgat contentio, vel ſcandalum, diſponitur, quòd tali caſu, *non poſſit Decanus id cognoſcere, nec pœnam in dicta cauſa irrogare, ſed hujuſmodi cognitio ſpectet ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium Generalem, ſeu alterum, cui dictus Epiſcopus ad hujuſmodi effectum ſpecialiter delegaverit*, hodierno *Summ. numer. 8.* Rurſus idem Epiſcopus reſervavit ſibi cognitionem circa exceſſus, concernentes delationem habitus honeſti, per Canonicos geſtandi, *dict. Summ. numer. 9. lit. A.* Prout etiam ſtatutum fuit, quòd ſi quis Beneficiatus proferre auderet contra alium verba injurioſa, & diſſonantia, remaneat ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, Chori, & Capituli, & privatus Diſtributionibus per menſem, ſubdendo, — *& ulteriùs, ut nos d. Epiſcopus, vel dictum Capitulum in noſtra abſentia, poſſimus dicere pœnam majorem, prout nobis videbitur, & procedemus, prout qualitas injuriæ poſtulaverit* — Ex quibus legibus Synodalibus, præſcribentibus pœnas, per Epiſcopos infligendas in caſu delictorum, quæ à Canonicis patrari contingerent, luce clarius reſultat, illos ſemper, & quandocunque ſubditos fuiſſe Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi, aliàs ſi illi fuiſſent exempti, ſubiici non poterant legibus, à Juriſdictione Ordinaria prolatis. Abſque eo quòd Capitulum præfatas Conſtitutiones Synodales, inſer-
tas in volumine Statutorum Eccleſiæ, impugnare poſ- 5
ſint, cum in actu eorum ingreſſus ſinguli Canonici medio juramento pollicentur illorum obſervantiam, ex traditis per *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. Gloſſ. 9. §. Primò, n. 18. Rot. dec. 115. n. 6. p. 19. rec. & in Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1698. §. Diſpoſitio, & 18. Junii ejuſdem anni §. Iterum, coram bo. me. Pio, cum aliis deductis in Deciſione ultima Cauſæ §. Tantum verò abeſt, cum ſeqq.* ubi latè excutiuntur, & declarantur verba dd. Conſtitutionum anni 1492., & ab oppoſitionibus contrariis vindicantur, & ſignanter ab illa, quòd ſint reſtrictæ ad favorem Epiſcopi, quoad exceſſus Canonicorum, patratos in Choro, & non extra Chorum, cum quibus reſponſionibus, utpotè benè fundatis, DD. hodiè proceſſerunt.

Quartò mirabiliter confirmatur Juriſdictio Epiſcopi ante Concilium in Canonicos ex quodam Statuto, condito per Capitulum de anno 1559. Sede vacante, in quo, poſtquàm plura ſtabilita fuerunt circa pœnas infligendas contra Beneficiatos, & circa modum, quo eædem pœnæ exequi deberent, & ſignanter in ordine ad pœnam relegationis, excipiuntur relegationes, procedentes à mandato Epiſcopi, ſeu ſuorum Officialium, aut alterius cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici, *Summario hodierno Epiſcopi n. 11.* ex qua porrò limitatione apertiſſimè faſſi fuerunt Canonici, eorum Epiſcopum poſſe procedere ad relegationem Capitularium, atque ideò in neceſſariam conſequentiam confeſſi quoque ſunt eoſdem ſubjectos eſſe illius Ordinariæ Juriſdictioni, cum Exempti non poſſint puniri ab Epiſcopo, qua ſanè confeſſione nulla melior
dari poteſt probatio ex Juribus vulgatis. Quin ea poſ- 6
ſit in controverſiam deduci, vel impugnari, ſemel ac hujuſmodi Statutum legitur regiſtratum inter alia, recompilata, & impreſſa anno 1632. de ordine ipſius Capituli, ex firmatis *in Deciſſionibus præſentis Cauſæ 23. Februarii 1702. §. Quinimò, & 15. Junii 1703. §. Abſque eo quòd, cor. Me.*

Eo certiùs quintò confirmatur aſſumptum ex Viſitatione facta de eodem anno 1559. ab Epiſcopo Tavera, in qua præfatum Statutum, veluti præjudiciale illius Ordinariæ Juriſdictioni, fuit annullatum, & caſſatum, illiuſque executio ſub pœna excommunicationis prohibita, ut conſtitit ex *dict. Summ. n. 15. lit. M. N. O. & P.*, quæ revocatio potentiſſimè oſtendit, Capitulum fuiſſe ſubjectum ante Concilium Juriſdictioni Ordinariæ Epiſcopi, aliàs enim Epiſcopus non potuiſſet procedere ad annullationem Statuti, per Canonicos conditi circa materiam reſpicientem
perſonas, à ſua Juriſdictione liberas, & exemptas, 7
minuſque potuiſſet devenire ad comminationem pœnarum in caſu inobedientiæ, ut notavit *Rota in dict. Derthuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Tum etiam, cor. bo. me. Pio.* Præſertim quia, ortâ de anno 1563. quadam controverſia, an ſuper punitione cujuſdam Portionarii, qui habuerat rixam cum Canonico, deſumenda eſſet regula à dicto Statuto anni 1559., Sede vacante condito, Didacus Deloſcovas, Epiſcopus illius temporis, mandavit ſub pœna excommunicationis, nè illo utantur, utpotè à ſuo Prædeceſſore Revocato, confirmata de novo hujuſmodi revocatione, ut juſtificatum fuit *ex dicto Summario Epiſcopi nu. 11. lit. Q. R. S. T. V.*, ex quo ſanè actu

Digitized by Google

evidenter comprobatur totalis poteſtas Epiſcopi in pu-
oieudis exceſſibus Capitularium; dum quiequid Capi-
8 tulum attentavit in Statuto anni 1559. ab Epiſco-
po Tavera extitit revocatum, & revocatio fuit à
Succeſſore cnnfirmata, cum acceptatione, & non re-
clamatione Capituli, ut proſequitur *Rota in prælau-
data Dertbuſen. Juriſdictionis ſuper levibus 6. Februarii
1696. §. Tum etiam, & ſuper gravibus 4. Martii 1697.
§. Habemus, cor. bo. me. Pio.*

Sextò probatur Juriſdictio Epiſcopi ante Concilium
ab obſervantia univoca 120. annor. poſt ipſum Cnn-
cilium, ab anno nempè 1586. uſque in præſens,
qua mediante, Epiſcopus ſemper in delictis gravi-
bus Præbendatorum Eccleſiæ Cathedralis proceſſit
ſolus, & ſine conſortio Capituli, ex adductis in *bodier-
no Summario n. 12*, quæ obſervantia ſubſecuta decla-
9 rat ſtatum antecedentem, & Conſtitutiones Eccleſiæ,
ante Concilinm conditas, adeout iſtæ intelligendæ
ſint eo modo, quo ſupra expoſitum fuit circa tota-
lem Juriſdictionem Epiſcopi in cognitione Cauſarum
Criminalium. *Rot. dec. 109. num. 6. part. 11. recent.
& in Tarraconen. Juriſdictionis 2. Decembris 1701. §.*
10 *Tertiò demum, cor. Me*; etiamſi contraria intelligen-
tia eſſet de Jure verior, ex deductis per *Adden. ad
Gregor. dec. 184. n. 8., & in Montis Caſſinen. Juriſdi-
ctionis 22. Martii 1686. §. fin. cor. Cardinali Matthejo*:
Ea ſuperaddita efficaciſſima ratione, in ſenſum pru-
dentem cadere non poſſe, quòd ſi Capitulum habuiſ-
ſet controverſam exemptionem, nunquam ad exem-
11 plum aliarum Eccleſiarum Hiſpaniarum inſtetiſſet
pro deputatione Adjunctorum, & paſſum fuiſſet, ut
Epiſcopus ab anno 1586. uſque ad noſtra tempora,
ſnlus gauderet libertate cognoſcendi, & corrigendi
Canonicorum delicta, ut latè obſervant *præteritæ De-
ciſiones*, & ſignanter *ultima §. Sufficiens*.

Septimò expenſis argumentis, demonſtrantibus ex-
ercitium Ordinariæ Juriſdictionis Epiſcopi Giennen.
in Capitulum, & Canonicos, contrapoui non poſſe
viſa ſunt argumenta, per idem Capitulum adducta
pro adſtrueuda, ſi non ejus plenaria exemptione, ſal-
tem conſuetudine procedendi in Cauſis Criminalibus
Capitularium ante Concilium Tridentinum: Et antè
omnia inſubſiſteutem dixerunt DD. baſim fundamen-
talem, cum qua procedebant Defenſores Capituli,
quòd nempè ad probandam conſuetudinem pro effe-
ctu, de quo igitur, non ſit neceſſaria immemorabi-
lis, aut quadragenaria cum titulo, ſed ſufficiat quæ-
vis ordinaria conſuetudo, immò ſola quaſi poſſeſ-
ſio exemptionis. Quoniam hujuſmodi aſſumpto reſi-
ſtit communis opinio DD., & Sac. Tribunalis, jux-
ta quam prætendentes exemptionem à Juriſdictione
12 Ordinaria Epiſcoporum, vel iu parte, vel in to-
tum, debent alterum ex tribus requiſitis oſtendere,
vel nempè clarum privilegium, vel rem judicatam,
aut conſuetudinem immemnrabilem, vel ſaltem qua-
dragenariam cum titulo, ad *Tex. in cap. Audiis,
de præſcript. cap. Cum perſona, de privileg. in 6.* cum
aliis plena manu congeſtis *in Romana Juriſdictionis 17.
Martii 1702 coram Me, & in Nullius, ſeu Fulden.
Juriſdictionis 16. Februarii 1703. §. Quemadmodum pa-
riter, coram Me*, & in terminis dixit *Rot. in Der-
thuſen. Juriſdictionis ſuper gravibus 4. Martii 1697. §.
Oſtenſo, & §. Minuſque, cor. bo. me. Pio, & in Il-
lerden. Juris mulctandi 23. Januarii 1701. §. Minuſque,
cor. R. P. D. meo Muto*, & firmat *ultima Cauſæ Deciſio
§. Et porrò*.

Non obſtant DD. io contrarium allegatis, firman-
tes, quòd exemptio Capituli in Criminalibus à Juriſ-
dictione, & correctioue Epiſcopi, nnn ſit materia,
cui Jus reſiſtat, ſed potiùs cui præcisè aſſiſtat, dum
in *Cap. Irrefragabili §. Exceſſus, de offic. Ordin.* deſerat
tali conſuetudini, iu favorem Capituli introductæ.
Nam ferè omnes prædicti DD. loquuotur in termi-
nis quæſtionis, An Epiſcopus de Jure communi in
corrigendis ſubditorum exceſſibus teneretur adhibere
conſilium, ſeu conſenſum Capituli, qui articulus de-
ciſus in ſecunda Deciſione Cauſæ favore Epiſcnpi,
in ultima fuit omiſſus, uti non neceſſarius, ideòque
Doctores, de hac quæſtione loquentes, non ſunt appli-
cabiles ad caſum, de quo agitur, dum Capitulum noo
contendit probare, ſe ante Concilinm habuiſſe conſue-
tudinem procedendi in Criminalibus ſimul cum Epi-
ſcopo, ſed prætendit habuiſſe conſuetudinem proce-
dendi ſolum ſine conſortio Epiſcopi; Quæ conſuetudo 13
cum indubitabiliter adverſetur Juris communis cenſu-
ræ, debet de neceſſe probari cum requiſitis immemo-
rabilis, vel quadragenariæ cum titulo; ut probat ipſe
Text. in cap. Irrefragabilis §. Exceſſus, de offic. Ord.,
ubi Fagnan. n. 8., & dixit *Rota in Calagaritana Juriſdi-
ctionis 10. Junii 1701. §. Nec Capitulo, coram R. P. D.
meo de la Tremoille, & in Illerden. Juris mulctandi 23.
Januarii 1701. §. Minus, coram bonæ memoriæ Pio,
& in Gerunden. Juris cognoſcendi Cauſas Criminales 17.
Martii; & 20. Junii 1692., coram Me*. Leges enim
permittentes conſuetudinem adverſus diſpoſita per Jus 14
commune, ſemper veniunt intelligendæ de conſuetu-
dine præſcripta per ſpatium 40. annorum. *c. cum ſint
homines, de decim. ubi Gloſſ. in V. ad conſuetudinem,
verſ. & intellige. Joannes de Anania in cap. Cumana,
de elect. n. 4., Panormit. eod. num., Trobat. de Effect.
Immemor. quæſt. 13. num. 126.*, & dixit *Rota in Hiſpa-
len. Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Ex hoc
tamen, coram R. P. D. meo Muto*.

Hoc in Jure præſuppoſito, fruſtra Capitulum præ-
tendebat aſſertam præſcriptam conſuetudinem educere
ex præfatis Conſtitutionibus Synodalibus Eccleſiæ an-
ni 1492., quoniam iſtæ, ut ſupra dicebatur, & latiùs
in ultima Cauſæ Deciſione §. *Ex quibus*, tribuunt ſub
tit. 11., & 31. Capituln poteſtatem corrigendi exceſ-
ſus, concernentes injurias, verbo, aut facto illatas per
Præbendatos Eccleſiæ, reſervatis gravibus Epiſcnpo,
vel ejus Vicario, & ſub *tit. 11.* cognitio in cauſis inju-
riarum gravium relinquitur Epiſcopo, & in ejus tan-
tùm abſentia Capitulo, ſolùmque committunt duo-
bus Canonicis cognitionem, & indagationem injuriæ,
illiuſque qualitatis; Tantum propterea abeſt, quòd
hujuſmodi Conſtitutiones deſtruant exercitium Juriſdi-
ctionis Epiſcopalis aute Concilium, ut immo illam ſta-
tuant, & confirment, ex ſupra animadverſis ſub §.
Tertio.

Hinc propterea non obſtat, quòd Capitulum ab
anno 1520. uſque ad annum 1566. proceſſerit con-
tra Canonicos independenter ab Epiſcopo, quoniam
omnes Proceſſus hujuſmodi apparent fabricati ad te-
norem Conſtitutionis Eccleſiæ in dicto *tit. 31.*, undè
potiùs retorquentur, nec ſanè diverſa eſſe poteſt con-
ſuetudo, ex dictis Proceſſibus elicita; Quia cum ad
ſint Statuta, demandantia, cognitionem gravium ex-
ceſſuum ſpectare ad Epiſcopum, quando eſſet præſens,
& in ipſius abſentia ad Capitulum, ſubſecuta obſer-
vantia intelligenda venit ad illius limites, non au-
tem contrà, aliàs admitteretur præſcriptio additivè 15
ad Statutum, quod in Jure non licet propter malam
fidem, reſultantem ex illius ſcieotia, quæ in caſu no-
ſtro eſt indubitata, propter juramentum, quod in in-
greſſu præſtant Canonici circa ipſius obſervantiam,
juxta communem opiuionem Canoniſtarum *in c. cum
perſona, de privil. in 6.* & ſignanter *Monach. num. 8.,
Franch. num. 3., Jo: Andr. num. 2. Ancharan. num. 4.,
Gemin. num. 6.*, & egregiè idem Author *in conſil. 96.
num. 4. ibi — Nam illi vellent præſcribere additivè ad
ſuum privilegium, quod eſt impoſſibile, quia quando le-
gunt privilegium, vident illud limitatum, & ſic in exceſ-
ſu privilegii apparet eos eſſe in mala fide, ergo quanto-
cunque tempore poſſederant non præſcribunt*, & latè tra-
dit Deciſio præterita §. *Reſponſione non attenta, cum
ſeq.*, ubi etiam occurritur objecto, quòd primus,
& decimus Proceſſus, concernant delicta gravia, &
ſignanter ſub §. *Nec turbat*.

Longèque minùs aſſerta conſuetudo dici poteſt juſti-
ficata ex depoſitionibus trium Teſtium, ad inſtantiam
Cardinalis Pacechi Epiſcopi Giennen. in Curia exa-
minatorum cum Interrogatoriis Capituli, quod pro-
bari prætendebatur cum quibuſdam foliis aſſerti Sum-
marii Teſtium, repertis in Archivio noſtri Tribunalis.

Quoniam ex hodie latè deductis in facto convene-
runt DD., præfato Summario Teſtium nullam poſſe
fidem adhiberi, cum juxta praxim Notariorum no-
ſtri Tribunalis, depoſitiones Teſtium, qui in Curia
examinantur, regiſtrari ſolent in Libro particulari,
nuncupato *Liber Teſtium*, à quo deindè Amanuenſes
Officii depoſitiones extrahunt, conficiuntque Sum-
maria,

maria, illaque Procuratoribus Partium tradant: Unde cum in Archivio repertus non fuerit dictus Liber Teſtium, in quo deſcriptas eſſe oportebat dictas depoſitiones originales, prædicto utique Summario, à Cauſæ Notario non ſubſcripto, neque aliquo ſigno denotato, nulla dari poteſt fides, ex diſpoſitione
16 *Text. in cap. 1. de fid. inſtrum.*, *Auth. ſi quis in aliquo C. de eden.*, *Rota coram Merlin. dec. 3. num. 4.*, *& 10.*, *& in recentior. dec. 379. la 2. num. 1. part. 13.*, *& in Gerunden. Juriſdictionis 1. Martii 1690. §. Quibus omnibus*, *coram bon. mem. Benincaſa*.

Eoque magis, quia dicti tres Teſtes apparent examinati ſuper duobus tantùm articulis, quando aliàs pro obtinenda Remiſſoria, faciendoque examine in partibus, pro parte ejuſdem Cardinalis exhibiti in Actis fuerant quatuor articuli, nuper reperti in filzis Notarii Cæſarini ſucceſſoris Notarii de Palude: Inveriſimile autem videtur prædictos tres Teſtes fuiſſe examinatos in Curia ſuper duobus tantùm articulis, poſito quòd Remiſſoria continebat quatuor. Ruſus quia
17 non conſtat, conſuetos præceſſiſſe actus, & formalitates pernéceſſe requiſitas, ubi ſit examen teſtium in Curia, de quibus apud *Ridolphin. in Prax. part. 1. c. 21. num. 5.*, *& 2.*, *& in Obſerv. ſuper dicto cap. 23.*, *& 24.* Ac demum, & fortiùs, quia per Plantaninum Cauſæ Notarium in prima Inſtantia coram Reomano tranſportatus tantùm fuit aſſertus Proceſſus Remiſſorialis, non autem dictorum Teſtium depoſitiones, quæ tranſportatæ utique fuiſſent, quatenùs revera dicti Teſtes examinati extitiſſent in Curia; addita etiam inveriſimilitudine, & contrarietate illorum depoſitionis tot Eccleſiæ Statutis, & tot aliis publicis documentis, ex quibus ſupra probatum fuit, Epiſcopum Giennen. ſemper exercuiſſe Juriſdictionem Ordinariam ſuper omnes ſuæ Cathedralis Canonicos, & Præbendatos.

Cæterùm, benè examinato præfatorum Teſtium dicto, compertum habuerunt DD., eos non probare prætenſam exemptionem, & Juriſdictionem Capituli, procedendi in Cauſis Criminalibus Canonicorum,
18 & Capitularium, nam ad hunc effectum requiritur, quòd Teſtes deponant ſuper 40. annos de viſu, ex relatis *per Rot. in dec. 598. cor. Buratt.*, *& in Hiſpalen. Juris votandi 29. Martii 1702. §. Ratio*, *cum ſeq. coram R. P. D. meo Caprara*, & in terminis *in Illerden. Juris mulctandi 23. Januarii 1701. §. Minùs*, *cor. R. P. D. Muto*. Et tamen ſæpedicti Teſtes carebant ætate legitima ad depo-
19 nendum ſuper quadragenaria, immò, ſubducta illorum abſentia à Diœceſi Giennen., vix deponere valent de conſuetudine 20. annorum, ex traditis *per Rot. coram Coccin. dec. 2118. n. 6.*

Eademque irrelevantia, tam quoad legalitatem, quàm etiam quoad ſubſtantiam, laborat Proceſſus Remiſſorialis, ex cujus teſtibus ſatagebat Capitulum deducere probationem aſſertæ exemptionis à Juriſdictione Ordinaria Epiſcopi. Siquidem illius ſuſpicio orta fuit tum ex quo repertus non fuit in actis Cæſarini ſucceſſoris Plantanini, à quo fuerat confectus; tum quia nullæ in eo leguntur adhibitæ ſolemnitates neceſſariò adhibendæ in Proceſſibus Remiſſorialibus; tum quia Vicarius Generalis, aſſertus Judex Remiſſorialis, in eo ſemper ſe ſubſcripſit ſub nomine Vicarii, non verò, ut opportebat, Judicis Remiſſorialis; tum quia Teſtes apparent examinati ſuper articulis omninò diverſis ab iis, qui producti fuerant in Curia pro obtinenda Remiſſoria; tum quia nulla à tergo ejuſdem Proceſſus conſpicitur nota productionis, quæ omnibus ſcripturis productis manu ipſius Notarii
20 apponi ſolet: Ex quibus proinde nullitatibus, & inveriſimilitudinibus, quibus ſcatet præfatus Proceſſus, certa, & indubitata fides eidem in Judicio præſtari non poteſt, ex ſuprà firmatis, quibus additur *Rota dec. 6. nu. 1. part. 13. rec.*, *& dec. 162. n. 12.*, *& ſeqq.*, *& deciſ. 206. n. 2. part. 15. recent.*

Præterea admiſſa etiam veritate dicti Proceſſus, adhuc teſtes in illo examinati, vel non officiunt, vel ſunt ſuſpecti: Non officiunt, inquam, quia quatenus deponunt Capitulum proceſſiſſe in Cauſis Criminalibus Canonicorum, ſpecificando caſus, in quibus viderunt tale quid practicari, hue eorum dictum intelligendum eſt juxta caſus ipſos, quos expreſſerunt:

Cumque in iſtis Capitulum proceſſerit ad formam Statuti in *c. 31.*, nempè in cognitione injurarum, verbo, & facto per Præbendatos illatarum, ut ſupra, & in omnibus Cauſæ Deciſionibus probatum fuit, ipſorum depoſitio intelligenda eſt ad limites caſuum quos practicare viderunt, & in quibus eorum aſſertionem fundarunt, ut ſignanter ponderatur in ultima Cauſæ *Deciſ. §. Tum quia*.

Vel quatenus contrarium deponerent, ſtatim deteguntur mendaces, dum ex rationibus ſupra adductis probatum fuit evidenter, jus corrigendi, & cognoſcendi caſus Criminales, in gravibus ſemper ſpectaſſe ad Epiſcopum. Prout indubitanter ſunt mendaces in ea parte, in qua deponunt nunquam vidiſſe, quòd Epiſcopi Giennenſes viſitaverint Capitulum, & Canonicos
Cathedralis, quando ex Statutis, aliiſque publicis 21
documentis, & actibus viſitationum, hodiè exhibitis, liquet Epiſcopum Giennen. ſemper, & quandocunque viſitaſſe Capitulum, & Canonicos, ad *Gloſſ. in cap. 3. loco in verb. Teſtium*, *de conſ. Rot. deciſ. 533. num. 2. coram Bich.*, *& dec. 116. num. 5.*, *& 6. part. 19. rec.* Itaut eo modo, quo circa Jus viſitandi ſunt mendaces, & erronei, tales etiam præſumantur quoad Jus
corrigendi Cauſas Criminales, quod deponunt fuiſſe 22
à Capitulo exercitum, ex regula, de qua *Bald. in l. ſi ex falſis*, *num. 15. C. de tranſact. Felin. in cap. Fraternitatis*, *n. 31. de hæretic. Rota coram Carillo dec. 186. n. 11.*

Neque demum aſſerta conſuetudo Capituli probatur ex actu ceſſionis, factæ per Capitulum anno 1539., ex qua etiam reſultare contendebatur, quòd Epiſcopus petierit à Capitulo cedi ad favorem Dignitatis Epiſcopalis Juriſdictionem Canonicos corrigendi. Quoniam, ut ſemper in præteritis Deciſionibus animadverſum fuit, propoſitio illa, reſpiciens dictam ceſſionem, non fuit facta ab Epiſcopo, ſed à Decano Eccleſiæ Cathedralis, qui expoſuit Capitulo prætentionem, quam Epiſcopus habebat, & proindè perperam dicitur, quòd dicta enunciativa fuerit Epiſcopi: Cæterùm Decanus non propoſuit Capitulo. Epiſcopum prætendere Juriſdictionem in genere in Cauſis Criminalibus, ſed poſtulaſſe ceſſionem Juriſdictionis competentis Capitulo vigore Statutorum Eccleſiæ. Cum ergo ex hiſce Statutis liquidò conſtet, quòd Capitulo nulla alia competat Juriſdictio niſi illa, ei tributa in *tit. 11.*, *& 31. de Injuriis*, ſcilicet Jus cognoſcendi de Injuriarum exceſſibus, qui patrantur per Præbendatos Eccleſiæ, & in toto Statutorum corpore nulla alia legatur Conſtitutio, majorem concedens Juriſdictionem Capitulo, utique ſequitur, quòd ubi etiam Epiſcopus poſtulaſſet à Capitulo Jus corrigendi, quod ad illum ſpectabat vigore Statutorum, intelligi nequit hujuſmodi petitio, niſi de illa unica corrigendi dd. injurias eo ipſo, quòd ea ſola tribuitur Capitulo, ex animadverſis in Deciſione ultima Cauſæ *§. Quemadmodum levis*, ubi eadem reſponſione ſubmovetur alia enunciativa, contenta in Epiſtola Vicarii Arquellada, utpote quæ expreſsè continet relationem ad ſæpedicta Eccleſiæ Statuta.

Ex quibus omnibus propterea clarum efficitur, Capitulum Giennenſe prætendere non poſſe Beneficium Adjunctorum vigore *Capitulo 6. ſeſſ. 25. de reform. Sac. Concilii Tridentini*, quia non probavit exemptionem ante dictæ Sac. Synodi publicationem, prout requiritur. Verùm DD: placuit etiam alterum motivum, quòd etiamſi ante Concilium Capitulum fuiſſet exemptum, vel habuiſſet, aſſ. conſuetudinem corrigendi Cauſas Criminales Canonicorum, nihilominus cum poſt idem Concilium per ſeculum, & ampliùs, conſtet ſemper proceſſiſſe Epiſcopum in omnibus Cauſis Criminalibus Capitularium, ſine conſortio Adjunctorum, dictum Jus, ſeu Privilegium remanſiſſe præſcriptum. Centenaria enim eſt ille melior
titulus de mundo, quo mediante omnia præſcribun- 23
tur, omnia mutantur, omnia acquiruntur, & omiſſis generalibus, in terminis Privilegii Adjunctorum, quod præſcribi valeat ab Epiſcopo, tradit *Tondut. Quæſt. Benefic. lib 1. cap. 67. n. 13.* & dixit *Rota in Gerunden. Juris cognoſcendi Cauſas Criminales 27. Martii*, *& 20. Junii 1702. coram Me*, *& in Calaritana Juriſdictionis 2. Julii 1705. §. Talis obſervantia*, *coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

Non obſtante derogatione, quam apponit Conci-
linm in *dict. cap.6. ſeſſ.25. de reform.* omuibus conſue-
tudinibus, etiam immemorabilibus in contrarium,
cum talis derogatio reſpiciat ſavorem Epiſcoporum,
ut nempè procedere poſſent cum Adjunctis, non ob-
ſtante, quòd Eccleſiæ, ſeu Capitula haberent conſue-
tudinem Immemorabilem in contrarium, videlicet
procedendi privativè quoad Epiſcopum; non autem
cadit eadem derogatio ſuper conſuetudinibus Epiſco-
24 po ſavorabilibus, dum Concilium eas præſervavit
mandando, quòd privilegium iſtud Adjunctorum non
habear locum in iis Eccleſiis,ubi Epiſcopi haberenr ma-
jorem Poreſtatem, Auctoritatem, Juriſdictionem, nt
firmatum fuit ſupra §. *Quæ opinio*; Quapropter ficuti
Concilium præſervavit conſuetudinem ſavore Epiſco-
porum, juxta quam antea procedebant ſoli, & ſine
conſortio Capitulorum, & ſolùm irritavit conſuetu-
dinem Capitulis ſavorabilem in procedendo excluſo
Epiſcopo, evidens eſt; privilegium Adjunctorum po-
tuiſſe poſt Concilium contra Capitulum præſcribi, quòd-
25 que per non uſum illi per Capitulum renunciatum cen-
ſeatur, juxta *Text. in cap. ſi de terra verſ. de privileg.*, &
in ſimilibus terminis eſt punctualis *Text. in cap. non*
26 *eſt, de conſuetud. in 6.*, ubi approbatur conſuetudo
contra Juris diſpoſitionem, juxta quam Epiſcopus in
inquirendis, puniendis, & corrigendis Subditorum
exceſſibus, conſilium ſui Capituli requirere tenetur.

Quin officiat, quòd Beneficium Adjunctorum ſit fa-
cultativum, nec perdi poſſit per non uſum, maximè
quia non conſtat Capitulum fuiſſe monitum ab Epi-
ſcopo, ut deputaret Adjunctos ad formam Concilii,
27 & Capitulum poſtea illos non deputaverit; quoniam
ſtante lapſu centenariæ, ceſſat fundamentum mate-
riæ ſacultativæ, ex latè congeſtis per *Rocc. diſput.
Jur. cap. 167. n. 47., & 48.* prout etiam ex lapſu
hujus longiſſimi temporis præſumitur monitio, ſcien-
tia, & patientia ejus, qui paſſus fuit ipſius privile-
28 gii amiſſionem, & certiùs quia Epiſcopus ante oculos
Canonicorum, & contra eoſdem, per dictum tempus
exercuit dictam Juriſdictionem in illis corrigendis ab-
ſque minima ipſorum conclamatione, ad *Text. in cap.
præterea §. Saper qaibaſdam, de verbor. ſignific.* cum
aliis deductis in docto, & de more fundatiſſimo Vo-
to R. P. D. Severoli §. 8. impreſſo poſt *Diſcept. Ec-
cleſiaſtic. Moderai Roman. part. 2.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. LACETTA.

Giennen. Juris mutandi cum cauſa, vel ſine.

Veneris 27. Martii 1705.

ARGUMENTUM.

Præſens Deciſio confirmat alias præteritas, quæ in
hac Cauſa emanarunt, favore Epiſcopi Giennen.,
declarantes, eundem habere Jus mutandi Canoni-
cos ab Eccleſia Giennen. ad illam Baetiæ, abſque
ulla cauſæ expreſſione.

SUMMARIUM.

1 *Conſtito de juſtitia ſeatentiæ, deneganda venit reſtitu-
tio in integrum, adverſus illam petita.*

2 *Mutationes Clericorum de una Eccleſia ad aliam ſunt
de Jure probibita.*

3 *Declarat, quando fieret mutatio tituli, & ageretur de
translatione ad diverſas Eccleſias; ſecus autem ſi
mutatio fiat de una Eccleſia ad aliam, quæ unam
formalem Eccleſiam conſtituant.*

4 *Pro expediendo negocio, quod ſit remiſſum in arbitrio,
& conſcientia alicujus, nulla cauſa exprimen-
da venit.*

5 *Obſervantia ſubſecuta declarat verba, alioquin du-
bia.*

6 *Quæ non ſunt de Actis dicantur eſſe extra mundum.*

7 *Non poteſt conſtare de injuſtitia ſententiæ, niſi ſe-
quatur integra Actorum tranſportatio.*

8 *In Capelaniis amovibilibus poteſt fieri amotio abſque
cauſa, neque per hoc læditur exiſtimatio, & fa-
ma amatorum.*

DECISIO XXXV.

RESTITUTIONEM in integrum, per Capitulum & Ca-
nonicos Giennen. petitam adverſus quamplu-
res ſententias bujus Sacri Tribunalis, concedentes E-
piſcopo Jus mutandi Canonicos ab Eccleſia Giennen.
ad illam Baetiæ abſque ulla cauſæ expreſſione, cum
in Audientia diei 11. Februarii 1704. coram Me DD.
denegaverint, bodie pariter non eſſe concedendam, ap-
probando ejuſdem Deciſionis ſundamenta, reſponderunt.

Juſtitia namque ſententiarum (dum ſuper exceptio-
nibus validitatem tangentibus DD. immorari ſuper-
fluum putarunt, ex quo in aliis Deciſionibus ſatis
abundè remanſerunt ſublatæ), undique clara viſa fuit,
cum plenè reſultet, non ſolùm ex Literis Executo-
rialibus, ex ceſſione ſacta de Jure viſitandi per Ca-
pitulum de anno 1539. favore Epiſcopi, quod libe-
rè abſque cauſa, ad tempus bene viſum eidem Ca-
pitulo competebat: Verùm etiam ex ſubſecuta con-
tinua obſervantia, juxta quam Epiſcopi pro tempo-
re uſi ſuerunt bujuſmodi facultate, tam judicialiter,
quàm extrajudicialiter probata ex Inſtrumentis tranſ-
lationum, uſque ad annum 1698. ſactarum ſub nar-
rativa, quòd ipſi exiſtebant in quaſi poſſeſſione libe-
rè mutandi cum ſola expreſſione cauſæ, *quòd ita ſer-
vitio Dei, & bono regimini Eccleſiæ congruebat*; Ac ul-
teriùs ab examine teſtium Præbendatorum Cathe-
dralis, idem deponentium, & demum à deliberatio-
ne Capitulari, capta anno 1642., in qua Capitulum
faſſum ſuit, Jus liberè mutandi ad Epiſcopum ſpecta-
re vigore Executorialium Rotalium, & continuæ poſ-
ſeſſionis, decernendo, quòd impoſterum mutationes
ab Epiſcopis ſactæ, & ſaciendæ, executioni deman-
darentur: Ex quibus omnibus cum juſtitia ſententiarum
firmata dignoſcatur, venit retardanda reſtitutio in in- 1
tegrum adverſus illas expetita. *Rot. cor. Dunoz. Jun. dec.
804. n. 1. & cor. Celſ. dec. 151. n. 3. & ſeq. & cor. Emerix. d.
1237. n. 2. & in rec. dec. 33. n. 1. part. 19.*

Nec ad obtenebrandam juſtitiam prædictam adduci
merebatur concluſio generalis, quòd de Jure muta- 2
tiones Clericorum de una Eccleſia ad aliam ſunt pro-
hibitæ, ad normam *Text. in Can. Sanctorum, diſtinct.
70. Can. non oportet, & Can. Paſtoralis 27. quæſt. 1.* Quia
talis regula locum haberet, quando translatio fieret ad
diverſas, & diſparatas Eccleſias, & quoties titulus
Canonicalis mutaretur: Secus verò, quando mutatio 3
fit de una Eccleſia ad aliam, quæ unam formalem
Cathedralem conſtituunt, prout ſunt Eccleſiæ Gien-
nen., & Baetien. quæ licèt materialiter ſint diviſæ, ta-
men formaliter unicam Cathedralem efformant, & am-
barum Canonici in utraque, tanquam in una, eadem-
que Cathedrali, intitulati cenſentur. *gloſ. in cap. novit
in V. uniendo, nè Sede vacante, & in Can. & temporis
qualitas, & in V. unire 16. quæſt. 1. Azor. Inſtit. Moral.
part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 2. Turricell. de Union. cap.
3. n. 2. & ſeq. Fagnan. in d. cap. novit, nè Sede vacan.
num. 3. Caccialup. de Union. cap. 2. num. 3. Petr. de Pe-
ruſ. de Union. cap. 1. num. 4. & cap. 2. num. 3. Barboſ.
de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 16. num. 6. verſ. operatur*, & in
præciſis terminis Eccleſiarum, ſuper quibus cadit præ-
ſens controverſia, *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap. 8. n. 141.
& ſeq.*, ubi quòd in Eccleſiis Giennen., & Baetien. Ca-
nonici unius ſunt Canonici alterius, & Epiſcopus pro
libito facit inſervire in una, vel in alia Eccleſia.

Non obſtante replicatione, quòd poſita etiam hac
facultate, tamen non veniat adeò effrenatè intelli-
genda, ſed quamvis tam in ceſſione facta per Capi-
tulum, quàm in Executorialibus Rotalibus, decla-
ratum ſuerit, eam liberè competere, adhuc dicendum,
ſit libertatem conſiſtere in hoc, quòd Epiſcopus ad bu-
juſmodi mutationes devenire poſſit abſque conſenſu
Capituli: non vero ſine expreſſione cauſæ. Quoniam
attenta naturali ſignificatione dictionis *liberè*, quæ
omnis ſervitutis ligamen excludit, inde ſequitur,
quòd etiam onus cauſam exprimendi excluſum rema-
neat, ut ſuit firmatum in omnibus iſtius Cauſæ de-
ciſionibus, & in ſimili caſu, quo negotium ſit remiſ-
ſum arbitrio, & conſcientiæ alicujus, quòd nulla

cauſa

Digitized by Google

4 cauſa ſit exprimenda, reſpondit *Rota in Dertbuſ. Juriſdictionis 30. Aprilis 1694. §. Quo vero, coram R. P. D. meo Caprara*.

Concurrente potiſſimum adeò inconcuſſa obſervantia 134. annorum, juxta quam, ut præmiſimus, mutationes ſemper factæ fuerunt abſque expreſſione cau-
5 ſæ, præter illam generalem, *quòd ita congruebat ſervitio Dei, & bono regimini Eccleſiæ*: hinc enim declaratur in quo ſenſu fuerit prolatum dictum verbum *liberè*. *Rot. coram Dunoz. Jun. dec. 869. n. 11. & coram bo. me. Emerix dec. 24. n. 9. & in rec. dec. 253. nu. 8. & 9. part. 16. & in Urbanien. Canonicatus 23. Januarii 1697. §. Omiſſo enim, coram Illuſtriſs. Magno Cancellario Mediolani*, & in his præciſis terminis *in d. Dertbuſen. Juriſdictionis §. Quibus non deficit*: Cui quoque accedit ſupra enunciata confeſſio, de anno 1642. per Capitulum emiſſa, in qua faſſum fuit, Epiſcopos habere Jus liberè mutandi pro libito voluntatis abſque ulla limitatione, idque continuò, & ſine aliqua contradictione practicatum fuiſſe; quæ confeſſio contra ipſum plenè probat ex notiſſimis Juribus, & firmatum fuit in alia Deciſione coram Me *§. Et de facto*.

Quibus non adverſatur declaratio emiſſa in Relatione Chriſtophori Arquelleda Vicarii Generalis Epiſcopi ante ceſſionem à Capitulo factam, aſſerentis, quòd mutationes priùs per Capitulum cum expreſſione cauſæ fieri ſolebant, ſed Capitulum abutebatur facultate mutandi *a loro arbitrio, e volontà, ſenza attendere la neceſſità di ambedue le Chieſe, come ordina lo Statuto*: undè inſerebatur, quòd Capitulum cedere non poterat Epiſcopo Jus liberè mutandi, quando illud apud ſe non habebat: Nam præter alias reſponſiones, adductas in præterita Deciſione coram Me §. *Nec illi*, cum quibus hodie DD. tranſierunt, urget
6 alia, videlicet, quòd aſſerta relatio non adeſt in Actis originaliter, ideoque non venit attendenda, cum extra mundum eſſe dicantur. *Cardin. de Luc. de Regal. diſc. 113. num. 67. Rot. coram Bichio dec. 396. num. 17.* maximè quia ipſamet copia per errorem reperitur inſerta in Actis præſentis Inſtantiæ, cum fuerit in alia Cauſa producta.

Imò cum & alia Acta præcedentium ſententiarum non fuerint adhuc integrè tranſportata, ut prævia diſputatione particularis dubii coram Reverendiſs. P. D. meo Priolo hac die reſolutum fuit, indè ſequitur, quòd etiam ex hoc ſolo motivo non poſſit juſtitia rei judicatæ in dubium revocari, cum ad hunc effectum
7 debeat præcedere integra Actorum tranſportatio, ut firmavit *Rot. coram Emerix dec. 380. n. 1. & in recen. dec. 35. n. 20. & ſeqq. p. 10.*

Quibus ita firmatis, incongrua prorsùs viſa fuerunt repetita abſurda, quæ per Capitulum dicuntur oriri poſſe à tali facultate liberè mutandi, & ſignanter, quòd Epiſcopi illa abuterentur, continuè Canonicos gravando, & quòd per tales mutationes multum fama, & exiſtimatio eorundem læderetur. Etenim quoad prætenſa gravamina ultra quòd iſta præſumenda non ſunt, & uſque ad hunc non probatur Epiſcopos facultate prædicta abuſos fuiſſe; ceſſat quælibet difficultas, ex quo remanet aperta via ipſis Canonicis cauſam prætenſi gravaminis in devolutivo proſequendi, ut dictum fuit in præteritis hujus Cauſæ Deciſionibus, & ſignanter in illa coram Me §. *Exindeque*.

Quo verò ad præjudicium bonæ famæ, iſtud pariter abeſſe viſum fuit: tum quia omnibus notum eſt, quòd Canonicatus Eccleſiæ Giennen. ſubjecti ſunt oneri mutationis ad illam Baetiæ, quando ſervitio Dei, & bono Eccleſiæ regimini congruit, & de hoc erant benè conſcii Canonici, ideoque ſi illo hujuſmodi ſervituti obnoxios acceptarunt, utique tali oneri acquieſcere debent ſine ullo periculo læſionis propriæ famæ,
8 ut habetur in Capellaniis amovibilibus, in quibus fit amotio abſque cauſa, & tamen non læditur exiſtimatio, & fama illorum, qui paſſim amoventur. *Corn. conſ. 262. n. 6. lib. 3. Rota coram Coccin. dec. 18. n. 5. & coram Cavaler. dec. 350. n. 1. & dec. 135. n... p. 10. rec.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Giennen. Juris mutandi.

Ven. 27. Martii 1705.

ARGUMENTUM.

Pro concedenda reſtitutione in integrum conſtare debet de evidenti, & palpabili injuſtitia Sententiæ; ad quam probandam requiritur integra tranſportatio Actorum, etiam irrelevantium. An, & quando Canonici poſſint ſibi, & Succeſſoribus præjudicare abſque Beneplacito Apoſtolico.

SUMMARIUM.

1 *Quoties clarè non liqueat de nullitate, ſeu injuſtitia ſententiæ in judicatum tranſactæ, ea non ſolùm habet pro ſe præſumptionem validitatis, ſed illius executio retardari non poteſt.*

2 *Res judicata, per plures ſententias confirmata, non niſi ob patentiſſimam nullitatem, & conſimilem injuſtitiam, ex iiſdem Actis reſultantem, de medio tolli poteſt* & n. 3.

4 *Quando agitur de materia Eccleſiaſtica, ex diſpoſitione* Conc. Trident. *omnia Acta ſunt tranſportanda coram Judice appellationis.*

5 *Ita ut defectus etiam irrelevantium vitiet actum tranſportationis, & ceſſare faciat Juriſdictionem in Judice appellationis.*

6 *Imò ſi non reperiatur Regiſtrum Actorum, ſola poſſibilitas ſufficit.*

7 *Et facit, ut concedenda non veniat reſtitutio in integrum, cum præſumptio ſtet ſemper pro validitate ſententiæ.*

8 *Non poteſt conſtare de patenti injuſtitia Cauſæ, quoties Acta non ſunt integra.*

9 *Nemo poteſt condemnari, niſi per actum legitimè geſtum.*

10 *Canonici non poſſunt ſibi, aut Eccleſiæ, aut ſucceſſoribus præjudicare abſque Beneplacito Apoſtolico.*

11 *Limita quando Jus non eſt certum, vel agitur de meliori modo regendi Eccleſiam.*

12 *In materia ſpectante, non ad Canonicos particulares, ſed ad Capitulum uti Corpus, ſufficit deliberatio facta à majori parte.*

13 *Poſt lapſum ſeculi, & ultra, concurrente obſervantia, præſumitur Beneplacitum Apoſtolicum.*

14 *Quando nullitas fundatur in contemptu Canonicorum non vocatorum, ſi contempti non impugnent actum Capitularem, neque Succeſſores poſſunt illum impugnare.*

15 *Accedente præſertim longiſſimi temporis obſervantia.*

DECISIO XXXVI.

SUper reſolutionis die 11. Februarii 1704. Domini, ex eo quia agebatur de Cauſis reſtitutionis in integrum, & ab hac pendebant aliæ duæ reſolutiones, capiendæ inter eundem Reverendiſſimum Epiſcopum, & Capitulum coram Reverendiſſimo D. Molines, & R. P. D. Lancetta, Capitulo novam audientiam conceſſerunt, & ordinarunt, quod inſimul eadem die proponerentur. Ad tenorem igitur hujuſmodi reſcripti hodie repropoſita Cauſa, ſteterentur in deciſis. Quoties enim manifeſtè non doceatur de nullitate, ſeu injuſtitia ſententiæ in Judicatum tranſactæ, iſta non ſolùm habet pro ſe præſumptionem validitatis, ſed illius executio, retardari minimè valet *l. res judicata ff.* 1
de regul. jur. & Rota in Ravennaten. pecuniaria 2. Junii 1702. §. Hujuſmodi ſententia, & §. Non obſtat, coram R. P. D. meo Caprara, & maximè quia non agitur de re judicata ob negligentiam incurſa, ſed canonizata per quatuor ſententias Rotales, ac inter Partes obſervata per ſpatium 150. annorum, in quibus terminis omnis interpretatio eſt facienda, & niſi à patentiſſima nullitate, & conſimili injuſtitia, ex 2
iiſdem actis reſultante, de medio tolli poteſt, ut ponderat *Manſ. conſult. 392. nu. 5.* & ubique paſſim,

Q 4 aliàs

3 aliàs nemo unquam de ſuo jure certus remaneret, ut plenè in hac eadem Cauſa probatum remanet pro R. P. D. meum Mutum ſub die 16. Aprilis 1700.
4 *ſ. Ad hoc*, *& ſ. Maximè quando*. Agitur enim in præſenti de materia Eccleſiaſtica, in qua Sacr. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 20. de reform.* præſcribit formam, ibi -- *tenentur acta omnia coram Judice appellationis transferre &c.*

Quapropter maxima fuit contentio ſuper illorum integritate: Nam attentis diligentiis per Capitulum factis in præcedenti propoſitione, DD. opportunum non exiſtimarunt aſſumere hanc quæſtionem, tamen hodiè deputatis omnibus Notariis S. Rotæ ad secocognoſcendum Proceſſum, & referendum, & formiter diſpunctis Actis, illorum deficentia manifeſta apparuit.

Et quamvis Notarii inter ſe diſcordes fuerint, ex ipſa diſcordia meliùs defectus apparuerunt; Cauſa quippe hæc ſuum principium habuit in Judicio poſſeſſorio coram Paulo Ptolomæo, in cujus locum fuit ſubindè ſubrogatus bo. me. de Anguſtinis, ut juſtificatum fuit *in Summar. Epiſcopi num.* 10. *lit.* E. à tali decreto manutentionis appellavit Capitulum, & à Suavio Reomano Dignitas Epiſcopalis obtinuit per ſententiam confirmari mandatum de manutenendo, & pronunciari jus mutandi *liberè* ſpectare ad Epiſcopum, cujus ſententia fuit deindè in omnibus, & per omnia confirmata coram Accorambono, & Sancta Cruce *dicto Summario num.* 10. *lit. I. L. M. N. & BB.* iſtorum igitur omnium Acta erant à Capitulo tranſportanda, & tamen exhibita tantùm fuit minima pars Proceſſus ſecundæ Inſtantiæ coram Suavio Reomano: Ex eodem enim regeſtro, ut obſervant concorditèr Periti, reſultat, quòd eſſe deberet *fol.* 480. & ſolùm reperta fuerunt *fol.* 97. & proindè defectus eſt manifeſtus in *fol.* 383.

Summa diligentia nonnulli ex dictis Notariis folia percurrerunt, & tranſcripſerunt, ac propterea dixerunt defectum conſiſtere in extenſione terminorum; nam ſi deficerent jura relevantia, folia deberent eſſe longè plura, & ideò regeſtrum eſſe quaſi integrum.

At etiam ſecundum hanc atteſtationem, Capitulum deficeret in ſalutaribus, nam ſi juxta S. Conc. Trid. omnia Acta ſunt tranſportanda, itaut defectus
5 etiam irrelevantium vitiet actum tranſportationis, & ceſſare faciat juriſdictionem in Judice appellationis, ut benè obſervat *Card. de Luc. de Judic. diſc.* 37. *num.* 35. ibi -- *Ea verò in praxi recepta videtur diſtinctio inter Cauſas Eccleſiaſticas, & prophanas, ut ſcilicèt in Eccleſiaſticis, & Spiritualibus, neceſſaria ſit omnimoda integritas, tam relevantium, quàm irrelevantium, tanquam per ſpeciem formæ præciſæ inductæ à S. Concil. Trid.* & hæc fuit conſtans ſententia etiam noſtri Tribunalis, ut longè ante reſpondit *cor. Penia dec.* 302. *juxta impreſſ. Lugdunen. Arguell. dec. 33. nu. 17. & in recent. dec. 566. n. 12. p. 1. & dec. 442. nu. 4. p. 18.* & alibi paſſim.

Si tamen ſolus defectus irrelevantium ſufficit, quanto magis erat dicenda non integra tranſportatio, dum Acta primæ Inſtantiæ in nihilo tranſportata viden-
6 tur, neque reperitur Broliardus, neque Regeſtra Actorum, & tamen notorium eſt, quòd ad colorandum poſſeſſorium deducuntur etiam ea, quæ ad petitorium inſervire poſſunt, & debent, & hæc ſola poſſibilitas ſufficeret *Poſth. de Manut. obſ. 69. nu. 17. verſ. ſantque ea acta. Rota penes ipſam dec. 407. n. 9. & cor. Martin. Andrea dec. 44. n. 1. & 3.*

Sed calculus etiam efformatus à dd. Notariis erroneus videtur manifeſtè, nam dicta folia conſiderata fuerunt, prout de præſenti regiſtrantur, at cum antiquum Regeſtrum appareat ſtrictiſſimè conſcriptum Gothico caractere, multo plura per neceſſe continere debebat, quàm ſimplicem extenſionem terminorum.

Ulteriùs defectus eſt palpabilis; nam defenſores Epiſcopi in Broliardo, in quo deſcripta ſunt Acta, quæ fiebant coram Sancta Cruce in hac eadem Cauſa, invenerunt ſub die 7. Januarii 1551. repetitionem cujuſdam Inſtrumenti ratificationis Statuti, per Canonicos de Baetia factum, & productum coram Suavio 14. Novembris 1547. *Sum. num.* 7. in controverſo autem Regeſtro non reperitur, neque dictum Inſtrumentum, neque illius productio, undè per neceſſe dicendus eſt defectuoſus etiam in relevantibus, & hoc ſingulariter facit etiam ad juſtitiam Cauſæ, ut infra.

Augetur irrelevantia dictæ traſportationis, quia tertiæ, & quartæ Inſtantiæ non reperiuntur Regeſtra, & filzæ jurium productorum, ſed tantum Broliardi, ex quibus juxta praxim componi non poſſunt integra Regeſtra Actorum, & ſic benè dicebatur pro parte Epiſcopi, deficere iſtarum duarum Inſtantiarum, tam acta irrelevantia, quàm relevantia; Cumque ea, quæ producta per anteà non fuiſſent, potuerint produci ex poſt, hæc ſola poſſibilitas ſufficit, ut concedenda non veniat reſtitutio in integrum, cum præſumptio 7
ſemper ſtet pro validitate Rei judicatæ, optimè *Rota in Ravennaten. Pecuniaria 2. Junii 1702. ſ. Hujuſmodi ſententia, cum ſeq. & 12. Februarii 1703. ſ. Nec allegabilis, cor. R. P. D. meo Caprara confirmat. 28. Aprilis 1704. ſ. Cum enim, coram R. P. D. meo Caſſarello*, Et maximè quando neque habemus Deciſiones in Cauſa emanatas, præter illas duas noviter repertas apud *Put. in* 283. *&* 295. *coram Suavio*, & ſatis notum eſt, quòd Prædeceſſores noſtri ſeparabant articulos, & plures, & diverſas Deciſiones faciebant in una Cauſa; qui hodiè ſummo labore Judicum, ſed maxima utilitate Litigantium, & celeriori Cauſarum expeditione, omnes in una propoſitione cumulantur, & integer ſtatus Cauſæ ſub oculis habetur in una tantum Deciſione, niſi in progreſſu aliquid de novo deducatur; dum autem Deciſiones non habentur, neque ex his deſumi valet, quale fuit principale motivum reſolutionis, & objecta hinc indè deducta, & maximè quia per ſententiam pronunciatum fuit Jus mutandi liberè ſpectare ad Epiſcopum, quod non cohæret cum dictis Deciſionibus coram Puteo, nuper allegatis.

Excluſa integritate Actorum, ſuperfluum eſſet aſſumere merita Cauſæ, quia nunquam conſtare poterit de patienti injuſtitia, quoties Acta non ſunt in- 8
tegra. *R. P. D. meus Anſaldus de Commerc. & Mercat. diſc. 14. nu. 8. Rot. cor. Seraphin. deciſ. 344. nu. 2. coram Peuting. deciſ.* 193. *n.* 8. & meliùs ad rem *in rec. deciſ. 118. n. 6. & 7. p. 8. & dec. 334. n. 8. p. 18. & in cit. Ravennat. in locis nuper allegat.* Sed, & ut in iſtis Canonici agnoſcant malum jus ſovere; non impugnabant de Jure Epiſcopo, uti Capiti utriuſque Eccleſiæ, nempè Baetien. & Giennen. quæ quamvis materialiter duæ, unicam tantum Cathedralem componunt, competere obligationem invigilandi, quòd in unaquaque adeſſet congruus numerus Canonicorum, & Beneficiatorum, pro condecenti Dei ſervitio, & per conſequens eidèm tribuenda ſunt pariter omnia media ad talem finem neceſſaria, & præcipuè quia datur Bulla Innocentii IV. anni 1249. tranſlationis Sedis Epiſcopalis, cum hoc tamen, *quòd Epiſcopus auctoritate noſtra in Baetien. Eccleſia manere faciat ſex, aut octo Canonicos, qui perpetuò Divinis ibidem vacent obſequiis*, ut in principio Deciſionis, quæ revidetur.

Sed prætendebant, tale jus remanſiſſe immutatum de anno 1476. mediante quodam Statuto, auctoritate Vicarii Generalis per Decanum, & Capitulum condito, in quo non ſolùm ſtabilitum, & ordinatum legitur, quòd in Eccleſia Giennen. duæ Canonicorum partes reſiderent, alia verò tertia in Eccleſia Baetien. ſed quòd Jus aſſignandi, & mutandi, ad Decanum, & Canonicos ſpectaret, & tale jus ita radicatum eſſe ex ſubſecutis mutationibus, de quibus cœpit docere Capitulum ab anno 1525. *Summ. n. 5. lit. A.* ut ampliùs ab eiſdem divelli non poſſit; Et hoc ſemper fuit unicum Canonicorum fundamentum reclamandi contra tot ſententias, & inconcuſſam obſervantiam 250. annorum.

Verùm ultra quòd hoc idem Statutum conditum apparet ſub lege, & conditione, quatenùs Epiſcopus una cum Capitulo nollent uti antiquis Statutis dictæ Eccleſiæ *Summario Epiſcopi num. 2. lit. C. D.* Cum autem tale Statutum non reperiatur inſertum in volumine Statutorum Eccleſiæ, imò de anno 1491. & ſic quindecim tantùm annos poſt, aliud legitur conditum ab Oſſorio Epiſcopo, quo mandat, ut Decanus cum duabus partibus Præbendatorum reſideret

in

in Eccleſia Giennen. & tertia pars in Eccleſia Baetien. ut in utraque Eccleſia Divina Officia poſſent celebrari, abſque aliqua mentione reſervationis Juris mutandi ſavore Capituli, & hoc Statutum reperitur impreſſum, & alligatum de mandato Capituli cum aliis Eccleſiæ Conſtitutionibus, ad quarum obſervantiam in ingreſſu quilibet Canonicus ſolemni juramento ſe adſtringit, dicendum eſt, quòd hoc poſtremum, non autem alterum Statutum veniat attendendum.

Sed ſufficeret ſola turbiditas ex duplicitate dictorum Statutorum ad rem noſtram: imò Capitulum de anno 1539. devenit ad formalem ceſſionem dicti Juris ſavore Epiſcopi. Quapropter, ſive per antea tale Jus eſſet clarum pro Capitulo, ſive turbidum, de iis ante dictam ceſſionem non eſt ampliùs inquirendum, ſed totum negotium reducitur ad ipſam ceſſionem.

Et hanc veritatem agnoverunt quoque Canonici, qui toto conatu, ſed inutiliter, impugnarunt in præcedenti mea Deciſione controverſam ceſſionem, tanquam ſactam à nonnullis Canonicis tantùm, & non convocatis illis Baetiæ reſidentibus, qui conſtituunt unum Capitulum, & cum ageretur non ſolùm de adeò inſigni præeminentia Capituli, ſed de intereſſe particulari omnium Canonicorum, quibus ſummoperè intererat non ſe ſubmittere voluntati Epiſcopi, & omnium ſucceſſorum, quoad mutationem ſervitii Eccleſiarum, & reddere continuò incertam propriam
9 habitationem, erant omninò citandi, & expectandi, qua forma non ſervata, actus dicitur nullus, *vulgat. l. 4. ſ. Condemnamus ff. de re judic.* & quando etiam fuiſſet legitimè geſtus, requirebat Beneplacitum Apoſtolicum, ſine quo Canonici non poterant,
10 neque ſibi, neque Eccleſiæ, neque ſucceſſoribus præjudicare *Card. de Luc. de Praem. diſc. 5. ſub num. 7. Rot. cor. Bich. dec. 535. num.* 20.

Sed his omnibus facilis eſt reſponſio, nam primò jam oſtendimus, non apparere tale Jus eſſe legitimè radicatum in Capitulo, ſed principium ſumere à dicto Statuto anni 1476. ab Epiſcopo non approbato, neque comprehenſo in corpore Statutorum, & potiùs per contrarium anno 1492. abrogato, unde per ceſſionem dicitur potiùs ſublata lis, quàm renunciatum Juri, Capitulo competenti, & res reſtituta ad ſuum principium, nempè ad Epiſcopum, qui tanquam ſucceſſor in Juribus Abbatum, ſub quorum regimine ferè omnes Hiſpaniarum Eccleſiæ gubernantur, poterat ad libitum mutare Canonicos, quia hæc mutatio ſucceſſit loco obedientiæ, quæ arbitrio Superioris imponitur Monachis, & propterea, neque in tali caſu erat neceſſarium Beneplacitum Apoſtolicum,
11 cum nullum jus certum haberent Canonici, & ageretur ſolùm de meliori modo regendi Eccleſias, ut benè firmat Deciſio, quæ revidetur, 11. Februarii ſuperioris anni *ſ. fin. cor. Me*.

Quantùm verò ad conſenſum particularem Canonicorum, Baetiæ reſidentium, iſte, quatenùs etiam eſſet neceſſarius, quod non admittitur, quia cum ex eodem Statuto reſultaret competere Capitulo, ut cor-
12 pori, non autem Canonicis particularibus, indè fit, quòd pro legitima haberi debeat dicta ceſſio, facta à majori parte Capituli legitimè congregati, ut probant antiquæ Deciſiones, coram *Pat.* & poſtrema, quæ revidetur coram Me *ſ. Non tamen*.

Sed dato etiam, quòd requireretur, in actu renunciationis fuit particularitèr reſervatus, & poſt lapſum
13 tanti temporis, & inconcuſſam obſervantiam, ſupponeretur præſtitus, ut in fortioribus terminis pluriès dixit *Rot.* de Beneplacito Apoſtolico *deciſ.* 440. *num.* 12. *cor. & Bich. dec.* 698. *num.* 3. *part.* 2. *rec. & dec.* 118. *nu.* 9. *& ſeq. part.* 8. eo quia cum talis nullitas fundetur in contemptu non vocatorum, ſi Canonici contempti nunquam impugnarunt præ-
14 dictam ceſſionem, nec appellarunt, neque Capitulum, neque Succeſſores poſſunt inſtare pro nullitate, ſeu ceſſatione actus Capitularis, ut eſt *Text. expreſſ. in cap. quod ſicut* 28. *de elect. ubi gloſ. V. conſentire*.

Et de facto fuit præſtitus; Conſtat enim ex Broliardo coram Sancta Cruce fuiſſe repetitum quoddam Inſtrumentum ratificationis, ſtipulatum per Canonicos Baetien. & productum per acta Plantanini coram Suavio, ut ſupra notatum fuit *in ſ. Ulterius*; Et propterea, ſive ceſſio per ſe dici debet valida, ſive convalidata remanſit per actum ratificationis.

Nec attendenda eſt reſponſio Canonicorum, quòd malè interpretantur pro Inſtrumento ratificationis Memorialia exhibita à duobus Canonicis pro obtinenda mutatione: Productio enim, & repetitio loquuntur de Inſtrumento ibi -- *Repetiit quoddam Inſtrumentum ratificationis &c.* quòd eſt longè diverſum à ſupplicibus libellis, per Canonicos porrectis, & iſti fuerunt in ſequelam ratificatæ ceſſionis.

Ultra quòd de tali ratificatione deponunt etiam quatuor Canonici Eccleſiæ Giennen. quorum depoſitiones regiſtratæ reperiuntur de tempore uſque pendentiæ litis coram *Suavio. Summ. num.* 8.

His omnibus accedit totiès repetita obſervantia, & acquieſcentia 150. annorum, nec Canonici ſiluiſſent, nec omiſiſſent opponere hunc legalem, & eſ- 15
ſentialiſſimum defectum in omnibus propoſitionibus, ſi illum agnoviſſent ſubſiſtere in facto, prout validiſſimum in Jure *gloſſ. in cap. cum in Eccleſiis, in fi- garat. caſus, de Praeben. & Dignit. in 6. Butr. in cap. quod ſicut, num.* 25. *Bellamer. num.* 66. *Ancaran. & Jo. Andreas num.* 3. *Abbas in cap. quia propter, n.* 12. *verſ. non tamen. Rot. cor. Buratt. dec.* 351. *numer.* 4. *&* 5. *& coram Cocci. dec.* 221. *num.* 88.

Cum igitur ex inſanabili defectu tranſportationis Actorum nunquam conſtare poſſit de evidenti, & palpabili injuſtitia ſententiarum, ſine qua non conceditur reſtitutio in integrum, imò ex iis, quæ imperfectè habentur, ſufficientèr conſtat de validitate, & juſtitia, ex utroque capite Canonicorum objecta proſtrata remanſerunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Hiſpalen. Juris Sedendi in Synodo.

Ven. 21. Junii 1697.

ARGUMENTUM.

Ex declaratione Gregorii XIV. Vicario, ſeu Officiali Archiepiſcopi Hiſpalen. deberi primum locum in Synodo Diœceſana ante Capitulum, vel ab eo Deputatos, tam ipſo Archiepiſcopo abſente, quàm præſente, decernitur, nec conſtare de contraria legitima conſuetudine, in eodem Brevi Gregoriano præſervata.

SUMMARIUM.

1 *Brevi Pontificio, per viam ſtabilimenti, ſeu legis procedenti, inhærendo declarationibus Sacræ Congregationis, omninò parendum eſt, & executionem meretur.*

2 *Præſcriptio fundatur in negligentia, & non uſu, quando caſus utendi evenerit.*

3 *Quoties aliquid conceſſum eſt dignitati, non autem particulari perſonæ, negligentia Prædeceſſorum non præjudicat Succeſſoribus.*

4 *Stante Decreto irritanti, non intrat præſcriptio per non uſum, imò nec uſum contrarium.*

5 *Allegantì conſuetudinem incumbit onus illam probandi.*

6 *Primus locus in Synodo poſt Archiepiſcopum, & ante Capitulum, ſeu illud repræſentantes, debetur Vicario. Contrarium* num. ſeq.

8 *In opinionem conflictu, quoties accedit declaratio Papæ, ea attendenda eſt.*

9 *Et conſuetudo, à prædicta Gregoriana declaratione reſervata, intelligitur de quadragenaria.*

10 *In materia præcedentiæ ad præſcribendam conſuetudinem requiritur, quòd illi, qui de præcedentia contendunt, inſimul conveniant.*

11 *Unicus actus non ſufficit ad conſuetudinem inducendam.*

12 *Et per contradictionem remanet interrupta conſuetudo adhuc non completa.*

13 *Contra Decretum irritans inefficax redditur futura conſuetudo.*

14 *Scri-*

14 *Scriptura præſumitur ſubtracta ab eo, cui nocere po-*
terat. Diſtingue num. ſeq.
16 *Regulare eſt, quòd de conſuetudine, ſeu uſu unius*
Eccleſiæ, ad aliam nequit inferri.
17 *Neque extenditur de uno caſu ad alium.*

DECISIO XXXVII.

PRæſidente Cardinali de Caſtro Metropolitanæ
Eccleſiæ Hiſpalenſi, duxit ortum gravis non
minùs, quàm celebris controverſia præeminentialis
ſuper ſeſſionibus primis in Diœceſana Synodo, in-
ter Vicarium, ſeu Proviſorem generalem illius, at-
que Capitulum, vel ipſis Deputatos, qua in hoc Sa-
cro Auditorio bo. me. Marcello Bubalo primitus de-
legata, deputati Capituli manutentionem in Judicio
Summariiſſimo, præviis diſputationibus habitis ſub
diebus 13. & 20. Martii 1589. reportarunt in quaſi
poſſeſſione ſedendi immediatè poſt Archiepiſcopum
hinc indè in Synodo, & per conſequens præcedendi
Vicarium, ſeu Proviſorem: in petitorio autem ſe-
mel, iterumque diſputatum fuit dubium: An Provi-
ſor, ſeu Vicarius Generalis, de Jure Communi,
abſente, ſeu præſente Archiepiſcopo in Synodo Diœ-
ceſana, præcedere debeat Deputatos à Capitulo: ſed
ob varias PP. Suffragantium opiniones abſque reſo-
lutione remanſit, ut non impugnatur.

Sanctæ memoriæ Sixtus V. ſummoperè hanc litem
extinguere exoptans, anno 1590. poſtquam ad me-
morati Archiepiſcopi, ejuſque Vicarii, ſeu Proviſo-
ris inſtantium, Sacræ Congregationi Concilii cogno-
ſcendam commiſerat, eadem adhuc indeciſa penden-
te, ſtatuit, atque decrevit — *Vicarium, ſeu Officialem*
Generalem, præſente Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, neque
locum in Synodo Diœceſana, aut in Capitulo à Jure Com-
muni habere, aut prætendere poſſe; ipſo verò Archiepiſco-
po. vel Epiſcopo abſente, præcipuum in eadem Synodo
totum obtinere debere. præſervativa tamen adjecta, ut
ſi quid in contrarium de antiqua Hiſpalen. Eccleſiæ
conſuetudine opponi contingat, an eadem ſcilicèt fue-
rit legitima, nec nè, in Sacro Rotæ Auditorio vi-
deatur, prout latiùs ex Brevi dicti Pontificis cum
clauſula *ſublata*, & decreto irritanti munito, per Par-
tes hinc indè dato. Cui tamen non acquieſcens Car-
dinalis de Caſtro, poſtquam impetraverat adverſus
illud aperitionem oris, & favorabile Votum à Sa-
cra Congregatione Concilii, cui iterum Cauſa com-
miſſa fuerat, in ſubſequenti anno Breve moderato-
rium Sixtini cum pari clauſula *ſublata*, & Decreto
irritanti, obtinuit à ſan. mem. Gregorio XIV. in
quo ſtatutum fuit — *Vicarium, ſeu Officialem, aut Pro-*
viſorem generalem Archiepiſcopi, cujus præſentia in Sy-
nodis Diœceſanis pro controverſiis, & litibus dirimendis,
& querelis cognoſcendis, & decretis ſtatuendis, neceſſa-
ria omninò eſt, tam abſente, quàm etiam præſente Archie-
piſcopo, primum locum poſt ipſum Archiepiſcopum, &
ante Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in eadem om-
ninò Synodo Diœceſana de Jure habere, & obtinere de-
bere, niſi tamen ex conſuetudine legitima Capitulo jus in
eadem Synodo Vicarium præcedendi conſtiterit eſſe acquiſi-
tum, de quo in *Summario Archiepiſcopi num. 4.*

Ad formam poſtremi hujus Brevis petiit Capitu-
lum novam Remiſſoriam in hoc Sacro Tribunali ad
effectum probandi conſuetudine, in illo præſervatam;
qua conceſſa, vigore ejuſdem examinari curavit non-
nullos teſtes in Partibus, ac deindè Proceſſus Re-
miſſorialis tranſmiſſus fuit ad Urbem, nec Cauſa
ulteriorem exitum fertur habuiſſe. Reaſſumpta ve-
rùm in Sacra Congregatione Concilii, in qua cum
pro parte Capituli exhibitum fuiſſet Breve dumtaxat
Sixti V. reſolutionem reportavit, quòd illud ſerva-
retur; ſed comperto poſtmodum in Actis noſtri Tri-
bunalis Breve Gregoriano, eoque pro parte Archie-
piſcopi exhibito de anno 1695. Congregatio receſſit
à deciſis, & licèt anno 1689. Capitulum reſolutio-
nem reportaſſet, quòd ſervaretur enunciatum Breve
ſan. mem. Sixti V. poſtea tamen de anno 1695. Con-
gregatio receſſit à deciſis, ac ſervari mandavit po-
ſterius Breve ſan. mem. Gregorii XIV. donec pro-
baretur legitima conſuetudo in contrarium, ſed de-
indè allegata ex parte Capituli pendentia hujus litis
in Sacra Rota, obtentaque ab eadem Congregatio-
ne remiſſione ad illam, proponitur hodie coram me
dubium, An Breve Gregorii XIV. ſit exequendum,
vel potiùs conſtet de contraria conſuetudine, & PP.
affirmativè, quoad primum, negativè autem quoad
ſecundam ejus partem reſpondendum eſſe cenſuerunt.

Siquidem quoad primam, executio poſtremi hujus
Brevis ſuadetur, ex quo illud inhærens præcedenti
declarationi S. Congregationis Concilii, proceſſit per
viam ſtabilimenti, ſeu legis, inter has Partes obſer- 1
vandæ, quæ omnimodam paritionem expoſcit, ac
executionem meretur, ad *Text. in cap. ſi Capitulo ubi*
gloſſ. in V. exequatur, de conceſſion. Præbend. in 6. Ro-
ta coram Duran. dec. 98. num. 1. coram Coccin. deciſ.
144. num. 3. coram Bichio dec. 556. num. 2. in recen.
dec. 33. part. 11. & deciſ. 189. utrobique *numer. 1.*
part. 15. Non obſtante lapſu tanti temporis ab illius
editione, ſecuta de anno 1591. nam non exindè il-
lius executio dici poteſt præſcripta, cum una dumta-
xat Synodus poſt intervallum 13. annorum celebrata
appareat, nec probatur tunc temporis adfuiſſe ullum
Vicarium Epiſcopi, vel quòd non foret legitimè im- 2
peditus, ut propterea nequeat prætendi præſcriptio,
quæ fundatur in negligentia, & non uſu, quando ca-
ſus evenerit, ad tradita *per* Rotam *coram Cavaler. de-*
ciſ. 80. num 6. coram Dunoz. Jun. deciſ. 644. n. 16.
coram Coccino deciſ. 544. num. 6. & deciſ. 2116. nu.
13. coram Bichio deciſ. 54. num. 16. in recen. deciſ.
21. ſub num. 10. 13. & 14. part. 7. & in Bituntina
Juriſpatronatus 17. Novembris 1684. §. Nam primum,
in fine, coram Albergato: potiſſimè quoties, ut hic,
agitur de Brevi conceſſo favore Dignitatis Archie-
piſcopalis, ejuſque Vicarii, ſeu Proviſoris generalis,
itaut negligentia Prædeceſſorum non præjudicet Suc- 3
ceſſoribus, qui illius executionem ſemper, & quan-
documque petere poſſunt, quicquid foret ſi conceſſum
fuiſſet particulari perſonæ, cui propria negligentia
poſſet obeſſe, juxta diſtinctionem amplexam per *Ro-*
tam cor. Coccino deciſ. 144. num. 5. coram Cerro dec.
342. num. 4. & in recent. deciſ. 99. num. 4. & 5.
part. 11. Ac etiam quia Breve præſatum, uti ema-
natum per viam certi ſtabilimenti, ſeu legis, præ-
ſcribi nec poſſet, nam lex numquam moritur, &
ſtante decreto irritanti, in Breve appoſito, nedum 4
non uſus, ſed contrarius uſus redderetur inefficax.
Rota coram Coccin. deciſ. 1274. numer. 14. & deciſ.
1814. num. 3. in recent. dec. 298. num. 20. & 25.
part. 17. & dec. 77. numer. 8. & 9. part. 18. & de
facto in Gerunden. Beneficii 10. Decembris proximi
præteriti *coram R. P. D. meo Anſaldo*, & in Colon.
Parochialis 15. Martii mox elapſi *coram* R. P. D.
meo Lancetta, in quibus, non obſtante lapſu centum
annorum ſine uſu, fuerunt demandata executioni
Brevia Gregor. XIII. & Clemen. VIII.

Quo verò ad ſecundam partem propoſiti dubii,
viſum fuit DD. non conſtare de contraria legitima
conſuetudine, per Capitulum prætenſa, ac in relato
Brevi Gregoriano præſervata. Præmiſſo namque,
onus probandi conſuetudinem hujuſmodi ſpectare Ca- 5
pitulo, illam alleganti, prout præſcribitur in relato
Brevi, ac eſt etiam de Jure: *Soccin. Jun. conſ. 65.*
num. 36. lib. 1. Roland. à Valle conſ. 40. nu. 43. lib.
2. Noal. conſ. 65. num. 5. Decian. conſ. 7. num. 65.
lib. 3. Rota diverſ. dec. 36. num. 5. part. 1. & coram
Seraph. deciſ. 1154. num. 1. Et quidem quadragena-
riam, nam quamvis præcedenter ad hoc Breve Gre-
gorii XIV. anceps in Tribunali noſtro reputata fuiſ-
ſet quæſtio, an de Jure Vicarius primam Sedem poſt
Epiſcopum obtineat in Diœceſana Synodo, itaut co-
ram *Bubalo* bis propoſito dubio, PP. in ſenſu non
convenerint ob diverſas opiniones Doctorum, nam
alii partes Capituli tuentur ſub ea ratione, quòd
præſente in Synodo Archiepiſcopo. inter ipſum & 6
ejus Capitulum, ſeu iſtius Deputatos, Capitulum
repræſentantes, tanquam inter caput, & membra,
nihil mediare debeat, & proindè ſit excluſus Vica-
rius, nimirum *Gratian. diſcep. 3. cum ſeqq. & ſignan-*
ter nu. 13. & 16. Picard. inter conſ. Menoch. & Fa-
bian. ibidem *conſ. 257. Mareſcott. Var. Reſol. lib. 1. c.*
69. num. 8. cum ſeqq. Thomaſ. de Præced. num. 393.
Ventrigl. in Prax. Eccleſ. tit. de Proceſſ. adnot. 1. §.
Unico

Unico n. 21. Ferrer. de Præced. quæſt. 52. art. 3. nu. 6.
Urſell. concluſ. 137. nu. 27. Ricc. in Prax. Eccleſ. juxta
Venet. impreſſ. 1674. reſol. 391. & collect. part. 4. collect.
896. Card. de Luca. de Præemin. diſc. 18. n. 6. alii verò
ſunt favorabiles Vicario, ex quo conſtituat unum ca-
7 put cum Epiſcopo, ſicut conſtituit cum eo unum, &
idem Tribunal, ut ſive abſente, ſive præſente Epiſ-
copo, ſuper Capituli Præcedentiam in Synodo aſſe-
qui debeat, & præ cæteris Abb. conſ. 21. per tot. lib. 1.
Fagnan. in cap. ad hæc, n.8. de præbend. Bertrand. conſ.
22. n. 20. & ſeqq. lib. 1. Gall. conſ. 62. n. 13. ubi ait ita
declaraſſe Sacram Congregationem Concilii. Bombin.
conſil. 22. & 23. per tot. Pignatell. plena conſultat. 63.
tom. 3 De Luca ad Gratian. cap. 3. nu.2. cum ſeqq., ubi
quòd hodie hoc jure utimur. Scaphil. de Later. Grat. tit.
de mod. & form. impetr. §. Tranſ. num. 14. Rebuff. in
Prax. Beneſ. tit. de Vicar. Epiſc. n. 7. Gambar. de Legat. à
Later. lib. 3. nu. 109. Maſſobr. de Synod. cap. 4. & 5.
per. tot. Leon. in Theſaur. For. Eccleſ. part. 1. tit. de Vi-
car. cap.10. num. 1. Anton. de Prat. in tract. de Juriſd.
Epiſcop. cap. 6. num. 8. in fine & ſeqq. Cantucc. in ejuſ-
dem Vot. poſt d. diſcept. 3. Gratian. n.24. cum multis ſeqq.
Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib. 3. cap.18. de Præced. §. 2.
n.15. Cruſ. de Præemin. cap.20. num.3. Marchett. de Vicar.
Capitular. part. 1. tit. 5. num. 15. Bordon. de Præced. num.
510. Cum multis ſequent.

Ex hoc tamen Brevi Gregorii omnino ſublata
remanſit quælibet diſputatio, quia Summus Pontifex
inhærendo præcedenti Voto Sacræ Congregationis
Concilii, declaravit (ſunt verba) Vicarium, ſeu Pro-
viſorem Generalem, locum, & votum poſt ipſum Archiepiſco-
pum, & ante Capitulum, vel à Capitulo Deputatos, in
8 Synodo Diœceſana de Jure habere, & obtinere debere, ut
quicquid ſit de variis præadductorum Doctorum opi-
nionibus, certi Juris eſt, quòd quoties accedit decla-
ratio Papæ, eadem attendi debet. cap. ſi Papa, de
privileg. in 6. Clementin. literis, de probat. Rota coram
Cavaler. dec. 612. num. 52. in rec. deciſ. 271. num. 5.
part. 1. & in Hiſpalen. Præcedentiæ 11. Januarii 1692. §.
Nitebantur, coram R. P. D. meo Caprara, & cum ea-
dem declaratio contineat, quòd Vicarius, ſeu Pro-
viſor Generalis, in concurſu Deputatorum Capituli,
primum locum ſit habiturus, niſi ex parte Capituli
doceatur de legitima conſuetudine in contrarium, dubi-
tationi locus non eſt, quòd Papa intellexerit præſervare
9 conſuetudinem quadragenariam ex text. in cap. cum Ec-
cleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in cap. cum de
benefic. de præbend. in 6. & in cap. final. ubi gloſſ. in
V. legitimè, de conſuetud. Paſſerin. in cap. conſuetudi-
nis, quæſt. 1. art. 8. num. 216. & ſeqq. de conſuetud.
in 6. & de elect. cap. 10. num. 30. & in iſpeſe quòd
conſuetuetudo debet eſſe quadragenaria, defendunt
Carol. Anton. de Luca ad Gratian. diſcept. 111. ſub n. 3. in
fine, & Pignattel. conſult. 63. num. 9. verſ. niſi tamen,
tom. 3.

In hypotheſi talis quadragenaria conſuetudo non
probatur: reflectentes ſiquidem DD. quòd antè Breve
Gregorianum tres tantùm Diœceſanæ Synodi celebra-
tæ fuerunt, prima nimirum de anno 1572., & in hac
non intervenit Proviſor, ſeu Vicarius Generalis Ar-
chiepiſcopi, & agnovit Sacra Rota coram Bubalo,
quæ ex unico dumtaxat actu poſterioris Synodi anni
1578. manutentionem decrevit ſavore Capituli, ut
probatur ex Informationibus, tunc datis Sum. Archie-
piſcopi num. 3. atque etiam ex teſtibus, tam exami-
natis ex parte Archiepiſcopi Summ. illius reſponſionis
num. 1., quàm ex aliis Capituli, quorum tametſi ali-
qui deponant ignorare, an in hac Synodo interfue-
rit Doctor Sancti Stephani, tunc Vicarius, & Pro-
viſor Generalis Archiepiſcopatus, alii verò conſtanter
aſſeruerunt illum non interfuiſſe d. Sum. reſponſionis n.
2., abſente autem, aut non exiſtente Vicario, nul-
10 la inchoari potuit conſuetudo præcedentiæ, ad quam
inducendam requiritur, quòd illi, qui de præcedentia
contendunt, inſimul conveniant. Text. in l. ubi autem ff.
de V. obligat. Surd. deciſ. 65. num. 8. Rota coram Buratt.
deciſ. 137. num. 12. in recent. dec. 569. num. 4. in
fin. part. 2. ſecunda eſt de anno 1578. in qua licèt
11 Deputati Capituli præcedentiam habuerint ſupra Vi-
carium Generalem, nihilominus tanquam unicus a-
ctus, inefficax eſt ad conſuetudinem inducendam, in c.
conſuetudinis, quæſt. 1. art. 3. num. 81. cum ſeq. Maſcard.
de Probat. concl. 424. num. 19. cum ſeqq. Trobat. de Effect.
Immemor. quæſt. 6. num. 14. & 15. Lother. de Re Be-
nefic. lib. 2. qu. 21. num. 114. cum ſeqq. Rota coram Peutin-
ger. deciſ. 207. num. 7. & coram Cerro dec. 551. num.
18. & 20. in fin. Tertia demùm eſt de anno 1586.
ſed cum tunc exorta fuiſſet controverſia ſuper præce-
dentia, & Deputati Capituli à Synodo receſſerint,
ex hoc actu nulla deduci valet completio conſuetudinis,
ſed potiùs adhuc non completa, quòd per hanc con- 12
tradictionem, & litem interrupta remanſerit Rota co-
ram Bich. dec. 48. num. 14. & 15. in rec. deciſ. 382.
num. 14 part. 16. dec. 208. num. 15. part. 17. & dec. 742.
n. 7. part. 18. Quin afferri valuerit altera, & antiquior
Synodus anni 1512. de tempore, quo Eccleſiam re-
gebat Archiepiſcopus Roxas, nam illa eſt Provincia-
lis, & Diœceſana, & ibidem non intervenit Vicarius
Generalis Archiepiſcopi, nec probat ordinem ſedendi,
ſeu procedendi, ut ex lectura.

Poſt Breve autem Gregorianum deſumi non poteſt
conſuetudo: tum quia Pontifex, præſervando in eo-
dem conſuetudinem legitimam Capituli, intellexit ſo-
lùm præſervare præteritam, ſeu anteriorem, & jam
acquiſitam de tempore Brevis, ex illis verbis — niſi
tamen ex conſuetudine Capituli Jus in eadem Synodo Vi-
carium præcedenti conſtiterit eſſe acquiſitum: tum etiam
quia conſuetudo non probatur, affertur enim unica
Synodus anni 1604., quæ non concludit intereſſen-
tiam Vicarii, ut ſupra requiſitam, nec aliquid ope- 13
ratur etiam ob Decretum irritans, in Brevi appoſitum,
cum quo Pontifex conſuetudini futuræ reſiſtere vo-
luit, eamque abrogare. Rot. cor. Celſ. dec. 200. cor.
Merlin. dec. 814. utrobique num. 6. in rec. dec. 574.
num. 27. part. 4. tom. 3. & dec. 217. n. 6. part. 7. ex
qua reſponſione diluitur etiam argumentum, deſum-
ptum pro conſuetudinis obſervantia ex præſuppoſita
acquieſcentia Cardinalis de Caſtro, qui per ſeptem an-
nos poſt productas ex parte Capituli probationes in Ro-
ta non proceſſerit ad ulteriora; præter quam quòd cum
ille haberet pro ſe Breve Pontificium, non indigebat
proſecutione Cauſæ, ſed hoc onus incumbebat Capitulo,
quod tenebatur probare conſuetudinem legitimam.

Abſque eo quòd juvare potuerit Capitulo aſſertio,
quòd probationes conſuetudinis legitimæ præſumantur
factæ in Proceſſu Remiſſoriali, quo hodiè non reper-
to, dicitur præſumi ſubtractum ab Archiepiſcopo, 14
cui nocere poterat, ex Addep. ad Pamphil. dec. 360. n. 10.
Rot. coram Zarat. dec. 73. n. 37. in rec. deciſ. 305. n. 15. part.
18. quia cum Proceſſus ad Urbem advenerit clauſus,
non poteſt pro certo adduci, quòd probaret con-
tra Epiſcopum, multoties enim teſtes probant etiam
contra inducentes, & ideò ceſſat præſumptio, quæ
nititur fundamento, quòd ſcriptura certè præjudicet a-
licui parti. Ulteriùs hic non agitur de ſcriptura, quæ 15
remanſerit in publico Officio, ſed in domo privata In-
terpretis, quo caſu dicta præſumptio locum non habet,
ut diſtinguendo probat Adden. ad Pamphil. dec. 364. n. 10.
verſ. Militat maximè contra Succeſſorem in Archiepiſcopatu.
Rota cor. Bich. dec. 202. n. 13.

Minùſque ſuffragatur prætenſa conſuetudo aliarum
Eccleſiarum, in quibus deputati Capitulorum præce-
dunt; nam quicquid ſit de ſubſiſtentia aſſumpti, hæc
præcedentia proveniret ex conſuetudine legitima, ibi-
dem præſcripta, quæ deficit in Eccleſia Hiſpalenſi, & re- 16
gulare eſt, quòd de conſuetudine, ſeu uſu unius Eccle-
ſiæ, ad aliam nequit inferri. Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 30.
n. 12. Rot. in rec. dec. 321. n. 9. cum ſeqq. part. 15. deciſ. 217. n.
18. part. 19. cor. Cerro dec. 551. nu. 8. & 9. & inter has eaſdem
Partes in Hiſpalen. Diviſionis ſimultanea 21. Februarii præte-
riti §. Similiter, cor. Me.

Prout nec etiam hanc conſuetudinem quadragenariam
præcedendi comprobant nonnulli actus in Choro, &
Proceſſionibus: tum quia, quicquid etiam ſit de verita-
te, ac legalitate illorum, Vicarius non intervenit tan-
quam Vicarius, & Officialis, ſed uti ſimplex Procura-
tor, deputatus ab Archiepiſcopo abſente, ut patet ex eo,
quòd Archiepiſcopus multoties in his actibus deputat
alium, quàm Vicarium, ideòque ex conſuetudine præce-
dendi in enunciatis actibus inferri non poteſt ad alios,
in quibus Vicarius proprio jure, & uti Vicarius, inter-
venit præſente Archiepiſcopo, obſtante recepta conclu-
ſione,

ſione, quòd conſuetudo non extenditur de uno caſu ad alium, ſed tantùm habere dicitur de actu, quantùm de potentia, ad doctrinam *Innocentii in c. in literis, ſub n. 7. de reſtit. ſpoliat. Cravett. conſ. 30. n. 5. Roland. à Valle conſ. 69. n. 39. lib. 3. Oſaſch. dec. Pedemont. 29. n. 16. Rot. cor. Ubald. dec. 21. n. 3. tom. 1. & in rec. dec. 355. n. 5. & 6. part. 14.*

Præterea ex his nec etiam concurrere viſa fuit conſuetudo decennalis, quam ſufficere conahantur oſtendere Defenſores Capituli: tum quia una dumtaxat Synodus affertur anni 1578., ubi intervenit Vicarius, paſſuſque fuit per Deputatos Capituli præcedi, quæ tanquam unica non ſufficit ad inducendam conſuetudinem, ex ſuperiùs allegatis: tum etiam quia à dicto anno 1578. ad annum 1586., quo fuit interrupta poſſeſſio Capituli, vix elapſi ſunt anni ſeptem, ut patet calculanti.

Et ita concluſũ, Partibus accerrimè informantibus &c.

R. P. D. CAPRARA.

Hiſpalen. Juris votandi.

Lunæ 29. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Poſt varias in hac Cauſa à S. Rota Captas reſolutiones, tandem deciſum fuit, licere Capitulo Hiſpalen. excludere ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis Canonicos, ſeu Præbendatos Familiares, ſeu Officiales, & Commenſales tantùm ejuſdem Archiepiſcopi, non verò alios proviſos ab Archiepiſcopo, & Capitulo ſimul, neque conſanguineos, & affines ipſorum Familiarium, Officialium, & Commenſalium.

SUMMARIUM.

1 *Ad inducendam conſuetudinem requiritur actuum frequentia, & uniformitas, cum temporis diuturnitate.*

2 *A Teſtibus deponentibus ſuper quadragenaria, favore Capituli, demendum eſt tempus Sedis vacantis & pupillaris ætatis.*

3 *Circa ea, quæ cadunt ſub ſenſu viſus, teſtis valet deponere etiam de re, quæ paulò ante pubertatem evenit.*

4 *Teſti, licèt unico, plena fides adhibetur contra inducentem.*

5 *Quando teſtes generaliter, & indiſtinctè deponentes probent.*

6 *Particularis alicujus Eccleſiæ conſuetudo ſervanda eſt, non autem generalis aliarum Eccleſiarum.*

7 *Conſuetudo non debet extendi de perſona ad perſonam, neque de re ad rem, aut de caſu ad caſum.*

8 *Non poteſt haberi pro ſuſpecto is, in quo eſt æqualis affectio.*

9 *Licèt familiaris repellatur à teſtimonio ferendo, non repellitur tamen familiaris ejuſdem familiaris.*

10 *Familiaris familiaris mei, ſeu domeſticus domeſtici mei, & ſocius ſocii mei, non dicitur familiaris, domeſticus, ſeu ſocius meus.*

DECISIO XXXVIII.

CUM Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Hiſpalenſis prætenderet ſibi licere excludere Canonicos Familiares Archiepiſcopi ab actibus Capitularibus, quoties contingeret tractare de illius intereſſe, ejuſque Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis; introducta lite in Rota coram bon. mem. Orano, prodiit ſententia, qua declaratum fuit, prædictos Canonicos, alioſque proviſos ab Archiepiſcopo in collatione Beneficiorum, quæ ſimul fit per Archiepiſcopum, & Capitulum, & in omnibus actibus Capitularibus, ubi tractatur de intereſſe Archiepiſcopi, nempè Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis, necnon Familiarium, habere vocem in Capitulo, & in eo liberè votare poſſe, prout quilibet alii Canonici habent, & votant, & propterea expulſiones à Decano, & Capitulo factas de dictis proviſis, & Familiaribus, fuiſſe, & eſſe illicitas, & injuſtas. Appellavit Capitulum à dicta ſententia, & commiſſa Cauſa bon. mem. Gypſio, cum coram ipſo allegaret ſibi aſſiſtere conſuetudinem pro prædicta expulſione, productis teſtibus, quos in magno numero deſuper examinari curaverat, diſputatum fuit dubium, quæ, & qualis conſuetudo requireretur, & fuit dictum 15. Martii 1596. prædictam conſuetudinem probandam eſſe obſervatam ſpatio quadraginta annorum, ut ex *Deciſione* præ manibus data, & ſucceſſive 22. Aprilis 1619. *cor. bo. me. Manzanedo* concluſum, dictam quadragenariam fuiſſe probatam ex dicto duorum teſtium, ut ex ejus *Deciſione, impreſſa in rec. part. 2. la* 497.; ſed reaſſumpta diſputatione coram bo. me. Buratto, receſſum fuit ab ultimo loco deciſis, ut ex *binis Deciſionibus, inter illas impreſſas la* 598. *&* 629., & ad illarum formam prolata ſententia, confirmans alteram bo. me. Orani.

Provocavit iterùm Capitulum, & directa Commiſſione bo. me. Pirovano, obtentaque nova Remiſſoria, in hoc ſtatu Cauſa ſiluit ab anno 1623. uſque ad hodierna tempora, continuando Capitulum in ſua primæva poſſeſſione libere expellendi antedictos proviſos, & Familiares, quam expulſionem ægrè ferens modernus Archiepiſcopus, reaſſumpta dicta antiqua lite, curavit coram Me, in locum Pirovani ſuffecto, diſputari dubium -- *An ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda*, & ſub die 4. Februarii 1697. reſcriptum fuit -- *eſſe confirmandam juxta modum*, qui fuit, ut reſpectu Canonicorum Familiarium, & Commenſalium Archiepiſcopi, eſſet infirmanda, confirmanda verò quoad Canonicos proviſos per Archiepiſcopum, & Capitulum, ut ex Deciſione à Me deſuper edita, & ad illius formam fuit Cauſa per ſententiam expedita.

Exortis hoc interim pluribus aliis controverſiis inter Archiepiſcopum, & Capitulum, pro illis, & hac etiam præſenti inſimul dirimendis, fuit per Sanctiſſimum D. N. Innocentium XII. feliciter regnantem deputata Congregatio particularis trium Eminentiſſimorum Cardinalium, & totidem Prælatorum, ſed Partes ſubindè optantes ſubire Judicium Sac. Rotæ obtinuerunt ab eodem Sanctiſſimo eas omnes eidem Rotæ committi, appellatione remota, & præviis duabus tantùm Deciſionibus ſuper quolibet articulo; Undè cum ad me redierit præſens Cauſa, diſputandum hodiè propoſui -- *An liceat Capitulo excludere ab actibus Capitularibus Canonicos, ſeu Præbendatos Familiares, Commenſales, ſeu Officiales Archiepiſcopi, nec non Canonicos, ſeu Præbendatos de eorum Canonicatibus, ſeu Præbendis proviſos ab Archiepiſcopo, & Capitulo ſimul; & an iidem Canonicos, ſeu Præbendatos conſanguineos, & affines eorumdem Familiarium, & Officialium, & aliorum Proviſorum, ut ſupra, quoties in Capitulo tractandum eſt de intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis &c.* cui DD. reſponderunt -- *licere Capitulo excludere ab actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, & Juriſdictionis Archiepiſcopalis, Canonicos, ſeu Præbendatos Familiares, ſeu Officiales, & Commenſales tantùm, & in reliquis negative.*

Ratio reſolutionis quoad primam partem fuit, quia Capitulum docuit pro competentia prædictæ expulſionis ſatis ſe fundatam habere intentionem in conſuetudine quadragenaria, quæ optimè præ cæteris probatur ex duobus teſtibus, octavo nempè, & decimonono, qui teſtatur à 40. 45. & 50. annis citra, vidiſſe Familiares, Officiales, & Miniſtros Archiepiſcopi de mandato Præſidentis Capituli abſque ulla contradictione extra illud exiiſſe quoties tractandum erat de rebus, ac negotiis, concernentibus Prælatum, ejuſque Familiares, & Officiales, & ſpecificant actuum frequentiam, & temporis diuturnitatem, & uniformes conſenſus, quæ ſunt tria requiſita ad in- 1
ducendam conſuetudinem, ut firmavit *Rota in hac Cauſa, coram Manzaned. deciſ.* 497. *part.* 2. *rec.*, & generaliter tradunt DD. & *Azo. in Summ. Cod. quæ ſit longitud. conſuetudin., Cyn. in leg. 3. Cod. eod. titul. verſic. ſed quæro. Maſcard. de Probat. concluſ.* 424. *numer.* 2. & *ſeq. Mareſcot. Var. Reſol. lib.* 2. *cap.* 100. *numer.* 5. *Rot. coram Penna dec.* 147. *num.* 2. & *dec.* 913. *n.* 1. & 2.

Nec ad elidendam hujuſmodi probationem viſa eſt revelare exceptio, quòd à dictis teſtibus demendum

ſit tem-

Digitized by Google

ſit tempus Sedis vacantis, & pupillaris ætatis, quo ſanè dempto, quemadmodum eorum depoſitio non
2 excedit lapſum 38. & reſpectivè 39. annorum, ita probatio ex illis emergens non ſufficiat pro quadragenaria complenda, juxta firmata in *deciſ.* 598. *&* 629. *cor. Buratt.*

Quoniam placuit DD. reſponſio, quam amplexa eſt Deciſio, ſuper hoc puncto edita coram Me die 4. Februarii 1697. §. *Propterea*, quòd nempè non totum tempus pupillaris ætatis ſubducendum ſit, cum
3 teſtis circa ea, quæ cadunt ſub ſenſu viſus, deponere valeat etiam de re geſta, & de eo, quod evenit paulò ante pubertatem, ut communiter tradunt *Narbon. de Ætat. quæſt.* 44. *num.* 11. *Farin. de Teſtib. quæſt.* 58. *num.* 61. *&* 62. & ſequitur *Cardin. de Luc. de Jud. diſc.* 32. *num* 47. *Molin. de Primog. c.* 6. *num.* 41. *&* 42. *Rot. deciſ.* 221. *ſub* 6. *& ſeqq. part.* 2. *diverſ. & cor. Cerr. dec.* 246. *num.* 10. Undè conſideratis Teſtibus in ætate annorum 12. & reſpectivè 13., quæ ad hunc effectum dicitur proxima pubertati, juxta auctoritates mox allegatas, quadragenaria remanet integra, & completa, ut conſiderat eadem mea Deciſio *loco ſuperiùs allegato*.

Quod eo faciliùs fuit admiſſum, quia concurrit depoſitio nedum aliorum Teſtium, ex parte Capituli inductorum, conſuetudinem hujuſmodi per longum tempus comprobantium, ſed etiam aliorum, qui fuerunt ad inſtantiam Archiepiſcopi examinati, quorum alter ætatis annorum 70. deponit de publica voce, & fama per annos 40. & ultra *Summ. Ca-*
4 *pituli num.* 4. cui teſti, licèt unico, contrà Archiepiſcopum inducentem, & producentem, plena fides adhibetur, juxta regulam, de qua per *Rotam in rec. dec.* 348. *num.* 24. *& deciſ.* 394. *num.* 15. *part.* 17. & alibi millies, & rurſus accedit ſubſecuta obſervantia per alios 70. circiter annos, nec non ceſſio liti facta à Canonicis Familiaribus, quæ eandem conſuetudinem confirmant, ut probat præterita Deciſio §. *Quoniam, cum quatuor ſeqq.* addito etiam, quòd hæc omnia non implicitè fuerunt confeſſata ab eodem Archiepiſcopo in projectu facto pro concordia ineunda cum Capitulo, cum in illo citra dubium admiſerit Commenſales, Familiares, ejuſque miniſtros expellendos eſſe à Capitulo in dictis actibus, citato *Summ. n.* 5.

Non obſtat, quòd teſtes non deponant de expulſione Canonicorum Familiarium in caſibus particularibus, tangentibus Dignitatem, vel Juriſdictionem Archiepiſcopalem, & ſic cum benè ſtare poſſit, quòd excluſio ſecuta fuerit, quando in Capitulo agebatur de rebus pertinentibus ad proprium, & particulare intereſſe ipſius Archiepiſcopi, hæc circumſtantia faciat, ut res hæc non cadat ſub ſenſu, ſed ſub intellectu, ideòque teſtes non probent. Quoniam pro reſponſione fuit dictum, quòd teſtes deponunt de expulſione generaliter in omnibus negotiis occurrentibus, & Prælatum concernentibus, ut refert etiam *antedicta Deciſio Manzanedi la* 497. *part.* 2. *rec.* & ſic eorum depoſitio valeat comprehendere quoſcunque caſus, & cum materia hæc non ſit abſolutè abſtracta à ſenſu, cum teſtes potuerint videre, & audire, excluſionem Familiarium proceſſiſſe, & ex cauſa reſpiciente Menſam, ac Juriſdictionem Archiepiſcopa-
5 lem, propterea tanquam miſta, ſi teſtes, ſuper hac diſtinctione non interrogati, non individuant caſus, nihilominus probant, ut in ſpecie huic objecto reſpondet *Rot. dec.* 445. *n.* 11. ſignanter *poſt med. verſ. præterea, part.* 1. *rec.* & cum hoc ſenſu fuit proceſſum, tam in dicta Deciſione *Manzanedi*, quàm in aliis antecedentibus coram *Gipſio*, & ſubſequentibus coram *Pirovano*, & *Buratto*, reſtricta ſolum diſputatione, an eſſet demendum tempus pupillaris ætatis, & Sedis vacantis, ut patet ex earum lectura.

Minùs obſtat, quòd in aliquibus Eccleſiis Hiſpaniæ vigeat praxis, & conſuetudo non expellendi ab actibus Capitularibus Canonicos Familiares Epiſcopi, quando agitur de intereſſe ſpectante ad Epiſcopalem Juriſdictionem, ejuſque Menſam, quia cum
6 in hac Hiſpalenſi Eccleſia adſit contraria conſuetudo, hæc tanquam particularis attendenda eſt, non autem generalis aliarum Eccleſiarum, juxta *Text. in c. illud* 3. *diſtinct.* 12. *ubi gloſſ. V. contrario more*, ſubdit -- *eſſe ibi argumentum contra Epiſcopos, qui ſic argumentantur contra Eccleſiam aliquam, ex quo aliæ Eccleſiæ hoc, vel illud faciunt*; ergo, & iſta id faciet: reſpondeatur ergo eis, quòd conſuetudo unius Eccleſiæ non ſubvertitur propter *contrarias conſuetudines aliarum, & Gloſſ. in c. ſuper eo, de cenſib. in V. vicinis. Abb. in c. cum olim* 4. *&* 7. *de conſuetud. Rot. cor. Cav. dec.* 95. *ſub num.* 2. *verſ. & cum hac conſuetudo, & n.* 3. *& dec.* 218. *n.* 6. *cor. Carillo.*

Conſtito itaque ex his de quadragenaria conſuetudine, quæ eſt, & admodum æqua, & rationabilis, & non contra Jus, ut ex antiquis Deciſionibus Cauſæ firmat præterita Deciſio in §. *Quoniam cum agatur*, ſupervacaneum viſum fuit DD. aſumere alterum fundamentum Deciſionis pro excluſione eorundem Familiarium, deſumptum à Reſolutionibus Sacræ Congr. Concilii, ſtante oppoſitione facta à Scribentibus pro Archiepiſcopo, quòd eæ intelligendæ ſint, ubi in Capitulis tractatur de negotiis concernentibus privatum intereſse Epiſcopi, adducendo etiam ad id alias Reſolutiones ejuſdem Congregationis, emanatas ad declarationem *Sac. Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 6. §. *Epiſcopis*, licèt aliquæ ex eis, etiam recentiores, loquantur indiſtinctè in negotiis, & differentiis vertentibus inter Epiſcopum, & Capitulum, ſuper quo tamen DD. nihil determinarunt, prout etiam omiſerunt aliam queſtionem, An familiaritas excluderet Canonicos à Jure votandi, uti non neceſsariam, perſiſtentes tantùm in quadragenaria, de qua ſolùm fuit actum in omnibus Cauſæ Deciſionibus, & quam ex ſupra deductis ſatis probatam exiſtimarunt.

Atque hæc quoad primam partem Dubii: Quo verò ad alteram, reſpicientem Canonicos, & Præbendatos, de eorum Canonicatibus, ſeu Præbendis proviſos ab Archiepiſcopo, & Capitulo ſimul, ratio negativæ reſolutionis fuit, quia reſpectu illorum nulla probatur conſuetudo, cum Teſtes de ipſis non loquantur, & conſuetudo, uti ſupra probata pro excluſione Familiarium, trahi nequit ad alios, qui non
ſint tales, cum conſuetudo extendi non poſſit de per- 7
ſonis ad perſonas, neque de re ad rem, neque de caſu ad caſum. *Pariſ. conſ.* 25. *num.* 24. *lib.* 1. *Surd. deciſ.* 131. *numer.* 9. *Barboſ. vot. deciſ. tom.* 2. *vot.* 113. *num.* 63. *&* 64. *Maceraten. Var. Reſol. lib.* 2. *cap.* 56. *num.* 6. *Rot. dec.* 411. *num.* 9. *part.* 9. *& dec.* 820. *n.* 2. *part.* 18. *rec.*

Et ſanè nulla ſubeſt cauſa, cur iſti, ſic ut ſupra, proviſi, expelli, & arceri debeant à ferendo voto in rebus reſpicientibus Menſam, & Juriſdictionem Archiepiſcopi, nam cum ipſi recipiant Beneficium ab utroque, hoc eſt ab Archiepiſcopo, & Capitulo ſimul, prout recipiunt etiam quoties ad nominationem Archiepiſcopi, cum neceſsaria adhæſione Capituli,
providentur, haberi non poſsunt pro ſuſpectis à Ca- 8
pitulo, cum in eis æqualis ſit affectio, juxta *gloſſ. in c. cum R. Canonicus, in fin. de off. deleg. l. non ſolum* §. *Denuò, & ibi gloſ. ff. de rit. nupt. Innoc. in c. poſtremo num.* 24. *de appellat. Maſcard. de Probat. concl.* 26. *n.* 4. *&* 5. *& concluſ.* 408. *num.* 21. *Rota dec.* 246. *n.* 9. *coram Card. Cerro*, ac firmavit *Rota in hac Cauſa coram Gipſio* 15. *Martii* 1596. §. *Et hæc affectio, & coram Me* 4. *Februarii* 1697. §. *final.*

Quo denique ad poſtremam Dubii partem circa Canonicos, ſeu Præbendatos, conſanguineos, & affines eorundem Familiarium, & Officialium, & aliorum Proviſorum, moti fuerunt DD. ad negativè reſpondendum, quia Capitulum, quoad Jus iſtos expellendi, nullam pro ſe allegare valet conſuetudinem, cum teſtes de iſtis nihil deponant, & quatenùs facit vim in eo, quòd conſanguinei, & affines Familiarium habeant parem affectionem erga Archiepiſcopum, ac ipſi Familiares, ideoque ſint æqualitèr ſuſpecti; hoc non habet juris fundamentum, ut patet exemplo te-
ſtis, qui licèt, quatenus familiaris, repellatur à te- 9
ſtimonio ferendo, non repellitur tamen familiaris ejuſdem familiaris, juxta dictum *Innocentii in c. inſinuaſe num.* 1. *de off. delegat. Maſcard. de Probat. lib.* 2. *concluſ.* 747. *num.* 4. *& lib.* 1. *concluſ.* 533. *num.* 10. *Farina. de Teſtib. quæſt.* 55. *num.* 29. *&* 30. *& n.* 128.

Rot.

Rot. coram Mantic. deciſ. 112. *num.* 2. & facit regula, quòd familiaris familiaris mei, ſeu domeſticus domeſtici mei, non dicitur familiaris, ſeu domeſticus
10 meus, nec ſocius ſocii mei ſocius meus, cum ſimilibus, ad *Text. in l. nam ſocii ff. pro ſoc. & l. Modeſtinus ff. de verb. ſignific. & l. conſilii §. Sacri ff. de regul. Jur.* cum aliis latè traditis per *Farinac. de Teſtib. d. qu.* 55. *ſub num.* 30. *Gambar. de Off. & auct. Legati lib.* 3. *n.* 151. *cum duobus ſeqq.*

Et ita, omnibus DD. ſuffragantibus, & utraque parte informante, fuit reſolutum.

R. P. D. MOLINES.

Hiſpalen. Viſitationis,

Veneris 30. *Aprilis* 1700.

ARGUMENTUM.

Binæ Reſolutiones Sacr. Concilii Congregationis, favore Archiepiſcopi Hiſpalen. emanatæ, quarum altera ſub die 18. Auguſti 1696. altera verò ſub die 17. ejuſdem menſis anni ſubſequentis, demandantes, Capitulum teneri aſportare Libros particularium Adminiſtrationum ad Palatium Archiepiſcopi in caſu Viſitationis, latiſſimè comprobantur ſubnixæ diſpoſitioni Juris Civilis, Canonici, & Sac. Concilii Tridentini.

SUMMARIUM.

1 *Referuntur binæ Congregationes particulares ſuper Cauſis vertentibus inter Archiepiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Hiſpalen. altera ab Alex. VIII. altera ab Inn. XII. deputatæ, & ſucceſſiva prælaudati Innoc. XII. Commiſſio earundem Cauſarum Sacr. Rotæ Tribunali, prævia avocatione à quibuſcunque Judicibus, & Congregationibus pro definitione earum, quæ indeciſæ remanſerant, & ad effectum tradendi modum exequendi jam deciſas.*

2 *Ponitur Dubium, in præſenti Audientia reſolutum,* & num. 3.

4 *SS. Congregationum Decretis reverenter ſuſceptis, ſolet S. Rotæ Tribunal ſimplex confirmationis robur adjicere.*

Eaque in judicatum tranſacta, & à Partibus acceptata non refricare ibid.

5 *Judex delegatus ad unguem ſervare debet limites Commiſſionis.*

6 *Explicantur verba* -- juxta exigentiam Viſitationis -- *quibus Decreta fuit à S. Conc. Congregatione aſportatio Librorum Capitularium ad Palatium Archiepiſcopi,* & n. 7. & 8.

Interpretatione opus eſt in ambiguis, non autem in claris d. n. 8.

9 *Licèt regulariter adminiſtrationis ratio reddenda ſit in loco adminiſtrationis, concurrente tamen qualitate illuſtris perſonæ in eo, cui rationes reddendæ ſunt, tunc arbitrio Judicis remittitur decernere, an congruum ſit, Adminiſtratorem ad domum illius Magnatis accedere pro reddenda ratione.*

10 *Commendatur dignitas Epiſcopalis.*

Item Canonicorum prærogativæ ibid.

Honor debitus Dignitati, atque Ordini Epiſcopali, non patitur, ut Epiſcopus cogi debeat ad ſuſcipiendas rationes à Canonicis alibi, quàm in ejus proprio Palatio ibid. in fin.

11 *Epiſcopus habet jus cogendi Adminiſtratores ad redditionem rationis, nedum poteſtate ordinaria, ſed etiam delegata.*

Et poteſt punire eoſdem Adminiſtratores, quatenus in adminiſtratione malè ſe geſſerint ibid.

Locus Juris reddendi determinari debet à Prætore, ſalva majeſtate Imperii ſui, & more majorum; & quando ita cenſendum ſit ibid.

12 *Dominus, qui in Reipublicæ negociis eſt implicatus, compellendus non eſt ad locum Adminiſtrationis accedere, pro ratione recipienda.*

13 *Epiſcopi, tempore quo cœperunt in Eccleſias, & Eccleſiaſticos, judiciariam poteſtatem exercere, proprium Tribunal, in quo Jus dicerent, erexere ex Apoſtolorum inſtitutione.*

Diviſio Diœceſum facta fuit à S. Dioniſio ibid.

Epiſcopus, habens Juriſdictionem ordinariam in tota ejus Diœceſi, poteſt unum, vel plura Tribunalia, in locis ſibi benè viſis erigere ad reddendum Jus ibid.

14 *Et etiam in propria Camera.*

An & quando cogi poſſint ſubditi, ubi Diœceſis eſt ampla, ad litigandum loco longinquo; vel potius Epiſcopus accedere debeat ad locum litigii, vel alios delegare ibid.

15 *In Cauſis Capitularium tenetur Epiſcopus procedere de conſilio, & aſſenſu duorum Canonicorum, cum Notario ipſius Epiſcopi, & in ejus domo, aut conſueto Tribunali.*

Argumentum à majori ad minus eſt in Jure validiſſimum.

16 *Redditiones rationum præſtandas eſſe ab Adminiſtratoribus Locorum piorum in Palatio Archiepiſcopali, pluriès reſpondit* S. Conc. Congr.

Eamque opinionem eadem S. Congregatio ſemper tenuit ibid.

17 *In caſu Viſitatoris particularis, ab Epiſcopo deputati, longè diverſa præſcribitur forma explendæ Viſitationis, tam localis, quam perſonalis.*

18 *Archiepiſcopus viſitans ſuam Provinciam, ſi commodè, & ſine difficultate ad unamquamque Eccleſiam non poteſt accedere, convocare valet ad unum congruum locum Clericos, & Laicos.*

Et in Viſitationibus ſemper ſpectari debet, nè Epiſcopi magno, & exorbitanti incommoda afficiantur ibid.

19 *Obſervantia noſtræ voluntatis eſt optima interpres.*

Qualibet promiſſio, ad veriſimilia, non ad inveriſimilia, & incongrua referri debet ibid.

Ad derogandum Juri communi, & Sac. Conc. Trid. *non ſufficiunt verba generalia, ſed requiruntur expreſſa* ibid.

20 *Conſuetudo ſpecifica, & individualis, eſt omninò attendenda.*

Viſitatio materialis, conſiſtens, in inſpectione loci, an ſit decens, vel quid aliud ſimile, non poteſt fieri, niſi cum acceſſu perſonali: ſecus ſi agatur de Viſitatione formali ibid.

21 *Praxis generalis aliorum locorum adjacentium, pacificè ſervata, eſt maximè attendenda.*

Epiſtola ſcripta, per tertium, & contra tertium, nihil probat ibid.

Epiſcopus eſt cuſtos SS. Canonum ibid.

22 *Declaratur* text. in cap. accepimus, de fid. inſtrum. & num. 23.

Documenta originalia in manibus Judicis paſſim exhibentur dicto num. 23. in fin.

DECISIO XXXIX.

ANtiquæ, acerrimæque contentiones inter Reverendiſſimum Archiepiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Hiſpalen. vertentes in Sacris Concilii, & Rituum Congregationibus, ac in noſtro Auditorio, prævia ab hiſce Judicibus avocatione, delegatæ fuerunt geminis particularibus Congregationibus, quarum primam, conflatam ex quinque S. R. E. Cardinalibus, deputaverat ſa. mem. Alexander Octavus, ad effectum tamen illas amicabiliter componendi: Alteram verò trium Cardinalium, totidemque Prælatorum, præfecerat Sanctiſſimus Dominus noſter Innoc. XII. de mandando expeditam illarum definitionem juxta Juris tramites: Sed quamvis relati Arbitratores, Judiceſve, vel reſpondendo prout de Jure, vel Partes adducendo ad concordiam, plures earundem controverſiarum abſolviſſent, cum tamen pleræque indeciſæ remanſerint, & ſuper modo exequendi jam reſolutas, graves irrepſerint diſcordiæ: Hac de re idem Sanctiſſimus D. Noſter, proſpiciens paterno zelo fruſtratam remanſiſſe conceptam ſpem ſedandi opportuna cum celeritate tot jurgia inter Caput, & Membra Eccleſiæ adeò inſignis, tamdiu effervescentia, operæ pretium duxit, mediante 1

nova

Digitized by Google

nova avocatione omnium prædictarum controverſiarum à quibuſcunque Judicibus, & Congregationibus, eas definiendas tradere huic Sacro Tribunali in ſtatu, & terminis, quoad illas, quæ ante hujuſce Commiſſionis Signaturam pendebant in Sacra Rota, quo verò ad alias in quibuſcunque Congregationibus vigentes, mihi tanquam Decano direxit Commiſſionem, eum facultate eaſdem Cauſas dividendi, earundemque ponentias inter Coauditores diſtribuendi, omni, & quacunque appellatione, reclamatione, recurſu, & reſtitutione in integrum penitus remotis, præcedentibus tamen duabus Deciſionibus, ac ſuffragantibus omnibus, etiam Auditore proponeote.

a Quamobrem in ſequelam talis Commiſſionis, ea, qua datum eſt celeritate, reſecato priùs ingenti dubiorum numero, plura in unum perſtringere, illaque ſubindè ioter Coauditores juxta opportunitatem diſtribuere curavi, quibus ſic compoſitis, ſingulorum propoſitionem, omni poſtpoſita mora in ſeparatis Audientiis fieri demandavimus. Cunque inter alia dubia mihi reſervata, alterum eſſet.

3 *An Archiepiſcopus, occaſione Viſitationis, eaque durante, poſſit cogere Officiales Capituli ad exbibendum eidem Archiepiſcopo in ejus manſionibus Archiepiſcopalibus Libros originales, continentes fundationes Beneficiorum, eorunque dotationes, nec non Libros exitus, & introitus Eccleſiæ Cathedralis, vel potiùs accedere teneatur pro illis inſpiciendis, ac perſcrutandis ad locum, ſeu loca, in quibus illa aſſervantur, vel ad Aulam Capitularem, illis contiguam, vel ad alium ſimilem locum commodum, & decentem; Et an itidem Libros originales adminiſtrationis Decimarum, Fabricæ, Anniverſariorum, memoriarum Defunctorum, & ſimilium, & an libros Confraternitatum erectarum in Eccleſia Cathedrali*, eo in hodierna Audientia propoſito, concluſum fuit: *Archiepiſcopum cogere poſſe juxta ſequentem modum*, videlicèt, *quòd ipſe, juxta exigentiam Viſitationis jam inceptæ, poſſit in quocunque caſu particulari demandare aſportationem Librorum ad ejus Palatium, quo caſu particulari non expleto, cogere nequeat Capitulum ad exbibitionem aliorum Librorum ad alios caſus pertinentium.*

4 Præbuit motivum huic reſolutioni duplex individuale, ac ſpecificum Sacr. Congregationis Concilii Decretum, alterum 18. Auguſti 1696. generaliter demandans dictam Librorum exhibitionem juxta Viſitationis exigentiam; Alterum verò 17. Auguſti anni ſequentis, præcipiens tranſportationem Librorum, concernentium adminiſtrationem Capellaniarum Card. Tavera, quas Dominus Archiepiſcopus viſitandas ſuſceperat; quibus ſtantibus Decretis, io judicatum tranſactis, & præſentem articulum ſpecialiter dirimentibus, nil aliud in hac re nobis agendum ſupereſſe viſum eſt, quàm placitis hujuſmodi reverenter ſuſceptis ſimplex confirmationis robur adiicere, juxta ſtylum inveteratum noſtri Tribunalis, de quo in *deciſ. 479. num. 3. coram Burat. & deciſ. 60. num. 4. coram Celſ. & in recent. deciſ. 179. num. 2. part. 18.* eaque, utpotè à Partibus acceptata, & in judicatum tranſacta, ampliùs non refricare, *nè in infinitum Cauſæ retractentur, & ſopita jam negocia per hujuſmodi viam iterum aperiantur*, ſunt verba noſtri Imperatoris *in l. final. C. de fid. inſtrumentorum in fin. c. cum inter, de re judicat. Rom. conſ. 41. num. 3. Rot. coram Coccin. dec. 660. num. 28. Priol. dec. 269. num. 7. & in Romana Locationis 21. Junii 1688. §. Quoniam, in fine, & §. fin. cor. clar. mem. Cardin. Coccia*, cum aliis relatis *in Romana Pecuniaria 11. Januarii elapſi §. Ultra quod, & in confirmatoria 17. Maii ſequentis §. Attamen, coram Me.*

5 Nec ultima harum Cauſarum commiſſio, mihi directa, viam aperuit controverſias jam diremptas iterum revidendi: Quoniam per oppoſitum illa reſtricta dignoſcitur ad Cauſas, non adhuc per ullos ex præmemoratis Judicibus reſolutas, ibi: *Hinc Oratores prædicti humiliter ſupplicant Sanctitatem Veſtram, quatenus dignetur Lites, & Controverſias quaſcunque inter D. Archiepiſcopum, dictoſque Oratores, quavis de cauſa, & occaſione, hucuſque motas tantum; & indeciſas pendentes, à dicta Congregatione particulari avocare &c.* quapropter cum præter reverentiam, nè Oracula Sac. Congregationis revideantur, obicem præſtiterit defectus Juriſdictionis illa iterum examinandi, utique certum eſt, nullas in hac re eſſe poſſe partes noſtras, quàm Decreta jam emanata celeri executione ad effectum perducere, nè aliàs egredi videremur cancellos noſtræ Commiſſionis, quam ad unguem ſervare debet Judex Delegatus, ad *Text. in c. cum dilectus 22. de reſcr. c. cum olim 32. de off. & poteſtat. Jud. delegat. Gonzales in c. ſignificaſti 36. num. 8. de reſcript. & in c. 1. de off. & pot. Jud. deleg. Rota coram Verall. dec. 153.* & punctualiter in ſimili caſu dixit *in Romana Aſſentiſtatus 19. Novembris 1698. §. Fundamentum, coram Me.*

6 Ob idque Deſenſores Capituli, ſatis benè intelligentes noſtram Juriſdictionem extendi non poſſe ad ſubiiciendum iterato examini controverſias jam deciſas, inſinuabant in eorum reſponſionibus, præfatam Sac. Congregationis reſolutionem, editam 18. Auguſti 1696. involvere dubietatem, quoad intelligeotiam illorum verborum -- *juxta exigentiam Viſitationis* -- dum Archiepiſcopus ea ſic interprætabatur, ut generaliter, & omni vice, qua ipſe viſitandam ſuſciperet aliquam particularem Adminiſtrationem, geſtam à Capitularibus, eos adſtringere poſſet ad exhibendos in ſuo Palatio Libros, illam concernentes; contendente è contra Capitulo, hujuſmodi Librorum recognitionem faciendam eſſe per eundem Archiepiſcopum in Aula Capitulari, cum eo tamen moderamine, & temperamento, ut ſi aliqua in eorundem Librorum recognitione emergeret difficultas, quæ altiorem, longioremque expoſceret iodagationem, tunc ſolùm teneri, & obligatos eſſe Capitulares ad nutum Domini Archiepiſcopi Libros originales ad ejus Palatium deferre, ut meditatè exortas difficultates diſcutere, & evacuare poſſit.

7 Qua de re iidem Defenſores Capituli noſtram Juriſdictionem optimè verſari poſſe contendebant in interpretaodo equivocum, & ambiguum modum loquendi Sacræ Congregationis in illis verbis *juxta exigentiam Viſitationis*, ad effectum ſtatuendi certam regulam, qua in futurum prædicta Sacræ Congregationis Reſolutio executioni demandari debeat. Hancque ob cauſam maximè expedire ſubjungebant, Juſtitiam dicti Decreti in puncto Juris ad novum examen revocare, ut indè Sacrum Tribunal aſſequi valeat lumen clarum, ad illud latè juxta ſenſum Archiepiſcopi, ſeu veriùs ſtrictè ad mentem Capituli, ſit interpretandum.

8 Domini tamen perſcrutata mente Sac. Congregationis, examinatiſque Juris rationibus, quæ hinc indè afferebantur, crediderunt, illis magis conſonam eſſe interpretationem expoſitam ab Archiepiſcopo, quam alteram à Capitulo excogitatam. Et incipiendo ab indagatione mentis Sacræ Congregationis, quòd revera per dicta verba *juxta exigentiam Viſitationis*, intellexerit, ut in quacunque Viſitatione particularium Adminiſtrationem poſſit Archiepiſcopus, ſi neceſſarium judicaverit, cogere Capitulum, vel Adminiſtratores, ad aſportandum Libros in illius Palatium, & non in eo tantùm caſu, quo viſis priùs per eundem Archiepiſcopum dictis Libris in Archivio, vel Aula Capitulari, exoriretur gravis difficultas diſcutienda cum aliquo temporis intervallo, manifeſtè deprehenditur ex ſecundo Decreto, edito die 17. Auguſti 1697. Nam cum reluctante Capitulo documenta fundationis Capellaniarum Cardinalis Tavera exhibere io principio, quo illas viſitandas ſuſceperat, cum fundamento, quòd adhuc factus non eſſet locus illorum exigentiæ, Sacra Congregatio, ſpecificè ab Archiepiſcopo conſulta, num in illo caſu Capitulum teneretur ad abſolutam Librorum tranſportationem, enarrato dicto prætextu, quo eorundem exhibitionem evadere ſatagebat, reſpondiſſet *affirmativè*: novum hoc Reſcriptum nullum dubitandi locum reliquit, quin juxta mentem Sacræ Congregationis Capitulares obſtricti fueriot, in quolibet initio particularis Viſitationis adminiſtrationum, ad arbitrium Archiepiſcopi, Libros illos reſpicientes ad ejus Palatium deferre, abſque obligatione accedendi priùs ad Aulam Capitularem, vel alium locum, ad effectum revidendi Libros: Itaut cum mens ejuſdem Sac. Congregationis ſatis interpretata, ac declarata remanman-

manſerit mediante hoc ſecundo ejus Decreto, ulteriori non eget interpretatione, ad quam ſolùm deveniendum eſt in ambiguis, ſecus verò quando verſamur in claris, *l. ille, aut ille ff. de legat.* 3. *l. continuus §. Cum quis ff. de verb. obligation.* cum aliis vulgatis *in Bononien. Evictionis* 1. *Martii* 5697. *§. Non refragante reſponſione, cor. Me.*

9 Hinc propterea ſuperfluum apparuit, ad effectum interpretandi præſatas S. Congreg. reſolutiones, adeò claras, recurrere ad examen illarum juſtitiæ. Ex abundanti tamen deguſtatis meritis articuli, compertum habuerunt Domini, controverſa Decreta ſubnixa eſſe diſpoſitioni Juris Civilis, Canonici, & Sac. Concilii Tridentini: de Jure enim civili remittitur arbitrio Judicis electio loci, in quo rationes reddi debent, ad *Text. in l. tales conditiones §. Priſcus ff. de condit., & demonſtrat.* ubi Scevola, poſtquam refert Priſci J. C. reſponſum, quòd ſtatu liber ſationem reddere non debeat in loco, ubi Paterfamilias deceſſit, ſed accedere teneatur ad locum, ubi moram trahit is, cui ratio reddenda eſt, ſi Reipublicæ cauſa abeſſet, ſubdit -- *veriſſimum autem eſſe, ut alias aliud ex perſona, locoque ſit æſtimandum*, quem *Textum Accurſius in V. Eſtimandam* ſic interpretatur, ut quamvis Priſci opinionem approbet Scevola, quòd Adminiſtrator adire debeat locum, ubi moratur Patronus, ſi abeſſet ex cauſa Reipublicæ, id tamen intelligendum eſſe cæteris paribus; ſed quandò Patronus eſſet perſona illuſtris, vel aliqua dignitare decoratus, tunc Adminiſtrator compellendus eſt pergere in domum ejus, cui ratio reddenda eſt, etiamſi eſſet abſens, nec quidem ex cauſa Reipublicæ, ibi -- *Arbitrio Judicis, qui dicet ſtatu liberum venire ad Patronum, ſi eſt nobilis, & magna perſona Patroni, vel eſt à remotis, licèt non abſit cauſa Reipublicæ.* Undè inferunt communiter Scribentes, quòd licèt regulariter adminiſtrationis ratio præſtari debeat in loco adminiſtrationis *l. Prætor ait ff. de edend.* concurrente tamen qualitate Illuſtris perſonæ in eo, cui reddendæ ſunt, tunc arbitrio Judicis remittitur æſtimare, ac decernere, an congruum ſit Adminiſtratorem ad domum illius Magnatis pro reddenda ratione accedere, ut benè ibi explicat *Bart.* dicens, *ſtatu liber debet rationem reddere, ubi Judici videtur*, & concordat *Caſtrenſ. n.* 2. *& ex recentioribus* tradunt *Menoch. de Arbitrar. caſ.* 468. *num.* 1. *Ottalor. de Nobilitate part.* 5. *cap. ultim. num.* 56. *Eſcobar. de Ratiociniis cap.* 7. *num.* 2. *cum ſequent.*

10 Repoſita autem in arbitrio Judicis deſtinatione loci, in quo adminiſtrationum rationes reddi debent, ſpectata qualitate, tam eorum, qui illas præſtare, quàm aliorum, qui eas ſuſcipere tenentur, in præſenti caſu nullum certè rectum, & ſapiens Judicantis arbitrium exiſtimabit, quòd Epiſcopi, locum Apoſtolorum tenentes *c. quoniam vices, diſtinct.* 68. *c. in novo, diſtinct.* 21. *& quorum honor, ac ſublimitas nullis poteſt comparationibus adæquari*, ut inquit *Ambroſ. de Dignit. Sacerd. cap.* 2. relatus à *Gelaſio in c. duo ſunt* 96. *diſtinct.* ſubiici debeant ad ſuſcipiendas rationes à particularibus Canonicis in Archivio, ubi rationum Codices aſſervantur, ſed omne ſanum æquitatis, & congruentiæ dictamen ſuggerit, par eſſe, ut ipſi Capitulares Adminiſtratores opportunis documentis, rationumque Libris in unum collectis, accedant ad Epiſcopum, in ſuiſque manſionibus propriæ villicationis præſtent rationem. Et ſi enim inficiari nequeat, Canonicos Eccleſiæ Cathedralis multis decorari prærogativis, dum ipſi unum Corpus conſtituunt cum Epiſcopo, *c. novit, de his, quæ fiunt à Prælatis*, & Fratres Epiſcopi nuncupantur in *c. quanto, eodem tit.* Eccleſiæque Senatum componunt, ut ait *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 12. *de reform.* fateri tamen oportet, hujus Corporis Caput, hujuſce Senatus Principem, ſeu Præſidem eſſe Epiſcopum, itaque quantùm Caput membris, quantunque Princeps Senatoribus, & Conſiliariis præſtantior eſt, tantùm Epiſcopi Canonicos antecellunt, nullo igitur Jure tam ſublimis Dignitas arctari debet ad ſuſcipiendas redditiones rationis, geſtas ab ejus Fratribus, & Conſiliariis, alibi, quàm in proprio ejus Palatio, nè Archiepiſcopo imminuatur is honor, qui ejus Dignitati, Ordini, & Gravitati par eſt, contra præceptum Sacroſanctæ Tridentinæ Synodi *ſeſſ.* 25. *de reformat. c.* 6. *verſ. Epiſcopus præterea, & in c.* 17. *verſ. Quare.*

Præmiſſum porrò aſſumptum ſi procedit in hypotheſi redditionis rationis à Liberto Adminiſtratore reddendæ Patrono nobili, ac Magnati, nullam cæteroquin habenti Judiciariam poteſtatem, ad terminos *d. text. in l. tales conditiones §. Priſcus ff. de condit., & demonſtrat.*, quanto magis obtinere debet in præſenti themate, in quo Archiepiſcopus ſuſcipere tenetur hujuſmodi redditionis rationis tanquam Superior, fretus nedum poteſtate ordinaria, ſed etiam delegata Sedis Apoſtolicæ, in vim diſpoſitionis *S. Tridentinæ Synodi in ſeſſ.* 22. *c.* 8. *de reformat.* & cum facultate puniendi Adminiſtratores, quatenùs in adminiſtratione malè verſati fuerint, ut in puncto ex pluribus probat *Saravia de Adjunct. c.* 24. *num.* 20. dubio procul enim in hiſce terminis; Attento etiam Jure civili, concludendum eſt, quòd Iudex hujuſmodi Adminiſtrationes diſpungere, ſuper eiſque Ius dicere debeat, more majorum, & ſalva majeſtate ſui Imperii, ut inquit *Paul. in l. penult. ff. de juſt. & jur.* ibi, *Quem locum determinare hoc modo poſſumus, ut ubicunque Prætor ſalva majeſtate Imperii ſui, ſalvoque more majorum Jus dicere conſtituit, is locus rectè Jus appellatur:* quomodò autem dici poteſt, quòd Epiſcopus more majorum ſe gerat, valeatque ſui Imperii majeſtatem ſalvare, quatenus ad recipiendas redditiones rationis, præſtandas à Canonicis ejus ſubditis, accedere in eorum Archivium, ibique Ius reddere cogeretur: hac ſanè forma potiùs cognoſceret more inferiorum, quàm majorum, ut in ſimili ait *Hoſtien. in Summa tit. de feud. §. Apud quam, num.* 13. ubi *quod ſi Curia deberet audire ad locum delicti, non judicaret more majorum, ſed more inferiorum*, ut optimè *Rota dec.* 537. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. ubi, quòd ſalva non eſſet majeſtas Epiſcopi, ſi teneretur in loco ſubditi jus dicere.* 11

Advertendo ſignanter, quòd hujuſmodi Adminiſtrationum viſitatio expleri nequit brevi temporis intervallo, ſed exigit ſpatium plurium dierum, ac forſan menſium, dum tota verſatur in recognoſcendo multiplices Piorum Operum fundationes, augumentum, & progreſſum, plures involutas computorum diſpunctiones, cæteraque alia in ſimilibus indaganda, quæ, ut notiſſimum eſt, requirunt attentam, ac ſeriam plurium rerum perquiſitionem: nullum propterea regulare, ac prudens Iudicis arbitrium exiſtimabit, quòd Archiepiſcopus adſtringendus ſit ad accedendum ſemel, vel bis in diem, ſeu hebdomadam in Archivium Capituli ad explendum cum temporis anguſtia actus hujuſmodi manualis, & improbi laboris, quando aliàs, exhibitis Libris in Palatio Archiepiſcopali, datum eſt eidem Archiepiſcopo hiſce negotiis ſtatis horis incumbere, abſque notabili ejus incommodo, & quòd magis intereſt, ſine tanta profuſione temporis, adeo neceſſarii amplæ Diœceſis Paſtori, ut tot aliis negotiis, quibus premitur Archiepiſcopalis Dignitas, præeſſe valeat, quod ſolum motivum læſionis publicæ utilitatis exuberat de jure, ut Dominus, qui in Reipublicæ negotiis eſt intricatus, compellendus non ſit locum adminiſtrationis adire pro ratione recipienda, dum publica utilitas non ſolùm privatæ, ſed etiam Regiæ commoditati eſt præferenda, ut omiſſis generalibus, ad ornatum *Text. in d. l. tales conditiones §. Priſcus ff. de condit., & demonſtrat.* ratiocinatur *Eſcobar. de Ratiocin. d. cap.* 7. *numer.* 2. *poſt med.* 12

Id autem, quod Iuris civilis diſpoſitio committit Iudicis arbitrio, Sanctiones Canonicæ reponere videntur in abſoluta Epiſcoporum poteſtate. Neminem enim latet Epiſcopos eo tempore, quo ceperunt judiciariam poteſtatem in Eccleſias, & Eccleſiaſticos exercere, proprium, in quo jus dicerent, ex Apoſtolorum inſtitutione erexiſſe Tribunal, ut ex teſtimonio *Cardin. Baron. anno* 57. *num.* 24. 25. *&* 27. probat *Frances de Eccl. Cathedr. capit.* 2. *num* 108. factaque ſubindè diviſione Diœceſum à Sancto Dionyſio, ut patet *ex capit. Eccleſias* 13. *quæſt.* 5. *gloſſ. in capit. nec num.* 10. *quæſt.* 3. *Gloſſ. in capit.* 1. *diſt.* 99. *verb. ante Chriſti adventum, capit. paſtoralis* 9. *de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.* *Barboſa de Offic.* 13

Offic. & Poteſt. Epiſcopi, *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *numer.* 7. *Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 1. *n.* 3. *Rota coram Coccino dec.* 665. *num.* 18. nemo auſus eſt contendere, quin Epiſcopi, habentes Juriſdictionem Ordinariam in tota eorum Diœceſi, erigere poſſint unum, vel plura Tribunalia in locis ſibi beneviſis ad reddendum jus in Cauſis, & controverſiis, ipſorum ſorum concernentibus, adeout *Bonifacius VIII. in capit.* 7. *de offic. Ordin.* ſuppoſuerit veluti rem indubiam, ac certam, quòd Epiſcopi tali gauderent prærogativa, ibi: *Cum Epiſcopus in tota ſua Diœceſi Juriſdictionem Ordinariam noſcatur habere, dubium non exiſtit; quin in quolibet loco ipſius Diœceſis non exempto, per ſe, vel per alium, poſſit pro Tribunali ſedere, Cauſas ad Eccleſiaſticum forum ſpectantes, audire perſonas Eccleſiaſticas, cum earum exceſſus exegerint, capere, ac carceri deputare, nec non & cætera, quæ ad ipſius ſpectant Officium ſolvere, & exercere*, & benè explicat *Gloſſ. in verbo loco*, & ibi *Archidiaconos*, *num.* 2. *Anchar. num.* 1. *Butr. num.* 2. *Barboſ. num.* 2. *P. Paſſerin. nu.* 1. *cum ſeqq. Barboſ. in Paſtor. alleg.* 80. *per tot. Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 29. *numer.* 114. & latè *Thomaſin. de Beneſ. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 112. *numer.* 7. *§. Non abs re forſan. Rot. dec.* 537. *n.* 9. *part.* 4. *tom.* 3. *recen. & dec.* 58. *num.* 1. *cor. Carillo*.

14 Si igitur juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem ſtat in abſoluta poteſtare Epiſcopi eligere locum ſibi beneviſum in ſua Diœceſi ad exercendam quamlibet ejus Juriſdictionem, immeritò eidem denegatur liberum arbitrium recipiendi redditionem rationis, ſuper eaque jus dicendi in ejus Palatio; & in ſpecie, quòd Epiſcopus conſtituere poſſit Tribunal in propria Camera, tradunt *Francus in dicto c.* 7. *de Offic. Ord. in* 6. *P. Paſſerinus ibidem n.* 7. *Bertacchin. de Epiſc. lib.* 4. *n.* 70. & 71. *Rot. dec.* 1700. *num.* 3. *coram Coccin. dicta dec.* 58. *num.* 1. *coram Carillo*: etiamſi alias litigantes magnum paterentur incommodum, eſt quippè adeò abſoluta, & plenaria talis Epiſcoporum poteſtas jus dicendi, ubi eis libet in ſuis Diœceſibus, ut licèt aliqui obſcuri nominis Canoniſtæ ſcripſiſſent, quòd ubi Diœceſis eſt ampla, Epiſcopus cogere nequeat ſubditos ad litigandum in loco longinquo, ſed teneatur vel ipſe accedere, ubi vertitur litigium, vel alium delegare, talis tamen opinio in ſtricta Juris cenſura communiter reprobatur, eamque ad ſummum procedere poſſe ex æquitate, quandò Cauſa eſt modica, & locus valdè diſtat, ut poſt *Abb. in cap. ſanè*, *n.* 3. *de for. compet. & in cap. dilectus*, *num.* 4. *de reſcript.* tradunt *Barboſ. dict. allg.* 80. *n.* 5. *Paſſerin. ubi ſupra n.* 10. *Rota dec.* 297. *n.* 7. *part.* 2. *diverſ.* & diſcuſſo articulo *dec.* 537. *n.* 9. *cum ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

15 Magis tamen expreſſè hanc controverſiam dirimere videtur S. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform.* ubi decernitur, quòd Epiſcopus, vel ejus Vicarius, procedere teneatur in Cauſis Capitularium de conſilio, & aſſenſu duorum Canonicorum coram Notario ipſius Epiſcopi, & in ejus domo, aut conſueto Tribunali, & plenè explicant *Antonell. de Loc. legal. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 47. *& ſeqq. Rot. dec.* 1700. *n.* 1. *& ſeqq. cor. Coccin. & dicta dec.* 537. *nu.* 13. 16. & 17. *part.* 4. *rec. & d. dec.* 58. *cor. Carillo*. Si ergo in aliis gravioribus Cauſis Canonicorum jubet Concilium, ut Epiſcopus judicet in proprio Palatio, quanto fortiùs, & ex ejus mente id indulgendum videtur in redditione rationis, tam minoris ponderis, & relevantiæ, argumento ducto à majori ad minus, quod in jure validiſſimum eſt. *Dec. conſ.* 76. *n.* 3. *Rota dec.* 468. *nu.* 4. *part.* 13. *rec. & in Romana Multiplicorum* 25. *Junii præteriti §. Conſonat*, *in fin. cor. Me.*

16 Ex quibus rationibus pluries conſulta Sac. Congregatio Concilii ſuper articulo, de quo modò diſceptatur, ſemper reſcripſit, redditiones rationum præſtandas eſſe à Locorum piorum adminiſtratoribus in Palatio Archiepiſcopali, ibique in hanc cauſam deferendos eſſe Libros rationis, & ſignanter *in una Calaguritana* 17. *Aprilis* 1638. *& in alia Cremonen.* 11. *Aprilis* 1609. *& in Valentina* 11. *Maji* 1627. *datis in Summario Archiepiſcopi numer.* 7. 8. & 9. Et hanc eſſe inconcuſſam opinionem Sacræ Congregationis, pluribus aliis relatis reſolutionibus, teſtantur, & tenent *Fagnan. in cap. ad hæc*, *nu.* 33. 34. 36. & 37. *de relig.*

dom. Pignattell. conſult. 57. *n.* 10. *& ſeqq. tom* 8. *& conſult.* 152. *num.* 21. *tom.* 9. *Criſpin. in tract. della Viſita Paſtorale*, *part.* 2. *§.* 28. *n.* 7. *& ſeqq. Card. de Luc. de Juriſdict. diſc.* 42. *n.* 7.

Conſtabilito bono jure Archiepiſcopi circa obliga- 17
tionem Capituli deferendi Libros rationum reddendarum in Palatium ex utriuſque Juris, Civilis, & Canonici ſanctionibus, diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini, & Eminentiſſimorum Cardinalium ejuſdem Concilii Interpretum ſententia, nullatenus officere viſæ fuerunt conſuetudo particularis Eccleſiæ Hiſpalen. & Conſtitutiones Synodales, editæ anno 1585. à clar. mem. Cardinali de Caſtro, confirmat. à ſan. mem. Sixto V. nam quatenus attinet ad hujuſmodi Conſtitutiones Synodales, obſervatum fuit, præceptum, ibidem contentum, recipiendi computa adminiſtrationum in ipſis Eccleſiis, injunctum fuiſſe Viſitatoribus ſubalternis, ab Epiſcopo deputandis, ac proindè afficere nequit Archiepiſcopum per ſe ipſum viſitantem: Maximum enim intercedit diſcrimen inter Viſitatores ſubalternos, & Epiſcopum viſitantem per ſe ipſum, illi enim, uti Eccleſiaſtici inferioris notæ, ſine ullo eorum dedecore, & notabili incommodo, recipere poſſunt redditiones rationis in Eccleſiis; è contra Epiſcopus in ſublimi conſtitutus dignitate, & tot aliis Paſtoralibus ſolicitudinibus preſſus, ſalvare nequit majeſtatem ſuæ Dignitatis, neque tot aliis negotiis incumbere, quatenus cogeretur replicatis vicibus accedere ad Aulam Capitularem, ſive Archivium, pro revidendis computis. Atque omnibus notum eſt, ob dictam diſparitatem inter Epiſcopum viſitantem per ſe ipſum, & particulares Viſitatores, per eundem deputatos, longè diverſam præſcribi formam explendæ Viſitationis, tam localis, quàm perſonalis, ut deprehenditur ex Cæremoniali Romano, & tradit *Gavant. in Praxi compend. Viſitationis perſonalis*.

Et quamvis in quadam inſtructione particulari, 18
quam edidit Cardinalis de Caſtro, & obſervari præcepit à ſubalternis Viſitatoribus, ob idque in ipſis Conſtitutionibus Synodalibus inſerta, repetitum legatur idem præceptum ſuſcipiendi computa in Eccleſiis, atque in dictæ inſtructionis proœmio idem Cardinalis, per ſe ipſum viſitaturus, eum obſervare promiſerit; nihilominus quia, tam in dicta inſtructione Cardinalis de Caſtro, quàm in aliis ſucceſſivis Archiepiſcoporum Guevara, & Spinola, continetur expreſſa limitatio in caſu incommodi, ibi -- *Li detti conti ſi piglino dentro delle dette Chieſe*, *eccetto ſe per grande incommodità non ſi poteſſero fare*: Si ergò etiam Viſitatoribus ſubalternis, in caſu quo ipſi non poſſent revidere computa abſque magno incommodo, tributa fuit poteſtas demandandi tranſportationem Librorum extra Eccleſiam, multò magis privilegium hoc ſuffragari debet ipſis Archiepiſcopis, immo cum notabili diſcrimine in ordine ad conſiderationem incommodi, dum modicum reſpectu ſubalterni Viſitatoris, erit maximum reſpectu Archiepiſcopi. Qua de re, cum ex ſupra deductis inficiari nequeat, maximum eſſe Archiepiſcopi incommodum, quatenus teneretur ſe transferre ad Archivium ad evolvendos Libros tot Adminiſtrationum, procul dubio verſamur in caſu exceptionis, & limitationis earundem inſtructionum, & optimè in ſpecie aptatur cenſura *Text. in cap. Romana*, *de cenſibus*, ubi Alexander Tertius Archiepiſcopum Viſitantem ſuam Provinciam monet, quòd ſi commodè, & ſine difficultate accedere ad unamquamque Eccleſiam non poterit, de pluribus locis ad unum congruum Clericos, & Laicos ſtudeat convocare, nè in illis viſitatio poſtponatur, undè manifeſtum eſt, quòd in Viſitationibus ſpectari debeat, nè Epiſcopi magno, & exorbitanti afficiantur incommodo, ut plenè tradunt *Ventrigl. de Juriſd. Archiep. cap.* 68. *n.* 1. & 3. *Pavin. de Viſit. quæſt.* 6. *n.* 12. & 13. *part.* 1.

Prætereà indagata per Dominos obſervantia, ſecu- 19
ta de tempore ipſiuſmet Cardinalis de Caſtro, qua melior dari nequit interpres inſtructionis per eum editæ, ac promiſſionis illam obſervandi, ad *Text. in l. non ambigitur ff. de legibus*. *Rota coram ſan. mem. Alex. VIII. dec.* 161. *num.* 51. *Ubald. dec.* 14. *n.* 18. *& in recent. dec.* 48. *num.* 23. *part.* 13. compertum habuerunt, quòd duobus annis poſt dictæ inſtructionis publi-

cationem, idem Cardinalis demandavit injungi Capellanis, & Beneficiariis Eccleſiæ Cathedralis, ut aſportarent Libros fundationum, & dotationum Capellaniarum in ejus Palatium, ut ibi eos cognoſcere poſſet pro ſuſcipienda redditiona rationis, *Summario Archiepiſcopi n.* 16. ex quo facto evincitur, mentem Archiepiſcopi de Caſtro per dictam promiſſionem fuiſſa ſe obligandi ad obſervandum alia capita, quæ continentur in eadem inſtructiona, & non etiam illud, in quo præſcribitur inferioribus Viſitatoribus diſpungere computa in Eccleſiis viſitandis; ea quidem ratione, quia redditur inveriſimile Archiepiſcopum voluiſſe ſe, ſuoſque Succeſſores obſtringere ad eaplendos actus, qui detraherent decori, ac majeſtati dignitatis Archiepiſcopalis, derogando in hac parte omnium Jurium diſpoſitionibus, generaliter Epiſcopos ab hujuſmodi incommodo, vel ſervitute eximentibus: Ideòque ſi dicta promiſſio præfatam inſtructionem obſervandi optimè referri valet ad quamplurimas alias ejus partes, nullam præſeferentes inveriſimilitudinem, & incongruitatem, ad ea tantùm ſunt applicanda, & non itidem ad alia inveriſimilia, decori, ac dignitati promittentis non ſatis conformia, per ea, quæ tradunt *Rain. conſ.* 123. *n.* 12. *lib.* 3. *Alex. conſ.* 81. *n.* 11. *lib.* .. *Rot. cor. Ludoviſ. dec.* 384. *n.* 2. *dec.* 536. *n.* 81. *part.* 14. *recent.* Maximè quia generaliter intellecta promiſſio, ultra inveriſimilitudinem, induceret Juris communis, & Sacr. Concilii derogationem, quæ non præſumitur, & nunquam facta cenſetur, niſi concurrentibus verbis expreſſis, generalibus nequaquam ſufficientibus. *Lotther. de Re Beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *numer.* 36. *Amoſtaz. de Cauſ. Piis l.* 3. *cap.* 15. *num.* 10. & lato calamo *Paſſerin. ſuper.* 6. *in cap. licet, de conſtit. num.* 317. *cum ſeqq. Rota dec.* 302. *n.* 12. & 13. *part.* 9. *rec.*

20 Quod verò ſpectat ad conſuetudinem Eccleſiæ Hiſpalen. hæc favet D. Archiepiſcopo; nam Cardinalis de Caſtro, & Archiepiſcopi ſucceſſores, demandarunt Officialibus Capituli Librorum aſportationem in Palatium *Summario Archiepiſcopi num.* 13. *lit. C.* & *eodem Summar. nu.* 16. qui porrò actus, utpotè incontroverſi, ac pacifici, induunt conſuetudinem ſpecificam, & individualem Eccleſiæ Hiſpalen. omninò attendendam. *Rota dec.* 165. *num.* 16. *part.* 10. & *dec.* 350. *num.* 18. *part.* 16. Non attentis pleriſque Viſitationibus expletis in Eccleſia, quia recognitæ, compertæ fuerunt geſtæ à ſubalternis Viſitatoribus, & non ab Epiſcopis. Et licèt modernus D. Archiepiſcopus viſitaſſet per ſe ipſum Tribunal Vicariatus abſque ulla Librorum viſitatorum extractione, hujuſmodi tamen viſitatio fuit materialis, conſiſtens in ſola inſpectione, an locus ſit decens, recteque in Archivio cuſtodiantur ſcripturæ, quod fieri nequit abſque perſonali acceſſu, per ea, quæ tradunt *Salod. in Prax. Viſit. part.* 5. *cap.* 3. *in V. archivium*, *Pignatell. conſul. Canonic.* 146. *num.* 167. *tom.* 9. Verùm longè diverſa eſt Viſitatio formalis Adminiſtrationum, quæ cum conſiſtat in recognoſcendo, an plures piæ diſpoſitiones fuerint adimpletæ, & an fideliter Chriſti patrimonium miniſtretur, neceſſarius non eſt acceſſus ad Archivium, ſed hujuſmodi redditio rationis explicari debet in Ædibus Archiepiſcopalibus, cum opportuno commodo, ac ſine temporis anguſtia, ut diſtinguendo inter Viſitationem localem, & Viſitationem formalem, in puncto tradit *Pignatell. d. conſult.* 17. *num.* 11. *tom.* 8.

21 Obſervantiæ Eccleſiæ Cathedralis conformis eſt conſuetudo particularis Eccleſiarum inferiorum, exiſtentium in Civitate Hiſpalenſi; Earum quippè Titulares, & Adminiſtratores, ad ſimplicem Archiepiſcoporum, ſive ejus Viſitatorum requiſitationem, ad Palatium Archiepiſcopale Libros detulerunt ad effectum præſtandi redditionem rationis *Summario Archiepiſcopi num.* 13. Et conſonat etiam conſuetudo aliarum Cathedralium adjacentium Hiſpalenſi, & de uſu Eccleſiarum Malacitaneæ, Gadicen. & Corduben. doctum fuit *in Summario Archiepiſcopi n.* 10. 11. & 12. quæ praxis generalis, in tot Cathedralibus pacificè ſervata, venit maximoperè attendenda ad effectum, ut idem uſus mandari, ac ſervari debeat in Eccleſia Hiſpalenſi. *Text.* eſt *in cap. cum olim de conſuetud. Rot. coram Dunoz. Jun. dec.* 581. *num.* 3. & *dec.* 786. *n.* 6. *part.* 17. *rec.* Non relevante contraria conſuetudine Eccleſiæ Cathedralis Aſtoricen. dum Epiſtola unius Canonici, ad illam probandam producta, utpotè ſcripta pro Tertio; & contra Tertium, nullum genus probationis conſtituit. *Cyriac. controv.* 91. *n.* 6. *Gratian. diſcept.* 718. *num.* 10. *Rot. dec.* 717. *num.* 6. *part.* 2. *rec.* Minuſque refert uſus Cathedralis Cæſarauguſtanæ, quoniam hic invaluit ex particulari concordia, inita inter Canonicos, & Archiepiſcopum, cui ſi placuit juri ſuo renunciare, ſibi ſoli præjudicium ingeſſit, & incongruè affertur tale exemplum in hypotheſi, in qua Archiepiſcopus ſtudet ſervare indemnes ſuæ Dignitatis prærogativas, juxta cenſuram Sacrorum Canonum, quorum cuſtos eſt, *cap. cum quibus* 36. *cauſa* 24. *quæſt.* 3. *Germon. de Sac. Immunitat. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 41.

Neque ad effectum denegandi Archiepiſcopo poteſtatem demandandi exhibitionem Librorum in ejus Palatium, concludens viſa eſt ratio, ſemper adducta à Capitulo, quòd nempè ob extractionem Scripturarum ab Archivio magnum immineat periculum illarum deperditionis, ad quod evitandum etiam de jure præſcribatur ut Scripturæ originales non deferantur in domum Archiepiſcopi ſed recognoſcantur in loco congruo, & ſecuro, per *Text. in cap. accepimus, de fid. inſtrum.* Cum enim omnes Scripturæ, & documenta ſint redacta in Libris particularibus benè compactis, nec transferendæ ſint de una Civitate ad alteram, ſed ab Aula Capitulari ad Palatium, quæ inter ſe diſtant per ſpatium valdè modicum, apparuit omninò inſubſiſtens timor deperditionis. Non reſiſtente *Textu*, in contrarium allegato, *in dicto cap. accepimus*, quoniam caſus *dicti Textus* erat, quòd lata ſententia ſuper libertate Monaſterii Sancti Auguſtini in vim privilegiorum Papalium, illam Archiepiſcopus Cantaurienſis, in cujus Diœceſi exiſtebat dictum Monaſterium, ſervare detrectabat, dicens, Privilegia eſſe falſa, delatiſque ex parte Abbatis conqueſtionibus ad Summum Pontificem Alexandrum III. is conſiderans ea una parte, non inſpectis privilegiis, falſitatem argui non poſſe, & ex altera parte difficile, & periculoſum eſſe, illa ex adeò longinquis Regionibus tranſmittere ad Sedem Apoſtolicam, opportunum eſſe cenſuit ſcribere Archiepiſcopo Heboracenſi, Judici in hac Cauſa, ut exhibere faceret Privilegia dicto Archiepiſcopo Cantaurienſi in Clauſtro prædictorum Fratrum, vel in alio loco congruo, & ſecuro, cum interventu duodecim Teſtium, ut ex Litera deprehenditur, & clarius refert *gloſſ. ibidem.* 22

Hujuſmodi autem Decretalis cenſura nullatenus applicabilis eſt in caſu præſenti, quia ibi agebatur de exhibenda ſcriptura in manibus Archiepiſcopi Collitigantis, excipientis de illius falſitate, de illius tranſportatione ex longinquis regionibus ad Sedem Apoſtolicam, ob quos reſpectus Pontifex prædictus noluit, demandando illius tranſmiſſionem ad Urbem, eas ſubiicere periculo deperditionis, prout non permiſit tradi in manibus ipſius Archiepiſcopi Collitigantis, ſed in loco tertio, & ſecuro, ad evitandum timorem, etiam remotum, ejuſdem corruptionis, & occultationis. In præſenti verò agitur de conſignandis Libris redditionis rationis in manibus Archiepiſcopi non collitigantis, & excipientis de illorum falſitate, ſed à Jure, & Sac. Conc. Tridentino deputati in figura Superioris ad illos revidendos, neque ullum timeri poteſt periculum deperditionis ob vicinitatem Archivii, à quo extrahuntur, ad Palatium, in quo exhibentur. Hinc propterea quærendus non eſt locus tertius, & ſecurus, ad exhibendos dictos Libros, ſed deferri debent in manibus Archiepiſcopi, prout paſſim exhibentur documenta originalia in manibus Judicis, ut ait *Text. in l. fin. C. de fid. inſtrum.* & *in cap. cauſam* 19. *de teſtibus Covarru. Var. reſol. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. *in princip.* & *pract. quæſt. cap.* 20. *n.* 6. *Parex. de Inſtrument. Edit. tom.* 2. *tit.* 6. *reſol.* 6. 23

Prout nec obſtare viſa eſt altera ratio, quòd nempè ſi penderet à poteſtate Archiepiſcopi delatio Librorum ad ejus Palatium, demandare poſſet tranſportationem omnium fere Scripturarum Archivii, & ita illud per tempus ſibi beneviſum Libris denudatum relinquere, 24

re,

re, cum maximo incommodo Adminiſtratorum, qui ob hanc cauſam incumbere non poſſent in adnotandis iis, quæ io diem occurrereot; nam huic ioconvenienti ſatis proviſum fuit per Sac. Congregationem Concilii, obſtringendo Officiales Capituli ad exhibendos Libros juxta exigentiam Viſitationis, quæ verba, nè ulla oriretur impoſterum diſputatio ſuper eorum intelligentia, Domini juxta mentem Sacræ Congregationis, ita interpretati fuerunt, ut io quolibet caſu Viſitationis particularium Adminiſtrationum, licitum ſit Archiepiſcopo demandare aſportationem Librorum illam concernentium, eoque non terminato, petere nequeat Libros ad aliam Adminiſtratiooem ſpectantes, hicque eſt modus, quo reſolutum fuit Archiepiſcopum occaſione Viſitationis cogere poſſe Capitulum, vel ejus Officiales, ad exhibendum Libros in ejus Palatium.

Et ita utraque parte informante, omnibuſque Dominis ſuffragantibus, reſolutum fuit.

R. P. D. P R I O L O.

Hiſpalen. Diviſionis Simultaneæ.

Veneris 4. Junii 1700.

A R G U M E N T U M.

Simultanea collatio Beneficiorum, exiſtens inter Epiſcopum, & Capitulum, an poſſit dividi, ad inſtantiam unius, altero reluctante.

S U M M A R I U M.

1 *Non poteſt deveniri ad diviſionem Simultaneæ ad inſtantiam unius ex Compatronis, ſed requiritur omnium conſenſus.*

2 *In re communi melior eſt conditio prohibentis.*

3 *Statutum, ſive pactum, Juri communi adjectum, efficit, ut non liceat fieri, quod alias de Jure liceret.*

4 *Non obſtante Statuto, ſeu lege prohibente diviſionem, poteſt illa peti, quoad exercitium, ſeu adminiſtrationem, quæ commodè dividi poteſt.*

5 *Conferre Beneficia, eſt affectus Juriſdictionis. Declara* num. 11.

6 *Si detur contentio inter duos Parochos, communiter poſſidentes domum, ſitam in confinio ſuorum Parochianorum, circa ſimultaneam adminiſtrationem Jurium Parochialium, tale Jus, licèt per ſe individuum, eſt tamen quoad exercitium dividendum.*

7 *Duobus Epiſcopis ſimultaneè competente exactione Charitativi Subſidii ab eadem Eccleſia, poteſt eos Metropolitanus compellere, ut illud alternis vicibus exigant.*

8 *Ad duos item Epiſcopos ſpectantibus unius Eccleſiæ redditibus, ſi ipſi non conveniant, poſſunt Superioris officio compeli, ut alternis annis illos percipiant.*

9 *Idem ſervandum, ſi inter duos Epiſcopos oriatur diſcordia occaſione Eccleſiæ, ſitæ in confinio eorum Diœceſum, ſuper illius diſpoſitione, ſeu collatione.*

10 *Et talis auctoritas Superioris extenditur etiam uſque ad coactionem.*

12 *In communione bonorum, & ſocietate feudali, ſeu uſu fructus, permitti poteſt diviſio bonorum, vel exercitii rei, etiam indiviſibilis.*

13 *Secus verò quoad ſocietatem, à Jure, vel Statuto inductam, quæ reſpicit non ſimpliciter commodum ſociorum, ſed principaliter publicam utilitatem.*

14 *Et ideo non niſi juſta cauſa, & omnium conſenſu, ac Superioris auctoritate, dari poteſt diviſio, etiam quoad exercitium.*

15 *Quam utilitatem afferat Eccleſiæ conſuetudo ſimultaneæ collationis*, & n. 19.

16 *Et ad quem finem fuerit introducta.*

17 *Sicut Eccleſia Cathedralis aliis præminet dignitate, ita illius Canonici, & Portionarii, cæteris præſtare debent virtute, & exemplo.*

18 *Oſtenditur præjudicium reſultans Eccleſiæ ob diviſionem Simultaneæ ex memorabili exemplo unius ex Canonicis Argentinis, qui occaſione ſui juris præſentavit ſuum Aſinum.*

20 *Concluſio, quòd ſimultanea dividi poſſit, limitatur, quando agitur de diviſione coactiva, & declarantur Auctoritates contrariæ*, & numer. 21. 23. & 24.

22 *Quando adeſt remedium à Jurè præſcriptum, non eſt recurrendum ad extraordinarium, & arbitrarium.*

25 *In quibus terminis procedant diſpoſitio* Clement. Plures, de jurepatr. & gloſſ. in Can. licet 16. quæſt. 3.

26 *Quæ ſint remedia in caſu diſcordiæ inter Patronos, remiſſivè.*

27 *Patroni Eccleſiaſtici poſſunt cogi ad diviſionem ſimultaneæ.*

28 *Contrarium eſt verius, & declarantur* Gloſſ. in Can. obeuntibus, diſt. 63. & Lambertin. lib. 2. part. 2. quæſt. 4. art. 6. ou. 4. & in eadem quæſt. 4. ſeq. art. 7. n. 2. in fin.

29 *Item declaratur* Felin. in cap. prudentiam de off. & pot. Jud. deleg. n. 5. & in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. n. 90. & n. 30.

31 Felin. loc. cit. approbatur à S. Rot. *ſolùm quoad diviſionem Juriſdictionis.*

32 *Malè audiuntur in S. Rotæ Tribunali, quæ vel injurioſa ſunt, vel in facto non ſubſiſtunt.*

33 *Æmulatio non præſumitur in denegatione conſenſus, ſed juſta, & rationabilis cauſa.*

34 *Diſſenſus in collatione ſimultanea, non ſolum eſt à Jure permiſſus, ſed etiam commendatur, & de ratione.*

35 *In caſu diſcordiæ inter Epiſcopum, & Capitulum, ſimultaneè conferre debentes, intrat devolutio ad Sedem Apoſtolicam.*

36 *Alternativa deſtruit ſimultaneam, quòd Judex non debet admittere.*

37 *Utilitas publica Eccleſiæ prævalere debet commodo, & utilitati privatæ.*

38 *Quod factum eſt, ſupponitur legitimè factum.*

39 *Ex diviſione exercitii non tollitur ſimultanea inter Capitulum, & Epiſcopum, quia collationes fiunt utriuſque nomine.*

40 *In dubio ſemper eſt facienda benigna interpretatio.*

41 *Ex diviſione ſimultaneæ præjudicium infertur Sedi Apoſtolicæ ob ceſſationem devolutionum in caſu diſcordiæ, ſeu paritatis votorum*, & n. 43.

42 *Et ex hoc ſolo motivo* S. Rot. coram Millino dec. 179. *non approbavit concordiam initam inter Epiſcopum, & Canonicos.*

D E C I S I O XL.

INter plurima Dubia, ſpeciali commiſſione à Congregatione Particulari avocata, & iterùm ad noſtrum Tribunal remiſſa, inter Reverendiſſimum Archiepiſcopum, & Capitulum, hodiè contigit ſermo ſuper diviſione ſimultaneæ collationis Beneficiorum, & quamvis aliàs ſub die 11. Februarii 1697. coram R. P. D. meo Muto dictum fuerit, & deindè per ſententiam pronunciatum, non eſſe locum diviſioni, ſequendo formam Commiſſionis, dedi ex integro Dubium, *An eſſet locus diviſioni ſimultaneæ*, & DD. *negativè* reſponderunt, quia talis diviſio de Jure improbatur, ut ex *cap. querimoniam, de jurepatr.* & quamvis poſtea Clemens V. *in Clementina Plures, eod. tit.* benigniter indulgendo permiſerit Patronis volentibus hanc facultatem dividendi, talis facultas non eſt trahenda uſque ad coactionem, quia unus ex Compatronis, cæteris reluctantibus, dictam diviſionem facere non poteſt, ſed requiritur omnium conſenſus, & io hanc ſen- 1
tentiam conveniuot communiter DD. & præcipuè *Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. quæſt. 2. princ. art. 36. num. 9. cum ſeqq. Boniſat. de Vitalin. in d. Clement. plures, num. 4. & ſeqq. Berous in cap. 1. num. 77. de jurepatr. Spad. conſ. 8. n. 7. verſ. nec obſtat, cum ſeqq. Marant. reſp. 14. n. 35. tom. 3. & reſp. 29. n. 24. & ſeqq. tom. 2. Rocc. de Curt. de Jurepatr. V. Jus, num. 11. circa med.* Ac præter Auctoritates, militat etiam ratio, nam cum talis proviſio ſit extraordinaria, & facultativa, requiritur conſenſus omnium intereſſe habentium, quia in re communi melior eſt conditio prohibentis, ad *Text. in cap.*

2 56. *de reg. jur. in 6.* & in præciſis terminis tradunt *Boniſat. de Vitalin. in d. Clemen. plures, n. 4. & ſeqq. & Zabarell. ibidem n. 1. verſ. & ut facilius*, & generaliter *in Bononien. Expenſarum 14. Februarii 1698. §. Et fortius, coram Me*. Quapropter cum talis diviſio petatur ſolùm ab Archiepiſcopo, renuente Capitulo, jure merito permitti nequit.

Et tanto magis in caſu præſenti non eſt concedenda, quia uſque de anno 1261. recuperata à Maurorum tyrannide, opera Beati Ferdinandi Regis Catholici, Civitate Hiſpalen. & reſtituta ad priſtinam ſuæ Cathedralitatis Dignitatem Eccleſia, in ejus nova coordinatione Raimundus, ſaltem ad iſtum effectum, primus Antiſtes, de conſilio, & conſenſu Capituli, per fundamentale Statutum, ſicut tali etiam nomine canonizzatum fuit ab Urbano VIII. in ſuo ſpeciali Brevi, inter alia ordinavit, quòd collationes Canonicatuum, Portionum, & Dimidiarum Portionum, ſimultaneè fiant per Archiepiſcopum, & Capitulum; ac pro ſua inviolabili validitate, & obſervantia hoc Statutum habet præſidium confirmationis Apoſtolicæ, obſervantiam quatuor, & ultra ſeculorum, & repetitum juramentum omnium Epiſcoporum, quotquot à dicto Raimundo præfuerunt, nam ex eadem lege quilibet Archiepiſcopus in ſuo ſolemni ingreſſu jurejurando tenetur promittere, & promittit illius obſervantiam, ut ex pluribus documentis, datis per Capitulum *Summ. n. 2.* inter quæ legitur, etiam illud præſentis Reverendiſſimi Archiepiſcopi.

Et quamvis tale Statutum non prohibeat diviſionem, maximam tamen illi facit reſiſtentiam, & multo magis, ut Capitulum invitum illam acceptare debeat, quia etſi nihil ultra, quàm quòd de Jure eſt, importet, attamen cum ſimultanea adeò enixè præcipiatur, & per tam longum tempus obſervata fuerit, ſaltem pro meliori bono illius Eccleſiæ accipienda venit, neque eſt ita de facili abroganda, & benè applicatur, quod alias dixit *Rota cor. Ludoviſ. dec. 529. nu. 13. 14. & coram ſa. mem. Alex. VIII. dec. 115. n. 11.* quòd Statutum, ſive pactum, Juri communi adjectum, efficit, ut non liceat fieri, quòd alias de Jure ſine
3 pacto liceret, prout neque Summi Pontifices ſimilibus Statutis derogare ſolent, & in ſpecie ſa. me. Urbanus VIII. ad ſedandas diſcordias inter Cardinalem Borgiam, de eo tempore Archiepiſcopum, & Capitulum, eo quia in collationibus intendebat uti privilegio, per eundem Summum Pontificem Cardinalibus conceſſo, ut ex Regula Cancel. de anno 1626. edita, declaravit, prædictam Regulam Capitulum Hiſpalen. non comprehendere, ea ratione, quia Statuto, in fundatione Eccleſiæ hujuſmodi edito, per Regulam prædictam nullo modo cenſeri debet derogatum. *Summ. Capituli n. 3. lit. D.* cui declarationi Cardinalis acquievit, & iterum per actum ſolemnem promiſit, Statuta Eccleſiæ ſervare, & hæc nova promiſſio fuit per alterum ſpeciale Breve Urbani confirmata *Summario Capituli n. 4.* itaut vix dari poteſt, quod majus firmitatis robur habere videatur, quam præſens Statutum, & ſimultanea collatio

Fatentur iſta omnia validiſſima fundamenta Scribentes pro Archiepiſcopo, ſed illa declinare conantur, inſtando, quòd ipſi non petunt diviſionem materialem bonorum Eccleſiæ, ſeu Beneficiorum, quæ ſunt indi-
4 vidua, ſed tantùm exercitii, quod commodè dividi poteſt, non obſtante Statuto, ſeu lege, prohibente diviſionem, ut communiter tenent DD. ſequendo *Jaſ. in l. ſtipulationes non dividuntur, n. 13. verſ. tamen adminiſtratio ff. de V. oblig.* & in terminis juriſpatronatus tradit *Card. de Luca de Benef. diſc. 1. n. 4. & de Jurepatr. diſc. 41. n. 2. Pignattell. conſult. 12. nu. 65. tom. 5. Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſſ. 45. §. 1. nu. 58. cum ſeqq.* attenta illa univerſali ratione, quòd cum ſocietas ſit mater diſcordiarum, ad illas evitandas diviſio rationabilis videtur; qua rationabilitate præmiſſa, conſiderando hanc ſimultaneam collationem, uti quandam
5 communionem, & ſocietatem Juriſdictionis, quia conferre Beneficia eſt effectus Juriſdictionis, ut ex *Gloſſ. in cap. novit. de offic. delegat. ubi Panormit. num. 3. & in cap. tranſmiſſa, de elect. & cap. dilectus, de offic. Ordin. in V. de lege juriſdictionis, ubi Fagnan. numer. 3. Barboſ. de Poteſtate Epiſc. part. 1. tit. 1. cap. 2. num. 11. & Gonzal. ad Reg. Cancell. §. 42. proœm. numer. 27. Selva de Benef. quæſt. 40. num. 1.* magis urgebant arguendo, quòd etiam ſocius cogi poſſit ad diviſionem, allegando quamplures auctoritates, primo, quòd nemo cogi poteſt ad perſeverandum in communione, & ſecundo, extendendo hanc coactivam etiam ad controverſam ſimultaneam collationem, ex *Gloſ. in Can. obeuntibus, diſt. 63. in V. nunc ergo quæritur, & ex cap. cum ab eo, de ſepult. in 6.* cujus occaſione dicunt DD. quòd ſi detur contentio inter duos Parochos, communiter poſſidentes domum, ſitam in confinio ſuorum Parochianorum, circa ſimultaneam adminiſtrationem Jurium Parochialium, tale Jus, quam- 6
vis per ſe individuum, tamen, quoad exercitium, quòd ſit dividendum inter eoſdem per alternativam, ut ſignanter docent ibidem *Franch. n. 4. & Ancharan. n. 3.* & latiùs *Gemmian. n. 7. circa finem, & Anan. in c. 1. de ſepult. n. 14. in fin.* & idem *Ancharan. in c. 2. de ſepult. in 6. Pignattell. conſult. 12. n. 63. verſ. & huc item vergit, tom. 5. Card. de Luc. de Paroc. diſc. 33. numer. 4.* item exemplo duorum Epiſcoporum, ambobus ſimultaneè competente exactione charitativi ſubſidii ab ea- 7
dem Eccleſia, dicunt DD. quòd Metropolitanus eos compellere debet, ut dictum ſubſidium alternis vicibus exigant. *Azor. Inſtit. Moral. part. 1. 2. lib. 9. capit. 14. lit. B. verſ. quid dicendum, & Barboſ. de Poteſt. Epiſ. part. 3. alleg. 87. n. 53. & De Jur. Eccleſ. Univerſ. lib. 3. cap. 21. n. 34. Bellincin. de Charit. Subſid. quæſt. 52. per tot. Gonzal. ad Reg. Cancell. gloſ. 45. §. 1. numer. 29. Ventrigl. in Prax. part. 2. adnot. 25. numer. 29. & de Juriſdict. Archiepiſc. cap. 149. num 6.* item de redditibus unius Eccleſiæ, ad duos Epiſcopos ſpectantibus, quatenus non conveniant, Superioris officio com- 8
pelli debent, ut alternis annis illos percipiant, juxta *Gloſſ. in dict. cap. 1. de Paroc. in verſ. deputetur*, ibique tradunt *Hoſtien. num. 5. verſ. ut alternis, & Jo: Andr. num. 4. Butr. num. 8. Zabarell. numer. 4. in fin.* & magis præciſè idem *Butr. in cap. ſuper eo, nu. 4. eodem tit. de Paroc. & Tiraqell. de Primog. quæſt. 17. opin. 5. num. 4.* Et demum in caſu præciſo ſimultaneæ collationis, ponderarunt *Gloſſ. in Can. licèt, in reg. 16. quæſt. 3. in V. convenit*, in qua, ſuppoſito caſu unius Eccleſiæ, ſitæ in confinio duarum Diœceſum, cujus diſpoſitio, ſeu collatio erat communis inter duos Epiſcopos convicinos, dicitur, quòd ſi diſcordent in diſpoſitione, Su- 9
perioris erit officium in hac parte, ut alternis annis diſponant, quàm *Gloſſ.* ſecuti ſunt multi DD. & ſignanter *Innoc. in cap. ſuper eo, de Paroch. numer. 4. ibiq. Hoſtien. num. 7. & Joan. Andr. num. 2. & Zabarell. n. 7. & Abb. in cap. fin. num. 5. de ſent. & re judic. Alex. conſ. 25. num. 3. verſ. nam gloſ. lib. 5. Bellincin. de Charit. Subſid. quæſt. 52. num. 3. Tiraquell. de Primog. d. quæſt. 17. opin. 5. numer. 3. Vivian. de Jurepat. lib. 3. cap. 7. num 6. & 10.* & auctoritatem ſuperioris *Lambert. de jurepat. lib. 2. part. 2. quæſt. 4. art. 6. numer. 2.* exten-
dit etiam uſque ad coactionem, & cum eo concor- 10
dant *Ventrigl. de Juriſd. Archiep. cap. 149. num. 6. & in Prax. For. part. 2. adnot. 25. num. 29. Antonell. de Jur. & Oner. Cler. lib. 2. part. 6. cap. 27. num. 60. & Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſ. 45. §. 1. n. 57. & ſeqq.* quem refert, & ſequitur *Lezzan. in Turr. David. cap. 5. n. 298.*

Verùm reaſſumendo à principio objectum, & ſi collatio Beneficiorum ſimultanea dicatur quædam com-
munio, ſeu ſocietas, non eſt tamen ſimplicis juriſdi- 11
ctionis, quia jus conferendi non ſemper à ſola juriſdictione procedit, ſed ab aliis etiam titulis, ut obſervat *Garz. de Benef. part. 5. c. 4. nu. 1. Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ. 21. n. 34. Rot. in rec. dec. 91. d. n. 8. part. 5. & in Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Pariter non obſtant, coram Reverendiſſ. D. meo Decano*, & propterea, quamvis ſimultanea dicatur ſocietas, non dependet abſolutè ab arbitrio ſociorum, itaut pro illius diſſolutione ſufficiat diſſenſus unius, ſed dicitur ſocietas de Jure, vel Statuto, ſive Epiſcopus, & Capitulum conſtituant unum Corpus myſticum, ſive conſiderentur uti Inſervientes Eccleſiæ, vel adminiſtratores jurium illius, ſive Beneficia dicantur erecta ex bonis communibus. Quapropter inapplicabiles ſunt termini ſimplicis ſocietatis, & ita corruunt pro majori parte Auctoritates exadverſo allegatæ,

uti

uti tractantes, ſive de communione bonorum, ſive
de ſociis feudalibus, ſive de uſufructuariis, quia in
12 iſtis permitti poteſt diviſio bonorum, vel exercitii
rei etiam indiviſibilis; in præſenti antem procedendum
eſt cum terminis illarum ſocietatum, à Jure, vel Sta-
tuto introductarum, quæ reſpiciunt non ſimpliciter
13 ſociorum commodum, ſed principaliter publicam uti-
litatem, nempe Univerſitatis, vel Eccleſiæ, quod
facit, nt inter Epiſcopum, & Capitulum major ſit
conjunctio, quàm inter ſocios cujuſcunque alterius
Juriſdictionis nt notant *Peregr. in. nov. meth. Jur. Ca-
non. ad tit. de off. Ordin. numer.* 52. *verſ. notandum ſe-
cundò, & Card. de Luc. de Beneſ. diſc.* 28. *num.* 1?. *&
ſeqq.* & ideò nonniſi ex juſta cauſa, & cum omnium
14 conſenſu, ac Superioris authoritate, dari poteſt divi-
ſio etiam quoad exercitium, ut diſtinguendo firmat
Abb. conſ. 82. *ſub n.* 10. *verſ. ego tamen, lib.* 1. quem ſe-
quuntur *Felin. in cap. quæ in Eccleſia*, a. 91. *verſ.* a. *li-
mitat. de conſtit. & in cap. prudendiam, col.* 2. *verſ. &
quod liceat, de offic. delegat. Afflict. in cap.* 1. *§. Præte-
rea, tit. quibus modo feud. ammit. Marſil. ſingul.* 9. *Goz-
zadin. conſ.* 62. *col.* 2. *verſ.* 2. licèt aliàs actum eſſet de
Communitatibus, & ſimilibus, ſi omnia ad ſingu-
laritatem ex voluntate unius reduci poſſet.

Nec dubitari poteſt, quin proviſio Beneficiorum,
per ſimultaneam collationem facta, reſpiciat magis
utilitatem Eccleſiæ, quàm privatam Collatorum, &
15 ſit illi magis proficua, quàm turnaria; quia cum in
ſimultanea tanta ſit vox Epiſcopi, quanta totius Ca-
pituli, & quamvis Prælatus nominet eum, cui Benefi-
cium conferre intendit, concluſio, ſeu perfectio col-
lationis dependet à Capitulo, ſupponendum eſt, quòd
Epiſcopus, qui tenetur ſuam collationem ſubiicere
approbationi Capituli, meliorem ſemper proponat,
& viceverſa credibile non eſt, Capitulum, vel aptum,
& idoneum reiicere, quando à tali rejectione nul-
lum ſentiret commodum, quia collatio ob paritatem
votorum devolvitur ad S. Sedem, ex notis juribus,
& talis modus conferendi ſpecialiter introductus eſt
16 in Cathedralibus, ut meliores, earumque ſervitio
magis aptos, & idoneos Præbendatos ſortiantur,
17 quia ſicut Eccleſia Cathedralis cæteris præeminet
dignitate, ita illius Canonici, & Portionarii aliis
præſtare debent virtute, & exemplo: In turnaria
autem proviſione, eum iſta dependeat ab arbitrio
unius tantùm, faciliùs intrat affectio, & minùs con-
ſideratur utilitas Eccleſiæ, nam quandoque propter af-
fectionem nominantur perſonæ minùs aptæ ſervitio Ec-
cleſiæ, & nè talis diviſio fiat, multùm facit exem-
18 plum memorabile, relatum per *Hoſtienſ. in cap. gra-
ve, num.* 3. *de præbend.* de nonnullis Canonicis Ar-
gentinis, qui inter ſe convenerant ſuper diviſione ſi-
multaneæ, eumque allegando comprobat poſt *Gonzal.
ad Reg. Cancell. gloſſ.* 4. *n.* 73. *Franc. de Eccleſ. Cathedr.
c.* 22. *n.* 106., quo edocti Epiſcopi, & Canoni, nun-
quam deſiderare deberent hanc diviſionem, nè aliquan-
do eorum cauſa idem evenire poſſet in præjudicium
propriæ Eccleſiæ.

Sed præter utilitatem Eccleſiæ, concurrit etiam alia
particularis ratio, nam cum Epiſcopus & Capitulum
continuò in Divinis Officiis convenire ſoleant, in ta-
19 li myſtico Corpore non eſt introducendus aliquis Ca-
nonicus, qui ſit uni, vel alteri infenſus, vel inviſus,
ut omnia membra perfecta organizzatione inter ſe
correſpondeant, & in ſervitio Eccleſiæ promptè ſuam
operam præbeant. Et quia hæc omnia ſecuriùs adim-
plentur per ſimultaneam collationem, ab iſta non eſt
de facili recedendum.

Deindè deveniendo ad examen illarum Auctorita-
tum, quæ aliquam ſaltem apparentem relationem ha-
bent cum caſu præſenti, primò ponendi ſunt ad par-
tes illi DD. qui tantùm dicunt, quòd tale exercitium
20 collationis ſimultaneæ dividi poteſt, quia hoc uſque
à principio admiſſum fuit *ex Clem. plures, de jurepa-
tr.* & tantùm impugnatur coactiva diviſio, ad quod
probandum neque ſatis ſunt Auctoritates, & exem-
pla deducta *ex d. Can. obeuntibus, diſt.* 63. *in V. nunc
ergo quæritur, & d. cap. cum ab eo, de ſepult. in* 6. &
demum *ex gloſſ. in alio Can. licet, in regul.* 16. *quæſt.*
3. omnia enim hæc valdè diverſa ſunt à caſu ſi-
multaneæ collationis, & ratio quoque decidendi in

nihilo convenit; motivum enim dubitandi, tam apud
Gloſſatores, quàm apud DD. fuit, quòd non minùs
Epiſcopi, quàm Parochi, habebant jus certum, & 21
ſeparatum, exercendi propria Jura in Eccleſia, vel
domo ſita in confinio, ſeu exigendi charitativum
ſubſidium, & redditus, & tantùm contentiones, &
ſcandala in exercitio oriebantur, quia, vel adminiſtra-
tio Sacramentorum poterat negligi, vel duplici one-
re in exigendo gravari Eccleſia, vel populus; neque
iſta ullum aliud remedium habere poterant, quàm
per diffinitivam Judicis ſententiam, quæ non ſolùm
longum tempus requirebat, ſed etiam incertitudinem
exitus involvebat ob incertitudinem probationum,
& ideò rectè proviſum fuit, quòd per alternativam
ea Jura exercerentur, & exactiones fierent. At in ca-
ſu noſtro Jus conferendi uſque à principio ſimultaneè
utrique Parti traditum fuit, & ſemper ita practica-
tum, & propterea, ceſſante ſimilitudine cauſæ dubi-
tandi, ceſſat etiam ratio ita decidendi, & quando ad-
eſt remedium à Jure præſcriptum, ut infra in ſpecie 22
de ſimultanea collatione demonſtrabitur, non eſt recur-
rendum ad extraordinarium, & arbitrarium.

Gonzal. ad Reg. 8. *gloſ.* 45. *§.* 1. *n.* 57. *& ſeqq.* loqui-
tur præciſè in caſu ſimultaneæ, ſed tantùm promo-
vet quæſtionem; An iſta dividi poſſit, & in affirma-
tivam inclinat, juxta communem opinionem, ſed non
firmat, quòd renuente una parte, per alteram, ſeu 23
per judicem, illa cogi poſſit ad diviſionem, & quam-
vis in codicibus ultimæ impreſſionis legantur illa ver-
ba. *Immò ad hoc compelli poſſunt*, nullum in eis fieri
poteſt fundamentum, cui illa appoſita ſunt, referendo
opinionem illorum DD. qui in caſu ſupra allegato cha-
ritativi ſubſidii, tenent, Epiſcopos, ſuper exactione
litigantes, compelli poſſe ad concordiam, & ideò ne-
que dici poteſt iſta opinio Auctoris, neque eſt applica-
bilis præſenti diſputationi ſimultaneæ diviſionis. Ac
in eodem ſenſu ſunt *Card. de Luca*, & alii abundè ci- 24
tati, qui non faciunt ad Cauſam.

Agnoſcentes Defenſores Archiepiſcopi, quòd nullum
habent Doctorem, neque judicatum, quòd in caſu ſi-
multaneæ collationis dicat eſſe locum coactivæ divi-
ſioni, ſe convertunt ad debilitandas Auctoritates, tam
in præcedenti Deciſione R. P. D. mei Muti, quàm
in præſenti laudatas, aſſerendo, quòd allegata *Cle-
mentina Plures* procedit tantùm in caſu Patronorum 25
Laicorum, cum quibus Eccleſia mitiùs procedit, nè
retrahantur à fundationibus, & dotationibus Benefi-
ciorum, & quia iſti cogi non poſſunt ad concordandum
ideo ad tollendas diſcordias, & ut faciliùs Eccleſiæ
provideantur, ſicutetiam *ex gloſ. in d. Can. licèt* per-
mitrit eiſdem diviſionem; Et quando iſta non ſuffi-
ciant, alia ſuccedunt graviora remedia, *ut in c.* 2. *& 26
3. de Jurepat.* At in Patronis Eccleſiaſticis, in quibus
non militat eadem ratio fundationis, & dotationis,
& ſubjacent omninò ordinationibus Ordinarii, ſuper-
flua eſt facultativa diviſio, conceſſa in dicta *Clemen-
tina Plures*, quia ad iſtam cogi poſſunt, iterum pro- 27
cedendo cum ſuppoſita auctoritate *alleg. Can. obeunti-
bus, diſt.* 63. & hanc diſtinctionem comprobant aucto-
ritate *Lambertin. in lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 6. *n.* 4. *&
in eadem q.* 4. *ſequentis art.* 7. *n.* 2. *in fin.* & prætendunt,
quòd præcedentem ſuam opinionem limitet, & de-
claret etiam *Felin. in cap. prudentiam, de offic. & po-
teſt. Jud. deleg. num.* 5. *& in cap. quæ in Eccleſiarum, de
conſtitut. n.* 90.

Sed talis prætenſa diſtinctio habet reſiſtentiam fa-
cti, nam paſſim etiam Patroni Eccleſiaſtici dividunt
inter ſe exercitium Juris præſentandi, & conferendi,
ſicut, & pro obtinenda tali diviſione, allegatum fuit
exemplum plurium Eccleſiarum Cathedralium Hiſpa-
niæ ac Patriarchalium hic in Urbe, & contra eoſ-
dem millitat pariter alterum remedium devolutionis,
& propterea talis coactio, inſinuata per DD. ad alios
effectus eſt referibilis, nempè, vel ad concordiam, 28
quæ intelligi debet pro illa vice tantùm, ut ex *d.
gloſ. in can. obeuntibus*, vel ad caſus longè diverſos
à diviſione ſimultaneæ, prout quoque *Lambertin.
loc. cit.* loquitur in diverſis terminis, ut colligitur
ex quæſtione, quæ principaliter examinatur *in d. art.*
6. ad quam omnia alia ibidem contenta referri de-
bent, neque ita de facili dicendum eſt, quòd ali-

R 3 quis

quis Doctor, & præcipuè iſte, in hac materia adeo in-
ſignis, ſe contradicat, vel corrigat, quando idem Do-
29 ctor hoc non dicit. Nec majus pondus meretur di-
ctum *Felini*, quia nec materiam Juriſpatronatus, ſeu ſi-
multaneæ collationis examinat, & tantùm ad caſum
diviſionis Juriſdictionis dicit, quòd etiam Patroni com-
pelli poſſunt *alleg. text. in d. Clem. Plures*, qui pariter,
ut ſupra demonſtratum fuit, ad rem noſtram non
30 facit, ultra quod etiam, tanquam loquens contra
communem, reprobatur *a Roco de Curt. & Lambert.* &
obſervat *dec. cor. R. P. D. meo Muto, §. Et minus*, &
ſolùm quoad diviſionem Juriſdictionis fuit approba-
31 tus *à Rota coram Achill. de Graſſ. dec. 3. de ſent. & re
judic.*

Minus attendi debet, quòd ſi allegati caſus non
conveniunt in ſimilitudine dubitandi, habent tamen
cauſam generalem, nempè motivum tollendi diſcor-
dias, & procurandi utilitatem Eccleſiæ, quia quam-
vis dicatur hæc ſimultanea collatio à principio lauda-
bilis, & Juri communi conformis, tamen prætenditur,
quòd tractu temporis, degeneraverit in abuſum, &
quòd evaſerit catena, & frænum Epiſcoporum, eo
quia Prelati, ut poſſent habere pacificam collationem
Beneficiorum; ceperint claudere oculos, & indeſen-
ſa relinquere Jura propriæ Dignitatis, cum reliquis,
contra laudabilem ſtylum Curiæ per Deſenſores Ar-
chiepiſcopi ſuppoſitis, quæ proiſus fuerunt valde diſ-
32 ſona auribus noſtri Tribunalis, in quo ſolent tan-
tùm virtute, & ingenio jura Partium defendi, &
impugnari, & maximè quando ſuppoſita non ſolùm
ſunt injurioſa Capitulo, & ipſimet Archiepiſcopo,
& omnibus aliis ejus prædeceſſoribus, verùm etiam
in facto omninò inſubſiſteotia. Quis enim credere po-
teſt, quòd omnes Præſules, qui in adeò inſigni Ec-
cleſia præfuerunt, pietate, & doctrina venerabiles,
in collationibus Beneficiorum, non ad utilitatem Ec-
cleſiæ, & merita providendorum perſpexerint, ſed
potiùs ut ſuis gratificare poſſent, curaverint ſibi Ca-
pitulum benevolum reddere cum præjudicio propriæ
Dignitatis, & Juriſdictionis, quòdque Canonici, o-
dio potiùs, & vindicta, quàm juſtitia, moti ſint ad
denegandum conſenſum, quod de Jure in adeo inſi-
33 gni, & religioſo Capitulo, ſublata quacunque umbra
æmulationis, potiùs præſumi deberet juſta, & rationa-
bilis cauſa denegati conſenſus, *per text. in l. Sabinus
ff. comm. divid. Vegg. conſ. 88. n. 23. circa fin. Felic. de
Societat. c. 28. n. 21. cum ſeqq. Rota deciſ. 450. coram
Dunozet. & in rec. dec. 113. n. 7. part. 19.*

Sed non minùs incredibile, quàm inſubſiſtens eſt
Partis aſſumptum, nam ab anno 1261. à quo ſeculo
ſecundum initium habuit hæc Metropolitana Eccle-
ſia, ut ſupra dictum eſt, de facili quiſquis præfigurare
ſibi poteſt, quot Archiepiſcopi ad illam ordinari fue-
rint uſque in præſens, & tamen tantùm inter tres dan-
tur diſcordiæ, & lites, nempè inter Cardinalem de
Caſtro de anno 1584. Cardinalem Borgiam de anno
1633. & modernum Archiepiſcopum; quo verò ad
collationes, per Capitulum datus fuit *in Summ.* longiſ-
ſimus Cathalogus iſtarum, complectens ſpatium 150.
annorum, in quo videtur, quòd duabus exceptis,
reliquæ omnes concorditer factæ ſunt, & ſuum effe-
ctum habuerunt, & quòd obſervatione dignum eſt,
inter iſtas quamplures ſunt de tempore, quo lites ar-
debant inter Cardinales de Caſtro, Borgiam, & Ca-
pitulum; ſicut ex ſeptem vacationibus, quæ obvene-
runt, tres fuerunt concorditer factæ, quæ cum im-
pugnari non poſſint, contra charitatem interpretantur
nè factæ à Canonicis, Judicibus apparerent ſemper
diſſentientes, vel ad complacendum Miniſtris, in Ur-
bè reſidentibus, quia gratis hoc dicitur, & ſine ul-
la juſtificatione, quando talis diſſenſus non ſolùm
permiſſus eſt à Jure, ſed etiam commendatur, quia
34 ita diligentiori examine, non minùs quoad utilita-
tem Eccleſiæ, quàm quoad qualitates concurrentium,
Beneficia conferuntur, aliàs inutilis fuiſſet introdu-
ctio ſimultaneæ in Cathedralibus Eccleſiis, ſi Cano-
nici clauſis oculis conſentire deberent, & conſenſus
eſſet ſolùm pro forma, ut optimè ſcripſit S. Leo ad
Anaſtaſium, relatus *in Can. ſi fortè 26. diſtinct. 63. ibi-
que Gloſſ. in V. diviſerint & S. Gregorius in Can. nec no-
vum 7. quæſt. 1.*

Et minùs iſtæ ſuppoſitæ diſcordiæ, quatenus adeſ-
ſent, juſtam cauſam præbere poſſunt abrogandi hanc ſi-
multaneam collationem, quia Summi Pontifices illas
conſiderando, aliud remedium, nempè devolutionis,
præſcripſerunt, ut videre eſt *in cap. 2. de conceſſion.* 35
Præbend. & quando habetur remedium ordinarium,
& à lege præſcriptum, Judex non debet ſe converte-
re ad extraordinarium, quia ſi Summi Pontifices vo-
luiſſent permittere alternativam, hoc utique feciſ-
ſent, ſed utilius duxerunt imponere pœnam devolu-
tionis, & ſumma quidem ratione, nam devolutio
eſt verè remedium, quoniam pro illa vice tantùm,
vel tollit diſcordias inter Epiſcopum, & Capitulum,
vel inter paritatem meritorum confertur Beneficium
illi, quem utilitas Eccleſiæ, vel aliqua alia circum-
ſtantia magis dignum conſiderare facit. Alternativa 36
verò non eſt remedium, ſed deſtruit ſimultaneam,
quod nunquam admitti poteſt à Judice, qui eſt quidem
interpres, ſed tamen debet eſſe cuſtos legum, ut re-
latis *Rocco de Curte, & Lambert.* comprobat *dec. R.
P. D. mei Muti §. Præterea Auctoritates.*

Et hanc veritatem agnoverunt quoque Scribentes
pro Archiepiſcopo, quia in reſponſionibus ſe reſtrin-
xerunt ad petendam hanc alternativam, durantibus
litibus tantùm, ſed neque in hoc exaudiri potuerunt,
quia ſi neque diſcordiæ, ex eadem collatione deri-
vantes, juſtam cauſam diſſolvendi ſimultaneam præ-
bent, quomodo concedi poterit ex aliis controverſiis,
à diverſis cauſis, nempè Juriſdictionis, & ſimilium, 37
emanantibus, nam pro denegatione diſſolutionis in o-
mnibus caſibus ſemper militat illa præcipua ratio,
quòd utilitas publica ipſius Eccleſiæ prævalere debet
commodo, & utilitati privatæ ipſorum conferentium,
*Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 21. n. 33. Frances de
Eccl. Cathedr. c. 22. n. 16.*

Prout neque exempla aliarum Eccleſiarum ad hoc
faciendum inducere poſſunt, quia cum de illorum prin-
cipio, ſeu cauſa non conſtet, dicendum eſt, quòd 38
intervenerit conſenſus utriuſque Partis, juſta cauſa,
& auctoritas Superioris, quia ſemper quod factum
eſt, ſupponitur factum prout de Jure eſt facien-
dum.

Nec Capitulum reſiſtit huic diviſioni ex ſolo mo-
tivo ſe opponendi petitioni Archiepiſcopi, quando
aliàs eidem eſt valdè favorabilis, quia in collatione
ſimultanea Capitulum præſtat ſolùm ſimplicem con-
ſenſum, in alternativa autem haberet in ſua vaca-
tione liberam collationem; Capitulum enim mate-
riali commodo præferre vult, vel utilitatem Eccleſiæ,
vel proprium honorificum Jus, cum valdè eidem de-
corum ſit allegare illud ſpeciale Breve, obtentum ſub
Urbano VIII. ſupra allegatum, & quamvis ex divi-
ſione exercitii non tollatur ſimultanea, quia collatio-
nes fiunt utriuſque nomine, ut probat *Card. de Luca* 39
de Benefic. diſc. 29. num. 19. attamen cum Indultum
ſpecialiter ſe fundet in ſtatuto Eccleſiæ, præcipiente
ſimultaneam collationem, valde diſputabile eſſet, ſi
ceſſante cauſa Capitulum amiſiſſet Jus illud, pro-
pter quam illi conceſſum fuit, & ſola poſſibilitas ſuf-
ficit ad cohoneſtandum diſſenſum Capituli; ultra quod
non eſſet etiam condemnandum Capitulum, ſi diſſen-
tiret à tali diviſione, ex ſolo motivo, ut ſibi conſer-
varet benevolos Archiepiſcopos ſub hac ſpe faciliùs ob-
tinendi conſenſum ab eodem nominatum, cum hoc ten-
dat ad confovendam concordiam, non autem ad deſtru-
ctionem Eccleſiæ, & Dignitatis Archiepiſcopalis,
quia in dubio ſemper eſt facienda benigna interpre- 40
tatio.

Et demùm, præter hæc omnia, eſſet valdè conſide-
rabile intereſſe Summorum Pontificum, quibus præ-
judicari non poteſt, nam admittendo alternativam,
ceſſarent omnes devolutiones ob diſcordiam, ſeu pa-
ritatem votorum, in Corpore Juris reſervatæ, & ſi ex
hoc ſolo motivo *Rota coram Millin. dec. 179.* non ap- 42
probavit concordiam, initam inter Epiſcopum, & Ca-
nonicos, quanto minùs poteſt hodie approbare diviſio-
nem Simultaneæ reſiſtente Capitulo, contra omnia Ju-
ris principia.

Et quia hoc motivum reſponſionem non habet, ad
illud evitandum Scribentes pro Archiepiſcopo, imme-
mores, quòd in principio Reſtrictus Facti, & Juris
dixe-

Digitized by Google

dixerunt, quòd de tempore illorum Prælatorum, qui jura hæc Dignitatis tueri voluerunt, omnia Beneficia fuerunt collata per S. Sedem jure devoluto, itaut nullam pacificam collationem ſperare potuerint, in fine admiſerunt, quòd tales devolutiones rariſſimè eveniunt, ac proindè allegatum præjudicium Summorum Pontificum non eſſe conſiderabile. Quapropter pro coronide concludendum eſt; vel tales diſcordiæ rariſſimas devolutiones produxerunt, prout de facto uſque nunc apparet. & juſtam cauſam non poſſunt præbere cogendi Capitulum ad præſtandum conſenſum pro penta diviſione, vel illam ordinandi per Judicem, etiam ipſo Capitulo renuente: vel devolutiones freqnentes ſunt, & præjudicium Summorum Pontificum erit valdè conſiderabile, & nunquam per Judicem permittendum.

Et ita, utraque Parte andita, reſponſum ſuit &c.

R. P. D. ANSALDO.

Hiſpalen. Proceſſionis ſuper ſecundo Dubio.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Permiſſa ab Innoc. XI. ex voto S. Rituum Congregationis, Capitulo Hiſpalen. vetuſta conſuetudine deferendi Venerabile Sacramentum, in illius annua Solemnitare, ſuper pretioſæ ſtructuræ machina, non licet Archiepiſcopo illam impedire, prætendendo eundem Eucharíſticum Panem propriis manibus geſtare.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo competit privativa facultas, in anniverſaria Corporis Chriſti Solemnitate Venerabile Sacramentum propriis manibus deferre, adeout nec ipſemet Sacerdos, ſolemniter celebrans hanc ſibi valeas prærogativam uſurpare, niſi Epiſcopo impedito, vel ſpontanee abſtinente.*

2 *Gratiam Friucipis decet eſſe manſuram.*

3 *Neque debet ab alieno pendere arbitrio.*

4 *Tam Decreta, quàm Indulta, tanquam ſtricti Juris, nullam patiuntur extenſionem.*

5 *Et declarationem accipiunt à Supplicatione, vel Libello, nè plus cenſeatur tributum, quàm fuerit expoſitum.* Limita n. 9.

6 *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens.*

7 *Non eſt neceſſaria explicita mentio Concilii Tridentini. quoties Gratia, ſeu Indultum, eidem Conciliari diſpoſitioni adverſatur.*

8 *Mandante aliquo Statuto, quòd Functiones Eccleſiaſticæ expleantur per Archipresbyterum, vel Archidiaconum, non intelligitur excluſus Epiſcopus, volens eaſdem Functiones per ſe ipſam exercere.*

10 *Confeſſiones, per Cauſidicos emiſſæ in eorum Informationibus ſuper quacunque materia, nullum valent præjudicium inferre eorum Frincipalibus.*

11 *Valet argumentum de parte ad totum, & è contra.*

12 *Ubi leu non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

53 *Conſultius eſt conſuetudines, longo populorum uſu receptas, permittere, quàm in eorum ſcandalum, & diſſentionem abolere, ſea interrumpere.* Limita n. 15.

14 *Immò mutatio etiam in melius, majorum ſolet eſſe principium malorum.*

16 *Apud Ordinariam reſidere debet in Froceſſionibus, aliiſque Functionibus Eccleſiaſticis, principalis auctoritas omnium rerum agendarum.*

17 *Bonum publicum eſt ſemper privato anteferendam.*

18 *In materia Functionum, & Præeminentiarum Eccleſiaſticarum, licèt in abſtracto turpe, ac monſtruoſum ſit, quòd inferior præcedat Superiorem.*

19 *In concreto tamen alicujus caſus, vel actus particularis, nullam conſideratur abſurdum, ſi inferior gaudeat præcedentia.*

DECISIO XLI.

Recogitans ſecum ipſe forſan Archiepiſcopus Hiſpalen. quòd durum ſibi ſuiſſet contra ſtimulum Decreti Sacræ Congregationis anni 1686., & de quo latiùs in contemporanea Deciſione per Me ſuper primo Dubio publicata, adlaborare, ſeu calcitrare, alterum ſimultaneè Dubium à Me proponi exoptavi. *An liceat Archiepiſcopo, in Proceſſione Venerabilis, illud deferre propriis manibus, non obſtante Decreto Eccleſiarum Hiſpaniarum permiſſive:* Verùm quantumvis abſtractive manifeſtam in ſua petitione juſtitiam foveret in concreto tamen hodiernæ diſſertationis coacti quodammodo fuerunt Domini in negativam abire reſolutionem.

Diximus, qnòd abſtractive manifeſtiſſima erat ju-
ſtitia peritionis, quia cum ipſi Epiſcopo, tanquam
primo in ſua Diœceſi, & quandoque unico Parocho,
ſuperincumbat onus depaſcendi gregem fidelium ſibi
commiſſum hoc eodem Sacroſancto pane Euchariſti-
co, aliiſque Sacramentis, quæ in Eccleſia acquiſita,
ſanguine ſuo reliquit, ac inſtituit Divinus Salvator,
Jure quoque merito literaliter ſancitum apparet in *Cæ-
remoniali Epiſcoporum* §. 33. quòd eidem Diœceſano,
ſive Epiſcopo, privativa competat facultas deferen-
di proprjis manibus Venerabile, præſertim in hac ma-
jori anniverſaria Solemnitate, ſub illis verbis, *ſeque-
tur Epiſcopus ſub Baldachino capite detecto, portans ma-
nibus ſuis Sanctiſſimum Sacramentum, in Tabernaculo in-
cluſum*, adeout neque ipſemet Sacerdos, ſolemniter
celebrans in die hujuſcemodi feſtivitatis, prærogati- 1
vam hanc ſibi valeat uſurpare, niſi Epiſcopo impe-
dito, vel abſente, aut aliàs ab hujuſmodi delatio-
ne voluntarie abſtinente, ut obſervant *Pax Iordan.
Var. Elucub. lib. 11. tit. 2. n. 65. & 66. Bauldry in Manual.
Sacr. Cæremon. part. 4. cap. 16. art. 3. ſ. 5.*

At non minùs juſta reddebatur in concreto inſi-
ſtentia, ſive oppoſitio Capituli. Cum enim tam ſe-
riò, & iterarò diſpuncta materia de tempore glor.
mem. Innocentii XI. per Sacram Congregationem Ri-
tuum, ipſamquemet Sanctitatem ſuam, tandem ſub an-
no 1686. ad poſtulationem Cleri Hiſpaniarum univerſi,
& magis præciſè ad preces Capituli Hiſpalen. expoſi-
ta, ac diſtributa Mappa, ſeu delineatione Taberna-
culi, in eadem anniverſaria die circumferri conſue-
ti, prodierit formale Decretum, ſive permiſſio con-
tinuandi vetuſtam hanc geſtionis Machinæ conſuetudi-
nem, de plano ſubſequi videbatur, quòd Archiepiſco-
pus ipſe teneretur abſtinere, nè alias ad libitum ejuſ-
dem Archiepiſcopi interverteretur conſuetudo nuſ-
quam uſquedum ab eodem, vel per alios ejus An-
teceſſores deturbata, neve gratia Principis, quam 2
decet eſſe manſuram, ad *Textum in cap. 16. de regul. Jur.
in 6. & in cap. Si cui 36. de Præben. eodem lib. 6.*,
ab alieno penderet arbitrio, ſicuti in ſimilibus anno- 3
tarunt *Felin. in cap. 1. nu. 4. de reſcript. Menoch. conſ.
630. n. 5. Franceſ Var. Reſol. c. 12. n. 31. & n. 64. verſ.
nec aliter. Rota Florentin. apud Modern. Palm. alleg. 327.
numer. 87. cum duobus ſeqq. Rot. deciſ. 93. num. 24.
part. 10. recen.*

Nilque propterea obſiſtebat, qnòd in præfata pro-
viſione, ſeu Decreto, minimè ſuiſſet facta mentio
de Archiepiſcopo, aliiſque Ordinariis, quamobrem
nec etiam ejus perſona, ſatagens hunc actum imple-
re, comprehenſa intelligeretur, maximè dum idemmet
Cauſæ Patronus, qui in præcitata diſſertatione com-
paruerat, explicitè fuerat proteſtatus ad normam *Con-
cilii Bracbar. III cap. 5.* non poſſe Epiſcopo interdici,
quominus propriis manibus valeret Auguſtiſſimam
Hoſtiam circumferre, *Summar. Archiepiſcopi n. 4. lit.
A.* ad indagandum etenim intellectum cujuslibet Gra-
tiæ, proviſionis, ſententiæ, aut Decreti quomo-
dolibet ambiguum, melior deſiderari nequit interpres,
quàm ex una parte expreſſio prætermiſſa caſus præ-
ciſi, & confeſſio reſpectivè, ſive expoſitio facta per
ipſum poſtulantem, ejuſqne libellum, cum tam De- 4
creta, quàm Indulta, veluti ſtricti Juris, nullampa-
tiantur extenſionem, ex traditis per *Rot. dec. 70.
numer. 37. & 43. part. 13. recent., & in Barchino-*

nen. Juriſdictionis 2. *Maii* 1681. §. *Nec quidquam, cor.*
clar. mem. Cardinali Matthæio, & Gratia, ſive De-
5 cretum declarationem accipiat à ſupplicatione, vel
libello, nè plus cenſeatur attributum, quàm fuerit
expetitum, ut proſequitur *Menoch. conſil.* 180. *n.* 1.
Epiſc.Marant. reſp. 69. *num.* 34. *part.* 4. *Rota coram Ca-*
valer. dec. 117. *nu.* 4. *&* 5. *& in rec. deciſ.* 356. *nu-*
mer. 8. *part.* 16.

Siquidem quatenus attinet ad nominationem, ſive
comprehenſionem Epiſcopi, ſeu Diœceſani, nimium
in conſequentiam promanabat neceſſatia hujus incluſ-
ſio; Tota namque amaritudo, ac diſquiſitio abo-
lendæ, vel tolerandæ, ac permittendæ conſuetudi-
nis in eo dumtaxat reſidebat, utrum peculiariter lice-
ret ſub hoc præcelſo die in Regnis, Eccleſiiſque Hiſ-
paniarum perſeverare in uſu geſtandi conſimiles Machi-
nas, & Tabernacula propter reſiſtentiam ſolius Cæ-
rimonialis, ac Ritualis, cum de reliquo id neque
ab Oecumenicis Conciliis, neque per Sac. Canones
ullo modo prohibitum appareret; Unde dum ipſum
Cæremoniale dumtaxat tale jus delationis ſoli reſer-
vabat Epiſcopo, vel eo non valente, aut abſtinen-
te, Celebranti, hinc eo ipſo, quod non obſtante eo-
dem Cœremoniali, poſitive conceſſa fuit perſeveran-
tia conſuetudinis, concludere etiam opportebat, quod
fuerit in hac parte, & pro hac ſola die ex cauſa,
& motivo potentiori, vel ſuſpenſa, vel derogata po-
teſtas Epiſcoporum ab eodem Cœremoniali deſcen-
dens, ex infallibili regula, ſive axiomate, quod qui
vult conſequens, vult etiam antecedens, de quo cæ-
6 teris collectis *Barboſ.axiom.* 54.*n.*1.& habemus robuſtius
exemplum in quibuslibet Gratiis, conceſſionibus, vel
Indultis, quæ etiam evidenter adverſentur Oecume-
7 nicæ determinationi Concilii Tridentini, quoniam ab-
ſque explicita mentione, aut derogatione Juris ab
eadem Conciliari diſpoſitione quæſiti, ſeu reſultan-
tis ſuperabundat, à S. Sede, vel Summo Pontifice
prodiiſſe proviſionem, aut gratiam repugnantem, &
contrariam, teſte *Garz. de Beneſ. part.* 4. *cap.* 5. *nu.*
30. *& ſeqq. Adden. ad dec.* 90. *ex num.* 298. *cum plu-*
ribus ſeqq. part. 9. *rec. Rot. coram Cavaler. dec.* 181.
num. 3. *& cor. Merlin. dec.* 713. *num.* 9. *& in Hiſpa-*
len. Decimarum de Olivares 18. *Martii* 1678. §. *Ex hac*
inquam, confirmata 30. *Januarii* 1679. §. *Nec applican-*
tur, cor. bon. mem. Bourlemont.

Accedente in idem, quod etſi regulariter deman-
dante (ex. gr.) aliquo Statuto, quod functiones Ec-
cleſiaſticæ expleantur per Archipresbyterum, vel Ar-
chidiaconum. non per hoc illud ſibi vindicet locum,
8 quoties intendat Epiſcopus eaſdem functiones per ſeme-
tipſum exercere, ex deductis per *Bero conſil.* 22. *num.*
25. *verſ. Nam ex eo, & ſub n.* 39. *verſ. Tertio ſtatutum*
lib. 1. quem in ſimili propoſito retulit, & ſecuta eſt
Rota in Viterbien. celebrationis Miſſarum cor. Card. Sa-
crato impreſſ. apud Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 5.
num. 54.

Nihilominus nequit id adaptari, quando non agi-
tur de interpretatione ſimplicis inferioris Statuti,
ſed de ſuprema conceſſione Principis cadente ſuper
actu nedum incompoſſibili, verùm in poſitivo con-
flictu, & examine Juris Epiſcopo competentis, itaut
quantumvis ipſa Eccleſiarum petitio (quod erat, ut
diximus, incompatibile) poſitive præſervaſſet Jura
propriorum Antiſtitum, attamen dum re mature pen-
ſata abſque ulla reſtrictione, vel reſervatione prodiit
reſcriptum illimitatum pro licita duratione conſuetu-
dinis in deferendo conſimilia Tabernacula, inſpici
non deberet, quid petitum extitiſſet, ſed quid à Su-
periore elargitum, Pars namque petit, & reſcribens
concludit, ut limitando regulam, de qua ſupra, cir-
ca interpretationem reſcripti, vel Decreti ad for-
9 mam libelli, vel ſupplicationis inquit punctualiter
Innoc. in cap. Super literis in gloſſ. verb. in communi for-
ma, de reſcript. Jaſ. conſ. 173. *ſub num.* 7. *verſ. Non*
enim lib. 4. *Menoch. dicto conſ.* 180. *numer.* 31. opti-
mè *Franciſc. Roc. reſponſ.* 1. *numer.* 2. *cum duobus*
ſeqq. lib. 1.

Ac propterea, ſi eadem explicita præſervatio in
precibus facta per Eccleſias, & Capitula poſtulantia
non offeciſſet, multo minus attendi merebatur gra-
tuita, parumque circumſpecta aſſertio, ſeu confeſ-
ſio Cauſe Patroni, quando de reliquo, neque hæ con- 10
feſſiones per Cauſidicos in eorum Informationibus e-
miſſæ ſuper quacumque materia valent inferre præ-
judicium propriis Principalibus, ſicuti tradiderunt *Fa-*
rinacc. conſ. 129. *num.* 5. *Card. de Luca de feud. diſc.*
123. *ſub. num.* 14. *Modern. de Angel. de conſ ſſ. lib.* 3.
quæſt. 1. *num.* 4. *in fine*, *Rota deciſ.* 104. *num.* 44. *part.*
6. *rec. deciſ.* 64. *num.* 20. *part.* 17. *& in Romana Cam-*
biorum 16. *Januarii* 1699. §. *Demum in fine, coram R. P.*
D. meo Muto.

Evidentius demum ponderata ratione prænominati
Decreti Pontificii, quæ tota ſtabat in manutenenda
conſuetudine ad Spirituale ſolatium illorum Populo-
rum, qui citra ullam interruptionem quotannis ſo-
liti erant venerari Sanctiſſimum Corpus ſupra magni-
ficam hanc molem triumphaliter quodammodò eleva-
tum; Cumque relinquendo liberum Archiepiſcopo ar-
bitrium ſi mallet ipſe pedibus incedens geſtare præ ma-
nibus idem Venerabile, nemo ſit, qui non videat,
quòd hujuſmodi ſolatium in eo anno; & in illa vice ab-
ſque cauſa deflecteret in amaritudinem, & diſplicen-
tiam, profecto ad temperandam in hoc ſolo caſu, & die
plenariam de cætero poteſtatem Archiepiſcopi ſubin-
trat ex identitate rationis familiaris illatio de parte ad
totum, & è contra, videlicet, quòd ſicuti aboleri non
poterat conſuetudo per totum tempus ſucceſſive de-
currendum, ita neque etiam partialiter abolenda e- 11
rat in uno, vel altero anno, in quo proportionabi-
liter eadem ratio perurget, ex not. per *Barboſ. loc.*
argum. 82. *&* 114. *utrobique nu.* 1. quòdque idcirco
præfato Apoſtolico Decreto, ſeu lege non diſtinguen- 12
te, neque nos diſtinguere debebamus, ad *Text. in l.*
Non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr. cum concordantibus
apud eundem *Barboſ. axiom.* 136. *n.* 4.

Et ſanè admodum lentè, & nonniſi inſtigante ne-
ceſſitate, & reſpectivè corruptela intolerabilis abu-
ſus, convenit falcem immitere in has conſuetudines,
longo Populorum uſu receptas, & cum ipſo nutricio
lacte (ut ita dicamus) imbibitas, etiamſi non ab-
ſolutè, ſed quandoque dumtaxat interruptio practicari
intendatur: Nam, ut egregiè admonuit, & definivit 13
Cæleſtinus III. in cap. Quod dilectio, in fine, de ætat.
& conſangu. conſultius duximus multitudini, & obſer-
vatæ conſuetudini deferendum, quam aliud in diſſenſionem,
& ſcandalum Populi, novitate qualiam adhibita, ſuſtuendum,
quod & comprobat exemplo ſubſecutarum ſeditionum
ex hoc ſolo capite deturbatæ conſuetudinis, etiam
in ordine ad res Spirituales, *Theophil. Raynaud. in He-*
teroclit. Spiritual. part. 2. *fol.* 352. & generaliter con-
cordant *Valenzuel. conſ.* 114. *ex num.* 27. *& conſ.* 146.
ex num. 46. *Solorzan. de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4.
à num. 73. *& lib.* 2. *cap.* 30. *ex num.* 99. *Gonzal. Tellez. in*
c. Cum conſuetudinis 9. *n.* 3. *de conſuet. Antunez. de Donat.*
Reg. lib. 2. *cap.* 33. *n.* 25. *cum ſeqq.* Rota in *Colonien. Præ-*
cedentiæ ſuper bono Jure 4. *Junii* 1696. §. *finali, in fine,*
coram R. P. D. meo Muto.

Ut enim ex *Lucian. lib.* 2.*V. Hiſtor.* admonent *Valen-*
zuel. conſ. 184. *num.* 5. *Capon. diſcept.* 85. *num.* 12.
multoties *mutatio, etiam in melius majorum ſolet eſſe prin-* 14
cipium malorum, quod etiam in proximis terminis Sa-
cræ Lithurgiæ adnotavit *clar. mem. Card. Bona Rer. Li-*
thurg. lib. 1. *cap.* 6. fretus auctoritate *Divi Auguſtini in E-*
piſt. 54. *ad Inquiſitiones Januarii c.* 5. in hoc ipſo pro-
poſito conclamantis, *ipſa quippè mutatio conſuetudinis,*
etiam quæ utilitate adjuvat, novitate perturbat; Quapro-
pter quæ utilis non eſt, perturbatione infructuoſa, con-
ſequenter noxia eſt; ideoque ex hac ratione conclu-
dens *d. cap.* 6. per hac verba: *Debet ergo unaquæ-*
que Eccleſia cuſtodire ritus ſuos, ſed receptos à majori-
bus, longoque uſu præſcriptos, & legitima auctoritate ap-
probatos, & priùs egregiè, ac meliùs enunciaverat
Divus Chryſoſtomus Homil. 9. *ad Chorynth. cap.* 2. ibi:
Novitas enim omnium animos offendit, ea vero acerbita-
tem majorem affert, quæ priſcorum Rituum fundamenta
effringit; conſonat quoque in idem *Cardinalis de Lu-*
ca in Miſcell. Eccleſ. diſcor. 39. *numero* 17. *in fi-*
ne, ſolidè idcircò inferens, nil eſſe innovandum, 15
niſi (ut ibidem ſubdit) *conſtaret de talibus incon-*
venientibus, quæ immutationem de condigno exigerent.

Demonſtrata igitur ex tot in unum conſpirantibus
argumentis etiam hujuſce caſus irrefragabili compre-
hen-

Digitized by Google

henſione ſub cenſura præfati generalis ampliſſimi Decreti Sacræ Congregationis Rituum, ipſiuſque Sanctiſſimi Pontificis Innocentii XI., vanus de plano detegebatur rumor, quem ſtudioſè inſinuare curabant Deſenſores Archiepiſcopi, nimirum, quòd ita prohibendo, nè idem Archiepiſcopus poſſet perſonaliter circumſerre Panem hunc Euchariſticum, & nimium dure remaneret ſauciata, ac impedita ejuſdem Archiepiſcopi pietas, & devotio, & non obſtante ex-
16 preſſa Sanctione *Oecumenicæ Synodi Trident. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 6.* injungentis, quòd penes Ordinarium reſideat omnimoda principalis auctoritas omnium rerum agendarum in Proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, oimium aſperè privaretur hujuſmodi poteſtate, eſſetque aliquo modo Epiſcopum in ſua Diœceſi, & Eccleſia deondare, ſeu non ſinere Epiſcopum, prout in ſimili ratiocinatur *Rot. deciſ. 62. n. 5. part. 1. rec.*

Perpenſum etenim fuit, quòd oullatenus ullum caput præfatæ conq.eſtionis, ſeu rumoris ſolido diſcurſui nitebatur. Non quidem primum intercluſæ pietatis, ac devotionis; ultra enim quòd reſtrictio reducebatur ad unicam tantùm anniverſariam diem, tota orbita ipſius octavæ, & infra annum (ubi utilitas, vel neceſſitas expoſceret) illibata remanente: De cætero major utique devotio, majus charitatis, ſive pietatis ſtudium effulgebat, quoties Archiepiſcopus, intra ſphæram præeminentioris Paſtoralis ſollicitudinis pietatem propriam humiliter coercendo, publico bono, ac conſolationi ſuorum ſubditorum, prout inclinaverat Pontifex, & Sacra Congregatio, conſuluiſſet, omnis enim religio, pietas, devotio, & harum major charitas exigit, ut privatum Superio-
17 ris bonum oniverſali commodo, ac bono inferiorum, & ſubditorum libenter cedat, ad *Text. in l. 1. ff. de uſucap. Valenzuel. conſ. 99. numer. 24. & 26.*, *Amoya Obſer. Jur. lib. 1. cap. 1. num. 1. & ſeqq. Antunez. de Donat. Reg. lib. 2. cap. 11. num. 27. & lib. 3. cap. 39. num. 9.*, *Rot. deciſ. 257. n. 26. & 27. part. 19. recent.*

Minùs etiam ſubſiſtebat ſecundum, nam moderatio Ordinariæ, ſeu Diœceſanæ poteſtatis in uno, vel altero caſu, nullam progignit monſtruoſitatem, & abſurditatem, neque efficit, quin Epiſcopus univerſaliter exiſtat, ac remaneat Epiſcopus, quemadmodum citra hanc ſomniabilem monſtruoſitatem paſſim Concilia Generalia, & ſignanter Tridentinum, ipſæque quotidianæ Conſtitutiones Summorum Pontificum, ex rationabiliori cauſa adimunt Ordinariis in quibuſdam caſibus propriam, ſive dativam Juriſdictinoem, & poteſtatem, illamque ſoli Sanctæ Sedi reſervant, & quemadmodum non abſcedendo à ſubjecta materia functionum, & præeminentiarum Eccleſiaſticarum, in longè fortioribus terminis noſcimus affirmatum, quòd licèt io abſtracto turpe, ac monſtruoſum reputetur, quòd inferior præcedat Superiorem, per *Text. in cap. Cum inferior 16. de major. & obed.*, *Gratian. diſcept. 298. ſub num. 99. verſ. Repugnat enim. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 18. num. 12. cum reliquis vulg.* io concreto tamen alicujus caſus, vel actus, peculiari ratione veſtiti, nullum cooſideratur abſurdum, ſi inferior præcedentia polleat, uti diſtinguendo annotarunt *Add. ad Gregor. deciſ. 124. ſub num. 4. verſ. Sed hæc opinio, Tondut. Reſ. Beneſ. part. 1. cap. 81. num. 18. in fine. Card. de Luca de Præemin. diſc. 23. n. 11. Sperell. deciſ. 76. ſub nu. 12. verſ. Cæterùm. Rot. cor. Seraphin. deciſ. 964. n. 1. & 2. & coram Pamphil. deciſ. 127. n. 7. & 8.* ibique *Add. n. 12. & 13. & in Aquen. Proceſſionis 26. Junii 1680. §. Sed quando etiam, coram bo. mem. Urſino Decano.*

Et ita, omnibus pariter Dominis ſuffragantibus, concluſum fuit, utraque &c.

R. P. D. ANSALDO.

Hiſpalen. Proceſſionis ſuper primo Dubio.

Lunæ 28. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

An valeat permitti, ad ſolatium Populorum, diuturna, ac inveterata conſuetudo deſerendi Auguſtiſſimum Chriſti Corpus, in illius annua Solemnitate, cum aliqua honorifica Machina, geſtanda, ob illius ingens pondus, per humeros ſecularium, excluſo ſcandalo, ac indecentia; non obſtantibus Cœremoniali Epiſcop., ac Rituali Romano, à quibus præſcribitur, idem venerabile Sacramentum, præſertim in hac majori Solemnitate, deſerendum eſſe cum Baldachino, & proptiis manibus Celebrantis.

SUMMARIUM.

1 *Super Cuſtodia Venerabilis, ex ordinatione Cæremonialis, ſemper eſt apponendum Baldachinum.* Limita n. 15.

2 *Si autem idem Venerabile circumferri debeat, præſertim in illius annua Solemnitate, propriis manibus Celebrantis eſt deſerendum.*

3 *Ita ut improbanda ſit conſuetudo illud geſtandi etiam ſuper humeris Sacerdotum, ex reſolutione S. Rituum Congregationis.*

4 *Et noviſſimè ex præciſo oraculo, & mandato Innoc. XI.*

5 *Ex voto tamen prælaudatæ S. Congreg. idem Pontifex indulſit Capitulo Hiſpalen. ſervari vetuſtam conſuetudinem.*

6 *Quod Principi placuit, legis habet vigorem, & reverenter ſequi debemus.*

7 *Confirmationes Apoſtolicæ in ordine ad memoratum Cæremoniale, nunquam intellexerunt tollere, & infringere conſuetudines centenarias, & immemorabiles*, & num. 8.

9 *Corruente ſuppoſito Gratiæ, corruit etiam ipſamet Gratia.*

10 *E converſo verificata ſuppoſitione Gratiæ, debet illa executioni demandari.*

11 *Confratres alicujus Ven. Sodalitatis participant qualitatis Eccleſiaſticæ.*

12 *Leges non obligant ad impoſſibile, immo nec ipſe Deus.*

13 *Quoties lex oſtenditur in ſuo volito fine impleta, fruſtra inquiritur de forma.*

14 *Pro ſuſtentatione Gratiæ, ſufficit, quòd factum ſit per æquipollens expoſitum; vel quòd intellectualiter veniat in ſequelam expreſſorum.*

DECISIO XLII.

MOS erat io celebri non minùs Emporio, quàm pervetuſta, & inſigni Metropolitica Civitate Hiſpalen. in ipſo auguſtiſſimo die, quo ex præſcripto glor. mem. Urbani IV. univerſalis Eccleſiæ Paſtoris, Chriſti fidelium venerationi, & ſolatio ſolemniter, & honorificè circumfertur Sanctiſſimum Corpus Divini Salvatoris, io teſtimonium quoque publici innegabilis Urbevetani Prodigii, per quod idemmet Omnipotens dignatus eſt ampliùs maniſeſtare Nationibus, quæ non habent Deos tam appropinquantes ſibi, realitatem Carnis, & Sanguinis ejuſdem Domini Jeſu Chriſti, ſub ipſo Angelico Pane effective exiſtentis; Mos, inquam, erat Sacroſanctam. & Immaculatam Hoſtiam pacifice deferre in quodam prægrandi, & inſimul forma, ac materia perſpicuo argenteo Tabernaculo, quando cum cæteris controverſiis inter Archiepiſcopum, & Capitulum præfatæ Civitatis pluribus ab hinc annis ad hanc Curiam, Sanctamque Sedem, cunctarum Matrem, & Magiſtram, delatis, ac noviſſimè poſt deſperatum experimentum exoptatæ concordiæ, prævia à quibuſcunque Judicibus, ac etiam Sacris Congregationibus avocatione, integrali determi-

terminationi noſtri Auditorii in univerſum remiſſis à Summo noſtro Pontifice Innocentio XII. hæc quoque ad inſtantiam memorati Archiepiſcopi numerabatur, utrùm in his terminis liceret omittere Tectorium, ſive Baldachinum, nec non pro aſportatione præcitati, quantumvis magnifici, & oneroſi Tabernaculi, extra perſonas Beneficiatorum, vel ſimilium perſonarum Eccleſiaſticarum, Seculares humeros, opemque adhibere, & Domini (ut rei qualitas expoſcebat) attentè introſpecta Mappa, ſive Icone Tabernaculi, ejuſque geſtationis, ipſorum oculis expoſita, inſimulque omnibus in unum maturè penſatis, utrique parti dubitationis per Me ſub hodierna propoſitæ Audientiæ, reſponderunt affirmativè.

Licet enim non abs re ſundata primo intuitu appareret, ac religioſa prorſus oppugnatio Archiepiſcopi, dum reſpectu Baldachini, ſive Tectorii, extabat apertiſſima ordinatio Cæremonialis, omnino præci-
1 pientis, quòd ſemper ſuper Cuſtodia Venerabilis apponatur conſimile operimentum, ita etiam ſuggerente reverentia, quæ etſi nunquam ſatis, attamen pro viribus humanæ tenuitatis perhibenda eſt Miſterio, ac perſonæ tam præcelſæ, & ſupra noſtram capacitatem Auguſtæ, & Divinæ, ſicuti inhærendo eidem ſanctioni Cæremonialis, monuerunt etiam *Gavant. in Manual. Epiſc. V Proceſſio, numer. 37. & in Comment. ſuper Rubr. Miſſal. part. 4. tit. 8. num. 9. lit. P. Turrin. in Director. ſacrif. p. 3. ſect. 2. c. 1. §. Deſcend. Romaguer ad Conſtitu. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 10. cap. 2. num. 7.*

Quo vero ad delationem Machinæ, ſive Tabernaculi, pariſormiter oppoſitio coruſcabat innixa, non tantùm eidem Cæremoniali *lib. 2. cap. 33.* verùm quoque cenſuræ Ritualis Romani *ſub tit. de Proceſſ. in Fe-*
2 *ſto Corporis Chriſti*; Cum enim in utroque clariſſimè, & circumſpectè ſanciatur, quod idem Venerabile Sacramentum, præſertim in hac majori ſolemnitate, poſitivè ſubſtentetur, & deſeratur propriis manibus Celebrantis, vel ipſius Antiſtitis, abſonum, & intolerabile videbatur, quod præſata quantumvis pretioſa Moles ſuperimponi humeris Sacularium, etiam vilium, concederetur, quando præter diſpoſita in enunciantis Cœremoniali, ac Rituali, neque etiam
3 licere conſimilia Tabernacula tergoribus Sacerdotum commendare, uſque ad improbandam contrariam conſuetudinem, ſæpiùs declaraverat Sacra Rituum Congregatio, & ſignanter, *in una Syracuſana Terræ Modicæ die 2. Julii 1615.* teſte *Gavant. ad Rubr. Miſſal. d. part. 4. tit. 12. num. 4. Lezan. in Summ. quæſt. Regul. tom. 2. V. Eucbariſtia num. 24. in fine, & V. Proceſſio ſub num. 11. Barboſ. de offic. Paroch. cap. 20. nu. 50. Bauldrii in Manual. Sac. Cæremon. p. 4. c. 16. art. 3. num. 10. Pax Jord. var. elucubr. lib. 11. tit. 2. nu. 68. Cortbiad. dec. Cathal. 171. n. 8.*

Certius autem, dum non obſtante prætenſa Conſuetudine in omnibus, vel pleriſque Regnis Hiſpaniarum invaleſcente, ut eam objurgando fatetur *Ver-*
4 *mudez. in Hiſtor. Eucbariſtic. in terno idiomate exarata cap.* 18. noviſſimè fuerat hujuſcemodi uſus, vel abuſus reſecatus, & vetitus de præciſo oraculo, & mandato Sanctiſſimi Pontificis Innocentii XI. adeout in ejus ſequelam Nuncius Apoſtolicus apud Sereniſſimi Catholici Regis Majeſtatem eo tempore reſidens expreſſè per literas circulares ejuſdem Sanctitatis nomine demandaverit ſtrictam, & inviolabilem obſervantiam proximè collaudati Decreti Sacræ Congregationis Rituum, actuque deinceps in Synodo Diœceſana Gerund. peculiaris emanaverit proviſio, ſeu Conſtitutio, quod in poſterum Sacroſanctus hic Panis Euchariſticus nequaquam (ſunt verba præciſa) *Tabernaculo, ſeu humeris, ſed manibus dumtaxat Sacerdotis reverenter, & devotè circumgeſtaretur*, quemadmodum recenſendo tenorem ejuſdem Synodalis legitur apud *Romaguer d. lib. 3. tit. 10. c. 2. in princ.*

Ab hac tamen, etſi ex præmiſſis honeſta, & rationabili prætenſione, ſeu oppoſitione Archiepiſcopi, præcordia Dominorum retraxit adamuſſim exitus hujus poſtremæ Pontificiæ ordinationis; demonſtravit etenim Capitulum, quòd habito ſucceſſivè recurſu adverſus hujuſmodi legem ab Apoſtolico Nuncio circulariter prolatam per Clerum fermè univerſum illorum Illuſtrium Regnorum, in quibus poſt propulſatam Maurorum denominationem, & pervicaciam, nunquam Hæreſes alibi per Europam infeliciter conſparſæ pedem figere poterunt, ut eſt notorium, & advertit *Card. Baron. Annal. Eccleſ. tom. 7. ann. 563. fol. mihi 520. lit. C. ſecum impreſſ. Antuerpien.* idem æ-
ternæ memoriæ Pontifex ſupplicem libellum remiſit 5
eidem Sacræ Congregationi Rituum; quæ penſatia negocii Circumſtantiis reſcribendum cenſuit per organum Secretariæ ſtatus ipſimet Nuncio Hiſpaniarum, ut ad devotum Populorum ſolatium ſineret obſervari vetuſtam præcedentem Conſuetudinem, *Summario Capituli num. 3.* proindeque ſi *Regis ad exemplum totus componitur Orbis*, ut canebat *Vates*, à fortiori compellebatur noſtrum Auditorium, quod ex fixis Cappellanis Romani Pontificatus componitur, ſubſequi, & adorare veſtigia proprii Principis, Sum-
miſque Sacerdotis, juxta illud *Cornelii in oratione M.* 6
Terentii -- Tibi ſummum rerum judicium Dii dedere, nobis obſequii gloria relicta eſt, & conſonat *Textus in l. 1. ff. de Conſt. Princip. & in ſ. Sed, & quod Principi, inſt. de jur. nat. Gent. & Civ.*

Et quidem cum ulla ob id indevotio, nullum ſcandalum uſque dum fuerit ſubortum, ipſaque magnifica ſtructura Machinæ externam dubio procul honorificentiam impleret, potiùs ſcandalum piis Chriſti fidelibus irrepſiſſet, quoties ceſſante irreverentia, ſive indecentia, deturbaretur illa Conſuetudo nimium amica, & cognata naturæ, quæ tempus immemora-
bile involuebat, dum nec ipſæ Confirmationes Apo- 7
ſtolicæ in ordine ad memoratum Cæremoniale uſquam intellexerunt infringere, & amovere Conſuetudinea Centenarias, & immemorabiles, ſecundum annotata per *Pignattell. Conſult. Canon. tom. 4. conſult. 4. nu. 6. Rota dec. 198. num. 7. coram Dunoz. Sen. & coram Coccino deciſ. 1620. n. 2. & in rec. dec. 647. n. 11. & 12. p. 4. tom. 3. in Colonien. Præcedentiæ 4. Junii 1696. §. Ex ipſo, & 22. Martii 1697. §. Conſuetudinis, coram R. P. D. meo Muto, & in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii currentis anni §. Non attenta, coram R. P. D. meo dell' Olmo.*

Quin etiam particulariter ſan. mem. Clemens VIII. non obſtante ſua confirmatione, & injuncta obſervantia Cœremonialis, explicitè profeſſus eſt, ac declaravit, nuſquam intellexiſſe exinde ſubvertere veteres Conſuetudines in Eccleſiis Hiſpaniarum pra-
cticari aſſuetas, prout eluceſcit ex ſuperventa reſo- 8
lutione Sacræ Congregationis Rituum *ſub die 11. Junii 1605.* per extenſum relata apud *Pignattel. d. tom. 4. conſult. 93. ſub n. 2.*

Comperto itaque, quòd & ex intrinſeca efficacia, tam diuturnæ, & inveteratæ conſuetudinis, quàm etiam ex ſubſecuta permiſſione Pontificis non ampliùs foret neceſſarium, quòd Auguſtiſſimum Sacramentum deferretur manibus Sacerdotis, quia fortaſſe majorem ingereret ſublimitatem, & venerationem prætioſæ ingentis Machinæ ſupra humeros Sacerdotum elevatio, & aſportatio, vel ob aliam quancumque cauſam ſapientiùs introſpectam ab Eminentiſſimis Patribus S. Congregationis, ipſoque Pontifice maximo; parum in præſenti dubii diſcuſſione officiebat, quòd hodie quæſtio non eſſet in ordine ad Sacerdotes, ſed ad intruſionem, & abuſum ſecularium etiam (ut præmiſimus) infimæ plebis, quòdque per conſequens labente ſuppoſito Papalis permiſſionis, ſicuti literaliter præſeferebat ipſum decretum Sacræ Congregationis Rituum anni 1686. per illa verba -- *ſuper humeris Sacerdotum Sacris veſtibus indutorum*, nec non confeſſio Capituli Hiſpalen. ibi -- *ſu le ſpalle de Sacerdoti*, ut in Memoriale porrecto præſatæ ſan. mem. Innocentii XI. & *præſenti Summario ipſius Capi-*
tuli num. 4. corruere deberet etiam præcitata toleran- 9
tia, ſive permiſſio, ad tradita per *Rot. deciſ. 1827. num. 17. coram Coccino, & coram Ninot. deciſ. 58. numer. 1.* cum concordantibus *in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 6. Aprilis 1699. §. Hinc ad hypotheſim, coram Me.*

Illuxit etenim oculis Dominorum Typus, ſeu exemplar, accuratè delineatum, circa prædictam Machinam, ejuſque geſtationem, per quod manifeſtiſſimè demonſtrabatur, haſtas extrinſecè geſtatorias, tam Excel-

ſæ

ſæ elaboratæ Molis incubare tergoribus Sacerdotum, Sacris, & elegantibus Veſtibus ornatorum, proindeque nullatenùs corruere, ſed omninò ſubſiſtere ſuppoſitum conceſſionis, evidens erat, & pluſquam palmare, ſicque contrariæ mox enunciatæ regulæ pro-
10 prius adaptabatur, ſeu ſuccedebat alia regula, quòd gratia, in ſua præſuppoſitione verificata, omnimodam executionem promeretur per *Text. in c. ſi Capitulo ibique gloſſ. V. exequatur, de conceſſ. preben. in 6. Rota in Pampilonen. Beneficii propoſita, ac reſoluta in hodierna Audientia §. Conſtitit. ſiquidem, coram R. P. D. meo Muto*, cum reliquis notiſſimis.

Quod ſi in ima, & ut ita dicamus, ſubterranea parte ejuſdem Machinæ robuſtiores Seculares Artus tanto pondere, librarum ſolius argenti 1400. & ultra, ſupponebantur, in primis agnitum fuit, quòd hi non eſſent admodum viles, & extra pœnitus confinia cujuſdam participationis Eccleſiaſticæ qualitatis, cum exiſtant Confratres Venerandi Sodalitatis, nuncupa-
11 tæ *di S. Maria della Granata*, prout reſpectu hujuſmodi Sodalium, ſeu Confratrum convincitur ex deductis per *Ricciul. lucubrat. Eccleſ. l. 4. c. 12. ex n. 1. uſque ad 9. Frances de Eccleſ. Cathedral. cap. 25. num. 173. & ſeqq. alter Frances de compet. juriſd. inter Curias quæſt. 78. per tot. Oliu. de for. Eccleſ. part. 3. quæſt. 34. pariter per tot.*

Cæterùm quando etiam forent de magis infima, aptiori tamen Plebe, ad hujuſmodi opus bajulandum adſciti, pariformiter obſervatum fuit, quod neque ipſorum extrema veſtigia circumſpicientibus apparebant, cum prælaudata Moles in dicta humiliori parte ubique lateraliter boloſericis, auroque contextis, ornamentis obtegatur, & circumdetur, quapropter permanente exteriori demonſtratione, quòd Tabernaculum ſuſtentetur à Dei Miniſtris, ſeu Sacerdotibus, potiùs indecens eſſet, quòd in rei veritate Machinam, tam grandem, exantlarent perſonæ Eccleſiaſticæ, virique, aſſueti quidem jugo Eccleſiaſtici ſervitii, ſed non materiali ſupportationi ponderum adeò ingentium; Ideoque, vel adſtringendo huic delationi viros Sacerdotes, idem eſſet, ac per indirectum Machinæ circumgeſtationem, à Sacra Congregatione Rituum, & ab eodem Pontifice Maximo permiſſam,
12 reducere ad impoſſibile, ad quod Jura noſtra numquam obligant, immò nec ipſe Deus, ut inquit *bon. mem. Duran. de condit. & mod. impoſſib. part. 1. c. 1. n. 24. & 29. Barboſ. axiom. 118. num. 7. cum duob. ſeq. Cyriac. contr. 626. num. 28. & contr. 688. n. 92. Caſtald. conſult. 230. Borell. de Magiſtr. edict. lib. 2. c. 6. ex num. 18. cum plur. ſeqq.*

Vel (quòd pejus indubitanter exiſteret) Sacerdotale Miniſterum ſordeſcere, ac etiam vituperari contingeret, dum per improbum laborem neceſſariò laxæ, madentes, contractæ, & longè à debita veneratione sedderentur ſacroſanctæ facies Sacerdotum, quòd utique abhorret; Ac propterea; quoties per latentem opem Secularium pinguius adimpleretur finis, unicè exoptatus in his cæremoniis ab Eccleſiæ diſciplina potiùs collaudandum, quàm præpediendum erat
13 Capitulum, ut tale auxilium de reliquo ſufficienter occluſum, & velatum adhiberet; quando enim lex ſuo volito fine uberius oſtenditur impleta, fruſtra inquiritur de forma, etſi in ſuis caſibus ſanctiſſimè præſcripta, & ordinata, ſecundum ea, quæ invaldè durioribus obſervata fuerunt *in Leodien. Canonicatus 4. Julii 1698. §. Dum itaque, coram Me, confirmata in præterita Audientia diei 25. labentis menſis. §. Quod eo magis, coram R. P. D. meo Jacometto.*

Addebatur quoque, licet ad exuberantiam, quòd adhæſivè ad hujus caſus circumſtantias, nec etiam in sci veritate ambigere fas erat, quòd & ipſa S. Congregatio Rituum, idemque ſummus Pontifex Innocentius XI. plenè ſciverit, & approbaverit hujuſcemodi modum deferendi Tabernaculum, & hoſtiam auguſtiſſimam in hoc anniverſario die Sacroſancti Corporis Chriſti, ex quo docebatur per Capitulum Hiſpalen. in precibus à ſe porrectis, & conſecutivè per Pontificem remiſſis Sacræ Congregationi, jam teſtimonio oculorum ſubjeciſſe Mappam, & delineationem ejuſdem Machinæ, immò, & adjeciſſe -- *ed è tale la ſua grandezza, che è ſtato neceſſario rompere le porte della noſtra Chieſa per poter cavarla fuori in ſtrada &c. d. Summario Capituli n. 4.* ac propterea invanum obiici videbatur, quòd Pontifex, ipſaque Sacra Congregatio, aut effectivè non recognoverit, quòd ab immo intrinſecè Moles ſuperincumbebat Artubus Secularium, quemadmodum, & hodie recognovit Tribunal, aut quod ex eadem inſpectione non potuerit, ac debuerit per intellectum cernere, quòd tantum pondus, & elevatio coarctans ad Januarum infractionem nequibat extrinſecè per ſolos Sacerdotes ſolemniter indutos regi, & circumferri, ac per conſequens, quòd vel ex uno, vel altero capite minimè corrueret, ſed certum foret præſuppoſitum Apoſtolicæ permiſſionis, dum pro ſubſtentatione Gratiæ ſuperabundat, factum 14
extitiſſe æquipollenter expoſitum, vel quod intellectualiter veniret in ſequelam expreſſorum, ſecundum tradita in terminis primæ propoſitionis per *Rot. dec. 598. num. 5. part. 4. tom. 3. dec. 101. num. 21. part. 5. dec. 70. num. 19. part. 8. rec. in Compoſtellana Decimarum 28. Junii 1694. §. fin. coram bon. mem. Emerix, in Colonien. Canonicatus 17. Junii 1695. §. Tantum autem, coram Reverendiſſimo D. meo Molines Decano*, & reſpectu ſecundæ habetur *in d. dec. 501. numer. 20. part. 5. recent. deciſ. 139. num. 55. part. 14. deciſ. 978. numer. 4. coram Dunozett. Jun. & dec. 289. num. 53. coram Priolo.*

Atque ex his redeundo ad magnificatam Tectorũ, ſive Baldacchini deficientiam, pro omnimoda ſubverſione objecti recurrebant omnia hucuſque inſinuata, videlicet, quòd pariter id rectè valuiſſet ab Exemplari, & Icone præſentato, tanquam præſeferente totam geſtationis imaginem, ſatis rimari, & improbari, non autem approbari, atque concedi per Sacram Congregationem, Summumque Pontificem de præfato anno 1686. prout extitit approbatum, & permiſſum, quia forſan loco ipſius Baldacchini pretioſiùs imminebant Arcus triplicati, ſub quibus decentiſſimè cooperta remanebat Hoſtia Auguſtiſſima, quapropter finis ab eodem Cæremoniali, vel Rituali, circa majeſtatem, & decentiam tanti Sacramenti deſideratus, reſultabat abundantiùs, ad inſtar eorum, quæ paſſim quoque ſolent practicari in Altaribus majoribus quarumcunque Eccleſiarum, licèt enim ex præſcripto prædicti Cæremonialis ordinetur in ſimilibus Altaribus ſuperimpoſitio Baldacchini, quoties tamen ſupra ipſum Altare majus reperiatur conſiderabile, ſeu magnum aliquod Tectorium ex argento, lapide, aut alia proportionabili materia conſtructum, eo ſanè caſu nullo amplius opus eſt Umbra- 15
culo, ſeu Baldacchino, quemadmodum ad ſenſum memorati Cæremonialis *l. 1. c. 12.* benè obſervat *Biſſ. in ſua Hierurg. tom. 2. V. Umbraculum.*

Et ita, omnibus Dominis ex lege Pontificiæ Commiſſionis in unum ſuffragantibus, reſolutum fuit, utraque &c.

R. P. D. DELL' OLMO.

Hiſpalen. Juris præſidendi in Capitulo.

Veneris 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

Poteſt Epiſcopus quandocunque Capitulum convocare; & ad ipſum ſpectat, ſi velit adeſſe, in eo præſidere, omniaque ordinare, quæ ibidem gerenda ſunt, non obſtantibus privilegiis, ſententiis, juramentis, concordiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. An, & quando dicatur Epiſcopus in Capitulo intervenire utì Canonicus, non utì Epiſcopus, & an eadem perſona gerere poſſit duplicem figuram, etiam in incompatibilibus, & afferuntur exempla.

SUMMARIUM.

1 *Ad decanum, tanquam primam Dignitatem, & Caput Capituli, ſpectat in illo præſidere.*

2 *Limita, quando Epiſcopus eſt præſens in Capitulo*, & num. 9.

3 *Epiſ-*

3 *Epiſcopus intervenire præſumitur in Capitulo, non uti Canonicus, ſed uti Prælatus.*

4 *Et tunc ad ipſum, uti Caput Eccleſiæ, & Capituli, ſpectat omnia ordinare, quæ in eodem gerenda ſunt,* & n. 5. 11. & 19.

6 *Et habet etiam facultatem convocandi ipſum Capitulum, exquirendi vota, & juxta ea concludendi, non obſtantibus privilegiis, ſententiis, juramentis, concordiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus,* & n. 7.

8 *De Jure reputatur abuſus, & corruptela, quòd qui eſt inferiori in loco, ubi Prælatus eſt præſens, velit præeſſe, & jubere.*

10 *S. Rota reverenter ſuſcipit, & ſequitur Sac. Congr. Declarationes.*

12 *Contrarietas, & repugnantia eſt omnino evitanda.*

13 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

14 *Decanus primam figuram gerit in Capitulo, & dicitur honorabilior pars illius* Limita oum. ſeq. & 16. & 17.

Poſſunt per Decanum, & Capitulum ſine Epiſcopo definiri inferiora, & minora negotia, quæ tangant intereſſe particulare Canonicorum, ſecus autem quoad negotia ardua, & majora, quæ univerſalem Eccleſiæ ſtatum concernunt eodem numer. 15.

18 *Epiſcopus non habet vocem in Capitulo. Decanus, ſeu alius Canonicus, qui primam figuram gerit in Capitulo, etſi in eo non habeat vocem, poteſt ipſum Capitulum convocare, atque in illo, abſente Epiſcopo, proponere, & reſolutiones accipere.*

21 *Canonici non tenentur Epiſcopum in Capitulo admittere, quando per ipſum aliquod proponitur negotium, ad ſe, vel ſuos ſpectans; ſecus ſi non pertineat ad ſe, nec ad ſuos.*

22 *Deferendum eſt conſuetudini, quòd Epiſcopus, qui ſimul ſit Canonicus in ſua Eccleſia, quoties aſſiſtit in Capitulo, uti Canonicus, ſedeat in loco inferiori.*

23 *Reſpectu diverſæ qualitatis eadem perſona ſuſtinere valet vicem duarum perſonarum, etiam in incompatibilibus.*

24 *Epiſcopus Melitenſis ſedet in conſilio poſt Priorem, & Magnum Magiſtrum, non uti Epiſcopus, ſed uti deferens magnam Crucem.*

25 *Auditor Sacr. Rotæ, factus Epiſcopus cum retentione Auditoratus in dicto Tribunali, tenet locum juxta ejus antianitatem, ſed extra Rotam, & ſignanter in Capella Pontificia, præcedit omnes Auditores.*

26 *Juxta frequentiorem uſum Hiſpaniæ, Epiſcopus, potiùs tanquam Canonicus, quàm uti Epiſcopus, aſſiſtit in Choro, conceſſa ſibi tantùm, in Dignitatis ſignum, aliqua majori prærogativa in ornamento Sedis.*

27 *Quoties Epiſcopus habet primam Sedem, dicitur intervenire uti Prælatus, non uti Canonicus.*

DECISIO XLIII.

REmiſſis tandem ad Sacram Rotam omnibus controverſiis, jamdiu in Curia pendentibus inter Reverendiſſimom Archiepiſcopum, & Capitulum Metropolitanæ Eccleſiæ Hiſpalenſis, prævia illarum avocatione à quibuſcunque Tribunalibus, & Congregationibus, & cum ordine, quòd quæ per aotea pendebant in Sacra Rota, coram eiſdem Auditoribus, quibus directæ erant, proponerentur, cum Mihi inter alias ab initio commiſſa fuiſſet præſens Caoſa, dubium in hodierna Audientia propoſui -- *An ad Archiepiſcopum pertineat præeſſe, & jubere, cum adeſt in Capitulo, vel potiùs ad Decanum, & Dignitatem, vel Canonicam loco ipſius,* quod pro eodem Reverendiſſimo Archiepiſcopo informante reſolutum fuit.

Licèt namque ad Decanum, tanquam primam Di-
2 gnitatem, & Caput Capituli, ſpectet in illo præſide-
re, ut tenent *Lotter. de Re Benef. lib. 1. queſt. 16. numer. 76. Barboſ. de Canon. & Dignit. c. 7. numer. 3. & ſeqq. & c. 35. num. 1. & 2. Sarow. de Adjunct. queſt. 34. num. 6. 27. & 28. & per tot. Valenzuel. conſ. 149. numer. 1. & ſeqq. Vener. in Exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 29. num. 2. & ſeqq. Frances de Eccleſ. Cathr. c. 22. n. 102. Put. dec. 209. lib. 3. Rot. dec. 533. num. 5. & per tot. part. 2. rec.* & ad hunc effectum habeat Juris aſſiſtentiam, ut ſequitur *Lotter. dicta queſt. 16. num. 78. Rot. dicta dec. 533. num. 5. part. 2. rec.* id tamen procedit,
quando Epiſcopus non eſt præſens in Capitulo, ut tra- 2
dit *Vener. d. c. 29. num. 32.* cum inter Canoniſtas com- 3
muniter receptum ſit, quòd quando ipſe in illo intervenit tanquam Prælatas, & non uti Canonicus, prout tanquam Prælatum intervenire de Jure ſemper præſumitur, ad *Gloſſ. in c. in collatione 11. de appellat. in 6. ibique Geminian. num. 5. Jo. Andr. nu. 7. Ancharan. not. 2. Domin. num. 5. Franch. num. 3. & Paſſeria. pariter num. 3. Panormit. in c. poſtulaſtis, num. 12. verſ. hic ergo, de conceſſ. Præbend. Miliſ. in repertor. in verb. Epiſcopus in dubio. Barboſ. de Canon., & Dignit. c. 36. ſub num. 2. verſ. ſub.tit. Franc. Marc. d. dec. 139. num. 27.
tom. 2.* ad eum ex tunc, uti Caput priocipale Eccle- 4
ſiæ, & Capituli, ſpectet proponere, & reſolvere juxta majorem partem ſuffragiorum, omoiaque ordinare, quæ io eo actu agenda ſunt, ad *Text. in c. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend. & in d. c. à collatione, de appellat. in 6. Innocent. in cap. irrefragabili, num. 2. in final. de off. Ordin. Abbat. in d. cap. poſtulaſtis, num. 2. ibique Fagnan. num. 25. Vener. d. cap. 29. num. 34. Lotter. d. queſt. 16. num. 32. & ſeqq. Barboſ. de Poteſtat. Epiſcop. allegat. 73. nu. 17. Chaſſan. in Cathal. Glor. Mund. part. 4. conſider. 45. Franc. Marc. deciſ. 139. num. 2. tom. 2.*

Fortiùs verò quia communiori Canoniſtarum opinioni adſtipulatur etiam favore Reverendiſſimi Ar-
chieſcopi Sac. Concilii Tridentioi diſpoſitio in *ſeſſ. 25.* 5
de reformat. c. 6. ubi ſignanter decernitur, quod, Epiſcopi in Capitulo habere debeant, nedum præcipuam rerum omnium gerendarum auctoritatem, ad relata per *Vener. in Exam. Epiſcop. d. cap. 29. num. 28. Barboſ. de Poteſt. Epiſc. allegat. 73. num. 17. Salvator. de Jur. Archiepiſcopi Cæſarauguſtan. princ. 5. num. 109. Rot. dec. 12. num. 14. in fine, coram Celſo, & in recent. dec. 62. num. 5. in fin. part. 2.* & noviſſimè *in Dertuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. Ex quibus, & §. final. coram R. P. D. meo Pio*, ſed etiam facultatem
dictum Capitulum convocandi, exquirendi vota, & 6
juxta ea concludendi, quòdque id, abſentibus ſolùm Epiſcopis, ab iis de Capitulo, ad quos de Jure ſpectat, perficiatur, non obſtantibus privilegiis, ſententiis, juramentis, concordiis, & conſuetudinibus etiam immemoorabilibus, ut ex litera ejuſdem Sacri Concilii Tridentini *Barboſ. ibidem num. 42. & ſeq. & de Canon. capit. 35. num. 7. & de Poteſtat. Epiſcop. alleg. 73. num. 16. Vener. in Exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 29. num. 37. Paul. Fuſch. de Viſit. lib. 1. cap. 15. Ceccoper. Lucubr. Canon. lib. 4. num. 9. & ſeqq.* ubi refert, ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regulariom.

Hinc propterea Capitulum nullatenus juvari poteſt aſſerta immemorabili conſuetudine præſidendi per De-
canum privativè quoad Archiepiſcopum, tum quia ab 7
eodem Conciliari Decreto ea fuit expreſsè abrogata, ut præter ſuperiùs allegatos, firmavit in puncto *Rota coram Celſo dicta deciſ. 12. num. 14. & deciſ. 715. num. 4. part. 4. diverſ. & in dicta Dertuſ. Juriſdictionis §. Ex quibus, coram R. P. D. meo Pio*, tum etiam quia de jure reputatur potiùs merus abuſus, & corruptela, cum intolerabile, ac penitus inconveniens ſit, quòd Deca-
ous, qui eſt inferior in loco, ubi adeſt Prælatus, velit 8
præeſſe, & jubere, ita reddendo Epiſcopum io ſuo Capitulo non Epiſcopum, quando ibi intervenit, & aſſiſtit tanquam Caput, repræſentans una cum Caoonicis ejus membris myſticum corpus Eccleſiæ Cathedralis, ut per *Text. in cap. novit. & cap. quando, de his quæ fiunt à Prælat. Gloſſ. in cap. à collatione, in ultim. notab. in fin. & in V. Prælatus, verſ. ſi eſt in primo, de appellat. in 6. Berous conſ. 22. num. 20. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 52. num. 139. & 141. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. queſt. 15. n. 32. & 34. Rot. cor. Verall. dec. n. 3. p. 1. & cor. Cæſar. de Graſſ. dec. 31. n. 7.*

Atque id indubiè pertranſit accedente uniformi judicato Sacræ Rituum Congregationis, nam propoſito ad

inſtan-

9 inſtantiam Archiepiſcopi dubio -- *An ad Archiepiſcopum pertineat, non verò ad Decanum, præeſſe, & jubere, cum adeſt in Capitulo, & tenere campanellam, & horologium, quibus regulantur concurſus ad Præbendas*, & inſtante Capitulo pro conceſſione Remiſſoriæ ad effectum probandi, ab immemorabili tempore præſidentiam in Capitulo, & retentionem campanellæ, & horologii, ad illius Decanum ſpectare, privativè quoad Archiepiſcopum, eadem Sacta Congregatio ſub die 21. Julii 1696. cenſuit, dictam Remiſſoriam denegandam eſſe, & quoad tetentionem campanellæ, & horologii, ſervandum eſſe ſolitum, jubente Archiepiſcopo. Cumque eidem Capitulo fuerit etiam ſucceſſivè adverſus dictam reſolutionem nova audientia denegata, petierunt illius Defenſores; quòd ſaltem reformaretur decretum, quoad verba illa *jubente Archiepiſcopo*, quo obtento ſub die 24. Novembris ejuſdem anni, mediante reſcripto *reformandum eſſe decretum quoad ſecundam partem, & loco ly jubente Archiepiſcopo, dicendum, ad nutum Archiepiſcopi, & ampliùs*, cum novæ excitatæ fuerint quæſtiones, tum ſuper eadem præſidentia in Capitulo, tum etiam ſuper intelligentia verborum dicti ultimi decreti, hinc Cauſa in eadem Sacta Congtegarione ſub die 31. Auguſti 1697. denuò repropoſita, reſolutum fuit *in ultimo loco deciſis, & ly ad nutum intelligi debere juxta voluntatem, ab Archiepiſcopo quocunque modo exprimendam, & Capitulum acquieſcat*, ut de his omnibus conſtat ex *Summario ejuſdem Archiepiſcopi num. unic. lit. A. B. & ſeqq.* Si igi-
10 tur Sacra Rota declarationes Sacrarum Congregationum ſolet reverenter ſuſcipere, & ſequi, ut teſtatur *Fugnan. in cap. quoniam num. 17. & 72. de conſtit. & Rota ipſa in dec. 579. num. 3. coram Buratt. dec. 60. numer. 4. coram Celſo dec. 823. num. 8. coram Merlin. & in d. Dertuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §. final. coram R. P. D. meo Pio*, quanto magis obſervare, ac ſequi debet recenſitas declarationes, & decreta non ſemel, ſed iterum atque iterum in hac met Cauſa emanata?

Nec dicatur, quòd Sacra Congregatio nil reſolverit ſuper dubio principali præſidentiæ in Capitulo, ſed ſolum Canonicis denegaverit Remiſſoriam ad propandum illam privativè ad Decanum pertinere. Quoniam etſi dictum principale dubium non ſit expreſsè deciſum, & ad tollendam omnem dubietatem fuerit hodie de novo in hoc Sacro Tribunali repropoſitum, nihilo tamen minus cum eiſdem Canonicis fuerit denegata Remiſſoria, quæ unicè expetebatur ad probandam immemorabilem, juxta quàm contendebant nullo modo ad Archiepiſcopum ſpectare præeſſe, & jubere in Capitulo, ſed ad Decanum, per conſequens ſequitur ipſis, ſeu dicto Decano, etiam dictum Jus præſidendi fuiſſe denegatum, nam ſuppoſito, quòd idem Decanus nequeat præeſſe, & jubere in Capitu-
11 lo vigore immemorabili, certum exindè fit, præſidentiam remanere penès Archiepiſcopum habentem pro ſe Juris aſſiſtentiam, ex deductis per *Gratian. diſcept. forenſ. c. 957. num. 22. & 25. Tiraquel. ad leg. connub. gloſſ. 7. num. 177. & ſeq. Gail. lib. 2. obſerv. 2. nu. 2. & 4. Magon. dec. Lucan. 33. num. 10. Seſſ. dec. Aragon. 201. num. 31.* ceſſante de cætero quacumque difficultate ex memoratis reſolutionibus ejuſdem Sacræ Congregarionis, quoniam contendente Capitulo poſt denegationem Remiſſoriæ, nil circa præeſſe, & jubere in Capitulo fuiſſe favore Archiepiſcopi per Sacrum illud Tribunal deciſum, & verba illa *ad nutum Archiepiſcopi* in ſecundo decreto contenta importare, quòd ipſe valeret ſimplices nutus facere, non autem verba proferre, cum eadem Sacra Congregatio ſub die 31. Auguſti 1696. utramque inſtanriam rejecerit, reſcribendo -- *In ultimo loco deciſis, & ly ad* nutum *intelligi debere juxta voluntatem ab Archiepiſcopo quocumque modo exprimendam, & Capitulum acquieſcat*, ex his clariſſimè infertur Eminentiſſimos Patres exiſtimaſſe quæſtionem præſidentiæ fuiſſe ſub decreto denegationis Remiſſoriæ ſufficienter reſolutam.

Haud refragante, quòd Sacra Congregatio quemadmodum decrevit ſervandum eſſe ſolitum, *jubente Archiepiſcopo*, ita voluerit præſidentiam ſpectare debere ad Decanum, qui in illius immemorabili poſſeſſione reperitur, quia cum dubium ex tunc diſputatum duas habeat diſtinctas partes, alteram nempè in his verbis -- *An ad Archiepiſcopum pertineat, non verò ad Decanum præeſſe, & jubere, cum adeſt in Capitulo, alteram verò, & tenere campanellum, & horologium, quibus regulantur concurſus ad præbendas*, & utrique cum eadem diſtinctione Sacra Congregatio reſponderit, primæ ſcilicet pro receſſu à deciſis, hoc eſt pro denegatione Remiſſoriæ, ſecundæ verò per eadem verba *ſervandum eſſe ſolitum, jubente Archiepiſcopo*. Signum evidens ſit, quòd dicta verba non cadunt ſuper prima parte dubii circa præeſſe, & jubere in Capitulo, ſed ſuper ſecunda reſpiciente retentionem campanellæ, & horologii, quibus regulantur concurſus ad præbendas, aliàs enim ipſa reſolutio ſibi contradixiſſet, dum eodem tempore reprobaſſet conſuetudinem immemorabilem, & ſimul
approbaſſet ſolitum, quæ contrarietas, & repugnan- 12
tia omninò evitanda eſt, ad *Text. in cap. cum expediat, de elect. in 6. l. cum hic ſtatus §. 1. in fin. ff. de donat. int. vir. & ux. l. ubi repugnantia ff. de regul. Jur. Barboſ. axiom. 130. num. 4. Menoc. de præſump. lib. 6. præſ. 37. num. 14. Surd. dec. 276. num. 3.* præter quamquod, ut benè dicebat unus ex Dominis, ubi etiam verba illa, *ſervandum eſſe ſolitum*, referri poſſent ad controverſam præſidentiam in Capitulo, id tamen parùm, aut nihil juvaret Decano, quia cum iſtud ſolitum non ſecus fuerit per Sacram Congregationem admiſſum, *quam juxta voluntatem ab Archiepiſcopo quoquo modo exprimendam*, ſemper utique etiam juxta hunc ſenſum poſſet idem Archiepiſcopus, ſi vellet, præeſſe, & jubere, cum adeſt in Capitulo.

Neque obſtat dicere, quòd cum ex præſcripto fundamentalis Statuti Metropolitanæ Eccleſiæ pertineat Decano convocare Capitulum, quoties ſibi videbitur expedire, quodque id ſolùm ad Archiepiſcopum ſpectet, quando Decanus illud convocare nollet, indè facultas ejuſdem Archiepiſcopi illud convocandi, & in
eo præſidendi reſtricta videatur ad ſolum caſum omiſ- 13
ſionis, aut negligentiæ Decani, ex trita concluſione, quòd exceptio firmat regulam in non exceptis ad *Text. in cap. 4. irrefragabili 13. §. Exceſſus de offic. Ordin. Bertrand. conſ. 2. num. 1. & ſeq. vol. 2. Gonzal. in d. cap. irrefragabili num. 3. ibique P. Layman num. 4.* Ultra quod enim Sacrum Concilium Tridentinum *in d. ſeſſ. 25. c. 6. de reformat.* ut ſuperiùs prænotatum eſt, facultatem convocandi Capitulum expreſſè tribuit Archiepiſcopo, non obſtantibus ſententiis, privilegiis, concordiis, ac etiam conſuetudinibus immemorabilibus, quælibet inſuper ceſſat amaritudo ex verbis ipſius Statuti, ea namque cum dictam facultatem Archiepiſcopo, quandocumque voluerit, concedant, illamque ſolùm reſtringant in ordine ad illius Officialem, ut ſi in abſentia ejuſdem Archiepiſcopi vellet Capitulum convocare, id poſſet ſolùm in caſu, quo Decanus illud convocare nollet ibi -- *Ita tamen quod Archiepiſcopus poſſit quando voluerit convocare, vel ejus Officialis in abſentia Archiepiſcopi, ſi Decanus convocare nollet*, reſtrictio exindè utendi facultate prædicta in ſolo caſu omiſſionis, aut negligentiæ Decani in convocando nullatenùs referri poteſt ad Archiepiſcopum, cui eadem facultas quandocumque voluerit in præcedentibus Statuti verbis legitur impartita.

Minuſque urget, quòd Decanus gerat primam figu- 14
ram in Capitulo, ex quo ſit illius Caput, ad tradita per *Sarav. de Adjunct. quæſt. 34. num. 6. & 44. Caſtropal. oper. moral. tom. 1. tract. 3. diſput. 1. num. 25. verſ. ad confirmat.* ubi, quòd Capitulum, ſecluſo Epiſcopo, eſt Corpus integrum, quod habet Caput immediatum, ſcilicet Decanum. *Rota coram Put. dec. 209. num. 1. & per tot. lib. 3. & deciſ. 533. num. 5. part. 2. recent.* & dicatur honorabilior pars ipſius Capituli, ad *Text. in cap. poſt electionem, de conceſſ. præbend. cap. cum inter univerſos 18. ibique gloſſ. V. ad Dec. de elect. Barboſ. de Can. & Dignit. cap. 7. num. 1. Lotter. de Re Benef. d. quæſt. 16. num. 77.* Id enim locum ſibi vindicat ſolùm cir- 15
ca inferiora, & minora negotia, quæ tangunt intereſſe particulare Canonicorum, quæque ſine Epiſcopo poſſunt per Decanum, & Capitulum definiri, non autem quoad negotia ardua, & majora, quæ univerſalem Eccleſiæ ſtatum concernunt, & de quibus Capitulum ſine Epiſcopo minimè valet diſponere, ut ex *cap. novit. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit.*

benè

Digitized by Google

benè diſtinguunt *Suarez de legib. lib. 4. c. 6. num. 11. Barboſ. de Canon. & Dignitat. c. 42. num. 15. & ſeq. Ceccop. d. lib. 4. num. 133. & ſeq. Seraphin. de Priv. Juram. priv. 52. num. ult. Sarav. de Adjunct. part. 34. num.* 44. cum præciſivè à dicto caſu, in quo agatur de ne-
16 gotiis particularibus Canonicorum, Epiſcopus ſemper dicatur principale Caput Capituli, & Eccleſiæ, ut notant *Ceccop. d. lib. 4. num. 133. verſ. nec urget., Sarav. de Adjunct. quæſt. 1. num. 7. Frances de Eccl. Cathedr. c. 12 num. 46. & c. 22. num. 49. & ſeq. Sperell. de Epiſcop. part. 1. cap. 1. lit. C. fol. 5.* & Decanus ſit Caput ſubalternum, & inferius eidem Epiſcopo, ut
17 ſubdunt *Sarav. d. quæſt. 34. num. 44. Ceccop. in loco ſuperiùs citato. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 16. num.* 69. ubi, quòd Jus præſidendi reſidet in Capitulo ſubalternatè ad prælationem Epiſcopi.

Prout nec officit, quòd Epiſcopus non habeat vo-
18 cem in Capitulo, ex deductis per *Barboſ. in Collect. ad Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. c. 6. de reformat. num. 47. ibique Gallemart. num. 22. Vener. in Exam. Epiſc. lib. 4. c. 29. num. 42. Ceccop. Lucubrat. Canon. d. lib. 4. ſub nu. 50. verſ. & quoniam*. Quia hoc non impedit, quominùs ipſe debeat in Capitulo præſidere, quando in eo
19 aſſiſtit, cum Concilium Tridentinum, quamvis Epiſcopis non concedat habere vocem in Capitulo, ipſis tamen elargitur præcipuam rerum omnium agendarum auctoritatem, & præ cæteris Jus dictum Capitulum convocandi, exquirendi vota Capitularium, & juxta illorum majorem partem reſolvendi, eo mo-
20 do, quo ſervatur in ipſis Decanis, ſeu etiam Archidiaconis, & Prioribus in ſacris non conſtitutis, qui, etſi non habeant vocem in Capitulo, poſſunt tamen Capitulum convocare, atque in illo, abſente Epiſcopo, proponere, & reſolutiones accipere, ut obſervant *Garz. de Beneſic. part. 3. capit. 4. in addit. ſub numer. 26. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 27. de reformat. capit. 6. num. 10. & de Canon. & Dignitat. cap. 37. numer. 12.*

Similiter nec relevat, quòd Canonici non teneantur, ſi nolunt, Epiſcopum in Capitulo admittere, quamvis ipſe poſſit corrigere abuſus, ſi in convocatione, & celebratione Capituli irrepſerint, ut firmant *Ceccop. d. lib. 4. ſub num. 15. Rota coram Coccin. dec. 2174. num. 9. & ſeqq. repetit. in rec. part. 7. dec.* 112. Hoc ſiquidem procedere poteſt, quando in Ca-
21 pitulo per Archiepiſcopum aliquod proponitur negotium ad ſe, vel ſuos pertinens, cum hoc caſu, expoſitis ab eo, quæ ſibi libuerint, exire teneatur à Capitulo, & relinquere Canonicos ſolos, ut liberiùs deliberare poſſint circa reſolutionem, ad tradita per *Gallett. in Summ. V. Epiſcopus. Vener. d. capit. 29. num. 38. Ceccop. d. lib. 4. ſub num.* 50. At quando Archiepiſcopus habet aliquid proponere, quod ad ſe, vel ſuos non ſpectet, tunc nedum poteſt Capitulum convocare, ſed etiam in illo aſſiſtere, ut expreſsè legitur *in Concil. Trid. d. ſeſſ. 25. c. 6.* ibi -- *Qui ſi aliquod Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante, agatur, Epiſcopi ipſi Capitulum convocent, vota exquirant, & juxta ea concludant*, & referunt ibidem *Gallemart. num. 19. & ſeqq. & Barboſ. num. 42. & ſeq. Paul. Faſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 15. num. 26. Vener. in Exam. Epiſc. d. lib. 4. capit. 29. num. 37. Ceccop. d. pariter lib. 4. num. 50. & ſeqq.*

Demum, nec ſtringit argumentum, quòd ſicuti de-
22 ſertur conſuetudini in eo, quòd Epiſcopus, qui ſimul ſit Canonicus in ſua Eccleſia, quoties aſſiſtit in Capitulo uti Canonicus ſedeat in loco inferiori, & tunc præſideat Decanus, vel alter de Capitulo, *ad gloſſ. in c. à collatione V. Prælatus, de appellat. in 6. Menoch. de Arbitrar. caſ. 68. num. 23. & 24. Gratian. diſcept. for. c. 111. num. 14. Barboſ. in d. c. à collatione, num. 3. & 5. Vener. in Exam. Epiſc. lib. 4. c. 29. num. 32. Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 15. num. 31. & ſeq.* quamvis de cætero ipſe Epiſcopus ſit Superior, & habeat juriſdictionem inter perſonas Capitulares, ad firmata per *Rot. cor. Put. dec. 104. num. 8. lib. 3.* ita admitti omnino debeat immemorabilis conſuetudo, ad conſequendam præſidentiam Decano privativè competentem.

In caſu etenim, quòd Epiſcopus, quando aſſiſtit in Capitulo uti Canonicus, non habeat, in illo actu repræſentationem, & auctoritatem Epiſcopi, ſed agat meram figuram Canonici, eatenus deſertur conſuetudini, quatenus id nullatenus eſt contra Juris diſpoſitionem, ſed potiùs eidem conforme, ut *in dicto c. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend. & in d. capit. à collatione, de appellat. in 6.* cum reſpectu diverſæ qualita- 23
tis eadem perſona ſuſtinere valeat vicem duarum perſonarum, etiam in incompatibilibus, ut notant *Domin. in d. c. à collatione, num. 3. ibidemque Franch. numer. 2. & Paſſerin. num. 6.* & attendatur repræſentatio, quam in quolibet actu habet, abſque eo quòd unius perſonæ jus cum jure alterius confundatur, ad *Text. in l. ſi mihi, & tibi* ubi *DD. ff. de legat. 1. Barboſ. de Canon. c. 37. num. 18.* prout exemplum habemus in Epiſcopo Melitenſi, qui ſedet in Conſilio poſt 24
Priorem, vel Magnum Magiſtrum, eo quòd ibi non intervenit uti Epiſcopus, ſed uti deferens Magnam Crucem, ut refert *Barboſ. ad Conc. Trid. d. c. 6. numer. 46. ad fin.* & firmat *Rota coram Caputaquen. dec. 307. part. 1. & coram Puteo dec. 104. lib. 4.* & rurſus in Sacro Rotæ Auditore, facto Epiſcopo cum retentione Auditoratus, qui in Tribunali tenet ſuum 25
locum juxta etiam antianitatem, quamvis extra Rotam, & ſignanter in Capella Pontificia, præcedat omnes Auditores, ut monent *Gratian. diſcept. for. c. 298. num. 38. Theodoſ. de Rub. Stagul. Rotæ tom. 2. part. 4. tit. de præced. Prothonotar. num. 1. pag. 488. Barboſ. de Canon. & Dignitat. c. 36. num. 2. & ſeqq.* ubi refert alia exempla, *& in Collect. ad Concilium d. capit. 6. numer. 46.*

At verò, quòd Epiſcopus, quando aſſiſtit in Capitulo uti Prælatus, & Caput principale Eccleſiæ, & ejuſdem Capituli, non habeat præſidentiam, & majorem auctoritatem, ſed illa exerceatur per Decanum, eſt omninò repugnans, nedum diſpoſitioni Juris, ſed etiam rationi naturali, adeout rectiſſimè ad hoc propoſitum non ſolùm non deferatur conſuetudini, ſed ipſa etiam immemorabilis, tanquàm corruptela, & abuſus, reprobetur per Sac. Tridentinum Concilium *in dicta ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6.* Neque obſiſtit, quòd, ut refert *Cardin. de Luc. in Miſcell. Eccl. diſc. 39. num. 8.* juxta frequentiorem uſum Hiſpaniæ, 26
Epiſcopus potiùs tanquam unus ex Canonicis, quàm uti Epiſcopus aſſiſtat in Choro, & conceſſa ſibi tantùm in dignitatis ſignum aliqua majori prærogativa in ornamento Sedis, in reliquis tanquam unus ex Capitularibus reputari ſoleat: quia quicquid ſit in aliis Eccleſiis illarum partium, in Metropolitana Eccleſia Hiſpalen. non controvertitur, quòd Archiepiſcopus aſſiſtat in Capitulo tanquàm Prælatus, id quod manifeſtè etiam 27
dignoſcitur, ex quo inibi ipſe occupat primam ſedem in loco digniori, ex deductis per *gloſſ. in d. cap. à collatione, de appellat. in 6. V. Prælatus, ibique Paſſerin. num. 3. Menoch. conſ. 81. num. 43. Lotter. de Re Ben. lib. 1. quæſt. 15. num. 33.* quando de cætero ſufficeret etiam rem in dubio verſari, ut indè præſumendum eſſet, ipſum tanquam Epiſcopum, non uti Canonicum, intereſſe, ex Auctoritatibus ſuperiùs allegatis, *in §. Licèt namque*.

Et ita Archiepiſcopo tantùm informante, & Capitulo inſtante pro Remiſſoria, concluſum fuit, omnibus DD. ſuffragantibus.

R. P. D. DELL' OLMO.

Hiſpalen. Juris præſidendi in Choro.

Veneris 2. Julii 1700.

ARGUMENTUM.

An Jus præſidendi, & jubendi in Choro, ac delinquentes corrigendi, & mulctandi, competere poſſit Decano, ſive alteri de Capitulo, privativè quoad Epiſcopum, vel potius cumulativè, & cum ipſius prælatione.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Ad Decanum regulariter ſpectat præſidere in Choro, & Eccleſia, omniaque ordinare, quæ Cultum Divinum reſpiciunt.*

2 *Iſta tamen Juriſdictio non cenſetur conceſſa Decano privativè quoad Epiſcopum, ſed cumulativè cum illo, quando in Choro, vel Eccleſia, eſt præſeas, ad celebranda Divina Officia.*

3 *Afferuntur Reſolutiones, in hac Cauſa editæ, SS. Congreg. tam Concilii, quàm Rituum.*

4 *Cauſa per ſententias ſopita, non eſt ampliùs in controverſiam revocanda.*

5 *In prædicta Juriſdictione cumulativa, competente Decano cum Epiſcopo, non datur præventio, ſed Epiſcopus debet habere prælationem*, & num. 8. 11. 14. 15. & 20.

6 *Ex ordinatione S. Iſidori, olim Archipræſulis Eccleſiæ Hiſpal. deſignata fuerunt in eadem Officia, ad unumquenque ſpectantia.*

7 *Per conceſſionem Juriſdictionis, factam Inferiori, nunquam cenſetur remiſſa Juriſdictio Superioris concedentis*, & n. 30. & 42.

9 *Decanus, ubi non adeſt Archipresbyter, ſubrogatur in locum illius, & habet eaſdem prærogativas, quas habere debebat Archipresbyter, tanquam Caput Capituli.*

10 *Archipresbyteri autem Juriſdictio eſt Epiſcopo ſubordinata, neque illam poteſt exercere, niſi abſente Epiſcopo.*

12 *Epiſcopo debetur in Choro, & Capitulo prima Sedes, & locus, & præcipua rerum agendarum auctoritas, non obſtantibus privilegiis, ſententiis, concordiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.*

13 *Et huiuſmodi auctoritas non poteſt eſſe, niſi cum prælatione, aliàs non eſſet præcipua, ſed omnino æqualis cum Juriſdictione Decani.*

16 *Dictio* poſt *denotat ordinem ſucceſſivum, præcipuè quando reſpicit perſonam.*

17 *Verba, in ea eadem oratione prolata, intelliguntur retento eodem themate præcedenti.*

18 *Dictio*, & *repetit qualitates primæ diſpoſitionis in ſecunda.*

19 *Eandem virtutem habet dictio* etiam.

20 *Ubi datur præventio, ſi actus ſint contemporanei, debet præferri Juriſdictio majoris Judicis.*

21 *Eſt contra Juris diſpoſitionem, quòd Superior, & Judex ordinarius, debeat præveniri, & excludi ab Inferiore, & ſubdito.*

22 *Epiſcopus eſt caput Eccleſiæ, Capitulum autem, & Canonici ſunt membra.*

23 *Quæ à proprio Capite ſemper regulari debent.*

24 *Inter Judices habentes inſolidum Juriſdictionem cumulativam, eſt locus præventioni.*

25 *Itaut nec ratione majoris Dignitatis, ſeu Juriſdictionis, debeat dari inter eoſdem prælatio.*

26 *Concedens alteri Juriſdictionem, non videtur repugnare, etiam juxta regulas naturæ præventionis, quod illi præferri debeat in exercitio ipſius Juriſdictionis.*

27 *Quomodo intelligendus ſit* text. in Can. *perlectis* diſt. 25. & nu. ſeq.

29 *Archidiaconus, circa Cultum Divinum, officium ſuum exercet nomine Epiſcopi.*

31 *Declaratur* Seraph. dec. 639.

32 *Statuto, vel conſuetudine competere poteſt Capitulis Eccleſiarum Cathedralium, etiam non exemptis, jus corrigendi Capitulares, cæteraſque perſonas ejuſdem Eccleſiæ, intra ejus ambitum delinquentes, etiam per ſubtractionem fructuum, vel diſtributionum, ſeu vocis in Capitulo ad tempus*, & numer. ſeq.

34 *Hæc tamen Juriſdictio correctionalis non eſt privativa Capituli, ſed competit etiam Epiſcopo.*

35 *Eamque exercere poteſt etiam contra Canonicos, & cæteros Clericos Eccleſiæ Cathedralis delinquentes.*

36 *Et in delictis quoque levibus, per eoſdem commiſſis.*

37 *Verba* in omnibus caſibus, *tanquam generaliſſima, omnes prorſus caſus comprehendunt.*

38 *Quod in uno caſu conceditur, in aliis cenſetur prohibitum.*

39 *De natura conceſſionis eſt, ut Juriſdictio nunquam cenſeatur tributa, quando concedens vult per ſe eandem exercere.*

40 *Verbum* poſſit *cumulativam Juriſdictionem denotat.*

41 *Et in dubio eſt judicandum pro conceſſione cumulativa.*

43 *In caſu negligentiæ Decani, ſeu alterius Capitularis, in corrigendo delinquentes circa Divina Officia, Epiſcopus procedere debet. Amplia* n. 45.

46 *Hodie tamen poſt* Concil. Trident. *in quolibet caſu habet Epiſcopus Juriſdictionem cumulativam, & ſimultaneam.*

47 *Non obſtante immemorabili quaſi poſſeſſione contraria, quæ per idem Concilium expreſsè rejicitur.*

48 *Et eſt potiùs corruptela, & abuſus, quòd inferior excludat ab exercitio Juriſdictionis Ordinarium in propria Eccleſia, qui eſt ſuperior, & Caput.*

49 *Sententia prolata in Cauſa diverſa non eſt attendenda.*

50 *Maximè contra non citatum.*

DECISIO XLIV.

CONtemporaneè cum dubio ſuper præſidentia in Capitulo, Patres conſului ſuper alio, uſque ſub die 26. Junii 1697. propoſito, ſed non deciſo -- *ad quem ſcilicet, & quomodo pertineat præeſſe, & jubere in Choro, & in Eccleſia, præſente Archiepiſcopo*, quod ſimilitèr pro Reverendiſſimo Archiepiſcopo informante reſolutum fuit, ut videlicet præeſſe, & jubere in Choro, & Eccleſia, præſente ipſo, pertineat ad Decanum, vel alium de Capitulo, non privativè ad Archiepiſcopum, ſed cumulativè, & cum ipſius prælatione.

Quo enim ad primam reſolutionis partem circa cumulativam Juriſdictionem Archiepiſcopi, & Capituli, de facili proceſſit deciſio, quia quamvis regula- 1
ritèr ad Decanam Capituli ſpectet præſidere in Choro, & Eccleſia, & ea omnia ordinare, quæ concernunt Cultum Divinum, ſilentium, & ſimilia, judicare, compellere Aſſiſtentes pro conſuetis ſervitiis præſtandis, corrigere errantes, mulctaſque contra delinquentes imponere nomine ipſius Capituli, juxta *Concil. Baſilien. ſeſſ.* 21. *tit. quomodo Divin. Off. in Eccl. ſit celebrand.* §. *Si quis Principem* 3. ibi -- *ſuper his debitè obſervandis, aliiſque ad Divini Officii proſecutionem, ac Chori diſciplinam ſpectantibus, Decanus, vel cui onus incumbit, invigilet hinc indè, nè quid inordinatè fiat circumſpiciens. Acta Eccl. Mediolan. cond. à Div. Carol. part.* 1. *tit. de Off. ejus, qui in Choro præſidet fol.* 25. *ac Jus Hiſpanum in l.* 3. *tit.* 6. *part.* 1. *Menoch. conſ.* 257. *num.* 62. & 76. *Valenzuel. conſ.* 149. *num.* 9. & *ſeqq.* & *à num.* 69. *Sarav. de Adjunct. quæſt.* 34. *num.* 14. & *per tot. Barb. de Canon.* & *Dignit. c.* 7. *num.* 8. *Anaſtaſ. Germon. in ſuo Archiepiſcopali lib.* 4. *tit.* 13. *c.* 14. §. 1. *Lotter. de Re Beneſ. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 7. *Vener. in Exam. Epiſ. lib.* 4. *c.* 29. *num.* 2. & *ſeqq. Thomaſin. in Veter.* & *Nov. Eccl. Diſciplin. part.* 3. *lib.* 3. *c.* 41. *num.* 3. *Rot. cor. Seraphin. dec.* 639. *num.* 7. *ſeqq. coram Merlin. dec.* 461. *num.* 1. & *in rec. dec.* 532. *num.* 5. *part.* 2. hujuſmodi tamen Juriſdictio non cenſetur conceſſa Decano privativè quoad Archiepiſcopum, ſed cumulativè cum illo, quando ipſe aſſiſtit in Choro, vel in Eccleſia, ſi- 2
mul cum Dignitatibus, Canonicis Beneficiatis, aliiſque Miniſtris, ad celebrandum Divina Officia, ut tenent in puncto *Aret. conſ.* 102. *nu.* 1. *Burſatt. conſ.* 391. *num.* 27. *verſ. Nec quartum*, & *verſ.* 5. *Sarav. de Adjunct. quæſt.* 34. *num.* 34. *Tondut. de Prævent. part.* 2. *c.* 45. *n.* 14. *Rot. coram Peutinger. dec.* 46. *num.* 2. *per tot. coram Merlin. d. dec.* 461. *num.* 1. & *in rec. dec.* 333. *num.* 2. *part.* 2. & *dec.* 254. *num.* 6. 16. 21. & *ſeq. part.* 19. & *in Tarraconen. Juriſdictionis ſuper Edictis, in præcedenti audientia diei* 28. *Junii proximè præteriti* §. *Quandoquidem, coram Me.*

Atque id indubiè confirmatur, nedum ex Reſolutionibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, editis in una Calaritana de annis 1645. & 1553. in-

qui-

quibus reſolutum fuit, ad Archiepiſcopum pertine-
re, mulctare Canonicos in Choro, quaſque amplexa
fuit *Rot. in Derthuſen. Juriſdictionis* 28. *Januarii* 1697.
§. fin. verſ. hancq. coram R. P. D. *meo Pio*, ſed etiam
ex decretis factis in hac met Cauſa *Hiſpalenſi* per Sa-
3 cram Congregationem Rituum. In ea ſiquidem pro-
poſito ad inſtantiam Archiepiſcopi ſub die 3. Septem-
bris 1695. dubio -- *An valeat Archiepiſcopus in ſua Ca-
thedrali corrigere defectus, & cæremonias, alioſque abu-
ſus, non obſtante, quòd hanc facultatem arrogaverit Ca-
pitulum Decano, vel alteri Capitulari ex circumſtantibus*,
& ſupplicante Capitulo pro conceſſione Remiſſoriæ
ad probandam immemorabilem circa privativam Ju-
riſdictionem Decani, aliarumque Dignitatum in Cho-
ro, reſolutum fuit -- *denegandas eſſe Remiſſorias, &
poſſe Archiepiſcopum cumulativè*, & in eodem ſenſu Sa-
cra Congregatio perſtitit ſub diebus 21. Julii, & pri-
ma Septembris 1696. nam prima vice reſpondit ad
primum *in deciſis, & ad 2. cumulativè, addatur præ-
ſertim negligente Decano, vel altero Capitulari, & am-
pliùs*, & ſecunda vice reſcripſit *nihil, & ampliùs*,
Exortis autem inter Partes nonnullis aliis controver-
ſiis, eadem Sacra Congregatio ſuper primo dubio,
reſpiciente eandem materiam correctionis defectuum,
aliorumque abuſuum, iterum favore Archiepiſcopi
reſpondit ſub die 31. Auguſti 1697. *affirmativè* ſcili-
cet, & præcipuè in Choro, ut conſtat *ex Summario
manuſcripto Archiepiſcopi num. unico*, hiſce enim De-
cretis, ac Reſolutionibus attentis, Juriſdictio cumu-
4 lativa Archiepiſcopi non debet ampliùs in controver-
ſiam revocari, ut tradunt *Attolin. reſol.* 18. *num.* 68. *&
ſeq. Rot. coram Coccin. dec.* 1680. *n.* 28. *& coram Priolo
dec.* 269. *n.* 7. *& in Romana Locationis* 21. *Janu* 1688.
*§. Quoniam in fine, & §. fin. coram clar. mem. Card. Cac-
cia*, cum idem ſit, poſſe Archiepiſcopum corrigere
cumulativè in Choro defectus, Cæremonias, alioſque
abuſus, ac præeſſe, & jubere cumulativè in Choro;
nam ſi Decanus, vel alius Capitularis haberet Jus pri-
vativum inibi præſidendi, & jubendi, non poſſet am-
pliùs Archiepiſcopus corrigere defectus cumulativè cum
Decano, ad formam prædictarum Reſolutionum Sacræ
Congregationis, ac ultimæ præſertim, in qua ſignantèr
decernitur, poſſe Archiepiſcopum, præcipuè in Choro,
dictos defectus, alioſque abuſus cumulativè corrigere.

Tota igitur Cauſæ difficultas reſidere videbatur in
ſecunda parte Reſolutionis, ſuper eo videlicet, quòd
5 non detur præventio inter Archiepiſcopum, & Deca-
num in prædicta cumulativa Juriſdictione, ſed Archie-
piſcopus debeat habere prælationem. In hac autem
parte Reſolutionis ratio deſumpta fuit, tum ex Ju-
ris aſſiſtentia, tum etiam ex diſpoſitione Sacri Con-
cilii Tridentini, & Statutis Eccleſiæ Hiſpalenſis, quæ
omnia uniformitèr concludunt, prælationem in præſi-
dendo, & jubendo, debitam eſſe Archiepiſcopo. Et
6 quidem, ex Juris aſſiſtentia, nam *Divus Iſidorus*, olim
dictæ Eccleſiæ Archipræſul, *in Canon. perlectis diſtinct.*
25. poſtquam deſignavit, quid pertineat ad Archi-
diaconum, quid ad Archipresbyterum, & quæ offi-
cia ſpectent ad Primicerium, & Theſaurarium, ac
ad alios inferiores, & ſignantèr circa ordinem, &
modum pſallendi in Choro, & ſingulas res, ſpectan-
tes ad Cultum Divinum, quoad Dignitatem, & po-
teſtatem Epiſcopi, ſubjungit, quòd ipſe prædicta of-
ficia, & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit, & licèt
unuſquiſque in ſingulis ordinibus præcedat, ipſe ta-
men eſt præordinator in cunctis. Cum itaque non ob-
ſtante conceſſione Juriſdictionis, & diſtributione of-
ficiorum, facta Dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis,
adhuc Epiſcopus in cunctis remaneat præordinator,
ipſe utique, quando eſt præſens in Choro, & Eccle-
ſia, ſemper præferri debet in exercitio Juriſdictio-
nis, inferioribus diſtributæ, adſtipulante ad id certiſ-
7 ſima Juris concluſione, quòd per illius conceſſionem,
factam inferiori, remiſſa nunquam cenſeatur Juriſdi-
ctio Superioris concedentis, ſed penes ipſum remaneat
ſemper illæſa, ac major, quàm ſit illa, inferiori con-
ceſſa, argum. *Text. in c. Dudum §. Nos igitur, de præ-
ben. in 6. c. cum Epiſcopus c. licet, verſ. Ta tamen, de
off. Ordinar. c. per hoc, de hæret. in 6. Gonzal. ad Re-
gul. 8. Cancell. §. 2. proœm. à num. 2. & ſeqq. Burſatt.
conſ.* 391. *nu.* 15. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 457. *n.* 14. *& ſeqq.
part. 3. recen.* & in puncto, quòd Decanus, præſente 8
Epiſcopo in Choro, non habeat, niſi meram cumula-
tivam cum illo, & cum illius prælatione, firmant *Præ-
poſit. in d. Canon. perlectis num.* 32. *ibique Gemin. verſ.
ſed concordando opiniones, & Archidiaconus numer.* 23.
Innoc. in cap. cum non ignores, n. 2. *de præben. Panorm.
in cap. final. n.* 7. *in fin. de offic. Archidiac.* optimè *Berous
conſ.* 22. *n.* 23. *& ſeq. ac per tot. lib.* 1. ubi quòd Archie-
piſcopo comperit Juriſdictio cumulativa, non præven-
tivè, ſed ordinativè. *Burſatt. conſ.* 391. *per tot. Lotter.
de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 69. ubi quòd Jus præ-
ſidendi reſidet in Capitulo ſubalternatè ad prælatio-
nem Epiſcopi. *Rota deciſ.* 613. *&* 647. *utrobique n.* 7.
coram Seraphin.

Et ſenſus iſte eo magis confovetur ex eo, quòd in
Eccleſia Hiſpalenſi, prout & in aliis Cathedralibus,
ubi non eſt Archipresbyter, ſubrogatur in ejus lo- 9
cum Decanus, qui habet eaſdem prærogativas, quas
habere debebat Archipresbyter, tanquam Caput Ca-
pituli, ut obſervant *Monoch. conſ.* 257. *n.* 32. *Sarav. de
Adiunct. quæſt.* 34. *n.* 4. *Barboſ. de Canon. & Dignitat. cap.*
4. *num.* 3. *Valenzuel. conſ.* 149. *num.* 8. *Azor. Inſtit. Moral.
part.* 2. *cap.* 15. *in princ. lib.* 3. *Fermoſin. in cap.* 1. *quæſt.*
1. *num.* 6. *& ſeq. de ætat. & qualit. & in rubr. de offic.
Archipresb. numer.* 23. *Gonzal. in cap.* 1. *numer.* 2. *verſ.
quia plerunque, eod. tit. Franc. Marcb. deciſ. Delphinat.*
1365. *num.* 5. *Rot. coram Merlin. dec.* 295. *nu.* 3. *& ſeq.
& deciſ.* 461. *in princ. & in recen. deciſ.* 533. *num.* 5.
part. 2. ſicuti autem Juriſdictio Archipresbyteri ſubor-
dinata eſt Epiſcopo, dum illam, non niſi eo abſente, 10
& deficiente, valet exercere, ad clarum *Text. in d. Ca-
non. perlectis, diſtinct.* 25. ibi -- *Et quando Epiſcopi ſui
abſentia contigerit, & in cap. miniſterium, de offic. Ar-
chipresbyt.* ibi -- *ſi Epiſcopus defuerit Archipresbyter pro-
videat cuncta, quæ in Sacerdotum miniſterio perfici debent,
& in cap.* 3. *eod. tit.* ibi -- *Officium Archipresbyteri de Ur-
be conſtat, quando ibi Præſul defuerit, vice ejus officium
inchoare, & in cap. Aurelius* 26. *quæſt.* 6. *Berous de conſ.* 11
22. *num.* 25. *vol.* 1. ita Juriſdictio Decani cenſeri debet
ſubordinata Epiſcopo, nec impedire poteſt, quòd ip-
ſe, ſi ſit præſens, non habeat prælationem in præſi-
dendo, & jubendo, ut in puncto arguit *Rota coram
Merlin. dec.* 461. *n.* 1.

Id ipſum verò pariſormiter deſumitur ex diſpoſitio-
ne Sacri Concilii Tridentini *in ſeſſ.* 25. *de refor. cap.* 6.
Cum namque ibi Sacroſancta Sinodus decernat, quòd 12
Epiſcopis in Choro, & in Capitulo, ſit prima ſedes,
& locus, & præcipua omnium rerum agendarum au-
thoritas, non obſtantibus privilegiis, ſententiis, con-
cordiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabili-
bus, ut tradunt *Paul. Fuſc. de Viſit. lib.* 1. *cap.* 2. *nu-
mer.* 12. *& cap.* 10. *num.* 13. *& cap.* 15. *n.* 24. *Chaſſan.
in Cathal. Glor. Mund. p.* 4. *conſiderat.* 45. *Vener. in Exam.
Epiſc. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 4. *& cap.* 29. *numer.* 28. *&*
34. *Valenzuel. conſ.* 183. *num.* 21. *verſ. alia verba. Bar-
boſ. in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *d. cap.* 6. *n.* 46.
verſ. & præcipua, & de Offic. & Poteſt. Epiſc. alleg. 73.
num. 17. *verſ. ſed ſolùm. Fagnan. in cap. poſtulaſti, num.*
25 *& ſeqq. de conceſſ. præben. Fran. Marc. dec.* 139. *nu.*
2. *tom.* 2. neceſſariò utique fatendum eſt, quòd ipſi
habere debent prælationem in præſidendo, & juben-
do in omnibus, quæ concernunt gubernium, & re- 13
gimen Chori, cum præcipua authoritas eſſe non poſ-
ſit, niſi intelligatur cum prælatione, aliàs Juriſdictio
Decani, & Capituli, eſſet omninò æqualis, atque
eadem cum Juriſdictione Epiſcopo, & quæ competit
Epiſcopo, non eſſet præcipua, & principalis; acce- 14
dente potiſſimum, quòd ita in his terminis aliàs
fuit judicatum per Sacram Rotam, ut *in dec.* 22. *n.*
13. *& ſeq. coram Card. Celſo*, ubi ex motivo prædicti
Conciliaris Decreti denegata fuit Capitulo Remiſſo-
ria ad probandam immemorabilem conſuetudinem in
contrarium, *& in dec.* 62. *numer.* 3. *part.* 1. *recen.* ubi
quòd aliàs eſſet abſurdum, & contra diſpoſitionem Ju-
ris communis, & Sacri Concilii Tridentini, & nu-
perrimè *in Derthuſen. Juriſdictionis* 28. *Januarii* 1697.
§. Ex quibus itaque, & ſeq. coram R. P. D. *meo Pio*, ubi
licèt in prioribus duabus Deciſionibus, editis 6. Fe-
bruarii, & 18. Junii 1696. *coram eodem*, deciſum fuiſſet,
competere Epiſcopo in Choro cumulativam Juriſdi-
ctionem cum Capitulo, cum præventione inter ipſos,
tertia

tertia tamen propoſitione receſſum fuit à deciſis in hac
parte, & reſolutum, quòd vigore præcitati Conci-
liariis Decreti, Epiſcopus, quando eſt præſens in Cho-
ro, & Eccleſia, debeat habere eumulativam Juriſ-
dictionem cum prælatione.

Et denique hoc idem concluditur ex ipſis Statutis
Eccleſiæ Hiſpalenſis, in quibus diſponitur, *quod De-
canus poſt Archiepiſcopum habeat primam vocem, & quòd
poſſit etiam, quæ corrigenda viderit corrigere circa Divina*
15 *Officia*: Si igitur Decanus poſt Archiepiſcopum debet
habere primam vocem, & jus corrigendi, non ob-
ſcurè colligitur, quòd eidem Decano præferri debeat
ipſe Archiepiſcopus in corrigendo exceſſus in Choro,
& Eccleſia, ad *tex. in capit. 1. & cap. ad hoc 7. de offic.*
16 *Archidiac.* cum dictio illa *poſt* denotet ordinem ſuc-
ceſſivum, præcipue quando reſpicit perſonam, *ut
in l. liberorum ff. de V. ſignif. in l. Juris conſultus ff.
de grad. & in l. poſt conſanguineos ff. de ſuis, & le-
git. hæred. Barboſ. dict. 270. num. 7. Rot. dec. 167. num.
6. part. 2. rec.* nec dubium eſt, quin dicta prælatio re-
ferenda ſit etiam ad correctionem exceſſuum, quia
cum Statutum continuativè ad illa verba *poſt Archie-
piſcopum habeat primam vocem*, eidem Decano conce-
dat etiam facultatem corrigendi circa Divina Officia,
quæ corrigenda viderit, hæc ſanè facultas intelligi-
tur data poſt Archiepiſcopum, & cum eadem quali-
tate prælationis, quæ fuit expreſſa in antecedenti con-
ceſſione primæ vocis, tum ex individuitate orationis,
17 quæ ſemper intelligitur retento eodem themate præ-
cedenti, ad *Text. in l. iam hoc Jure ff. de vulg. & pupill.
ſubſtit. Bartol. in l. in repetendis, verſ. ſed adicitur ff. de
legat. 3. Rota coram Bich. dec. 262. num. 9. & in rec.
dec. 33. num. 8. & ſeq.* tum etiam ex dictionibus,
18 *&, etiam &c.* quarum utraque qualitates primæ di-
ſpoſitionis repetit in ſequenti, ut de prima eſt *Text.
in l. Seio §. Cajo, ubi Bartol. ff. de fund. inſtr. Rota cor.
Bich. d. dec. 262. num. 11. & in rec. part. 18. dec. 119.
n. 5.* & de ſecunda *Barboſ. tract. var. dict. 112. num. 16.*
19 *Rot. dec. 34[illegible] 2. coram Mantic. & in rec. deciſ. 161.
n. 7. part. 16. & deciſ. 361. n. 3. part. 18.*

Non etiam prætermiſſo, quòd Patres eo adhuc fa-
ciliùs crediderunt admittendam eſſe hujuſmodi præla-
tionem favore Archiepiſcopi, eo quia non ſine maxi-
ma, ut plurimum, confuſione, ac perturbatione Cul-
tus Divini, practicabilis eſſet præventio inter ipſum,
& Decanum, cum agatur de præſidentia, & juſſio-
nibus extrajudicialibus, oretenus nonnunquam nutu,
ſignis, aut verbo dandis, in eodem loco; actu, &
inſtanti, in quo, ſi tunc Archiepiſcopus vult proce-
dere, non poteſt dari prius, & poſterius, undè in hac
contemporaneitate actuum, adhuc in terminis puræ
præventionis, præferri debet Juriſdictio Archiepiſco-
20 pi, ut majoris Judicis, ut tenent *Decian. Tractat. Cri-
min. lib. 4. cap. 21. num. 10. Guazzin. ad Defenſ. Reor.
defenſ. 1. cap. 8. num. 26. Farinacc. in Prax. quæſt. 7.
num. 63. verſ. & in propoſito. Carleval. de Judic. diſput.
2. num. 896. Tondut. de Prævent. part. 2. cap. 45. nu-
mer. 18.* aliàs enim daretur perpetua occaſio litium,
& diſſentionum in ipſamet Eccleſia, inter Archiepi-
ſcopum, & Capitulum, ſuper momento præventionis,
cum ſcandalo Fidelium, ſacris Officiis intereſſentium,
ut benè in his terminis, conſiderat *Rot. cor. Dunoz,
ſen. dec. 17. n. 9.* ac cum periculo, quòd Archiepiſcopus,
Superior, & Judex Ordinarius, poſſet præveniri,
21 & excludi in præſidendo in propria Eccleſia Cathe-
drali, ab inferiori, & ſubdito, contra diſpoſitionem
Juris in *cap. 1. & cap. ſolitæ, de majorit. & obed. &
cap. auditis 15. de præſcript. Gonzal. in dicto cap. ſolitæ,
numer. 14. & 17. in fin. & in dict. capit. auditis, nu-
mer. 6. Rota dec. 314. numer. 1. part. 18. & dec. 222.*
22 *numer. 2. part. 19. rec.* quòdque ipſe, qui eſt Ca-
put Eccleſiæ, Capitulum autem, & Canonici mem-
bra, juxta *Text. in cap. novit. de his quæ fiunt à Prælat.
ſine conſenſ. Capitul. Chaſſan. in Cathal. Glor. Mund part.
4. conſiderat. 32. verſ. & primo pro capit. Menoch. conſ.
257. numer. 23. Frances de Eccleſ. Cathedral. capit. 12.
numer. 46. & cap. 34. numer. 44. Vener. in Exam. E-*
23 *piſc. ca. 28. num. 4.* non regat, & gubernet ipſa mem-
bra, quæ ſemper regulari debeat à proprio capite,
*cap. cum non liceat, de præſcript. l. cum in diverſum ff.
de religioſ. & ſumptib. funer. Perr. Gregor. in repetit.*

*Tex. in c. conquerente, de offic. Ordinar. c. 11. num.
6. Menoch. d. conſ. 257. n. 50. Sarav. de Adjunct. quæſt. 33.
n. 12. & quæſt. 34. n. 7. & ſeq.*

Et quamvis regulariter inter Judices, habentes inſo-
lidum Juriſdictionem cumulativam, ſit locus præven- 24
tioni, ad *Text. in c. propoſuiſti, de for. competen. c. cum om-
nes 8. de offic. delegat. in 6. leg. ſi quis poſtea 7. de judic. ibi-
que Petr. Barboſ. ex n. 3. Sarav. de Adjun. quæſt. 4. num. 3.
Covarruv. Pract. cap. ult. Carleval. de Judic. tit. 1. diſp. 2.
n. 872. Tondut. de Prævent. part. 1. c. 1. numer. 2. Oliv.
de For. Eccleſ. part. 3. quæſt. 13. à n. 13.* adeout nec ra-
tione majoris Dignitatis, ſeu Juriſdictionis, alicui ex
illis competentis, dari debeat inter eoſdem prælatio, 25
ſeu præordinatio in cognoſcendo, ut monent *Decian.
Tract. Crim. d. lib 4. c. 20. num. 3. & 7. Bero. d. conſ.
22. n. 41. uſque ad fin. lib. 1. Tondut. de Prævent. part. 2.
c. 41. num. 18. Carleval. d. diſput. 2. num. 873. Rota in
Dertbuſen. Juriſdictionis 6. Februarii 1696. §. Minùs,
ad fin. & 18. Junii ejuſdem anni §. Minùſque refert,
coram R. P. D. meo Pio*, & in his præciſis terminis,
*Burſatt. conſil. 391. num. 20. Rot. in rec. part. 19. dec. 254.
num. 28. & 61.* in caſu tamen præſenti ponderatum in-
ſuper fuit, quòd cum Juriſdictio competat Decano vi-
gore Statuti Eccleſiæ, conditi per ipſum Archiepiſco-
pum, cum conſenſu Capituli *Summ. illius num. 1.* ſic-
que Juriſdictionem ſuam quodammodo recognoſcat
ab eodem Archiepiſcopo, adhuc ſecundum regulas 26
naturæ præventionis minimè repugnans videtur, quòd
ille in dictæ Juriſdictionis exercitio præferri debeat
Decano, ut benè ex *c. Epiſcopus c. fin. diſtinct. 17.
Canon. perlectis diſtinct. 25. & c. quoniam, de offic. Ordinar.*
obſervant *Bero. d. conſ. 22. n. 21. 23. & ſeq. & nu. 39.
verſ. 3. ſtatutum. Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea 7. ff. de ju-
dic. ex n. 9. Carleval. de Judic. d. diſput. 2. n. 873. Guaz-
zin. d. defenſ. 1. c. 10. n. 6. Rota in d. Dertbuſen. Juriſdi-
ctionis 18. Junii 1696. §. Minùſque refert, circa medium,
coram R. P. D. meo Pio.*

Neque his omnibus obſtare valent ea, quæ aliàs op- 27
poſita fuerunt ex parte Capituli. Non inquam illud,
quod *Text. in d. Canon. perlectis*, quatenùs decernit,
quòd Epiſcopus ſit Præordinator in cunctis, intelli-
gi debeat reſpectu Juriſdictionis, & ſimilium, non
autem reſpectu Cultus Divini, cum quoad iſtum mul-
ta ſpectent in Eccleſia Cathedrali ad ordinationem
Archidiaconi, & plura in Eccleſiis inferioribus ad
Beneficiatos, ut reſolutum fuit in alia Hiſpalen. ſuper
Jure præſidendi in Choro, ac ſuper guberuio Eccleſia-
rum Parochialium, *coram Seraphin. quæ eſt deciſio 639.
n. 7. & ſeqq.* ut enim apparet ex ectura ipſius *Canon* 28
perlectis, Epiſcopus dicitur Præordinator in ſingulis
officiis, ſpectantibus etiam circa Cultum Divinum ad
Archidiaconum, & aliàs Dignitates, & ſignanter cir-
ca regimen Chori, ut advertit *Lotter. de Re Benef.
lib. 1. quæſt. 16. num. 82.* quod eſt adeò verum, ut ip-
ſe Archidiaconus ea omnia exerceat nomine ipſius
Epiſcopi, *ut ex c. officium 2. c. cum ſatis 4. c. Archi-* 29
diaconus 5. de offic. Archid. monet *Sarav. de Adjunct.
quæſt. 34. numer. 45.* Undè per conſequens id ſemper
intelligendum eſt data prælatione eidem Epiſcopo,
quando ea velit per ſe ipſum exercere, ut ſubdunt 30
*Bero. d. conſ. 22. numer. 25. vol. 5. Barboſ. de Canon.
c. 5. numer. 34. & 35. Gonzal. in c. 5. num. 4. & in
d. c. cum ſatis, num. 1. & ſeqq. de offic. Archidiac. Sarav.
de Adjunct. d. quæſt. 34. n. 44. & ſeq.* Neque adverſatur
dicta dec. 639. coram Seraph. in objecto allegata, quia 31
inibi controverſia non erat cum Archiepiſcopo, quam-
vis ipſe eſſet in Cauſa, ſed inter Rectores, & Be-
neficiatos, ut videre eſt ex *deciſ. 613. 624. 645. &
923. coram eodem Seraphino*, in dicta Cauſa emana-
tis, quodque magis eſt in *d. deciſ. 613.* declaratur,
quòd Jus prædictum præſidendi, & ordinandi circa
Divina Officia, non intelligitur privativè ad Archie-
piſcopum, ejuſque Proviſorem, reſpectu ſuperiori-
tatis ei competentis de Jure communi, & ulteriùs
in d. dec. 923. idem admittebant Beneficiati in Vicariis
foraneis, qui erant in poſſeſſione præſidendi in Eccle-
ſiis, in quibus erant deputati Vicarii, & exercebant
Juriſdictionem in earum diſtrictu.

Quemadmodum non relevat, quòd Sacrum Conci-
lium Tridentinum *in præcit. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6.*
non impediat Capitulis, quominùs ex conſuetudine,

vel Statuto valeant corrigere exceſſus Capitularium
leviter commiſſos in Choro, & Eccleſia, juxta deci-
ſa in dicta *Dertbuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697.
§. Et denique, cum ſeq. & §. Hæc autem, coram R.P.D.
meo Pio*. Quia, & ſi verùm ſit, quòd ex Statuto, vel
conſuetudine, Capitulis Eccleſiarum Cathedralium,
33 etiam non exemptis, competere valeat Jus corrigendi
Capitulares, cæteraſque perſonas ejuſdem Eccleſiæ,
intra ejus ambitum delinquentes, per ſubtractionem
fructuum, vel diſtributionum, ſeu vocis in Capitulo
ad tempus, cum Capitulum habeat in ſe quandam Ju-
riſdictionem correctionalem, & domeſticam, ad *Text.
in cap. irrefragabili in fin. de offic. Ordin. Abb. in cap. cum
contingat n. 28. de for. compet. Sarav. de Adjunct. quæſt.
33. per tot. Frances de Eccleſ. Cathedral. capit. 30. num.
253. & ſeq. Tondut. Quæſt. Beneſic. cap. 61. n. 10. & cap.
62. n. 27. Thomaſin. in Veter. & Nov. Eccleſ. Diſcipl. part.
1. lib. 3. & per tot. Rota coram Seraphin. deciſ. 639. num.
9. & dec. 432. part. 3. diverſ. & in rec. dec. 254. num.
12. part. 19.* hæc tamen Juriſdictio correctionalis non
eſt privativa Capituli, ſed competit etiam Epiſcopo
34 *cap. Epiſcopus nullus, ibique gloſſ. 25. quæſt. 7. cap. ſci-
tote 6. quæſt. 3. cap. non eſt, de conſuetud. in 6. Lancellott.
de Attent. 2. part. in præfat. cap. 4. limit. 1. n. 67. & 99.
Sarav. de Adjunct. quæſt. 33. num. 11. Rota coram Mantica
dec. 207. n. 2. & in rec. part. 19. dec. 254. per tot.* cum
ipſe habeat fundatam intentionem in Jure, etiam con-
tra Canonicos, & cæteros Clericos Eccleſiæ Cathe-
35 dralis delinquentes. *cap. cum Epiſcopus, de offic. Ordi-
nar. in 6. Tondut. Quæſt. Beneſic. cap. 61. num. 1. Rota
coram Mantica d. deciſ. 202. num. 8. & diverſ. part. 4. dec.
715. num. 1. & in rec. dec. 254. num. 15. part. 19. & in
Tarraconen. Juriſdictionis 10. Maji proximè præteriti §. Ha-
bet enim, coram Me*, & etiam in corrigendis delictis
36 levibus, per eoſdem commiſſis. *d. cap. 1. cap. licet,
cap. irrefragabili, de offic. Ordin. Saravia de Adiunct. quæſt.
2. num. 4. & ſeqq. & num. 10. & quæſt. 28. Rota coram
Mantica deciſ. 40. num. 4. & coram Seraphin. dec. 710.
& in d. Dertbuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §.
fin. coram R. P. D. meo Pio*; ſicque aliàs reſolvit Sacram
Congregatio Concilii *in una Calaritana ſub die* 20. *De-
cembris* 1753. & ita etiam deſumitur ex ipſo Conci-
lio Tridentino in ſæpecitata *ſeſſ. 25. cap.* 6. per illa
verba, ibi: *in omnibus autem caſibus*, quæ, tanquam
37 generaliſſima, omnes prorſus cauſas comprehendunt,
per *Text. in leg. Julianus 66. ff. de legat. 3. Barboſ. axiom.
242. n. 1. & ſeqq. Cyriac. controv. 212. n. 27. Rota deciſ.
317. n. 34. part. 18. recen.*

Multoque minùs refragatur, quòd cum per memo-
38 ratum Eccleſiæ Statutum concedatur Decano facultas
corrigendi in Choro exceſſus Capitularium, ea con-
ſequenter ſublata cenſeatur Archiepiſcopo, *ex l. cum
Prætor, de judic. l. maritus Cod. de procurat. Burſatt. d.
conſil. 391. num. 26. & ſeq. Barboſ. de Canonic. cap. 42.
num* 6. Quoniam dicta facultas Decano conceſſa eſt,
non privativè, ſed ſimpliciter cumulativa, ac cum
prælatione ipſius Archipræſulis, ut ſuperiùs proba-
tum eſt, & ſuadetur ea natura ejuſdem conceſſionis,
39 quæ nunquam cenſetur tributa, quando dictus Archie-
piſcopus vult per ſe eandem Juriſdictionem exerce-
re, ut ponderat *Bero. d. conſ. 22. num. 39. verſ. Statutum
non procedit*, & meliùs ex ipſomet Statuto, quod il-
40 lam tribuit per verbum *poſſit*, Juriſdictionem merè
cumulativam denotans, ut in puncto firmat *Rota coram
Peutinger. de diſ. 46. num.* 5. Prærerquam quòd etiam in
41 dubio Juriſdictio cenſetur conceſſa cumulativè, non
privativè ad Judicem Ordinarium, juxta doctrinam
*Bartoli in l. 1. ff. de offic. Præfect. Urb. Bero. d. conſ. 22. nu-
mer. 33. ad fin.* latè *Burſatt. conſ. 391. n. 15. & ſeq. Gra-
tian. diſceptat. for. cap. 154. num. 35. Oliv. de For. Eccleſ.
part. 3. quæſt. 13. num. 2. & ſeqq.* Rot. *deciſ. 912. num. 4.
coram Buratt. & in rec. dec. 618. n. 26. & ſeq. part. 5.
tom. 2. & in Juvenacen. Juriſdictionis 11. Januarii 1686.
§. Nec ab hujuſmodi, cum ſeqq. & 16. Junii 1690. §.
fin. coram bo. me. Urſino, & in Baren. Juriſdictionis 10.
Maji 1688. in fin. coram bo. me. Rondinino*, præmaximè
quando, ut in præſenti, Juriſdictio conceſſa fuit per
dictum Statutum, conditum ab Archiepiſcopo cum
42 conſenſu Capituli, ex firmatis per *Rot. coram Buratt.
dec. 912. n. 4. & coram Peutinger. d. dec. 46. n. 3.*

Neque in aliquo viſa eſt attendenda objectio, quòd
cum Sacr. Rituum Congregatio in ſecunda hujus Cau-
ſæ propoſitione hæc verba priori decreto adjecerit,
*& ad ly cumulativè addatur, præſertim negligente Deca-
no, vel altero Capitulari*, indè quaſi voluerit Archie-
piſcopum procedere debere in ſolo caſu negligentiæ 43
ipſius Decani, juxta *Text. in cap. irrefragabili 13. de
offic. Ordinar. Bertrand. conſ. 2. vol. 5. Burſatt. d. conſ.
391. num. 27. verſ. 5. Thomaſin. d. cap. 41. ſub num. 3.
poſt princip. & num.* 6. nam dicta verba non excludunt
abſolutam cumulativam Juriſdictionem Archiepiſcopi,
etiam non negligente Decano, ſed ſolùm exprimunt 44
caſum minùs dubitabilem, ut de dictione illa *præſer-
tim*, notant *Gloſſ. in l. fin. V. præſertim ff. de liber. &
poſthum. Cened. ſingular. 83. num. 1. & ſeq. Barboſ. dict.
277. n. 4. Card. de Luca de Legat. diſc. 27. num. 6. Ro-
ta coram Coccin. dec. 1045. & in Romana Pecuniaria,
ſeu Attentatorum 20. Januarii proximè præteriti §. Mi-
nus relevat, coram Me*, qualis eſt caſus negligentiæ
Decani, vel alterius Capitularis in procedendo; cum
ea concurrente, vel illius Juriſdictio ſit ſimpliciter 45
cumulativa, vel ſit abſolutè privativa, poſſit Ordi-
narius in utroque caſu procedere, juxta diſpoſitionem
*Text. in d. cap. irrefragabili §. Exceſſus de offic. Ordi-
nar. Gratian. diſcept. for. cap. 154. n. 38. Card. de Luca
in Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc. 13. num.* 6. quamvis hodie
de cætero poſt Concilium Tridentinum idem Ordina-
rius in quolibet caſu habeat cumulativam, & ſimul-
taneam Juriſdictionem, etiam in Capitula, quæ priùs 46
erant exempta, ad firmata per *Rotam in deciſ. 254.
n. 21. & ſeqq. part. 19. rec.*

Minùs demùm obſiſtere valet aſſerta immemorabi-
lis quaſi poſſeſſio Decani, præcedendi, & jubendi in
Choro privativè quoad Archiepiſcopum, etiam ipſo
præſente, ac quædam ſententia Rotalis, favore Ca-
pituli lata ſuper jure moderandi mulctas, per Deca-
num, ſeu Præſidentem in Choro impoſitas. Nam dicta
immemorabilis quaſi poſſeſſio, ubi etiam fuiſſet con-
cludenter probata, nullatenùs relevaret, utpote ex- 47
preſſè rejecta per Sacrum Concilium Tridentinum *in
d. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform.* ut obſervat *Rot. dec. 12.
n. 13. & ſeq. coram Celſo, & dec. 62. n. 5. part. 1. re-
cen. & in Dertbuſen. Juriſdictionis 28. Januarii 1697. §.
Ex quibus itaque, coram* R. P. D. *meo Pio*, cum potiùs
corruptela, & abuſus; quàm legitima poſſeſſio repu-
tari debeat, quòd Inferior excludat ab exercitio Ju-
riſdictionis Archiepiſcopum in propria Eccleſia, qui 48
eſt Superior, & Caput, ut monet *Bero. d. conſ. 22.
numer. 21. lib.* 1. Sententia verò Rotalis non concer-
nit Jus moderandi mulctas privativè quoad Archiepi- 49
ſcopum, undè tanquam prolata in Cauſa diverſa, nil
valet ſtatuere ſuper controverſo Jure præſidendi in
Choro, ex deductis per *Rot. in rec. part. 19. dec. 201.
n.* 17. Fortiùs quia, neque in illa citatus fuit D. Ar- 50
chiepiſcopus, proindeque contra illum eo minùs va-
let opponi, ad *Text. in l. 1. & tot. tit. C. res inter alios
act. Bald. in l. 1. C. de bonor. poſſ. contr. tab. Barboſ. de Ca-
nonic. cap. 42. n. 4. Rota coram Coccin. deciſ. 1913. n. 8.
& ſeqq. & in rec. dec. 37. n. 2. part. 19.*

Et ita Archiepiſcopo ſolùm informante, Capitulo
verò Remiſſoriam etiam in hoc dubio petente, reſo-
lutum fuit, omnibus DD. ſuffragantibus.

R. P. D. P R I O L O.

Hiſpalen. Supellectilium.

Lunæ 28. Novembris 1701.

A R G U M E N T U M.

Confraternitas, erecta in aliqua Eccleſia cum aucto-
ritate Ordinarii, ſi diſſolvatur, ejus Bona, ſeu ſu-
pellectilia, non remanent in dominio ejuſdem Ec-
cleſiæ, ſed ea, tanquam vacantia, cadunt ſub di-
ſpoſitione S. Pontificis, vel Ordinarii. In hac ta-
men Cauſa captum fuit temperamentum, ut Supel-
lectilia Confraternitatis, de qua agitur, non ſtarent
ad liberam diſpoſitionem Ordinarii, ſed applicaren-
tur ad eoſdem pios uſus in eadem Eccleſia Cathe-
drali, ad quos fuerant per Confratres deſtinata.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Confraternitates, erectæ cum auctoritate Ordinarii, remanent eidem ſubjectæ.*
2 *Non poteſt quis aliquid ab eo recipere, qui non habet jus diſponendi.*
3 *Bona Confraternitatum, quæ de facto diſſolutæ reperiuntur, ſtatim remanent ſub diſpoſitione S. Pontificis, vel Ordinarii, tanquam vacantia*, & n. 5. & 53.
4 *Ita ut apud alium nec per viam depoſiti remanere poſſint.*
6 *Ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum in qualibet Eccleſia erigi debent Confraternitates ſub invocatione Sanctiſſimi Sacramenti, pro aſſociando, majori, qua poteſt, reverentia, Euchariſtico Pane infirmis.*
7 *Bona Confraternitatum, in aliqua Eccleſia erectarum, cenſentur eidem Eccleſiæ acquiſita* & n. 11. Amplia n. 9. & 10.
8 *Itaut nec per Ordinarium poſſint in alios uſus converti.* *Contrarium* num. 52. *ubi etiam declarantur Auctoritates, in contrarium allatæ.*
14 *Refertur temperamentum captum in propoſito à S. Rota*

D E C I S I O XLV.

IN Cathedrali Eccleſia Hiſpalen. & ſpecialiter in
Capella Sacrarii, uſque à principio elapſi ſeculi
auctoritate Ordinaria erectæ fuerunt duæ Confraternitates;
Altera de anno 1604. ſub invocatione Sanctiſſimi
Sacramenti, cujus inter alia principalis cura
erat aſſociare cum ſacris luminibus, & aliis Eccleſiaſticis
ornamentis, Panem Euchariſticum infirmis,
ut decentiori, quo fieri poſſet, modo deferretur. Et
altera ſub titulo Animarum Purgatorii de anno 1618.
ut iſtæ Sacrificiis, ac aliarum precum ſuffragiis celerius,
quàm flammis expiatæ, ad cœleſtia evolarent.
Attentis notis controverſiis inter Reverendiſſimum
Archiepiſcopum, & Capitulum circa Viſitationem
dictæ Cathedralis, & modum exhibendi Libros redditionis
rationum, Confratres quoque in eadem navi
conſtituti, potiùs quàm aſſumere longam litem, vel
expectare exitum jam pendentis inter prædictos, diſſolutionem
dictarum Confraternitatum prætulerunt,
& in ſequelam hujus deliberationis Officiales comparuerunt
de anno 1695. coram Decano, & Canonicis
inſimul congregatis, ac expoſito Confratrum propoſito,
inſteterunt, ut Capitulum mandaret Viſitatori dicti
Sacrarii, quòd reciperet claves, ſub quarum cuſtodia
detinebantur mobilia, argenta, & ornamenta, pro
ſervitio, & cultu Dei, *Summ. Capituli n. 6. 7. & 8.*

Participavit hanc diſolutionem Capitulum Archiepiſcopo,
& deinceps continuavit in poſſeſſione dictarum
rerum, ac in præſtatione ſoliti, & debiti honoris erga
Euchariſticum Sacramentum, & in exhibitione
ſuffragiorum pro Animabus purgantibus, donec Reverendiſſimus
Archiepiſcopus condolens ſe gravatum
à tali receptione, & retentione facta per Capitulum,
occaſione aliorum Dubiorum hodie diſputatum fuit coram
Me — *An ſupellectilia, & alia ſpectantia ad Confraternitates
Sacrarii, potuerit Capitulum ab ipſarum Confratribus
recipere, & An liceat eidem Capitulo illa retinere,
ſeu potiùs ſint tradenda Archiepiſcopo ad effectum prædictas
Confraternitates reſtabiliendi, vel de novo erigendi?* &
DD. reſponderunt potuiſſe recipere, & retinere juxta
modum, & modus eſt, quòd Capitulum debeat retinere
dicta mobilia, argenta, & alia ornamenta nomine
Archiepiſcopi, facta deſcriptione coram ipſo, vel alio
ab eodem deputando, ad hoc, ut applicentur ad eoſdem
pios uſus in eadem Eccleſia, ad quos per Confratres
fuerunt deſtinata, prout ferè in hunc ſenſum
ſe declararunt etiam Scribentes pro Archiepiſcopo in
ſua Reſponſione *§. Sed quatenus.*

Prætendebant nihilominus iſti in ſuis Scripturis,
quòd Capitulum neque dictam conſignationem recipere
poſſet, ex quo cum dictæ Confraternitates erectæ
reperiantur auctoritate Ordinaria, erant eidem Re-
1 verendiſſimo Archiepiſcopo ſubjectæ, tam ex diſpoſitione
Juris, ut *in capit. de Zenodochiis, & capit.
ad hæc, de relig. domib.* quàm ex Sacro Concilio Tridentino
ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de reform. & Conſtitution.
Clement. VIII. *in Bullar. la* 105. *§.* 8. quàm ex ſpeciali
lege fundationis, in qua expreſsè legitur, quòd tales
Confraternitates ſubjectæ eſſe debebant illius Juriſdictioni,
& quod Confratres impoſterum tenerentur
de illarum bonis Viſitatoribus dictis Archiepiſcopatus
rationem reddere, *Summar. Archiepiſcops à
num. 1. uſque ad 6. & ſignanter. num. 3. li. A.* ex quibus
legibus inferebatur, quòd dicti Confratres, poſt diſſolutas
Societates, nequibant diſponere de bonis,
ad Confraternitates ſpectantibus; nam ſi per diſſolutionem
ceſſarunt eſſe Confratres, ceſſavit non minus
Jus adminiſtrandi, & per conſequens etiam Jus diſtribuendi
dicta mobilia, & propterea Capitulum non 2
poterat recipere à perſonis, quæ non habebant Jus
diſponendi, per *Text. in l. ſi quis Titio ff. de legat. 3.*
cum aliis adductis per *Petrum de Ubald. de Canonic. Epiſc.
quæſt. 13. n. 28.*

Et deindè prætendebant, quòd tanto minùs dicta
mobilia poſſent retinere, nam bona Confraternitatum,
& aliorum Piorum locorum, quando de facto
reperiuntur diſſoluti, ſtatim illorum bona, tanquam
vacantia, remanent ſub diſpoſitione Summi Pontificis,
vel Ordinarii, donec ſaltem per Sedem Apoſtolicam 3
de illis diſponatur, ut illa, vel Confraternitatibus
de novo erigendis, vel aliis piis uſibus, valeat applicare,
ad *Text. in cap. unico §. Confirmata autem,
de relig. domib.* cum aliis, quæ tradunt *Bart. in l. final.
n. 22. ff. de Colleg. illicit. Abbas in cap. recolendæ, num. 3.
verſ. bona Collegii, de ſtat. Monachor. Tondut. Quæſt.
Benef. part. 3. cap. 22. ſub num. 22.* ex quo ſequebatur,
quòd eadem bona remanere non poterant penes Ca- 4
pitulum; nec etiam per viam depoſiti, ut tradit *Pellizar.
in Manual. tract. 8. cap. 5. ſeſſ. 6. n. 264.* quia illa
recta via tranſire debebant in dominium Superioris
Eccleſiaſtici: per ea, quæ tradunt *Moder. Piſtor. con- 5
ſil. 47. n. 65. Donat. in Prax. Regul. tom. 2. tract. 13. quæſt.
24. n. 10. Rocc. ſelect. c. 183. n. 25. & Rot. in recen. dec.
563. n. 3. cum ſeqq. part. 4.*

E' contra verò per Capitulum dicebatur, quòd tales
Confraternitates, uti erectæ in ejus Eccleſia, &
ad certum opus Pium, & ſignantèr quia ad formam
Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ mandant, quòd
in qualibet Eccleſia Parochiali hujuſmodi Confrater- 6
nitates erigantur, ut teſtatur *Capon. diſcept. 276. num.*
59. & declaravit Sacra Congregatio Epiſcoporum
in Vercellen. 3. Februarii 1610. undè cum tales Confraternitates
non ſtent de per ſe, ſed potiùs erectæ
dicantur in adjutorium Eccleſiæ, ubi reperiuntur fundatæ,
ſequitur proindè, ut illarum bona, quæ repe- 7
riebantur ad idem exercitium deſtinata, cenſeri debent
Eccleſiæ acquiſita, ut per *Text. in d. l. ſi quis Titio
ff. de legat.* 3. & tradunt *Bartol. in d. l. finali nu. 22.
verſic. quædam ſunt Collegia ff. de Colleg. illicit. Ricciul.
Lucub. Eccleſ. lib. 4. cap. 18. num. 3. Tondut. Quæſt. Benef.
lib. 1. cap. 43. num. 1. cum ſeqq. & Donat. in prax.
Regul. tom. 3. tract. 8. quæſt. 41. in fin.* & propterea ſi
hoc procedit contra ipſoſmet Confratres, qui dicta bona
in aliam Eccleſiam transferre non potuiſſent, ut
notat *Capon. controver. 345. num.* 6. quanto magis hoc
erit admittendum contra Epiſcopum, nè ſupellectilia,
quæ fuerunt per Confratres tradita contemplatione
Eccleſiæ, in alios uſus convertantur, ut firma- 8
vit *Rot. in Melevitana Juris Adminiſtrandi* 4. *Julii* 1692.
coram bo. mem. Emerix, & in Gerunden. Capparum 27.
Januarii 1698. *§. Etenim Eccleſia, coram R. P. D. meo
Pio*, & ideò ceſſare viſa eſt in præſenti qualitas bonorum
vacantium, in qua fundantur omnes Auctoritates,
in contrarium, adductæ.

Quod clariùs comprobari dicebatur ex facto ipſorum
Confratrum: nam ſi iſti in actu diſſolutionis tradiderunt
Capitulo ſupellectilia, ad uſum Sacrarii deſtinata,
quatenùs adfuiſſet aliqua dubietas, an illorum
dominium acquiſitum fuerit favore Eccleſiæ, ex
iſta tamen traditione declarata remanſiſſet voluntas 9
eorum Confratrum, illa voluiſſe acquirere contemplatione,
& intuitu Eccleſiæ, in qua ipſi permanebant.
*Donat. in Prax. tom. 4. quæſt. 24. num. 2. Bordon. Controverſ.
Regul. tom. 2. reſol. 72. n. 12. Rota coram Millin. dec. 384.
n. 5. & in recen. dec. 259. n. 1. part. 14.*

Sed quatenùs dicta bona ſpectarent ad Confratres, ſicuti de illis in actu receſſus potuiſſent ad eorum libitum diſponere, etiam illa transferendo in aliam
10 Eccleſiam, ita multo magis eadem ſupellectilia, quæ per ipſos retineri non poterant, meritò relinqui potuerunt ad commodum illius Eccleſiæ, ubi exiſtebant de tempore ſecutæ diſſolutionis, ut poſt *Jacob. Rebuff. in l. nemo C. de ſpect. lib.* 10. *& Pet. pariter Rebuff. ad leg. Reg. tom.* 2. *tit. de contr. num. finali*, tradit *Capon. d. diſcept.* 345. *n.* 2. *in fine*.

Maximè quia Capitulum non intendit dicta mobilia, & argenta ſibi appropriare, ſed impendere iu eundem uſum, nempè aſſociandi, & exponendi publicæ venerationi noſtræ Redemptionis Auguſtiſſimum Memoriale, & in continuatione dictorum ſuffragiorum, prout fecit propriis expenſis à die diſſolutionis Confraternitatum uſque in præſens, & contiuuabit donec, vel eædemmet Confraternitates reſtabiliantur, vel aliæ ſimiles de novo erigantur.

Neque obſtant Auctoritates, importantes bonorum Confraternitatum diſſolutarum ſubjectionem Sanctæ Sedi, quia per Capitulum dicebatur, quòd iſtæ procedunt in caſu Confraternitatum de per ſe ſtantium; Nam tunc verè illarum bona dicuutur vacantia, ſecus verò ſi aliquæ Confraternitates, ut in præſenti,
11 ſint erectæ in aliqua certa Eccleſia, ſeu Capella, dependentèr ab illa, & pro adjutorio ejuſdem, quia tunc non ad Confratres, ſed ad Eccleſiam bona ſpectare dicuntur, juxta diſtinctionem ſuperiùs inſinuatam, quam fuſiùs tradit *Franc. de Eccl. Cathedr. c.* 15. *n.* 185.

Verùm Domini approbando, quæ per Reverendiſſimum Archiepiſcopum allegabantur, quòd nempè dictæ Confraternitates etant ſubjectæ illius Juriſdictioni, qnia in limine fundationis ſe ſubmiſerunt, & promiſerunt de bonis ipſarum Confraternitatum reddere rationem Viſitatoribus, necnon quòd dicta bona vacantia poſt diſſolutionem Confraternitatum dici non poterant propria Eccleſiæ, in qua ſitæ reperiebantur, ſed pertinere debebant ad Sanctam Sedem, & reſpectivè ad Archiepiſcopum, nam tunc ſolùm
12 Auctoritates, per Capitulum allegatæ, locum habent, qnando dubitatur, an bona ſint Eccleſiæ, in qua ſita eſt Confraternitas, vel propria ipſius Confraternitatis, & tunc in dubio dicuntur potiùs Eccleſiæ; ſed qnando, prout hìc, controverſa bona ſemper remanſerunt ſub particulari cura Confratrum, & quamvis ad certum Opus Pium deſtinata, nunquam tamen tranſierunt in dominium Eccleſiæ, neque dici poſsunt propria Eccleſiæ, ut obſervat idemmet *Frances*, *eodem loco per Capitulum citatus cap.* 25. *num.* 185. ſi totus perlegatur, cum quo concordant *Bartol. in d. l. finali nu.* 21. *ff. de Colleg. illicit. & Tondut. d. cap.* 43. *numer.* 1. *verſ. ſi enim*; Aliàs neque transferendo Confraternitatem potuiſſent Confratres bona, uti donata Eccleſiæ, transferre, prout per Capitulum admittitur, & de facto Capirulum dicta bona recepit ab eiſdem Confratribus per traditionem clavium, & propterea uti propria dictarum Confraternitatum poſt illarum diſſolutionem dici debent etiam vacantia, & ad Sanctam
13 Sedem, & reſpectivè ad Ordinarium ſpectanria, ut ultra Auctoritates ſuperiùs allegatas, comprobat *Donat. in Prax. Regular. tom.* 3. *t.* 8. *quæſt.* 41. *n.* 2. *& Rot. coram Coccin. dec.* 472. *n.* 1. *& ſeqq.*

Nihilominùs DD. dixerunt, abſolutè Capitulum potuiſse recipere, quia quoad iſtam primam partem nulli dubium eſt, cum à ſponte dantibus ſemper recipi poſſit, & maximè dum agebatur de rebus ad Divinum Cultum deſtinatis, & ad eundem uſum traditis; quando exindè periculum oriri poterat deperditionis; vel ſaltem dubitari de illarum translatione ad aliam Eccleſiam: Et quoad ſecundam partem retentionis, dixerunt quoque poſse retinere juxta modum, nempè, ut diximus, approbando temperamentum propoſitum pro parte Archiepiſcopi, ſed cum aliquo moderamine. Nam *in d. §. Sed quatenùs* inſinuatum fuit, quòd quatenùs placuiſset DD. non immutare perſonam deputatam à Capitulo pro retentione dictarum rerum, id tantùm fieri debebat, dummodo ſalva remaneret Juriſdictio, adminiſtratio, & diſpoſitio favore Archiepiſcopi, & per conſequens, quòd debebat Depoſitarius adſtringi ad ſe obligandum, & declarandum, dicta bona nomine Archiepiſcopi retinere, & adminiſtrare, eaque detenturum, quouſque Archiepiſcopus de illis diſponat, quòdque eidem Archiepiſcopo dictorum bonorum rationem reddere deberet ad illius beneplacitum: Et ideò, reſervando Reverendiſſimo Archiepiſcopo totam ſuperioritatem, & Juriſdictionem, dixerunt, quòd retinerentur per Capitulum nomine Archiepiſcopi, & quòd deſcriberentur coram eodem, vel alia perſona ab eodem deputanda, illam tamen limitarunt, quoad diſpoſitionem; nam æquum minimè viſum eſt, quòd Eccleſia privari poſſit dictis Ornamentis, quæ cum ſit Cathedralis, & principalis Parochia, ſemper cum majori pompa, & decore incedere debet præ aliis, & ideò adjunxerunt ad hoc, ut applicentur ad eoſdem pios uſus in eadem Eccleſia, ad quos per Confratres fuerunt deſtinata.

Et ita, Cauſa his propoſita, reſolutum fuit, cum ſuffragio omnium DD. utraque Parte ſemper informante.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Nullius Provinciæ Hiſpalen. Juris amovendi Vicarium.

Lunæ 21. Februarii 1707.

A R G U M E N T U M.

An Vicarius, ad nutum deputatus, poſſit etiam abſque cauſa removeri. Cura Animarum poſt Concilium Tridentinum exerceri poteſt per Vicarios ad nutum amovibiles, qui etiam inſtante Epiſcopo, non poſsunt fieri perpetui, niſi juſta concurrente cauſa. Quando officia dicantur connexa, ita ut ab uno quis non poſſit removeri, ſi non poſſit etiam ab altero. An, & quando Laici, & etiam mulieres, fiant capaces Juriſdictionis Eccleſiaſticæ.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries*, & n. 2.

3 *Regulariter omnes ii, qui facultatem habent deputandi Vicarios, poſſunt illos ad libitum removere.*

Amplia etiamſi Vicarium deputans juraverit eum non revocaturum ibidem.

Regula, quòd quis non poteſt venire contrà ſuum proprium Juramentum, non procedit in iis, in quibus non eſt neceſſarium adire Prætorem ibidem.

4 *Vicarius non poteſt impugnare facultatem illius, à quo ſuam deputationem reportavit.*

Vicarii, pro exercitio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ deputati, ſunt ſimplices Miniſtri, & Servitores ibidem.

In omnibus Ordinibus Militaribus, officia Juriſdictionalia, Prælaturæ, Dignitates, & Commendæ, poſſidentur ad nutum Superioris deputantis ibidem.

5 *Subrogatio transformat ſubrogatum in perſonam illius, cui ſubrogatur.*

6 *Limita, quando ſubrogatus eſt incapax materiæ ſubrogatæ.*

Laici de Jure communi incapaces ſunt Juriſdictionis Eccleſiaſticæ ibidem.

Non tamen prohibent Sacri Canones, quin ex Papæ conceſſione, etiam Laici acquirant Juriſdictionem Eccleſiaſticam ibidem.

Præſertim, quando Laicis conceditur Juriſdictio habitualis cum ea conditione, ut actualis exerceatur vicario nomine à Viro Eccleſiaſtico, per Laicum deputando ibid.

Extende etiam ad mulieres, quæ vigore privilegii Apoſtolici ſunt capaces Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, exercendæ per ſubſtitutos ibid.

7 *Papa confirmans actum, qui forſan aliquem defectum patitur, ſi is fuerit narratus, cenſetur illum ſanaſſe.*

8 *Ubi adſunt claræ Pontificum Confirmationes, non poteſt Judex judicium ſuum interponere, niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ, aut evidenter conſtet, quòd per falſi ſuggeſtionem fuerint elicitæ.*

Re in

Re in judicatum tranſacta, nefas eſt illam ulteriùs in diſcrimen vocare ibidem.

9 *Prætendens non poſſe removeri ab aliquo munere ratione connexionis cum altero, à quo non poteſt amoveri, concludenter juſtificare debet talem connexionem.*

Officia dicuntur connexa, & inſeparabilia, quoties unum habet ab altero dependentiam, & unum ſine altero ſtare non valet ibidem.

10 *Cura Animarum poſt Conc. Trident. exerceri poſſunt per Vicarios ad nutum amovibiles.*

Ita ut nec ipſe Epiſcopus obtineat facultatem tales Vicarios reddendi perpetuos, niſi concurrente aliqua juſta cauſa ibid.

Valet argumentum à majori ad minus ibidem.

11 *Quando agitur de Officio, de ſui natura amovibili, ut ad beneplacitum revocari poſſit, poteſt fieri amotio etiam ſine cauſa.*

12 *Accedente præſertim obſervantia.*

13 *Ad removendum aliquem ab Officio, ad nutum conceſſo, ſufficit quælibet cauſa, etiam levis, & leviſſima.*

Immo ſuperabundant multiplices querelæ, rationis fomentum præſeferentes ibid.

D E C I S I O XLVI.

1 STatus de Eſtepa, cum ſuis Pagis, Villis, Fortalitiis, aliiſque juribus, & pertinentiis, etſi antiquis temporibus ſubjectus totaliter exiſteret Ordini Militari S. Jacobi de Spatha, & tanquam nullius Diœceſis omnimoda ejus Juriſdictio Eccleſiaſtica reſideret penes Præceptorem Conventus S. Marci Legionen. ejuſdem Ordinis, & per Vicarium ad ſui libitum amovibilem exerceretur, cuique etiam committi ſoleret animarum Cura particularis Eccleſiæ S. Mariæ Oppidi de Eſtepa: Glorioſæ tamen mem. Philippus II. Rex Hiſpaniarum, vigore Indulti Apoſtolici ſan. mem. Clementis VII. Pauli III. & Julii pariter III. ei concedentis facultatem diſmembrandi à Menſis Magiſtralibus, & Prioralibus trium Ordinum Militarium S. Jacobi de Spatha, Alcantara, ac de Calatrava, bona quorum, fructus, & proventus ad valorem quadraginta millium Ducatorum auri aſcenderent, dictum Statum de Eſtepa à dicta Militia S. Jacobi de Spatha diſmembravit, illumque ſic diſmembratum, una cum ſuis Oppidis, Decimis, Primitis, Juriſdictionibus, ac jure nominandi Vicarium pro Cura animarum, ac cum Juribus Patronatus, aliiſque quibuſcunque, quæ ad Militiam de Spatha pertinebant, vendidit, & alienavit nobili Viro Adamo Centurioni Marchioni de Lavia pro ſe, ſuiſque Succeſſoribus pretio quingentorum, & quinquaginta millium Ducatorum; Quam venditionem geminis ampliſſimis Brevibus confirmarunt ſan. mem. Pius IV. & Pius V. ut ex Diplomatibus, datis in *Summ. Marchionis de Eſtepa, n. 1. & 2.*

2 In vim hujuſmodi venditionis, ut præfertur, à Sede Apoſtolica confirmatæ, Marchiones de Eſtepa pro tempore, exercere cœperunt Juriſdictionem Eccleſiaſticam mediante Vicario ad illorum nutum amovibili, in quo jure turbati à Priore S. Marci Legionenſis, contendentis non fuiſſe per dictam venditionem transfuſam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam in Marchionem Adamum primum acquirentem, ſuoſque Succeſſores, & præcitata Diplomata Pontificia eſſe ſubreptitia, obtinuerunt hi tres Sententias conformes hujus S. Tribunalis, pronuntiantes dd. Literas Apoſtolicas eſſe canonicas, firmas, & veras; adeoque eſſe obſervandas. Et in ſequelam talis poteſtatis, judicialiter canonizzatæ, iidem Marchiones deputare conſueverunt, tam pro exercitio Curæ animarum in Eccleſia S. Mariæ d'Eſtepa, quàm pro officio Iudicis, & Vicarii Eccleſiaſtici. Clericos ſibi beneviſos, cum explicita facultatis reſervatione illos ad libitum eorum voluntatis removendi: Prout omiſſis deputationibus antiquioribus, infra recenſendis, Marchio Cæcilius Franciſcus Centurio deputavit de anno 1685. in Vicarium pro exercitio Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, & in Curatum præfatæ Eccleſiæ Laurentium de Andoxar, reſervando ſibi facultatem illum amovendi ad ſui beneplacitum. Cumque dictus Laurentius non parùm facultatibus ſui muneris abuteretur, modernus Marchio Aloyſius Centurio ſtatuit illum removere. Antequam tamen deveniret ad hujuſmodi actum, numquam ſatis laudabili, & imitabili prudentia & zelo, Sedis Apoſtolicæ oraculum audire volens, an illum ritè, & rectè amovere poſſet, obtinuit Commiſſionem directam, R. P. D. Capraræ ſuper eo, an dictus Vicarius eſſet amovibilis; & quia ob promotionem Eminentiſſimi D. mei Card. Caprara ad Cardinalatum Ego fui ſubrogatus in Cauſa; hinc hodie diſputandum propoſui Dominis meis Dubium — *An Marchioni Eſtepenſi competat Jus deputandi Vicarium amovibilem pro exercitio Eccleſiaſticæ Juriſdictionis in Statu Eſtepenſi, eumque removendi ad libitum*, & affirmativum accepi reſponſum.

In eo principaliter ſubnixum, quòd generaliter omnes illi, qui facultatem obtinent deputandi Vicarios, poſſunt illos ad libitum removere. *Geminian. in c. 1. de offic. Vicarii, Francus in cap. 1. num. 5. de offic. Vicarii lib. 6. & in cap. ut noſtrum, de appellat., Bald. in l. ſolet §. Sicut ff. de offic. Proconſulis. Bertrand. conſ. 2. num. 1. ad 10. Sbrozz. de offic. Vicarii lib. 3. quæſt. 32. num. 3. Rot. dec. 116. n. 31. & ſeqq. part. 9. recent.* & in terminis Epiſcopi, & aliorum Prælatorum inferiorum, quòd ad eorum beneplacitum electos Vicarios dimittere poſſint, eſt *Gloſs. in Clem. etſi principalis V. electionem, de reſcript. Calderin. conſ. 2. de officio Vicarii. Rebuff. in Praxi Benefic. part. 1. tit. de Vicar. Epiſcop. num. 1. Pirhingh. in Jus Canonicum lib. 1. tit. 28. numer. 75. & 76. Ventriglia in Prax. tom. 2. annot. 14. §. 1. numer. 37. in princ. Guttierez de Juram. part. 1. cap. 1. n. 36. Fermoſin. de off. & S. Eccleſ. ad rubricam de offic. Vicar. quæſt. 2. num. 36., Fraſſo de Jurepatr. Indiar. tom. 2. cap. 66. nu. 28. Pellegrin. de Offic. Vicar. part. 1. ſect. 2. ſubſect. 6. num. 2. & ſect. 6. ſubſect. unica, num. 27.* Quæ propoſitiones locum ſibi vindicant etiamſi Vicarium deputantes, eum non revocaturum juraverint, ut docuit *Caſtrenſis conſ. 361. n. 4. lib. 1.* ubi reddit rationem, quia in his, quæ dependent ex mera voluntate unius, nec ſunt contractus, vel quaſi, non poteſt quis ſibi legem imponere, à qua recedere non liceat: haud obſtante famigerato illo Iuris principio, quòd non poteſt quis venire contra ſuum Iuramentum: nam illud eſt verum in illis, in quibus neceſſarium eſt adire Prætorem, qui non debet aliquem audire contra proprium Iuramentum, ne fit auctor perjurii; ſecus verò in iis, in quibus non eſt neceſſe Prætorem adire, quia in illis poteſt quis venire contra Iuramentum, licèt remaneat perjurus, & hanc opinionem ſequuntur communiter relati per *Pac. Jordan. tom. 2. Lucubrat. Eccleſiaſticarum lib. 12. num. 258., Guttierez de Jurament. part. 1. cap. 1. num. 86. Pellegrin. de Vicar. part. 1. ſect. 2. ſubſect. 6. num. 6. in fine. Barboſ. de Epiſcop. alleg. 64. n. 570., Sbrozz. de Vicario d. q. 32. t. 5. & 6. Konig. ad Jus Canonic. l. 1. tit. de offic. Vicar. num. 27.* 3

Poteſtas autem in D. Marchione d'Eſtepa deputandi Vicarios pro exercitio Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ non poteſt controverti per Laurentium Vicarium ab illo deputatum, nam ipſe hanc veſtem Vicarialem recognoſcit à debutatione ſibi facta per eundem Marchionem, undè non eſt legitimus contradictor, nec audiri meretur, quatenus impugnare vellet dominium, & facultatem Marchionis, à quo ſuam deputationem reportavit, ut obſervat *Rot. coram Ninot. dec. 4. num. 15.*, & latiùs in alia Deciſione ſuper Manutentione §. *finalis*. Et ſi aliquis poſſet talem poteſtatem contendere Marchioni, ille utique eſſe deberet Præceptor Conventus S. Mariæ Legionen. qui non eſt in Cauſa, & jure quidem meritò. Nam certum eſt, quòd in venditione dicti Status de Eſtepa, facta favore Adami Centurionis, Philippus II. Rex Hiſpaniarum literis expreſſis comprehendit Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, exercendam per Vicarium, juſque iſtiuſmodi Vicarios deputandi, & amovendi, eo ferme modo, quo illud ante diſmembrationem, auctoritate Apoſtolica factam, exiſtebat, & exercebatur per Magiſtrum Adminiſtratorem, & Præceptorem dictæ Militiæ de Spatha, ut legitur in Bulla Pii IV. confirmatoria dictæ venditionis, ibi — *Ac perſonas idoneas ad Parochia-* 4

rochiales Eccleſias, nec non Capellas &c. præſentare, ſeu Rectores, Vicarios, Clericos in eis, toties quoties illis videbitur, ponere, & amovere etiam, prout Militiæ S. Jacobi Magiſter, Adminiſtratores, & Præceptores præfati, tam conjunctim, quam diviſim ante diſmembrationem, forſan faciebant, aut facere poterant — juncta alia expreſſione ibi — *Oppida ipſa de Eſtepa, & de Pedrera, in quibus videlicet de Eſtepa S. Mariæ, cujus Rector, ſeu Vicarius Juriſdictionem Civilem, & Criminalem in Cauſis Eccleſiaſticis dictorum Oppidorum, & Territoriorum exercebat.* Quemadmodum igitur ante diſmembrationem Magiſter, & Præceptor dicti Ordinis, poterant deputare, & amovere Vicarios, exercitio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ præfectos, cum iſti Vicarii ſint ſimplices Miniſtri, & Servitores: *Eſcanno in Propugnaculo Sanctæ Religionis Hieroſol. diſcept. 14. num. 7., Rot. dec. 50. de conceſſ. præbend. in antiquis & coram Seraph. dec. 639. nu. 19. & dec. 923. in princ. & coram Peutinger. dec. 15. num. 25., & ſeqq. & deciſ. 53. num. 61. & coram Carill. dec. 96. n. 2. & ſeqq. & in Toleſana Congruæ 22. Junii 1665. §. Aſſumpta igitur, coram bo. me. Benincaſa.* Immò in omnibus Ordinibus Militaribus ipſa officia Juriſdictionalia, Prælaturæ, Dignitates, & Commendæ, tenentur, & poſſidentur ad nutum Superioris deputantis. *cap. ad Monaſterium §. Tales, de ſtat. Monachor. Gonzalez. ad Reg. 8. Cancellariæ gloſſ. 5. §. 6. n. 59. Tondut. Quæſt. Beneficial. part. 2. c. 1. §. 6. num. 10. Mendo de Ordin. Militar. diſquiſit. 11. n. 8. Eſcanno in Propugnaculo S. Religionis. Hieroſ. diſcept. 10. §. 3. n. 8.*

5 Ita procul dubio eadem poteſtas competit Marchionibus de Eſtepa, ſubrogatis loco Magiſtrorum, & Præceptorum Ordinis Sancti Jacobi de Spatha, cum ſubrogatio transformet ſubrogatum in perſonam illius, cui ſubrogatur: ex notiſſimis Juribus, relatis per *Rot. deciſ. 490. num. 2. part. 4. Dunozzet. Junior. deciſ. 495. num. 16. & ſeqq. & cor. ſa. mem. Alex. VIII. dec. 122. n. 14. & dec. 74. num. 4. part. 18. & in Firmana Juriſdictionis 10. Maii 1700. §. 7. & in illius confirmatoria 15. Aprilis 1701. §. 2.*

6 Non obſtante, quòd dicta regula locum non obtineat quoties, prout in caſu, ſubrogatus ſit incapax Juriſdictionis ſubrogatæ. *Innocentius in cap. Paſtoralis, num. 3. de donat. & in cap. Lateranenſis, num. 9. de præbend. Lap. allegat. 134. per tot.* Quoniam tametſi Laici de Jure communi ſint incapaces Juriſdictionis Eccleſiaſticæ: *cap. Laici 16. quæſt. 7. Garz. de Benef. part. 1. cap. 2. num. 35. Rot. deciſ. 957. num. 4. coram Seraph. & dec. 772. num. 4. & deciſ. 806. n. 10. part. 13. recent., & in Leodien. Juriſdictionis 11. Aprilis 1698. §. Ulterius, coram Me:* Tamen Sacri Canones non prohibent, quin ex Papæ conceſſione etiam Laici Juriſdictionem Eccleſiaſticam acquirant. *Abbas in cap. decernimus 2. num. 6. ibique Ripa num. 34. 40. & 73. Fermoſin. ad cap. 2. quæſt. 2. de judic. n. 10. ubi Barboſ. num. 6. Spino in Specul. Teſtam. rubr. 11. n. 46. Fagnan. in cap. cum contingat. num. 9. de for. compet. Bellet. Diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de favor. Cleric. perſon. §. 1. num. 37. Rot. deciſ. 809. n. 28. part. 18. tom. 2.* cum concordantibus in *Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſuper bono Jure 23. Martii 1703. §. Siquidem, verſ. ad hunc effectum, coram R. P. D. meo Anſaldo.* Præſertim quoties Laicis conceditur, prout in caſu, Juriſdictio habitualis cum ea conditione, ut actualis exerceatur vicario nomine à viro Eccleſiaſtico, per Laicum deputando. *Abbas in cap. decernimus, n. 6. de judic. & in cap. quanto, num. 3. eodem tit. Germon. de Indult. Card. §. In quibuſcunque num. 5. Tambur. de Jur. Abbatiſſar. tom. 4. diſput. 31. quæſt. 4. n. 2. Sanchez in Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 190. in fine.* Immò vigore Privilegii Apoſtolici ſunt etiam capaces mulieres Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, exercendæ per ſubſtitutos: *Tont. in cap. dilecta 12. de majorit. & obedien. in cap. novam. de pœnit. & remiſſ. & in cap. de monialibus, de ſentent. excommunicat. Aufrer. de Poteſ. ſecul. in Eccleſ. reg. 1. Fullar. in Suarez. lib. 4. de Immun. ad Regnum Angliæ cap. 2. num. 2. Grat. conſ. 61. num. 12. & 23. Pignatell. conſult. 45. num. 7. tom. 2. Card. de Luc. de Benef. diſc. 73. num. 6. & num. 13. Rot. cor. Bich. dec. 267. n. 16.*

7 Imperturbabile autem viſum fuit, Marchiones de Eſtepa gaudere Privilegio Apoſtolico, retinendi in habitu Juriſdictionem Eccleſiaſticam, per Vicarium deputandum exercendam. Nam quicquid ſit an glor. mem. Philippus II. virtute dictorum Brevium SS. MM. Clementis VII. Pauli III. & Julii III., potuerit diſmembrare una cum bonis Juriſdictionem Eccleſiaſticam, competentem recenſitis tribus Militiis, dum Sacra Rota, examinando præfatorum Indultorum tenorem in alia ſimili diſputatione, putaverit, illa tribuiſſe poteſtatem diſmembrandi una cum bonis Juriſdictionem temporalem, ſeu laicalem, & non Spiritualem, & Eccleſiaſticam, ut patet ex firmatis in *Nullius, ſeu Legionen. Juriſdictionis ſuper bono Jure 23. Martii 1703. coram R. P. D. meo Anſaldo:* In caſu, de quo agitur ceſſare viſa fuit omnis difficultas, quia ad validandam, & roborandam dicti Status venditionem ſuperacceſſit Breve confirmatorium S. M. Pii IV. obtentum ad inſtantiam Regis Philippi II. venditoris, & Adami Centurionis emptoris, in quo primo loco expoſita leguntur Indulta Pontificia Clementis VII. Pauli III. & Julii III. concedentia facultatem diſmembrandi: Poſtea exponitur diſmembratio, ampliſſimè facta per dictum Regem Philippum, cum comprehenſione Jurium, & rerum, tam temporalium, quàm Spiritualium, ibi — *Præeminentiis, Officiis, & Patronatibus, nec non Jure eligendi, & præſentandi ad Beneficia, & ſervitia Eccleſiarum dictorum Oppidorum, & Pagorum, & quibuſcunque aliis rebus cujuſcunque naturæ, ſeu qualitatis exiſtentibus, tam Spiritualibus, quàm temporalibus, quas dicta militia S. Jacobi &c. habebant, tenebant, & poſſidebant &c. quocunque titulo, cauſa, & ratione.* Deindeque exponitur venditio dicti Status, per eundem Regem facta eodem modo, quo continebat diſmembratio, ſub expreſſa narrativa, quòd Rector; ſeu Vicarius Sanctæ Mariæ d'Eſtepa, Juriſdictionem civilem &, criminalem in Cauſis Eccleſiaſticis exercebat; ut ex verbis ſupra relatis §. *Poteſtas:* Ac demum exponuntur dubitationes aliquæ, quæ emergere poſſent contra validitatem dictæ venditionis, inter alias exprimendo illam generalem, quia forma dictarum Literarum Clementis VII. Pauli III. & Julii III. ſervata non fuit, proindeque ſupplicabant pro confirmatione dictæ venditionis. Cumque Papa ſub dictis narrativis, de certa ſcientia, & in forma ſpecifica confirmaverit dictam diſmembrationem, & venditionem, eo adamuſſim modo, quo factæ fuerant, talis utique confirmatio, perindè habetur, ac ſi eædem facultates in dictis Literis Pontificiis continerentur, &; præſefert ſanationem omnium defectuum, qui ex illorum limitatione allegari poſſent. *c. ſi Apoſtolicæ, de prebend. in 6. c. 1. & 2. de confirmat. util. vel inutil. Abbas conſ. 62. n. 4. verſ. ſecundo principaliter, lib. 2. Rota coram Seraphin. deciſ. 1080. num. 6. & coram Merlin. deciſ. 743. n. 10. & num. 13. ad med.*

Ubi propterea; ſubſunt adeò claræ, & rotundæ Pontificum confirmationes, ut Iudex ſuum judicium apponere non poſſit, niſi novum Apoſtolicæ Sedis procedat Mandatum, aut certum ſit, quòd ſint per falſi ſuggeſtionem elicitæ; ut dicebat Innocentius III. ſcribens Vigonienſi Epiſcopo, *relat. in d. cap. 2. de confirmat. util. vel inutilium*, quæ porrò falſæ ſuggeſtiones non patebant oculis. Et certò certius abeſſe credendum eſt, quia ut in facto expoſuimus, introducta poſt editionem dictarum Literarum Apoſtolicarum lite per Priorem Sancti Marci Legionen. ſuper illarum inexequibilitate, præciſè in ea parte, in qua concedebatur Iuriſdictio Eccleſiaſtica Marchionibus Centurionibus, ex capite aſſertæ obreptionis, & ſubreptionis, hoc Sacrum Tribunal per tres ſententias conformes, quarum primam pronunciaverat Cardinalis Seraphinus, *declarando præfatas Literas Pii IV. omniaque, & ſingula in illis contenta, & aliter etiam de novo diſponentes, fuiſſe, & eſſe canonicas, firmas, & veras, nec alicui obreptioni, vel ſubreptioni, intentionis defectui, vel alicui regulæ in contrarium facienti ſubjectas*, ut hinc proindè cum Marchio d'Eſtepa ſuper Iure exercendi Iuriſdictionem Eccleſiaſticam per ſubſtitutum, ſibi collatam virtute præfatæ Bullæ Pii IV., in medium afferat rem judicatam, adeo ſolemnem, nefas eſſet illam ulteriùs in diſcrimen revocare *l. 1. ff. de re judicat. l. res judicata 107. ff. de regul. Jur.* 8

Jur.Rot.coram Arguell. dec.103.num.12. & coram Dunozzet. Jun. deciſ.999. n.11. & 12. & dec. 149. n. 18. deciſ. 251. n.41. part. 19.

9 Poſito itaque pro conſtanti, quòd Marchiones de Eſtepa fruantur Juriſdictione Eccleſiaſtica habituali; ac per conſequens Jure deputanti Vicarios, firma remanet regula Juris ſuperiùs ſtabilita, quòd illos poſſint removere ad ſui beneplacitum. Et præſcindendo ab hac regula Juris, hanc remotionem facere poſſunt virtute facultatis, illis impertitæ in præſato Inſtrumento venditionis, auctoritatæ Apoſtolica roboratæ. Abſque eo quòd nullatenùs turbet, quòd Vicarii, electi pro exercitio Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſoleant etiam deputari pro Cura animarum, ideoque ratione connexionis dictorum munerum, ſicuti Vicarii non poſſunt removeri à Cura, ita neque ab exercitio Iuriſdictionis. Quoniam talis connexio non probatur, prout concludenter juſtificanda eſſet. *Lotter. de Re Benef. lib.2.quæſt. 9. n.34. Bot. coram Dunozzet. Jun. deciſ. 621. n. 3. & in Mediolanen. Præpoſituræ 3. Martii 1704. §. Neque ad enervandam, coram R. P. D. meo Anſaldo.* Quin annexio reſultet ex quo Marchiones conſueverint hæc munia unicæ perſonæ committere; quia quoties officia ſunt diſtincta, utpotè reſpicientia diverſas incumbentias, non efficiuntur connexa, & inſeparabilia, ex quo juxta voluntatem Superioris, & Domini, uni perſonæ exercenda traduntur, & tunc demum annexio munerum adeſſe dicitur, quoties unum habet ab altero dependentiam, & unum ſine altero ſtare non valeat. *Menoch.de Arbitrariis caſ.95. n.3. Lotter.de Re Benef. lib.2.quæſt.38. n.9.* & in ſpecie obſervat *Eſcanno in Propugnaculo Religionis Hieroſolymitanæ, diſceptatione 14. c. 3. n. 11.* ubi probat in terminis ſimilium Vicariorum Religionis Hieroſolymitanæ, quòd Priores, & Præceptores non teneantur de Iure conferre beneficia Parochialia Vicariis, cum ſolitus actus nominandi Vicarium Parochum ſit facultativus, in quo non conſideratur poſſeſſio, ſed fieri ſoleat ex gratia, & voluntate nominantis.

10 At ubi per hypotheſim munera Vicarii, & Parochi quaudam inter ſe haberent connexionem, argumentum illud, quòd ſicuti Marchiones non poſſunt removere electum ad Curam animarum, ita nec ab exercitio Iuriſdictionis, peccat in ſuppoſito. Quia Parochiales Eccleſiæ dicti Satus Eſtepenſis non conferuntur in titulum, ſed in illis deputantur Vicarii pro exercitio Curæ animatum, & amovibiles ad nutum Superioris; hodie enim poſt Concilium Tridentinum Cura animarum exerceri poteſt per Vicarios ad nutum amovibiles, ex congeſtis per *Pignatell. tom. 9. conſult. 143. num. 11. rot. coram Peutinger. dec. 15. num. 22. & dec. 53. num. 24. & dec. 85. num. 15. & in rec. deciſ. 466. n.16. part. 19.* ita ut nec ipſe Epiſcopus obtineat facultatem Curatos amovibiles, reddendi perpetuos, niſi concurrente aliqua juſta cauſa, ut ex mente *S.C.ſeſſ. 7. cap.7.de reformat.* dixit *Barboſ. ibidem num. 31. Flores de Mena lib.1. var. reſol. cap. 10. num. 47. rot. in Toletana Decimarum 14. Junii 1688. §. Fortius, coram Benincaſa*: Unde ſicuti Marchio de Eſtepa poteſt amovere Parochum à Cura animarum ad ſui libitum, ita & multo magis poteſt amovere Vicarium, argumento, à majori ad minus, de quo in *cap. cum in cunctis, de elect. & c. licet, de teſtibus.*

11 Stabilito, quòd Marchio de Eſtepa poſſit amovere Vicarium, & Iudicem deputatum pro exercitio Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cenſuerunt Domini, ad eandem amotionem procedere poſſe etiam ſine cauſa, quia agitur de officio de ſui natura amovibili, ut ad beneplacitum revocari poſſit, ex congeſtis per *Paſſerin.in cap.licet num. 7. de offic. Vicar.in 6. Pignatell. tom. 9. conſult. 143. n. 27. Fraſſo de regio Patronat. Indiar. cap. 6. num. 24. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 97.nu. 6. Adden. ad dec. 2.part.3. recen. nu.222.rot.coram Carill. dec. 96.n.1. coram Peutinger. dec.15.num.32. & deciſ. 53. n.82.dec.85.n.19. cum ſeqq. & in Senogallien. Capellaniæ 1. Julii 1688. §. Poſtremo, cor. Reverendiſs. Hervault. & in Romana Capellaniarum 15. Aprilis 1701. §. finali, cor. bo. me. Pio, & in Giennien. Iuris mutandi cum cauſa, vel ſine 11. Februarii 1704. §. Etenim, verſ. ſum R. P. D. meo Lancetta, & in Januen. tranſactionis 23. Decembris ejuſdem anni 1704. §. Et fortiùs, coram R. P. D. meo Omana, R. P. D. meus Anſaldus in Addit. ad deciſ. 76. n. 17. & ſeqq.*

Multo magis quia concurrit obſervantia, juxta 12 quam conſtat, quòd Marchiones de Eſtepa ſemper deputarunt Vicarios, cum expreſſa reſervatione illos removendi ad eorundem Marchionum beneplacitum, ut de hac obſervantia latiùs habita eſt ratio in alia Deciſione ſuper manutentione.

Itaut recurrat animadverſio ſuperiùs expreſſa, quòd 13 Laurentius de Anduxar, qui acceptavit deputationem cum hac lege, ut poſſit removeri ad omne beneplacitum Marchionis Deputantis, non poteſt audiri quatenùs inſtet pro aſſignatione cauſæ ſuæ remotionis. Cæterùm quatenus illius Defenſores cauſam intelligere cupiant, percurrant Summarium additionale Marchionis, & ex illo deprehendet, illas eſse graves, & graviſſimas, & tamen ad removendum aliquem ab officio, ad nutum conceſſo, ſufficeret quælibet cauſa, etiam levis, & leviſſima. *Pignatell.tom. 9. conſult. 143. num.37. Rota coram Carill. dec. 96. in fin. coram Peutinger. dec.15.num.44. & dec. 53.n.3. Eſcanno in propugnaculo d.diſcept. 14. cap. 3. num. 13.* immò ſuperabundant multiplices querelæ, rationis fomentum præſeferentes *Pellegrin. in Praxi Vicar. q.1. ſect. 2. ſub ſect.6.num.5. Marchett.de Vicar.Capit.tit.17. n.15.*

Et ita unica tantùm &c.

R. P. D. MUTO.

Ilerden. Iuris mulctandi ſuper negocio principali.

Lunæ 23. Januarii 1702.

ARGUMENTUM.

Poteſt Capitulum punire levibus pœnis leves exceſsus in Choro, & Eccleſia commiſsos per Beneficiatos ejuſdem Eccleſiæ; gravium autem cognitio cum figura Iudicii ad Epiſcopum ſpectat. Quæ requirantur ad præſcribendum in materia, cui reſiſtit Ius commune, & Conciliare. Quando Vicarius Epiſcopi, qui ſimul ſit Canonicus, dicatur intervenire in Capitulo tanquam Vicarius, vel uti Canonicus.

SUMMARIUM.

1 *De Jure communi Capitulum habet facultatem puniendi, & mulctandi Beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis.*

2 *Item ex generali conſuetudine Capitulorum Hiſpaniæ.*

3 *Hæc tamen facultas reſtringitur ad ſolos exceſſus leves circa mores, & Chori ſervitia commiſſos, levibus pœnis puniendos per modum ſimplicis, ac paternalis correctionis.*

4 *Secus quoad exceſſus graves, gravibus pœnis puniendos cum figura Judicii, quorum cognitio ad ſolum Epiſcopum ſpectat.*

5 *Juriſdictione in aliquibus caſibus conceſſa, in reliquis cenſetur concedens eam ſibi reſervare.*

6 *Poteſt autem Capitulum certiorem reddere Epiſcopum de gravibus delictis, per Beneficiatos in Choro commiſſis, ut condigna pœna mulctentur.*

7 *Materia, cui Jus commune, & Conciliare adverſatur, non eſt præſcriptibilis, niſi per actus à tempore immemorabili, vel per centum annos exercitos.*

8 *Libri Capitulares non probant contra non exiſtentes de gremio Capituli.*

9 *Maximè in iis, quæ concernunt utilitatem, & commodum ipſius Capituli.*

10 *Ad effectum præſcribendi Juriſdictionem, privativè ad Epiſcopum ſpectantem, requiritur, ultra temporis diuturnitatem actuum frequentia, & multiplicitas.*

11 *Quique adducuntur, effectum ſortitos eſſe probandum eſt.*

12 *Et cum ſcientia, & patientia ipſius Epiſcopi emanaſſe.*

13 *Verba injurioſa, habita in Choro, pro levi exceſſu habentur.*

14 *Actus continentes iniquitatem, vel injuſtitiam, non ſuffragantur ad effectum præſcribendi.*

Juriſdictionis 20. *Decembris* 1688. §. *Nec hujuſmodi*, *cor.*
R. P. D. meo Caprara, *in Leodien. Juriſdictionis* 11. *Apri-*
lis 1698. §. *Ceſſantibus*, *coram Reverendiſſimo D. meo De-*
cano, *in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maji* 1700. §. *Nec*
eſt, *coram R. P. D. meo dell' Olmo*, & in noſtris ter-
minis in *dictis Dertbuſ. Juriſdictionis ſuper gravibus* 1697.
9 §. *Quæ ſanè* : Maximè quando verſamur in re, con-
cernente utilitatem, & commodum ipſius Capituli :
Parena de Edition. Inſtrument. tit. 1. *reſol.* 3. §. 3. *n.* 42.
Rota coram Bich. dec. 431. *num.* 19. *Emerix Jun. d. dec.*
245. *n.* 2. *& dec.* 696. *nu.* 7. *& in Burghi Sancti Sepul-*
chri Juriſpatronatus 5. *Decembris* 1690. §. *Neque obſtat*,
coram Reverendiſſ. Zamoren. 24. *Aprilis* 1692. §. *Uni-*
cus, *coram Reverendiſſimo D. meo Decano*, *&* 6. *Mar-*
tii 1693. §. *Nullatenus*, *coram eodem Reverendiſſ. Za-*
moren.

Cæterum quando etiam probaretur, mulctas à Ca-
pitulo inflictas fuiſſe Beneficiatis, talis probatio ni-
hil proficeret pro inducenda præſcriptione, quia præ-
10 fati actus reducuntur ad paucos, quando ad hunc ef-
fectum, ultra temporis diuturnitatem, frequentiam
actuum, illorumque multiplicitatem adducere neceſ-
ſe foret, ut, cæteris relatis, in ſpecie obſervat *Rot.*
in dicta Derthuſen. Iuriſdictionis ſuper gravibus §. *Qua*
inveterata, illoſque paucos, qui adducuntur, effectum
11 ſortitos fuiſſe probari deberet. *Rota coram Priolo de-*
ciſ. 39. *nu.* 14. & in *Tarraconen. Iuriſdictionis* 10. *Maji*
1700. §. *Præterea*, *coram* R. P. D. *meo dell'Olmo*, &
emanaſſe cum ſcientia, ac patientia Epiſcopi, cu-
12 jus Jura præſcribuntur. *Rota in recentior. deciſ.* 128.
num. 13. *& ſeqq. part.* 11. *in d. Derthuſen. Iuriſdictionis*
ſuper gravibus 1697. §. *Quæ ſanè*, *in fine*, *coram R.*
P. D. meo Pio, & in citata *Tarraconen. Iuriſdictionis*
10. *Maji* 1700. §. *Nec eſt*, *coram Reverendiſſ. P. D.*
meo dell' Olmo.

Fortiùs quia actus præfati, in ſe conſiderati, ni-
hil concludunt, cum mulctæ, in eis contentæ, infli-
ctæ fuerint pro verbis injurioſis habitis in Choro, cum
renitentia unius Beneficiati deferendi Cappam ma-
13 gnam cujuſdam Canonici per Eccleſiam, quod deli-
ctum connumerari non poſſe inter exceſſus graves, ſed
eſſe admodum leve, firmavit *Speculator in tit. de Exe-*
cut. Sentent. §. *Nunc videndum*, *verſic.* 42. *Chartar. dec.*
criminal. 74. *num.* 9. *Rota in d. Derthuſen. ſuper gravibus*
1697. §. *Quæ ſanè*, & conſequenter ex his mulctis
inferri ſolùm poteſt, Capitulum habere Juriſdictio-
nem puniendi Beneficiatos in delictis levibus, qui ex-
trajudicialiter cum ſimplici paternali, & charitativa
correctione puniuntur, non autem privatione Diſtri-
butionum per conſiderabile tempus, & hanc gravem
pœnam Capitulum pro levibus delictis impoſuit, cum
14 hæc non correſpondeat, nec ſit proportionata exceſ-
ſibus, detegitur iniqua, invalida, & injuſta, quæ
non poteſt ſuffragari ad effectum præſcribendi, *l. Qui*
condemnare, §. *Condemnatum*, *ff. de re judicat. Cyriac.*
controv. 321. *n.* 66. *& ſeqq. Seraphin. Maſſin. de Confiſcat.*
Bonorum q. 44. *n.* 103.

Quinimmò nec induci potuit talis conſuetudo, &
præſcriptio, nam cum uſque de anno 1393. fuerit à
Sacra Rota declaratum, Capitulum nullam habere
Juriſdictionem condendi Statuta ſuper impoſitione ta-
lium pœnarum gravium, ut in dicta *Illerden. Statuti*
apud Marcheſan. de Commiſſion. p. 1. *c.* 6. *fol.* 273. ex hac
15 judiciali declaratione fuit inducta in Capitulo mala
fides, quæ obſtat præſcriptioni. *Surd. conſ.* 256. *nu.* 8.
Seraphin. Maſſin. de Confiſc. Bonorum q. 4. *n.* 58. *quæſt.* 44.
n. 116. *Deſiderius Guido in ejus deciſ. Veneta impreſſa in-*
ter illas Triviſani dec. 55. *num.* 72. *&* 77. *lib.* 2. *Rota in*
Caſenaten. Spolii 25. *Junii* 1700. §. *Tum demum coram Me.*

Et extra difficultatem, quia quatenùs etiam per
hypotheſim hæc conſuetudo immemorabilis, & præ-
ſcriptiva obſervantia, probata eſſet, adhuc ſuffraga-
ri non poſſet, quia remaneret ſublata, & interver-
ſa ab aliis actibus contrariis : conſtat enim, Augu-
ſtinum Sacaſa anno 1664. privatum à Capitulo Di-
ſtributionibus per ſpatium octo dierum, ab hac mul-
cta appellaſſe ad Epiſcopum, & privationem præfa-
tam non habuiſſe effectum, *Summario Beneficiatorum*
nu. 10. pluresque alios Beneficiatos mulctatos recla-
maſſe, & præceptis à Capitulo factis contradixiſſe,
ut in *eod. Summ. nu.* 14. *& ſeqq.* Quæ contradictio, &
inneffectuatio pœnarum, à Capitulo impoſitarum, tol-
lit quamcunque aſſertam conſuetudinem, & præſcri-
ptionem immemorabilem, ad quam evertendam, ne-
dum ſufficiunt talia facta poſitiva, & interruptiones,
ſed ſimplex auditus, & rumor in contrarium, ad 16
Textum in cap. Auditum, *circa finem*, ibique *Canoniſtæ*,
de præſcript. Seraphin. Maſſin. de Confiſcat. Bonorum q. 4.
n. 55. *Rota coram Zarat. dec.* 21. *nu.* 8. *& ſeqq. Priol. dec.*
309. *nu.* 7. *&* 8. *& in Tarraconen. Juriſdictionis* 10. *Maji*
1700. §. *Præterea*, *coram R. P. D. meo dell' Olmo*.

Prout non relevat, quòd ſi Capitulum de per ſe
hanc præſcriptionem, & conſuetudinem inducere non
potuit, illam ſaltem acquirere potuerit cumulativè
cum Epiſcopo, quod probari contenditur ex eo, quòd
præfatæ mulctæ inflictæ fuerunt à Capitulo cum in-
terventu Vicarii Epiſcopi de gremio Capituli. Quo-
niam, ultra quòd defectus probationis, & interruptio
præſcriptionis, quæ obſtat Capitulo, præſcribere vo-
lenti de per ſe, obſtat etiam conſuetudini mulctandi
in gravibus ab eodem prætenſæ cum Vicario Epiſ-
copi ; Objectum refellitur, ponderando, quòd Vica-
rius Epiſcopi non intervenerit uti Vicarius, ſed uti
Canonicus, ut patet ; tum quia appellatio interpo-
ſita fuit ad Epiſcopum de anno 1664. pro mulcta
inflicta à Capitulo cum interventu Vicarii, quod fie- 17
ri non potuiſſet, ſi ipſe uti Vicarius interveniſſet,
qui cum conſtituat unum Tribunal cum Epiſcopo,
ab uno ad alium non datur appellatio, in ſpecie *Joan-*
nes Andreas in c. à collatione, ibique *Archidiac. Barboſ. n.*
1. *Paſſerin. n.* 1. *& alii de appellat. in* 6. *Barboſ. in c. Poſtu-*
laſti 15. *n.* 1. *de conceſſ. præbend.* ibique *Abbas nu.* 11. *verſ.*
Secus ſi interfuit, *Imol. nu.* 13. *Butr. ſub nu.* 8. *Ancharan.*
n. 5. *in fine*, *Anania n.* 11. *in fin. Scacc. de Appellat. qu.* 8.
n. 60. idem *Barboſ. de Canonic. cap.* 35. *n.* 13. *Rota in rec.*
dec. 193. *n.* 3. *p.* 4. Tum etiam ex quo Vicarius non
habuit præeminentiam in ſeſſione, nec ejus nomen 18
fuit primo loco poſitum, prout cum tali prærogati-
va ſedere, & inſcribi debuiſſet, ſi ipſe non uti Ca-
nonicus, ſed tanquam Vicarius interfuiſſet, ut eſt
Gloſſ. notabilis in c. à collatione 11. *V. Prælatus*, *verſ. Et ſi*
quæratur, *de appellat. in* 6. *Paſſerin. ibidem ſub nu.* 5. *verſ.*
Dicitur verò. *Abbas* antiquus *in cap. Poſtulaſti*, *verſic. Si*
verò, *de conceſſ. præben.* ibique *Panormitan. ſub nu.* 8. *Fa-*
gnan. n. 25. *& ſeqq.* & melius *n.* 30. *Barboſ. de Canonic. c.*
18. *n.* 32. *& c.* 36. *nu.* 7. ubi affert reſolutionem Sacræ
Congregationis Rituum in *Acerren.* 21. *Iunii* 1632. *Lot-*
ter. de Re Benef. lib. 1. *q.* 16. *nu.* 65. *Rebuff. in Prax. Be-*
nefic. tit. de Vicariis Epiſcop. n. 28. *Rota in Gerunden. Cap-*
parum 27. *Ianuarii* 1698. §. *Sublata*, *cor. R. P. D. meo*
Pio. Tum pariter, quia antè, & poſt ſpecificè ex-
preſſum nomen Vicarii, fuerunt cum proprio, &
particulari nomine ſcripti omnes de Capitulo, adje-
ctio in fine nomine *Canonici*, omnium nominatorum
complexivo, quod factum non fuiſſet, ſi Canonicus 19
tanquam Vicarius interveniſſet, ſed loco aſſerendi
pœnam inflictam fuiſſe à Vicario, aliiſque Cano-
nicis, actus geſtus dici debuiſſet à Vicario una cum
Canonicis. *Butrius in d. c. Poſtulaſti*, *ſub nu.* 8. *Imol. eo-*
dem n. 8. optimè *Rota coram Bich. dec.* 234. *nu.* 25. Tum
demum, quia actus à Vicario cum aliis de Capitu-
lo expleti, facti fuerunt ab omnibus capitulariter con-
gregatis, & retenti in Archivio Capituli, ex quo
cum reſultet inflictionem mulctarum eſſe actus Ca-
pitulares, iſti fieri non valuerunt à Vicario uti Vi-
cario, qui de Jure non eſt de Capitulo, ſed ab eo,
uti Canonico, ut cæteris relatis latè probat *Rota co-*
ram Bich. d. dec. 234. *ſub n.* 25. *& ſeqq. & dec.* 241. *ex n.*
19. *in Gerunden. Capparum* 27. *Ianuarii* 1698. §. *Minuſ-*
que, *coram R. P. D. meo Pio*.

Quòd ſi aliàs diceretur, duplex ſequeretur abſur-
dum ; Primum nempè, quòd Canonici, qui Juriſdi-
ctionem in hac materia ſibi ampliare adeò deſideroſi
fuerunt, ut tentaverint condere Statutum circa Jus
mulctandi, etiam ſine Epiſcopi interventu, reproba-
tum poſtea per *Rotam in d. deciſ. Illerden. Statuti coram*
Corduba, voluerint ſponte Vicarium Epiſcopi admit-
tere in corrigendis delictis levibus, prout ſunt illi,
quos uſque adhuc mulctavit Capitulum, in quibus re- 20
gulariter Epiſcopus non ſolet ſe ingerere. *Rota coram*
Seraphin. deciſ. 639. *num.* 7. *& ſeqq.* Alterum, quòd
Epiſcopus ſi verè ad ſe ſpectaſſet tale Jus corrigen-
di,

di, illud pro parte à ſe abſque ulla cauſa abdicaſſet; admittendo Capitulum ad ſimultaneam corre-
22 ctionem in præjudicium propriæ Ordinariæ Juriſdictionis, cujus ſolent Epiſcopi eſſe religioſiſſimi Defenſores. *Rota in rec. dec.* 809. *nu.* 17. *&* 18. *p.* 18. *& in Marſicana, ſeu Nullius Beneficii* 7. *Junii* 1686. *§. Duplici, coram Reverendiſſimo Turonen. & in Firmana Juriſdictionis* 14. *Junii* 1688. *§. Comprobantur, coram bon. mem. Rondinino.*

Quibus ſtantibus, appoſitio nominis Vicarii in dictis actibus mulctationum, non cenſetur facta ad oſtendendum, eum uti Vicarium interveniſſe, ſed demonſtrativè ad magis deſignandam perſonam, &
23 ob præeminentiam Dignitatis, in ſpecie *Rota coram Seraphin. deciſ.* 474. *n.* 3. *verſic. Nec facit. Bich. deciſ.* 241. *n.* 23. *&* 24.

Et ita utraque &c.

R. P. D. P R I O L O.

Illerden. Diſtributionum.

Lunæ 8. *Maji* 1702.

A R G U M E N T U M.

Beneficiatis, ac Portionariis Eccleſiæ Cathedralis Illerden. occupatis in regimine Confraternitatum S. Salvatoris, & Sanctæ Mariæ Veteris, in eadem Eccleſia exiſtentium, non debentur Diſtributiones, & emolumenta Anniverſariorum Maſſæ communis, non attenta contraria Concordia, aut etiam conſuetudine.

S U M M A R I U M.

1. *Quaſi poſſeſſio percipiendi Diſtributiones in abſentia, propter reſiſtentiam legis Conciliaris, & Decretum irritans, non eſt manutenibilis, etiamſi fuiſſet per plures annos continuata.*
2. *Conventiones, præjudiciales augumento Cultus Divini, non merentur attendi.*
3. *Conſuetudo, quòd Diſtributiones percipiantur etiam in abſentia, tanquam irrationabilis, & inhoneſta, non eſt admittenda, etiamſi diutiſſimè, & ſine ulla contradictione, fuerit obſervata.*
4. *Qui petit ab alio licentiam pro actu aliquo exercendo, fatetur ſe talem facultatem ex ſe ipſo non habere.*
5. *Habilitatio aliud non eſt, quàm facultas obtinendi ea, quæ per prius obtinere non licebat.*
6. *Ex commodo, & emolumento, quod reportant Capitulares, dici non poteſt, quòd reſultet utilitas communis ipſius Eccleſiæ.*
7. *Quando Eccleſia, & Confraternitates veniant diſcretè, & ſeparatè conſiderandæ, ita ut incumbens negociis Confraternitatum, non dicatur incumbere negociis Eccleſiæ.*

D E C I S I O XLVIII.

PRætendentibus Beneficiatis, ac Portionariis Eccleſiæ Cathedralis pro tempore, quo tanquam Priores, & Conſiliarii ſunt occupati in regimine Confraternitatum Sancti Salvatoris, & Sanctæ Mariæ Veteris, lucrari Anniverſaria, & Diſtributiones Maſſæ communis, perindè ac ſi intereſſent Divinis Officiis, dubitatum fuit coram Me, An eiſdem danda eſſet manutentio in quaſi poſſeſſione illas percipiendi, & hodie propoſito dubio, emanavit negativa reſolutio.

Nulla ſiquidem ratio haberi potuit de quaſi poſſeſſione percipiendi Diſtributiones in abſentia, quia pro-
1 pter reſiſtentiam Legis, provenientem ex diſpoſitione Concilii *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 12. & decretum irritans, adjectum in illius confirmatione, quælibet poſſeſſio infecta remanſit, & non videtur manutenibilis, etiam ſi fuiſſet per plures annos continuata, ut notat *Rota coram Seraphino dec.* 1140. *n.* 1.

Nec ad iſtum effectum relevare viſa eſt Concordia, inita de anno 1482. Nam dato etiam, quòd de tempore, quo Confraternitates tranſlatæ fuerunt intra Clauſtra Eccleſiæ, Capitulum permiſerit ſuperlucrari Diſtributiones pro eo tempore, quo Beneficiati, & Portionarii ſunt occupati in illarum adminiſtra- 2
ne, iſta tamen conventio, tanquàm præjudicialis augumento Cultus Divini, attendi non meretur: quia, ſive inſpiciatur *Text. in c. unic. de Cleric. non reſid. in* 6. ſive Concilium *in d. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 12. illa fuit ab utraque Lege ſpecialiter ſublata, ut probat *Garz. de Benef. p.* 3. *c.* 2. *n.* 432. *Pignattel. conſult.* 114. *num.* 9. *tom.* 9. *Panimol. dec.* 20. *adnot.* 2. *num.* 20. *& Rota coram Bich. dec.* 567. *n.* 20. *cum ſeqq.*

Et ex eadem ratione, nec minus relevare viſa eſt conſuetudo, in contrarium allegata. Nam ſi illa ſublata non fuiſſet à Concilio, & à Jure communi, prout verè ſublata fuit, remanſiſſet tamen interverſa per Conſtitutiones, ab Epiſcopo, & Capitulo in contrarium promulgatas: Voluit enim Epiſcopus in Viſitatione habita de anno 1615. quòd abſentes non gaudeant Diſtributionibus quotidianis, niſi in caſu infirmitatis, vel in caſu neceſſitatis, quæ ſit communis toti Eccleſiæ; Capitulum vero ſpecialiter loquendo de Prioribus, & Confratribus S. Salvatoris, & S. Mariæ, de anno 1621. expreſsè deliberavit, quòd illi non poſſent lucrari Diſtributiones, niſi eſſent præſentes in Choro, ex quo benè colligitur, vel quòd talis conſuetudo non adfuit, vel quòd illa non fuit uniformiter continuata: ultra quamquod etiamſi fuiſſet diu- 3
tiſſimè, & ſine ulla contradictione obſervata, nec minus juvare poſſet, quia, tanquam irrationabilis, & inhoneſta, admitti non deberet, nè ii, qui ſunt Eccleſiæ ſervitio mancipati, ſuperlucrando Diſtributiones in abſentia, retrahantur ab onere perſonalis reſidentiæ, & à celebratione Divinorum Officiorum, ut pluries reſpondit Sacra Congregatio Concilii in decretis relatis per *Barboſ. de Canon. c.* 30. *n.* 20. *& c.* 21. *n.* 63. *Franceſ. in c. unico §. Qui verò, nu.* 4. *poſt med. verſ. licet illi poſſent, de Cleric. non reſiden. in* 6. *Pignattell. d. conſult.* 114. *nu.* 9. *cum ſeqq. tom.* 9. *Card. de Luca de Can. diſc.* 10. *n.* 3. *cum aliis ſeqq.*

Et quòd verè nullius momenti ſit iſta Concordia, & conſuetudo, clariùs deprehenditur ex eo, quòd Beneficiati uſque de anno 1698. preces porrexerunt Capitulo, & inſteterunt, ut obſervaretur Concordia anni 1482. ut ſcilicet lucrari poſſent Diſtributiones pro eo tempore, quo actualiter inſerviebant in regimine, & adminiſtratione Confraternitatum: Et quamvis Capitulum preces admiſerit, illas tamen non admiſit, niſi durante ejus beneplacito, ex quo actu benè deducitur, quòd poſſeſſio Beneficiatorum non erat pacifica, quoniam aliàs non ſupplicaſſent pro obſervantia Concordiæ; & dum licentia fuit conditionaliter, & ad beneplacitum conceſſa, ſequitur perneceſſè, ut deficiente beneplacito Capituli, ceſſet etiam Jus Beneficiatorum, quia aliàs iſti non ſupplicaſſent pro participatione Diſtributionum de tempore abſentiæ, ſi illas lucrari potuiſſent ad formam Concordiæ, & conſuetudinis, & dum voluerunt obtinere licentiam à 4
Capitulo, faſſi fuerunt, talem facultatem ex ſe ipſis non habere, ad *Text. in cap. licèt, de regul. Bold. conſ.* 290. *ſub n.* 5. *verſ. ſed hoc eſt impoſſibile, lib.* 3. *Rot. coram Coccin. dec.* 375. *n.* 13.

Non relevante, quòd hæc ſupplicatio porrecta fuerit à Beneficiatis paulò ante motam litem, & licentia à Capitulo tali modo conceſſa dedit cauſam ipſimet liti, & proinde ſi non fuit à Beneficiatis acceptata, conſequens eſt, ut illis præjudicare non valeat. Quoniam vis non ſtat ſuper licentia, per Capitulum conditionaliter conceſſa, quæ ex ſupradictis, nec minus validè concedi potuiſſet, ſed ſuper ipſamet inſtantia Beneficiatorum, ex qua deſumitur, quòd ipſi ſupplicando pro habilitatione lucrandi Diſtributiones de tempore Officialatus clarè agnoverunt, non eſſe in pacifica poſſeſſione illas de eo tempore lucrandi, cum habilitatio nihil aliud ſit, quàm facultas obtinendi ea, quæ per prius obtinere non licebat, ut ex *Texta in c. ſi cauſa, & cap. Chriſtiano* 33. *quæſt.* 4. tradit *Capon. diſcept. forenſ. c.* 43. *num.* 5. *& ex Textu in cap. fin. C. de Jur. Emphit.* firmat *Rota coram Coccin. d. deciſ.* 375. *num.* 4.

Nec talis Concordia, & conſuetudo reddi poſſunt

juſtæ,

juſtæ, & rationabiles ex eo, quòd vacantibus Bene-
ficiatis in adminiſtratione, & regimine Confraterni-
tatum, major reſultaret utilitas Eccleſiæ. Nam præ-
termiſſo, quòd de iſta utilitate non deponunt, niſi
nonnulli Teſtes ad perpetuam examinati, qui nullum
gradum probationis conſtituunt: adhuc tamen ad-
miſſa etiam illorum depoſitione, compertum fuit,
quòd utilitas non cedebat in beneficium ipſius Eccle-
ſiæ, ſed ad commodum privatum illorum, *che aju-
tano alla molta celebratione delle Meſſe commune a tutti
li Reſidenti, etiam Capitolari della ſopradd:tta Chieſa* --
& propterea ex commodo, & emolumento, quod re-
6 portabant ipſi Capitulares Reſidentes in Eccleſia,
dici non poterat, quòd reſultabat utilitas communis
ipſius Eccleſiæ, ut firmat *Rot. cor. Gregor. dec.* 263. *n.*
6. *& in rec. dec.* 138. *n.* 1. *p.* 1.

Nec dicatur, quòd ſicuti Canonici, & Beneficia-
ti, quando de tempore Divinorum Officiorum tan-
quam Procuratores, & Camerarii, ſunt occupati in
exigendis redditibus Eccleſiæ, & Capituli, lucrifa-
ciunt Diſtributiones in eorum abſentia, ita parifor-
miter illas lucrari debent Beneficiati, & Portionarii,
quando occupati reperiuntur in regimine Confrater-
nitatum, exiſtentium in ipſa Eccleſia: Nam obje-
ctum urgere poſſet, ſi Confraternitates erectæ fuiſ-
ſent in adjutorium Eccleſiæ, in qua ſitæ reperiun-
tur, ſed quando cum Eccleſia nullam connexionem
habent, & tanquam Collegia de per ſe ſtantia, poſ-
ſunt pro ipſarum libito ab eadem Eccleſia recedere,
7 tunc incumbere negociis Confraternitatum non dici-
tur incumbere negociis Eccleſiæ, ſeu Capituli, cum
Eccleſia, & Confraternitates veniant diſcretè, & ſe-
paratè conſiderandæ, per ea, quæ tradunt *Natt. conſ.*
62. *n.* 6. *Caſtrenſ. conſ.* 50. *n.* 3. *lib.* 2. *Roſ. conſult.* 10. *n.*
26. *Capon. controv.* 345. *n.* 3. *Tondut. Quæſt. Benef. part.* 3.
cap. 43. *n.* 5. *cum ſeqq. Petr. de Ubaldis de Canon. Epiſc. q.*
14. *n.* 9. *& Frances de Eccleſ. Cathedr. c.* 25. *n.* 186. *&
Amoſtaz. de Cauſ. Piis lib.* 4. *c.* 12. *n.* 8.

Et ita, utraque Parte audita, reſolutum fuit &c.

R. P. D. PRIOLO.

Illerden. Diſtributionum.

Lunæ 22. *Jan.* 1703.

ARGUMENTUM.

Diſtributiones, & alia hujuſmodi emolumenta, quæ debentur ſolum intereſſentibus, lucrari non poſſunt Beneficiati alicujus Eccleſiæ, tempore quo ſunt occupati in regimine Confraternitatis, in ea erectæ, non obſtante contraria Conſtitutione, ſeu Concordia.

SUMMARIUM.

1 *Diſtributiones quotidianæ dantur ratione laboris, & perſonalis ſervitii.*
2 *Et debentur ſolum intereſſentibus Divinis Officiis.*
3 *Nec valet Concordia, in contrarium inita a Beneficiatis cum Capitulo, tanquam Cultui Divino præjudicialis.*
4 *Beneficiati inſervientes alicui Confraternitati, erectæ in Eccleſia, cui ſunt adſcripti, non dicuntur incumbere negociis ipſius Eccleſiæ, cum qua connexionem non habet Confraternitas.*
5 *Et cum utrumque ſervitium impleri poſſit, diverſis reſpectivè temporibus, non eſt cur tolerari debeat, participatio Diſtributionum in abſentia, cum præjudicio cultus Divini, quod alias poterat evitari.*
6 *An hujuſmodi Concordia iniri poſſet in actu ipſo fundationis.*
7 *Concordia ſuper modo reſidendi non ſuſtinetur, utpote Divini Cultus diminutiva.*
8 *Non valent leges promulgatæ in præjudicium eorum quibus per antiquas Conſtitutiones jus quæſitum erat.*

DECISIO IL.

DEciſum fuit coram Me ſub die 8. Maji proxi-
mè præteriti, Beneficiatos non poſſe ſuperlucra-
ri Diſtributiones, & Anniverſaria Maſſæ communis
pro eo tempore, quo occupati in regimine Confra-
ternitatum S. Salvatoris, & Sanctæ Mariæ Veteris,
ſunt abſentes à reſidentia Chori, & à celebratione
Divinorum Officiorum, & quia ratio ita decidendi
tota ſtetit ſuper diſpoſitione Concilii *ſeſſ.* 24. *de refor.
c.* 12. agnita proindè à Scribentibus pro Beneficiatis
juſtitia reſolutionis, fuit petita ad eorum inſtantiam
Remiſſoria ad effectum probandi, fuiſſe per ipſos
ab immemorabili ſuperlucratas Diſtributiones pro tem-
pore, quo erant occupati in adminiſtratione dictarum
Confraternitatum; eaque conceſſa cum retardatione,
vel ſine, arbitrio Rotæ, fuerunt poſtea expeditæ Li-
teræ Remiſſoriales, præfixo termino quatuor menſium:
Cumque eo elapſo, nè probationes anguſtiarentur,
putaſſem illum protrahere, quia tamen hoc interme-
dio tempore Agentes Beneficiatorum tranſportare non
curarunt Proceſſum Remiſſorialem, Capitulum plu-
ries inſtetit, ut ego Cauſam proponerem ſuper reſo-
lutis, & quamvis Beneficiati urgerent pro novis
dilationibus, conſulendo indemnitati utriuſque partis
fuit à Me impartitus novus terminus, non retarda-
ta propoſitione Cauſæ: Cumque ad formam hujus
decreti hodie fuerint novo examini ſubjecta funda-
menta præcedentis reſolutionis, DD. comperta illo-
rum ſubſiſtentia, ſteterunt in deciſis.

Non enim potuit in dubium revocari, quòd Diſtri-
butiones quotidianæ debentur ſolùm intereſſentibus,
tanquam ſtipendium laboris, & perſonalis ſervitii, 1
quod præſtatur in celebratione Divinorum Officiorum,
juxta claram diſpoſitionem *Text. in c. unic. de Cler. non
reſid. in* 6. *& cap. licet* 32. *extravag. de præbend. & Concil.
Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. & propterea ſi Beneficiati, de
tempore, quo ipſi verſantur in regimine Confrater-
nitatum, abſunt à Reſidentia Chori, & non inter-
ſunt Divinis Officiis, incongruum planè eſt, quòd lu-
crentur illas Diſtributiones, quæ ſolummodò præſen- 2
tibus debentur, ad tradita per *Lotther. de Re Benefic.
q.* 19. *num.* 16. *cum ſeqq. Rot. coram Merlin. dec.* 139. *nu.*
2. *& dec.* 153. *n.* 1. cum aliis relatis *in Alexandrina Di-
ſtributionum* 20. *Martii* 1699. *§. Non enim, coram R. P.
D. meo Lancetta.*

Ex hoc autem juridico fundamento de plano ſe-
quitur, ut in nihilo veniat attendenda Concordia,
inita de tempore, quo translatæ fuerunt Confraterni-
tates intra Clauſtra Eccleſiæ. Nam etſi à Capitulo
conceſſa fuiſſet Beneficiatis, & Portionariis ſuperlu-
cratio Diſtributionum pro eo tempore, quo ipſi ſunt
implicati pro ſervitio Confraternitatum, quia tamen 3
cauſa, propter quam conceſſa fuit talis ſuperlucratio,
reſpicit utilitatem Eccleſiæ, perneceſſe ſit, ut Con-
cordia in illius ſequelam emanata, nullo Jure ſubſi-
ſtere poſſit, tanquam diminutiva cultus Divini, quia
Capitulum concedere non poteſt, quòd abſens lucre-
tur Diſtributiones, ut ultra auctoritates in Deciſio-
ne, quæ revidetur *§. Ne ad iſtum effectum*, comprobat
Rota cor. Merlin. d. dec. 153. *n.* 2. *& coram Cocin. deciſ.*
108. *nu.* 4. *cum ſeqq.* repetita *in rec. dec.* 61. *nu.* 3. *partem
cum ſeqq. p.* 1.

Et quòd verè cauſa, cui innixa reperiebatur ſuper-
lucratio Diſtributionum in abſentia nullum habeat ju-
ſtitiæ fundamentum, ſatis ſuperque convincitur ex eo,
quòd Confraternitates non ſunt erectæ in adjutorium
Eccleſiæ, & quamvis translatæ fuerint intra illius
Clauſuram, nullam tamen habent connexionem cum
ipſa Eccleſia, imò tanquam Collegia de per ſe ſtan-
tia, habent redditus diſparatos, & poſſent etiam pro
ipſorum libito ab ea recedere, & propterea ſi Eccle-
ſia, & Confraternitates veniunt diſcretè conſideran- 4
dæ, Beneficiati, & Portionarii, incumbendo negociis
Confraternitatum, & curando illarum utilitatem, non
dicuntur incumbere negociis Eccleſiæ, minuſque pro-
ſpicere illius utilitati, ut pluribus relatis animadver-
ſum fuit *in præcedenti Deciſione §. finali.*

Et tanto minùs conſiderari poteſt utilitas Eccleſiæ,
quia poſſunt Beneficiati vacare regimini, & admini-
ſtra-

ſtrationi Confraternitatum, & tempore, quo ipſi non aſſiſtunt celebrationi Divinorum Officiorum, & quando habita menſura temporis, juata illius æqualem proportionem, æque benè præſtari poterat utrumque ſervitium, nulla urgebat neceſſitas, ut pro unius ſatisfactione prætermitteretur alterius implementum?
5 Cumque in hac materia multum faciat Judicis arbitrium, congruum non eſt, quòd data poſſibilitate implendi utrumque ſervitium, permittatur cum præjudicio Cultus Divini ſuperlucratio Diſtributionum in abſentia, quando iſta poterat commodè evitari, ut in ſimili advertit *Ciarlin. controv. 26. num. 12. & ſeqq.*

Nec pro juſtitia Concordiæ adduci meretur, quòd illa veniat ſervanda tanquam facta in ipſo actu, quo per translationem Confraternitates reperiuntur erectæ, & fundatæ intra clauſtra Eccleſiæ, cum *Conc. in d. ſeſſ. 24. cap. 12.* non cenſeatur voluiſſe derogare fundationi, per ea, quæ tradit *Fagnan. in c. licet, n.*
6 *58. de præbend.* Prætermiſſo enim, quòd hoc factum non apparet juſtificatum, non probatur fuiſſe talem Concordiam initam ipſo limine fundationis, quatenùs tamen res ita ſe haberet, advertebatur, quòd hæc concluſio non ita de plano procedit, nam ut videre eſt apud eundem *Fagnan.* ubi ſupra, Congregatio parva ſtatuit quidem Concilium non ſubſtuliſſe hujuſmodi concordias, initas in ipſa fundatione, ſed in Congregatione Generali major pars ſuffragantium fuit in contrario ſenſu, & moti ſunt ea potiſſimùm ratione, quòd ſi Concilium ſubſtulit immemorabilem, quæ dat meliorem titulum de mundo, ſicuti ex iſta allegari potuiſſet titulus fundationis, ita ſublata immemorabili, cenſetur etiam in illius ſequelam ſublatus titulus fundationis. Sed quælibet difficultas ceſ-
7 ſare viſa eſt in caſu præſenti, quia cum hæc Concordia reſpiciat modum reſidendi, ſuper iſto non poterat à Capitulo paciſci talis conventio, quæ fuiſſet diminutiva Cultus Divini, ut probant Auctoritates ſuperiùs relatæ, & firmat *Rota in alia Illerden. Statuti apud modern. Auſculan. ad Stat. Ueb. deciſ. 1. num. 2. & ſeqq. & coram Celſ. dec. 12. n. 13. cum ſeqq. & in Urgellen. Statuti 27. Junii 1699. §. Nec bonum, coram Me.*

Et præmiſſa eo magis urgere viſa ſunt, quia in Viſitatione habita de anno 1615. Epiſcopus voluit, quòd abſentes non ſuperlucrarentur Diſtributiones quotidianas, niſi in caſu infirmitatis, vel in caſu neceſſitatis, quæ eſſet communis toti Eccleſiæ, Capitulum de anno 1621. ſpecialiter agendo de Prioribus, & Confratribus Sancti Salvatoris, & Beatæ Mariæ Veteris, deliberavit, quòd illi non poſſent Diſtributiones lucrari, niſi eſſent præſentes in Choro: Et propterea ſi in hujuſmodi decretis, quæ fuerunt promulgata ab Epiſcopo, & Capitulo per viam legis univerſalis, non reperitur præſervata talis concordia, prout fuerunt præſervati alii caſus infirmitatis, & neceſſitatis, planum fit, quòd illa, vel non ha-
8 buit ſuam executionem, vel ſupervento Concilio, non fuit poſtmodum obſervata, aliàs enim ſi fuiſſet in viridi obſervantia, contra illam Epiſcopus, & Capitulum promulgare non potuiſſent leges in contrarium, nè præjudicaretur iis, qui ex tali antiqua, & inveterata Concordia habebant jus quæſitum, ad *Text. in cap. cum omnes, ibique Gloſ. V. inſtitutum, de conſtitution.* cum aliis relatis in *Seguntina Præeminentiarum 21. Februarii 1687. §. Nullitas, cum ſeqq. coram Reverendiſſimo Turonen. & in d. Urgellen. Statuti 27. Junii 1699. §. Nec bonum jus, coram Me.*

Et ita unica tantum parte informante reſolutum fuit, altera verò pluries monita, & fruſtra dilationem petente ſub prætextu expeditæ Remiſſoriæ, quia cum iſta, ut ſupra inſinuatum eſt, conceſſa fuerit cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ, quoties elapſo congruo tempore tranſportatus non fuit Proceſſus Remiſſorialis, minuſque juſtificatum fuit, illum fuiſſe in Partibus inchoatum, nullo juſtitiæ, & æquitatis fundamento potuit retardari Cauſæ propoſitio, & ſubſecuta illius reſolutio.

R. P. D. JACOMETTO.

Leodien. Canonicatus.

Veneris 25. Junii 1700.

ARGUMENTUM.

Utrùm Scholaris, cui pro obtinendo Canonicatu, requirente certum curſum annorum ſtudii, deficiunt aliquot menſes, cenſeatur compenſaſſe hujuſmodi defectum, ſi per plures annos munus exercuerit Doctoris. Quæ dicantur de forma ſubſtantiali, ſpecificè implenda; & an, & quomodo poſſit per æquipollens impleri

SUMMARIUM.

1 *Defectui paucorum menſium ſtudii, pro obtinendo aliquo Beneficio, dicitur plenùs ſatisfactum per exercitium plurium annorum in qualitate Doctoris.*

2 *Non cenſentur eſſe de forma ſubſtantiali, ſpecificè implenda, ea quæ ſubſequi poſſunt.*

3 *Quando poteſt haberi finis intentus per æquipollens, multoque magis per pinguius adimplementum, ſufficere videtur, ut formæ, quantumvis ſpecificæ, ſatisfactum dicatur.*

4 *Appellatione Scholarium in favorabilibus veniunt Magiſtri, & privilegia, illis competentia, iſtis denegari nequeunt.*

5 *Scholaris, etſi non intret Scholas, ut domi meliùs ſtudeat, gaudet nihilominus privilegiis Scholarium.*

6 *Evitatur ſubreptio, quoties aliquo non expreſſo, adhuc Pontifex gratiam conceſſiſſet.*

DECISIO L.

A Sententia, ſeu Decreto, lato extra Rotam ſuper executione Literarum Apoſtolicarum favore Henrici Denys, appellante Capitulo Leodienſe, Impetrata fuit ab eodem nova Commiſſio, cum clauſula *Parito Literis arbitrio Rotæ*, qua directa R. P. D. meo Anſaldo, reſponſum fuit ſub die 4. *Julii 1698. non intrare arbitrium pro retardatione*, & ſucceſſivè expedita Cauſa, ſecunda vice provocavit Capitulum ad Signaturam Juſtitiæ, quæ iterum reſcripſit cum clauſula ſuſpenſiva *Alteri qui ad legitimam*; undè ad tenorem Commiſſionis propoſito per me Dubio: *An eſſet procedendum ad legitimam*, ſub *die 4. Decembris* anni præteriti DD. demandarunt, ut iterum proponeretur. Quo in præſenti Audientia repropoſito, affirmativa prodiit reſolutio. Siquidem animadverſum fuit, proviſionem à Sede Apoſtolica reportatam ab Henrico de Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis, ſubreptionis, vel obreptionis vitio notari non poſſe ex eo, quia idem Henricus non juſtificaverit ſeptennale ſtudium Theologiæ peregiſſe in qualitate Scholaris apud publicam, & Catholicam Univerſitatem, juxta præſcripta in Statuto ejuſdem Eccleſiæ: quoniam cum abundè probaverit, per ſexennium, & ultra ſtudiis incubuiſſe in Univerſitate Lovanienſi, ac ſuſcepta poſtmodum Doctoratus Laurea, per curſum ſexdecim annorum, & ultra Sac. Theologiam in qua- 1
litate Lectoris docuiſſe, utique pinguius Statutariæ diſpoſitionis ſatisfeciſſe dicendum eſt, defectum paucorum menſium ſtudii in qualitate Scholaris compenſando cum ſtudio tot annorum in qualitate Lectoris, & Magiſtri, ex adductis per *Rot. cor. Merl. dec. 306. n. 5. & coram Bich. dec. 458. n. 23. & 24.*

Parum relevante, quòd ſtudium ſeptennale à ſtatuto fuerit volitum pro forma ſpecifica, & ſubſtantiali, adeoque adimpleri non poſſit neque per æquipollens, neque pinguius. Nam ſtudium ſeptennale non eſt neceſſarium in actu aſſecutionis Canonicatus, ſed ſufficiens reputatur, ſi poſtea adimpleatur, cum Statutum non invalidet Gratiam, ſed executionem ipſius dumtaxat ſuſpendat uſque ad complementum ſtudii, ut pluribus exemplis comprobabant Informantes pro Capitulo. Hinc promanat, ſat eſſe adimplementum per 2
æquipollens, cum ea, quæ ſubſequi poſſunt, vel adimpleri

pleri poſt actum, non dicantur de forma ſubſtantiali ſpecificè adimplenda. *Feln. in c. Delicta, num. 6. verſ. Quartum ſignum, de reſcript.* cum concordantibus *in Regien. Prioratus* 28. *Junii* 1694. *§. Non obſtat. cor. bon. mem. Emerix*.

Quod eo magis comprobatur, cum talis forma nullo alio fine præſcripta videatur, quàm ut Canonici Leodienſes ſanis Doctrinis imbuti, Eccleſiæ utiliùs
3 inſervire poſſent Theologiam docendo, atque Hæreticis reſiſtendo, undè ſi finis iſte, & effectus haberi potuit, prout revera in præſenti habitus fuit per æquipollens, immò per majus adimplementum, ſufficere videtur, ut formæ, quantumvis ſpecificæ, ſatisfactum dici debeat. *Salgad. in Labyr. Credit. part. 1. c. fin. num. 135. & ſeqq. Larrea dec. Granat. 78. n. 7. Mareſcott. Var. reſol. lib. 1. c. 68. num. 1. Conciol. ad Stat. Eugub. in prælud. num. 102. Card. de Luc. de Regal. diſc. 53. num. 4. & de Cred. diſc. 84. num. 5. Manſ. conſul. 153. num. 55. & conſul. 184. num. 20. & in Bononien. ſeu Imolen. Bonorum ſuper portione ſororis Mariæ Cæleſtis* 27. *Januarii* 1698. *§. Quoniam, coram R. P. D. meo dell' Olmo*.

Quem quidem intellectum comprobat præſumpta mens Statuentium, qui ſi optarunt admittendos ad Canonicatus Scholares, à fortiori aſſerendum eſt deſideraſſe pariter Magiſtros, cum aliàs in favorabilibus ap-
4 pellatione Scholarium veniant Magiſtri, & privilegia illis competentia, iſtis denegari nequeant, ut præter adductos in *dec. antecedentis Inſtantiæ emanata cor. R. P. D. meo Anſaldo* 4. *Julii* 1698. *§. Verùm, in fine*, firmant *Ancharan. aliique Scribentes in proœm. lib. 6. decretal. P. Mendo de Jur. Accademico lib. 5. quæſt. 13. nu.* 326. ubi etiam, quòd dubitari non valeat, quin munus docendi præſtantiùs ſit, quàm exercitium diſcendi.

Minùs obſtare viſum fuit, quòd Henricus non docuerit in aliqua publica Univerſitate, ſed in particularibus Collegiis, quia cum Statutum non alia ratione requirat ſtudium, quàm ad effectum aſſequendi Doctrinam, ſeu habilitatem, iſta adepta dici debet per actualem lecturam exercitam per tot annos, abſque eo quòd attendere debeamus quo in loco illa fuerit peracta; habito ſiquidem intento, curare non de-
5 bemus de modo, ut in ſimilibus terminis Scholaris, qui non intrat Scholas, ut meliùs domi ſtudeat, quod gaudeat privilegiis Scholarium tradunt *Gloſſ. & DD. initio proœm. 6. Decretal. V. Bononiæ commorantibus*, cum aliis apud *Rebuff. de Privil. Scholar. priv. 165. num. 1. tom. 18. Tract. magn.* Ex quibus viſa fuit evitari obreptio oppoſita à Capitulo Literis Apoſtolicis, nam cum Henricus per æquipollens Statuto plenè ſatisfecerit, non fuit opus narrare, quòd idem ſtudium ſe-
6 ptennale, à Statuto requiſitum in qualitate Scholaris, integrè non compleverit, cum hoc etiam non expreſſo, adhuc Summus Pontifex gratiam conceſſiſſet, quod ſufficit ad evitandam ſubreptionem *Rota coram Cavaler. dec. 551. num. 6. coram Pamphil. dec. 383. n. 5. coram Ninot. dec. 58. num. 55. & in rec. dec. 140. num. 7. part. 7.*

Cum igitur his præmiſſis ſuperflua reddita fuerit diſputatio, an Statutum prædictum ſit confirmatum à Sede Apoſtolica in forma communi, vel ſpecifica, DD. hunc Articulum præter neceſſitatem decidere noluerunt, dum confirmatio eandem recipere debeat interpretationem, ac ipſum Statutum confirmatum, ſive illa ſit in forma ſpecifica, ſive in forma communi, quicquid ſit, ſi ageretur de gratia derogationis, quam in præſenti DD. non fuiſſe neceſſariam, juxta præmiſſa exiſtimarunt.

Ex tribus itaque exceptionibus, propoſitis à Capitulo, duabus ſublatis, prima nempè ex juridica, & congrua Statuti interpretatione; ſecunda de mala expreſſione ejuſdem Henrici ex gratia revalidatoria; de tertia de non facta publicatione ad terminos Conſtitutionis Gregorianæ, uti plenè rejecta in Deciſione particulari, coram Me edita *die 14. Decembris anni præteriti*, nulla fuit habita ratio, ex fundamentis in eadem Deciſione adductis, cum quibus etiam in præſenti DD. tranſiverunt. Utraque &c.

R. P. D. MUTO.

Majoricen. Beneficii.

Lunæ 29. Martii 1700.

ARGUMENTUM.

Valet electio, ab uno ex electoribus facta, aliis facultate eligendi abutentibus, contra diſpoſitionem SS. Canonum, etiamſi non fuerit ab illo expleta in conſueto loco, dummodo non ſit clandeſtinus, ſed tutus, decens, & honeſtus.

SUMMARIUM.

1 *Electio facta, contempto uno ex electoribus, eſt nulla.*
2 *In electionibus faciendis, uſus ſortis prohibetur.*
3 *Electores, in officio ſuo delinquentes, privantur pro illa vice jure eligendi, quod in aliis non delinquentibus conſolidatur.*
4 *Quando quis præſumatur ſcire factum alterius.*
5 *Teſtes, de materia optimè informati, & firmiter examinati, plenè probant.*
6 *Ad effectum amittendi Jus præſentandi, non abſolutè, ſed pro illa vice, quod non eſt maximum præjudicium, ſufficit probare ſcientiam præſumptam.*
7 *Quando ab uno repræſentari poſſit totum Collegium.*
8 *Electio, ſeu præſentatio, poteſt fieri ab uno de Collegio, vel Capitulo, aliis omnibus abſentibus, vel impeditis.*
9 *Electio S. Pontificis, omnibus mortuis, impeditis, vel abſentibus, expleri poteſt ab uno ſolo, à quo repræſentatur totum Sacrum Collegium Cardinalium.*
10 *Locus non eſt de ſubſtantia electionis, ſed ea ubicunque fieri poteſt, dummodo ſit locus honeſtus, & tutus.*
11 *In quibus caſibus procedant Auctoritates contrariæ.*

DECISIO LI.

INterpoſita appellatione ex parte Michaelis Gual à Sententia R. P. D. mei Anſaldi, declarante, Beneficium vacans per obitum Leonardi Gacies in Eccleſia Parochiali loci Sunii Majoricen. Diœceſis, adjudicandum eſſe Raphaeli Ferragut, præſentato ab Antonio Torello uno ex quatuor Conſulibus, ſeu Juratis, ad quos Juſpatronatus illius ſpectabat, rejecta præſentatione aliorum trium Conſulum, tanquam facta per Compromiſſum, & per Sortem, Cauſaque hujuſmodi appellationis mihi commiſſa, diſcutiendum hodie DD. meis propoſui Dubium -- *An ſententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda* -- & pro confirmatione reſponſum obtinui.

Juſtitiam ſanè Sententiæ Rotalis, quæ ob incontroverſam inter partes validitatem hodie unicè erat in quæſtione, deſumpſerunt DD. tum ex quo præfati tres Conſules, diſcordantes inter ſe de perſona præſentanda, compromiſerunt in tres Presbyteros, qui eandem præſentationem explerent, quod neglecto 1
quarto Conſule facere licitum non erat citra vitium nullitatis, juxta doctrina *Abbat. in c. in cauſis 30. nu. 3. de election.* quam ultra relatos *in deciſ. R. P. D. mei Anſaldi §. Quod autem*, firmant *Inn. in c. quia propter, num. 6. de election.* ibidemque *Ancharan. num. 1. Bald. num. 21. Barboſ. numer. 35. Mirand. in Manual. Prælat. tom. 2. quæſtion. 23. art. 34. concluſ. 2. Sylveſtr. in Summa V. electio. num. 2. quæſt. 51. Rendin. in Promptuar. receptar. ſentent. tom. 1. titul. 36. num. 14. Vivian. de Jurepatr. lib. 5. c. 1. num. 28.* Tum etiam quia præfati Compromiſſarii, loco dandi ſuffragium nomine Compromittentium, electionem remiſerunt Judicio ſor- 2
tis, quod expreſsè vetitum fuit per *Inn. III. in cap. fin. in fine, de ſortileg.* & firmant *Auctoritates recenſitæ in eadem Deciſione R. P. D. mei Anſaldi §. Urgentiùs, & ſeqq.* quibus addo *Mirand. in Manual. Prælator. tom. 2. d. quæſt. 23. art. 18. Sigiſmund. à Bononia de Election. dub. 17. num. 8. Lavor. de Election. tit. 4. c. 20. n. 34.*

num. 34. *Barboſ. de Jur. Eccl. Univerſ. lib.* 1. *c.* 19. *numer.* 231. *& in d. c. final. num.* 2. *Graff. Deciſ. aure. lib.* 2. *de Cler. c.* 15. *Sayr. in Clav. Regia lib.* 4. *c.* 5. *num.* 20. *&* 21. *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.* 2. *c.* 43. *dub.* 9. *num.* 18. *& ſeqq.*

Ac propterea, cum ex utroque capite contra Ca-
nones deliquerint, privati remanſerunt pro ea vice
3 jure præſentandi, illudque integraliter conſolidatum
fuit in alio Conſule non delinquente, qui Raphaelem
præſentavit, ut firmant *Auctoritates relatæ in deciſione*
R. P. D. mei Anſaldi §. Arriſit tamen.

Non obſtante, quòd Conſules neſciverint, Com-
promiſſarios deveniſſe ad electionem per Sortem; quia
ſcientia in Conſulibus probata remanet, non ſolùm
attenta parvitate loci Sunii, in quo facilè eſt ſcire
4 omnia ea, quæ geruntur; maximè ab intereſſatis,
quales erant dicti Conſules, qui ſcire debebant geſta
per Compromiſſarios, ab ipſis deputatos, *Rota coram*
Ubago dec. 67. *num.* 7. verùm etiam ex depoſitionibus
Teſtium, ſignanter ſecundi, & quarti, abundè ſcien-
tiam eorundem Conſulum comprobantium, qui Te-
5 ſtes, tanquam de materia optimè informati, & for-
miter examinati, plenum conſtituunt probationis gra-
dum *Rota in recentior. dec.* 345. *num.* 2. *part.* 14. *& in*
Viterbien. Uſus paſcuorum 15. *currentis menſis, & anni*
§. Etenim, in fine, coram Me: Præcipuè in hac mate-
ria, in qua, cum non agatur de amiſſione Juriſpræ-
ſentandi abſolutè, ſed ſolùm pro præſenti vacatione,
quæ maximum non infert præjudicium, neceſsè non
eſt probare in Conſulibus ſcientiam veram, ſed ſuffi-
6 cit, ſi ſimpliciter probetur præſumpta, ut benè *Garz.*
de Benef. part. 10. *c.* 2. *num.* 39.

Minùs obſtat, quòd præſentatio Raphaelis non fue-
rit facta collegialiter. Etenim, cum Compatroni per
abuſum propriæ poteſtatis ſe reddiderint indignos Ju-
ris præſentandi, taleque Jus conſolidatum fuerit in
Antonio Torello, qui non contravenit, præſentatio
ab iſto facta dicitur valida, & ſuum ſortiri debet ef-
fectum, etiamſi non fuerit facta collegialiter, & ſi-
7 mul cum aliis Conſulibus, dum Collegium pro ea vi-
ce repræſentabatur à ſolo Antonio, aliis tribus Jura-
tis, ſeu Conſulibus voce privatis, ut eſt *Text. expreſ-*
ſus in l. ſicut municipium 7. *§. In Decurionibus ff. quod*
cujuſque Univerſitatis nomine, & tradunt *Card. de Luca*
ad Concil. diſc. 31. *num.* 4. *& diſc.* 43. *num.* 24. *de Pa-*
roch. diſc. 28. *num.* 10. *de Regal. diſc.* 125. *ſub num.* 11.
verſ. ut habemus de Capitulo, de Præeminent. diſc. 17. *ſub*
num. 7. *& diſc.* 21. *num.* 10. *& Miſcellan. Eccl. diſc.* 38.
num. 28. *Rota coram Seraphin. dec.* 1030. *num.* 5.

Et in ſpecie electionis, & præſentationis, quòd iſta
8 fieri poſſit ab uno de Capitulo, vel Collegio, aliis
omnibus abſentibus, vel impeditis *Gloſſ. in cap.* 1. *V.*
duo, de elect. & in c. gratum V. Pauciores, de poſtulat.
Prælat. Inn. in c. 1. *n.* 3. *&* 4. *de elect. Abbas in c. fin.*
de procurator. Navarr. conſ. 6. *num.* 2. *de elect. Lezzan.*
in Summa quæſt. regular. tom. 1. *c.* 15. *num.* 6. *& tom.* 3.
V. electio num. 4. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1., *diſp.*
5. *quæſt.* 8. *num.* 8. *Armill. in Summa V. Electio, num.* 6.
Lotter. de Re Benef. lib. 2. *quæſt.* 18. *num.* 5. *Vivian. de*
Jurepatr. lib. 8. *c.* 3. *num.* 9. *Barboſ. in c. nullus* 1. *nu-*
mer. 4. *de election. & de Jur. Eccl. lib.* 1. *c.* 19. *numer.*
46. *& ſub num.* 86. *& lib.* 3. *cap.* 12. *de Jurepatr. num.*
567. *& de Canon. cap.* 41. *num.* 15. ubi per extenſum
ponit Deciſionem Sacr. Rotæ. *Alter. de Cenſur. part.*
1. *diſput.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *Card. de Luca de Benef. diſc.*
23. *num.* 9. *& de Jurepatron. diſc.* 31. *num.* 3. *& diſc.*
34. *num.* 9. *Rota coram Dunozett. Jun. dec.* 856. *nu.* 4.
Cavaler. dec. 231. *nu.* 2. *in fine, & in recent. dec.* 219.
num. 6. *part.* 9.

Et de electione ſupremi Eccleſiæ Hierarchæ, nem-
pè Pontificis Summi, quòd omnibus mortuis, impe-
9 ditis, vel abſentibus, ab uno ſolo poſſit eligi, à quo
repræſentatur totum Sacrum Cardinalium Collegium,
Gloſſ. in Clement. Nè Romani, V. omnes, de election. Lau-
denſ. de Cardin. quæſt. 14. *Alban. eodem tract. quæſt.* 23.
& 25. *Bonacin. de Legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3.
& de Electione Pontificis diſput. 1. *quæſt.* 1. *punct.* 1. *§.*
4. *num.* 3. *Barboſ. de Jure Eccleſiaſt. univerſ. lib.* 1. *c.* 1.
de Summo Pontifice, ſub num. 74. *Diana Reſolut. Moral.*
part. 5. *tract.* 2. *reſol.* 72. *Lavor. Variar. Lucubrat. tit.* 4.
cap. 6. *num.* 26.

Et demum non relevat, quòd præſentatio Raphae-
lis fuerit facta alibi: quàm in Aula Conſiliari, ut
conſuetum erat; quia locus non eſt de ſubſtantia ele- 10
ctionis, quæ cum ubicunque fieri poſſit, etiamſi ſe-
quatur in loco non conſueto, dummodò locus non ſit
clandeſtinus, ſed tutus, decens, & honeſtus, ſubſti-
netur. *Fagnan. in c. quia propter, num.* 68. *&* 69. *de*
election. & in c. cum ex injuncto, num. 20. *de nov. oper.*
nunciat. Barboſ. de Jur. Eccl. Univerſ. lib. 1. *c.* 19. *num.*
176. *Sigiſmund. à Bononia de election. dub.* 55. *numer.* 4.
Caſtellin. eod. tract. c. 6. *num.* 12. *Tambur. de Jur. Abb.*
tom. 1. *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 33. *Paſſerin. de Election.*
cap. 12. *num.* 11. *Rota dec.* 36. *num.* 7. *part.* 6. *rec. &*
in Leodien. Monaſterii 4. *Junii* 1699. *§. Non itaque, &*
§. Attamen, coram R. P. D. meo Anſaldo: Contrariis Au-
ctoritatibus procedentibus ſolùm in caſu, quo alii Ju-
rati non amiſiſſent vocem, tunc enim præſentatio eſ-
ſet facienda in loco, ubi omnes eſſent congregati; ſe- 11
cus quando præſentatio facienda eſt ab uno ſolo, qui
repræſentat totum Collegium; iſto quippè caſu, ceſ-
ſante concurſu aliorum Conſulum, præſentatio po-
teſt fieri ab eo, qui vocem habet, in loco ſibi bene-
viſo, cum ibi dicatur eſſe Collegium ab ipſo repræ-
ſentatum.

Et ita DD. approbantes in reliquis fundamenta *De-*
ciſionis, coram R. P. D. meo Anſaldo editæ, reſponde-
runt, utraque &c.

DECISIO ROTÆ FLORENTINÆ

In Piſcien. Beneficii.

Veneris 14. *Septembris* 1716.

A R G U M E N T U M.

Beneficium, quando dicatur requirere reſidentiam præciſam, vel potiùs cauſativam, & de differentia inter unam, & aliam. Incompatibilitas Beneficii cum Canonicatu in Eccleſia Collegiata, non oritur ex reſidentia cauſativa, dicto Beneficio inhærente, ſed ex præciſa, quæ tamen non obſtat aſſecutioni, ſed ſolùm retentioni utriuſque. Conſuetudo obtinendi plura beneficia incompatibilia, abſque diſpenſatione Apoſtolica, debet concludenter probari, & quomodo. Expenditur ſeries ſtatuum hujus Beneficii. Impetrationes aliquæ Beneficiorum certo modo, ſunt minus odibiles; aliquæ verò ſunt prorſus odibiles, quæ vocantur piſcatoriæ. *Regula* 35. *de annali poſſeſſore*, ut habeat locum, quæ requirantur, & quando non procedat *Regula de triennali*.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*
2 *Dum aliquis eſt in poſſeſſione Beneficii, eſt ſolùm agendum de juſtificatione Literarum Impetrantis, quia reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris, ſecus autem ſi poſſeſſio ſit circumſcripta.*
3 *Qui petit ex integro ſuæ Proviſionis Apoſtolicæ, præcedenter obtentæ, executionem, debet priùs juſtificare narrata in ſuis Literis plenè, & concludenter.*
4 *Etiam ſi ea conſiſtant in negativa.*
5 *Ut ſi præſeferant, quòd duo incompatibilia retineri poſſunt abſque Diſpenſatione Apoſtolica.*
6 *Literæ Apoſtolicæ, non juſtificatæ, nullam merentur executionem.*
7 *Reſidentia inhærens Beneficio, expreſſa in Precibus, & in Literis Apoſtolicis, in dubio intelligitur de Reſidentia cauſativa, non autem præciſa, ſeu arctativa.*
8 *Reſidentia intelligenda eſt de ea, quam Fundator ipſe in ſua Beneficii fundatione damnavit.*
9 *In Eccleſia S. Mariæ Majoris de Piſcia viguit Collegialitas, & Chori ſervitium à tempore Pontificatus S. M. Innocentii III. & poſtea.*
10 *Beneficium, quod habet annexum ſervitium Divinorum Officiorum, & Chori, utpote poſitum in Collegiata, in qua Horæ Canonicæ recitantur, eſt præ-*
ciſè

ciè reſidentiale, ac requirit ſervitium Beneficiati per ſe ipſum, non autem per ſubſtitutum, ad differentiam alterius, quod eſſet poſitum in Eccleſia, in qua Horæ Canonicæ non recitantur.

21 *Beneficium poteſt eſſe Sacerdotale, & non reſidentiale, ita ut munus illi injunctum per alium expleri valeat.*

22 *Vice verſa poteſt Capellania, ſeu Beneficium non eſſe Sacerdotale, & tamen eſſe reſidentiale.*

23 *Pœna remotionis, ſeu privationis tituli ob inobſervantiam, in celebratione Miſſarum, vel in ſervitio Divinorum Officium, eſt cauſa formalis reſidentiæ præciſæ, & arctativæ.*

24 *Quando etiam onus reſidentiæ, & intereſſentiæ Divinis, non eſt continuum, ſed certis ſtatutis diebus perpetuum, ſub pœna tamen privationis tituli, ob non implementum, reſidentia dicitur pariter præciſa, & arctativa.*

25 *Ob non reſidentiam cauſativam, non incurritur pœna privationis tituli, ſed tantùm amiſſionis fructuum Beneficii.*

26 *Narrativa facta Papæ ſuper non requiſita perſonali reſidentia, intelligitur de reſidentia præciſa, non autem de cauſativa.*

27 *Reſidentia cauſativa, non parit Incompatibilitatem, prout eam parit reſidentia præciſa.*

28 *Si reſidentia, de qua agitur, non eſſet præciſa, ſupervacaneus fuiſſet recurſus ad diſpenſationem Apoſtolicam.*

29 *Canonicatus omnes, ſive in Cathedrali, ſive in Collegiata erecti, reſidentiam requirunt veram, & præciſam, quacunque conſuetudine in contrarium non obſtante.*

30 *Ea verba* - - Secundum ritum, & formam, & conſuetudinem dictæ Plebis, *ſunt præſuppoſitiva, & inducunt parificationem ſervitii, & reſidentiæ.*

31 *Non cum ſervitio, ſeu reſidentia aliquorum Beneficiatorum, ſed cum ſervitio in Officiis Divinis, juxta ritum, & morem Eccleſiæ Collegiatæ.*

32 *Pœna privationis tituli Beneficii, in caſu inobſervantiæ, per ea verba præceptiva* - - Et ſi in prædictis, vel aliquibus prædictorum defecerit, aut &c. teneantur ipſum removere, *utpotè generalia, comprehendunt omnes caſus inobſervantiæ, ad effectum concludendi reſidentiam præciſam.*

23 *Si ipſe Beneficiatus eſt removendus, per ſe ipſum tantùm celebrare, & officiare tenetur.*

24 *Beneficia ſimplicia, ex generali conſuetudine, non ſunt modò reſidentialia.*

25 *Præciſivè tamen à caſibus particularibus alicujus Statuti, conſuetudinis, ſeu legis fundationis, in quibus etiam Beneficia ſimplicia, redire poſſunt ad antiquum Jus commune, & eſſe reſidentialia præciſè, & arctativè.*

26 *Auctoritates, in contrarium adductæ, emanarunt in caſu, quo duntaxat quærebatur, an Beneficium eſſet, nec ne, Sacerdotale.*

27 *Nominatio Sacerdotis, ſub certo Miſſarum onere, abſque præcepto celebrandi per ſe ipſum, vel abſque prohibitione celebrandi per alium, demonſtrat non fuiſſe electam perſonæ induſtriam.*

28 *In celebratione Miſſarum, plus quàm opus operantis, conſideratur opus operatum.*

29 *Si Fundator mandat, quòd Capellanus, ſeu Beneficiatus, Miſſas, & Anniverſaria celebret, vel celebrari faciat, excludit quamlibet taxationem, ſeu celebrationem per ſe ipſum.*

30 *Si fundatio Beneficii fiat abſque mentione reſidentiæ, ſeu ſervitii in Officiis Divinis extra Cathedralem, ſeu Collegiatam, & pro qualitate non Sacerdotali vigeat obſervantia plus quam centenaria, abſque dubio Beneficium non dicitur reſidentiale, neque Sacerdotale.*

31 *Diſpenſationes, à Clericis obtentæ, dubitativè, & ad cautelam, non valent infringere obſervantiam plus quàm centenariam, excluſivam qualitatis Sacerdotalis.*

32 *Referuntur Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, & rationes, ob quas illæ non applicantur ad caſum.*

33 *Ex quibus, ſimul junctis, ſatis æquipollenter exoriatur obligatio præciſa reſidendi, & inſerviendi per ſe ipſum, juxta mentem Teſtatoris.*

34 *Confeſſio in precibus amiſſa, eſt potiſſimè attendenda.*

35 *Beneficium, tanquam vacans impetrari poteſt* certo modo, *vel ex defectu juſtificationis narrativæ, omninò requiſitæ, vel ob iſtius falſitatem.*

36 *Negativa, quòd Canonici conſueverint obtinere hoc Beneficium cum Canonicatu, abſque Diſpenſatione Apoſtolica, uti fundamentum intentionis debet concludenter probari.*

37 *Adhibitis omnibus diligentiis, de quibus remiſſivè.*

38 *Aliàs intrat præſumptio, quòd Canonici aſſecuti fuerint Diſpenſationem Apoſtolicam.*

39 *Conſuetudo retinendi duo Beneficia incompatibilia, debet probari quo ad tempus, & quo ad actus: quo ad tempus debet eſſe legitimè præſcripta ſpatio ſaltem annorum quadraginta.*

40 *Quo ad actus, qui non debent eſſe minùs duobus, valdè notoriis.*

41 *Actus hujuſmodi debent eſſe uniformes, non autem difformes.*

42 *Unicus actus difformis, diverſus, ſeu contrarius, dictam conſuetudinem interrumpit.*

43 *Dicta conſuetudo non poteſt extendi de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.*

44 *Expreſſio* ſoliti *in una tantùm vice verificatur.*

45 *Falſitas narrativæ probari debet cum qualitate doli, aut malæ fidei.*

46 *Quoties falſitas narrativæ non eſt fundamentum Gratiæ, vel ubi agitur ſimpliciter de Literis Apoſtolicis ſimplicis Juſtitiæ.*

47 *Secus verò, quoties agitur de Literis gratioſis proviſionis Apoſtolicæ, quia ſemper ſubintelligitur clauſula* Si preces veritati nitantur, *& qualibet falſa expreſſio doloſa præſumitur, & Gratiam vitiat.*

48 *Si Papa, ſemota conſuetudine, Beneficii proviſionem non conceſſiſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet, obreptio, cauſata ex falſi expreſſione, ſemper Gratiam nullam, & invalidam reddit, quicquid ſecus dicendum, ſi dicta conſuetudo non fuiſſet cauſa finalis, ſed tantùm impulſiva.*

49 *Vacatio ob incompatibilitatem, non oritur ex quo aliquis obtineat ſecundum Beneficium cum primo incompatibile, quia incompatibilitas non obſtat aſſecutioni, ſed ſolùm retentioni utriuſque.*

50 *Ad effectum vacationis ob incompatibilitatem, requiritur poſſeſſio utriuſque Beneficii, poſt duos menſes, omninò pacifica de facto, & de Jure.*

51 *Aliàs dicta vacatio non ſubſiſtit.*

52 *Ex duplici modo vacationis, Pontifici narrato, alternativè, ac æquè principaliter, hoc eſt, vel ob incompatibilitatem, vel ob falſam expreſſionem, ſat eſt ut alter tantùm verificetur.*

53 *Etiam copulativa reſolvitur in disjunctivam.*

54 *Expenditur ſeries Statuum hujus Beneficii, ab anno 1502. uſque ad annum 1697.* ut in numer. ſubſeq.

55 *Libris Punctatoris Capituli, quo ad intereſſentiam in Divinis Officiis, eſt omninò deferendum.*

56 *Nuncius Apoſtolicus, in utilitatem perſonæ, ſuper pluralitate Beneficiorum incompatibilium non poteſt diſpenſare, cum hoc pertineat ſolùm ad Papam.*

57 *Neque Legatus de Latere diſpenſare poteſt.*

58 *Diſpenſatio, etiam nulliter data, inſervit ad declarandam neceſſitatem illam obtinendi.*

59 *Reſignatio Beneficii incompatibilis, præſumitur facta ob incompatibilitatem, cum terminus duorum menſium ad dimittendum ſemper urgeat, & datus ſit ad ſolicitandam, non autem ad ſubeundam obligationem renunciationis.*

60 *In poſſeſſore, nè dum viginti, ſed etiam decem annorum, præſumitur Diſpenſatio obtenta ad plura Beneficia incompatibilia.*

61 *Præſcriptio annorum quadraginta ad effectum retinendi Beneficia incompatibilia, debet eſſe omninò completa, & tempus computatur de momento ad momentum.*

62 *Qua-*

62 *Qualitas reſidentialis Beneficii, comprobata ex ſtatibus penultimo, & ultimo, debet prorſus attendi.*

63 *Servitium perſonale, præſtitum à Beneficiatis, non dicitur facultativum, conſtito de titulo antecedenti, quia actus ſucceſſivi præſumantur geſti in vim, & ſequelam illius.*

64 *Diſpenſationes obtentæ, excludunt aſſertam conſuetudinem, & confirmant ſtatum incompatibilitatis Beneficii, cum retentione Canonicatus.*

65 *Impetrantes Beneficium, tanquam odioſi, tenentur rigorosè juſtificare narrata, excludendo omnem poſſibilitatem, & dubietatem in contrarium.*

66 *Quæ ſint Impetrationes minùs odibiles, & quæ prorſus odibiles, alias piſcatoriæ.*

67 *Impetrans debet infra ſex menſes ad Judicium evocare poſſeſſorem Beneficii.*

68 *Tempus ad effectum prædictum computatur à die Gratiæ, ſeu impetrationis, non à die expeditionis Bullarum.*

69 *Secunda pars* Regulæ 35. de annali, *non operatur effectum ipſo jure, ſed ope exceptionis, non per puram allegationem, ſed per illius actualem productionem parte citata.*

70 *Dicta Regula reſpuit omnem diſcuſſionem Jurium poſſidentium, & de ratione.*

71 *Eadem contentatur ſola, ac nuda facti detentatione.*

72 *Et ſuffragatur Intruſo.*

73 *Ut ſit locus dictæ Regulæ, requiruntur duæ circumſtantiæ, nempe poſſeſſio annalis, & poſſeſſio pacifica uſque ad Impetrationem.*

74 *Nè dici poſſit annalis poſſeſſio pacifica, ſufficit litem fuiſſe motam.*

75 *Dicta Regula* de annali, *poteſt ſemper opponi in quacunque parte Judicii & in quacunque inſtantia.*

76 *Sua poſſeſſione, velut illegitima, ſpoliatus, non poteſt ampliùs de dicta Regula excipere.*

77 *Secus autem ſi ſpolium eſſet violentum, & illegitimum.*

78 *Regula* de triennali, *non habet locum contra decreta Sac. Concilii Tridentini.*

79 *Ubi non intrat Regula* de triennali, *multo minùs intrare poteſt Regula* de annali *quæ eſt valdè minoris efficaciæ.*

80 *Obtinens Proviſionem Apoſtolicam, ſub expreſſa mentione qualitatis reſidentialis Beneficii, ob cujus defectum obtinuit adjudicationem ab Ordinario, videtur iſtius judicato renunciaſſe.*

81 *Vel non poteſt ampliùs petere confirmationem, vel infirmationem dictæ Sententiæ Ordinarii, in præjudicium Tertii, cui medio tempore jus fuit irrevocabiliter quæſitum, ob Gratiam Impetrationis obtentam à Pontifice, qui omnium Beneficiorum abſolutus eſt dominus.*

D E C I S I O LII.

1 PEr obitum q. Presbyteri Jacobi de Galeſſis, vacante Beneficio de Jurepatronatus Laicorum, ſub glorioſo titulo Sanctiſſimæ Annunciationis B. Mariæ Virginis in Eccleſia Collegiata S. Mariæ Majoris de Piſcia, præſentati fuere coram Capitulo Ordinario Collatore, Patronis abeuntibus in diverſa ſuffragia, Reverendiſs. D. Chriſtophorus Galeſſi Canonicus ejuſdem Collegiatæ, nec non R. D. Presbyter Matthæus pariter de Galeſſis, inter quos coram eodem Ordinario ſtatim conteſtata lite, præfatus Canonicus fundamenta jecit ſuper pluralitate vocum, in ſui favorem habitarum, juxta Concilium Lateranenſe, relatum *in c. quoniam, ibiq. gloſſ. V. qui majoribus, de jure patron. & Clement. Plures, eod. tit.* dictus autem Presbyter Matthæus, cui minor vocum pars favebat, Collitigantis incapacitatem mordicùs oppoſuit, ex quo, cæteris omiſſis, Beneficium, de quo agitur, requireret reſidentiam præciſam, & incompatibilem cum Canonicatu: Verùm Ordinarius, ſpreta hujuſmodi oppoſitione, putans, d. Beneficium non eſſe reſidentiale, nec cum Canonicatu incompatibile, vel ſaltem incompatibilitatem obſtare non poſſe illius aſſecutioni, ſed tantùm retentioni utriuſque, die 3. Octobris 1712. Inſtitutionem decrevit favore dicti Canonici, ut habetur ex definitiva, & ex Deciſione impreſſa D. Relatoris.

Ab hujuſmodi ſententia non provocavit dictus D. Matthæus, quia ea lata fuit ipſo ampliùs non informante, ſpe Gratiæ Apoſtolicæ, ſuper concordatis præcedenter inter partes impetrandæ à dicto D. Canonico, qui agnoſcens Beneficium revera fuiſſe, & eſſe reſidentiale, mutato conſilio, relictoque præfato judicato, *die 13. Decembris* ejuſdem anni illud per S. Sedem Apoſtolicam ſibi, tanquam præſentato à majori parte Patronorum, conferri curavit, ſub eo inſubſiſtenti præſuppoſito, ſeu narrativa, quòd *d. Beneficium ſit reſidentiale, ſed nihilominus per unum, & eadem, ex ipſius Eccleſiæ Canonicis, etiam una cum ſuis Canonicatu, & Præbenda, abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineri conſueverit, ac per alium exerceri ſolitum fuerit*, addita quoque clauſula *etiam ſi ſuper eo lis &c. pendeat indeciſa*, ſuaſque Literas Apoſtolicas exequi fecit, ſed nulliter utpotè ſine citatione d. D. Matthæi collitigantis, ac ſucceſſivè etiam controverſi Beneficii *die 18. Februarii* 1713. poſſeſſionem nactus fuit, non obſtantibus clauſulis, *verificato priùs &c. in forma dignum &c. dummodò tempore datæ &c. non eſſet alicui Jus quæſitum, & amoto &c.* facientibus Executorem mixtum, eidemque neceſſitatem imponentibus procedendi Juris ordine ſervato.

Hinc R. Presbyter Matthæus, ſub fundamento vacationis, ob incompatibilitatem dicti Beneficii cum Canonicatu, vel ob falſam narrativam, per dictum Dominum Canonicum ſuperiùs expoſitam, ſuper dicta prætenſa conſuetudine, præfatum Beneficium ab eadem Sancta Sede impetravit, certo (ut ajunt) ſub duplici modo, alternativè concepto -- ibi -- *ob falſam aſſertionem hujuſmodi, ſeu, ob incompatibilitatem ejuſdem, vacaverit, & vacet*, aditaque exindè Signatura Juſtitiæ, citato ipſomet D. Canonico, ac deſuper porrecta Commiſſione Cauſarum appellationis à dicta ſententia Capituli Piſcienſis, ac nullitatis executionis Literarum Apoſtolicarum, nec non ſubſecutæ poſſeſſionis, *die 31. Januarii 1715.* ab eodem ſupremo Tribunali obtinuit Cauſas committi -- *Altori ex integro, circumſcriptis geſtis coram Executore, ac poſſeſſione*, nec non -- *appoſito ſequeſtro*: Cujus Commiſſionis vigore, præſtito per Partes conſenſu in Rev. D. Novellium Judicem Synodalem Florentinum, de voto trium ex noſtræ Rotæ Auditoribus, idem Presbyter Matthæus aliam Commiſſionem ab eodem Signaturæ Tribunali reportavit, unionis alterius Cauſæ, ſuper executione ſuæ impetrationis, eidem D. Judici directam, de voto pariter eorundem trium Auditorum; coram quibus ſedulò, ut par erat, examinatis Juribus, & rationibus, latè hinc indè deductis, unanimiter declaratum fuit, Literas Apoſtolicas dicti D. Canonici nullam mereri executionem, viceque verſa exequendas fore, & eſſe Literas Apoſtolicas, impetratas à dicto Domino Matthæo de Galeſſis, & propterea, ſublata de medio ſententia Ordinarii Piſcienſis, Mandatum de immittendo in poſſeſſionem dicti Beneficii, ejuſque Jurium, bonorum, ac pertinentiarum quarumcunque, prout latiùs in Sententia, eidem Domino Matthæo conceſſum fuit, ex rationibus inferiùs adnectendis.

Etenim præſuppoſita circumſcriptione, à Signatura Juſtitiæ demandata actorum, & poſſeſſionis nulliter captæ à D. Canonico, ut ſupra dictum eſt, non poterat in præſenti agi de ſola juſtificatione Litera- 2
rum Domini Matthæi Impetrantis, quemadmodum de ea ſolùm agi debuiſſet, ſi Dominus Canonicus fuiſſet in poſſeſſione dicti Beneficii, cum reo, & poſſeſſori ſufficiat vincere per non jus actoris, vulg. *l. loci corpus, ff. ſi ſervit. vindic.* prout in noſtris terminis benè obſervat *Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 46. nu. 26. 27. cum ſeqq. Rota coram Emerix Junior. dec. 1352. n. 7. & dec. 167. num. 7. coram Benincaſa, dec. 38. n. 3. cor. R. P. D. Anſaldo, & paſſim in materia Beneficiali De Luc. de Benef. diſc. 3. n. 6. diſc. 5. n. 5. diſc. 15. n. 6. & 7. diſc. 22. n. 9. & diſc. 35. nu. 11. in fine*, ſed videndum priùs erat, an dictus Dominus Canonicus, qui ex integro petebat ſuæ proviſionis Apoſtolicæ, præcedenter obtentæ, executionem, juſtificaret, necnè, narrata in ſuis Literis, *ad text. in l. qui prior 29.*

ff. de

Digitized by Google

3 *ff. de Jud.* quemadmodum ea, tauquam priocipa e fundamentum Gratiæ, plenè, & concludenter juſtificare debebat, etiam ſi conſiſterent in negativa, *juxta*
4 *text. in cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Felin. in c. cum ad nures, ſub nu. 4. verſ. tertia concluſio, de reſcript.* latiſſimè *Roſa de Execut. Lit. Apoſtolic. part. 1. cap. 7. & Addit. ad d. c. 7. ferè per tot. Gonzal. ad Regul 8. gloſſ. 9. à n. 230. n. ſeqq.* latè etiam *Mareſcott. Var. Reſol. lib. 2. cap. 1. num. 1. cum ſeqq.* & in puncto narrativæ, quòd dun in-
5 cnmpatibilia retineti poſſint abſque diſpenſatione Apoſtolica, *idem De Roſa d. part. 1. c. 7. n. 222.*

Cum autem dictus D. Canonicus ſaſſus fuerit, Beneficium eſſe reſidentiale, & ſic etiam incompatibile cum Canonicatu, & ulteriùs falsò narraverit, quòd dictum Beneficium per unum, & eundem ex ipſius Eccleſiæ Canonicis, etiam cum Canonicatu, & Præbenda abſque diſpenſatione Apoſtnlica obtineri conſueverit, ac per alium exereeri, ut ex Literis Apoſtolicis, talemque conſuetudinem nullo pacto probaverit, nt infra; meritò executionem earundem Literarum,
6 quæ dictæ confeſſioni, & narrativæ innituntur, repottare non potuit, ad vulgatum *text. in cap. ſi Capitulo, ibiq. gloſſ. V. Exequatur, de conceſſ. præbend. in 6. Roſa de Execut. Liter. Apoſt. part. 1. c. 7. n. 239. Rota coram Emerix Jun. dec. 92. n. 2. dec. 469. & dec. 1352. utrobiq. nu. 1. deciſ. 223. n. 17. & dec. 274. n. 4. part. 19. & penes D. meum Piton. diſcep. 13. n. 45. tom. 1.*

Haud relevante, quòd reſidentia, inhærens Beneficio, expreſſa in precibus, & in Literis Apoſtolicis, non importet incnmpatibilitatem cum Canonicatu, eo
7 quia in dubio ea intelligenda ſit de reſidentia cauſativa, non autem præciſa, ſeu arctativa: *Butrius in cap. final. num. 7. de Cleric. non reſident. ibiq. Innocent. in fine, & poſt eum Jo: Andræas ibidem num. 1. Hoied. de Incompatibilitat. Benefic. part. 1. cap. 17. num. 34. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 58. nu. 4. Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. diſcept. 133. n. 15. De Marin. reſolut. lib. 2. cap. 39. n. 2. cum tribus ſeqq. Nicol. Lucubrat. Canon. lib. 3. tit. 41. n. 18. verſ. ſed dubium eſt. Rot dec. 483. ſub n. 2. part. 1. diverſ. deciſ. 489. n. 3. part. 2. recen. & cor. Bich. dec. 131. n. 8. 9. & 10. & poſt de Luc. de Benefic. deciſ. 9. in fine.*

Quandoquidem pro remotione hujus nbjecti ponderatum fuit, coofeſſionem D. Canonici accipiendam, ſeu intelligendam fote, de ea reſidentia, quam Fundator ipſe demandavit, de cauſativa nimirùm, ſi concludenter appareat ſola cauſativa fuiſſe contenrum, de præciſa verò, & arctativa, quatenus eam ſtatem vo-
8 luiſſe dignoſcatur: Hujus ſecundæ ſpeciei viſa fuit reſidentia, ab eodem Fundatore demandata in ejus codicillis 12. *Martii* 1431. per infraſcripta verba ibi -- *Patroni teneantur eligere, & continuo tenere, ſecundum ritum, & formam, & conſuetudinem dictæ Plebis, unum Presbyterum idoneum, ad officiandum dictum Altare de Miſſis, & aliis Officiis, ut moris eſt, & ſi in prædictis, vel aliquibus prædictorum defecerit, aut inobediens eſſet, teneantur ipſum removere, & alium Præsbyterum de novo eligere in ſimili modo, & forma.*

Ex quibus verbis clarè emergit, Fundatorem voluiſſe, quòd Presbyter electus ſit et idoneus ad celebrandum Miſſas, & Divinis Officiis inſerviendum, ſecundum ritum, formam, & conſuetudinem dictæ Plebis, & ut moris eſt, nimirum in Choro, mediaote recitatione Divinarum Horarum; cujus Chori ſervitium, & collegialitatem viguiſſe in dicta Eccleſia multo prius, quàm erectum eſſet præſens Beneficium, clarè elicitur *ex cap. per tuas 9. de arbitris*, in quo expreſsè legitur uſque tunc, ideſt tempore Pontificatus Innocentii III. ibidem extitiſſe Canonicus, & conſequenter Chori ſetvitium; quod pariter demouſtrant
9 antiquæ erectiones Capellaniarum S. Urbani, Nativ. B. M. V. & SS. Corporis Chtiſti in eadem Eccleſia, prima nempè anni 1332. ſub ea lege -- ibi -- *qui Sacerdos etiam teneatur alias Horas qualibet die dicere in dicta Plebe*, ſecunda anni 1393. ibi *Il Capellano debba eſſer Sacerdote, e debba ogni giorno celebrare la Meſſa, e l'Ore Canoniche in detta Pieve &c.* & tertia, quæ ſuum effectum obtinuit, per ſex meoſes antè, quàm erecta eſſet hæc, de qua agitur, videlicet 19. *Septembris* 1430. ſub hac eadem lege ibi -- *quòd Capellanus pro tempore teneatur &c. Miſſas, & alia Divina Officia in dicta Plebe celebrare &c.* Idemque Chori ſervitium confirmat Bulla ipſa inſtautationis Collegiatæ præfatæ Eccleſiæ anni 1519. in qua ſupponitur, & admirtitur, eam olim fuiſſe actu Collegiatam, poſito autem quòd Beneficium ſit actu Sacerdotale, ita canomizzatum in contradictorio Judicio anno 1698. contra eundem Dominum Canonicum, quòdque, ultra celebratinnem Miſſarum, habeat annexum ſervitium Divinorum Officiorum, & Chori, utpote poſitum in Collegiata, in qua, prout in cæteris, quotidic recitantur Horæ Canonicæ, ſemper imponit neceſſitatem Beneficiato perſonaliter reſidendi, & inſerviendi Divinis per ſe ipſum, non autem per ſubſtitutum, ad differentiam alterius, quod poſitum aſſet in Eccleſia, 10
io qua Horæ Canonicæ non recitarentur, ut benè diſtinguit *Fagnan. in cap. ut Abbates, à n. 87. 88. 96. 100. & 105.* ubi quòd in his terminis loquitur *Lapus alleg. 35. & n. 116. Barboſ. Collect. Apoſtolic. Dec. collect. 122. num 17. & 18. Garz. de Benefic. part. 3. cap. 2. num. 475. & part. 7. cap. 1. num. 89. verſ. placet tamen. Perez de Lara de Anniverſ. & Capellan. lib 2. cap. 7. num. 6. ubi ſi habeat onus adiuvandi Curatum. Barboſ. Vot. deciſ. 113. num 30. in fin. tom. 2. & de Jur. Eccleſ. univerſ. lib 3. cap. 5. de Capellan. num. 41. & 42. tom. 2.* & per conſequens cum Canonicatu, eſt prorſus incompatibile. *Fagnan. d. in cap. Ut Abbates, num. 93. de ætat. & qualit. &c. Lotter. de Re benefic. lib. 3. quæſt. 23. num. 10.* -- ibi -- *verùm etiam de quibuſvis Beneficiis ſimplicibus, inter ſe tamen propter reſidentiam incompatibilibus. Barboſ. ad Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 4. n. 9. & 10.* -- ibi -- *Capellania, cui adjunctum eſt onus deſerviendi in Choro, obtineri non poteſt cum Canonicatu, & cap. 17. num. 25. & 26. & 27. ſeſſ. 24. de reformat. & de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 3. de Capellan. c. 5. ſub num. 26. tom. 2. & in Collect. Apoſtolic. Deciſ. collect. 121. num. 2. 4. & 6. Tondut. Reſolut. Beneſ. part. 1. cap. 12. num. 7. cum ſeqq.*

Quicquid ſecus dici deberet, ſi dictum Beneficium eſſet tantùm Sacerdntale, ex quo qualitas Sacerdotalis non inducit qualitatem reſidentialem, cum ſtare poſſit, quòd aliquod Beneficium, ſeu Capellania ſit Sacerdotalis, & non reſidentialis, itaut munus injunctum per alium expleri valeat, ad tradita per *Fagnan.* 11
in cap. ut Abbates, num. 61. in fin. & num. 71. de ætat. & qualit. Amayden. de Stil. Datariæ lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 1. Antonell. de Jur. & Onerib. Clericor. lib. 2. part. 6. cap. 17. & 18. Rota in recent. dec. 335. num. 19. & 20. part. 19. & in Auguſtana Canonicatus provinciæ Moguntinæ 14. Martii 1710. §. Quo vero, coram Molines; viceque verſa poteſt Beneficium, ſeu Capellania, non habere annexum Ordinem Presbyteratus; & tamen eſſe reſidentialis, prout ſi fundata ſit in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata, & adjectum ſit, ut Capellanus teneatur Divinis inſervire, ſeu intereſſe, aut Divina Officia celebrare, nam iſto caſu Capellanus non tenetur eſse Presbyter, ſed nihilominus tenebitur Divinis Officiis inſervire per ſe ipſum, & ſic ad perſonalem reſidentiam; ut rectè proſequitur *Fagnan. in d. cap. ut Abbates, à numer.* 88. 91. 93. 100. 101. 12
102. obi quòd in his terminis verbo *reſideant.* æquipollent ſequentia verba, videlicet *interſit, cantet, vel ſerviat*, uſque ad 106. *Garz. de Benefic. part. 3. c. 2. nu. 475.*

Indubitanter autem, ex pœna remotionis, ſeu privationis tituli, eadem continuata periodo, ſeu ſermone, impoſita Presbytero inobedienti, ſeu deficienti iu prædictis, vel aliquibus prædictorum, hoc eſt, io continua reſidentia, requiſita, tam quoad celebrationem Miſſarum, quàm quoad ſervitium Divinorum Officiorum in dicta Plebe, ut moris eſt, quæ pœna privationis tituli eſt cauſa formalis reſidentiæ præciſæ, & arctativæ, ut in individuo hujuſmet Benefi- 13
cii rectè firmavit *Samiutat. contr. 38. n. 42.* & communiter teneut DD. & ſignanter *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 21. Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæſt. 27. num. 31.* -- ibi -- *præciſa dicitur, quando eſt inſeparabilis à titulo Beneficii, & num. 43.* ibi -- *cauſam formalem præciſæ reſidentiæ non aliam eſſe, quàm indictionem pœnæ privationis in non reſidente actu. Corrad. in prax. Diſpenſat. Apoſtolic. lib. 5. cap. 6. num. 3.* -- ibi -- *quandoque enim requiritur continua reſidentia præciſa, ſub privatione tituli. Panimoll. dec. 21. adnot. 1. num. 5. Rota in recent. dec. 489. n. 2.* -- ibi -- *non autem præciſam, ad finem*

ſcilicèt privationis Beneficii part. 2. *& dec.* 378. *num.*2.
-- ibi -- *quæ verba ſuſiuunt in titulum, quo ſtante reſi-
deutia dicitur præciſa part.*3. *& dec.* 140. *num.* 2. ubi
de caſu ſimili huic, de quo agitur, *& num.* 5. ubi
referuntur verba ſundationis Capellaniæ, quæ com-
patibilis prætendebantur cum Canonicatu -- ibi -- *&
ſic apparet reſidentiam eſſe neceſſariam pro titulo retinen-
do, quo caſu illa dicitur ſimplex, & præciſa, part.* 4.
recent. tom. 1. *& deciſ.* 345. *num.* 11. *part.* 12. *dec.*
650. *num.* 7. 8. *&* 9. *part.* 18. *ubi dicitur, quòd pœna
privationis tituli Beneficii, uti cauſa formalis præciſæ
reſidentiæ, inducit præciſam neceſſitatem in Beneficiato,
reſidendi, repetit. inter ſuas cor. Emerix. Jun. dec.* 563.
num. 5. *deciſ.* 607. *num.* 8. *&* 9. *eadem part.* 18. ibi --
*fortiùs, quando Teſtator Sacerdoti electo injunxit pœnam
privationis tituli Beneficii, quæ ita connectit reſidentiam
cum titulo, ut Beneficium retineri non poſſit ab illo, qui
actu non celebrat, numer.* 13. ibi -- *& ſi non celebret,
vult, quòd amoveatur, quod æquipollet præcepto, ut cele-
bret per ſe ipſum, repetit. coram eodem Emerix Jun.dec.*
278. *num.* 6. *& num.* 8. *& dec.* 312. *num.*5. *& dec.*
364. *num.* 2. *coram eodem, repetit. in recen. dec.* 215.
n. 6. *cum ſeqq. & dec.* 400. *num.* 8. *part.* 19. *& coram
Rembold.d.dec.*289. *num.*9. *In Auguſtana Canonicatus Pro-
vinciæ Moguntinæ* 26. *Junii* 1709. *§. Porrò* -- ibi -- *con-
tinua, ſcilicet, & præciſa, pœnam privationis tituli præ-
ſeferens*, & in ejus confirmatoria 14. *Martii* 1710. *§.
Præmiſſo* ibi -- *reſidentia alia dicitur continua, & præci-
ſa, importans pœnam privationis tituli, coram Molines Decan.*

Quinimmò etiam in caſu, quo onus reſidentiæ, &
intereſſentiæ Divinis, non eſt continuum, ſed certis
ſtatutis diebus perpetuum, ſub pœna tamen priva-
14 tionis tituli in caſu non implementi, reſidentia dici-
tur pariter præciſa, & arctativa, ut benè firmant
*Panimoll. dec.*31. *annot.*1.*n.*5.*& ſeqq.& n.*31.

Cum autem perſonalis reſidentia, à Teſtatore de-
mandata Beneficiato, ex ſuperius deductis, clarè ap-
pareat præciſa, & arctativa, omninò dicendum ve-
nit, D. Canonicum, in ſupplicatione Sanctiſſimo por-
recta eandem præciſam reſidentiam confeſſum fuiſſe,
non autem cauſativam, qua deficiente non incurritur
pœna privationis tituli, ſed tantùm amiſſionis fru-
ctuum Beneficii, ut benè, ſpecies reſidentiæ expli-
15 cando, de cauſativa punctualiter connotant *Innocen-
tius in cap. final. nu.* 1. *de Cler. non reſident. Lotter. de
Re Beneſic.lib.* 4. *quæſt.* 27. *n.*31. *cum ſeqq.Gonzal.de Re-
gul.* 8. *Cancell. gloſſ.*15. *à num.*20. *Card. de Luc. de Bene-
fic. diſc.* 58. *num.* 4. *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 3. *cap.*
11. *num.* 24. *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 5. *cap.* 6.
num. 3. *Samniat.* ſcribens de hoc Beneficio, *contr.*38.
n. 41. *tom.*1. *Gratian. diſcep. forenſ.* 133. *num.*15. *ibique
Carol. Anton. de Luc. num.* 15. *Pignatell. Conſult. Ca-
non.tom.* 7. *conſult.* 2. *num.* 17. *Panimoll. dec.* 31. *an-
not.* 1. *num.* 5. *Adden. ad dec.* 82. *num.* 65. *cor. Anſald.
Rota coram Cavaler. dec.* 551. *num.*6. *cor. Priol. dec.* 84.
num. 11. *& dec.* 175. *num.*8. *coram Bich. dec.*747. *n.*8.
& 9. *cor. Manzaned. dec.* 441. *nu.*1. *& in recent. dec.*
489. *num.* 2. *part.* 2. *dec.* 140. *num.*4. *part.* 4. *tom.* 1.
*dec.*182. *num.*6. *part.* 8. *dec.* 1345. *num.* 11. *part.* 12. *&
in d. Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 26. *Junii*
1709. *§. Porrò, & §. Maximè quia, coram Molines, &
in ejus confirmatoria* 14. *Martii* 1710. *§. Præmiſſo, & §.
Excluſo, cor. Eodem.*

Et in puncto, quòd narrativa facta Papæ inverſo
ſenſu, hoc eſt ſuper non requiſita perſonali reſidentia,
intelligatur de reſidentia præciſa, non autem de cau-
ſativa, firmavit *Rot. in recent. dec.* 489. *num.* 3. *part.* 2.
16 *dec.* 578. *n.*1. *part.*3. *coram Manzaned. dec.* 441. *nu.* 5.
*& cor. Rembold. dec.*289. *num. pariter* 1. quia iſta non
cauſat incompatibilitatem, prout eam parit reſiden-
17 tia præciſa, ut docent communiter Doctores, &
præcipuè *Abbas in c.final.n.*4. *de Cl non reſiden ib. Butrius n.*6.
-- ibi -- *continua, quandoque temporalis, quandoque continua
tantùm, quo ad privationem fructuum. In primo, dixi,
quòd ſemper videtur renunciare primo, ſcilicet Beneficio,
quia primum eſt incompatibile cum ſecundo: in ſecundo
caſu dicitur, quòd non eſt incompatibile: in tertio caſu,
quando reſidentia requiritur qualificatè, & non ad finem
privationis Beneficii, ſed redditutum tantùm, & per ac-
ceptationem ſecundi non videtur renunciare primo*, &
per eadem ferè verba *Jo. de Imola num.* 13. *Gonza-
lez. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 15. *à num.* 20. *ad* 53.
Barboſ. ad Sacr. Concil. Trident. cap 17. *ſeſſ.* 24. *de refor-
mat. Bojed. de Incompatibilit. Beneſic. part.* 1. *cap.* 17.
numer. 35. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 57. *numer.*
5. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 133. *numer.* 25., *&*
26. *ibique Carolus Ant. De Luc. num.* 13. *Panimoll. dec.*
31. *numer.* 8. 10. *&* 12. *& in Adnotat.* 1. *num.* 4. *&*
6. *cum ſeqq. Rota cor. Ubald. dec.* 139. *num.* 1. *cor.
Bich. dec.* 13. *num.* 14. *coram Priol. deciſ.* 54. *numer.*
5. *coram. Cerr. deciſ.* 746. *numer.* 6. *deciſ.* 483. *numer.*1.
part. 1. *diverſ. & in recent. dec.* 489. *num.* 3. *part.* 2. *&
dec.* 140. *num.*1. *part.* 4. *tom.* 1. *in Moguntina Canonicatus
coram dell'Olmo penes D. meum Piton. diſcept.* 8. *num.*
30. *verſ. vel ex particulari, tom.* 1. *& in d. Auguſtana
Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 2. *Junii* 1709. *§. Por-
rò, & §. Maximè, cor. Molines*; Ad quam incompa-
tibilitatem evitandam, facilioremque reddendum Pon-
tificem ad gratiæ conceſſionem, D. Canonicus recur-
ſum habuit ad ſuppoſitam conſuetudinem obtinendi
hoc Beneficium cum Canonicatu, abſque diſpenſa-
tione Apoſtolica, quo recurſu certè non indiguiſſet, 18
niſi reſidentia Beneficio inhærens, eſſet præciſa, &
per conſequens obſtativa illius retentioni una ſimul
cum ſuo Canonicatu, quem pariter eſſe præcisè reſi-
dentialem, dubitari non poterat, tam ratione onerum
eidem infixorum, ſcilicet, ſervitii Chori, celebra-
tionis Miſſarum, & Curæ animarum per certas con-
tingentes hebdomadas, etiam cum applicatione pro
populo, ſaltem diebus feſtivis, juxta decretum *Sacræ
Congregationis Conc. ſub die* 10. *Maji* 1681. quàm ra-
tione fundationis in eadem inſigni Eccleſia Collegia- 19
ta Sanctæ Mariæ Majoris de Piſcia, cum Canoni-
catus omnes, ſive in Cathedrali, ſive in Collegis-
ta erecti, reſidentiam requirant veram, & præciſam
à Jure, quacunque conſuetudine in contrarium non
obſtante, juxta ſancita à *S. Conc. Trident. in cap.*
12. *ſeſſ.* 24. *de reformationa, ibique Barboſ. per tot. Idem
in lib.* 3. *Decretal. cap. inter quatuor., num.* 2. *de Cler.
non reſident. tit.* 4. *tom.* 2. *Pignatell. conſult. can.* 115.
numer. 12. *tom.* 9. *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 3.
cap. 30. *num.* 5. *Ricc. collect. dec. part.* 5. *collect.*1591.
per tot. Rota coram R. P. D. meo Anſaldo deciſ. 82. *nu.*
2. 4. *&* 5. *& in Auguſtana Canonicatus provinciæ Mogun-
tinæ* 14. *Novembris* 1708. *§. Quod autem, cor. R.P.D. Aldro-
vando, & in eadem* 26. *Junii* 1709. *§. Ex quo fit, verſ. quia,
coram Molines, &* 12. *Junii* 1711. *cor. R.P. D. Falconerio.*

Hinc non obſtat, quòd nonnulli alii Capellani,
habentes Beneficia in dicta Eccleſia, non ſufferant
hoc onus reſidentiæ præciſæ, ſed ſoleant officiare, &
Divinis intereſſe per ſubſtitutos, adeoque dicendum
veniat, quòd reſidentia à Teſtatore requiſita, in ca-
ſu de quo agitur, non debeat eſſe diverſa ab ea, quæ
habent dicta alia Beneficia, ad quæ ipſe Teſtator ſe
retulit, per ea verba præſuppoſitiva, & æqualita-
tem inducentia, nempè *ſecundum ritum, & formam*, 20
& conſuetudinem dictæ Plebis, ex traditis *in Addit. ad dec.*
82. *num.* 64 *coram Anſaldo. Rot. in recent. dec.* 335.
num. 27. *part.*19. Quoniam quicquid ſit de ſolito ſervi-
tio, & reſidentia aliquorum Beneficiatorum juxta di-
verſas Beneficiorum fundationes, certum eſt, quòd
Teſtator per ea verba *ſecundum ritum &c.* non ſe retu-
lit ad particulare ſervitium aliquorum Beneficiatorum,
ſed ad celebrationem Miſſarum, & Divinorum Of- 21
ficiorum, ſecundum ritum, & morem Eccleſiæ Col-
legiatæ, eamque voluit expleri per ipſummet Bene-
ficiatum, ita eum arctando ad reſidentiam præciſam,
ut ſupra probatum eſt, potiſſimè ob pœnam priva-
tionis tituli Beneficii in caſu inobſervantiæ, per ea ver-
ba præceptiva, ibi -- *Et ſi in prædictis, vel aliquibus
prædictorum defecerit, aut inobediens eſſet, teneatur ipſum
removere*, quæ, utpotè generalis, comprehendunt
omnes caſus inobſervantiæ, de quibus in fundatione
mentio habetur, ut de ſimilibus verbis -- *ſi præmiſ-
ſa, vel aliquod eorum obſervare contempſerint, in pœnam* 22
privationis incidant, ad effectum concludendi reſiden-
tiam præciſam, cæteris relatis, in puncto firmavit
Rota in recent. d. deciſ. 140. *numer.* 6. *in fine, part.*
4. *tom.* 1. præſertim quia, ſi electus eſt removendus,
attento eo verbo *ipſum*, ergo per ſe ipſum tantùm,
non mediante ſubſtituto celebrare, & officiare tene- 23
tur, aliàs factum ſubſtituti ipſi Titulari noceret, contra

text.

*text.in l.non debet ff.de reg.Jur.*cum aliis,quæ in individuo hujus Beneficii *adnotat Saminiat.d.controv.38.n.38.& 39.*

Parique facilitate removetur, quòd & ſi de Jure communi antiquo, cuncta Beneficia, etiam ſimplicia, requirerent perſonalem reſidentiam, ex poſteriori tamen generali conſuetudine ferè totius Orbis Chriſtiani modò ſimplicia non ſint reſidentialia, ex
24 *Imol.in c. final. de Cler. non reſident. Fagnan. in c.ut Abbates num. 74. de ætat. & qualitat. Perez de Lara de Anniver. & Capell. lib.2.cap. 8. num. 42. Pignatell. conſult. Can. 150. n. 14. tom. 10. Gonzal. ad Regulam 8.gloſſ. 15. num. 26. Card. de Luc. de Beneſic. deciſ. 58. n. 2. Rota coram Merlin.dec.825. n. 2. & coram Royas deciſ. 337. n. 6. & 7.*

Quia certi Juris eſt, quod hujuſmodi generali non obſtante conſuetudine, quoties ab aliquo particulari Statuto, conſuetudine, ſeu lege fundationis, prout hic, eadem reſidentia præcipiatur, etiam in ſimplicibus, hæc quoque redeunt hodie ad antiquum Jus commune, ſuntque obnoxia reſidentiæ præcitæ, continuæ, & arctativæ, ut docent *Innocent. in cap. final. num. 1. de*
25 *Cleric.non reſident. ibiq. Imol.num.13. Panormitan. ſub n.4. Azor. part.2. lib. 6. cap.19. quæſt. 15. Lotter. de Re Beneſic. lib. 3. quæſt.23. nu.10.11.& 12. Garz. de Beneſic. part. 3. cap. 2. n. 475. & part.7. cap. 1. nu. 86. De Luc.de Beneſic. diſc.38. num.2. & num. 4. Barboſ.de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.3. cap. 5. tit. de Capellan. n. 39. in fine, tom.2. & de Poteſt. Epiſc.part.2.alleg.24. n.43.verſ. ſic hoc tamen, tom.1.Carolus Anton.de Luc.ad Gratian.diſcept.133. num. 15. verſ. niſi ex lege fundationis. Ricc. collect. dec.part.5. collect.1683. in fine, Rota in recent. dec.375. num. 2. dec.489.num.2.part.2.& dec. 578. num.2. part. 3. & coram Bich.dec.13.n.5 & 6. & coram Merlin.dec.6.n.6. verſ.nihilominus.*

Nullatenus obſiſtentibus allegatis exadverſo Deciſionibus *in Cremonen. Beneficii 9. Martii 1714. coram R. P. D. Lancetta, & 4. Februarii 1715. coram R. P.D. Cerro* ad effectum probandi, privatinnem Capellani injunctam non fuiſſe in pœnam non factæ reſidentiæ, ſed ad plectendum Capellanum deficientem in implemento onerum, ipſi in fundatione præfixorum, ut habetur in *pr. Deciſione §. Pœna, & in ſecunda illius confirmatoria §. Nec magis*; quandoquidem, ut clarè patet ex lectura earundem Deciſionum, caſus, in eis diſputatus, eſt toto cœlo diverſus ab eo, de quo
26 agitur, quia inibi agebatur dumtaxat, an Beneficium eſſet, nec nè, Sacerdotale, & negativè fuit reſolutum, quia ex fundatione illius colligebatur ſimpliciter nominatio Sacerdotis, ſub certo Miſſarum onere, abſque præcepto celebrandi per ſe ipſum, vel abſque prohibitione celebrandi per alium, quibus de-
27 ficientibus, non dicitur electa induſtria perſonæ. *Perez de Lara de Anniverſ. & Capellan. lib. 2. cap. 7. num. 7. in fine*, dictaque nominatio Sacerdotis, vel Presbyteri, adjecta cenſetur ad demonſtrandum inſtrumentum, non autem qualificativè ad perſonam Sacerdotis pro celebratione Miſſarum, in qua pluſquam opus operantis, conſideratur opus operatum,
28 ut ex originali doctrina *Lap. allegat.* 35. conſtanter firmavit *Rota* de verbo Presbyteri *coram Mantic. dec. 129. numer. 4. & magiſtraliter coram Merlin. dec. 825. num. 12. & in Melevitana Beneficiorum 16. Junii 1710. §. Neque præmiſſi, coram R. P. D. Falconerio*, & de altero Sacerdotis *S. C. Conc. penes Pignattell. conſult. 2. num. 6. & ſeqq. & penes Monacell. part 2. tit. 15. formul. prim. num. 17. Rota coram Burat. dec. 92. n. 2. & ſeqq. coram Priol. dec. 41. num. 12. cum ſeqq. & in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1712. coram Eminentiſſ. Priolo, & 21. Junii, & 5. Decembris 1712. cor.R.P.D. Lancetta.*

Rurſus Fundator in caſu dict. Deciſionum mandavit, quod Capellanus, ſeu Beneficiatus, Miſſas, &
29 Anniverſaria celebraret, ſeu celebrari faceret, quod evidenter excludit quamlibet taxationem, ſeu celebrationem per ſe ipſum; In Beneficii fundatione, de qua conſtabat, nullum verbum legebatur de reſidentia, ſeu ſervitio in Officiis Divinis; Fundatio non fuit in Cathedrali, ſeu Collegiata, & quod plus eſt, pro qualitate non Sacerdotali vigebat obſervantia pluſquam centenaria, nunquam interrupta, admittendi ad dictum Peneficium ſimplices Clericos, juxta ſtatus, ſeu ſeriem preſentationum, & inſtitutionum, quarum plures ſortitæ erant effectum in contradicto-
rio Judicio, & in concurſu Sacerdotum, ex quibus 30
abſque dubio exulabat quælibet umbra reſidentiæ, & qualitatis Sacerdotalis, juxta deducta in *Melevitan. Beneficii 16. Junii 1710. §. Fruſtra, coram R. P. D. Falconerio in Melphicten. Beneficii 26. Junii 1711. §. At ſi adhuc, coram Priolo, & 27. Junii 1712. §. Atque, & 22. Decembris ejuſdem anni cor. Lancetta, & ſequitur Rota in dictis dec. in prima §. Omnemque, & §. Tanto magis, coram eodem*; Diſpenſationes verò à nonnullis Clericis reportatæ, meritò poſthabitæ fuerunt, utpote obtentæ dubitativè, conditione eas obtinendi nullatenùs in præſentationibus appoſita, & ad canthelam, adeòque infringere non poterant pluſquam centenariam obſervantiam, excluſivam qualitatis Sacerdotalis, ex traditis per *Rotam in Avenionen. Canoni-
catus 7. Maji 1706. §. Quod ſi, coram Lancetta, in* 31
dicta Melphicten. Beneficii 27. Junii 1712. & 5. Decembris §. Hinc non refragatur, coram Eodem, & in prima ex ſupradictis Deciſionibus §. Quin urgeat, & in 2. §. In cujus, coram Cerro.

Duæ ſunt Auctoritates, quæ in dictis Deciſionibus allegantur ad excludendam reſidentiam Capellani, non obſtante pœna privationis in caſu inobſervantiæ: altera nempe eſt Reſolutio *S. C. C. in una Caſalen.* in qua onus injunctum erat Capellano habitandi in certa domo, & inſerviendi Divinis, & niſi habitaret, & ſerviret, poſſet amoveri, & de alio provideri, & tamen eadem Sacr. Congregatin declaravit, Capellanum non teneri reſidere, nec perſonaliter Miſſam dicere, ut colligitur ex *Fagnan. in d. cap. Ut Abbates, num. 69. de ætat. & qualitat.* Verùm in primis iſta reſolutio patitur difficultatem, quia Capellania videbatur requirere reſidentiam perſonalem, ut de ea in individuo obſervat *Garz. de Beneſic. part. 7. cap.1. num. 87. in fin.* licèt addat, quòd S. Congregatio in-
tellexit, habitationem requiri, ut Capellanus com- 32
modiùs ſerviat, vel faciat deſerviri; ſecundo loco pœna in caſu contraventionis fuit tantummodo inflicta facultativè, nec conſtat, quòd ſervitium præſtandum Divinis eſſe deberet in Eccleſia Cathedrali, ſeu Collegiata, ſeu alia, ubi Horæ Canonicæ recitantur: Et altera eſt pariter Reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis, relata per *Pignattell. d. conſult. 2. ſub num. 6. tom. 7.* quæ tantùm reſolvit, Capellaniam non eſſe Sacerdotalem, & electum non teneri per ſe ipſum celebrare, abſque eo quòd aliquid ſtatuat de miniſterin perſonali in Choro, ſeu de reſidentia requiſita ad effectum prædictum, adeoque hæ reſolutiones non videntur applicari ad caſum præſentem, ubi Beneficium eſt actu Sacerdotale, & Beneficiatus tenetur celebrare, ac Divinis Officiis intereſſe per ſe ipſum, ſub pœna, præceptivè comminata in eadem periodo, remotionis, & privationis tituli in caſu inobſervantiæ eorum omnium, quæ demandata fuerunt, juxta ritum, formam, & conſuetudinem dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, & ut moris eſt in ea; ex qui-
bus omnibus, inſimul concurrentibus, ſatis æquipo- 33
lenter exoritur obligatio præciſa reſidendi, & inſerviendi per ſe ipſum juxta mentem Teſtatoris, ut rectè notat *Fagnan. in d. cap. Ut Abbates, ſub n. 76. §. Obſervandum, & à n. 78. ad 81. §. Obtinendum, de ætat. & qualit. Perez de Lara de Anniverſ. & Capellan. lib. 2. cap. 8. nu. 43. Rota in recent. dec. 335. num. 13. part. 19.*

Probata hujus Beneficii qualitate reſidentiali præciſa, tam ex clara voluntate Teſtatoris, quàm ex confeſſione ipſius D. Canonici collitigantis, cujus confeſſio in hac parte, ſciſſa tamen, & diviſa à ſubſequenti narrativa, implicante factum diverſum, ac etiam Juris præſumptioni contrarium, videtur potiſſimè
attendenda, ut de confeſſione in ſimilibus precibus 34
emiſſa *Mareſcot.Var. lib.2. cap. 1. à num.115 cum ſeqq. Gratian. diſcept. 586. n. 41. & 42. & cap. 654. n.11. & cap. 734. nu. 45. cap. 789. n. 2. cap. 857. n. 1. Rota coram Dunozet. Junior. dec. 811. n. 5. dec. 254. numer. 1. part. 9. in Cremonen. Beneficii 14. Maji 1706. §. Quod ſi regula, in fin. coram Kaunitz* & generaliter *R. P. D. Anſald. dec. 78. n. 13. Rota coram Gregor. dec.375. n. 3. & deciſ. 367. num. 2. part. 18. & dec.*

155. n. 15. part. 19. ſuccedit modò examen ſuper ea-
dem narrativa, facta Summo Pontifici à dicto D. Ca-
nonico, quòd hoc Beneficium *conſueverit obtineri*, *per
unum*, *& eundem ex ipſius Eccleſiæ Canonicis*, *etiam una
cum ſuis Canonicatu*, *& Præbenda*, *abſque diſpenſatione
Apoſtolica*; quæ narrativa viſa fuit DD. nullatenus
juſtificata, prout requirebatur; in puncto *De Roſa de
Execut. Liter. Apoſtol. d. part. 1. c. 7. n. 222.* adeoque
vel ex defectu juſtificationis, vel falſa exiſtente hu-
35 juſmodi expreſſione, nulla fuit proviſio, & Benefi-
cium, tanquam vacans, rectè impettari potuit certo
modo: *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. c.6. n.33. & 34.
ubi datur formula. De Roſa de Execut. Liter. Apoſtolic. part.
1. c. 6. n.170.*
Licèt enim pro parte dicti D. Canonici fuerint ex-
hibitæ nonnullæ collationes, ſeu proviſiones hujus Be-
neficii, factæ Canonicis ejuſdem Eccleſiæ Collegia-
tæ, de quibus ſermo infra habebitur occaſione exa-
minandi Status, deductos pro parte D. Matthæi im-
petrantis, à tempore inſtaurationis dictæ Collegiatæ
uſque ad præſens; adhuc tamen ex dictis collationibus,
ſeu proviſionibus, probatum fuit ſolummodo, quòd
Canonici eodem tempore retinuerunt dictum Benefi-
cium inſimul cum Canonicatu, ſeu quòd, contra ex-
preſſam diſpoſitionem *tex. in cap. 1. de conſuetud. in 6.*
36 obtinuerint, ſeu conſueverint obtinere *abſque diſpen-
ſatione Apoſtolica*, in quo ſtat punctus, nihil in eis di-
citur, & tamen D. Canonicus hanc negativam uti
fundamentum ſuæ intentionis concludenter probare
tenebatur: latè *Mareſcott. Var. Reſolut. lib.2. cap.1. num.
29. & n.32. & 33. Rota coram Greg. dec. 13. num. 11.
& 12. & dec. 242. nu. 2. & num. 10. & in recent. de-
ciſ. 341. num. 5. part. 15.* adhibitis omnibus diligentiis,
37 ad effectum probandi hujuſmodi negativam diſpen-
ſationis, de quibus benè *Rota coram Gregor. dicta dec.
13. num.13. dec. 262. numer. 1. &* ibi *Adden. num.
2. & deciſ. 287. &* ibi *Adden. numer.* 10. quia aliàs
præſumitur, quòd potiùs ex diſpenſatione Apoſtoli-
ca Canonici hoc Beneficium fuerint aſſecuti. *Lap.
38 alleg. 89. n.17. verſ. item probatio. Ancharan. conſ. 11. num. 2.
verſ. pro hoc facit. Hojed. de Benefic. Incompatib. cap. 10. n.10.
& ſeqq. optimè Rota coram Buratt. dec. 550. n.1. verſ. ſed quod,
& in rec. dec. 298. n.11. part. 14.*
Rurſus non probavit dictus D. Canonicus, ut te-
nebatur, conſuetudinem retinendi dicta duo Beneficia
incompatibilia, neque quo ad tempus, neque quo ad
actus: non quo ad t mpus, quia cum ea ſit contra
Jus commune, debet eſſe legitimè præſcripta ſpatio
39 ſaltem annorum quadraginta ante motam litem jux-
ta notata *in cap. final. de conſuetud. ibique Card. num.
27. verſ. 32. Butr. ſub num. 30. verſ. unde tenet. Ab-
baſ. num. 11. Hojed. de Incompatibilitat. cap. 11. num.
14. Sperell. deciſ. 67. num. 29. Corrad. in Prax. Be-
nefic. dict. cap. 6. num. 21. & pluribus ſeqq. Panimoll.
dec. 1. adnotat. 2. num. 13. & num. 22. Rota cor. Bu-
ratt. dec. 19. num. 7. & dicta dec. 550. n.4. & cor. Ubald.
dicta dec. 139. nu. 4. & num. 6. repetita in recent. dec.
497. num. 4. part. 1. & dicta dec. 298. in fin. part. 14.*
40 neque quo ad actus, qui non debent eſſe minus duo-
bus valdè notoriis. *Bart. in l.1. num.12. C. quæ ſit longa
conſuetud. Hojed. loc. cit. num.17. Panimoll. dicta dec. 1.
adnot. 2. num.22.* cum aliis in puncto narrativæ *con-
ferri conſuevit*, *Mandoſ. de Signatur. Gratiæ in princ. verb.
proviſiones, verſ. præceptoria. Amayden. de Stil. Datar. lib.
2. cap. 6. §. 3. num. 20. Pirr. Corrad. in Prax. Bene-
fic. d. lib. 2. cap. 6. n.23. cum ſeqq.* Rota *coram Buratt.
dicta dec. 550. num. 5. cum duobus ſeqq. in rec. dec. 497.
num. 4. & 5. part. 1. & dicta dec. 298. in fine part. 14.*
dictique actus debent eſſe uniformes, non autem dif-
formes. *Surd. conſ. 24. num. 29. Lotter. de Re Benefic.
41 lib. 1. quæſt. 21. num. 116. Sperell. dicta dec. 67. nu.
23.* ita ut unicus actus difformis, diverſus, ſeu con-
42 trarius, dictam conſuetudinem interrumpat. *Panimoll.
dicta dec. 1. adnot. 2. n.14. & n.17.* ubi, quòd ea non
43 poteſt extendi de uno actu ad alium, de caſu ad caſum,
nec de perſona ad perſonam. *Sperell. d. dec. 67 num. 20.
23. & 24. Rota coram Ludoviſ. dec. 162. num. 9. ibiq.
Adden. num. 15. coram Merlin. dec. 99. num. 5.* quic-
quid ſecus dicendum in expreſſione *ſoliti*, quod in una
44 tantum vice verificatur, ut latè diſtinguendo tradit
*Corrad. in Prax. Benefic. d. lib. 2. cap. 6. num. 23.
cum ſeqq. De Roſa de Execut. Liter. Apoſtol. part. 1. cap.
6. n.167. Garz. de Benefic. part. 7. c. 10. n. 37. Lotter.
de Re Benefic. lib. 3. part. 8. num. 110. cum ſeqq.*
Haud relevante, quòd etſi ex præmiſſis excludatur
ſuppoſita conſuetudo retinendi utrumque Beneficium
abſque diſpenſatione Apoſtolica, non tamen exinde
dici poſſit concluſa malitia, & dolus, aut mala fi-
des, ſub cujus qualitate neceſſe eſt probari falſitatem 45
narrativæ, ex adductis per *Rotam in rec. dec. 536. n. 3.
& 17. 18. part. 4. tom. 3.* Tum quia quicquid ſit, ubi
falſitas narrativæ non movet concedentem, neceſt fun- 46
damentum gratiæ, in quibus terminis procedit *d. allegata
deciſio* 536. vel ubi agitur ſimpliciter de Literis Apo-
ſtolicis ſimplicis Juſtitiæ, in quibus non præſumitur,
quem falſum narraſſe; certum eſt, quòd quoties agi-
tur, prout hîc, de Literis gratioſis proviſionis Apo-
ſtolicæ, regula ſtat in oppoſitum, quia ſemper ſub- 47
intelligitur clauſula *ſi preces veritas nitantur. cap. ex
parte, de reſcript.* adeoque quælibet falſa expreſſio do-
loſa præſumitur, & gratiam vitiat, ut rectè caſum à
caſu diſtinguendo, firmat *Fagnan. in cap. ſuper literis,
num. 14. 20. 42. 45. & ſeqq. lib. 1. Corrad. in Prax Diſ-
penſat. cap. 1. n. 10 in fin. lib. 1.* De *Roſa de Execut. Liter.
Apoſtolic. part. 1. cap. 6. num. 32. & 54. pariter in fin. Tondut.
Reſol. Benefic. part. 1. cap. 27. n. 26. tom. 1. Rota coram Bich.
dec. 302. n. 3. & 4. coram Celſ. dec. 311. n. 9. & in recent. dec.
355. in fin. part. 4. tom. 1.*
Tum etiam quia, cum narratum fuerit falſum Pon-
tifici, ſupponendo prætenſam *conſuetudinem retinendi
Beneficium, & Canonicatum, abſque diſpenſatione Apoſto-
lica*, qua ſemota, Papa, vel non conceſſiſſet proviſio-
nem Beneficii, de quo agitur, vel difficiliùs conceſſiſ-
ſet, utique in his terminis non intrat quæſtio, an
quis doloſè, aut ignoranter falſum expoſuerit, cum
agatur de obreptione cauſata ex falſi expreſſione,
quæ ſemper reddit gratiam obreptitiam, atque nul-
lam, & invalidam, quicquid dicendum foret, ſi non
verſaretur in cauſa finali conceſſionis, ſed in impulſi- 48
va, ſine qua Papa eſſet etiam conceſſurus, ut diſtin-
guendo tradit *De Roſ. de Execut. Liter. Apoſtolic. part. 1. cap.
6. n.26. & ſeqq. Fagnan. in c. ſuper literis, de reſcript. n. 32.
58. 62. & 69. optimè Rota in Valentina Vicariæ 7. Junii
1695. coram Urſino, impreſſ. poſt Antonell. de Jur. & Oneri-
bus Clericor. dec. 9. n. 6. & 7.*
Excluſa autem probatione prætenſæ conſuetudinis,
falsò Pontifici narratæ per dictum D. Canonicum,
pro retentione utriuſque Beneficii abſque diſpenſatio-
ne Apoſtolica, deventum fuit ad examen narratorum
in Literis Apoſtolicis impetrationis dicti D. Matthæi
Galeffi, ex quibus habetur, narratam fuiſſe vacatio-
nem hujus Beneficii, ſub enunciato duplici certo mo-
do, alternativè concepto, videlicèt — *ob falſam aſſer-
tionem hujuſmodi, ſeu ob incompatibilitatem*, quam va-
cationem propter incompatibilitatem verè compertum
fuit non ſubſiſtere, cum ad hunc effectum non ſuffi-
ciat, quòd impetrans demonſtret aliquem fuiſſe aſſe-
cutum proviſionem, ſeu collationem ſecundi Benefi-
cii, cum primo incompatibilis, quia incompatibilitas
obſtat duntaxat retentioni utriuſque. non autem ob-
ſtat collationi, ſeu acquiſitioni dicti ſecundi Beneficii, 49
ut rectè firmant in terminis *Gabriel. conſ. 193. numer. 6.
& ſeqq. lib. 1. Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæſt. 23. num.
17. & 18. Card. de Luc. de Benefic. diſc. 54. num. 5. diſc.
55. num. 20. & diſc. 59. num. 2. Antonell. de Regimin. Ec-
cleſ. Epiſc. lib. 2. tit. de Benefic. Eccleſ. cap. 4. §. 3. numer. 20.
Panimoll. dec. 31. adnot. 1. num. 10. Rota coram Moedan. dec.
14. de præbend. in rec. dec. 337. numer. 9. part. 4. coram Mer-
lin. dec. 6. numer. 9. & dec. 354. numer. 17. cum ſeqq. &
coram Cerr. dec. 359. num.* 8. ſed ulteriùs requiritur,
quòd concludenter juſtificet, utrumque poſt duos men-
ſes datos ad dimittendum primum, pacificè, nullis
illatis moleſtiis judicialibus, ſeu extrajudicialibus,
poſſediſſe, nè dum de facto, ſed etiam de Jure, nè
poſtmodum idem proviſus de ſecundo Beneficio, de
cujus retentione debet eſſe certus, ob ſupervenien- 50
tem litem, vel ob aliam cauſam careat utroque. *cap.
licèt Epiſcopus, cum ibi notatis, de præbendis in 6.* ibi —
*licèt Epiſcopus Beneficium &c. poſt quam aliud recepiſſi
conſimile, ac ipſius poſſeſſionem pacificam habuiſti, vel per
te ſtetit, quo minus haberes &c. poſſit alteri de Jure
conferre. Garz. de Benefic. part. 11. cap. 5. num. 100.
& 105.*

Digitized by Google

& 103. Pariſ. de Reſignat. Beneſic. lib. 3. quæſt. 5. n. 129. Lotter. de Re Beneſic. lib. 3. q. 23. n. 19. Antonell. de Regimin. Eccleſ. d. lib. 2. tit. de Beneſic. cap. 4. §. 3. n. 21. & 22. Card. de Luca de Beneſic. diſc. 54. n. 5. diſc. 56. n. 5. & 6. cum ſeqq. Panimoll. d. dec. 31. adnot. 1. nu. 11. cum ſeqq. Adden. ad Buratt. dec. 29. num. 18. Rota coram Eodem deciſ. 502. in princ. coram Seraphin. dec. 1254. per tot. coram Priol. deciſ. 54. nu. 13. & n. 16. dec. 154. n. 13. & dec. 216. nu. 2. coram Eodem, coram Dunozet. Iun. dec. 811. nu. 1. coram Cerro dec. 359. n. 7. & 10. & dec. 369. n. 1. coram Eodem, & in Friſingen. Canonicatus 16. Maji 1707. §. Solùmque, coram R. P. D. meo Anſaldo.

Cum autem dictus D. Canonicus nunquam pacificè dictum Beneficium poſſederit, ob recurſus habitos ad ſupremum Signaturæ Juſtitiæ Tribunal, quod cauſam appellationis commiſit ex integro, circum-
51 ſcripta poſſeſſione, ac omnibus geſtis coram Executore, & appoſito ſequeſtro, ut ſuperiùs dictum eſt, certo certius viſum fuit, vacationem ob incompatibilitatem, Pontifici narratam, viribus deficere.

Vice vero verſa, nedum ex jam firmatis, verùm etiam ex ſtatibus modò adnectendis, recognitus fuit ſubſiſtens alter modus vacationis, reſultans à ſubreptione, vel obreptione ob falſam narrativam, quòd hujuſmodi Beneficium conſueverit retineri per unum, & eundem Eccleſiæ Canonicum, cum ſuo Canonicatu, & Præbenda, abſque diſpenſatione Apoſtolica, qui modus, ut ſupra alternativè cum altero, ob incompatibilitatem,
52 æque principaliter conceptus ſat eſt, ut ſolus verificetur. cap. in alternativis, de regul. Jur. in 6. & l. ſi quis ita ſtipulatus ff. de verbor. obligat. Lotter. de Re Beneſic. lib. 3. cap. 8. num. 14. De Roſa de Execut. Liter. Apoſtolic. part. 1. cap. 7. num. 31. ubi quòd etiam co-
53 pulativa reſolvitur in disjunctivam, & nu. 32. 33. & n. 85. Garz. de Beneſic. part. 11. cap. 1. n. 68. Tondut. Reſol. Beneſic. part. 2. c. 4. §. 1. n. 18. Rota coram Seraphin. deciſ. 911. in fin. coram Carill. dec. 74. n. 7. coram Merlin dec. 178. n. 5. coram Coccin. dec. 139 num. 9. & dec. 263. ſub num. 5. verſ. obſtat, cum ſeqq. coram Priol. dec. 54. n. 12. & dec. 254. n. 7. in Monaſterien. Canonicatus 23. Aprilis 1703. §. Licèt, coram Lancetta, in Roſanen. Archipresbyteratus ſuper Remiſſoria 29. Januarii 1711. §. Minoris, coram Criſpo, & in Auguſtana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ 12. Junii 1711. cor. Falconiero.

Præfata autem falſa narrativa, cui innititur dictus alter modus vacationis, reddebatur incontrovertibilis,
54 quia initium ſumendo à ſtatu anni 1502. Capellania, de qua agitur, fuit adjudicata Presbytero Ludovico de Honeſtis, qui licèt, inſtaurata inſigni Collegiata Piſcien. anno 1519. obtinuerit quoque Theſaurariatum, alteram ex Dignitatibus dictæ Eccleſiæ, cum ſucceſſiva retentione prædictæ Capellaniæ uſque ad ejus obitum, id tamen non contigit abſque aſſenſu Apoſtolico, ut ex Bulla exhibita dicti Theſaurariatus, in qua inter cætera hæc habentur -- ibi -- prædicto Ludovico, apud nos de vitæ, & morum honeſtate, aliiſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendato, horum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes -- Et inferiùs - ibi - Nec non omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, quæ prædictus Ludovicus, etiam ex quibuſvis Diſpenſationibus Apoſtolicis obtinet, & expectat, & in quibus, & ad quæ jus ſibi quomodolibet competit, quæcunque, & qualiacunque ſint &c. auctoritate prædicta tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus frui, & gaudere liberè, & licitè poſſit, & debeat.

Succedit ſtatus anni 1524. paucis verbis expediendus; cum enim in eo fuerit inveſtitus de Cappellania prædicta, vacante per obitum dicti Domini Ludovici de Oneſtis, Presbyter Franciſcus de Fantaccinis, ut ex Bulla collationis, Sacerdos iſte nullum aliud Beneficium incompatibile retinuit; quinimmò eundem, onera Capellaniæ per ſemetipſum impleviſſe, Miſſas celebrando, & Divinis Officiis intereſſendo, conſtitit ex fide publica, extracta ex libro ſignaturæ Diſtribu-
55 tionum, tunc Capituli Piſcien. cui venit omnino deferendum, ut ſpecie de Libris punctatoris Capituli, quoad intereſſentiam Barboſ. de Canonic. c. 2. n. 20. §. Libris, in fin. & c. 34. n. 21. Rota coram Duran. dec. 216. n. 1. & in recent. dec. 629. circa medium, part. 2. & dec. 205. n. 1. p. 4.

Tertium locum obtinet ſtatus anni 1562. in quo, vacato Beneficio, de quo eſt quæſtio, per mortem dicti Presbyteri de Fantaccinis, ſucceſſit eidem Canonicus Angelus de Oradinis, qui ideò Canonicatum, & Beneficium retinuit, quia priuſquam Beneficium prædictum conſequeretur, diſpenſationem reportavit anno antecedenti à Nuncio Apoſtolico Florentino, ad omnia Beneficia obtinenda, utcunque incompatibilia, ut ex Bulla diſpenſationis anni 1561. in illis verbis -- Utcunque duo curata, ſeu alias invicem incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica, etiam ſi Parochiales Eccleſiæ &c. ſi tibi alias canonicè conferantur, aut eligaris, præſenteris, vel alias aſſumaris ad illa, & inſtituaris in eis, recipere, & ſimul quoad vixeris retinere, liberè, & licitè valeas, authoritate Apoſtolica Nobis conceſſa, & qua fungimur in hac parte, tenore præſentium diſpenſamus, non obſtantibus &c.

Nullatenus reſragante, quòd Nuncius Apoſtolicus in utilitatem perſonæ ſuper pluralitate Beneficiorum
incompatibilium non poſſit diſpenſare, cum nullus, 56
præter Papam, hoc facere valeat, ut in puncto Nuncii Apoſtolici firmavit Rota coram Coccin. dec. 593. n.
5. & 6. per tot. & in terminis Legati de Latere hanc 57
facultatem ſimiliter non habentis Mandoſ. de Signatur. Grat. §. Diſpenſatio ad plura, verſic. aut loquimur in Beneficiis, in fin. Rot. dec. 4. alias 286. de Offic. Legat. in noviſſ. Tum quia hujuſmodi facultas, fuit ipſi Nuncio à Sede Apoſtolica conceſſa, ut in Bulla ex-
preſsè legitur; tum etiam quia, in omnem caſum 58
ſat eſt, quòd diſpenſatio, etiam nulliter data, inſerviat ad declarandam neceſſitatem illam obtinendi, ut in terminis diſpenſationis Rota deciſ. 573. n. 8. par. 18. & dec. 354. n. 35. par. 19.

Præfato ſtatui affinis eſt quartus anni 1574. quo inſtitutus fuit Bartholomæus Galeotti Archipresbyter, qui Beneficium hoc retinuit inſimul cum Archipresbyteratu uſque ad annum 1587. quo tempore dictum Archipresbyteratum reſignavit in manibus Pontificis, favore Matthæi de Galeottis ſui ex fratre nepotis; verùm conſtito ex ſupradeductis de reſidentia præciſa, Beneficio inhærente, vel reſignatio præſumenda eſt facta ob incompatibilitatem retinendi utrumque, etiam ſi reſignatio emanaverit, non poſt bimeſtre, ſed poſt plures annos, cum terminus duorum menſium ad dimittendum Beneficium incompatibile, ſemper urgeat, & duret, uti aſſignatus, non ad finiendam, ſed ad ſolicitandam obligationem renunciationis pri-
mi Beneficii, ut firmavit Rota in Senogallien. Canonicatus 25. Januarii 1709. §. Eoque talis, in fin. coram Lan- 59
cetta, vel attenta viſitatione anni 1575. ex qua conſtat dictum Archipresbyterum, per ſemetipſum, impleviſſe onera Beneficii, perneceſſe unum de duobus dici debet, nempè quòd tunc temporis, vel dignitas Archipresbyteratus non erat reſidentialis, vel quòd tanquam Archipresbyter à reſidentia erat diſpenſatus, cum aliter non eſſet verificabile implementum onerum Capellaniæ per ſemetipſum, ut in viſitatione prædicta enunciatur, præcipuè quia in poſſeſſore, nedum viginti, ſed etiam decem annorum, præſumitur diſpenſatio obtenta, etiam ad plura Beneficia
incompatibilia, prout obſervant Pariſ. de Reſignat. lib. 60
5. q. 6. n. 74. Barboſ. de Epiſc. allegat. 62. nu. 30 Panimoll. dec. 31. adnotat. 1. in fine. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 5. num. 538. Adden. ad Pamphil. deciſ. 351. num. 7. Rota in recent. deciſ. 341. n. 6. part. 15.

Sequitur quintus ſtatus in ordine anni 1595. quo Beneficium fuit adjudicatum D. Canonico Horatio de Oradinis, qui vix tranſacto anno Canonicatum dimiſit, & dimiſiſſe præſumendum eſt ex eadem lege fundationis, quæ illum etiam, tranſacto bimeſtre, ut dictum eſt, ſolicitabat ad dimittendum: & licèt poſt dimiſſionem Canonicatus, fuerit proviſus de plebania Montis Caroli, quam per plures annos retinuit una ſimul cum Beneficio, ut habetur ex atteſtatione moderni Plebani, adhuc tamen ex aſſecutione dictæ Eccleſiæ plebaniæ non comprobatur conſuetudo narrata retinendi Beneficium inſimul, & Canonicatum, cum conſuetudo ex jam probatis debeat eſſe uniformis, non difformis, nec extendatur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, ex Panimoll. d. dec. 1. adnotat. 2. numer. 17. neque excluditur onus reſidentiæ dicti

Beneficii, ex ſupra deductis abundè firmata; præcipuè quia ex non exhibitione Bulla proviſionis ſecundi Beneficii, valdè dubitari poterat de exiſtentia diſpenſationis.

Verùm quælibet difficultas, quo ad hos duos præ-
cedentes ſtatus, ſubmota fuit ex eo, quòd computa-
tis annis, in quibus præfati Archipresbyter, & Ca-
nonicus Horatius, retinuerunt Beneficium cum Cano-
nicatu, vix numerantur, 10. vel 12. anni, qui valdè
diſtant à tempore annorum ſaltem 40. requiſitorum ad
effectum præſcribendi retentionem Beneficiorum in-
compatibilium, ut latè fuit ſupra firmatum, quæ præ-
ſcriptio debet eſſe adeò completa, ut talis dici non
61 poſſit, etiam ſi deficiant aliqui dies, cum tempus
computetur de momento ad momentum, ad *text. in
c. final. de conſuet. Caſtald. conſult.* 272. *n.* 9. *vol.* 2. *Rot. in
rec. dec.* 208. *n.* 3. *dec.* 304. *n.* 2. *p.* 1. *Adden. ad dec.* 20. *n.*
23. *p.* 3. *dec.* 290. *n.* 9. *p.* 15. *& dec.* 17. *n.* 5. *& nu.* 16. *p.* 18.

Statui mox examinato, cohæret ſextus anni 1612., qno licèt fuiſſet præſentatus *Canonicus Amphyon Oradinus*, Beneficium tamen non obtinuit, ſed ejus Adverſarius compræſentatus, nempè ſimplex Sacerdos *Flaminius Galeſſi*, qui per ſe ipſum inſervivit, & onera Capellaniæ adimplevit.

Neque obſtitit, quòd anno 1620. dictus Flaminius electus fuerit Vice-Prior Eccleſiæ S. Mariæ in Montana, & quòd in hujuſmodi officio continuaverit per plures annos, juxta atteſtationem extractam ab Archivio inſignis Collegii Sancti Laurentii Civitatis Florentiæ, inferendo exindè ad excluſionem incompatibilitatia Beneficii, de quo agitur. Quandoquidem fuit animadverſum, dictum officium Vice-Prioratus in titulum non conferri, & per medium ſubſtituti exerceri poſſe, prout neceſſariò ſupponendum erat in hypotheſi, in qua è converſo docebatur, prædictum Flaminium per ſe ipſum onera Capellaniæ impleviſſe, ac proindè inter unum, & alterum, ex prædictis Beoeficiis nulla poterat conſiderari incompatibilitas: Ultraquamquòd, recurrebat reſponſio ſuperiùs tradita ſtatui anni 1595. quòd conſnetudo probanda erat io ſpecie ſuper reteotione Canonicatus, & Beneficii, & non ſufficiebat difformis, ſeu cadens ſuper alio diverſo Beneficio, ut ſupra in §. *Sequitur quintus ſtatus, in fine*.

Tranſeundo ad ſeptimum ſtatum anni 1631. Beneficium obtinuit *Franciſcus Galeſſi*, qui nſque ad annum 1648. nullum aliud Beneficium reſidentiale poſſedit, ſemper inſervivit per ſemetipſum, tam quo ad celebrationem Miſſarum, quàm quo ad intereſſentiam in Choro, & licèt ab anno 1648. obtinuerit etiam Theſaurariatum, retentum uſque ad obitum, non per hoc concluditur aſſerta conſuetudo retinendi Beneficium cum Canonicatu, immò ea potius excluditur, tum quia deficit adhuc tempus babile ad præſcribendum; tum etiam quia *dictus Franciſcus Galeſſi* falsò narravit Pontifici, Beneficium, ſeu Capellaniam, de qua agitur, non requirere *perſonalem reſidentiam*, adeoque non agnita per Pontificem Beneficiorum incompatibilitate, ob reticitam qualitatem Beneficii reſidentialis, ſtatus iſte potiùs excludit, ut dictum eſt, aſſertam conſuetudinem, quàm eam ullatenus comprobet.

Octavus denique, & nonus ſtatus, non poſſunt ul-
latenùs favere aſſertæ conſuetudini, quia anno 1679.
& anno 1697. præſentati fuerunt duo ſimplices Sacer-
dotes, nempè *Stephanus*, *& Jacobus* ejuſdem familiæ
de Galeſſis, qni ſemper uſque ad obitum inſervierunt
per ſemetipſos, & omnia onera Capellaniæ, tam
quo ad celebrationem Miſſarum, quàm quo ad Cho-
ri intereſſentiam, adimpleverunt, adeoque ex his duo-
bus ſtatibus, penultimo nempè, & ultimo, præfata
qualitas reſidentialis hujus Beneficii meliùs comprobata,
62 omninò attendi debet, *ad text. in cap. Conſultationibus, de
Jurepatronat. Rota deciſ.* 14. *de Jurepatronatu in Antiquis
& coram Emerix Junior. dec.* 106. *n.* 5. *& dec.* 420. *in fine co-
ram Eodem, & coram Burat. dec.* 680. *n.* 6. *in recent. dec.* 240.
n. 25. *part.* 1 *n. dec.* 90. *n.* 11. *part.* 12. *& in Valentina Benefi-
cii* 29. *Novembris* 1704. *§. Conſtit. coram R. P. D. Anſaldo*.

Non obſiſteote, quòd perſonale ſervitium, præſtitum ab hiſce ultimis Rectoribus Cappellaniæ, fuerit facultativum, adeoque non habendum in conſideratione: quia cum ex fundatione conſtet de titulo, actus
ſucceſſivi præſumuntur geſti in vim, & ſequelam illius.
Rota in recent. dec. 400. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 1. *coram Bichio dec.*
522. *n. pariter* 4. *cum ſeqq. dec.* 550. *n.* 16. *&* 17. *part.* 18. *&* 63
in Senogallien. Canonicatus 26. *Januarii* 1709. *§. Quodque
talis, coram Lancetta*.

Cum igitur D. *Matthæus Galeſſi* ex hactenus deductis
ſatis juſtificaret, quòd Beneficium, de quo agitur, vel
obtinuerant ſimplices Sacerdotes, qui inſervierunt per
ſemetipſos, vel obtinuerant nonnulli Canonici, qui
congruas diſpenſationes, ad effectum retinendi utrum-
que, reportarunt, ex hujuſmodi diſpenſationibus cla- 64
riſſimè excludebatur quælibet oppoſita conſnetudo,
immò mirificè confirmatus remanebat ſtatus incompa-
tibilitatis hujus Beneficii cum retentione Canonica-
tus, ut in terminis firmavit *Rota coram Ubald. d. dec.*
139. *num.* 5. *coram Buratt. dec.* 19. *num.* 8. *coram Emerix Jun.
dec.* 278. *num.* 7. *& dec.* 364. *ſub num.* 2. *§. Eademque*,
& in recent. dec. 173. *num.* 7. *&* 9. *part.* 18. *& dec.*
354. *num.* 28. *&* 29. *part.* 19. & per conſeqnens, re-
manente ſubreptitia, vel obreptitia Gratia Canoni-
ci, Literæ Apoſtolicæ ejuſdem Matthæi omnimodam
merebantur executionem, etiam attenta rigoroſa ju-
ſtificatione, excludente poſſibilitatem, & ſimplicem
dubietatem in contrarium, pront de Literis inviſo-
rum impetrantium firmant *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 2.
quæſt. 44. *num.* 2. *& ſeqq. De Roſa de Execut. Liter.* 65
Apoſtolic. part. 1. *cap.* 7. *num.* 90. *& in Add. nu.* 157. *&
ſeqq. Rota coram Royas dec.* 269. *num.* 4. *& dec.* 308.
num. 10. *coram Eodem, & deciſ.* 256. *nu.* 9. *coram Card.
Celſo, & dec.* 128. *num.* 2. *& deciſ.* 141. *n.* 2. *part.* 10. *&
in Reatina Archipresbyteratus* 13. *Januarii* 1697. *§.* 1. *cor
Muto, & in Barchinonen. Beneficii* 14. *Aprilis* 1698. *§. Quam-
vis, & in Cracovien. Canonicatuum* 13. *Junii* 1701. *§. Poſt-
habitis, coram R. P. D. meo Anſaldo, & in d. Auguſta-
na Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 26. *Junii* 1709.
§. Iſtud, coram Molines, quorum impetrationes, aliæ
ſunt minùs odibiles, cum ſimpliciter ſupponitur, ali-
quem fuiſſe intruſum, qui, ob nullitatem, ſeu ob
defectum tituli, & alia hujuſmodi, ſit à poſſeſſione
amovendus, prout eſt interpretratio, de qua agitur,
à qua potiùs omnem penitùs odibilitatem abſtulit 66
Litis pendentia, tractatus concordiæ, ipſaquemet fa-
cti ſeries, in principio expoſita; aliæ verò ſunt pror-
ſus odibiles, utpote exprimentea, ſeu ſuggerentes a-
liquot crimina, ex qnibus imminet privatio, & iſtæ
verè, & propriè nuncupantur piſcatoriæ, ut benè diſ-
tinguendo tradit *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 2. *q.* 52. *n.* 2.
io quibus noſter caſus non verſatur.

Ad horum itaque efficaciam evitandam, D. Cano-
nicus alia duo objecta io medium protulit, alterum
nempè, quòd executioni Gratiæ impetrationis reſi-
ſtat ſecunda pars *regul.* 35. *de annali poſſeſſore*, cum
ipſe Canonicus poſſeſſor infra ſex menſes ad judicium 67
per impetrantem non fuerit evocatus, prout evocari
debebat. *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 52. *num.*
50. *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 2. *part.* 34. *num.* 1. *&
per tot. Rota in rec. dec.* 263. *n.* 1. *part.* 17. computando tem-
pus à die Gratiæ, ſeu impetrationis, non à die expe- 68
ditionis Bullarum. *Gomeſ. ad Regul. de annal quæſt.* 67.
*in fin. §. Omiſſis ambagibus. Mandoſ. ad eandem Regul.
quæſt.* 65. *num.* 1. ubi dicit, hanc eſſe communem op-
piuionem, & à Rota ſervari, *& num.* 4. *Antonell. de
Tempor. legal. lib.* 2. *d. cap.* 34. *n.* 7. *Rota coram Buratt. dec.* 585.
num. 1. *& latè in recentior. dec.* 148 *num.* 15. *part.* 18., &
alterum, quòd in omnem caſum confirmanda eſſet in
ſui favorem ſententia Ordinarii, omiſſa executione
Literarnm Apoſtolicarum, cum adhuc ſibi integrum eſ-
ſet, incompatibilitatem Beneficiorum evitare, vel me-
diante diſpenſatione, vel dimiſſione Canonicatus.

Verùm eiſdem D. Canonico neutrum juvit; quo enim
ad Regulam *de anuali*, præmiſſo, quòd iſta non ope-
ratur effectum ipſo jure, ſed tantùm ope exceptionis
cum uſu poſitivo, non per illius ſolam allegationem,
ſed per illius actualem productionem, parte citata. *Lot-
ter. de Re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 52. *n.* 12. *&* 13. *Sarnen. ſuper* 69
eadem regul. quæſt. 4. *Mandoſ. ibid. quæſt pariter* 4. *ſub num.* 2.
verſ. pro contraria opinione, & quæſt. 44. *num.* 3. *Gra-
tian. diſcept. cap.* 574. *num.* 27. *cum ſeqq.*, quòdque
reſpuit omnem ponderationem, ſeu diſcuſſionem
jurium poſſidentium; qnia cum inducta ſit in o-
dium impetrantium Beneficia *certo modo*, ut litem inci-
pere,

pere, ac proſequi infra annum, uſque ad ſententiam definitivam teneantur, prout advertunt *Lotter. de Beneſ. lib. 2. qu. 52. n. 27. Card. de Luc. eod. tract. diſc. 47. num. 19. & diſc. 50. num. 9. Tondut. Reſol. Beneſic. c. 85. num. 20., & num. 29. lib. 1. Rota coram Seraph. dec. 983. n. 2. cor. Celſ. dec. 392. num. 5. cor. Cerr. dec. 944. n. 2. & in recent. dec. 402. n. 1. & 2. & 12. part. 13. dec. 518. num. 13. part. 14. dec. 329. num. 13. part. 15. dec. 263 nu. 1. part. 17. dec. 148. num. 15. part. 18. & dec. 423. num. 2. part. 19.*

71 ſola ac nuda facti detentatione contentatur. *Antonell. de Temp. legal. lib. 2. cap. 34. num. 5. Garz. de Beneſic. part. 12. cap. 2 num. 30. Lotter. eod. tract. dict. quaeſt. 52. numer. 40., & ſeqq., Gomes ad Regal. de annal. quaeſt. 33., & quaeſt. 52. §. Pro opinione, & q. 54. in fin. verſ. quicquid ſit. Card. de Luc. d. diſc. 47. n. 19. Tondut. Reſol. Beneſic. d. c. 85. n. 32. lib. 2. Rota cor. Puteo dec. 187. num. 1. lib. 2. coram Seraphin. dec. 983. num. 3. & deciſ. 106. num. 7. coram Cerro dec. 922. num. 8., & in recent. dec. 402. num. 13. & 14. part. 13. dec. 518. n. 14. part. 14. dec. 329. num. 50. & 13. part. 15. dec. 148. num. 15. part 18. dec. 423. num. 6. & ſeqq. part. 19. & dec. 580. n. 11. ead. part. 1. 2.* & & ſuffragatur intruſo, *Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 47. n. 22. & 24. Rota co-*

72 *ram Mantic. dec. 46. num. 4. Creſcent. de Cauſ. poſſeſſ., & proprietat. dec. 15. num. 1. cor. Coccin. dec. 332. per tot. & dec. 292. pariter. per tot. cor. Cerr. dec. 884. num. 15. & n. 17. & 18. coram Duran. dec. 45. nu. 3. in recent. dec. 289. n. 29. 30. cum ſeqq. part. 9. dec. 402. n. 11. part. 13. dec. 329. n. 8. part. 15. & dec. 580. n. 7. & 8. part. 19. tom. 2.*

Ponderatum fuit, quòd, ut illi locus ſit, duæ requiruntur circumſtantiæ, nempè poſſeſſio annalis ſaltem, quo ad facti inſiſtentiam, & poſſeſſio pacifica uſque ad impetrationem, ut proſequitur *Lotter. de Re Beneſic. d. lib. 2. quaeſt. 52. num. 17. 18. & 23.* quarum altera certè non concurrit in præſenti, quia cum Signatura Juſtitiæ, at ſuperiùs dictum fuit, circumſcriptis omnibus geſtis coram Executore, ac etiam poſſeſſione, una cum appoſitione ſequeſtri, Cauſam appellationis commiſerit, non poteſt hæſitari, quin præcedentem annalitatem litigioſam, & non pacificam declaraverit, ad quem effectum ſufficit litem fuiſſe motam, idem *Lotter. d. lib. 2. quaeſt. 52. n. 27. Sarnen. ſuper ead.*

74 *Reg. q. 44. Mandoſ. ibidem q. 27. n. 1. & ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quaeſt. 5. num. 29. optimè Rot. coram Mantic. dec. 46. num. 4. & 5.*

Hinc non refert, quòd de dicta Regula poſſit ſemper opponi in quacunque parte Judicii, & in quacunque Inſtantia, ut notant *Lotter. de Re Beneſic. d. qu. 52.*

75 *n. 14. cum duobus ſeqq. Antonell. de Tempor. leg. cap. 34. num. 19. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 66. ſub num. 18. Rota coram Buratt. dec. 585. num. 2. ibique Adden. num. 12. coram. Puteo dec. 25. num. 1. lib. 1. & in recent. dec. 423. n. 3. part. 19. tom. 2.* quia, cum ex ipſamet poſſeſſionis circumſcriptione, & appoſitione ſequeſtri, totaliter acquieſcente D. Canonico ab anno 1715. uſque ad præſens, clarè reſultet, quòd

76 ipſe ritè fuit ſua poſſeſſione, velut illegitima ſpoliatus, nec minus hodiè poſſet ampliùs de dicta Regula excipere. *Mandoſ. quaeſt. 44. ſub d. num. 3. Rota d. dec. 402. n. 11. part. 13. & coram Duran. dec. 45. n. 1* cum aliis ſupra allegatis, quicquid ſecus dicendum, ſi ſpolium fuiſſet violentum, & illegitimum. *Rota cor. Puteo*

77 *dec. 123. per. tot. lib. 1.* quam ſequitur *Ricc. collect. 2394. §. Item regulam. Gomes ad dictam Regul. de annal. quaeſt. 13. §. In contrarium, verſ. & iſta omnia.*

Et denique, dum ſermo eſt de poſſeſſione Beneficiorum, inter ſe incompatibilium, quemadmodum non juvaret poſſeſſori, etiam pacifico, Regula *de triennali*, quæ non habet locum contra decreta *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 17. & ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.* ut expreſsè firmant *Garz. de Beneſic. part. 11. cap. 5. num. 379.,*

78 *& meliùs num. 381. ubi refert reſolutionem Sac. Congregationis ejuſdem Concilii. Barboſ. de Epiſcop. allegat. 62. n. 29. & ad Concil. ſeſſ. 24. d. cap. 17. num. 51. & dict. ſeſſ. 25. cap. 15. numer. 39.* cum alis per *Paasmoll. d. dec. 31. ad-*

79 *not. 1. n. 46.* ita multo minus juvare poteſt Regula *de annali*, quæ eſt valdè minoris efficaciæ: plenè *Lotter. de Beneſic. d. l. 2. cap. 53. per tot.*

Quo verò ad confirmationem ſententiæ Ordinarii, non videbatur amplius eidem locus eſſe, quia cum D. Canonicus dictam ſententiam obtinuerit ſub expreſſo fundamento, quod Beneficium non eſſet reſidentiale, & è contra proviſionem Apoſtolicam exindè reportaverit ſub expreſſa narrativa qualitatis reſidentialis ejuſdem, falſaque aſſertione conſuetudinis illud retinendi una cum Canonicatu, abſque diſpenſatione Apoſtolica, vel dicendum erat, quòd Canonicus per dictam proviſionem Apoſtolicam illi primo Judicato renunciaſſet: *l. homo liber. §. Quod autem, in fin. ff.* 80
de ſtat. hom. Rota coram Coccin. dec. 754. numer. 11. & dec. 22. 83. num. 2. vel quòd, poſtquam Pontifex appoſuit manus, & ob falſam dicti Canonici aſſertionem idem Beneficium conceſſit D. Matthæo de Galeſſis, non erat ampliùs agendum de confirmatione, vel infirmatione ſententiæ Ordinarii in prejudicium tertii, cui medio tempore fuerat Jus irrevocabiliter quæſitum, ob gratiam impetrationis, obtentam ab eodem Pontifice, qui omnium Beneficiorum abſolutus eſt dominus, ut appoſitè ponderant
Abb. Panorm. in c. 3. n. 2. de jurepatron. Vivian. eod. tract. lib. 1. 85
c. 1. num. 197. lib. 2. c. 7. n. 3. & l. 14. cap. 1. num. 97. cum ſeqq. ubi de facta mentione Beneficii Juriſpatronatus laicorum *Card. de Luc. de penſion. diſc. 73. nu. 6. & in Annot. ad Concil. diſc. 8. n. 24.*

Et ita utraque &c:

Jo: Baptiſta Neri Badia Rotæ Auditor.
Manilius Urbani Rotæ Auditor, & Relator.
Octavius Vaſoli Piccinini Rotæ Auditor.

Illmi, & Rmi D. JO: BAPTISTÆ PUCCINI

Epiſcopi Cortonen.

VOTUM DECISIVUM.

In Aretina Penſionis.

A R G U M E N T U M.

An, & quando Clericus, militiæ adſcriptus, etiam in expeditione contra Turcas, penſionem amittat. Quando pronunciari poſſit tam ſuper poſſeſſorio, quàm petitorio, non obſtante proteſtatione unius ex Partibus, quòd petitorium ſuſpendatur.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries narratur.*
2 *Clericus, profitens militiam ſecularem, redditur incapax retinendi, non ſolùm Beneficia Eccleſiaſtica, ſed etiam penſiones, & affertur ratio.*
3 *Ubi non conſtat in reſervatione Penſionis, Papam eam voluiſſe concedere pro ſeculari, reſervata cenſetur pro Clerico, ſaltem prima tonſura initiato.*
4 *Ex quibus dignoſcatur, Papam voluiſſe penſionem reſervare pro Eccleſia.*
5 *Quid operetur indultum retinendi penſionem etiam in habitu laicali, ac in ſtatu bigamiæ,* & n. 6.
7 *Clericus, militans contra Turcas, non amittit penſionem.*
8 *Clericis indiſtinctè prohibetur militare, non minùs contra Chriſtianos, quam adverſus Infideles, & Saracenos.*
9 *Declaratur concluſio* ſub num. 7. *poſita, in quibus terminis procedat,* & n. 10. & 11.
12 *An Clerici militantes ſub vexillis S. pontificis, ſine ſpeciali indulto penſionem retinendi, illam amittant.*
13 *Ubi quis diſpenſatur, neceſſariò ſupponitur impedimentũ.*
14 *Exceptio, quòd penſio, ſub conditione ſtatus Clericalis reſervata, per contrariam profeſſionem extincta remanſerit, eſt admittenda etiam in Judicio manutentionis, & quare.*
15 *Exceptiones, reſultantes ex ventre Scripturæ, in qua actor ſe fundat, nunquam cenſentur excluſæ, quantumvis judicium ſit ſummarium, & executivum.*
16 *Actore, & reo ſuper poſſeſſione certantibus, ſi una Pars inſtet prius ſuper poſſeſſione pronunciari, Judex non habet Juriſdictionem in petitorio, ſuper quo tunc non eſt controverſia. Secus autem, quando altera Pars non neget poſſeſſionem, & redditur ratio.*
17 *Immò in una, eademque ſententia ſimul pronuncia-*

vi poteſt, tam ſuper petitorio, quàm poſſeſſorio, &
num. 19
18 *Ad effectum retardandi executionem mandati de manutenendo, ſufficit, quòd probabiliter dubitari poſſit de penſionis extinctione.*
20 *In materia penſionum militia, & conjugium æquiparantur.*

D E C I S I O LIII.

CUm Summus Pontiſex felic. rec. Alex. VII. uſque ab anno 1663. reſervaſſet ad ſavorem D.
Comitis Jo: Baptiſtæ de Cungis annuam penſionem
23. ducatorum auri de Camera, cum dimidio alterius
ducati ſimilis, ſuper fructibus Parochialis Eccleſiæ SS.
Ægidii, & Sabini, de Terra Montis Sancti Sabini
ejus Patria.

Darius de Buccis modernus illius Eccleſiæ Plebanus, coram me prætentionem excitavit ſuper ejuſdem
penſionis extinctione, eo præſertim innixus motivo,
quod Dominus Comes penſionarius ſub vexillo Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, annis retro elapſis, armatæ militiæ nomen dediſſet, & quamvis ipſe moti-
1 vum, ex quo penſio extincta prætendebatur, non impugnaret, quia illud impugnare non poterat, ex eo
quòd de ejus militari exercitio liquido conſtabat ex
propria ejuſdem D. Comitis confeſſione, in quodam
publico inſtrumento emiſſa, qua nulla melior probatio dari poterat, ex vulgatis juribus, nihilominus
tanquam exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, totis
viribus, totoque conatu contendebat, quòd ſuſpenſa
diſputatione extinctionis in petitorio, per Titularem
promota, priùs ſuper articulo manutentionis ad ſui
favorem pronunciari deberet, ſed compilato in hac
Epiſcopali Curia ex utraque parte proceſſu, Cauſaque acerrimè diſcuſſa, non obſtante illius quaſi poſſeſſione, quæ per D. Plebanum non controvertebatur, adhuc tamen D. Comiti manutentionem denegandam eſſe cenſui, ex eo quòd mihi dubitari non
poſſe viſum fuit, quin ob aſſumptam ſecularem militiam penſio ipſo jure extincta remanſerit.

Præcipuum verò reſolutionis fundamentum fuit,
incompatibilitas hujus ſecularis militiæ, cum ſpirituali, quæ cum adeo expreſsè ab hujuſmodi militaribus
miniſteriis abhorreat, *ad Textum in cap. Clerici*, *& cap.
quicunque ex clero* 23. *quæſt*. 8. operatur, quòd Clerici,
qui illam profitentur, ſtatim ac profeſſionem Clericatui contrariam aſſumunt, eidem renunciaſse videantur, ex ea convincenti ratione, quòd Clericus effectus miles ſecularis, deſinit eſse miles Dei, & contra, ex quo etiam proindè fit, ut reddantur omninò
2 incapaces, non ſolùm retinendi Beneficia Eccleſiaſtica,
verùm etiam penſiones, quæ ipſis uti Clericis reſervatæ fuerunt, adeò ut abſque alia Judicis declaratoria,
ab ipſo momento ſuſceptionis cinguli militaris illas
amittant, etiam ſi in bello non fuerint, neque ad
exercendum ſæva proreſserint, ut præter antiquiores,
quos lato calamo reaſſumit *Rocca Epiſcopus Iſclan.
diſput. Jur. Select. c.* 191. *nn.* 15. *& ſeq.* teſtantur etiam
Ciarlinus cont. 36. *a.* 38. *& contr.* 130. *num.* 7. *ac Tondut.
Quæſt. Beneſi. part.* 2. *cap.* 5. *§.* 5. *n.* 9. *& latè de Penſ.
c.* 77. *per totum*.

Poſita igitur hac incontrovertibili concluſione, dubitandum etiam fuit in themate de extinctione penſionis, ſuper qua verſatur hodierna controverſia, nam
ſicuti negari non poterat, quin eadem Comiti reſervata fuerit, uti Clerico, ita etiam de plano reſultabat, quòd per aſsumptionem ſtatus, cum Clericatu
incompatibilis, ipſo facto expiraverit. Neque D. Comes juvari poterat indulto, quòd ab eodem Summo
Pontifice obtinuerat, retinendi dictam penſionem, etiam ſi in habitu Clericali non incederet, & matrimonium cum vidua, vel pluribus ſucceſſivè contra-
3 heret; quia quoties expreſse non conſtat, Papam penſionem reſervare voluiſse pro ſeculari, illa ſemper conceſsa non cenſetur, niſi pro Clerico, ſaltem prima
Tonſura initiato, teſtis eſt *Ciarlinus d. contr.* 136. *num.*
13. *& ſeq.* cui addi poſsunt *Tondut. d. quæſt.* 77. *num.* 3.
Emin. de Luca poſt tract. de Statut. Succeſ. tit. de Penſ. cap.
4. *n.* 3. 4.

Sed tantùm abeſt, quòd in caſu noſtro, ex Litteris reſervationis colligi poſſit, quòd Sum. Pont. intentio fuerit concedendi præfatam penſionem D. Comiti,
uti Laico, quin immò totum oppoſitum ſuadet contrarius Romanæ Curiæ ſtylus, & extra omnem difficultatem clauſula illa, in Literis Apoſtolicis appoſita — 4
*Poſtquam Clericali caractere inſignitus fueris, ſi nondum
inſignitus ſis* — ex qua apertiſſimè datur intelligi, Papam reſervare noluiſse penſionem, niſi pro Clerico;
idem Tond. loc. ſuperiùs allegato, cui adhæret *Emin. de Luca,
de Penſ. diſp.* 10. *n.* 6. *Pirr. Corrad. in Prax. Beneficiali lib.
1. c.* 5. *num.* 176. *Pax. Jordan. Elucubrat. diverſ. lib.* 50. *tit.*
16. *num.* 23.

Neque indultum retinendi penſionem, etiam in habitu laicali, ac in ſtatu bigamiæ, immutare valet illius naturam, ab initio in Literis reſervationi impreſſam; ſed ſolùm operatur, ut Summus Pontifex D. Co- 5
mitem ad obtinendam penſionem, quamvis Clericali privilegio eſset denudatus, nihilo tamen minus cenſeatur
etiam ex conſequenti neceſſitate ad retinendum Beneficium Clericatus diſpenſaſse per ea, quæ habentur *ab
eod. Tond. de Penſ. quæſt.* 78. *n.* 22. *&* 23. Bigamus enim,
licèt omnibus privilegiis Clericalibus privatus exiſtat, 6
exinde tamen non ſequitur, quòd diſpenſetur ad retinendas in eo ſtatu penſiones, nè dicatur perſona
Eccleſiaſtica, & ad hujuſmodi effectum, Clericus adhuc non remaneat, ex latè deductis *per Rot. dec.* 50. *per
tot. tom.* 5. *part.* 5. *recen.* cui conſonant ea, quæ non minùs
lato calamo ſcripſit *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 2. *nu.*
135. *uſq. ad n.* 182. *&c.*

Tota igitur controverſiæ difficultas in hac noſtra hypotheſi verſabatur in eo, quòd ex confeſſione ejuſdem D. Comitis conſtabat, illum quidem militaſſe,
ſed in bello, quòd Sereniſſima Veneta Reſpublica,
occaſione ſacri fœderis, à Sancta memoria Innocentii
X. feliciter promoti, contra Othomanum indixerat, 7
& propterea, ex eo quòd militaverit contra inimicos
Fidei, & Chriſtianæ Religionis hoſtes infenſiſſimos, ab
extinctione penſionis tutus eſse videbatur, ex auctoritate *Emin. Card. de Luca de Penſ. diſc.* 46. *n.* 9. *& in Conflictu legis, & rationis, obſerv.* 210. *verſ. iſta itaque*.

Sed fateor, quòd hujuſmodi aſsumptum non placuit,
quamvis primo aſpectu aliquam firmitatis ſpeciem præſeferret; Tum quia, eo ipſo, quòd D. Comes Reipublicæ ſervitio ſe adſcripſit, & in ſuſceptione officis
militaris fortaſse etiam juramentum præſtitit, ſe quoque paratum exhibuit ad inſerviendum Reipub. nedum contra Turcas, ſed in quacunque alia militari
expeditione, quam ſibi opportunitas inire expediret. Tum quia poſito etiam, quòd ſe tantum vinculo juramenti adſtrinxiſset ad pugnandum ſimpliciter contra Turcas, adhuc tamen D. Comiti id ſuffragari non
poſse credidi, quia ad effectum amittendi penſionem
mihi ſufficere viſum fuit, quòd armatæ militiæ nomen dederit, cum Clericis per Sacros Canones indiſtinctè prohibitum ſit militare non minùs contra Chri- 8
ſtianos, quàm etiam pro conquiſitione ipſiuſmet Terræ Sanctæ contra Infideles, & Saracenos, ut habetur
per Text. in c. ex multa, de vot., & vot. redempt. ubi præter antiquiores Canoniſtas notavit in ſpecie *Barb. n.*
11. & iis prætermiſſis tradit *Tondut. de Penſ. d. quæſt.*
77. *n.* 12.

Neque aliquam rationem in hac noſtra hypoteſi
habendam eſse cenſui de opinione *Emin. Card. de Luca*, alioquin maximæ apud me exiſtimationis, vel
quia non ſolùm loquitur ſine alicujus Doctoris auctoritate; verùm etiam contra expreſsam Canonum diſpoſitionem, vel quia ſaltem intelligi debet poſitis terminis habilibus, vel concurrentibus circumſtantiis, de 9
quibus ferè omnes Morales infra allegandi, nimirum
quando Clerici eſsent in bello pro bono Religionis,
vigente neceſſitate, vel pro defenſione Fidei, quando
tamen ea in gravi periculo conſtituta reperiatur, ut
tradiderunt *Caſtropal. in ejus Opere Morali tract.* 6.
diſp. 5. *punct.* 6. *a.* 5. *tom.* 5. *& Dian. Coord. tom.* 7. *tract.* 7.
reſp. 60. ubi habetur, quòd tunc licitum eſt Clericis pro defenſione Fidei propriis manibus pugnare,
quando eorum opera ſit præcisè neceſsaria ad conſecutionem juſtæ victoriæ, ex qua ſalus Eccleſiæ, vel
Chriſtianæ Reipublicæ, maximè pendeat, quam tantam neceſſitatē in bello, præſertim offenſivo, quale erat
illud contra Othomanum, tunc temporis à Veneta Repu- 10

blica

blica indictum, ordinariè dari non poſſe, cum *Diana*
& Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. n. 19. verſ. 3. dixi, ex
ea convincenti ratione, quòd tunc milites laici ple-
rumque adhiberi poſſunt.

Non autem poteſt in caſu noſtro, ubi D. Comes
nulla vigente neceſſitate, ſed ex proprii ſanguinis
inſtinctu, ac ſtimulo honoris tactus, ex generoſa ejus
animi indole voluntariè ad militandum ſe contulit,
ſub vexillo Principis merè ſecularis, in quibus ter-
11 minis Clerici, quamvis militent contra Turcas, ad-
huc tamen ſemper dicuntur tractare arma carnalia,
quod ipſis in perſona Petri vetitum fuit à Chriſto,
etiam ad propriam ipſius Domini defenſionem, ut
haberi poteſt *ex Text. in c. cum Judæis 23. quæſt. 8.* ac
negotiationem inire, ab eorum ſtatu alienam, &
amiſſionem proprii gradus inductivam, per ea, quæ
docet *Lotterius de Re Benefic. lib. 3. quæſt. 27. num. 87.*
& ſeq. Quicquid ſit in Clericis militantibus ſub vexil-
lo Summi Pontificis, quem tanquam Supremum Ec-
cleſiaſticorum Principem, & legitimum eorum Supe-
riorem, cum ipſis ſaltem tacitè diſpenſare, nobis ſua-
12 dere poſſumus, quamvis tamen non deſint DD. au-
thoritates, ac punctuales Rotæ Romanæ Deciſiones
quæ ſine ſpeciali indulto; ad effectum etiam amitten-
di penſiones, negativam Sententiam ſuſtineant, ut
videre eſt *ex deciſ. 63. num. 219. & 338. coram Celſo*;
ubi diſputato ad partes articulo, deciſum fuit, Pen-
ſionarium, ex Præfectura cujuſdam Arcis, aſſumpta
ad ſolam cuſtodiam, quamvis actu ad pugnandum
non inceſſarit, nec ſæva exercuerit, adhuc tamen ipſo
jure penſionem admiſiſſe, ex eo præſertim motivo,
quòd Sum. Pont. quoad cuſtodiam ſtatus Eccleſiaſtici
gerit vices Principis omnino ſecularis, *ut ex argum.*
Textus in c. venerabilis, qui filii ſint legitimi, probat *E-*
piſc. Rocca d. c. 191. n. 32.

Quamobrem eo etiam faciliùs neceſſariam eſſe cre-
didi D. Comiti diſpenſationem ad hoc, ut militando
contra Turcas tutus redderetur ab extinctione penſio-
nis, quia ex ipſamet facti ſeriè, quæ habetur exten-
ſa penes *eundem Eminen. de Luc. d. diſc. 46. de Penſ.*
videmus, quòd idem Vincentius Marulanus eam ob-
tinere curavit, antequam ad pugnandum procederet
in ſatis noto Bello Cretenſi, per Othomanum con-
tra ipſammet Rempublicam Venetam illato, quæ uti-
que diſpenſatio proculdubio fuiſſet omninò ſuperflua,
& inanis, ſi vera foret concluſio, quòd Penſionarius
militans pro defenſione Fidei contra Turcas, vel alios
Infideles, de Jure penſiones non amitteret, ex eo ſa-
tis certo Juris principio, quòd fruſtra imploratur à
13 Principe id, quòd à Jure conceſſum reperitur, ſive
quia neceſſitas diſpenſandi ex natura ipſiuſmet diſpen-
ſationis neceſſario etiam præſupponit impedimentum,
ex ea evidenti ratione, quòd fieri non poſſe dicitur
illud, quod in vim diſpenſationis fit. *Rot. dec. 19. n.*
5. cor. Buratt. & in rec. dec. 173. n. 7. & 8. p. 18. tom. 1.
& in his noſtris terminis *Lotterius de Re Benef. l. 1. q.*
40. n. 179. & 183.

Cum itaque D. Comes militaverit contra Turcas,
nulla urgente neceſſitate, neque aliquod à Summo
Pontifice obtinuerit indultum retinendi penſionem in
ſtatu militari, quod circumſcriptis circumſtantiis ſu-
pra ponderatis omninò neceſſarium eſſe videbatur;
ceſſare etiam credidi in radice jus, titulum, ac com-
modum exigendi penſionem, & conſequenter eidem
omni Jure denegari poſſe manutentionem, quamvis
mordicùs inſiſtere, ut ſuſpenſa diſcuſſione petitorii, priùs
pronuciaretur ſuper poſſeſſorio, quod per Titularem
non impugnabatur; nam licèt ab hujuſmodi aſſumpto
me facili negocio abſolvere potuiſſem cum regula,
quòd ubi petitorium abſorbet poſſeſſorium, nulla ra-
tio de eo, ut de poſſeſſorio, haberi debet, nihilo-
minus, ut etiam ordinis rigori ex abundanti ſatisfa-
cerem, ex duplici motivo prætentionem D. Comitis
nihil concludere dicebam.

Primò ſiquidem, quia Titularis hic non contende-
bat de aliquo Literarum Apoſtolicarum vitio, ſive
quòd aliter penſio ſuper Beneficio nulliter impoſita fue-
rit; ſed tantùm quòd ea extincta remanſerit ex eo, quod
ob aſſumptam ſecularem militiam Penſionarius effectus
fuerit incapax retinendæ penſionis, quæ cum eidem
non aliter reſervata dici potuerit, quàm ſub ea con-
ditione, quatenus Clericus remaneat, ſequitur neceſ-
ſario dicendum, quòd ſtatim ac cingulum militare ſu- 14
ſcepit, ipſo jure expiraverit, cum per contrariam
profeſſionem Clericus eſſe deſierit, quæ exceptio cum
non ſit incompatibilis cum validitate reſervationis,
& oriatur ex ventre earundem Literarum Apoſtoli-
carum, omnino admittenda videbatur, ex congeſtis
per Ciarlin. controv. 36. num. 38. & ſeq. cum in judicio,
quantumvis ſummario, & executivo, ſemper admit-
tantur exceptiones, reſultantes ex ventre ſcripturæ,
in qua actor ſe fundat, quæ nunquam cenſentur ex- 15
cluſæ, etiamſi altiorem requirant indaginem, per ea,
quæ latè cumulata fuerunt per *Epiſcopum Rocc. d. c.*
191. n. 39. & 40.

Secundo, & veriùs, quia hìc non agebatur de Ti-
tulari, qui per viam exceptionis de extinctione pen-
ſionis opponeret, ut illius ſolutionem evitaret, quod
non abs re fortaſſe etiam ſuſtineri poſſe, ex dedu-
ctis videbatur; ſed de judicio ſuper petitorio, per
eundem Titularem intentato, in quo procedendum
erat, procedi poſſe, ac debere exiſtimavi, cum re-
ceptiſſima theorica *Bartol. in l. natur. §. Nihil commune,*
ſub num. 26. verſ. reſtat. ff. de acquirenda poſſeſſione, ubi
diſtinguendo inter actorem, & reum, ad invicem cer-
tantes ſuper poſſeſſione, tunc ſi alterutra partium in-
ſtet priùs pronunciari ſuper poſſeſſorio, optimè con-
cludit *Bartolus*, quòd eo caſu ligatæ cenſeri debent
manus Judicis, nè tangat petitorium, ſuper quo tunc
non eſt poſitiva controverſia inter litigantes: aut ve-
rò altera non negat, ſe non poſſidere, prout conti- 16
git in hac noſtra hypotheſi, ex quo titularis non præ-
tendit, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis non ſol-
vendi, & tunc abſolutum eſſe voluit, quòd Judici
prohibitum non ſit ſuper petitorio ſententiam ferre,
quia, non obſtantibus proteſtationibus ſuper illius ſu-
ſpenſione, adhuc tamen videbatur, quòd poſſeſſo-
rium, ex parte Penſionarii propoſitum, nullatenus
impedire potuerit petitorium, per Titularem primor-
dialiter intentatum, quam *Bart.* diſtinctionem ſem-
per amplexa eſt *Rota, & ſignanter dec. 337. num. 10.*
& 11. coram Buratt. & deciſ. 494. n. 4. part. 14. rec.
& in terminis Penſionis *deciſ. 140. & 141. apud Poſt.*
de Manutentione, noviſſimè *verò die 30 num. 8. & 9.*
cor. Reverendiſſ. P. D. Anſaldo, quem pro omnibus al-
legare ſufficiat.

Neque obſtat, quòd hæc *Bartoli* doctrina proce-
dat ad effectum præſervandi ſententiam latam in pe-
titorio à nullitate, quamvis fuerit de illius ſuſpen-
ſione proteſtatum, non autem ad hoc, ut in una,
eademque ſententia ſimul pronunciari poſſet, tam ſu-
per petitorio, ſive Penſionis extinctione, quàm ſu-
per poſſeſſorio, denegando D. Comiti manutentio-
nem. Quia mihi nulla viſa fuit adeſſe repugnantia,
quæ obſtaret, quin validè pronunciari potuiſſet ſuper
utroque. Quin immo neceſſarium etiam eſſe cenſui, 17
ut ultra Sententiam ſuper articulo extinctionis, ea
quoque proferenda eſſet ſuper ipſamet poſſeſſione:
nam ſicuti ad effectum impediendi manutentionem
Penſionario, qui actu reportaſſet mandatum de ma-
nutenendo, ſaltem ad finem retardandi illius execu-
tionem, quatenus fuiſſet jam relaxata, ſatis eſt, quòd 18
probabiliter dubitari poſſit de Penſionis extinctione,
ut cenſuit *Rota Rom. in una Mediolanenſi Penſionis 15.*
Decembris 1607. cor. Marquemont. quam ſecuta *eſt ea-*
dem Rot. dec. 524. num. 15. part. 5. recent. ita etiam eo
facilius manutentionem denegari poſſe credidi in hac
noſtra hypoteſi, ubi extinctio Penſionis, de per ſe
& abſque alia extrinſeca probatione, reddabatur in-
dubitata ex incontroverſo ſtatu militari, quem D.
Comes aſſumpſerat, & ex quo planè reſultabat to-
talis illius incapacitas retinendi penſionem, quam du-
bitari non poterat ipſo jure extinctam remanſiſſe ob
aſſumptam ſecularem militiam, cum Spirituali om-
nino incompatibilem, quemadmodum huic objecto
opportunè ſatisfacit eadem *Rot. dec. 30. num. 10. &* 19
11. coram eodem R. P. D. Anſaldo, qui licèt loquatur
in terminis extinctionis ob contractum matrimonium,
adhuc tamen æquè benè procedit in caſu noſtro, ex 20
eo quòd militia, & conjugium in hoc æquiparatur,
ex deductis *per Ciarl. controv. 36. n. 56. & controv. 136.*
num. 10.

Et

Et ex his penſionem, de qua agitur, extinctam fuiſse, ac manutentionem D. Comiti Joanni Baptiſtæ Cangio denegandam eſse, reſolutum fuit, utraque parte acerrimè informante.

In Eadem Cauſa.

CONSULTATIO

Illuſtriſſimi D.

PETRI FRANCISCI DE MORMORAIS,

Advocati Florentini, & Auditoris Sereniſſimi Magni Principis Hetruriæ.

SUMMARIUM.

1 *Nulla dari poteſt melior probatio propria confeſſione.*
2 *Clerico ad militiam convolante, penſio illi reſervata ipſo jure extinguitur*, & n. 3.
4 *Aſſecutio ſecundi Beneficii incompatibilis cum primo, ejuſque retentio, inducit renunciationem primi; adeò ut proteſtatio, & declaratio animi in contrarium, non attendatur.*
5 *Licèt factum voluntarium ſit, voluntarium tamen non eſt effectum Juris impedire, qui oritur ex facto.*
6 *Declaratur* Cardin. de Loc. in Conflict. legis, & rationis obſerv. 170. & de Translat. Penſion. cap. 13. n. 25.
7 *Qui animum applicat ad unum, ſtatim, & ipſo jure ab alio ſe avertit, ut nec valeat explicita ejus animi declaratio in contrarium.*
8 *Reprobatur opinio aliquorum, tenentium, nullam dari incompatibilitatem inter Clericatum, & Militiam.*
9 *Ex aſſumptione cinguli militaris oritur ſaltem præſumptio animi dimittendi Statum Clericalem, quæ transfundit onus probandi in contrarium.*
10 *Hujuſmodi præſumptio non ceſſat, eo quo Clericus effectus miles, relictis deindè armis, pœniteat, & de facto habitum Clericalem reaſſumat.*
11 *Etiamſi id ſequatur poſt aliquot dies.*
12 *Clericus actualiter militans in exercitu, habere dicitur voluntatem dimittendi ſtatum Clericalem.*
13 *Item is, qui ſe implicat in negociis ſecularibus, & muneribus publicis.*
14 *Non incedens in habitu Clericali, ab omnibus reputatur ut Laicus.*
15 *Cenſetur pariter animum dimittendi ſtatum Clericatus habere, qui militat in defenſionem Principis extranei.*
16 *Idem judicatur de eo, qui gradum, & ſtipendia recepit in ordine militari, & utitur ejuſdem gradus inſigniis.*
17 *Trina monitio requiritur in caſibus, quibus agitur de pœna privationis Penſionis, vel Beneficii; non autem ad effectum extinctionis Penſionum, & Beneficiorum vacationis.*
18 *Item requiritur trina monitio, ubi agitur de officiis, & muneribus, non omninò contrariis Clericatui; ſecus verò de illis, prorſus cum Clericatu incompatibilibus.*
19 *Similiter probatio, quòd Clericus fuerit miles in bello juſto, non ſufficit pro inducenda irregularitate, niſi ulteriùs conſtet de occiſione ſeu mutilatione membrorum; quò verò ad effectum inducendæ dimiſſionis Clericatus, aliud non requiritur, quam ſimplex probatio aſſumptionis militiæ temporalis*, & o. 20. & 50.
21 *Miles, qui adfuit bello juſto, in quo plures hinc indè occiſi remanſerunt, reputari debet irregularis, etiamſi de occiſione, vel mutilatione dubius ſit.*
22 *Militiam Cœleſtem deſerere dicitur etiam Clericus, qui bello intereſt, non uti ſimplex miles, ſed tanquam Magiſter, & Dux Militum*, & n. 23.
24 *Clericis non convenit arma ſumere, nec etiam contra Saracenos, & Infideles, niſi ex præciſa, & inevitabili neceſſitate*, & n. 30.
26 *Chriſtus prohibuit Petro arma tractare in defenſionem ſuimet ipſius.*
27 *An ad effectum incompatibilitatis ſtatus Clericalis cum militia, ſubſiſtat diſtinctio inter militiam Pontificis, & illam Principis ſecularis.*
28 *An ad hunc eundem effectum differat Feudum Eccleſiaſticum à Feudo procedente à Principe ſeculari.*
29 *Diſpenſatio neceſſario ſupponit impedimentum.*
31 *Verba generalia operantur ſemper intra ſphæram habilium*, & 32.
33 *Bulla hortatoria ad pugnandum cum Chriſtiani nominis hoſtibus, etiam verbis generalibus concepta, non comprehendit Clericos privilegiatos.*
34 *Diſpenſatio non inducitur, niſi per verba clara, & explicita; adeò ut non fiat extenſio, nec ex æqualitate, aut identitate, vel majoritate rationis.*
35 *Summi Pontifices, Sacri Canones, & Concilia, privilegia, tum ſpiritualia, tum temporalia conceſſerunt univerſis Chriſti Fidelibus, bellum ſuſcipientibus contra Infideles, pro recuperatione Terræ Sanctæ.*
36 *Clerici, etiam Cruce inſigniti, qui Deo promiſerint prædicti priſſimi belli periculo ſe exponere, voto non obſtringuntur, & de ratione.*
37 *Conſtito de extinctione penſionis, denegatur poſſeſſori manutentio*, & n. 38.
39 *Ex incontrovertibili aſſumptione militiæ ſecularis, per Penſionarium facta, ſtatim inducitur penſionis extinctio.*
40 *Et Judex valet poſſeſſorem privare poſſeſſione abſque citatione.*
41 *Talis exceptio oritur ex ventre Literarum, quibus eſt reſervata penſio ſub conditione Clericatus.*
42 *Valet argumentum in materia penſionum à militia ad matrimonium.*
43 *Reprobantur Doctores contrarium tenentes.*
44 *Penſio ſemel extincta, reviviſcere ampliùs non poteſt.*
45 *Præſumptio animi deſerendi Clericatum pariformiter urget, ſive agatur de militia, ſive de matrimonio.*
46 *Clericus animum ſuum applicans matrimonio, ſtatim penſionem amittit; adeò ut illa non reviviſcat, matrimonio diſſoluto, vel non conſumato.*
47 *Cauſæ duratio non attenditur, ſed inductio, & conſumatio effectus.*
48 *Juris diſputatio, ſeu articulus, non facit, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem.*
49 *Non dicitur turbida exceptio, quæ talis redditur ex replicatione actoris.*
51 *Ubi Clericus, in Sacris conſtitutus, ſtatum cum Clericatu incompatibilem aſſumat, an dicatur ſtatim extincta penſio, ſeu vacans Beneficium.*
52 *In Cauſa poſſeſſorii, ſi altera pars non urget poſſeſſionem, Judex pronunciare poteſt in meritis, non obſtante proteſtatione ſuſpenſionis petitorii.*
53 *Et concluſio procedit, tam ad ſalvandam ſententiam, latam ſuper petitorio, à nullitate, quàm ad pronunciandum in eadem ſententia in utroque.*

DECISIO LIV.

Ex eis, quæ pleno calamo deduxit Dominus meus ex adverſo ſcribens in elaboratiſſimo Reſponſo, nec dubitari poteſt de extinctione penſionis, de qua agitur; adeoque meritò fuit per Reverendiſs. D. Vicarium Aretinum denegata manutentio in quaſi poſſeſſione illam ulteriùs exigendi, ex rationibus, & Auctoritatibus ab eo cumulatis in doctiſſimo Motivo, quod à contrariis per ſe ipſum ſatis abundè vindicatur.

Inverſo ordine contrariæ Informationis, quæ duas habet partes; Unam videlicet, quæ verſatur circa poſſeſſorium; Aliam verò, quæ reſpicit petitorium, juxta methodum, quam doctiſſimus Judex retinuit in Motivo, labor erit in oſtendendo, & comprobando; Primo, quòd penſio controverſa jamdiù remanſerit extincta; Secundo, quòd in quaſi poſſeſſione illam exigendi nullo pacto concedi poterat manutentio, non obſtantibus eis, quæ in everſionem utriuſque aſſumpti reſpectivè deducuntur.

Quòd attinet ad primum, cum Dominus Joannes Baptiſta de Cungis, cui Summus Pontifex ſub conſueta conditione Clericatus reſervaverat annuam penſionem viginti trium ducatorum auri de Camera, ſe ſe adſcripſerit miles Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ, & glorioſè ſtrenueque pugnando in ordine equeſtri, conſpi-

Digitized by Google

conſpicuo Collumnellatus munere graduari promerue-
rit, ut liquido conſtat ex propria ejuſdem confeſſio-
ne, non ſemel emiſſa in publico inſtrumento, qua
nulla melior probatio dari poteſt, ut omiſſis gene-
ralibus, in propoſito *Tondut. de Penſionibus cap.* 50. *n.*
48. *&* 49. & in puncto *dec.* 158. *nu.* 16. *verſic. ut con-
ſtat p.* 1. *recent.*

Indubitata ſuccedit concluſio, quòd effectus miles
ſeculi, deſierit eſſe miles Dei, atque ita penſio illi
uti Clerico reſervata, ipſo jure remanſerit extincta
a in commodum Titularis, ut poſt *Abbatem*, *Cardina-
lem*, *Imol.* & alios uno ore, *Barboſ. in cap. ut conſul-
tationi* 1n. *num.* 4. *de Cleric. coningat. & De Jure Eccleſ.
univerſ. lib.* 3. *cap.* 55. *n.* 50. *Vivian. de Jurepatr. lib.* 13.
c. 9. *num.* 55. plenè *Caſſar. Peregr. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 14.
num. 1. *& ſeqq. Riccinll. de Jure Perſonarum lib.* 7. *cap.* 5.
nu. 26. *& ſeqq. Ridolphin. in Prax. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 146.
Ventrigl. in Prax. Rer. Notab. de Penſion. adnot. 11. *§.* 3.
nn. 24. *Pignattell. conſult.* 2. *num.* 2. *Tondut. de Penſionib.
cap.* 77. *num.* 1. *& per tot. Ciarlin. controv.* 36. *nu.* 38.
& ſeqq. contr. 136. *nu.* 7. *& ſeqq. Rocc. Epiſcopus c.* 191.
num. 15. *Card. de Luca de Penſionib. poſt tit. de Stat. Suc-
ceſſ. cap.* 13. *n.* 12. *Torr. Var. part.* 2. *tit.* 11. *quæſt.* 8. *nn.*
77. & perpetuò *Rota deciſ.* 69. *num.* 16. *&* 17. *& de-
ciſ.* 216. *num* 1. *ad ſeqq. coram Celſo*, quæ Reſolutiones
in eadem Cauſa emanatæ, fuerunt confirmatæ 1. *Ju-
lii* 1663. *coram Albergato*, quæ non reperitur impreſ-
ſa, *& coram Eodem dec.* 338. *num.* 1. *& coram Ninot.
dec.* 2. *num.* 2. *&* 3. *poſt Torr. de Pactis dec.* 17. *nn.* 4. 5.
& 6. *dec.* 212. *num.* 5. *&* 6. *& poſt Conſtantin. ad Stat.
Urbis dec.* 13. *nn.* 39. *&* 40. *& in Romana Penſionis pe-
nes Bertacch. vot.* 93. *n.* 36. *§. Præterea*, *& poſt Antonell.
de Jurib. & Onerib. Clericor. dec.* 22. *num.* 3. *verſic. loquun-
tur in terminis.*

Abſque eo quòd aſſumptum, tanta auctoritate com-
probatum, elidi poſſit, ex ratione, in qua potiſſimè
fundatur: Quamvis enim ex eo inducatur Penſionis
extinctio, quòd per aſſumptionem militiæ temporalis
cenſeatur renunciatum ſtatui Clericali; animadver-
tendum tamen, quòd iſte effectus renunciationis ea-
tenus dependet ab animo, & voluntate Clerici, qua-
tenus dependet ab ejus libera voluntate, vel perſi-
ſtere in ſtatu Clericali, vel ab eo reſilire. At in ſup-
poſito, quòd Tonſuratus determinet animum, & vo-
luntatem ad Cingulum militare, receſſus à ſtatu Cle-
ricali non amplius dependet ab illius voluntate, ſed
3 neceſſariò inducitur ex incompatibilitate, quæ verſa-
tur inter unum, & alium Ordinem, & in qua po-
tiſſimè fundantur Auctoritates omnes, ſuperiùs allega-
tæ, quibus addo *Marant. reſp.* 50. *per tot. ſignanter à n.*
59. *ad plures ſeqq. lib.* 5. *Rox. de Incompatibilit. part.* 7. *c.*
27. *nu.* 27. Prout non egrediendo materiam Beneficia-
lem, dependet quidem à voluntate Beneficiati, Be-
neficium, quod ipſe obtinet, dimittere, ſeu retine-
re; at ſi conſequatur ſecundum Beneficium, illudque
4 retineat, ex incompatibilitate unius cum altero ne-
ceſſariò inducitur renunciatio primi, & adeò induci-
tur ut declaratio, & proteſtatio animi in contrarium
non attendatur. *Gloſſ. in Clementina Gratiæ verſic. & pu-
to, de reſcriptis. Rebuff. de tacit. renunc. verſic. tertia
parte*, *n.* 474. *Rota dec.* 55. *num.* 3. *&* 4. *p.* 13. *dec.* 400.
n. 14. *&* 15. *part.* 16. Et paſſim accidit ex incompati-
bilitate, & repugnantia inter unum, & alium, quòd
5 factum ſit agenti voluntarium, non tamen ei ſit vo-
luntarium impedire effectum Juris, qui oritur ex fa-
cto. *Bellon. conſ.* 65. *num.* 50. *Honded. conſil.* 89. *num.* 39.
lib. 1. *Menoch. de Præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 97. *n.* 26. *Scacc.
de Judic. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 58. *Gait. de Credit. cap.* 2. *tit.*
8. *n.* 2674. *&* 2677. *Scopp. ad Gratian. dec.* 123. *nu.* 10.
Rota coram Seraphin. dec. 754. *n.* 2. *coram Cerro dec.* 715.
n. 20. *& in rec. dec.* 649. *n.* 3. *in fine p.* 4. *rec. tom.* 1. *dec.*
475. *n.* 20. *p.* 13.

Et quamvis *Emin. de Luca in Conflict. Legis*, *& Ra-*
6 *tionis obſerv.* 270. *verſ. tum etiam quia*, *& de Translat.
Penſion. c.* 13. *ſub nu.* 21. *verſic. & ſic in propoſito*, annue-
re videatur, quòd effectus tacitæ renunciationis Cle-
ricatus fundetur in voluntate tacita, & præſumpta,
non attendenda, quoties conſtet de voluntate expli-
cita in contrarium; iſtius aſſertio eo in caſu recipi
poteſt, quo ex facti circumſtantiis excludatur uſque
ab initio animus aſſumendæ militiæ Secularis, puta
quia perſpicuè conſtet, quòd Clericus arma tractave-
rit ex accidenti, & in aliqua fatali neceſſitate con-
ſtitutus, atque ita citra propoſitum, & intentionem
præcingendi ſe cingulo militari: Cæterùm quoties,
prout in caſu, dubitari nequaquam poteſt, quòd Cle-
ricus applicaverit animum ad mundi militiam, ex pro-
poſito tranſitum fecerit ad ſtatum militarem, effe-
ctus tacitæ dimiſſionis Clericatus, non ex ſimplici
Juris præſumptione ſuperinducitur, ſed ex ipſa rei
neceſſitate, quam parit electio, & aſſumptio ſtatus
contrarii, & cum ſtatu Clericali omnino incompati-
bilis: Admiſſa enim hac omnimoda incompatibilita-
te inter unum, & alium ſtatum, voluntas aſſumen-
di cingulum militare, & factum illius aſſumptionis,
concurrere non poteſt cum voluntate permanendi in
ſtatu Clericali, cumque hæc duo ſibi invicem adver-
ſentur, quicunque voluntatem ſuam applicaverit ad
unum, ſtatim, & ipſo jure animum ab alio ita aver- 7
tere neceſſe habet, ut nec valeat explicita ipſius ani-
mi declaratio in contrarium, prout incompatibilium
naturam explicando, egregiè advertunt *Honded. conſ.*
89. *num.* 34. *verſic. repugnat enim*, *lib.* 1. *Tuſch. Lit. P.
concl.* 938. *n.* 34. ipſe *De Luc. de Credit. diſc.* 67. *num.* 5.
& ſeqq. Andreol. controv. 373. *nn.* 10. *&* 18. *Beniell. conſ.*
74. *num.* 33. *Gallerat. de Renunciat. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 8.
verſic. debet autem, *Caſtald. conſ.* 71. *num.* 12. *Vargas de-
ciſ.* 29. *n.* 75. *&* 76. *Rota dec.* 113. *num.* 1. *lib.* 2. *coram
Puteo dec.* 28. *num.* 1n. *p.* 4. *tom.* 2. *dec.* 42. *n.* 72. *&* 73.
poſt Balduce. ad Ramon. tom. 2.

Non attento, quòd in ſenſu aliquorum DD. quos
refert, & ſequitur *Caren. reſol.* 11. *ex nu.* 9. *& ſeqq. &
num.* 17. *& ſub n.* 29. nulla detur incompatibilitas in-
ter Clericatum, & militiam: *Carena* ſiquidem cum 8
paucis, quos ipſe ſequitur, laborat contra Commu-
nem, tantorum auctoritate ſuperiùs comprobatum,
adeoque meritò fuit in ſpecie reprobatus à *Caſſaro in
Specul. Peregrin. Quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 10. *ad ſeqq.
Rocca cap.* 191. *num.* 19. *&* 12. *Rota dec.* 69. *num.* 23.
& ſeqq. coram Celſo, & quod eſt animadverſione digniſ-
ſimum, ipſe *De Luca*; cujus auctoritati nititur obje-
ctum, hujuſmodi incompatibilitatem inter unum, &
alium ſtatum probè novit, admiſit, nec unquam au-
ſus fuit impugnare, ut ſub *tit. de Penſionibus diſc.* 46.
num. 4. *&* 5. *diſc.* 47. *num.* 3. *&* 4. *& iterum n.* 10 *diſc.*
48. *num.* 3. *& ſeqq. & poſt Tractat. de Statutar. Succeſſ. eo-
dem tit. d. cap.* 53. *n.* 12. *& in Conflictu Legis*, *& Ratio-
nis d. obſerv.* 270. *in princ. verſ. hinc infertur*; eamque
plenè firmant ultra jam allegatos *Cryſpold. caſ. militar.
caſ.* 2. *num.* 10. *& ſeqq. Rubeus in Addit. ad dec.* 262. *n.*
242. *& ſeqq. p.* 8. *rec.*

At eſto per hypotheſim, quòd ex facto aſſumptio-
nis militiæ temporalis, oriretur non neceſſaria proba-
tio, ſed præſumptio animi, & voluntatis dimittendi
ſtatum Clericalem, ſemper erit verum, quòd Reve-
rendiſſimus D. Principalis ſatis habet intentionem
fundatam in eo, quòd Lex præſumit, & ſuper quo
licèt præſumpto, Jus ipſum ſtatuit, & decernit, quod-
que proindè Dominus exadverſo, tanquam actor, de- 9
bet in ſua replicatione concludere, & Juris validiſſi-
mam præſumptionem elidendo demonſtrare, quòd mi-
litare cingulum aſſumpſerit, actuque militaverit cum
animo, & voluntate non dimittendi ſtatum Clerica-
lem, ut in ſpecie alter *Card. de Lugo Conſil. Moral. lib.*
5. *dub.* 22. *n.* 8.

Talis autem voluntas in facto non probatur, im-
mò factum ipſum non modicis, nec profectò levibus
circumſtantiis, Juris alioquin validiſſimam præſum-
ptionem adeò coadjuvat, ut animum dimittendi Cle-
ricatum uniuſcujuſque oculis exhibeat undique clariſ-
ſimum, & evidentem: non inquam probatur in facto
contraria voluntas, quia cum illa arguatur in præte-
ritum ex eo, quòd Dominus exadverſo ſtatim poſt bel-
lum peractum in Patriam remeaverit, ſufficit ad in-
tentum, quòd inter milites cooptatus, per annos ar-
ma tractaverit durante bello; Cum ex ſubſequenti
reditu, nec in minimo lædatur præſumptio animi præ-
cedentis dimittendi Clericatum, ut in terminis mul-
to durioribus, quo Clericus effectus miles, inde re- 10
lictis armis pœniteat, & de facto reaſſumat Ordinem,
& habitum Clericalem, *Barboſ. in Collect. ad c. ut con-
ſultatione* 10. *nu.* 3. *de Cleric. conjugat. Pignattell. conſ.* 2.
n. 6.

n. 6. tom. 2. Rocc. Epiſc. d. c. 191. n. 17. Ricciul. de Jure perſonarum lib. 7. c. 5. n. 17. 18. & 19. ubi etiam ſi pœ-
11 nitentia, & habitus reaſſumptio ſequatur poſt aliquot dies. Caſſar. d. lib. 1. q. 14. nu. 55. Rota dec. 556. n. 3. & 4. coram Celſo, & dec. 17. n. 14. & dec. 253. n. 9. & 20. poſt Torr. de Pactis.

Immò (inquam) ex facto plures emergunt conjecturæ, ex quibus præſumptio voluntatis dimittendi ſtatum Clericalem reducitur ad evidentiam: Non enim agitur de Clerico, qui inter milites adſcriptus, in Arce, vel Civitate commorando, fuerit promptus ad defenſionem alterutrius, prout agebatur in caſu Emin. de Luc. de Penſionibus diſc. 46. nu. 13. & 14. Minuſque agitur de Clerico, qui citra propoſitum, & ex accidenti fatalis neceſſitatis, arma tractaverit defenſurus Patriam, vel Principem ſuum, juxta caſus, quos circumſcribit Pignatell. conſ. 2. ſub n. 11. ſed agitur de Clerico, qui ſub vexillo Principis alienigenæ, actu, diùque militando, in Equeſtri ordine promeruit, & ad Columnellatus apicem evectus fuit; qui ſtipendia militaria recepit, qui nunquam reaſſumpſit habitum Clericalem, ſed pro laico, tam extra Patriam, quàm in Patria fuit perpetuò habitus, & reputatus; qui poſt reditum ſe ſe immiſcuit in negociis ſecularium, qui ad officia publica deputatus ea ſemper, & uſque modò exercuerit, & exercet, qui tandem ſpecioſum Columnelli titulum retinuit, illumque ſibi attribui procuravit in actis publicis, & contractibus. In hoc enim circumſtantiarum adeò perurgentium cumulo, quiſque videt voluntatem dimittendi ſtatum Clericalem, non præſumptam, ſed evidentiſſimè probatam, attentis prædictis ſimul conglobatis, quæ per ſe ſingula peragere non decet in Clericali
12 Ordine conſtitutum, ut de eo, qui actualiter militat in exercitu De Luca de Penſionibus diſcurſ. 48. numer. 6. verſ. & conſequenter. Pignatell. d. conſult. 2. n. 3. tom. 2. Rota dec. 338. n. 1. coram Celſo dec. 2. nu. 3. coram Ninot. dec. 57. n. 7. poſt Torr. de eo, qui ſe implicat in ne-
13 gociis ſecularium, & muneribus publicis intentus, diſtrahitur à Militia, & Servitio Dei, Caſſar. lib. 5. q. 14. n. 22. verſ. Annibal. idem Pignatell. d. conſult. 2. n.
14 7. de eo, qui non incedens in habitu, ab omnibus reputatur ut laicus, ex Bulla Sixti V. Rota dec. 158. n. 16. part. 1. recent. d. dec. 338. n. 2. & 3. coram Celſo, d. dec. 2. n. 1. coram Ninot. de eo, qui voluntariè militat
15 in defenſionem Principis extranei Rota dec. 459. n. 5. 6. & 7. p. 14. de eo, qui eſt graduatus in Ordine mi-
16 litari, ſtipendia recipit, & utitur inſigniis gradus ſibi collati, optimè Caſſar. in Specul. Peregrin. quæſt. lib. 5. quæſt. 14. à num. 23. ad 33. ubi ſub n. 25. quòd iſte dicitur magis conſpicuus, & notorius cœleſtis Militiæ deſertor, & in totum ſe involvit in re militari, & §. 2. n. 38. 39. & ſeqq.

Nec prædictis refragatur, quòd in omnem caſum debuiſſet præcedere trina monitio. & probatio, quòd Dominus exadverſo ſæva exercendo proceſſerit ad aliquem actum particularem occiſionis, ſeu mutilationis membrorum; Prima ſiquidem pars objecti ex eo ceſſat, quòd cum factum ſuſceptionis militiæ temporalis prorſus incompatibile cum retentione Clericatus, ipſo jure inducat effectum extinctionis Penſionis, ſufficit probatio ipſius facti, ut indè probatus, & jam retro inductus appareat illius effectus irretractabilis: Quicquid trinæ monitionis neceſſitas urgeat in caſibus, quibus, vel pœna privationis Penſionis, & Beneficii irrogari prætendatur ex capite criminis, & delicti, vel agatur de privando Clerico aliis pri-
17 vilegiis, à quibus non benè infertur ad extinctionem Penſionum, & Beneficiorum vacationem, ut diſtinguendo firmant Ciarlin. controver. 36. à num. 49. ad ſeqq. controv. 136. à num. 19. Roc. Epiſ. cap. 191. nu 17. Tondut. de Penſionibus cap. 77. num. 23. & tribus ſeqq. Torr. Var. Quæſt. tom. 2. tit. 11 q. 8. n. 48. Rot. dec. 216. nu. 6. ad ſeqq. dec. 338. n. 2. & 3. coram Celſo, & dec. 2. nu. 1. coram Ninot. & dec. 17. num. 8. & ſeqq. & hoc admittit Eminen. de Luca de Penſionibus dict. diſc. 46. n. 6. & 7. ubi ingenuè fatetur, quòd eſt dura provincia aſſumere diſputationem ex integro hujus articuli, jam pluries in Rota reſoluti.

Hinc inolevit diſtinctio, quòd aut agitur de Officiis, & muneribus laicalibus, non omnino contrariis Clericatui, nec cum eo prorſus incompatibilibus, & cum ex ipſis ipſo jure non incurratur pœna amiſſionis Penſionis, vel Beneficii, requiritur trina monitio:
Aut agitur de Officiis, & muneribus temporalibus, 18
Clericatui omnino contrariis, ex quibus ipſo jure inducitur effectus extinctionis, vel amiſſionis, & in hoc caſu, Clericus eo momento, quo ſe illis ingerit, penſionem amittit, nec proindè requiritur monitio, utpote quæ poſt inductum effectum, illum retro tollere non poteſt, ut ex pluribus Rota deciſ. 278. num. 3. & 4. part. 16. deciſ. 172. nu. 11. part. 19. Quòd autem militia ſit hujus ſecundi generis, ſatis abundè conſtat ex jam dictis, & implicitè firmant Deciſiones prædictæ, quæ ita diſtinguendo allegant, & ſequuntur Deciſiones præcedenter emanatas coram Celſo, & in terminis aſſumptionis militiæ temporalis magiſtrales, & perpetuò receptas, & fuit pariter dictum in Romana Penſionis 17. Julii 1697. §. Nec in diverſa, impreſſa poſt Antonell. de Juribus, & Oneribus Clericor. deciſ. 22. in qua Rota num. 2. & 3. poſt quam firmavit, quòd in ſuo caſu requirebatur trina monitio, reſpondendo contrariis, & ſignanter dictæ deciſ. 278. part. 16. per hæc verba ſatisfacit, loquuntur in terminis militiæ ſecularis, quæ videtur præſeferre renunciationem militiæ ſacræ, qualis eſt Clericatus, propterea non applicantur.

Altera verò pars objecti non impari facilitate ſubmovetur; diſtinguendo enim effectum inducendæ irregularitatis, ab effectu inducendæ dimiſſionis Clericatus: ad primum eſto, quòd non ſufficiat probatio, quòd Clericus fuerit miles in bello juſto, niſi ulteriùs conſtet, quòd ſæva exercendo quemquam occiderit, vel membro aliquo minuerit: ad ſecundum exuberat
ſimplex probatio, quòd quis militiam temporalem 19
aſſumpſerit, ut diſtinguendo firmat Rota dec. 355. n. 12. part. 14. & communiter ita ſentiunt Barboſ. de Jure univerſ. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 79. & lib. 3. cap. 14. num. 31. & 32. Ricciul. de Jure Perſonar. lib. 7. cap. 5. num. 22. & ſeqq. Rocc. cap. 191. num. 16. Rota dec. 69. num. 19. deciſ. 216. num. 3. cor. Celſo. Attendi enim debet, non quid evenerit in actu exercito, qui merè accidentaliter ſe habet, ſed in actu, quo quis
accinctus propoſitum innuit exercendi ſæva, quando 20
caſus evenerit Pignat. conſ. 2. nu. 3. tom. 2. Rota dec. 17. num. 7. poſt Torr. de Pactis, & tamen in caſu noſtro cum Dominus exadverſo pluties adſtiterit, & egerit in conflictibus, in quibus non pauci hinc indè certò
occiſi remanſerunt, etiam ſi ageretur de incurren- 21
da irregularitate, non requireretur ſpecifica probatio, quòd ille quempiam occiderit, ut recedendo à deciſis, meliùs cenſuit Rot. deciſ. 459. num. 1. ad 6. eadem part 14. recent. & concordat Bertacch. vot. 156. nu. 1. verſic. tertius. Rub. in addit. ad dec 262. num. 245. part. 8. recent.

Deſpecta prorſus animadverſione, quòd idem D. Comes Adverſarius non ſe adſcripſerit tanquam ſimplex miles, ſed uſque ab initio fuerit graduatus, & condecoratus Equeſtri Columnellatu, adeoque, citra animum dimittendi ſtatum Clericalem, ſanè potuerit in hac figura milites hortari, & inſtruere etiam tempore, quo utrimque ardebat conflictus: Auctoritates enim in id congeſtæ, percutiunt effectum omnino diverſum, vitandi pœnam irregularitatis, & caſum, quo Clericus bello juſto interſit non uti miles, adeoque ſunt extraneæ prorſus ab hypotheſi, qua D. exadverſo cingulo militari præcinctus, tanquam caput, & officialis Equeſtris Ordinis, tenebatur ſe ſe cæteris in exemplum oſtendere, irruendo in hoſtes, pugnando, & occidendo, adeo ut meritò in hac figura conſpicuus dici poſſet, & notorius cœleſtis Militiæ
deſertor, & in re militari totus involutus, ut de Cen- 22
turione ait Caſſar. dicto lib. 1. quæſt. 14. à nu. 25. ad 31.
& in fortioribus, quòd Clerici non poſſint eſſe Ma- 23
giſtri, Duceſque militum, etſi propria manu pugnare non habeant, Card. de Lugo lib. 5. Reſponſ. Moral. dubit. 14. Diana Coordinat. p. 7. tract. 7. reſol. 53. n. 3. in antiq. part. 10. tract. 2. reſol. 3. Graff. de Effectib. Clericat. effect. 28. n. 4.

His ita præhabitis, nihil omnino faceſſit, quòd ageretur de juſtiſſimo, & piiſſimo bello, indicto à Sereniſſima Republica contra Turcas illius finitimos, &

ioſe-

infeſtiſſimos inimicos, quandoquidem citra caſum ſpecialem præciſæ, & inevitabilis neceſſitatis, quo ſi Clerici non pugnarent una cum laicis Fides Catholica, Deique Eccleſia periclitarentur; in Ordine
24 Clericali conſtituti ſunt ſemper inhabiles ad pugnandum, etiam ſi agatur de bello contra Saracenos, & Infideles, quos Eccleſiaſtici debent laceſſire lacrymis, & orationibus, non autem armis, ut de bello, cujus magis pium, magiſque ſanctum dari, aut excogitari nequaquam poteſt, utpote indicto pro recuperatione Terræ ſanctæ, eſt *Text. in cap. ex multa 9. de voto, & voti redempt. ibique Gloſſ. & Abb. num. 8. Barboſ. in Collectan. pariter ibidem num. 11.* & concordat litera *Text. in cap. Porro 16. quæſt. 3. ibidemque Abb. in cap. ergo, nu. 8. in fin. de jure jur. in cap. pervenit num. 5. & 6. de immunit. in cap. fin. num. 2. verſic. dubitarem, de immunit. Alex. de Nevo ad eundem Abbat. cap. 1. de Apoſtat. lit. F. Graſſ. de Effectib. Clericat. effect. 28. nu. 5. & num. 9. Bellet. Diſquiſit. Clerical. de Diſciplin. Cleric. §. 5. num. 126. Rub. in Addit. ad deciſ. 262. 22. 244. p. 8. Tondut. de Penſionib. c. 77. n. 12.*

Meritò igitur parvipenſa fuit auctoritas *Emin. Card. de Luca de Penſionib. diſc. 46. ſub num. 16. & in Conflict. leg. obſerv. 270. verſic. tum quia*. In aſſumpto enim, quòd militia ſuſcepta contra Turcas, & Infideles, ſit compatibilis cum ſtatu Clericali, Auctor loquitur con-
25 tra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & commune Doctorum placitum, & innixus prudentiæ ſuæ, nullam allegat Auctoritatem, vel rationem, qua captivari poſſit intellectus. Militia enim de ſui natura eſt quædam negociatio contraria ſtatui Clericali, cui proindè quicumque ex profeſſo accommodat voluntatem, ſimul alienat animum à lenitate ſtatus Clericalis, quæ ratio adeo viget etiam in bello juſto, & piè contra Infideles indicto pro defenſione Fidei, & Eccleſiæ, ut iſtius Caput Chriſtus prohibuerit Petro arma tra-
26 ctare in ſuimet ipſius defenſionem, ut ex *cap. Judæis 23. quæſt. 8.* quem reaſſumit in hoc propoſito *Lotther. de Beneſic. lib. 3. cap. 26. à n. 85. ad 89.* egregiè ratiocinatur *Rev. Dominus Judex primæ Inſtantiæ in ſuo Motivo §. Non autem* 10. Non omiſſa animadverſione, quòd *Emin. de Luca in d. diſc.* 46. ſcribens pro Vincentio Maculano Penſionario, ex eo illum tuetur, quòd inſerviverit in Militia Summi Pontificis Principis Eccleſiaſtici, non autem ex eo, quòd militaverit contra Infideles. Et quamvis ſub *nu. 16.* narret, ſe habuiſſe quendam congreſſum cum aliis Advocatis in alio caſu, & in eo favore Principis Ludoviſii hujuſmodi circumſtantiam conſideraſſe, attamen loquitur per verba dubitativa, ibi -- *in quodam congreſſu dicebam non improbabiliter ſuſtineri poſſe* -- & ingenuè fatetur, quòd quæſtio non fuit formiter aſſumpta, & examinata, cum illi occaſionem ſubſtulerit matrimonium, à Penſionario contractum; quod quidem ſit dictum, ut conſtet, *Eminent. de Luca* in hoc ſpeciali dubitativè ſolùm diſcurſum promoviſſe in congreſſu extrajudicialiter habito in alio caſu, non autem obtinuiſſe, ut gratis exadverſo ſupponitur.

Extraneis remanentibus ab hypotheſi aliis caſibus, in quibus militia prætenditur non contraria, & compatibilis cum ſtatu Clericali, & à quibus, quaſi ab exemplis, arguitur ad noſtrum. Quòd enim attinet
27 ad caſum, quo Clericus adſcribatur militiæ Summi Pontificis; eſto per hypotheſim, quòd in eo ſtatus militiæ temporalis non repugnaret ſtatui militiæ Cœleſtis, peculiaris ratio deſumpta ex qualitate Principis Eccleſiaſtici, & legitimi Superioris omnium Clericorum, non adaptatur caſui noſtro, quo D. exadverſo ſe ſe adſcripſit militiæ ſub vexillo, & ſtipendiis Principis ſecularis, cui nec ratione Clericatus, nec ratione originis, erat ullo modo ſubjectus, ut diſtinguit præcisè idem *Emin. de Luca d. diſc. 46. num. 10. 11. & 12.* & omiſſa reſolutione capta in *Mediolanen. Penſionis 28. Junii 1666. coram Ottalora*, quæ non reperitur impreſſa, ita pariter diſtinguit *Rota in Romana Penſionis 20. Februarii 1692. §. Cæterum, coram Caprara, impreſſa penes Bertacchin. vol. 93. nu. 36. 37. & ſeqq. & in confirmatoria dec. 1117. num. 10. & 11. cor. Emerix Jun.*

Re autem vera diſtinctio inter militiam Pontificis, & militiam Principis ſecularis, cui nititur *Eminent. de Luca d. diſc. 46. de Penſionibus* ita ſimpliciter accepta, non ſubſiſtit, & habet contra ſe reſolutiones captas à *Rota in deciſ. 69. 216. & 1338. coram Celſo*: & quamvis idem *Eminen. de Luca* opportunè ſubjungat, quòd DD. ſenſus erat illas revocandi in nova propoſitione; attamen conſtat quòd fuerunt confirmatæ 1. *Julii 1665. coram Albergata*, teſte *Pignatell. conſ. 2. ſub n. 1. & 2.* & in aliis Cauſis Rota ſemper eas laudavit, & admiſit, ut ex *dec. 2. coram Ninot. dec. 17. & dec. 212. poſt Torr. de Pactis, & dec. 459. n. 3. p. 24. & dec. 279. num. 5. part. 16. dec. 13. n. 33. & 34. poſt Conſtant. ad Stat. Urbis*, ut ſolidè probat, & hanc diſtinctionem, uti divinatoriam, auctoritate non minùs, quàm ratione reprobando, advertit *Rocca c. 191. à n. 25. ad 33.* qui contra *de Luca* ſcripſit, aſſumptus Defenſor in ſecunda Inſtantia, quive adeò neſcitur, an ſuccubuerit, ſicuti neſcitur, an in prima Inſtantia *Emin. de Luca* obtinuerit ex motivo in hac diſtinctione fundato; cum alia duo illo in caſu ſuppeterent fundamenta, unum nempè, quòd Penſionarius non pugnaverit, nec proceſſerit ad bellum, de quo *nu. 13. & 14.* aliud verò, quòd fuerit obtenta diſpenſatio, de quo *à n. 17. ad ſeqq.* Et quamvis diſpenſatio potuerit obtineri ad cauthelam, ut ait Dominus exadverſo Scribens, adhuc ſat eſt ad intentum contraria poſſibilitas, quòd reſolutio fortè proceſſerit ex ejus motivo, ad tritam regulam non probat hoc eſſe, quòd ab hoc contingit abeſſe, de qua *Rota dec. 630. nu. 7. dec. 1170. n. 3. coram Emerix Jun. dec. 10. n. 9. poſt Eminen. de Luc. in Mantiſſ.*

Reſolutiones verò in *Mediolanen. Penſionis coram Ottalora, & in Romana Penſionis coram Caprara* penes *Bertacch. vol. 93. & coram Emerix dec. 1117.* diſtinctionem amplectuntur in terminis Feudi Eccleſiaſtici, quod multum differre authumant à Feudo procedente à Prin-
cipe Seculari. Quicquid autem ſit de ſubſiſtentia di- 28
ſtinctionis inter unum, & aliud Feudum, quam impugnat *Torr. de Primogenit. p. 1. c. 30. nu. 65.* caſus noſter non eſt de Clerico habente Feudum Eccleſiaſticum, & ratione illius ſub juramento promittente ſupremo Principi ſervire, ſed de Clerico, qui nulla neceſſitate coactus, vel præciſa, vel cauſativa, adſcripſit ſe militiæ, actu pugnavit in exercitu, & in equeſtri ordine graduatus, militaris dignitatis titulum, etiam poſt bellum, retinuit, & oſtentavit, qui ſunt termini toto Cœlo diverſi, ut præcisè reſpondet *Roc. Epiſcopus d. c. 191. nu. 33.* & hanc diverſitatem inter caſum, & caſum, probè novit, & opportunè deduxit idem *Emin. de Luca diſc. 48. ſub n. 6. de Penſionibus*, ibi -- *Clericorum inhabilitatio ad obtinenda, vel poſſidenda Feuda, non provenit à Sacris Canonibus, adeout plures Canoniſtæ velint improbas eſſe conſuetudines, ſeu leges communes Feudales, aliaſque leges particulares, inducentes hujuſmodi inhabilitationem, cum ipſemet Princeps Laicus diſpenſare poſſit, & conſequenter non viget illa omnimoda incompatibilitas, quæ per ipſos Canones inducta eſt inter Clericatum, ac militiam formalem in exercitu* --

Alius caſus, ſeu aliud exemplum de Equitibus Divi Stephani Papæ, & Martiris, quorum ordo, principaliter deſtinatus ad propugnandos Infideles, fuit habilitatus ad retentionem, & acquiſitionem penſionum Eccleſiaſticarum uſque ad ſummam ſcutorum 200. ex Conſtitutionibus Sa. Mem. Pii IV. & Sixti V. mirum in modum retorquetur: quia cum Summi Pontifices prædicti ampliſſimas ediderint Conſtitutiones pro eis diſpenſandis, & habilitandis, ſignum evidens, quòd inſtitutum pugnandi contra Turcas, & Infideles, potuit quidem eſſe cauſa diſpenſationis, ſed non eſt de ſe aptum removere impedimentum inhabilita-
tis, quod ab antecedenti ſupponit indoles, & natu- 29
ra gratiæ diſpenſativæ, ut, omiſſis generalibus, in propoſito ex *Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. q. 40. nu. 179. & 183.* ratiocinatur *Rever. Judex primæ Inſtantiæ in ſuo Motivo §. Quamobrem 12.* & concordat *Torr. de Primogen. p. 1. c. 30. n. 65.*

Cæteri autem caſus, quibus Clerici permittuntur arma ſumere in defenſionem proximi, in defenſionem propriæ perſonæ, & propriorum bonorum, item pro patria, ſi de Reipublicæ ſublevamine, vel ſalute tractetur, ſi vel gloria, vel vita Principis in periculo ſint poſitæ, itaut agatur de communi bono, reducun-

tur

Digitized by Google

tur omnes ad cauſam neceſſitatis, quæ de ſui natura
facit licitum, quòd alias de Jure non eſt licitum in
omni alio caſu, quo neceſſitas non urgeat, prout ſa-
nè hac in hypotheſi nulla, vel umbratilis, & emen-
dicata neceſſitas urgebat, quòd Dominus exadverſo
Patriam deſereret, & ſub inſigniis remoti Principis
inter milites cooptatus actu pugnaret. Nullus enim
juſſus, nulla coactio præceſſit, nec precedere quidem
potuit; Præſto erant laici, quibus equeſtris ordinis
30 numerus commodè poterat impleri, & quando deſe-
ciſſent, belli exitus, & momentum, ab uno milite
non dependebat, ut ex originali *Gloſſ. in c. ſciſcitaris 7.
q. 1.* ibi -- *pugnando cum eis, quod nullo modo in caſu
poſſunt Clerici, ſi aliàs poſſunt evadere -- Martan. Soccin.
in c. petitio, de homicid. volunt. notabil. 1. ibidemque Fa-
gnan. n. 4. & n. 14. Layman. in Theolog. Moral. lib. 2. tr.
3. c. 13. n. 16. verſ. Tertiò dixi. Dian. tom. 7. tract. 7. re-
ſol. 62. n. 1. in antiq. p. 6. tract. 4. reſol. 35. Molin. de Ju-
ſtitia, & Jur. tract. 2. diſp. 108. verſ. 3.* ubi loquens de
bello contra Infideles, neceſſitatis caſum per hæc
verba circumſcribit -- *Ita quòd niſi Clerici pugnarent,
vel non obtineretur, vel periclitaretur maximè; illis vero
pugnantibus, obtineretur* -- quem ſequitur *Bellet. Diſquiſ.
Clerical. de Diſciplina Cleric. §. 5. n. 158.* & concordat in
contrarium allatus *Pignatell. conſ. 2. nu. 11. verſic. vel
neceſſitate, & Rota dec. 459. n. 7. p. 14.*

Huc uſque deducta, quæ attenta Juris diſpoſitione
firmo jure ſubſiſtunt, non eo minùs applicantur hy-
potheſi ex voluntate Summi Pontificis Innocentii XI.
quam Dominus exadverſo Scribens deducere conten-
dit: Tum ex qualitate belli promoti mediante ſacro
fœdere, quòd ipſe inter Principes Chriſtianos iniri
ſtudiosè curaverat pro tutanda, & conſervanda Reli-
gione, ſimulque compeſcenda immaniſſima Turcarum
rabie adverſus Chriſtianæ Ditionis loca, & Princi-
pes exardente: Tum ex contextu, & tenore Conſti-
tutionis editæ die tertia Decembris 1685. in qua San-
ctiſſimus idem Pontifex omnes, & ſingulos adhorta-
tur, piiſſimum, juſtiſſimumque bellum perſonis, &
facultatibus adjuvare, & adjuvantibus elargitur pla-
niſſimam peccatorum veniam, & remiſſionem, &
eam quam, Prædeceſſores concedere ſoliti fuerunt
Cruce ſignatis, proficiſcentibus ad ſubſidium Terræ
Sanctæ. Quandoquidem non attenta voluntate Ponti-
cis, quæ conatu prorſus infelici deſumitur ex quali-
tate belli, juſtè, pièque geſti contra Turcas, & In-
fideles, cum hoc genus argumenti jam ſatis fuerit eli-
ſum ex ſupradictis.

Nihil minùs cogitavit Summus Pontifex in præ-
habita Conſtitutione, quàm habilitare Clericos, ex
officio alioquin inhabiles, ad pugnandum: quamvis
enim hortatus fuerit omnes, & ſingulos, iſthæc verba
generalia non ſunt trahenda ad comprehenſionem Cle-
ricorum, quos Sacri Canones ſpeciali proviſione prohi-
bent arma ſumere, & tractare, ſed juxta objectam
materiam, & veriſimilem voluntatem proferentis, la-
tè patere debent, & operari infra ſphæram perſonarum
habilium, ut laici nimirum, quibus alioquin defeciſ-
ſet animus belli periculo ſe ſe exponere, Summi Pon-
31 tificis adhortatione animarentur ad arma capeſſenda,
prout verba generalia ita eſſe interpretanda nos do-
cent *Rocc. c. 76. nn. 15. Saminiat. contr 40. n. 37. Rota
dec. 511. n. 2. 3. & 4. p. 18. dec. 88. nu. 12. coram Cerro
dec. 351. n. 3. dec. 398. n. 4. & ſeqq. dec. 671. nn. 7. co-
ram Panfilio*, & præcisè, quòd verba generalia ſem-
32 per reſtringantur ad habilia *Text. in leg. gradatim in
princ. ff. de muner. & honoribus. Barboſ. axiomat. 222. nu.
42. aliiſque relatis Saminiat. controv. 73. n. 27.* & in pun-
33 cto, quòd non comprehendant Clericos privilegiatos
Graſſ. de Effect. Cleric. effect. 2. n. 12. & 13.

Maximè, quia ſi verba prædicta, quæ in ſua ge-
neralitate ſatis, & abundè verificantur in laicis, tra-
herentur ad perſonas Clericorum, eaſque habilitarent
ad pugnandum citra dimiſſionem ſtatus Clericalis, in-
volverent diſpenſationem, quæ uti odioſa ſubaudiri
34 nequaquam poteſt, ſed requiritur explicita, & ſolùm
inducitur per verba adeò perſpicua, ut nulla indi-
geant extenſione, in hac materia nunquam admitten-
da, quantumvis æqualitas, & identitas, vel majori-
tas rationis undequaque concurrat ex latè deductis per
*Rocc. diſp. Jur. d. c. 191. n. 21. & 22. Rota dec. 69. n. 27.
& ſeqq. dec. 216. n. 9. coram Celſo dec. 212. n. 7. poſt Torr.
& in Neapolitana Penſionis 26. Novembris 1696. §. Nec
urget, & ſeqq. & 22. Aprilis 1697. §. Data autem, coram
Urſino, confirmata coram Anſaldo inter impreſſ. dec. 30. nu.
27. & 28.*

Exemplo res fit manifeſta, & quàm fruſtrà laboret
ingenium Domini Scribentis exadverſo demonſtratur.
Cuique eſt notum quanta anxietate, & attentione Sa-
cri Canones, Concilia, & Summi Pontifices promove-
rint piiſſimum bellum, contra Infideles indictum pro
recuperatione Terræ Sanctæ: nè dum enim ſimul hor-
tari, monere, & requirere putarunt Chriſti fideles 35
univerſos, ut grande opus aggrederentur; verum etiam
Cruce inſignitis, multa, eaque maxima, tum ſpiri-
tualia, tum temporalia indulſerunt privilegia, ut Sa-
cros Canones, Conciliares Sanctiones, & Conſtitutiones
Apoſtolicas referendo, præ omnibus advertit *Gonza-
lez in cap. 8. de vot. & vot. redempt. per totum*, & tamen
adeò fuit alienum à mente piorum Legiſlatorum ad-
hortationes, & privilegia dirigere inter perſonas Cle-
ricorum, ut etiam ſi ipſi Cruce ſe ſe jam fecerint in-
ſigniri, Deoque Optimo Maximo promiſerint belli pe- 36
riculo ſe ſe exponere, eos à voto redemptos, & li-
beratos decreverit *Innocent. III. in cap. ex multa, §. de
Clericis d. tit. de vot. & voti redempt.* & hoc non ex ratio-
ne, quòd Clericis fuerit ſpecialiter indictum, nè mi-
litarent, ut gratis aſſeritur exadverſo, ſed ea ratio-
ne (ſunt verba Textus) -- *quia Clericatus officium eos
reddit inhabiles ad pugnandum* -- ibique Gloſſ. & DD.
omnes, quos ſupra laudavimus *§. His ita præhabitis.*

Conſtito ex dictis, quòd ex facto aſſumptionis mi-
litiæ, ſuperlativè probato, Penſio controverſa retro
remanſerit extincta, meritò Reverendiſſ. Judex pri-
mæ Inſtantiæ pronunciavit manutentionem in quaſi
poſſeſſione illam exigendi fore, & eſſe denegandam
Penſionaria juxta alterum aſſumptum, quod ab initio
conſtabiliendum nobis propoſuimus, ex duplici æquè
ſolido, ac ineluctabili fundamento.

Primo ex eo, quòd etſi conſtaret de quaſi poſſeſ-
ſione exigendi penſionem controverſam, conſtabat
non minùs de clara ipſius extinctione, quæ inficit qua-
ſi poſſeſſionem, & impedit quominus poſſeſſori con- 37
cedi poſſit manutentio. *Mameſ. conſ. 284. per tot. Poſt.
de Manut. obſerv. 42. n. 240. & 83. obſerv. 74. n. 7. Ton-
dut. de Penſion. c. 50. n. 14. Garz. de Benefic. p. 5. cap. 50.
n. 556. Rot. coram Manzaned. dec. 9. n. 2. dec. 559. p. 1.
rec. & dec. 1205. n. 1. cor. Emerix, & poſt Emin. de Lu-
ca de Jurepatron. dec. 67. n. 1. & ſeqq. dec. 69. n. ibid. 1.
& ſeqq. in Mantiſſ.* & in caſu, quo Penſionarius erat in
quaſi poſſeſſione exigendi penſionem etiam poſt con-
tractum matrimonium, ſtante illius extinctione, 38
inducta, & probata per matrimonium, manutentio-
nem eſſe denegandam conſtanter cenſuit *Rota in Nea-
politana Penſionis 26. Novembris §. 1. confirmata die 22.
Aprilis 1697. §. 1. & ſeqq. coram Urſino, iterum confir-
mata die 17. Februarii 1698. §. Ejuſdemque, coram An-
ſaldo*, quarum prima non reperitur impreſſa, aliæ duo
habentur poſt *Emin. de Luc. de Jurepatr. dec. 74. & 75.
in Mantiſſ.* & ultima eſt repetita penes *Anſald. dec. 30.*

Nec dubitari poteſt, quòd extinctionis exceptio ſit
clara, quia cum nulla vigeat inter Partes, nec vige-
re quidem poſſit controverſia ſuper facto aſſumptio-
nis militiæ, ex confeſſione geminata ipſius Penſiona-
rii comprobato, quòd ex eo penſionis extinctio ſta-
tim inducatur, certa juris regula ſuadet, ut præcisè, 39
quòd extinctionis exceptio in his terminis ſit notoria,
firmant *Ricciull. de Jure Perſon. d. lib. 7. c. 5. n. 34.* ubi
quòd ideò Judex poſſeſſorem queat poſſeſſione priva- 40
re ſine citatione, *Ciarlin. contr. lib. 1. c. 36. n. 39. & 40.*
ubi quòd hæc exceptio oritur ex ventre Literarum, 41
quibus eſt reſervata penſio ſub conditione Clericatus.
*Rocc. diſput. Jur. dicto cap. 191. nu. 37. ad 41. Torr. Var.
Quæſt. lib. 1. tit. 11. q. 8. n. 92. & 93. juncto n. 77.* & ſi-
cuti probato matrimonio, extinctionem penſionis cla-
riſſimam cenſuit *Rota*, adeoque manutentionem Pen-
ſionario denegavit in illa *Neapolitana Penſionis*, hoc
idem meritò cenſuit Reverendiſſ. Judex probato fa-
cto aſſumptionis ſtatus militaris, cum ex prima non
minùs, quàm ex ſecunda cauſa penſio remaneat ex-
tincta, & de una ad aliam ex rationis identitate va-
leat argumentum. *Joannes antiquiſſimus Gloſſator c. quiſ-* 42

quis

quis verò arma 17. *q.* 4. ibi — *aliud eſt ſi penitus apoſtataret, ut ſi fiat miles, vel ſi uxorem ducat: tunc dico eum ipſo facto perdere privilegium* — alia *Gloſſa in c. fin. de Cler. non reſidentibus* ibi — *ſi eum habet pro derelicto, puta quia contraxit matrimonium, vel factus eſt miles* — quas reaſſumit *Caſſar. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 2. *& n.* 6. *& n.* 32. optimè *Ricciul. de Jure Perſonar. lib.* 7. *c.* 5. *nu.* 16. *& nu.* 20. *Ciarlin. controv. lib.* 1. *c.* 36. *n.* 55. *&* 56. *lib.* 2. *cap.* 136. *n.* 10. *&* 11. *Lotter. de Beneſ. lib.* 3. *q.* 26. *n.* 84. 85. *& ſeqq. Tondut. de Penſionib. c.* 77. *num.* 1. *Torr. Var. QQ. lib.* 1. *tit.* 11. *q.* 8. *Rocca Epiſc. c.* 191. *n.* 19. *&* 20. *Rota dec.* 69. *n.* 24. *&* 25.

Hinc, vel de inſubſiſtentia, vel de inapplicabilitate redarguitur diſtinctio, quæ fieri prætenditur inter matrimonium, & militiam; quicquid enim ad
43 præciſum effectum inducendi extinctionem penſionis attentaverit *Caren. reſol.* 11. ut ſupra reprobatus, & *Pignattel. conſ.* 2. qui in hac diſtinctione ſundat trinæ monitionis neceſſitatem contra communem; matrimonium non minùs quàm militia temporalis ipſo jure, & facto fatalem inducunt, & irreparabilem effectum extinctionis penſionis, & in eo ſolùm vigere poteſt diſtinctio, quòd matrimonium, utpote inducens ſtatum magis firmum, & perpetuum, procedentem ex Sacramento, non permittit quòd ad libitum reaſſumi poſſit ſtatus Clericalis, & capacitas conſequendi Penſiones, & Beneficia; militia verò ſtatum non adeo firmum inducit, ut poſt illam aſſumptam, & exercitam, deſeri non poſſit, & reverti ad ſtatum, & habitum Clericalem. Verùm hæc facultas, & potentia deſerendi militiam, vel actualis illius deſertio, & reaſſumptio ſtatus Clericalis non tollit effectum retro jam inductum, & complementum extinctionis penſionum, quæ ſemel mortuæ reviviſcere am-
44 pliùs non poſſunt, ut explicant *Caſſar. d. q.* 14. *n.* 12. *&* 13. *juncto n.* 55. *&* 56. *Ricciull. d. c.* 5. *nu.* 16. *&* 20. *Tondut. de Penſion. c.* 77. *num.* 13. *juncto* 26. *Lotter. de Re Beneſic. dict. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 84. *Ciarlin. d. contr.* 36. *n.* 55. *&* 56. cum aliis deductis §.....

Vis ergo amiſſionis penſionis tota reſidet in incompatibilitate unius ſtatus cum alio, & in conſecutiva præſumptione animi, & voluntatis deſerendi Clericatum, non autem in majori, vel minori firmitate contrarii ſtatus aſſumpti, quæ pariſormiter urget,
45 ſive agatur de militia, ſive agatur de matrimonio, ut advertunt, quot ex matrimonio penſionem ipſo jure extingui docuerunt, ſignanter *Tondut. de Penſionibus c.* 75. *n.* 8. *Rota coram Anſaldo dec.* 30. *nu.* 11. ubi concordantes, & de facto quemadmodum voluntas ſemel, & ex propoſito applicata militiæ, adeò inducit extinctionem penſionis, ut iſta, cingulo militari poſtea dejecto, reviviſcere ampliùs non poſſit, ſic ex volunta-
46 te ſemel applicata matrimonio ita extinguitur penſio, ut nec reviviſcat, matrimonio diſſoluto, vel non conſumato, vel ad irritum redacto ex alia cauſa, quàm ex cauſa conſenſus, & voluntatis. *Lotter. de Re Beneſic. dicto lib.* 3. *c.* 26. *n.* 70. *ad plures ſeqq. Capon. diſcept.* 253. *c.* 1. *ſub n.* 20. *Tondut. de Penſionibus c.* 75. *n.* 16. *ad ſeqq.* ubi quòd non attenditur duratio cauſæ, ſed in-
47 ductio, & conſumptio effectus *c.* 76. *num.* 10. *& ſeqq. Torr. de Pactis lib.* 5. *c.* 16. *n.* 21. *Olea de Ceſſ. tit.* 2. *qu.* 5. *n.* 19. *aliiſque in idem cumulatis Rota dec.* 30. *num.* 12. *&* 13. *coram Anſaldo*.

Replicatione non attenta, quòd ſaltem omnia, & ſingula, quæ in elaboratiſſimo reſponſo cumulavit Dominus exadverſo ſcribens, indaginem requirere videantur, adeoque ſint rejicienda ad petitorium, conceſſa interim manutenenti Penſionario in ſua quaſi poſſeſſione exigendi: quia cum ex dictis ſit in facto probatum, immò ſit notorium, quòd Dominus exadverſo militiam aſſumpſerit, & actu militaverit contra Turcas, ut ingenuè admittitur in contrario Reſponſo §. *Quæ ſi procederent* 8. Juris diſpoſitio, per quam exindè penſio cenſetur extincta, nullam involvit indaginem, & ſi quam per hypotheſim involveret, ea ſemper reduceretur ad jus, quod dicitur certum, etſi pendere poſſit ab examine unius, vel al-
48 terius articuli, qui ex revulutione librorum facilè diſcuti poſſunt, & reſolvi, ut quicquid exadverſo prætendatur in contrarium, indaginem facti, ab indagine juris, communiter diſtinguunt *Redenaſch. conſ.* 1. *n.* 25. *& ſeqq. Menoch. de Arbitr. l.* 1. *q.* 53. *n.* 4. *& ſeqq. Carleval. de Judic. lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 2. *diſp.* 5. *num.* 15. *&* 17. *Gratian. c.* 692. *num.* 36. *Capyc. Latr. conſ.* 77. *n.* 25. *tom.* 2. *Saminiat. contr.* 104. *num.* 17. *& ſeqq. Balducc. de Fideicom. dec.* 40. *n.* 45. *Rota cor. Seraphino dec.* 183. *nu.* 6. *dec.* 470. *num.* 4. *Cerro dec.* 616. *num.* 15. *Bichio dec.* 548. *n.* 32. *poſt Pacific. de Salvian. dec.* 69. *n.* 6. *dec.* 141. *n* 12. *p.* 5. *dec.* 790. *n.* 49. *& ſeqq. p.* 18. *dec.* 475. *n.* 11. *&* 12. *p.* 19. *tom.* 2. *& in Romana Beneficiatus* 6. *Februarii* 1688. *impreſſ. apud Pacion. diſcept.* 4. *n.* 27 *& in Alatrina Juriſpatronatus* 15. *Junii* 1705. §. *Nec magis, confirmata* 7. *Decembris* 1705. §. *Nullatatus*, *coram Scotto*, & in terminis præciſis *Rocc. c.* 191. *n.* 38. ibi — *quando factum eſt probatum, diſputatio juris non facit, quòd exceptio dicatur requirere altiorem indaginem* —

Ulteriùs animadvertendum, quòd omnia, & ſingula, in contrarium congeſta per Dominum exadverſo Scribentem, non reſpiciunt exceptionem propoſitam à Titulari, quæ utpotè ſundata in facto certo aſſumptionis ſtatus, incompatibilis cum Clericatu, ſatis ſundat intentionem excipientis; ſed omnis indago, ſi quam habet aſſumpta deſenſio, verſatur circa replicationem Penſionarii, qui prætendit ex peculiaribus facti circumſtantiis, prorſus æquivocis, & minùs concludentibus, vel potuiſſe ſimul militare, & retinere Clericatum, vel fuiſſe tacitè diſpenſatum ex Conſtitutione Innocentii XI. ſuperiùs expreſſa: Eſto igitur, quòd in oppoſitum deducta talem involverent turbiditatem, ut ex ea quicunque Judex, etſi doctiſſimus, in ancipiti cura deliberandi conſtitutus videretur, non indè propoſitæ exceptionis claritas adum- 49
braretur, quòd eſſet involuta tenebris replicatio, ut pariter in individuo proſequitur idem *Rocc. d. c.* 191. *n.* 41. & præciſè de exceptione extinctionis penſionis, ideo admittenda in ſummariiſſimo *Rota in Romana Penſionis apud Eminentiſs. de Luca dec.* 67. *nu.* 3. *ad ſeqq. dec.* 69. *n.* 2. *&* 3. *de Jurepatr. in Mantiſs. & dec.* 1205. *n.* 2. *cor. Emerix*, *& in Neapolitana Penſionis apud Eundem Eminentiſs. de Luca dec.* 74. *n.* 9. & in prima, quæ non habetur impreſſa, 26. *Novembris* 1696. §. *Minuſque*, *cor. Urſino*

Auctoritates vero, quæ uti punctuales in propoſito fuerunt allegatæ, nec pariter obſiſtunt: omiſſa enim *dec.* 1143. *coram Coccino*, quæ cum loquatur in caſu, quo factum aſſumptionis militiæ erat hinc indè controverſum in alio judicio, per rem judicatam non adhuc abſoluto, extranea remanet ab hypotheſi, qua utraque ex Partibus in facto concordat. In aliis duabus Deciſionibus agebatur in Rota de privando Beneficio Clerico, in Sacris conſtituto, ex capite irregularitatis, incurſæ ob aſſumptionem cinguli militaris, ut ex prima *coram Seraphino dec.* 1471. *n.* 8. ibi — *cum Hieronymus eſſet ordinatus ad titulum iſtius Canonicatus* — ex ſecunda in *rec. dec.* 148. *n.* 8. *&* 9. *p.* 18. qui quidem caſus duplici ex cauſa ſolemniter differt à caſu noſtro; Una videlicet, quia pro incurrenda irregularitate, & infligenda pœna privationis ex illius capite, non ſufficit ſola applicatio animi, voluntatis, & perſonæ ad militiam armatam, quæ alioquin exuberat ad effectum amittendi Clericatum, & ſimul cum Clericatu Penſiones, & Beneficia, ſed re- 50
quiritur, vel injuſtitia belli, vel factum aliquod particulare occiſionis, ſeu mutilationis membrorum in bello juſto, ut egregiè diſtinguit *Rota dec.* 355. *à n.* 9. *ad plures ſeqq. p.* 14. quam reſert, & laudat *d. dec.* 141. *part.* 18. *rec.*

Alia autem cauſa diverſitatis inter illum, & noſtrum caſum ex eo deducitur, quòd in Clerico, in Sacris conſtituto, ſuperiùs firmata non procedunt, quia non ſit in ejus facultate dimittere Clericatum expreſsè, multo minùs valet illud dimittere tacitè per aſſumptionem ſtatus incompatibilis, attentando nimirum, vel inire matrimonium, vel armatæ militiæ nomen, & operam accomodare, adeoque illo in caſu, qui toto Cœlo diſtat à noſtro, ſicuti ex defectu poteſtatis non intrat præſumpta voluntas dimittendi Clericatum, ſic ipſo jure, & facto, non inducitur extinctio Penſionis, & vacatio Beneficii, ſed prævia monitione, & coercitione, niſi Clericus reſipiſcat, in pœnam commiſſi delicti privari debet per ſententiam, unum ab alio caſu diſtinguunt præciſè

Ric-

Ricciull. de Jure perſonar. d. lib. 7. cap. 50. n. 30. quem laudat, & ſequitur *Tondut. de Penſionib. cap. 77. num. 27.* egregiè *Terr. Var. Quæſt. tit. 11. quæſt. 8. num. 87. ad 91.* & ad hanc diſtinctionem advertit alioquin oculatus *Emin. de Luca in tract. Poſthum. de Penſionib. cap. 13. ſub num. 12. verſ. multo vero minùs, & in Conflict. Legis, & Rationis obſervat, 270. §. Iſta itaque, verſ. quæ ceſſat.*

Secundò ex eo pariter ceſſat difficultas, quòd cum Reverendiſs. Judex non ſe continuerit infra limites ſummariiſſimi poſſeſſorii, ſed pronunciaverit in petitorio, denegando manutentionem ex cauſa expreſſa in ſententia, quòd penſio fuerit extincta, ibi -- *quia dicimus, dictam penſionem fuiſſe, & eſſe extinctam ob aſſumptam per dictum D. Comitem penſionarium militiam ſecularem, cum ſtatu Clericali incompatibilem* -- Titularis autem reus conventus non prætenderet ſe reperiri in
52 quaſi poſſeſſione libertatis non ſolvendi, ritè, & rectè fuit pronunciatum in meritis, non obſtantibus proteſtationibus, per quas, prævia ſuſpenſione petitorii, inſiſtebatur in ſummariiſſimo, juxta *Theoric. Bartol. in l. naturaliter §. Nihil commune, ſub num. 26. verſ. retardat. ff. de acquir. poſſeſſione* communiter recepta, ut per *Albit. de Inconſt. in Jud. quæſt. 16. num. 17. Rota deciſ. 494. num. 4. part. 14.* & in terminis penſionis *deciſ. 140. & 141. apud Poſth. dec. 203. num. 24. part. 10. & in d. dec. 30. num. 8. & 9. cor. Anſaldo.*

Haud refragante, quòd *Bartoli* doctrina percutiat effectum vitandæ nullitatis ſententiæ, latæ in petitorio, non autem firmet, quòd Judex poſſit ſimul denegare manutentionem, & pronanciare penſionem ex-
53 tinctam: Ultraquamquòd enim recurrit claritas petitorii, quæ ſicuti in conſequentiam abſorbet ſummariiſſimum, ita facultatem tribuit Judici, unica eademque ſententia in otroque pronunciandi, ut objecto ſatisfacit *Rot. d. dec. 30. num. 10. cor. Anſaldo*: ex eo in caſu removetur difficultas, quòd cum Reverendiſs. Judex jam conceſſerit executionem Literis Apoſtolicis, & pro ſolutione penſionum mandatum relaxaverit, nullum intulit præjudicium Penſionario, qui non obſtante ſententia, in qua penſio declarabatur extincta, ſibique manutentio denegabatur, poterat exigere pendente lite in petitorio, & donec ſententia in eo lata tranſitum faciat in judicatum. Quemadmodum enim Judex ordinatè proceſſiſſet, ſi in ſummariiſſimo prius decreviſſet; Penſionarium eſſe manotenendum, & deindè in petitorio pronunciaſſet, penſionem eſſe extinctam, adeoque Titularem non eſſe ampliùs manutenendum, ex eo quòd Penſionarius vigore præcedentis Decreti obtinuiſſet manutentionis intentum, ita profectò non inordinatè proceſſit Reverendiſſimus Dominus, qui, poſt relaxatum mandatum in executivo, hujuſmodi ſententiam tulit in Judicio ordinario. Quare &c.

Florentina Præcedentiæ, ſeu Proceſſionum.

V O T U M.

Bon. Mem. Illuſtriſſimi D.

A N D R E Æ D E F A R S E T T I S

Rot. Florentinæ Auditoris.

A R G U M E N T U M.

Vertebat lis ioter Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ, & Abbatem, & Monachos Caſſinenſes Civitatis Florentiæ circa inceſſum eorum reſpectivè Vexillorum in ſolemnioribus Proceſſionibus; qua, de communi Partium conſenſu, in Sereniſſimum, & Reverendiſſimum Principem Franciſcum de Medicis compromiſſa, & D. Aoditoris Farſetti à Celſitudine ſua Reverendiſſima exquiſito voto, declaratom fuit, ambo Vexilla progredi debere in æquali linea, cum hoc tamen, quòd minoris longitudinis, ſeu altitudinis eſse deberet alterum Monachorum.

S U M M A R I U M.

1 *Quando lites ſuper Præcedentia cenſeantur graves, juſtæ, & laudabiles*, & n. 2. 6. & 7.

3 *Præcedentiæ Juribus nec facilè eſt renunciandum, nec indiſtinctè decet.*

4 *Eccleſia militans imitatrix eſt triumphantis.*

5 *Status Eccleſiaſticus adinſtar cœleſtis Hierarchiæ ordinem habere debet, & diſtinctionem.*

8 *Laudantur Generales PP. Jeſuitarum, & Cappuccinorum, & quare.*

9 *Non datur major probatio in materia Præcedentiæ, quam confeſſio Partis.*

10 *Et redditur incontrovertibilis junctis Teſtibus, Hiſtoriis, Picturis, aliiſque probationibus.*

11 *Plures Cruces non ſunt in principio Proceſſionum coacervandæ.*

12 *Crux Metropolitanæ, tanquam dignior, omnes alias inferiorum Eccleſiarum præcedere debet.*

13 *Amplia, quòd multo magis præcedere debeat Crucem Cleri Regularis*, & n. 14. & 18.

15 *Non debent confundi, & miſceri inter Clericos perſonæ diſparis profeſſionis.*

16 *Adverſus Cæremoniale Epiſcoporum nulla admittitur præſcriptio, vel conſuetudo.*

17 *Ex unione duarum Crucium unitas etiam Corporum reſultat.*

19 *Ordo ſcripturæ, & nominationis deſignatio, quid importet.*

20 *In Præcedentiarum materia multum deferendum eſt obſervantiæ.*

21 *Conſuetudini, præſertim immemorabili, ſtandum eſt in eadem materia Præcedentiarum.*

22 *Amplia, etiamſi Juri communi ſit contraria.*

23 *Adeo ut hoc caſu poſſeſſio temporis conſiderabilis ſit manutenibilis.*

24 *Immemorabilis conſuetudo, præſertim ſi omninò irrationabilis non appareat, poteſt allegari contra Cæremoniale Epiſcoporum.*

25 *Quadlibet Corpus, ſive Secularium, ſive Regularium Canonicorum, ſub propria Cruce procedere debet.*

26 *Quo quiſque Jure alium judicari vult, eodem ipſe uti debet.*

27 *Publicas Inſcriptiones credendum eſt non fuiſſe permiſſas, niſi geſta, quæ in eis referuntur, eſſent vera.*

28 *Hiſtoricis eſt valdè deferendum, qui ſcripſerunt in loco, ubi res geſta fuit, & ad totius populi notitiam devenerat.*

29 *Maximè ſi Hiſtoricus de re, quam refert, ob aliquod officium erat veroſimilitèr informatus.*

30 *Libro, habenti ſpeciem antiquitatis, eſt deferendum.*

31 *Hiſtoricis antiquis, præſertim per alios Hiſtoricos corroboratis, plena fides eſt adhibenda.*

32 *Immò ſola enunciativa eſt attendenda in antiquis.*

33 *Et præcipuè ad probandam immemorabilem.*

34 *Ex ſolo libro Hiſtoricorum moveri poteſt Judex adjudicandum.*

35 *Etiamſi de alieno auditu loquantur.*

36 *Præſertim, cum agatur de factis antiquis.*

37 *Ex enunciativis antiquis, & continuatis Scripturarum, probatur immemorabilis.*

38 *Maximè ſi ſint geminatæ à diverſis perſonis.*

39 *Arbitrio Judicis remittitur, quod tempus, ad hunc effectum, dicatur antiquum.*

40 *Eoque magis probant enunciativæ, ſi ab aliis adminiculis fulciantur.*

41 *Antiquiores Hiſtoriæ, tum modernioribus, teſtibus, in eundem ſenſum concurrentibus, roboratæ, indubitabiles redduntur.*

42 *Immo & ſi agatur de partita extracta ex libro alicujus loci particularis.*

43 *Fama publica veritatem in antiquis confirmat.*

44 *Quæ ſint requiſita neceſſaria ad probandam immemorabilem.*

45 *Iis autem concurrentibus, teſtes probant etiam in eo, quod deponunt de auditu.*

46 *Et de publica voce, & fama.*

47 *Nec eſt neceſſe, quòd deponant de immemorabili, ſed ſufficit, quòd teſtentur de diuturna.*

48 Te-

Digitized by Google

48 *Teſtes, Hiſtoriæ, atque alia adminicula ſimul juncta, ad probandam immemorabilem ſufficiunt.*
49 *Obſervantia, ſeu conſuetudo, præferens minùs dignum magis digno, præſertim ſi non ſit immemorabilis, tanquam corruptela, non attenditur.*
50 *Declara, quando in omnibus caſibus minùs dignus præfertur magis digno, ſecus in aliquo tantùm caſu particulari, en aliqua circumſtantia.*
51 *Etiamſi ſit contra Jus.*
52 *Conſuetudo, cui Jus non reſiſtit, licèt ſit contra Jus, ſpatio quadraginta annorum præſcribitur.*
53 *Si verò ſit tantùm præter Jus, ſpatio decem annorum inducitur.*
54 *Quamvis aliquantulum Juri communi repugnet.*
55 *Ad hoc ut non detur manutentio contra Juris reſiſtentiam, debet hæc eſſe vehemens, & inevitabilis.*
56 *Non eſt inquirendum, an conſuetudo ratione nitatur, vel non, cum de ipſa, ac ſecundum ipſam debeat judicari.*
57 *Conſuetudo, quando dicatur Juri non contraria, ſed præter Jus, & non irrationabilis,* & n. 58.
59 *In Judicis arbitrio reſidet declarare, an conſuetudo ſit rationabilis, necne.*
60 *Inceſſus ad manum dexteram regulariter Præcedentiam importat* Declara, n. 73.
61 *Ultimus locus in Proceſſione digniori tribuitur, & Præcedentiam deſignat,* & n. 72.
62 *Conſtitutio Clem. VIII. ad ea tantum reſtringitur, quæ in Cæremoniali Epiſcoporum ſunt expreſſa.*
63 *Et quæ abuſum redolent.*
64 *Ad ſubſtinendam conſuetudinem, ſatis eſſet, ſi dubitaretur, an dicto Cæremoniale reſiſteret.*
65 *Magis, vel minus præcedere, major, vel minor congruentia non dicitur habere Juris reſiſtentiam.*
66 *Crux deferenda eſt inter duos Ceroferarios.*
67 *Decentia in materia Præcedentiæ eſt attendenda, & quod indecorum eſt, evitandum.*
68 *Pro augumento Cultus Divini facienda eſt omnis interpretatio.*
69 *Ex quibus dicatur ſufficienter probata conſuetudo, quæ Juris reſiſtentiam non habeat.*
70 *Ad probandam conſuetudinem, non circa ſubſtantiam rei, ſed circa aliquam circumſtantiam, minores actus, & minor teſtium numerus requiritur.*
71 *Non poteſt controverti, quòd toto Clero, Magiſtratibus, & Populo videntibus, obſervatum eſt per tempus antiquiſſimum, & immemorabile.*
74 *Declarantur Auctoritates in contrarium allatæ,* & numer. 78.
75 *Confuſionem diverſorum membrorum Jura abhorrent,* & n. 77.
76 *Immo & miſturam diverſorum Secularium tantùm Corporum.*
79 *Explicatur illud Deuteronomii:* non arabis in bove, & aſino.
80 *Quando Hiſtoricis, & Chroniſtis fides ſit adhibenda,* & n. 81. & 82.
83 *Nemo præſumitur in proprio officio negligens.*
84 *Argumentum ab ordine ſcripturæ leviſſimum reputatur.*
85 *Non creditur Libro, ſi non appareat de cujus auctoritate fuerit conſcriptus.*
86 *Verba, quæ plura determinant, æqualiter intelligi debent.*
87 *Declaratio expreſſa tacitæ argumentationi ab ordine præferri debet.*
88 *Ab actu vocandi non infertur ad actum inceſſus.*
89 *Teſtes, deponentes per verbum* videtur, *non probant.*
90 *Vel cum nimia animoſitate.*
91 *Vel quia eorum dictum per neceſſe non concludat.*
92 *Vel quia ſint conſanguinei.*
93 *Vel quia de eorum intereſſe agitur, & aliqua affectione deponunt.*
94 *Teſtes ſuper affirmativa deponentes magis probant.*
95 *Et quando pro reo convento deponunt.*
96 *Et de veriſimili deponentes.*
97 *Et de re continuata, tam reſpectu principii, quàm medii, & finis.*
98 *Teſtibus magis creditur informatis de re, ad proprium officium pertinente.*
99 *Varietas ſuper re, ad quam probandam teſtis principaliter fuit inductus, dicitur eſſe in ſubſtantiali.*
100 *Vitiatur teſtium dictum, ſi ſint varii in ſubſtantialibus.*
101 *Teſtes à teſtibus contrariis debilitantur.*
102 *Immo ab illis ſuperantur, ſi aliis probationibus ſint ſuffulti.*
103 *Vel ſi concurrant adminicula.*
104 *In conquaſſatione teſtium prævalet pars, quæ habet apud ſe documenta minùs ſuſpecta.*
105 *Præſertim, quando agitur de re antiqua.*

D E C I S I O LV.

PRæcedentiarum controverſiæ, licèt leves, inutiles,
atque humano, Chriſtianoque conſortio adverſan-
tes videantur, tamen non ſolùm graves evadunt, cum
agatur de honore, quo nihil homini clarius, & ob
naturalem, quo quis fertur inſtinctum, ut alterum
antecellat, vel eidem inferior non reputetur. *Lot-*
ter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 16. nu. 29. Altogr. conſ. 1. 1
num. 1. tom. 2. Caſtald. conſult. 234. n. 1. & 2. Antun. de
Donat. Reg. lib. 3. c. 42. num. 18. dec. 89. n. 30. poſt Bal-
duc. ad Roman. tom. 4. Add. ad Pamphil. dec. 92. in princ.
verùm etiam juſtæ, & laudabiles, tanquam tenden-
tes ad rationem vitæ politicæ, in qua quemadmodum
rerum, ita & perſonarum ordinem, gradumque non
confundere, ſed diſtinctè ſervare intereſt, cum ordo
ſit concentus operationum, & communionis propor- 2
tio, *ex Platone apud Marſil. Ficin. in Speuſip. de Platon.*
deſin. benè atque eruditè ad rem *Petr. Gregor. Tholoſ.*
de Repub. lib. 4. cap. 10. num. 1. cum ſeqq. Tondut. Reſ.
Beneſ. 81. num. 1. & 2. tom. 1. Altogr. d. conſ. 1. num. 1.
& ſeqq. tom. 2. Rocc. de Offic. rubr. 5. de Præced. nu. 9. &
ſeqq. Cyriac. controv. 201. à n. 8. Pegaſ. de Compet. part. 2.
cap. 64. num. 1. Capyc. Latr. conſult. 43. à num. 1. Lau. al-
leg. 51. num. 2. & ſeqq. Valenz. conſ. 1. à num. 3. & conſ.
34. nu. 5. cum ſeqq. Hermoſ. ad Lop. gloſ. 2. prolog. part. 5.
num. 129. & ſeqq. pag. 15. Scopp. ad Gratian. deciſ. 16.
num. 1. adeout Præcedentiæ Juribus facilè renuncian- 3
dum non ſit, nec indiſtinctè deceat: *cap. admonendi 21.*
quæſt. 7. cap. quando 86. diſt. Decian. reſp. 67. n. 1. lib. 2.
Altogr. d. conſil. 1. n. 7. lib. 2. Cyriac. d. contr. 201. *n. 20.*
ſive agatur de perſonis Secularibus, ſive Eccleſiaſti-
cis, nam cum Eccleſia militans exemplata ſit à trium- 4
phante, *ex cap. 25. Exod. gloſ. in Clem. ad noſtram V. Ec-*
cleſia, de hæret. ita ſtatus Eccleſiaſticus ad inſtar cœ- 5
leſtis Hierarchiæ ordinari, & diſtingui debet, *cap. ad*
hoc 7. diſt. 89. D. Thom. 2. 2. quæſt. 183. art. 2. poſt D. Pau-
lum Cornel. à Lapid. in c. 14. in fin. ad Corinth. lib. 1. poſt
D. Auguſtinum Luc. de Pen. in l. 2. in princ. C. de proxim.
Sacror. Scrin. lib. 12. & poſt alios *Valenz. d. conſ. 34.*
num. 12. & 22. Gonzal. in cap. 1. ſub num. 5. de major. &
obed. Rot. coram Molines inter recollectas per *Palm. dec.*
319. in princ. & in terminis Proceſſionis *Anſald. dec. 25.*
in princ. nec ullum ſcandalum exindè oritur, minuſque 6
reprehendendi ſunt, qui de Præcedentia, & majori-
tate contendunt, *Bordon. de Preced. Canon. Later. cap. 1.*
num. 9. & 69. & cap. 2. num. 22. tom. 4. Raynald. Obſerv.
in ſupplem. cap. 32. ſupplet. 4. num. 117. tom. 4. Rot. apud
Palm. d. dec. 319. in princ. dummodo illud fiat ſine am-
bitu, ſuperbia, atque humanæ gloriæ cupiditate,
ſed ad ſolam in rebus armoniam, pacem, tranquilli-
tatemque conſervandam, cum aliàs dignitas nos majo-
res non efficiat, nec loco vir, ſed viro locus cohone-
ſtetur; fortiùs vero apud Deum, qui verbis, atque ex- 7
emplo humilitatem, & manſuetudinem nos docuit, &
apud quem non eſt acceptatio perſonarum, ſed qui
fecerit, & docuerit, magnus vocabitur, ut ex Sacris
Oraculis, DD. Chriſoſtomo, Gregorio, atque aliis,
referunt *Valenz. d. conſ. 34. n. 1. & ſeqq. Rocc. de Offic. d.*
rubr. 5. nu. 1. & ſeqq. Caſtald. conſul. 234. in fin. Gonzal.
in d. cap. 1. n. 4. & 7. de major. & obed. Hermoſil. ad Lop.
gloſ. 2. prol. part. 5. num. 124. & ſeqq. pag. 15. ex qui-
bus meritò laudantur Generales PP. Jeſuitarum, & 8
Cappuccinorum, imitandique exponuntur ab *Altovit.*
in vot. 8. num. 35. poſt deciſ. Rembold. ob controverſiam
inter eos non de ſublimiori, ſed de humiliori loco ex-
citatam.

Ex his igitur inſolita non fuit, nec contemnenda
viſa eſt gravis controverſia, quæ inter Illuſtriſſi-

mum, & Reverendiſſimum Capitulum inſignis Me-
tropolitanæ, ac Reverendiſſimum Abbatem, & Mo-
nachos Caſſinenſes hujus Civitatis Florentiæ ioſurre-
xit circa modum, quo eorum Cruces cum Vexillis in-
cedere deberent in principio Solemnium Proceſſionum,
duarum præcipuè, quæ fiunt in diebus Feſtivitatis
Sanctiſſimi Corporis Domini Redemproris, & Vigi-
liæ Nativitatis D. Jo nnis Baptiſtæ; prætendente Ca-
pitulo, quòd Vexillom Monachorum minoris eſſet
longitudinis, & ad ſiniſtram aliquantulum retrò in-
cederet, è contra vero inſtantibus Monachis declara-
ri, eorum Vexillum, non tam æqualis longitudinis eſ-
ſe debere, qoàm in eadem linea, parique paſſu cum
altero Capituli deſerendum, eandemque controverſiam
cum concordibus votis in Sereniſſimum, & Reveren-
diſſimum Cardinalem Mediceum Partes conpromiſe-
rint, atque ipſius ſingulari clementia mihi fuerit de-
mandatum, quòd Proceſſui intervenirem, diſcuſſo-
que negotio, quid Juris mihi videretur reſerrem: In
æquali linea, parique paſſu utrumque Vexillum in-
cedere debere, retuli, cum hoc tamen, quòd alterum
Monachorum longitudinis, ſeu altitudinis aliquantum
minoris eſſe deberet; atque ita Sereniſſimus Arbiter
laudum proſerre dignatus eſt ex inſraſcriptis rationibus,
quas ipſius altiſſimæ, atque eruditiſſimæ menti exa-
minandas propoſui.

Sereniſſime, & Reverendiſſime

PRINCEPS.

PErpenſis iis, quæ tam in facto, quàm in Jure fue-
runt à Partibus deducta in hac controverſia,
mihi à Celſitudine Tua Sereniſſima, & Reverendiſ-
ſima ad reſerendum commiſſa, Juſtitiæ conſonum exi-
ſtimo, quòd Vexillum Monachorum Caſſinenſium in
linea, æqualique inceſſu cum altero Metropolitanæ
in publicis Proceſſionibus procedat; & quòd aliquan-
to minoris altitudinis eſſe debeat.

Nam cum à Capitulo Metropolitanæ non contro-
vertatur conſuetus ab immemorabi utriuſque Vexilli
locus, atque inceſſus in Capite Proceſſionum, pro-
ut ex Compromiſſo, & ſubſecuta illius petitione ap-
paret, ubi talem inceſſum confitetur, & admittit;
9 nulla major hujuſmodi confeſſione probatio reſulta-
te poteſt, ad tradita in his terminis *per Pansmoll. de-
ciſ. 5. num. 4. Rota deciſ. 15. num. 16. part. 6. recen. dec.
560. n. 6. part. 19. rec. dec. 19. n. 5. & 6. poſt Antonell. de
Jur. & Oner. Cler. repetita poſt de Luc. de Juriſdiction. dec.*
27. junctis Teſtibus, Hiſtoriis, Picturis, cæteriſque
10 Documentis, per ipſum Capitulum, & Monachos
productis, & allegatis, in quibus dictus utriuſque Ve-
xilli inceſsus in Capite Proceſſionnm incontrovertibi-
lis probatur, ex latè firmatis per *Tollar. de Immemorab.
quæſt. 4. n. 1. cum ſeqq. per tot. Opping. de Jur. Inſign. cap.
18. membr. 1. num. 213. cum ſeq.* atque ex intra dicen-
dis ſolùm quæſtio, quoad primum capot, redigitur
ad modum procedendi, vel æqualiter in linea, vel cum
aliqua diſtantia inter unum, atque alterum Vexillum,
adeo ut illud Monachorum, non tam ad ſiniſtram,
quod non controvertitur, quàm aliquibus retro paſſi-
bus procedere teneatur.

Et primo ex parte Capituli deducitur, quòd plures
11 Cruces non ſint in principio Proceſſionum coacervan-
dæ *ex Nicol. in ſuis Floſcul. V. Proceſſio*, n. 10. & ex plu-
ribos Sacræ Congregationis Rituum Decretis, relatis
*per Pignattell. conſult. 30. n. 7. cum ſeqq. tom. 4. conſult.
38. num. 12. tom.* 6. & quòd Crux Metropolitanæ,
12 tanquam dignior, omnes alias inferiorum Eccleſiarum
præcedere debeat *Quart. de Proceſſion. ſection. 2. punct.
4. num. 206. Thomaſ. tract. var. de Præeminen. nu. 428.
Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 25. quæſt. 2. nu-
mer. 14. in fin. Adden. ad Buratt. dec. 903. n. 16. Rot. dec.
58. n. 1. poſt Antonell. de Jur. & Oner. Cler.* multoque ma-
13 gis Crucem Cleri Regularis, quàm ſecularis ſemper
atque ubique præcedit, *juxta Text. in cap. alia, in cap.
legi 16. quæſt. 1. Manriq. de Præcedent. capit. 14. per
tot. Salzad. de Regia Protect. part. 2. cap. 9. numer. 37.
cum ſeqq.* & juxta præſcriptum ordinem in Cæremo-
niali Epiſcoporum *lib. 2. cap. 31.* confirmato per Bul-
lam *Clement. VIII.* ubi omnimoda præcedentia Cle-
ro ſeculari ſupra Regularem conſervatur, ut refert *Pa-
nimoll. dec. 5. annot. 3. num. 1. cum ſeqq.* nè alias emer- 14
gat, quòd ex confuſione Vexillorum conſundatur, ſi-
mulque ſocientur perſonæ inter Clericos diſparis pro- 15
feſſionis, Secularis ſcilicet, & Regularis, contra De-
cretum Concilii Hiſpalenſis in *Canon. in nova 16. quæſt.
5. in cap. cum cauſam 27. de elect. in cap. ad hoc 89. di-
ſtinct.* in quibus refertur illud Deuteronomii præceptum;
Non arabis in bove, & aſino, tradit *Sperell. in Oppidenſ.
Proceſſ. deciſ. 179. num. 11. cum ſeqq.* & fuit dictum
in eadem Cauſa coram Veroſpio apud *Pignattell. con-
ſult. 26. num. 7. cum ſeqq. tom.* 4. ubi damnatur mix-
tus inceſſus Secularium, Clericorum, & Regularium,
& in quibus maximum, & concors fundamentum per
Advocatos Capituli in eorum Conſultationibus con-
ſtituitur: atque in tantum, ut firmare conentur, Ve-
xillum Monachorum præire debere immediatè ipſo-
rum Corpori, ubi eidem per dictum Cæremoniale
Epiſcoporum locus aſſignatur, contra cujus Decretum 16
nulla admittenda ſit præſeriptio, vel conſuetudo, li-
cèt immemorabilis, ut in dicta *Oppidenſ. Proceſſion. apud
Pignattell. d. conſul. 26. num. 8. cum ſeqq. Rot. dec. 18. n.
13. poſt Antonell. de Jur. & Oner. Cler.* Eoque magis,
quia ſi unio Vexillorum in principio Proceſſionum
permitteretur, jam Capitulum, & Monachi duo Cor-
pora ſeparata non eſſent, ſed unum tantùm, cum
unio duarum Crucium unitatem etiam Corporum effi-
ciat. *Rot. dec. 19. poſt Antonell. de Jur. & Oner. Cler.* & 17
cum re vera Corpus Capituli ſeparatum Monachos præ-
cedat, eadem ratione Vexillum Capituli, non tam 18
ſeparari ab altero Monachorum, quàm illud præcede-
re debere infertur, allegando *Coccin. dec. 1923. n. 2.
& 4.* atque alios.

Secundò in prædictorum corroborationem ab eodem
Capitulo producitur quidam Liberculus, in quo, tan-
quam Directorio, Præceptor Proceſſionum, vulgo di-
ctus *Comandatore*, ſcriptum retinet ordinem, quo ſin-
gula Confraternitatum, & Clericorum; tam Regu-
larium, quàm Secularium Corpora nuncupat, ad hoc,
ut unumquodque ſoo loco incedat; & cum ibidem
priùs legatur ſcriptum Vexillum Metropolitanæ, quàm
Monachorum, ſcilicèt.

Lo Stendardo di Santa Maria del Fiore,
Lo Stendardo della Badia di Firenze.

exindè arguitur, quòd eadem Vexilla non ſimul, ſed
ordine ſucceſſivo, ſecundum ſcripturæ, & nomina- 19
tionis deſignationem incedant, ad ea, quæ apud *E-
merix Jun. dec. 1025. n. 2. dec. 242. n. 54. part. 16. recent.
dec. 196. n. 3. part. 18. rec.*

Additur tertiò obſervantia, quam Capitulum ad
ſui ſavorem allegat, pluribus teſtibus comprobatam,
deponentibus de inceſſu Vexilli Monachorum ad ma-
num ſiniſtram, & aliquibus retrò paſſibus; cui ob-
ſervantiæ in his præcedentiarum materiis multùm de- 20
ſertur, ex indubitata ſententia, de qua *Grat. c. 845.
n. 4. Tondut. Quæſt. Beneſic. part. 1. c. 81. n. 3. & part. 2.
c. 173. n. 6.* cæterique mox reſerendi.

Atque hæc præcipua ſunt fundamenta, quibus ni-
titur Capitulum; omiſſis aliis per illius Advocatos
cumulatis, vel parum, vel nihil ad rem facientibus,
& quæ ex infra dicendis diluuntur.

Verùm ex parte Monachorum illud primò funda-
mentum ponitur, quòd, ut ſupra etiam innui, tam ex
confeſſione Capituli, quàm ex omnibus Teſtibus, Hi-
ſtoriis, Picturis, cæteriſqoe Documentis, hinc indè
deductis, atque allegatis, & quo ad hoc per Capitulum
ipſum non impugnatis, ſatis ſuperque probatur invete-
rata ab immemorabili conſuetudo proceſsus utrioſque
Vexilli in capite Proceſſionum: cui conſuetudini ſtan-
dum eſſe in his Præcedentiarum materiis, conſtanter
tradunt *Gonzal. in cap. cùm olim 6. num. 11. de conſuetud.
in cap. 2. ſub n. 8. de major. & obed. Altograd. conſil. 1. nu-
mer. 58. lib. 2. Cyriac. contr. 201. numer. 165. cum ſeqq.
Tranched. conſ. 14. nu. 5. Salgad. de Reg. Protect. part. 2.
cap. 9. num. 18. Adden. ad Buratt. deciſ. 903. nu. 19. Rot.
dec. 19. num. 2. & dec. 21. num. 2. poſt Antonell. de Jur.
& Oner. Cler.* & in terminis Proceſſionum *Quart. de
Proceſſ. punct. 4. quæſt. 1. ſub num. 207. Pansmoll. dec. 1.
num. 19. Lara de Capellan. lib. 1. capit. 24. num. 25.*

Barboſ.

Digitized by Google

Barboſ. Colleſt. Dec. Apoſtol. coll. 227. *num.* 4. etſi juri
22 communi ſit contearia. *Cyriac. dicta controverſ.* 201. *n.*
171. *dec.* 32. *n.* 6. 7. *poſt Poſth. de Manut. Adden. ad Bu-
rats. d. dec.* 903. *num.* 21. *Adden. ad Pamphil. dec.* 92. *nu-
mer.* 9. *dec.* 19. *numer.* 3. 4. *poſt Antonell. de jur. Cler. An-
ſald. deciſ.* 25. *in Annot. numer.* 9. Adeo ut ſi poſſeſſio
23 ſit alicujus temporis conſiderabilis, hoc etiam caſu ſit
manutenibilis: *Rot. dec.* 85. *num.* 6. 7. *part.* 5. *recens.*
parùmque ſubſiſtaot, quæ per Capituli Advocatos con-
geruntur, ad hoc, ut probent Monachorum Vexil-
lum remittendum eſſe ad proprium ipſum Corpus,
juxta præſcriptum Ordinem in Cæremoniali Epi-
ſcoporum *d. lib.* 2. *cap.* 32. per Clemen. VIII. appro-
hato, rejecta qualibet in contrarium conſuetudine;
nam cum ex prædictis pluſquam centeoaria, atque im-
24 memorabilis conſuctudo probata remaneat, illa etiam
præſertim ſi omninò irrationabilis non appareat, con-
tra Cæremoniale, allegatamque Conſtitutionem, ſuf-
fragatur. *Barb. de Canon. & Dignit. cap.* 33. *numer.* 24.
Pignattell. conſult. can. 7. *num.* 15. *tom.* 1. *conſ.* 4. *num.* 2.
conſ. 26. *num.* 23. *tom.* 4. *De Luc. in Miſcell. Eccl. diſcurſ.*
39. *num.* 6. *Panimoll. dec.* 1. *annot.* 2. *num.* 34. *Adden. ad
Buratt. deciſ.* 425. *numer.* 14. 15. *dec.* 19. *poſt Antonell.
de Jur. Cler. & in Pampilonen. Præem.* 3. *præm.* 3 *Fe-
bruarii* 1700. *verſic. Sed dato etiam, cor. dell' Olmo*; Et
cum ex eodem Cæremoniali, quodlibet Corpus, ſive
25 Secularium, ſive Regularium Clericorum ſit, ſub
propria Cruce procedere debeat, & tradunt *Barboſ.
in Summ. Bullar. V. Proceſſio, circa finem, Piſcar. in
Praxi Cærem. lib.* 2. *ſect.* 10. *num.* 6. *cap.* 1. *numer.* 5.
Bauldr. in Manual. Cærem. de Proceſſ. cap. 14. *numer.* 5.
Caſtald. de Cærem. Sacr. lib. 2. *ſect.* 10. *de Proceſſ. cap.* 1.
numer. 6. *Quart. de Proceſſ. in gen. punct.* 6. *num.* 3. *Pax
Jord. Elucubr. lib.* 15. *tit.* 2. *de Proceſſ. num.* 17. *Pignat-
tell. conſ. can. tom.* 4. *conſ.* 30. *num.* 7. *conſ.* 58. *num.* 12.
tom. 6. Capitulum paritee in eadem eſſet obſervantia
contra prædictum Cæremoniale, & Conſtitutionem:
Quare ſi in ſui favorem, illo non obſtante, eandem
26 obſervantiam procedere poſſe non negat, idem ſavo-
re Monachorum admittere cogitur; *ad Text. in l.* 1.
& tot. tit. ff. quod quiſque jur. & ad ea, quæ per *Barb.
Axiom.* 136. *n.* 21. *Manſ. conſ.* 110. *num.* 34.

Admiſſa autem pro indubitata conſuetudine proce-
dendi in Principio Proceſſionum reſpectu etiam Ve-
xilli Monachorum; jam inceſſus in æquali etiam li-
nea probatus videtur ex pluribus Hiſtoricis, & Chro-
niſtis, ac ex tribus præſertim eruditiſſimis Viris No-
bilibus Florentinis, Benedicto Buonmatthæi, Franci-
ſco Rondinellio, & Senatore Alexandro Segnio, quo-
rum primus in Libro inſcripto *Deſcrizioni delle Fe-
ſte fatte in Firenze per la Canonizzazione di S. Andrea
Corſini l' anno* 1632. *pag.* 68. dum Proceſſionis ſeriem
deſcribit, ita babet *Si meſſero le Croci del Duomo, e
di Badia; quella a man deſtra col ſuo Stendardo bianco,
entrovi una Croce roſſa a traverſo, era portata da un
Cherico veſtito di Camice di renſa bianchiſſima, fregia-
to, e liſtato di ricca teletta d' argento: l' altra col ſuo
Stendardo pavonazzo, entrovi Croce roſſa pure a tra-
verſo, era portata alla ſiniſtra da un Converſo di quel-
la Religione, veſtito dell' abito tanè, come portano i
Laici Benedetini*: Et paulò poſt *pag.* 71. ſubjun-
git.

*Dopo i quali venivano poi i Monaci di S. Benedetto del-
la Badia di Firenze, i quali andavano, come vanno ſem-
pre, ſenza Croce, perchè la loro, per privilegio approva-
to da un immemorabil conſuetudine, va in principio delle
Proceſſioni a canto a quella del Duomo.*

Franciſcus Rondinellius in Libro *Relazione del Con-
tagio, ſtato in Firenze l' anno* 1630. *&* 1633. impreſſo
de anno 1634. *pag.* 272. ſic inquit.

*Molte volte in varie occaſioni è ſtata condotta in Firen-
ze queſta Miracoloſa Immagine, giacchè l' anno* 1511.
*Bartolomeo di Giovanni Falſamoſtra, uno de i Precettori
della Signoria, cioè di quelli, che ordinano le Proceſſio-
ni, che nella Città ſi fanno, vecchio di* 76. *anni, teſti-
ficando con giuramento circa il modo da tenerſi nella tran-
ſlazione del Tabernacolo, & Immagine dell' Impruneta,
quando viene in Firenze, afferma d' avere con il predet-
to ordine diſpoſto per ventiquatro volte, che nel ſuo Uf-
fizio v' era venuto, aver vedute oſſervarſi innanzi dagli
altri, e ſopra dice, ch' à tal Uffizio era ſtato eletto l'
anno* 1470. *il qual' ordine quivi teſtificato, è queſto:
La Croce di Santa Maria del Fiore va fuori del Clero, e
con lo Stendardo della Badia di Firenze, e partonſi inſie-
me dal Duomo.*

Senator Segnius, in Libro inſcripto: *Memorie de i
Viaggi, e Feſte, per le Reali Nozze de i Sereniſſimi Spoſi
Violante Beatrice di Baviera, e Ferdinando Principe di
Toſcana, pagina* 71. ita refert.

*Accompagnati da i lumi condotti al ſolito ſu le viti, e
Candelieri d' argento, erano portati da' Sacerdoti li Sten-
dardi del Clero Metropolitano, e della Badia di Firenze,
che per antichiſſimo uſo dall' altro nelle Sollenni Funzioni
non va diſgiunto.*

Hujuſmodi autem Viris multum eſſe deferendum
ſuadet eorum ſingularis doctrina, ſummaque erudi-
tio, ob quas in Florentina hac Academia celeberri-
mi emicuerunt, uti colligitur, quo ad primos duos,
ex prima Parte, edita anno 1700. *Delle notizie litte-
rarie, ed iſtoriche intorno agli Uomini Illuſtri dell' Acca-
demia Fiorentina pag.* 309. *&* 318. Et quoad Senatorem
Segnium, multi ſunt Teſtes, adhuc viventes, ipſius
eruditionis, & delicatioris palati in rebus publicæ cen-
ſuræ ſubiiciendis, qua propter ad prædictas adeò mi-
nutas, exactaſque deſcriptiones non deveniſſent, ne-
que illas edi poſſe fuiſſet permiſſum, ſi ita revera 27
non extitiſſent, ut in terminis publicarum inſcriptio-
num *Tobat. de Immem. cap.* 12. *num.* 7. *in fin.* eoque ma-
gis eiſdem deferendum eſt, quia ſinguli Librum Flo- 28
rentiæ ediderunt, ubi res fuit geſta, & ad totius Po-
puli notitiam jam devenerat. *Larr. dec. Frannat.* 7. *n.*
29. *circa fin. Pignattell. conſ. can.* 91. *ſub num.* 28. *tom.*
7. atque ulterius Senator Segnius Metropolitanæ erat
Operarius, & conſequenter de omnibus veroſimili- 29
ter informatus.

His accedit de re literaria optimè meritus Pater Si-
giſmundus Coccapani, qui in ſua deſcriptione ſolem-
nis apparatus Tranſlationis Corporis Divi Andreæ
Corſini, celebratæ de anno 1683. *pag.* 40. ita proſe-
quitur. *Dopo i quali ſeguivano ſei Comandatori, i quali
immediatamente precedevano li Stendardi del Duomo, e del-
la Badia, che ſono ſoliti per conſuetudine immemorabile an-
dare avanti in ogni pubblica Proceſſione*, & infra *pag.* 41.

*Dopo queſti venivano i Monaci di San Benedetto, detti
della Badia, i quali andavano ſenza la Croce, e Stendar-
do, per eſſer loro privilegio mandarlo nel principio accanto
a quello del Duomo, come ſopra accennammo.*

Roburque addunt Annalia quædam manuſcripta Ab-
batis Razzi, recollecta per Patrem Thomam Minium,
atque exiſtentia in Archivio Monaſterii Camaldulen-
ſium hujus Civitatis, ubi

*La Badia di Firenze, che così dicendoſi s' intende della
principale de' Padri de' Monaci Neri, il cui Confalone col-
la Croce, ſiccome più nobile, e più antica di tutte l altre,
che ſono in eſſa Città, nelle più ſolenni Proceſſioni va al pa-
ri di quello della Cathedrale.*

Non obſtante, quòd dictus Author ſit ex Ordine
Monaſtico: tum quia non agitur de Jure honorifico
ſpeciali ipſius Religionis; tum quia longè jam ab hinc
annis hæc ſcripſerat, quorum approbatores habet præ-
fatos eximios Viros; tum demùm quia ipſe etiam
fuit Vir celeberrimus, ut cætera illius opera, in publi-
cum edita, teſtantur. Nec minoris eruditionis fuit P.
Thomas Mini, quem Virum doctiſſimum appellat
Martinus Jaroſſavienſis Clericus, in ſuo Opere inſcri-
pto *Vitæ, & Miracula Sanctorum quinque Fratrum Polo-
norum Ordinis Sancti Romualdi*, impreſſo Cracoviæ an-
no 1610. quicquid in contrarium obloquantur duo
ex Advocatis Capituli, qui ultimo loco ſcripſe-
runt, cum Hiſtoriarum parùm informatos ſe ſe oſten-
derint.

Non minoris ponderis eſt Diarium ſatis vetuſtum ge-
ſtarum rerum, præcipuè Florentiæ, exiſtens penes
Antonium Magliabechium omnigenæ eruditionis, to-
tique Orbi notiſſimum Virum, ubi ſub die 11. Mar-
tii 1583. ſingillatim tefertur ingreſſus in hanc Civita-
tem Archiepiſcopi de Medicis, præcedente Clero, tam
Seculari, quàm Regulari, hoc ordine: *Moſſeſi dunque
la Proceſſione, come è detto, con li Stendardi innanzi del
Duomo, e della Badia, e dreto ſeguitavano ec.* cui Libro, 30
habenti ſpeciem antiquitatis, deferendum eſſe ait *Ro-
ta dec.* 12. *n.* 11. *poſt de Luc. de Juriſdict.*

Hujuſmodi autem præſtantiſſimorum Florentinorum Hiſtoriis, unanimiter ſuper re, ådeò antiqua depo-
32 nentium, atque egregiè per prædictos alios Hiſtoricos corroboratis, plenam fidem adhibendam eſſe tradunt *Gonzal. in c. cum cauſam 13. num. 4. de probation. Gratian. cap. 893. num. 6. Bonden. colluct. 20. n. 64. lib. 1. Valenz. conſ. 33. n. 84. Angel. in Opuſc. 1. n. 6. poſt tract. de Confeſſ. Garz. de Beneſic. part. 5. cap. 9. num. 107. & ſeqq. Salgad. de Reg. Protect. part. 3. cap. 10. n. 278.* plenè *Pignattell. conſult. can. 91. num. 9. cum ſeqq. tom. 7. Ubag. dec. 24. n. 8. Merlin. dec. 807. num. 4. Coccin. dec. 1867. n. 59. cum ſeqq. Emerix Sen. dec. 29. n. 4. Celſ. deciſ. 25. n. 2. Adden. ad dec. 529. n. 36. part. 4. tom. 3. dec. 353. n. 23. p. 5. dec. 268. n. 20. par. 12. rec.* ubi de ſola enunciativa, confirmata coram *Celſo dec. 328. n. 10. dec. 316. n. 5. part. 14. recent. dec. 22. nu. 22. poſt de Luc. de Juriſdict. Anſald. dec. 78. n. 8.* Et de probatione immemora-
33 bilis *Trobat. de Immem. cap. 54. n. 4. & cap. 12. num. 6.* ubi alii: adeout poſſit Judex Cauſam decidere; & moveri ad credendum ex ſolo Libro Hiſtoricorum: *Bartol. cum cæteris in l. 1. ff. ſi cert. petat. Felin. in cap. ex parte, num. 25. de reſcript. Tuſc. lit. H. concluſ. 539. in fin.* etiamſi de alieno auditu loquantur. *Felin. in c. cum*
35 *cauſam, ſub num. 1. de probat. Franciſ. Coſt. conſ. 23. numer. 122. Valenz. d. conſ. 33. num. 85. Maſcard. de Probat. concluſ. 287. nu. 2. Probat. de Immem. d. cap. 4. num. 14. & 15.* præſertim cum agatur de factis antiquis: *Gonzal. in d. cap. cum cauſam 13. num. 6. de prob. Angel. opuſc. 1. ſub num. 2. poſt tract. de Confeſſ. Coccin. deciſ. 1715. numer. 19. Emerix Jun. dec. 564. nu. 10. Ubag. dec. 24. n. 8. Rota deciſ. 353. num. 26. part. 5. recent. dec. 101. nu. 4. & 5. part. 8. dec. 424. num. 5. part. 14. deciſ. 196. nu. 4. dec. 631. n. 24. part. 19. recent.* Cum immemorabilis ex
37 enunciativis etiam Scripturarum, antiquis, & continuatis, probetur. *Burrat. dec. 435. n. 9. dec. 12. nu. 9. poſt Tondut. de Penſion. dec. 568. num. 36. cum ſeqq. part. 10. recent. dec. 544. nu. 8. 14. & 55. part. 16. recent. Otthobon. dec. 525. num. 2. 3. Adden. ad Ludoviſ. dec. 51. n. 51. dec. 9. num. 11. poſt de Luc. de Servit. dec. 85. num. 51. poſt Urceol. de Tranſact. De Luc. Annot. ad Concil. diſc. 11. n. 17. Trobat. de Immem. part 12. num. 15. ad 17.*
38 ubi maximè procedere inquit, ſi ſint geminatæ à diverſis perſonis, ut in caſu noſtro *Parex. de Edit. Inſtr. tit. 2. reſol. 2. n. 61. Mareſc. Var. Reſ. lib. 2. reſol. 100. n. 16. cum ſeqq.* & facit *Genua de Enunc. lib. 2. quæſt. 1. n. 38. & ſeqq.* ubi quòd arbitrio Judicis remittitur, quod
39 tempus dicatur antiquum, eoque magis ſi enunciativæ
40 ab aliis adminiculis corroborentur, ut hic, quia etiamſi tunc aliquam paterentur exceptionem, probant. *Rota dec. 509. n. 11. & 16. part. 14. rec.*

Fortiùs verò ſi addamus moderniores alios Compilatores rerum Florentinarum, Franciſcum ſcilicet Cionaccium Clericum, in Libro inſcripto — *Relazione delle Santiſſime Reliquie della Chieſa Metropolitana della Città di Firenze*, ubi inſeritur relatio ſolemnitatis celebratæ de anno 1685. in qua publicæ venerationi fuit expoſitum Corpus Divi Zenobii, & *pag. 74.* ſic inquit.

Moſſi li due Stendardi della Metropolitana, e della Badia Fiorentina in coppia, com' è ſolito nelle Soleni Proceſſioni.

Nec non etiam Ludovicum Antonium Giamboni in Libro inſcripto *Diario Sacro*, in quo minutatim ſingula, quæ ad pietatem, & devotionem conducunt Florentiæ, deſcribuntur, & *pag. 119. & 366.* in Relationibus Proceſſionum Vigiliæ Sancti Joannis Baptiſtæ, & Sanctiſſimi Corporis Chriſti, habet in primo loco,

Lo Stendardo della Metropolitana, e quello della Badia in coppia; atque in altero. *Lo Stendardo della Metropolitana, e della Badia de' Monaci Caſſinenſi in coppia ec.*

Nec prætermittendi ſint P. Abbas Puccinellius, & P. Abbas Gamurrini, quorum primus, tam in vita B. Gomerii *pag. 14.* quàm in Chronicis Monaſterii hujus Civitatis Florentiæ *pag. 12.* æqualem inceſſum refert ab antiquiſſimo tempore Vexilli Monachorum, cum altero Metropolitanæ, ejuſdemque honorabilis conſuetudinis originem exponit. Quod idem confirmat ſecundus in Hiſtoria Genealogica Familiarum Nobilium *tom. 3. pag. 157.*

Nil refragante, quòd ſint inter ſe contrarii, & quòd in varios errores reſpectu rei, de qua agitur, inciderint: quia illud in facto non ſubſiſtinetur, prout evincit peculiaris reſponſio ex parte Monachorum communicata, quemadmodum non reſiſtit: quòd ambo ſint de eodem Caſſinenſi Inſtituto, tum quia ſcripſerunt longè ante præſentem controverſiam, tum quia eorum authoritas ex aliis ſupradictis approbatiſſimis Scriptoribus comprobatur, atque etiam ex pluribus Teſtibus, favore Monachorum formiter examinatis, & de inceſſu Vexilli in eadem linea deponentibus, ex quibus modernioribus Hiſtoricis una cum Teſtibus, in eodem ſenſum concurrentibus, certum eſt, quòd 41
antiquiores ſupradictæ Hiſtoriæ corroborantur, & indubitabiles redduntur, *Angel. in d. Opuſc. 1. nu. 9. poſt Tract. de Confeſſ. Pignattell. conſ. can. 91. n. 28. in fin. tom. 7. Priol. dec. 28. n. 37. Coccin. dec. 93. n. 16. dec. 1715. n. 19. & 20. cum ſeqq. dec. 353. num. 28. part. 5. rec. Anſald. dec. 78. num. 8.* & in fortioribus de partita extracta ex 42
Libro cujuſdam ſocietatis *deciſ. 560. in fin. part. 59. rec.* Et fama quædam, rumorque univerſalis, veluti publicum teſtimonium ſuboritur, quæ rei veritatem in 43
antiquis confirmat, ut notat *Gonzal. in cap. cum cauſam 13. num. 7. de prob. Trobat. de Immem. quæſt. 12. num. 11. Ludov. Bell. conſ. 4. num. 10. Pignattell. conſ. 91. num. 59. tom. 7. Rota dec. 268. num. 20. part. 14. rec. & coram Coccin. dec. 1715. num. 20. coram Emerix. Jun. dec. 189. num. 9. dec. 1171. n. 13. & in Pampilonen. Præem. 3. Februarii 1700. verſic. Potiſſimum quia, coram dell'Olmo,* maximè quia plures ex iiſdem Teſtibus annum quinquageſimum quartum excedunt, de non interrupto plurium annorum ſpatio deponunt, de viſu, de publica voce, & fama, & quòd ab aliis audiverint, nec non de re, de qua magis præciſam notitiam habere debent, propter neceſſitudinem proprii Officii, qua in principio Proceſſionum incedere tenentur; quibus con- 44
currentibus plena fides ipſis adhibetur, *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 65. num. 165. Celſ. dec. 40. num. 9. Emerix Jun. dec. 956. nu. 4.* etiam in eo, quod deponunt de auditu. *Corr. dec. 721. n. 3. dec. 505. num. 4. 5. part. 8. rec.* 45
& de publica voce, & fama. *Coccin. dec. 1867. nu. 2. dec. 2027. n. 28. dec. 2110. n. 3.* de qua ſatis eſt, quod 46
deponant diuturna, nec requiritur, quòd teſtentur de 47
immemorabili. *Felin. in cap. cauſa numer. 3. de præſcr. Mareſc. Var. reſ. 17. num. 1. cum ſeqq. lib. 1. Coccin. dec. 2139. num. 12.* adeò ut Teſtes, Hiſtoriæ, & cætera documenta, atque adminicula ſimul juncta, ad immemorabilis probationem ſufficiant, ex congeſtis per 48
Trobat. de Immem. quæſt. 12. num. 19. Rota in Nullius, ſeu Senogallien. Bonor. coram Muto poſt de Luca de Servit. dec. 20. n. 9.

Et quatenus de rigore juxta prædicta immemorabilis conſuetudo reſultare negaretur, adhuc ejuſdem ſi non immemorabilem, ſufficientem tamen probationem favore Monachòrum concurrere exiſtimo.

Ad cujus rei evidentiam animadverto, quòd quamvis conſuetudo, vel obſervantia Juri communi contraria, præferens minùs dignum magis digno, & quæ præſertim immemorabilis non ſit, tanquam corruptela non attendatur: *Panimoll. dec. 1. annot. 2. nu. 4. & 5.* 49
Addent ad Ludoviſ. dec. 124. ſub num. 4. cæteriquè in contrarium cumulati; hujuſmodi tamen limitatio intelligitur, quando indiſtinctè in omnibus caſibus conſuetudo præfert minùs dignum magis digno, ſecus 50
quando in aliquo tantùm caſu particulari ex aliqua circumſtantia, nam tunc conſuetudo attenditur, & ſubſtinetur *Tondut. Reſ. Beneſ. 81. in fin. Tranchedin. conſ. 14. num. 7. 8. De Luc. ad Grat. dec. 26. numer. 4. Card. de Luc. de Præemin. diſc. 23. in fin.* ubi, quòd hodiè hoc principium eſt planum. *Pignattell. conſ. can.* 51
35. n. 30. ubi, etiam ſi ſit contra Jus. *Panimoll. dec. 1. annot. 2. n. 7. 8. Pen. dec. 993. n. 8. Pamphil. dec. 127. num. 8. & 13. Merlin. dec. 779. num. 6. Adden ad Ludoviſ. dec. 124. n. 4. & ad dec. 310. num. 10. dec. 18. nu. 15. poſt Antonell. de Jur. Cler. dec. 560. n. 17. 18. part. 19. rec.* Et ſi ſit contra Jus, & militet pro ea aliqua rationabilitas, vel ulteriùs procedendo Jus non reſiſtat, ſpatio quadraginta annorum præſcribitur. *Trobat. de Immem. quæſt. 3. n. 131. Manriquez Præced. quæſt. 18 ſub num. 10. Bich. dec. 477. num. 12. dec. 233. num. 22. part. 13. rec. deciſ. 91. num. 9. part. 54. dec. 222. numer. part. 55. rec. Adden. ad Pamphil. dec. 120. verſ. rationabilis.*

Adden.

Adden. ad Ludoviſ. dec. 124. n. 4. Panimoll. dec. 1. annot.
2. n. 22. Emerix Jun. d. dec. 764. n. 9. Bertacchin. vot. 172.
num. 4. Rota in d. Pampilon. Praemin. 3. Februarii 1700.
verſic. Sed etiam, cor. dell' Olmo. Si verò ſit tantùm præ-
53 ter Jus, ſpatio decem annorum inducitur, ut diſtin-
guendo tradit Gonzal. in cap. 1. ſub num. 11. de conſuet.
Trobat. de Immem. loc. cit. n. 136. & 137. De Luc. de præe-
min. diſc. 22. num. 4. Altovit. in vot. 8. n. 4. poſt Rembold.
Valenz. conſ. 201. num. 43. Maſtrill. dec. 130. numer. 17.
& de Magiſtrat. lib. 5. cap. 4 num. 32. Coccin. dec. 1014.
num. 2. 3. Panimoll. d. dec. 1. in fin. & in annot. 2. num.
20. Adden. ad Pamphil. dec. 120. num. 7. dec. 127. nu. 9.
Anſald. dec. 25. num. 11. dec. 102. num. 19. p. 10. recent.
54 quamvis aliquantulum Juri communi repugnet dec. 214.
num. 2. 13. part. 4. tom. 2. rec. Anſald. dec. 25. in annot.
num. 10. in tantum, ut nè detur manutentio contra
55 Juris reſiſtentiam, debeat hæc eſſe vehemens, & ine-
vitabilis. Mareſcot. Var. lib. 1. cap. 11. num. 19. & 45.
Ridolph. Prax. part. 2. cap. 12. num. 271. Far. ad Covar.
Pract. Quæſt. 17. n. 27. Pen. dec. 993. n. 6. Ubald. dec. 492.
num. 10. Addent. ad Buratt. dec. 131. nu. 8. Ludoviſ. dec.
370. num. 7. & 10. Emerix Jun. d. dec. 964. num. 10. Ber-
tacchin. d. voto 172. n. 5. nec inquirendum ſit, an con-
ſuetudo, quæ legibus contraria non eſt, ratione nita-
56 tur, cum talem præſumptionem habeat, & non de ipſa,
ſed ſecundum ipſam ſit judicandum, ut inquit D. Au-
guſtinus, relatus in c. conſuetudinis 11. diſtinct. & poſt
illum Gonzal. in c. cum tanto fin. n. 5. de conſuetud.

Juri autem non cootraria conſuetudo, ſed præter
Jus, & non irratinnabilis dicitur, quando idem aliqua
57 expreſſa diſpoſitio, vel Canon non repugnat, nec eſt
nutritiva peccati, vel ſcandali. Gloſſ. in c. fin. V. ratio-
nabilis, de conſuetud. Pen. dec. 259. nu 4. impreſſ. Venet.
& deciſ. 993. num. 5. impreſſ. Lugduni, Seraphin. deciſ.
639. num. 1. & dec. 645. num. 1. cum ſeq. dec. 28. num.
1. part. 3. rec. ubi Rubeus num. 9. dec. 560. num. 9. & 10.
part. 19. rec. & quando id, quod inducitur, eſſet pri-
58 vilegio conceſſibile. Oldrad. conſ. 172. nu. 2. Pen. dec.
103. n. 18. impreſſ. Venet. vel alia concurrente cauſa,
aut circumſtantiis, per Judicem ponderandis, in cu-
59 jus arbitrio reſidet definire, an conſuetudo ſit ratio-
nabilis, nec nè. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ.
82. cum ſeqq. Manriq. de Præced. quæſt. 12. n. 2. Pani-
moll. dec. 1. annot. 2. ſub num. 12. Rub. in Addit. ad dec.
28. n. 1. part. 3. rec. Adden. ad Pamphil. dec. 120. n. 8. d.
dec. 222. num. 34. part. 15. rec. dec. 19. n. 19. poſt Anto-
nell. de Jur. Cler.

Cum igitur in caſu noſtro non controvertatur præ-
cedentia Cleri Secularis ſupra Regularem, cum Se-
cularis undequaque præcedat, quia ipſius Vexillum al-
tius, à ſuis Ceroſerariis aſſociatum, & ad manum dex-
60 teram deſertur, quæ præcedentiam regulariter impor-
tat. Gloſ. in c. quàm periculoſum, verſic. primatus 7. quæſt.
5. Felin. in Rubr. de major. & obed. num. 8. Tholoſ. de Re-
pub. lib. 4. cap. 10. num. 12. verſic. contrariam. Tiraquel.
de Primog. in præfat. num. 13. Alex. ab Alex. Dier. Gen. l.
2. cap. 19. in med. Pen. deciſ. 456. num. 4. & dec. 1420.
num. 2. ubi in terminis præcedentiæ duarum Cru-
cium. Coccin. dec. 1731. num. 2. deciſ. 115. n. 2. part.
5. deciſ. 320. n. 2. part. 11. recent. Panimoll. deciſ. 1. an-
not. 8. n. 38 & annot. 14. num. 9. Bich. dec. 566. num.
14. plenè Pignatell. conſ. can. 36. num. 7. & ſeqq. tom. 4.
& conſ. 12. num. 2. tom. 5. atque etiam ultimum locum
Proceſſionis retinet, qui pariter digniori tribuitur, &
61 præcedentiam deſignat, cap. perlectis 25. diſtin. quem
ſingularem dicit ibi Præpoſ. num. 10. Pax Jordan. Elu-
cubrat. lib. 11. tit. 2. de Proceſſion. n. 28. Panimoll. dec. 1.
num. 5. & in annot. 3. num. 6. annot. 14. numer. 3. 5.
Pen. deciſ. 456. num. 1. Ludoviſ. deciſ. 310. num. 2. &
8. Merlin. deciſ. 779. num. 3. dec. 320. num. 25. part. 11.
dec. 87. num. 14. & ſeqq. part. 17. recent. Nec quo ad
hoc aliqnid per Monachos prætenditur, quòd Epiſco-
porum Cæremoniale obſervetur, ſed quæſtio ſolùm
eſt circa exuberantem majorem, vel minorem præce-
dentiam Vexilli Metropolitanæ, non tam reſpectu
manus dexteræ, quàm inceſſus aliquantum anterioris,
quem ſi in æquali, & eadem linea admittamus, jam
patet nihil contra dictum Cæremoniale induci, cum
de hoc nihil diſponat, nec contra Clem. VIII. Con-
62 ſtitutionem, quæ ad ea tantùm reſtringitur, quæ in
eodem Cæremoniali ſunt expreſſa, ut dixit Rota dec.
102. num. 12. part. 10. recen. & in Pampilonen. Præem.
7. Martii 1701. coram dell' Olmo §. Conſuetudo verò, in
fin. & 11. Decembris 1702. coram Lancett. De Luca in
Miſcell. Eccleſ. 39. num. 7. cum aliis ſupracitatis ver-
ſic. Juri autem, & quæ abuſum redolent, & corru-
ptelam, Panimoll. d. dec. 1. annot. 2. num. 34. Quinim- 63
mò ad hunc effectum ſatis eſſet, ſi dubitaretur, an di- 64
ctum Cœremoniale reſiſteret. Rot. d. dec. 102. n. 16.
part. 10. rec.

Et ſi, quoties conſuetudo, vel obſervantia non in
totum derogat juri, præferendo minùs dignum magis
digno in aliquibus tantùm caſibus, loco, vel circum-
ſtantiis, attendenda eſt, nec tanquam irrationabilis
reiicitur, ut præmiſimus; quanto magis erit atten-
denda in noſtra hypotheſi, in qua nulla per Mona-
chos præcedentia adverſus Capitulum prætenditur;
nec per hoc, quòd eorum Vexillum æqualiter cum al-
tero Capituli incedit, aliqua irrationabilitas ad ex-
cludendam conſuetudinem reſultare poſſit, cum ma-
gis, vel minùs præcedere, vel major, aut minor con- 65
gruentia, non poſſit dici habere Juris reſiſtentiam,
ex quo rem non alterat, nec differre facit. Marcerat.
Var. lib. 3. c. 3. c. 39. n. 4. Lar. de Capell. lib. 2. c. 8. n.
4. Gratian. cap. 752. num. 90. atque in ſpecie conducunt
De Luc. de Præmin. diſc. 26. n. 23. Anſald. dec. 25. nu.
10. in annot.

Indubitaoter verò, quia non ſolùm inceſſus duarum
Crucium, & Vexillorum in æquali linea irrationa-
bilis non evadit, ſed ex circumſtantiis ſummè ratio-
nabilis, & commendabilis cenſetur: tum quia in
contrarium prætenſus inceſſus nunquam per Cæremo-
niale Epiſcoporum admiſſus apparet, quinimmò ex-
preſsè contra illud, & commune Scribentium placi-
tum admitteretur, ex quibus Crux inter duos Cero-
ferarios ad ipſius, & Crucifixi honorem, deferenda eſt.
Bauldr. in Manual. Cærem. de Proceſ. cap. 14. num. 3. &
7. & de Proceſſ. Sanctiſſimi Sacramenti, artic. 13. num. 3.
Caſtald. in Prax. Cærem. lib. 2. ſect. 10. ſub num. 10. Ga-
vant. in Theſ. Sacr. Rit. part. 2. tit. 13. num. 4. lit. H. &
part. 4. tit. 12. num. 5. in fin. Et tamen juxta ſenſum Te-
ſtium Clericorum, à Capitulo inductorum ſuper In- 66
terrog. 27. extra Ceroſerarios Crux Monachorum pro-
cederet, tum quia eſſet nimis indecorum, atque in-
honeſtum, maximamque diſſonantiam redoleret, ſi
una Crux, quinimmò una Chriſti Redemptoris imago,
adeo inſolito procedendi ordine, abſque ullo Cano-
num, vel rationis fundamento, diverſimodè colere-
tur, atque alteri quodammodò famularetur; Decen-
tia autem quòd multum advertenda ſit in diſputatio- 67
nibus Præcedentiarum, & quod indecorum eſt, evi-
tari debeat, tradunt Valenz. conſ. 34. n. 178. cum ſeqq.
Altograd. conſ. 1. n. 61. lib. 2. Manſ. conſ. 589. n. 13. Spe-
rell. dec. 179. n. 32. Rot. dec. 411. n. 2. in fin. part. 2. rec.
dec. 252. n. 11. part. 6. rec. augendamque eſſe honorifi-
centiam Cultus Divini, & pro ea omnem faciendam 68
eſſe interpretationem, inquit Rota coram Coccin. dec.
1762. n. 4. Ludoviſ. dec. 483. n. 6.

Atque ex his præſuppoſito etiam, quòd immemora-
bilis favore Monachorum non probaretur, ſatis ta- 69
men, ſuperque de ſufficienti conſuetudine, vel ob-
ſervantia liqueret, ex ſupra recenſitis Hiſtoriis, cæ-
teriſque documentis, una cum Teſtibus, deponenti-
bus de longo tempore, pluralitateque actuum, arbi-
trio Judicis ponderandis, ad ea, quæ per Mareſcott.
Var. lib. 2. cap. 100. num. 1. & ſeqq. Maſtrill. de Magi-
ſtr. lib. 5. cap. 4. num. ... Manſ. conſult. 617. n. 54. Man-
riq. de Præced. quæſt. 18. n. 22. Trobat. de Immemor. quæſt.
3. n. 156. cum ſeqq. & quæſt. 12. n. 71. Ottbobon. dec. 53.
num. 26. & ſeqq. dec. 15. n. 15. part. 6. recent. alioſque
mox ſupra allegatos: Et cum non agatur de proban-
da conſuetudine inceſſus in capite Proceſſionum, qui
non controvertitur, ſed ipſius tantùm circumſtan- 70
tiam, minores etiam actus, minorque teſtium numerus
ſufficeret: dec. 360. num. 6. part. 14. rec. ceſſantque
ea, quæ tam longo apparatu favore Capituli ſcripta
fuerunt de Præcedentia, quæ Clero Seculari ſupra
Regularem debetur, eaque non præſcriptibili ob
reſiſtentiam Cæremonialis Epiſcoporum, & Cle-
mentis VIII. Conſtitutionis, illud confirmantis;
quia talis Præcedentia à Monachis non negatur, nec
per allegatam ab eis conſuetudinem tollitur, cum

Capituli Veaillum, & Corpus, jam in digniori loco
io Proceſſionibur procedat, ut firmavimus.
Nequè ex eo, quòd Monachorum Vexillum aute
omnes io his caſibus præit, aliqua major Præcedentia
deſumi poteſt: quia, vel ea conſideratur reſpectu cæ-
terorum Clericorum, tam Secularium, quàm Regu-
larium, vel reſpectu Capituli: Si reſpectu primorum,
hi non ſunt in Cauſa, & quatenus adeſſent, milita-
rent contra eos omnia hucuſque ponderata de inceſſu
dicti Vexilli in capite Proceſſionum, qui prout
à Capitulo non controvertitut, ita neque à reliquias
Clericis controverti valet ob antiquiſſimam, & im-
71 memorabilem obſervantiam, toto Clero, Magiſtrati-
bus, & Populo videntibus, ut advertit etiam *Rota de-
ciſ. 781. num. 8. part. 18. recent.* Quòd ſi Præcedentia
conſideretur reſpectu Capituli, non ex eo tantùm illa
deſumenda eſt, quòd Monachorum, & ipſius Vexil-
la, in æquali linea deferantur, quotiès cætera quo-
72 que paria non ſunt, cum illud Capituli ad manum dea-
tetam iu majori altitudine, ſuiſque luminibus aſſo-
ciatum incedat, ipſumque Capituli Corpus digniorem
locum in Proceſſionibus occupet, ita *Rota dec.* 320.
num. 26. 27. *part.* 11. *recent.* repetita in ordine apud *Bi-
cb. dec.* 566. *num.* 31. Et ſi majorem dignitatem, bo-
norificamque receptionem neceſſariò non importat ma-
73 nus dexteræ conceſſio, cum ſecundum ſubjectam ma-
teriam poſſit etiam ab aliis circumſtantiis deduci; *Rot.
dec.* 15. *n.* 7. 8. *part.* 6. *rec.* eo minùs major Præceden-
tia ex æquali inceſſu argui poterit, ſi cætera favote
Monachorum majoritatem denotantia non concurrunt.
Redditurque proindè inapplicabilis deciſio *in Oppiden.
Proceſſ. apud Pignattell. conſ.* 26. *num.* 7. *& ſeqq. tom.* 4.
& apud Sperell. dec. 179. nam ibi agebatur de miſto,
74 confuſoque ioceſſu diverſarum perſonarum Secularium
75 Clericorum, & Regularium, quam membrorum di-
verſorum couſuſionem, & miſturam, cum jura ab-
horreant, *Manſ. conſ.* 569. *num.* 14. *De Luc. de Praem.
diſc.* 24. *num.* 5. *Coccin. dec.* 1731. *num.* 5. *dec.* 111. *nu.*
5. *part.* 5. *dec.* 15. *num.* 4. *part.* 6. *rec. dec.* 86. *num.* 35.
poſt Urceol. de Tranſ. Quinimò, & ſi diverſa Secula-
76 rium tantùm corpora miſceantur, *d. dec.* 15. *n.* 3. *cum
ſeqq. part.* 6. *rec.* eaque per Bullam Clementis VIII.
editam de anoo 1600. Cæremonialis confirmatoriam,
77 ptohibeatur, circumferaturque Gregorii XV. Diplo-
ma de die 20. Februarii 1621. uti per extenſum refert
Pignatell. conſ. can. 26. *num.* 2. *&* 4. *tom.* 4. *Panimoll. d.
dec.* 1. *anno.* 3. *num.* 9. non mirum ſi deindè Rota in di-
cta *Oppiden.* emanata poſtea ſub die 18. Maji 1646.
eandem miſturam, tanquam Juri contrariam, damna-
78 verit, quòd tamen caſui noſtro non conveoit, in quo
Juris reſiſtentiam reſpectu æqualis Vexillorum inceſſus,
vel perſonarum diverſarum conditionum miſturam
non habemus, qua deficiente, non quadrat nimis de-
cantatum Deuteronomii præceptum *capit.* 22. *de non
arando in bove, & aſino*, cui aliàs diverſus ſenſus,
magiſque planus, & genuinus tribuitur per doctiſſi-
mum *Cornel. à Lapid. in Commen. ad dictum locum*, nè
79 ſcilicet aſinos debilioris naturæ, quàm bos, plus æquo
gravttur, atque opprimatur, prout quàm ſæpiſſimè
inter homines diverſorum Ordinum, & conditionis
evenit, ut qui majori pollent authoritate, humiliores
opprimere non formidant, neque etubeſcunt; nec alie-
na ſunt, quæ de ſimilibus Scripturæ locis tradit *Bene-
dictus Pererius Comment. in Geneſ. l.* 1. *ſuper Oper. ſexti diei
verſ.* 24. *ſub §. Rupertus lib.* 1.
80 Minùs turbat, quòd Hiſtoricis, & Chroniſtis, tum
demum fides adhibeatur, quando communiter fueruut
recepti, & ab antiquo per univerſalem Populi con-
ſenſum approbati, ut per *Bonden. collect.* 15. *n.* 69. *tom.*
2. *Arguel. dec.* 17. *num.* 20. *dec.* 221. *num.* 3. *poſt Torr.
de Pact.* tum quia gratis aſſeritur, Hiſtorias ſupta re-
latas non eſſe in ſua materia conſtanter receptas, at-
81 que approbatas, cum nihil in tam longa controver-
ſia fuerit deductum, quòd illis obverſaretur; *Rot. dec.*
18. *num.* 9. *poſt de Luc. de Juriſdict.* tum quia plures
ſunt, & ab eximiis Viris, diverſiſque temporibus
editæ, eandemque rem, tanquam notoriam, & iu-
82 dubitatam referentes, ea qua loquendi conſuetudine
veritatem comprobari conſuluit *Bald. conſ.* 161. *num.*
3. *lib.* 3. in ipſa hac præſertim Civitate, ubi facilè
ſuper narratorum ſubſiſtentia redargui poterant; tum
demum quia earundem major pars per Vicarios Ge-
nerales, qui ſemper de gremio Capituli eſſe ſolent,
fuerunt approbatæ, ad quod adeo oſcitanter non de-
veniſſent, ſi rem Capitulo præjudicialem illas conti- 83
nere deprehendiſſent, cum in proprio officio negli-
gentes non præſumantur, approbando Hiſtorias à
veritate alienas. *Menoch. de Præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 77.
num. 3. *Noguerol. alleg.* 2. *numer.* 120. *Rota in Nullius,
ſeu Senogall. honor.* 23. *Junii* 1697. *§. Tamen*, *&* 13.
Maji §. Speciales, coram Muto. Et io proximis termi-
nis fuit dictum *in Valentin. Juriſdict.* 14. *Februarii* 1698.
§. final. cor. Priol. in Tarracon. Juriſd. 2. *Decembris* 1701.
§. 3. *coram Molines, in Toletana Juriſd. ſuper perti-
nent. Eccleſ.* 15. *Junii* 1690. *cor. eodem, dec.* 809. *nu-
mer.* 18. 19. *part.* 18. *rec. dec.* 48. *n.* 9. *poſt Antonell. de
Jur. Cler. dec.* 10. *n.* 13. *poſt De Luc. de Servit.*
Inſubſiſtens non minùs eſt probatio, ex Libercolo
Præceptoris ſupremi Magiſtratus, arguendo ab ordi-
ne Scripturæ; nam talis ordo non ſemper ordioem 84
præcedendi deſignat, cum ſæpè ſit furtivum, adeo
ut leviſſimum hoc argumentum teputetur *à Bordon. de
Præced. & Major. quæſt.* 36. *numer.* 134. *Paſcucc. ad
conſult. Pignatell. de Præced. part.* 2. *pagin. mihi* 230. *ver-
ſic. an quando unus in Scriptura &c.* Fortiùs quia non
apparet de cujus mandato, & authoritate, dictus
Liberculus ita fuerit inſcriptus, ſed potiùs ad ipſius 85
Præceptoris arbitrium, & in proximis terminis adver-
tit *Altovit. vot.* 8. *n.* 52. *poſt Rembald. deciſ.* concurritque
major probatio ab expreſſa declaratione in eodem Li-
berculo apparente, ubi habetur.

Le prime a muoverſi ſono queſte.

*Lo Stendardo di Santa Maria del Fiore,
E Lo Stendardo della Badia di Firenze.*

Quibus verbis *le prime à muoverſi*, cum æqualiter tan-
quam primum utrumque Vexillum determinetur, 86
æquali etiam motu, inceſſuque procedere debere in-
fertur, ad regulam *Tex. in l. jam hoc jure ff. de vulg. &
pupil.* atque expreſſa hæc declaratio tacitæ argumen- 87
tationi ab ordine ſcripturæ præferri debet *Everard. in
argum. ex loco ab ord. ſub num.* 15. *Barboſ. axiom.* 89.
num. 2. 3.
Et dato demùm millies, quòd ex dicto Liberculo
aliqua reſultaret probatio, & quòd ordo Scripturæ
eſſet attendendus; tamen vel ex actu vocandi non
infertur ad actum inceſſus, ut in ſimili *Buratt. dec.* 303. 88
n. 9. vel talis ordo ſatis operaretur, ſi præcedentiam
Veailli Metropolitanæ reſpectu maous dexteræ deſi-
gnaret; abſque eo quòd inſolitam, ulterius inauditam-
que, à Capitulo præteuſam, reſpectu inceſſus aliquan-
tulum antea, oſtenderet.
Corruit pariter, quod in teſtium depoſitionibus, à
Capitulo examinatorum, ponitur fundamentum, cum
plures patiantur defectus, tam iu perſoois, quàm in
dictis, quos Monachorum in Cauſa Patronus in ſua
facti Informatione diligenter examinat; vel quia ali- 89
qui teſtantur per verbum *videtur*: *Conciol. allegat.* 93. 90
num. 11. *dec.* 677. *ſub num.* 3. *part.* 2. *rec.* & cum ni-
mia animoſitate: *Bonden. collect.* 3. *num.* 115. *vol.* 2.
alii non de neceſſitate, nec de toto Proceſſionum in-
ceſſu, ſed de aliquibus tantùm locis, ubi illas vide-
runt, in quibus Vexillum Abbatiale aliquantum retrò
potuit fortuito reperiri, cum non probet hoc eſſe, 91
quod ab hoc contingit abeſſe: *l. non hoc C. und. legit.
l. ad probat. C. de probat. Bonden. collect.* 3. *num.* 131. *vol.*
2. *Celſ. dec.* 248. *num.* 4. *Duran. dec.* 337. *n.* 38. *Dunozz.
ſen. deciſ.* 198. *num.* 5. Plures cum Canonicis conſan- 92
guinitate conjunguntur: *Farinac. de Teſtib. quæſt.* 34.
n. 26. *&* 30. *Cel. dec.* 166. *n.* 6. *dec.* 54. *num.* 12. *p.* 17.
recen. vel ſunt de gremio Ordinis Clericalis, de cujus
honorificentia agitur, & cum aliquali affectione de- 93
ponunt: *Bald. conſ.* 81. *ſua num.* 3. *lib.* 1. *Farinac. de
Teſtib. quæſt.* 60. *n.* 29. *Capyc. Latr. dec.* 181. *num.* 41. *E-
merix Jun. dec.* 112. *n.* 7. *& dec.* 1278. *n.* 12. *dec.* 208.
num. 9. *part.* 17. *rec. benè Coccin. dec.* 2035. *num.* 3. *Rota
in Pampilonen. Præemin.* 3. *Februarii* 1700. *ſub verſ. nec
Petri poſſeſſio, coram dell' Olmo*; eoque minùs atten-
dendi ſunt in concurſu Teſtium favore Abbatialis Ec- 94
cleſiæ deponentium, qui magis probant, cum pro affir-
mativa

mativa teſtentur: *Ludoviſ. dec.* 449. *numer.* 3. *Emerix*
Jun. dec. 773. *num.* 3. *dec.* 102. *num.* 27. *part.* 10. *recen.*
dec. 242. *num.* 4. *part.* 16. *rec.* & *in d. Pampilonen. Præ-*
emin. 3. *Februarii* 1700. *verſ. vel contraponendi*, *in fin.*
& in illius confirmatoria 7. *Martii* 1701. *verſ. Teſtes*
95 *verò*, *coram dell'Olmo*, & pro Monachis reis conven-
tis, *Buratt. dec.* 631. *num.* 15. nec non de magis veri-
96 ſimili magiſque honorifico inceſſu: *Poſth. de Manut.*
obſerv. 71. *num.* 85. & *ſeqq. Ludoviſ. deciſ.* 51. *numer.*
2. *Coccin. dec.* 1502. *nu.* 23. *Addent. ad Pamphil. dec.*
13. *ſub num.* 14. *verſ.* 2. *dec.* 287. *num.* 6. *part.* 8. *rec.*
97 eoque continuato in æquali linea, tam reſpectu prin-
cipii, quàm medii, & finis Proceſſionis: *dec.* 111. *nu.*
41. *part.* 5. *rec. Burrat. dec.* 903. *n.* 10. magiſque ſint in-
98 formati de re, ad proprium officium pertinente, uti
ſunt plures publici Præceptores: *Farinacc. de Teſtibus*
quæſt. 65. *n.* 233. & 165. *cum ſeqq. Surd. conſ.* 430. *n.*
12. *Pamphil. d. dec.* 13. *n.* 7. & *ſub n.* 14. *verſ.* 4.

Et quamvis ex parte Capituli multum deferendum
eſſe prætendatur nonnullis Clericis, de facto proprio
aſſerentibus, quòd cum Vexillo Metropolitanæ an-
te alterum Monachorum inceſſerint, nihilominùs,
ultraquamquod; tanquàm de gremio Clericalis eiſdem
fides minuitur, ut diximus, quo ad majorem, vel
minorem diſtantiam inter unum, atque alterum Vexil-
lum non conveniunt, ad quam probandam principa-
liter fuerunt inducti; ideoque cum talis varietas ſit
99 in ſubſtantiali, ad ea quæ *per Addent. ad Alex. conſ.*
45. *num.* 6. *lib.* 2. eorundem etiam Teſtium dictum eo
magis vitiatur: *Afflict. dec.* 72. *num.* 6. vel ſaltem negari
100 nequit, quòd à Teſtibus contrariis Monachorum de-
101 bilitentur. *Rot. dec.* 158. *n.* 11. *par.* 10. *dec.* 327. *num.*
13. *part.* 12. *rec.* prorſuſque ab illis ſuperantur, ſi plu-
102 ribus, gravibuſque ſupradictis Hiſtoriis conjungantur.
Salicet: in l. in exercendis, *ſub num.* 6. *C. de fid. inſtrum.*
Grammat. dec. 335. *ſub num.* 7. *Rota dec.* 322. *num.* 13.
part. 6. *rec. dec.* 252. *num.* 7. *part.* 18. *rec. Dunozz.*
Jun. dec. 734. *num.* 10. *Emerix Jun. dec.* 296. *num.* 7.
cæteriſque adminiculis favore Monachorum ſupra
103 ponderatis: *Cerr. dec.* 3. *num.* 26. *dec.* 791. *num.* 9.
dec. 893. *num.* 3. & *in recent. dec.* 383. *num.* 12. *dec.* 388.
num 2. *part.* 16. *rec.* Quinimmò ſola inter eoſdem Te-
ſtes conquaſſatio ſufficeret ad hoc, ut pro Monachis
reſponderi poſſet, pro quibus ſupradictæ militant Hi-
ſtoriæ, quæ etiam in concurſu Teſtium, ſolæ, tan-
104 quàm minus ſuſpectæ, magis attenduntur, *ad Text.*
in l. Cenſus 10. *C. de probat. l. in finalibus* 11. *ubi Cujac.*
ff. finium regun. Manſ. conſ. 143. *numer.* 51. *Trobat. de*
Immun. quæſt. 12. *num.* 23. & 68. *Rot. dec.* 531. *n.* 23.
part. 5. *tom.* 2. *rec. dec.* 252. *n.* 6 *part.* 18. *rec. deciſ.* 484.
n. 13. *part.* 19. *rec. Buratt. deciſ.* 952. *num.* 9. *Dunozz.*
Sen. dec. 198. *num.* 6. *Carill. dec.* 75. *num.* 24. *dec.* 216.
num. 10. *Celſ. dec.* 38. *num.* 9. Et magis in ſpecie de
Scripturis, Libris, atque Hiſtoriis antiquis, *Trobat.*
d. quæſt. 12. *n.* 3. & 34. *Priol. dec.* 28. *n.* 37. *Cerr. dec.* 90.
n. 2. & 5. *Coccin. dec.* 1342. *n.* 29. 30. præſertim quo-
105 ties, prout in præſens, agitur de re antiqua. *Abb. conſ.*
64. *n.* 12. *Rota dec.* 322. *n.* 12. *part.* 6. *rec. d. dec.* 284.
n. 15. *part.* 19. *rec.*

Atque hæc quoad primam controverſiæ partem ſuper æquali in eadem linea Vexillorum inceſſu: quo ad aliam verò ſuper eorum altitudine, vel longitudine, retuli Celſitudini Tuæ Sereniſſimæ, & Reverendiſſimæ, aliquantò minoris altitudinis ferè unius brachii alterum Monachorum eſſe debere, motus ad ita referendum, non tam ex aliquorum Teſtium dictis favore Capituli ſuper hoc deponentium, contra quos nihil fuit probatum; verùm etiam ex ipſorum Monachorum in Actis emiſſa confeſſione, qua in his terminis Præeminentiarum nullam vehementiorem dari probationem ſupra firmavimus.

Atque hæc ſunt, quæ Celſitudini Tuæ Sereniſſimæ, ac Reverendiſſimæ, in mandatorum tuorum obſequium, ponderanda humillimè propono.

JURIS RESPONSUM
R. P. D. FATINELLI.

In Lucana Juris deferendi Crucem

ARGUMENTUM.

De indulto, Epiſcopo Lucenſi conceſſo à Sede Apoſtolica, Crucem ante ſe deferendi, Pallioque utendi. Favore Epiſcopi reſolvitur contra PP. Lateranenſes, eidem licitum eſſe uſum delationis Crucis in eorum Eccleſiis exemptis, tam quoad actus neceſſarios, quàm voluntarios; non obſtantibus illorum ampliſſimis privilegiis.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus Lucenſis Indulto Apoſtolico gaudet elevatam Crucem ante ſe deferendi, & Pallio.*

2 *Jus deferendi ante ſe Crucem eſt prærogativa ſublimis, & penè Regia, quæ fuit à Sede Apoſtolica tributa S. Stephano, Hungariæ Regi, & illius ſucceſſoribus, & quare.*

3 *Et eſt æqualis honori Legatorum Sedis Apoſtolicæ.*

4 *Qualia Inſignia conceſſerit Alex. II. Canonicis Cathedralis Lucenſis.*

5 *Epiſcopi Lucenſes cum ſint in pacifica poſſeſſione deferendi Crucem elevatam etiam in Eccleſiis Regularium exemptis ejuſdem Diœceſis, denegari non debet moderno Antiſtiti manutentio.*

6 *Crucis elevatio non eſt actus Juriſdictionis, ſed ſignificatio honoris, & jus reverentiale ratione Dignitatis*, & n. 7. 8. & 23.

9 *PP. Carthuſiani, æquè ac Canonici Lateranenſes, exempti ſunt ab Epiſcoporum Juriſdictione.*

10 *Et Mendicantium gaudent Privilegiis, ſicut Lateranenſes.*

11 *Regulares propter memoriam, & reliquias antiquæ ſubjectionis, Epiſcopum, ad illorum Eccleſias venientem, cum honore ſuſcipere debent.*

12 *Eccleſia S. Frigidiani Civitatis Lucæ, quæ erat olim Cathedralis, fuit ab eodem S. Frigidiano Epiſcopo fundata, & ipſe, eiuſque ſucceſſores ibi retinuerunt antiquæ juriſdictionis reliquias.*

13 *Quas functiones peragat Capitulum Cathedralis Lucenſis in Eccleſia S. Frigidiani.*

14 *Refertur Indultum, conceſſum à Sede Apoſtolica PP. Lateranenſibus, accipiendi Chriſma, Oleum Sanctum, aliaque à quocunque alio Epiſcopo Catholico, ſi Epiſcopus Lucenſis dare noluerit.*

15 *Iſtæ functiones pertinent ad Ordinarium, & Exempti ab eo petere debent.*

16 *Facultas conceſſa à Clem. VIII. Epiſcopis procedendi ad cenſuras contra Exemptos, denegantes reverentiam eis debitam, licèt loquatur de erectione Baldachini, & Pontificalium celebratione, locum habere poteſt in quolibet alio ſimili caſu.*

17 *Privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi poteſtate abutitur.*

18 *Exemptio Regularium ab obedientia Epiſcoporum non placuit S. Bernardo.*

19 *Indultum Crucis ante ſe deferendæ habens, illo uti poteſt etiam in actibus voluntariis.*

20 *Plures actus voluntarios exercere poſſunt ſimplices Epiſcopi non privilegiati in Exemptorum Eccleſiis, remiſſivè.*

21 *Quando detur uſus Pallii.*

22 *Quando verò liceat uti Crucis delatione.*

24 *Quid operetur clauſula* - non obſtantibus &c. *in privilegio appoſita.*

25 *Privilegium, ſeu gratia generalis, non comprehendit ea, quæ ſpeciali nota ſunt digna.*

26 *Unum Privilegium, quantum fieri poteſt, compatibiliter ſe habere debet cum alio.*

27 *Privilegium exemptionis odioſum cenſetur.*

28 *Et dummodo aliquid operetur, tantum derogat, quantum verba expreſsè declarant.*

DECISIO LVI.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

LUcenſis Epiſcopus, nulli Archiepiſcopo, vel Pri-
mati, ſed immediatè ſubjectus Apoſtolicæ Sedi,
honorificatus ab ea fuit, anteactis ſeculis, jure coram
ſe elevatam deferendi Crucem, ſicut coram Primate,
& utendi Pallio Pontificio, ut legitur in Apoſtoli-
cis Diplomatibus, *Summario num.* 1. & uno ore Scri-
ptores, cùm antiqui, tum moderni, teſtantur, om-
1 nes publico judicio, & uſu probati, *Ptolomæus Annal.
pag.* 23. inquiens -- *eodem anno dictus Summus Ponti-
fex* (nempè Alexander II.) *dignificavit Epiſcopatum
Lucenſem Cruce coram Epiſcopo ferenda, ſicut coram Pri-
mate -- Platin. in Vit. præfati Alexandri -- ſunt*, inquit,
*qui ſcribunt, Alexandrum Lucam profectum vitandæ
cædis cauſa, eoque loco quietè aliquandiù vixiſſe, ne-
que ingratum tantæ erga ſe Lucenſium benevolentiæ,
Eccleſiam, & Civitatem multis privilegiis, ut in eo-
rum Annalibus apparet, inſigniorem reddidiſſe -- Baron.
Annal. Eccleſ. tom.* 11. *ad ann.* 1037. *pag. mihi* 168.
juxta Venetam impreſſionem, & juxta modernam pag.
215. -- *inſuper*, inquit, *præter ſeptem Collaterales Epi-
ſcopos, erant alii Epiſcopi, qui dicuntur Suffraganei
Romani Pontificis, nulli alii Primati, vel Archiepiſco-
po ſubjecti: In Thuſcia Lucanus &c. Panvin. de In-
terpret. Voc. Eccleſ. V. Pallium*, ibi -- *Pallium eſt In-
ſigne Archiepiſcopalis Dignitatis &c. eo etiam, præter
Archiepiſcopos, utuntur Epiſcopi quidam ex privilegio,
ut Lucenſis &c. -- Moſcon. de Majeſt. Militant. Eccleſ.
part.* 1. *capit.* 8. *pag.* 236. *Barboſ. de Jur. Eccleſ.
lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 103. *Juſt. de Diſpenſat. Matrim.
lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 94. *Germon. Paratil. in lib. Decre-
tal. tit.* 8. *de auctoritat. & uſu Pallii*, ibi -- *Lucenſi in
Thuſcia &c. Oldovin. in addit. ad Ciaccon. de Vit. Pon-
tific. in Vit. Alexandri II. -- Eccleſiæ Lucenſi*, inquit,
ut Ptolomæus, Lucenſis affirmant, *plura indulſit beneficia,
Epiſcopo ſcilicet ut Pallio uteretur, & more Archiepiſco-
porum progrediens, ante ſe Crucem haberet -- Ughell.
Ital. Sac. tom.* 1. *V. Lucenſes Epiſcopi. Florentin. de
Hetruſc. Pietat. Origin. pagin.* 214. *& ſeqq.* At teſtis
omni exceptione major eſt Codex Rituum Eccleſia-
ſticorum, ſive Sacrarum Cæremoniarium S. R. E.
editus ſub *Leone X. lib.* 1. *c.* 5. *pag.* 102. ibi -- *ſunt qui-
da Epiſcopi, qui ex Indulto Apoſtolico Pallio utuntur,
ut Lucenſis in Thuſcia &c.*

Jus ferendæ ante ſe Crucis eſt prærogativa ſublimis,
& pœnè Regia, cum Apoſtolica Sedes eadem inſigni-
verit S. Stephanum Hungariæ Regem, & Succeſſo-
2 res, ob illius admirabilem Sanctimoniam, & eximia
in Catholicam Religionem merita, teſtibus *Surio Hi-
ſtor. Sanctor. tom.* 4. *pag. mihi* 876. *Laurentio Beyerlin-
ch. in Theatr. Vitæ human. tom.* 6. *pag.* 539. *col.* 1. *&
Thomaſin. de Veter. & Nov. Eccleſ. Diſciplin. part.* 1. *lib.*
2. *cap.* 38. *verſ. hac antiquiſſima, & cap.* 39. *verſ. Le-
gatis*, cum cœteris in id collectis à *Racc. Diſput. Se-
lect. cap.* 1. *num.* 57. *& ſeqq. & à Theſaurario Came-
ræ in ſuo Voto deciſivo, inſerto Rotæ deciſionibus la* 536
numer. 35. *part.* 14. *recen.* Hujus Sancti Regis com-
memorationem Eccleſia agebat die 20. Auguſti ex
Martyrologio, nunc Feſtum celebrat die 2. Septem-
bris, recenſens poteſtatem deferendæ ante ſe Crucis,
illi à Romano Pontifice factam. Honor iſte Lucen-
ſi tributus Epiſcopo, æqualis eſt honori Legatorum
3 Sedis Apoſtolicæ, ex animadverſis à *Thomaſino* locis
mox indicatis.

Non abs re fuerit, dum agitur de honorificentia
Lucenſis Epiſcopi, commemorare eam, quam idem
Pontifex Alexander II. contulit Canonicis Cathe-
4 dralis, relatam à *Ptolomæo Annal. pag.* 14. his verbis
-- *eodem anno Alexander Eccleſiam S. Martini ſpeciali
decorat gratia, ut Canonicos dictæ Eccleſiæ mitratos ha-
beat in Proceſſione Regulari, & ſicut Cardinales incedant*
-- Conſentaneum fuit, ut dum Apoſtolica Sedes Ca-
nonicos Cathedralis Epiſcopalibus decoravit Inſigniis,
exaltaret Epiſcopum ad Archiepiſcoporum honorem:
quia *quando minora majoribus exæquantur, Inferioris com-
paratio Superioris injuria eſt*, inquit S. *Hieronym.* adver-
ſus *Juvinianum lib.* 1.

Lucenſes Epiſcopi honorificentia deferendi ante ſe
elevatum Crucem per univerſam Diœceſim, etiam in
Eccleſiis Regularium exemptis, ſignanter in illa S.
Frigidiani Canonicorum Regularium Lateranenſium,
pacificè uſi fuerunt uſque in præſens *Summ. num.* 2.
Ideò Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus modernus
Antiſtes manutenendus nedum eſt in hac poſſeſſione 5
Anteceſſorum, & ſua, per ſingularem, & perſpicuum
Textum, de Crucis delatione loquentem *in cap.* 1. *ut
lit. penden.* ſed decernendum, & declarandum, hanc
facultatem, & jus illi competere.

Fragilius vitro eſt ſuppoſitum, cui Lateranenſes Pa-
tres, tanquam fundamento, & baſi contrariæ ſuæ præ-
tentionis, nititur; nimirum quòd elevatio Crucis ſit
actus Juriſdictionis, quam Epiſcopus in Eccleſia ex-
empta exercere non poteſt.

Quoniam Crucis elevatio re vera non eſt Juriſdi-
ctionis actus, ſed ſignificatio honoris, & reverentiæ 6
debitæ Dignitati, ut diſtinguunt *Vitalin. in Clementi-
na Archiepiſcopo de privileg. num.* 65. inquiens -- *quæ-
dam ſunt Juriſdictionis Epiſcopalis, & illa exercere non
poteſt in loco exempto: quædam verò ſunt honoris E-
piſcopalis; & illa poteſt etiam ſine licentia alicujus ex-
ercere, ut in hac Clementina -- Zabarell. ſub numer.* 5.
objiciens, quòd ſicuti Archiepiſcopus in locis exem-
ptis Juriſdictionem exercere non poteſt, ita nec de-
ferri facere ante ſe Crucem, ſolvit, inquiens: *poteſt
uti Inſigniis, quæ ſunt voluntariæ Juriſdictionis, & ho-
noris, aliis autem, quæ ſunt contentioſæ Juriſdictionis,
non poteſt* -- Et *num.* 8. quærens, an Epiſcopo ha-
benti jus deferendæ ante ſe Crucis, hoc ei liceat *in-
diſtinctè*, ſolvit, quòd ſic, *etiamſi non viſitet: Felin. in
cap. cum non liceat, num.* 2. *de præſcription.* dicit: *Jus
reverentiale non tollitur per exemptionem: ideò Eccle-
ſia exempta, ſeu liberata, tenetur exhibere reverentiam
Epiſcopo, & ire ei obviam Proceſſionaliter, more alio-
rum, quia locus exemptus eſt in Diœceſi -- Pax Jordan.
Lucubration. lib.* 11. *tit. u. num.* 90. ibi -- *loca exem-
pta non deſinunt eſſe in Provincia, vel Diœceſi; Crucem
autem deferre, prout & benedictionem dare, quamvis
denotet præeminentiam quandam ejus, qui ante ſe facit
illam deferre; non tamen prohibetur in locis exemptis:
quia dicta loca, ut ſupra dicitur, non deſinunt eſſe in
Diœceſi; & ob id in memoriam priſtinæ ſubjectionis ante
exemptionem, quæ multum valet, ita permittitur* -- præ-
clarè *Rota dec.* 111. *num.* 16. *& ſeq. part.* 5. *recent.*
his verbis -- *& ſi dicatur, quòd hic agitur de omni-
moda exemptione per Papam conceſſa, quo caſu jus re-
verentiale Epiſcopo non debetur: advertendum eſt, quòd
quicquid ſit de jure reverentiali, quod debetur ratione
Juriſdictionis, certum eſt, quòd jus reverentiale, quod
debetur ratione dignitatis, non tollitur per quamcunque
exemptionem; unde cum nos verſemur in præcedentia,
ſive jure reverentiali, quod debetur ratione dignitatis,
allegata exemptio ad hunc effectum non eſt habenda in con-
ſideratione.*

Equidem privilegia Apoſtolica, relata *Summario n.*
3. & Scriptores initio adducti, prærogativam defe-
rendæ Crucis, Lucenſi Epiſcopo tributam, exprimunt
verbis ſignificantibus *honorificentiam*, non *Juriſdictionem*.
Ipſa etiam *Clementina Archiepiſcopo, de privilegiis*,
dans Archiepiſcopo jus deferendæ Crucis per loca 7
exempta, definit expreſſè, Archiepiſcopum, deferri
facientem elevatam ante ſe Crucem, non cenſeri,
nec poſſe in exemptos Juriſdictionem exercere: ergo
delatio Crucis per loca exempta compatibilis eſt cum
exemptione, quia non involvit Epiſcopalis Juriſdi-
ctionis actum, à qua Regulares exempti ſunt.

Repetere hoc loco liceat Indultum Hungariæ Re-
gibus ab Apoſtolica Sede conceſſum, qui cum Regni
Eccleſias Regularium exemptas, elevata ante ſe Cru- 8
ce, ingrediuntur, ut laici ſunt, non exercent, nec
exercere valent Juriſdictionem in Eccleſiis, aut Re-
gulares earum; Crucem nihilominus elevant.

His attentis rationibus, & Regali exemplo, mo-
derni Lateranenſes Canonici S. Frigidiani abſtinere
debuerant ab inurbana, & damnabili in Reverendiſ-
ſimum Epiſcopum novitate, quam Majores eorum
nunquam habuerunt in mente.

Abſtinere magis debuerant propter Reſolutiones
hujus Sacræ, & aliarum Congregationum; illàm
præ-

præſertim *Papien.* pro clar. me. Cardinali Morigia con-
9 tra Patres Carthuſianos, qui æquè ac Lateranenſes
ab Epiſcoporum Juriſdictione exempti fuerunt à *Bo-
nifacio IX. conſtit. 3. Bullar. nov. tom. 1. pag.* 229. cu-
jus exemptionis meminerunt *Cherubin in compend. Bul-
lar. tom. 1. pag. 48. & Fagnan. in cap. Tuarum, n. 19.*
10 *ad fin. de privileg.* Et Mendicantium gaudere privile-
giis, ſicuti Lateranenſes, probant *Tamburin, de Jur.
Abbat. tom. 1. diſput. 18. quæſt. 3. num. 15. Barboſ. de
verbor. ſignificat. cap. 147. num.* 29. adeout non acquie-
ſcere oraculo, & rebus judicatis Sacrarum Congre-
gationum appropinquet temeritati.

Cæterùm cum Regulares ex Inſtituto, & vetere
diſciplina Juriſdictioni Epiſcoporum eſſent ſubjecti,
debent, poſt exemptionem, cum honore ſuſcipere
11 Epiſcopum ad eorum Eccleſias venientem, propter
memoriam, & reliquias antiquæ ſubjectionis; quæ
reliquiæ multum operantur in hac materia, ut docent
*Vitalin. in d. Clementina Archiepiſcopo, num. 4. Delatio
Crucis*, inquiens, *permittitur maximè propter reliquias
præcedentis ſubjectionis ante exemptionem, quæ multum
operatur* — quod repetit *num.* 20. ibi — *propter reli-
quias præcedentis ſubjectionis* — aliam addens *num.* 35.
rationem — *quia locus exemptus eſt intra Diœceſim, &
Territorium; Fagnan. in cap. quia nos num. 12. & ſeq.
de authorit. & uſu Pallii. Quarant. in Summ. Bullar. V.
Archiepiſcopus §. 28. ad med. Gratian. diſcept. 467. n.
29. & ſeqq.*

Si veteris Juriſdictionis reliquiæ multum valent in
univerſum pro Epiſcopis in Eccleſiis Exemptorum,
valere magis debent in Eccleſia S. Frigidiani olim
Cathedrali, nunc Parochiali, & Baptiſmali, quam
S. Frigidianus Epiſcopus fundavit, teſte *Pennot. Hi-
ſtor. Canonicor. Regular. lib. 3. c. 39. §. 4. & 5.* in qua
12 reſedit cum Canonicis Regularibus ſub Regula S.
Auguſtini. *Franciott. Libro delle Chieſe, è Reliquie di
Lucca pag. 79. & ſeq. Ughell. Ital. Sac. V. Lucenſes E-
piſcopi*; & ipſe, & ſucceſſores Epiſcopi, etiam poſt
tranſlatam Cathedram ad Eccleſiam S. Martini, re-
tinuerunt in ea antiquæ Juriſdictionis reliquias: idem
*Franciott. ubi ſupra d. pag. 79. & 337. & Libro delle Vite
de' Santi di Lucca pag. 164. Daniel. Nobil. in Addit. ad
Diſputat. 44. n. 53. & ſeqq. pag. 12.*

Lucenſes Epiſcopi veteris Juriſdictionis reliquias
ſibi fartas tectas continuò voluerunt; nam Jure ſuo
Ordinario, ſemper viſitarunt, & viſitant, viſitatione
cùm locali, tùm perſonali, Eccleſiam Parochialem
S. Frigidiani, illius Populum, & Canonicum Latera-
nenſem pro tempore Parochum, ſicuti notorium eſt.

In Vigilia Pentecoſtes Capitulum Cathedralis cum
ſuo Clero, & Cruce Proceſſionaliter quotannis accedit
ad Eccleſiam Baptiſmalem Sancti Frigidiani; in ea-
que Canonicus Hebdomadarius, expletis Horis Ca-
nonicis, aliiſque conſuetis orationibus, indutus
Pluviali, & Mitra, cum ſuis Miniſtris, benedicit
13 Fontem Baptiſmalem, ſervatis de Ritu ſervandis:
ſucceſſivè celebrat ſolemnem Miſſam, præſentibus
eodem Capitulo, & Cathedralis Clero. His, & con-
ſimilibus functionibus peragendis à Capitulo extra Ca-
thedralem in Eccleſiis, etiam exemptis, ſi Epiſco-
pus intereſſe vellet, deferre faceret ante ſe Crucem
Epiſcopalem, ut moris eſt, *Summario Additionali nu-
mer. unico.*

Eaſdem antiquæ ſubjectionis reliquias erga Lucen-
ſem Epiſcopum agnoſcentes ipſi Patres Lateranenſes,
14 obtinuerunt à Paſcali II. facultatem accipiendi Chriſ-
ma, Oleum Sanctum, Conſecrationes Altarium, Or-
dinationes Clericorum, à quocunque alio Epiſcopo
Catholico, *ſi Epiſcopus Lucenſis dare noluerit*, ut refert
idem *Pennot. d. lib. 3. c. 40. verſ. 3.* Sanè functiones
15 hujuſmodi pertinent ad Ordinarium, & Exempti il-
las ab eo petere debent, *c. veniens, de præſcription. Ge-
minian. conſ. 35. ſub num. 7.*

Regularium exemptorum contra Epiſcopos inurba-
nitas, nè dicam contemptus, ſub exemptionis cly-
peo, eouſque pervenerat tempore ſan. mem. Clemen-
tis VIII. ut coegerit illum munire Epiſcopos faculta-
te contra eos procedendi ad cenſuras, Decreto, quod
refert *Pignatell. conſult. 106. num. 20. tom. 10.* Quod
Decretum licèt loquatur de erectione Baldachini, &
celebratione Pontificalium non impedienda Epiſcopis
ab Exemptis in eorum Eccleſiis; eadem tamen ratio- 16
ne in Decreto expreſſa, coercendæ ſcilicèt Exempto-
rum irreverentiæ in Epiſcopos, locum habere poteſt
in quolibet alio caſu, quo Exempti honorem Epiſco-
pis debitum exhibere detrectant.

Eadem ratione Innocentius III. opportuna ſemper,
ſed noſtris temporibus neceſſaria lege ſancivit *in cap.
Tuarum, & c. Privilegia, de privil.* exemptione privan-
dos Regulares, qui exemptione abutantur, quia pri-
vilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abuti-
tur poteſtate; de qua re *Mandoſ. de Ingratitud. c.* 52. 17
nominatim de ingratitudine Exemptorum, ad quem
remiſſivè.

Sanè exemptio nunquam placuit S. Bernardo, ut
Monachi hujuſmodi privilegiis ab Epiſcopali obedien-
tia ſe ſubtraherent, ut pluribus locis Epiſtolarum ejus
obſervat *Baron. Annal. Eccleſ. ad ann. 676. tom. 8. pag.*
442. Epiſtolis S. Bernardi, à Baronio indicatis, ad- 18
jungo eundem *S. Bernardum ad Eugenium l. 3. de Con-
ſideratione*, dicentem — *murmur loquor, & querimoniam
Eccleſiarum. Truncari ſe clamitant, ac diſmembrari: vel
nullæ, vel paucæ admodum ſunt, quæ plagam iſtam,
aut non doleant, aut non timeant. Quæris quam? Subtra-
huntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Archie-
piſcopi Patriarchis, ſive Primatibus: bonanè ſpecies hæc?
mirum, ſi excuſari queat.*

Inſubſiſtens eſt diſtinctio inter Epiſcopi acceſſus
voluntarios, aut neceſſarios ad Exemptorum Eccle-
ſias.

Quia in primis dico, Lucenſem Epiſcopum eſſe in
perpetua, & pacifica poſſeſſione deferendi elevatam
Crucem, etiam dum voluntariè accedit ad Exempto-
rum Eccleſias, ſignanter S. Frigidiani, puta ob de-
votionem alicujus Sancti, cujus Venerabile Corpus
in ea colitur, & dies feſtus celebratur; vel ad re-
pendendam, mutuis officiis, Viſitationem Reveren-
diſſimo Ordinis Generali, aut Priori Monaſterii *Sum-
mario n. 2.*

Deinde repeto, quod prænotavi cum *Zabarella in
d. Clementina Archiepiſcopo, num. 5. & 8.* Crucem de-
ferri poſſe *indiſtinctè* in actibus voluntariis, quia in 19
neceſſariis non eſt dubium: *Vitalin. ibidem num. 35.
non obſtant*, inquit, *allegata in contrarium, quia locum
habent in ſolo Judicii, ſecus in ſolo ſalutari, devotio-
nali, & quæ magis exercetur ratione honoris, quàm of-
ficii — Fagnan. in d. cap. quia nobis, num. 18. de autho-
ritat. & uſu Pallii.* Sanè plures actus voluntarios ex-
ercere poſſunt Epiſcopi *ſimplices, non privilegiati*, in
Exemptorum Eccleſiis, quos enumerat *Chokier. de Ju-
riſdict. Ordinar. in Exemptos quæſt. 45. à n. 34. & ſeq.* 20
p. 2. multò magis Epiſcopi, ut Lucanus, inſigniti à Se-
de Apoſtolica honore deferendæ ante ſe Crucis, tan-
quàm coram Primate.

Extranea ab hypotheſi eſt illatio, quòd delatio Cru-
cis ſequela ſit uſus Pallii.

Quia Pallio quis uti non poteſt, niſi indutus Para-
mentis Pontificalibus, niſi intra Eccleſiam, niſi in Di-
vinis Officiis; non ſemper, ſed certis tantùm diebus, 21
*cap. 1. & cap. ad honorem, ubi gloſ. de authoritat. & uſu
Pallii, Durand. in Rational. Divin. offic. cap. 17. de Pallio,
ſub num. 52. lib. 3.* adeòut *Sanctus Gregorius Epiſt. 54.
lib. 2. pag.* 519. acritèr reprehenderit Joannem Epiſco-
pum Ravennatem, quòd *extra Miſſarum tempus, per
Plateas, & Populum*, uſum Pallii uſurpaſſet; vetue-
ritque, nè Pallium *in Plateis* ferre præſumat, nè non
habere ad Miſſas incipiat, quod audacter *in Plateis*
uſurpabat, Iterum ad eundem *Epiſt. 13. lib. 4. pag.*
592. Crux verò defertur quandocunque, in itinere
per vias, extra Eccleſiam, extra Divina Officia,
ſine Sacris Paramentis: ergo delatio Crucis ſequela 22
non eſt Pallii, cum ex diverſis non fiat illatio. At
quomodocunque ſe res habeat, nec Pallii uſus, nec
Crucis delatio, Juriſdictionem ſignificant, ſed hono-
rem Dignitati debitum, ut toties hucuſque proba-
tum eſt.

Et propter hanc controvertere Lucenſi Epiſcopo
honorificentiam, eſſet gratis invidere illi Apoſtoli-
cum Privilegium, tametſi præjudicium Lateranenſium
exemptioni non inferat: abſit tale quid de Religio-
ſis Viris vel leviter ſuſpicari; tribuendum potiùs
ſtudio cuſtodiendi Privilegia, quæ habent, vel de-
ſiderio

ſiderio adipiſcendi . quæ non hab:nt .
Fruſtraneus à Patribus Lateranenſibus labor aſſu-
mitur examinandi, aut conciliandi Canoniſtarum ſen-
tentias ſuper *Clementina Archiepiſcopo*, dum omnes con-
veniunt, uſum Pallii, vel delationem Crucis in Exem-
ptorum Eccleſiis, non importare Juriſdictionis exer-
23 citium, ſed Dignitatis honorem, non præjudicantem
exemptioni: Qua in re unum pro cunctis allegare ſuf-
ficit *Franch. dec.* 711. qui diſputato Articulo, exami-
natis Canoniſtarum placitis, omnia complectitur, &
pro Epiſcopo judicatum refert, ideò videndus.
Affertur à PP. Lateranenſibus Conſtitutio Sixti IV.
la 10. inter ſuas *Bullar. nov. tom.* 1. *pag.* 344. edita
poſtquam Lateranenſes quarta vice dimiſſi fuerant à
Lateranenſi Baſilica, ut in ea legitur, & refert etiam
*Cardinalis Raſponus de Baſilica, & Patriarchico Latera-
nenſi lib. 3. c. 1. pag. 91. & ſeqq.* Eximit Sixtus §. 10.
*& 11. Lateranenſem Congregationem à quorumcumque A-
poſtolicæ Sedis Legatorum, Nuntiorum, Patriarcharum,
Archiepiſcoporum, & aliorum quorumcunque Judicum Or-
dinariorum, aut Extraordinariorum Juriſdictione, authori-
tate, poteſtate, dominio, Viſitatione, & Cura, ac Cha-
ritativi ſubſidii ſubventione, & exactionum quarumcunque
præſtatione.*
Diſpoſita hac Conſtitutione nihil commune habent
cum re præſenti. Nam Epiſcopus ingrediens Eccleſiam
S. Frigidiani, elevata de more ante ſe Cruce, Juriſdi-
ctionem, Superioritatem, dominium in Eccleſiam, &
PP. Lateranenſes non exercet, exercere non inten-
dit, nec poteſt per ſupradicta, nullum ſubſidium,
aut pecuniæ præſtationem petit ex copioſo illorum pa-
trimonio; ſed ſuam perſonalem honorificentiam ſe-
cum portat, quæ Apoſtolica largitione data ſibi eſt,
non ut eam intra Epiſcopum contineat, vel circum-
ferat, ſed ut extra deferat per univerſam Diœce-
ceſim, in qua Eccleſiæ, & loca exempta conſiſtunt,
ſine præjudicio exemptionis, ut in ſuperioribus di-
ctum eſt.
Nulla vis fieri poteſt in clauſulis derogatoriis appo-
ſitis Conſtitutioni Sixti.
Quia Conſtitutio in parte diſpoſitiva continet La-
teranenſium exemptionem *à Juriſdictione, & Superio-
ritate Epiſcoporum*, verbis ſupra tranſcriptis, ideò de-
rogatio contrarium in parte executiva refertur, &
reſtringitur ad Privilegia, quæ tribuerent Epiſcopis
Juriſdictionem, & Superioritatem in Lateranenſes, quod
non applicatur privilegiis concedentibus Epiſcopis ho-
norificentiam abſque Juriſdictione, & ſuperioritate,
ut in præſenti.
Imperceptibile propterea eſt, & in caput ſenſati
hominis cadere non poteſt, quòd Sixtus, tribuens
Lateranenſibus exemptionem, & derogans privilegiis
contrariis exemptioni, à ſe conceſſæ §. 36. ibi -- *quæ
obviat, & contrafaciant huic privilegio præſenti contra
formam, & tenorem hujus præſentis noſtri mandati* -- §.
37. ibi -- *Ordinem, & Congregationem, Eccleſias, &
Monaſteria, præter*, & *contra tenorem, & formam præ-
ſentis noſtri Indulti quoquo modo inquietare* -- & §. 41.
ibi -- *quoad præmiſſa expreſſè derogamus* -- comprehen-
dere intellexerit ſub nube generalis derogationis pri-
vilegium deferendæ Crucis, quod non eſt conceſſæ à
ſe Lateranenſibus exemptioni contrarium; Clauſula
quippè derogatoria -- *non obſtantibus &c.* plus non con-
24 fert, quàm ipſum exemptionis privilegium; remo-
vet dumtaxat impedimentum conceſſæ exemptioni con-
trarium, quia non apponitur ad gratiam augendam,
ſed declarandam. *Bald. in l. eam quam, num.* 36. *ad fin.
Cod. de fideicommiſſ. Calderin. conſ.* 2. *de privil. Ancha-
ran. conſ.* 364. *num.* 3.
Prætereà cum Sixtina exemptionem *generaliter* La-
teranenſibus tribuens, mentionem non faciat de Ju-
re *ſpeciali*, & nota digno, deferendæ Crucis Lucen-
ſi Epiſcopo, & aliis conceſſo, ſtrictè accipienda eſt,
25 ut illud non comprehendat in præjudicium *ſpecialiter*
privilegiatorum abſque exemptionis læſione. *Inn. in c.
dudum, de privil. Abb. conſ.* 101. *ſub num.* 2. *part.* 1.
quem ſequitur *Bellencin. de Charitativ. ſubſid. quæſt.* 22.
ad fin. unum quippè privilegium, quantum fieri po-
teſt, habere ſe debet compatibilitèr cum alio, in eo
26 tamen, quod compatibile eſt, ut præclarè, more ſuo,
docet *D. Advocatus Pitonius diſcept.* 26. *num.* 14. Pri-
vilegium deferendæ Crucis habet ſe compatibilitèr ad
Privilegium exemptionis, quia ex ipſo tenore *Clemen-
tinæ Archiepiſcopo*, illam non lædit, aut tangit, ſed
in ſuo eſſe conſervat; Ergo Lateranenſes PP. fru-
ſtra exemptionem obtendunt ad impediendam Epiſco-
po Crucis delationem in illorum Eccleſiis, & Mo-
naſteriis.
Addito privilegia exemptionis odioſa cenſeri, cum
derogent Juri communi, ſecundum quod Monachi,
& Regulares, ſubjecti erant Epiſcopis: *c. cum perſo-* 28
*næ, de privil. in 6. cap. cum contingat, de før. compet.
Rota dec.* 15. *à num.* 2. *ad* 7. *part.* 1. *rec.* Et dummo-
dò aliquid operentur, tantum derogant, quantum 27
verbis expreſsè declarant, ut advertit *Tamburin. de
Jur. Abbat. diſput.* 16. *quæſt.* 5. *num.* 5. *tom.* 1. conſe-
quentèr cum Sixtina, exuberanter, immò exorbitan-
tèr operetur quoad exemptionem, nec loquatur *de ho-
nore*, Jure, tum communi, propter reliquias veteris
Juriſdictionis, tum ſpeciali, propter Apoſtolicum pri-
vilegium Lucenſi, & aliis Epiſcopis debito, ad hujus
derogationem, Lateranenſium PP. voluntaria, ipſiſ-
que beneviſa interpretatione, trahenda non eſt.
Obſervantia ſtat innegabilitèr pro hac parte: Ex
facto enim conſtat, à Conſtitutione Sixti ad præſens,
Epiſcopos Lucenſes, & Papienſes, qui pari gaudent
privilegio, ad Lateranenſium Eccleſias, & Monaſte-
ria, elevata Cruce, continuò acceſſiſſe, & ſemper
fuiſſe debito cum honore ſuſceptos, ut in *noſtris Sum-
mariis, & Informatione Facti*, adquæ, & quam remiſ-
ſivè. Ex hac longæva obſervantia declaratio Sixti-
næ, & quatenus opus eſſet, præſcriptio depromitur,
vulgatis Juribus, fruſtrà explicandis apud Sapientiſſi-
mos Judices, qui in damnandis Privilegiatorum ex-
ceſſibus quotidiè verſantur.
Hæc ſcripſi pro veritate, & honore debito à PP.
Lateranenſibus S. Frigidiani Epiſcopo Lucenſi, Pa-
ſtori meo ter Venerabili, illæſa reverentia, & cultu
meo in illorum inclytam, & de Eccleſia optimè me-
ritam Religionem.

EJUSDEM R. P. D. FATINELLI

ALTERUM RESPONSUM.

In eadem

Lucana Juris deferendi Crucem.

S U M M A R I U M.

1 *Archiepiſcopo ingredi licet elevata Cruce Exemptorum Eccleſias indiſtinctè, & devotionalitèr.*
2 *Ubi non ſit diſtinctio, omnia æqualia ſunt.*
3 *Quid ſit devotio.*
4 *Licèt Eccleſia ſit exempta, quò tamen ad Parochum, & Populum, iſti ſubſunt ordinariæ Epiſcopi Juriſdictioni.*
5 *Licentia prohibitionem ſupponit.*
6 *Eſt collatio libertatis ei, qui à ſe non habet.*
7 *Præſupponit dominium concedentis.*
8 *Epiſcopus Lucenſis, cui à Sancta Sede tributum eſt privilegium Crucis deferenda per univerſam Diœceſim, exæquatus dicitur Archiepiſcopo, & ab illo in nihilo differre.*
9 *Id confirmatur exemplo Epiſcopi Papienſis, & Regis Hungarici.*
10 *Quid ſignificet verbum iſtud Præeminentia.*
11 *Præeminentia minùs quàm inter duos haberi non poteſt.*
12 *Epiſcopus Lucenſis elevata Cruce ad Eccleſias Regularium accedens, nulla fulget Præeminentia inter illos.*
13 *Refelluntur alia argumenta contraria*, & num. 14, 15. & 16.
17 *In propria cauſa nemini fas eſt teſtimonium dicere.*

DE.

D E C I S I O LVII.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

INſinuata à PP. Lateranenſibus diſtinctio inter vo-
luntarium, & neceſſarium Reverendiſſimi Epiſco-
pi ad eorum Eccleſias acceſſum, ſublata, & diſpuncta à
me ſuit prioribus ſcriptis *§. Inſubſiſtens, & duob. ſeqq.*
individuali authoritate *Vitalini, & Zabarellæ in Cle-
mentina Archiepiſcopo, de privil.* dicentium: Archie-
1 piſcopum ingredi poſſe elevata Cruce Exemptorum
Eccleſias INDISTINTE', & DEVOTIONALI-
TER.

Si indiſtinctè: falluntur PP. Lateranenſes, & agunt
de ſubjecto hanc non ſupponente diſtinctionem, ubi
enim non ſit diſtinctio, omnia æqualia ſuut, *l. in fun-*
2 *dum §. final. ff. de teſtam. milit. cap. ſolitæ. V. non di-
ſtinguens, ubi gloſſ. de majoritat. & obed. Theſaur. lin-
gu. lat. V. indifferens, indifferenter, & V. indiſcrimi-
natim.*

Si devotionaliter: accedere poteſt Epiſcopus abſque
neceſſitate, ſua tantùm pia voluntate ductus vene-
randi in Feſtivitatibus Corpora Sanctorum, præſer-
tim Sancti Frigidiani Prædeceſſoris, Martyrum, Con-
feſſorum, & Virginum, quibus in celebri hac Baſi-
lica publicus, privatuſque cultus frequenter impen-
ditur. Devotio quippè, ut docet *D. Thom. 2. 2. quæſt.
82. art. 5. & 2.* eſt prompta voluntas in Deum per
actus Religionis, & Divini Cultus: Hinc David
3 *Pſalm.* 118. voluntariè ſe Deo ſacrificare pronuntiat,
& voluntaria oris ſui beneplacita fieri in conſpectu
Dei obſecrat, ut advertitur in *Can. præſens, cauſ.* 20.
quæſt. 3. *Et Bellarmin. in dicto Pſalm.* explicat *Benepla-
cita voluntaria* pro Sacrificiis Votivis, quæ non erant
publica, & neceſſaria, ſed privata Voventium ex de-
votione: Ea propter PP. Lateranenſes nimis irratio-
nabiliter negant Epiſcopo, quod cuilibet de populo
permittitur.

Nec dicant, non negare Epiſcopo voluntarium io
eorum Eccleſiam iugreſſum, ſed elevationem Cru-
cis: quia elevatio Crucis perſonalis eſt honorificen-
tia Epiſcopi, non lædens, aut tangens exemptio-
nem, ideò Lateranenſes viri probi, & Religioſi, nec
debent, nec poſſnot eam invidere Epiſcopo jure ſuo
utenti; abſque illorum præjudicio, ut in prioribus
ſcriptis abundè probavi.

Diſtinctio inter neceſſarios, & voluntarios actus
deferendæ Crucis in Exemptorum Eccleſiis ouoquam
facta reperitur à Sacris Congregationibus, immò re-
jecta, pronunciando, eſſe permiſſam in actibus et-
jam voluntariis, ut ex Declarationibus datis in no-
ſtro *Summario numer.* 50. & 15. Ideò non inchoanda
hæc novitas in gratiam Lateranenſium, ad præjudi-
cium omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum
exæquatorum Archiepiſcopis ab Apoſtolica Sede; nec
Reverendiſſimus Lucenſis Epiſcopus meretur, ut pri-
mus in Eccleſia Dei acerbiſſimi hujus doloris initia
ſuſtineat.

Neque Crucis elevationem Lateraneoſes reſtrioge-
re valent ad actum Sacræ Viſitationis, publicarum
Proceſſionum, & alios, quos Decreto *Sacræ* Congre-
gationis Epiſcoporum, & Regularium, confirmato à
Clemente VIII. conceſſum eſt Epiſcopis in Regula-
rium Eccleſiis exercere.

Quod enim ad Sacram Viſitationem pertinet, ad-
vertere debent, eorum Eccleſiam Parochialem, Pa-
rochum Regularem, & Populum, per ſimplicem e-
4 xemptionem tributam à Sixto IV. exemptos non eſ-
ſe ab *Ordinaria* Epiſcopi Juriſdictione, ſed eidem ſu-
bjectos, juxta ſancita in *c. per exemptionem, de privil.
in 6. cum ibi notatis à gloſſ.* & præcedenter à *Speculato-
re* eodem tit. dicente -- *item licèt aliqua Eccleſia ſit exem-
pta, non tamen Populus, immò Epiſcopo ſubeſt* -- *lib. 4.
pag. mihi* 308. & firmata in celebri *Conſtantien. Juriſdi-
ctionis la* 324. *part. 1. rec.*

Quoad publicas Proceſſiones, & alios recenſitos
actus permiſſos conſuetudiue, vel memorato Clemen-
tis Decreto, acquieſcentia quam PP. Lateranenſes
exhibent, eſt donare Solem menſe, ut dicitur,
Auguſti.

Reverendiſſimus Epiſcopus elevata accedit Cruce
ad Eccleſiam Sancti Frigidiani non temerè, non quan-
docunque, non myſterioſè ad ſternendam juri quæren-
do viam, ut Adverſarii inaniter garriunt: Accedit op-
portunè: Accedit juxta rerum, & temporum indi-
gentiam. Acceſſus indiſcretus, & frequens, eſt fig-
mentum de recenti erumpens ex Adverſariorum capi-
te, qui fingunt metuere futura, tametſi non contingi-
bilia, ut exhibere conſueta impunè recuſent.

Quod iidem Lateranenſes ſubdunt: *Epiſcopum invi-
tatum per Superiorem Monaſterii ad Eccleſiam, occaſione
alicujus functionis, poſſe intrare erecta Cruce*, deteſtabi-
lem redolet audaciam, uſurpativam Apoſtolicæ Po-
teſtatis, linitam fuco verborum, *præjudicii, & tem-
poris momentanei*: quaſi Privilegium, à Sede Apoſtoli-
ca Lucenſi elargitum Epiſcopo, debeat famulatorium
eſſe voluntati, & licentiæ impartiendæ à Superiore
Monaſterii. Licentia prohibitionem ſupponit: *l. final.
C. de Jur. emphyt. c. licet, de regular.* Eſt collatio li- 5
bertatis ei, qui à ſe non habet, *ut Bald. inquit conſ.* 6
290. *num. 6. lib. 7.* Præſupponit dominium conceden- 7
tis: *Buratt. dec.* 222. *num. 2. & 3. dec.* 116. *num.* 20.
part. 7. rec. Lucenſis Epiſcopus aut habet, aut non
habet elevandæ Crucis Privilegium in Eccleſia S. Fri-
gidiani: Si habet, non indiget licentia ſuperioris Mo-
naſterii: Si non habet, Superior Monaſterii illud con-
cedere non valet ad tempus, ſive longum, ſive mo-
dicum, abſque Apoſtolicæ Poteſtatis uſurpatione.
Non eſt veſtrum (PP. Lateranenſes) noſſe tempora,
vel momenta, quæ Papa poſuit in ſua poteſtate. Mo-
naſterii Prior eſſe vellet Reverendiſſimi Epiſcopi In-
vitator & Irriſor, ut verbis utar *Auguſtini lib. Homi-
liar. 50. Homil.* 23. ſed captioſam liberalitatem inter-
pretatio prudentum fregit, *l. cum Aquiliana ff. de tran-
ſactionibus.*

Gratis exadverſo dicitur, nos confundere Archie-
piſcopum, de quo loquitur Clementina 2. *de privil.* cum
Epiſcopo, de quo non loquitur.

Reſpondeo, Lateranenſes verè confundi, & alios
velle confundere, non intelligentes, quòd eadem A-
poſtolica Sedes, quæ conceſſit Archiepiſcopo Privi-
legium Crucis deferendæ per univerſam Provinciam,
iu locis etiam exemptis, idem Privilegium conceſſit
Lucenſi Epiſcopo per univerſam Diœceſim: ergo in
Lateranenſibus, non in nobis confuſio eſt; Lucenſis quip-
pè Epiſcopus per Apoſtolicam Sedem exæquatus Ar- 8
chiepiſcopo, io nihilo differt ab illo, dicente *Bartolo
in l. 5. num. 2. ff. de legat. 1. Quandoque plura adæquan-
tur ſeu exequantur ad invicem; & tunc hoc importat, quòd
illud, quod una res habet plus, quàm altera, attribuitur
alteri; & è converſo* -- Sequitur ibidem *Rip. nu.* 14.
ubi unum, inquit, *exæquatur alteri, virtus ejus, cui ſit
exæquatio, communicatur exæquato*: conſonat *Bald. in c.
Tranſlato, de conſtit. notans, id quod in uno connexo-
rum ſtatuitur, ad aliud connexum extenditur*, quibus
addo *Mandoſ. in gloſ. facultatum §. Et in ipſa, ver-
bo paribus.*

Juridicus iſte diſcurſus confirmatur exemplo Epiſ-
copi Papienſis, & Regis Hungarici, qui tametſi non
ſint Archiepiſcopi; nihilominus ex Privilegio Apo-
ſtolico Crucem elevant in Exemptorum Eccleſiis, &
Monaſteriis.

Ad Conſtitutionem Sixti IV. ſatis à me in priori-
bus ſcriptis reſponſum, examinando ſingula illius ver-
ba ſonantia in *Juriſdictionem, Poteſtatem, Superiorita-* 9
tem, & Dominium, quorum nullum Lucenſis Epiſco-
pus, accedens ad S. Frigidiani Eccleſiam elevata Cru-
ce, ſibi aſſerit.

Conqueruutur Scribentes ex adverſo, omiſſum à me
fuiſſe verbum *præeminentiæ*, & dictionem *quomodocun-
que*; ſicque obtruncatam à me Sixtinam.

Reſpondeo, immeritò, & impudenter has io me
querimonias effundi, & ſuper cortice illarum dictio-
num magnum feſtum peragi. Ut autem penitus eva-
neſcant, & inſulſæ, ut ſunt, detegantur, operæ pre-
tium eſt advertere, præeminentiam ex ſuo intrinſe-
co conceptu ſe habere relativè unius ad plures, in- 10
ter quos collectivè ſumptos per modum cœtus, unus
cæteris emineat, ut docet *Calvin. in Lexic. Jur. ver-
bo* Eminere. Sic de Saul Scriptura Divina *Reg. 1. c.
9. dicit*: *Ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem
popu-*

populum -- Et ſi ſacris fas eſt prophana miſcere, eodem ſenſu præeminentiam accipit *Virgil. Eclog.* 1.

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit Urbes,
Quantùm lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Revera præeminentia minùs, quàm inter duos,
haberi non poteſt; nemo enim propriè ad ſemetipſum
habere præeminentiam dicitur; ſed præeminentia in
11 alterum tendit, ut præeminentia eſſe poſſit. Sic in
conſimili re docet *Magnus Gregorius Homil.* 17. *Evang.*
Hæc ſolo etiam naturæ lumine nota omni creaturæ
rationali, incivile, & injurioſum putavi in meo pro
veritate Reſponſo edocere Scribentes in adverſum;
ideo, ut rationales ſunt, gratias mihi pro mea in
eos urbanitate, & modeſtia referre, injurias non inferre debuerant. Parco eis libenter, & calamum ſiſto: pugnans dumtaxat, ut veritas vincat, non curo vincere, & expugnare Cauſidicos, de more loquentes ad opportunitatem Cauſarum, quibus inſerviunt.

Dicere ſufficit, quòd Reverendiſsimus Epiſcopus
accedens ad Eccleſiam S. Frigidiani elevata Cruce,
nullam peragit ſunctionem cum Lateranenſibus, vel
inter illos: Non intervenit Choro ad Divina cele-
12 brandum Officia: Non in Capitulo, & Comitiis:
Non in Refectorio, nec alio Eccleſiæ, vel Monaſterii loco, quo congregati reperiantur Lateranenſes; ideò præeminentia non ſulget inter illos; ſed ſuam dumtaxat ſecum portat honorificentiam, quæ perſonalis eſt, & immanens in eo.

Dictio -- *quomodolibet* -- magnificata exadverſo,
nullius remanet virtutis, quia reſtringitur ad expreſſa in Sixtina, nempè ad Juriſdictionem, & Præeminentiam præjudicialem, & contrariam exemptioni,
13 qualis non eſt elevatio Crucis; ſed compatibilis cum
exemptione, quam non lædit, aut tangit, ut totiès dictum, & dicetur ſemper.

Nullius momenti eſt, quod in Diplomate Alexandri II. edito anno 1070. apud *Ptolomeum Annal. pag.*
23. & alios Scriptores, confirmato à Succeſſoribus
14 Pontificibus, elargiente Lucenſi Epiſcopo. Inſigne
Crucis elevandæ, mentio non fiat locorum exemptorum.

Quia tunc temporis Regulares cum ſuis Eccleſiis, & Monaſteriis ſub Epiſcoporum Juriſdictione vivebant. Quo verò tempore conceſſa, vel uſu recepta exemptio fuerit, fruſtraneum nunc eſt quærere; nam ſufficit ad rem noſtram, quòd Canonici Lateranenſes exemptionem conſecuti fuerint à Sixto IV. anno 1476. ut legere eſt in ejus exadverſo magnificata Conſtitutione; adeoque de illorum exemptione, tanquam non ente, mentio in noſtris Diplomatibus non facta, nec facienda fuit.

Non refragante ſuperventa Lateranenſibus exemptione: quia reperiit Lucenſem Epiſcopum jam anteà per ſecula decoratum Privilegio deferendæ Cru-
15 cis, cui non derogavit Sixtina, utpotè in ſuis derogationibus reſtricta ad Privilegia, quæ contraria eſſent exemptioni, à Sixto Lateranenſibus conceſſæ, qualis non eſt delatio Crucis, per ſupradicta.

Accedente ad dictæ Conſtitutionis interpretationem, quatenùs opus eſſet, longæva obſervantia, & poſſeſſione, in qua extiterunt Anteceſſores, & exiſtit modernus Antiſtes.

Afferunt Adverſarii informia aliquot Religioſorum
teſtimonia; nempè duorum ex Ordine Carmelitarum:
Quinque ex Ordine S. Mariæ Servorum: Quatuor ex
Ordine Minorum S. Franciſci; ſed nulla indè reſultat
16 probatio: quia iſti loquuntur ut ſinguli, jurant abſque Superioris licentia, ideò nulliter. Parum hoc eſſet; nam deteguntur mendaces, & falſi ex Regeſtris tentis à Cæremoniarum Magiſtris *Summario noſtro num.* 2. *&* 3. & ſuperlativè ex Epiſtola Eminentiſſimi Cardinalis Spada ad Reverendiſsimum Epiſcopum, originaliter data R. P. D. Secretario, per extenſum exemplata, ac diſtributa Eminentiſs. PP.

17 Otioſa prorſus, & ſpernenda eſt atteſtatio ipſorummet Lateranenſium Sancti Frigidiani: Quoniam *omnibus in re propria dicendi teſtimonii facultatem Jura ſubmoverunt, l. omnibus C. de teſtib. & leg. nullus ff. eod.*

Legi Memoriale Adverſariorum, reſponſivum ad ſuppoſitam materiam objectivam, & miratus ſum, quòd lenocinio verborum, & perverſione facti, culpam ſuam ad Reverendiſsimi Epiſcopi injuriam referre auſi ſint. Has fallacias, & tergiverſationes retundere, & diſſipare erit curæ D. Cauſæ Patroni Scribentis in facto. Ego, quod ad me attinet, ſcripta mea iterum do veritati, & honori debito à PP. Lateranenſibus Sancti Frigidiani Reverendiſsimo Epiſcopo Paſtori meo.

PISANA SEPULTURÆ

Votum Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi D.

D. FRANCISCI FROSINI S. R. I. COMITIS

Archiepiſcopi Piſarum.

19. Julii 1709.

ARGUMENTUM.

Judæorum Infantes, in mortis articulo conſtituti, cum nulla ſpes ſuperviventiæ adeſt, baptizzari poſſunt, etiam invitis Parentibus. Quòd ſi poſtea moriantur, debent Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradi, licèt de collato Baptiſmo non conſtet, niſi per aſſertionem ſolius Baptizzantis, etiamſi fuerit mulier, junctis præſertim adminiculis.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies narratur.*
2 *Baptiſmum ſuſcipiens ſtatim in Chriſti familiam adſcribitur.*
3 *Et jus acquirit, ut in loco Sacro, unacum aliis Fidelibus, Sepulturam conſequatur*, & n. 4.
5 *Gravior fit injuria renatis Fonte Baptiſmatis, ſi extra locum Sacrum poſt mortem eorum corpora projiciantur.*
6 *Refertur votum Patriarcharum Jacob, & Joſeph, ut in Terra Sancta ſepelirentur.*
7 *Intra Sacros parietes recipit Eccleſia corpora ſuorum Fidelium, & donec reſurgant, cuſtodit.*
8 Petrus de Pilichdorff *reprehendit Waldenſes, qui aſſerebant, melius non eſſe ſepeliri in Cæmeterio, quàm in Agro.*
9 *Hebræi amiſerunt filiationem Abraham, & ab Eccleſia ejecti ſunt.*
10 *Interdicitur Chriſtianis communicatio cum Hebreis, nec in vita, nec poſt mortem*, & n. 11.
12 *Sepeliri inter eoſdem eſt cum illis communicare.*
13 *Dictum unius, dictum nullius.*
14 *Unicus teſtis plenam probationem non facit, nec de Jure Divino, nec Eccleſiaſtico, nec Civili*, & n. 15. 16. & n. 17.
18 *Referuntur plura exempla, in quibus unico teſti plena fides adhibetur*, & n. 19. & 20.
21 *Undè regula tradita* ſub n. 14. *non eſt ita univerſalis, & abſoluta, ut ſuas non patiatur limitationes, & quinque earum adducuntur*, & n. 22. 23. 24. 25. & 26.
27 *Mulieres olim teſtes eſſe non poterant, & quare.*
28 *Poſtea remiſſo temporum antiquorum rigore, non ſolùm ad teſtificandum admiſſæ ſunt, ſed etiam, ut admitterentur ſancitum eſt; & plura de hoc afferuntur exempla*, & n. 29. 30. 31. & 32.
33 *Hodiè tam de Jure Civili, quàm Canonico, in omni ferè negocio, maximè ſi non ſit Cauſa criminalis, mulieres ad teſtificandum admittuntur.*
34 *Mulieres in Cauſis civilibus integræ fidei reputantur.*
35 *In Cauſis matrimonialibus requiruntur teſtes, omni exceptione majores.*
36 *Et in iis non rejiciuntur mulieres à teſtificando.*
37 *In Codicillis condendis teſtes exiguntur graves, & omni exceptione majores.*
38 *Et in illis poſſunt mulieres, tanquam teſtes, intervenire.*
39 *Simplici Schedulæ, infantis expoſiti collo appenſæ, quæ baptizzatum teſtificetur, fides eſt adhibenda.*
40 *Etiamſi Schedula à nemine fuerit ſubſcripta*, & n. 42.

41 *Præ-*

41 *Præſertim ſi ſimus inter Chriſtianos, cum Infidelibus, & Judæis non commixtos.*

43 *Infantes ab obſtetricibus in neceſſitate baptizzati, non debent, abſque prævio examine, ac diligentia, iterum ſub conditione baptizzari.*

44 *Neque ſunt admittendæ Synodi, id præcipientes.*

45 *Si obſtetrices in ſimili caſu interrogatæ de omnibus neceſſariis ad valorem Bapeiſmi, rectè reſpondeant ſupplendæ tantùm ſunt ſolemnitates omiſſæ.*

46 *Baptiſmus ab Athanaſio aliquibus pueris collatus, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino ratus judicatur*, & num. 47.

48 *Puer à teſtificando repellitur.*

49 *Baptiſmus probatur etiam unico mulieris teſtimonio.*

50 *Filii Hebræorum, etiam parentibus invitis, baptizzari poſſunt.*

51 *Contrarium tenent alii.*

52 *Communis opinio eſt, hoc licitum eſſe, ubi agitur de puero conſtituto in proximo mortis articulo, abſque ulla ſpe ſupervivemtiæ.*

53 *Refertur factum Patris Henrici Societatis Jeſu, qui vocatus à Mahumetano, ut tanquam medicus filiam ſuam triennem, morti proximam, ſanaret, aquam ſpecie medicamenti adhibens, illam baptizzavit.*

54 *Reiicitur* Navar. conſ. 4. num. 35. de converſ. infid. tom. 2.

55 *Mulier Baptiſmum miniſtrare non debet.*

56 *Sed excipitur caſus neceſſitatis.*

57 *Non licet infantes domi baptizzare, niſi urgeat neceſſitas.*

58 *In Baptiſmo adhiberi debent Patrini, à quibus infantes è Sacro Fonte leventur.*

59 *Sed hoc limitatur, quando Baptiſmus privatim confertur, ob periculum mortis imminens.*

60 *In Baptiſmo, privatim collato, non ſunt neceſſariæ ſolemnitates, quas in ſolemni Eccleſia inſtituit.*

61 *Hebræis non denegatur patria poteſtas ſuper eorum filiis.*

62 *A quo Jure fuerit introducta patria poteſtas.*

63 *Patria poteſtas non extenditur ad ſpiritualia.*

64 *Unde ea obſtare non poteſt, quin infantes, invitis parentibus, baptizzari validè poſſint*, & num. 65. 66. & 67.

68 *Ad validitatem Baptiſmi infantium neceſſaria non eſt voluntas parentum, vel eorum, quorum curæ commiſſi ſunt, & de ratione*, & num. 69. & ſeqq. & num. 95. & 96.

80 *Fides illorum, qui infantes offerunt ad Baptiſmum, non requiritur quoad eſſentiam, ſed pertinet tantùm ad ſolemnitatem, & ritum*, & numer. 81. 82. & 83.

84 *In Baptiſmo, domi privatim collato, opus non eſt Patrinos adhibere, qui illos offerant, & pro eis conſentiant.*

85 *Neque eos adhibere ad eſſentiam Baptiſmi ſpectat.*

86 *Patrini in Baptiſmo privato, ex multorum ſententia, cognationem ſpiritualem non contrahunt, & de ratione*, & num. 87.

88 *Quomodo intelligatur, parvulos baptizzari in fide parentum, ſeu offerentium*, & n. 89. & 90.

91 *Baptiſmus ſanguinis idem eſt, ac martyrium.*

92 *Inter alias conditiones martyrii una eſt voluntas patientis.*

93 *Immò eſt de ratione martyrii.*

94 *Tam in Baptiſmo fluminis, quàm in Baptiſmo ſanguinis, hæc eſt differentia inter adultos, & infantes, quòd in illis neceſſarius eſt voluntatis conſenſus; non autem in iſtis.*

97 *Si aliquis puer in caſu urgenti baptizzetur, & non conſtet de Baptiſmi validitate, dummodo illud ſit probabile, in loco Sacro eſt ſepeliendus.*

98 *Pater Hebræus tenetur ad funeris expenſas, pro filio baptizzato ſepeliendo*, & n. 99. & 102.

100 *Eodem modo, quo tenetur eidem alimenta præſtare*, & num. 101.

D E C I S I O LIII.

CUm Puer annorum circiter trium, filius cujuſdam Abraham Pacis Judæi, Piſis commorantis, graviter ac periculosè ægrotatet, fuit ad eum curandum vocata quædam Mulier Chriſtiana, quæ Piſas à paucis diebus advenerat; & quam exquiſita, ac forſan aliis incognita, medicamenta callere fuerat prædicto Abraham delatum. Vidit ſagax, & pia Mulier Puerum non minùs corporis, quàm animæ ſalute periclitantem; & interim pro ſanando corpore quibuſdam adhibitis remediis, de modo ſecum animæ medendi cogitavit. Hoc deindè cum quibuſdam aliis mulieribus conſultato, ſumptaque parva aquæ ampulla, quam ſuis obtexit veſtibus, una cum illis ad Pueri domum, eum baptizzatura, ſe contulit; Re- 1
cepta benigniter à patre, qui, ſic Domino diſponente, totam ſpem incolumitatis jam deſperati filii in hac forſan Muliere collocaverat, Puerum viſitavit; & mortiſero morbo magis gravatum reperiens, capta opportunitate, prætextu cujuſdam medicamenti ſic exigentis, ſolam cum Puero remanendi, illum nulla interpoſita mora, prout in animo habebat, ſecretò baptizzavit: Vocatis deinde parentibus, qui cum prædictis aliis Mulieribus in propinqua manſione colloquebantur, eiſque ſatis in ſpe filii recuperandi, quem in perditis habebant, confirmatis, interno exultans gaudio ob collatum feliciter Baptiſmum, illico ex ea domo, paulo poſt Piſtorium, undè venerat, reverſura è Civitate quoque diſceſſit.

Verùm, cum hæ Mulieres, contentæ providiſse æternæ Pueri ſaluti, factum tacitum reliquiſsent, tacitum quoque Nobis adhuc foret, ni caſus, qui contigit, illud occaſionem patefaciendi præbuiſset. Sepulto enim more Hebræorum in quodam Agro extra Portas Civitatis, in quem Hebræi proiiciuntur, prædicto Puero, fuit ejus cadaver poſt aliquot dies impetu lucri occulta manu ſpoliatum. Quamobrem conquerentibus Hebræis coram Judice de violato ſepulcro; eorumque divulgatis clamoribus, Capitaneus, aut Bariſellus, ut vulgò dicitur, Curiæ laicalis, cui propria Uxor, quæ fuerat una ex prædictis Mulieribus, factum aperuerat, ſecum recogitans hunc eundem Puerum eſse, quem memorata Mulier baptizzaverat, cæpit vehementer dubitare, an hoc denunciare; & conſulto Eccleſiaſtico viro, eoque forſan monente, rem ad Nos fideliter detulit. Examinatis itaque ad veritatem habendam prædictis Mulieribus, & conſtito Nobis ex jurata earum depoſitione, vera eſse ſingula ad Nos delata, maximeque debitam Materiam, Formam, ac Intentionem in baptizzando memorato Puero adhibitam fuiſse, mandavimus, eum è loco Hebræorum, in quo ſepultus erat, exhumari, & exhumatum Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quàm ei decrevimus, tradi.

Secuta exhumatione, eaque audita, exarſerunt Hebræi, & è Sinagoga erumpentes in magno numero ad nos recurrerunt, & petentes ſibi cadaver reſtitui, vel audiri, obiiciebant Nobis quicquid cæca, & exagitata mens illi ſuppeditabat.

Nos illos ea benignitate, qua Sancta Mater Eccleſia tolerat, audientes, breve tempus ad redeundum cum Domino eorum Conſervatore eis libenter aſſignavimus.

Tandem, cum eodem die ad nos redeuntes, audiviſſent, plenè diſcuſso articulo, eorum Dominum Conſervatorem, virum, qui in hac Piſana Univerſitate non minori doctrina, quàm pietate fulget, rationibus, quibus ducti fuimus ad id deliberandum, acquieſcere, etiam ipſi, ſaltem in facie, ſi non in cordè, de noſtra Juſtitia ſatisfacti receſserunt; Abraham excepto, qui felicis Pueri nimis infelix Pater, fortunam filii, de qua non mediocriter lætari debuiſſet, miſerè lamentabatur.

His itaque expletis, funebri, ac pia pompa, cum ſpirituali conſolatione totius Civitatis, fuit prædictus Puer ad celebre Piſanum Cæmeterium tranſlatus, & in eo magno Populi concurſu honorificè ſepultus.

Ratio autem hujus noſtræ expeditæ reſolutionis, quam

quam reddere (cum omnibus debitores ſimus) oppor-
tunum ducimus, ea fuit.

Quòd ſtatim ac memoratus Puer piæ mulieris ma-
nu Baptiſmum ſuſcepit, in Chriſti familiam adſcri-
ptus, & frater ſub uno Patre aliorum ſimiliter rena-
torum effectus *Bellarm. tom. 3. lib. 2. de Sacram. cap.
19. ſexta Propoſitio, & de Sacram. Bapt. lib. 1. cap. 4.
verſ. 24.* jus acquiſivit, ut in loco ſacro una cum illis
ſepultus, tam religione, quàm corpore ſociaretur,
3 *can. nullus, ibique Gloſſ. can. qui divina 13. quæſt. 2.* &
quibus communicabat vivens, communicaret etiam
defunctus, ex Conſtit. Innoc. III. *in capit. ex parte,
de ſepultur.*

Noſque aliter agentes, contra Charitatem Chri-
ſtianam, ſolicitam de officiis poſtremi muneris per-
ſolvendis, egiſſemus; digni profectò, ut in paternam
illam vigilantiam, quàm exigit à Nobis erga filios
ſuos Sancta Mater Eccleſia, converterentur querimo-
4 niæ S. Martyris Cypriani, quibus acriter quendam
Mattialem tedarguit, quòd filios, Gentium more,
apud prophana ſepulchra depoſitos, & cum alieni-
genis (quantò magis cum Hebræis) conſepultos eſ-
ſe permiſiſſet. *Epiſt. 67. ad Cler. & Plebem in Hiſpa-
nia conſiſtent.*

Siquidem adeo eſt grave illis, qui é ſacro Baptiſma-
5 tis ſonte renati ſunt, extra Eccleſiam poſt mortem
projectos remanere, ut inter graviores injurias, qui-
bus à Donatiſtis afficiebantur Chriſtiani, vehemen-
ter doleret *Sanctus Optatus Milevitanus Epiſcopas lib. 6.
contra Parmen.* quòd, eorum occupatis Cœmeteriis,
extra illa cogerentur ſepeliri, ut notat *Jacobus Pame-
lius ad memoratam Epiſt. 67. D. Cypriani.*

Quamobrem, non priùs audivimus memoratum
Puerum inter Hebræorum cadavera ſordida humo con-
tectum, quàm ad aures cordis noſtri Chriſtiani illi ci-
neres, veluti ſonum vocis habentes, preces illas ad-
6 hibere viderentur, quibus Patriarcha Jacob petebat
à filio ſuo Joſeph, nè in Ægypto jacere ſepultum per-
mitteret *Geneſ. c. 47.* & Patriarcha Joſeph fratres ſuos
obteſtabatur, ut ejus oſſa ex Ægypto ſimiliter ſe-
cum exportarent, *Geneſ. cap. 50.* quia, ut obſervant
ibi *Cornelius à Lapide, Tirinus,* & alii Sacrarum Scri-
pturarum Interpretes, in Terra Sancta ſepeliri deſi-
derabant.

Et ipſamet Eccleſia, quæ tanquam pia Mater in
ſinu ſuo, ac inter ſacros ſuos parietes, ubi Sanctorum
7 Martyrum oſſa honeſto loco conduntur, corpora quo-
que filiorum fidelium recipit, ac donec reſurgant, cu-
ſtodit *D. Ambroſ. ſerm. 6. de Sanctis Amoſt. de Cauſ. Piis
lib. 6. c. 8. num. 3. part. 2.* nimis ægrè tuliſſet, quòd
unum ex illis, extra Portas Civitatis projectum ma-
gis, quàm ſepultum, manere permitteremus in Agro,
in quo Hebræorum cadavera, non minùs, quàm illa
jumentorum, abjecta, nè aerem fœtore putrefacta in-
ficiant, vili terra teguntur; quemadmodum inter alias
maledictiones, quas Dominus minatus fuit per Pro-
phetas Populo Iſrael prævaricanti, pluries ad illis ju-
ſtum iniiciendum terrorem, denunciare fecit per *Iſaiam
cap. 14.* & rurſus *per Hieremiam capit. 7. & capit. 19.*
quòd locum, in quo ſepelirentur, non reperiſſent;
prout adverſus *waldenſes*, qui aſſerebant melius non
eſſe in Cœmeterio, quàm in Agro ſepeliri, piè, ac
8 doctè animadvertit *Petrus de Pilicbdorff. cap. 22.* Et
cum hoc, inter tot alia mala miſerrima cæcitatem uſ-
quedum ferant Judæi; nonnè injurioſum eſſet Eccle-
ſiæ, nedum prædicto felici Puero, qui per Baptiſ-
mum Chriſto incorporatus, inter ejus membra, dum
viveret, habebatur, *canon. ad hoc Baptiſmus 143. de
conſecr. diſt. 4.* quòd poſt mortem, inter Hebræos, qui
9 ami erunt filiationem Abraham, & ab Eccleſia eje-
cti ſunt *Marquar. de Judeis part. 5. capit. 5. num. 50.*
abſque ſepulchro maneos, ignomininioſam hanc pœ-
nam, eorum proterviæ debitam, ex noſtra culpabili
conniventia innocens pateretur?

Præterquamquod creſcit noſtræ deliberationis ratio
ex prohibita inter Chriſtianos, & Judeos communica-
tione. Habemus enim tot Concilia, tot Canones,
10 tot Pontificias Conſtitutiones, quibus interdicitur
Chriſtianis, nè communicent cum Hebræis, ut de
hoc ſine noſtræ Religionis injuria, in cujus dedecus
hæc vertitur damnata communicatio, dubitari mini-
mè poſſit. *Concil. Laodicen. canon. 37. & 38. Concil.
Venet. can. 12. Concil. Agathen. can. 40. Concil. Aurelian.
3. can. 13. Concil. Matiſcon. 5. can. 15. & 16. Concil.
Melden. can. 70. Concil. Lateran. 3. can. 26. Concil. La-
teran. 4. can. 67. Concil. Baſileen. ſeſſ. 19. can. Auguriis
26. quæſt. 5. can. ſæpè, can. nullus, can. omnes 28. qu.
1. cap. Judæi, c. etſi Judæos, de Judæis Inn. IV. Conſtit.
2. §. 5. Paul. IV. Conſt. 3. Pius V. Conſt. 6. Clem. VIII.
Conſt. 19.* Ac proindè cum Pontificio quoque Decreto
in cap. ſacris, de ſepult. ſtatuatur, quòd, quibus non
communicavimus vivis, communicare non debemus 11
etiam defunctis; exploratumque ſit, quòd, non tan-
tùm oratione, verùm etiam ſepultura, cum defun-
ctis communicetur. *Gonzal. ad dictum c. ſacris, ſub nu- 12
mer. 5.* & quòd ſepeliri inter eoſdem ſit cum ipſis com-
municationem habere, ut latè probat *Spondan. de Cæ-
meter. lib. 4. p. 1. c. 7. per tot.* & id ſuadeant graviſſi-
ma exempla apud D. Gregor. *lib. 2. Dialog. 13.* nul-
latenus licebat nobis connivere, quòd Cadaver Ba-
ptizzati inter illa Judæorum permiſtum remaneret,
nè communicare cum illis mortuum, cum quibus
vivus communicationem habere non poterat, ſine-
remus.

Verùm, cum de his longa non fuerit concertatio,
tota ad enervandam veritatem, & validitatem Ba-
ptiſmi redacta fuit.

Et quanquam adverſus utramque plura ex parte Ju-
dæorum opponerentur, animum tamen noſtrum retra-
here nullatenus potuerunt.

Retrahere non potuit probationis defectus, quem
primo loco conabantur inferre ex ſola aſſertione Mu-
lieris, quæ in conferendo Baptiſmo nullum alium te- 13
ſtem habuit, quàm ſe ipſam; illud ſatis tritum, &
in ore omnium dicterium afferentes, dictum unius,
dictum nullius, apud *Faria. de Teſtib. quæſt. 63. nu-
mer. 1. Pax Jordan. Elucubr. lib. 54. tit. 18. num. 49.
part. 3.*

Siquidem, nec nos negabamus regulam, à Docto-
ribus communiter receptam, quòd unicus teſtis pro- 14
bationem plenam non faciat, apud eundem *Farin. d.
quæſt. 63. c. 1. per tot.* & præſertim *à num. 1.* uſque *ad
10.* pluribus Auctoritatibus communitam.

Quinimmò in gratiam illorum adjungebamus nos
ipſi, habere hanc regulam, tam à Jure Divino, 15
quàm Eccleſiaſtico, & Civili robur, & firmitatem;
quemadmodum ſcripſit *Stephanus Papa V. Haiſtulpho*,
vel, ut *Fratres Pithæi* magis volunt, *Paulinus Foroju-
lienſis Epiſcopus ad Haiſtulphum in can. admonere 35. qu.
2. nulla divina, humanaque lex unius teſtimonio, etiam
idoneo, quemquam condemnat vel juſtificat.*

Et pro Iure Divino adducebamus illud *Deuteron. c.
17. & c. 19.* repetitum *Matthæi capit. 18.* & apud *D. 16
Paulum 2. ad Corinth. c. 13. In ore duorum, vel trium
ſtabit omne verbum.* Pro Iure Canonico Decretale *A-
lex.* III. ad ſingulos Prælatos Angliæ, in *c. licet uni-
verſis 23. de teſtib. Licèt quædam ſint Cauſæ, quæ plu-
res, quàm duos exigant teſtes, nulla tamen eſt, quæ
unius tantùm, quamvis legitimo teſtimonio terminetur;*
Nec non aliam Decretalem ejuſdem *Alexandr.* III.
ad Atinenſem Epiſcopum in *capit. veniens 10. de te-
ſtib.* ubi: *unius teſtimonium non ſufficit ad condemnatio-
nem.*

Pro Iure tandem Civili ſanctionem allegabamus
Imperatoris Conſtantini in *l. juriſiurandi C. de teſtib.*
qua ſancitur: *ut unius omninò teſtis reſponſio non audia- 17
tur, etiamſi præclaræ Curiæ honore præfulgeat;* nec non
id, quod dicebat celebris ille Cauſarum Declamator
Romanus: *nunquam Romæ unico teſtimonio, etſi Clariſſi-
morum virorum, fidem fuiſſe adhibitam,* ita ut ſcriberet
*D. Hieronymus lib. 2. adverſùs Ruſinum, unico teſti, ne-
que Catoni, creditum eſt.*

His tamen libenter Cauſæ conceſſis, dicebamus è
contra, quòd etiam ab ipſo Jure Divino, Eccle-
ſiaſtico, & Civili, exempla habentur, quòd inter-
dum ab hac regula recedendo, unico teſti plena fides
adhibetur.

A Jure Divino habemus exempla *in capit. 8. Joan.*
ubi Parentes filii cæci, cui Chriſtus oculos aperue-
rat, illum ſolum in teſtimonio beneficii accepti Pha- 18
riſæis adduxerunt: *ipſum interrogate: ætatem habet, ipſe
de ſe loquatur,* de quo ſcribit Auguſtinus *tract. 2. in
Joan.*

Digitized by Google

Joan. qui adeptus fuerat ſanitatem, idoneus erat beneficii teſtis. In *c. 4. Joan.* ubi multi ex Samaria, propter teſtimonium unius tantùm mulieris credentes in Chriſtum, rogaverunt illum, ut apud ſe maneret; de quibus pariter ſcribit *Chryſoſtomus in Catena Aurea D. Thomæ c. 4. ſic ergo ſoli mulieris teſtimonio credentes, & nullum ſignum videntes, exierunt deprecantes Chriſtum, ut apud eos maneret, Judæi verò*, (quorum incredulitas hæreditario animi morbo ad omnes Judæos venit) *miracula videntes, non detinuerunt eum apud ſe ipſos*.

A' Jure Eccleſiaſtico dantur pariter nobis exempla *in can. ſolemnitates, de conſecr. diſt. 1.* ubi conſecratio Eccleſiæ unico teſte probatur; in *can. qui recedunt 26.*
19 *quæſt. 6.* ubi unico teſti aſſerenti dediſſe defunctum ſigna pœnitentiæ, creditur; in *c. ſuper 22. de teſtib. & in c. præterea, de ſponſalib.* ubi unico teſtimonio impeditur matrimonium, nè contrahatur; in *can. præſens 20. quæſt. 3.* ubi ſoli patri teſtanti filium invitum Monachum factum eſſe, integra fides præſtatur; nec non *in can. fin. diſt. 97. in cap. cum parati, cap. conſtitutus 47. de appellat. cap. audientiam, cap. poſt ceſſionem, de prob. cap. ex inſinuatione, de procurat.* quæ indicaſſe ſufficiat.

A' Jure tandem Civili; quod fidem adhibet Tabellioni in iis, quæ ad ejus officium attinent, in *Novell. 73. Juſtiniani*. Principi, coram quo teſtamentum factum fuit, in *l. omnium C. de teſtam.* Uni ex teſtibus teſtamenti, qui ſigillum, & ſubſcriptionem
20 ſuam non recognoſcit, *in l. 1. §. ultimo ff. quemadm. teſtam. aper.* Uni ſoli nuncio, vel officiali, dicenti denunciaſſe, vel citaſſe, in *l. magis §. Illa verſ. nec tamen, ff. de reb. eor. qui ſub tutel.* Nec non unico teſti ex mandato teſtatoris, in *l. Theopompus ff. de dot. præleg.*, & quando impoſſibile eſt, vel ſaltem difficile plures teſtes haberi, *in l. 1. §. final. ff. de V. obligat.*

Ex quo deſumunt pleno, & communi conſenſu Doctores utriuſque Juris, prædictam regulam non eſſe ſic univerſalem, & abſolutam, ut ſuas non patiatur
21 limitationes, quarum *Specul. in tit. de teſt. num. 8.* ponit triginta, *Farin. d. quæſt. 63. cap. 1. à num. 10. Pax Jordan. d. lib. 14. tit. 18. an. 72. Barboſ. in c. in omni negocio 4. de teſtib. Fagnan.* in ſuperiùs allegato *cap. licet univerſis, ſub num. 15. de teſtib. Strein. Summ. Juris Canon. part. 3. tit. de teſtib. §. 7. Modernus Anaclet. ad tit. de teſtib. num. 254.*

Inter quas limitationes quinque in caſu noſtro concurrunt, quarum unaquæque per ſe potens eſt ſufficientem unici teſtimonii reddere probationem.

Prima; quia laudata mulier in alicujus præjudicium teſtimonium non reddit, ſed in bonum dumtaxat innocentis Pueri, nè ob ejus ignoratum Baptiſ-
22 mum Eccleſiaſtica carens ſepultura, pœnam tam gravem pateretur, qua ſolùm graviori ſcelere contaminati in aliorum emendationem ab Eccleſia plectuntur. *capus ſicut, cap. excommunicamus §. Credentes de hæret. capit. quia, de uſur. capit. ſacris, de ſepult. ubi Gonzal. num... clem. 1. de ſepult.* Et inter limitationes, quas, ut dicebamus, recipit allata regula, una eſt, quòd unicus teſtis probationem facit, quotieſcunque in præjudicium non deponit ullius. *Farin. de Teſtib. d. quæſt. 63. num. 26.* cum aliis pleno calamo ab eo congeſtis. *Pax Jordan. d. tit. 18. num. 65. Cæſar Panimol. dec. 88. annot. 1. n. 30.*

Secunda; quia cum ipſamet fuerit, quæ Puerum corpore morientem aſpiciens, ut de poteſtate Auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, Sacri unda Ba-
23 ptiſmatis lavit; de facto proprio deponit; & hanc pariter limitationem habet hæc regula, quòd unicus teſtis, de facto proprio deponens, maximè in alterius utilitatem, plenè probat. *Dec. conſ. 650. num. 9.* ſecutus *Caſtren. in l. quicunque, num. 11. in fin. C. de ſerv. fugit.* plenè *Farin. d. quæſt. 63. cap. 4. num. 225. Poſth. de manutenen. obſerv. 38. num. 14. & 15. Carena de S. Off. part. 3. de Teſtib. tit. 5. §. 13. num. 84. ad fin. Pignatt. conſult. 57. num. 1. tom. 4. Sperell. deciſ. 174. num. 33. Clericat. de Beneſ. diſcord. 29. num. 38. Rota in Aquen. Penſionis 26. Junii 1709. coram R. P. D. Moliner Decano §. De qua.*

Tertia; quia eadem Mulier pias induſtrias adhibens, nè ab hoc ſancto opere per Parentes impediretur, ut una cum illis omnes è cubiculo, ubi jacebat puer in lecto, recederent, nullum teſtem, præter ſe ipſam, habuit; Et recedit allata regula, quandocun- 24
que agitur de probatione alicujus facti; in quo, nedum valdè difficile, verùm etiam impoſſibile eſt, alios teſtes habere, cum tunc etiam unico teſti credatur; ad *text. in l. 1. §. final. ff. de V. oblig. Maſcard. de Probat. lib. 1. in Præfat. quæſt. 11. num. 18. Farin. allat. quæſt. 63. capit. 1. num. 38. & cap. 4. num. 226. Pax Jordan. d. tit. 18. num. 68. Anaclet. ad tit. de Teſtib. numer. 267.*

Quarta; quia depoſitio prædictæ Mulieris pluribus adminiculis communitur. Primum; ampullam cum aqua elementari ſecum tulit, ut eam paratam haberet, ſtatim ac ſibi commodum baptizzandi Puerum præberetur. Secundum; de illo baptizzando longo, & præcedenti colloquio cum aliis mulieribus conſultaverat. Tertium; hoc unum intendens cum eiſdem Mulieribus ad domum Pueri ſe contulit. Quartum; curavit, ut parentes prætextu medicamenti adhibendi eam ſolam relinquerent; quemadmodum prævio earum juramento prædictæ Mulieres de ſingulis his de- 25
poſuerunt; & quando cum unico teſte concurrunt præſumptiones, & adminicula, inducitur plena probatio, prout limitando quarto loco allatam regulam, conſuluit *Bald. conſil. 136. prope fin. lib. 2. conſ. 3. lib. 3. Farin. d. quæſt. 63. cap. 1. num. 35. Pax Jordan. d. tit. 18. num. 66. Cæſar Panimol. dec. 23. annot. 5. num. 18.* præſertim ſi teſtis de facto proprio deponat: *Buratt. dec. 360. num. 1. dec. 775. num. 6. Greg. dec. 521. num. 4. Saminiat. controv. 24. num. 2. lib. 1. Palm. Jun. allegat. 13. num. 8. Calderon. reſol. 42. num. 24. Rot. dec. 347. num. 3. part. 19. rec.*

Quinta; quia tandem hæc regula communiter limi- 26
tatur apud Doctores in Baptiſmo, ad cujus probationem unicus teſtis ſufficit, quemadmodum unico teſte videntur fuiſſe contenti *Gregor. III.* vel, ut legunt *Fratres Pithæi, Greg. II. in can. pueros 110. Leo Papa in can. cum itaque 112. de conſecr. diſt. 4.* qui Canones allegantur ab omnibus, ibique *Gloſ. & in capit. nuper 51. de teſtib.* & quemadmodum de hac limitatione ſcripſit quatuorcentum ab hinc annis *Specul. in tit. de teſt. §. 11. num. 8.* cui pleno calamo ſubſcribunt *Abb. in cap. licet univerſis, num. 5. Butr. num. 6. de teſtib. Maſcard. de Probat. concl. 163. num. 1. Bajard. ad Clar. §. Aſſaſſinium, num. 17. Farinac. de Teſtib. d. quæſt. 63. cap. 1. n. 26. Barboſ. in cap. nuper, num. 6. de teſtib. & in can. placuit 111. de conſecr. diſt. 4. Gonzal. in cap. veniens, num. 6. de teſtib. Fagnan. in cap. licet univerſis, n. 15. eod. tit. Arnold. Corvin. in Jus Can. lib. 3. tit. 26. de teſtib. Joann. Strein. Summ. Juris Can. part. 3. tit. de teſtib. §. 7. num. 21. Petrus de Ledeſma cap. 5. de Bapt. dif. 2. Vaſq. tom. 2. in 3. par. diſp. 146. c. 3. num. 24. Granad. tom. 5. in 3. part. controv. 4. de Bapt. tract. 1. diſp. 8. Suarez. in d. 3. part. quæſt. 66. diſp. 22. ſect. 2. in fin. verſ. quamvis. Quintanaduen. ſing. tract. 1. ſing. 1. num. 5. Layman. lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 3. verſ. dixi. Conincb. quæſt. 66. art. 9. dub. 1. num. 97. Paſqualig. Theor. & Prax. quæſt. 128. n. 3. Tambur. de Bapt. lib. 2. cap. 1. §. 7. num. 2. tom. 2. Pax Jordan. d. tit. 18. num. 63. Ciarl. controv. 199. num. 17. lib. 2. Pignatt. conſult. 73. n. 2. in fin. tom. 4. Berton. de Neglig. part. 2. art. 14. num. 40. Cardin. Albit. de Inconſt. in fide cap. 9. num. 40.* & noviſſimè *Reverendiſ. D. Petra ad Conſtit. 13. Clem. IV. incipien. Ad extirpanda n. 27. fol. mihi 458. tom. 3. Anaclet. ad tit. de Teſtib. n. 259.*

Minùs urgebat animum Noſtrum imbecillitas ſexus, quæ ſecundo loco obiiciebatur pro excludendo, vel ſaltem debilitando teſtimonio Mulieris, ad *tex. in can. Mulierem 33. quæſt. 5.* in quo clarè dicitur: Mulierem teſtem eſſe non poſſe.

Nam reſpondebamus, prædictum Canonem fuiſſe deſumptum à *Divo Auguſtino ex lib. quæſt. Veter. Teſtam. quæſt. 45.* qui ſcripſerat primis illis Eccleſiæ ſeculis, quibus juxta monitum *D. Paul. I. Corinth. cap. 11.* Mulieres, nec in publico loquebantur, nec comparebant; & de quo tempore emanaverat *Concil. Carthagin. IV.* cui interfuit idem *D. Auguſtinus*, ex teſtimonio *Card. Bellarm. de Sacr. Bapt. lib. 1. cap. 7. verſ. 4. prope fin.* relatum in *can. mulier 19. diſt. 23. & in can. mulier 20. de conſec. diſt. 4.* Quo Concilio *can. 99. & can. 100.* cau-

tum

tum erat, nè mulier, etiamſi docta, & ſancta, vi-
ros in conventu docere preſumeret; quemadmodum ex
Tertull. in lib. de Virgin. veland. capit. 1n. & D. Joanne
27 Chryſoſt. obſervat Baron. anno 58. nam. 55. Ac proin-
dè, cum iiſdem etiam temporibus vigeret Conſtitutio
Pontificum Caliſti I. in can. teſtes 3. quæſt. 9. & Dama-
ſi in can. relatum §. Leges 5. quæſt. 2. qnòd teſtimonium
non in ſcriptis proſerre, ſed in foro ad illud profe-
rendum comparere teſtes tenerentur; non decebat,
qnòd ſæminæ, quæ nec in publicum comparere, nec
in conventu, loco ſcilicet, hominum multitudine re-
ferto, docere poterant, ad teſtificandum in foro vo-
carentur, ut obſervavit etiam Gonzal. in cap. quæ-
dam, numer. 6. de teſtib. nec non eruditiſſimus in hac
Piſana Univerſitate Sacrorum Canonum Interpres
Migliorac. in ſuis Inſt. Canon. lib. 3. tit. 17. numer. 25.
& 26. & deducitur ex eodem canon. mulierem; ubi
dicit D. Auguſtinus; nec docere enim poteſt, nec te-
ſtis eſſe.

At ſenſim, remiſſo temporum illorum rigore, ce-
pit Eccleſia non ſolum Mulieres in teſtes admittere,
verùm etiam, ut admitterentur ſancivit, ſecuta Jus
28 Civile, à quo regulariter in omni ferè negocio ad di-
cendum teſtimonium mulieres admittuntur. l. ex eo ff.
de teſtib. l. qui teſtamento §. Mulier ff. de teſtam. & cujus
diſpoſitionem ad literam in can. ex eo 15. quæſt. 3. tran-
ſumpſit Gratian.

Sic de anno 529. D. Gregorius Magnus, ſcribens ad
Sabinum Defenſorem Sardiniæ, & Anthemium Subdiaco-
num, illis commiſit, ut adverſus quendam Presbyte-
29 rum, nomine Epiphanium, mulierum etiam teſtimo-
nium admitterent. Epiſt. 36. lib. 2. translata in cap.
quoniam 3. de teſtib.

Sic Cæleſtinus III. Eccleſiæ Florentinæ mandavit in
can. videtur 35. quæſt. 6. ut conſanguineos utriuſque ſe-
30 xus in teſtificationem ſunrum ad matrimonium con-
jungendum, vel dirimendum reciperet; quod repeti-
tum ſimiliter legitur in cap. videtur, qui matrim. ac-
caſar poſſ.

Alexander III. in c. ſuper eo 22. de teſtib. declaravit,
31 quòd pro impediendo matrimonio uni tantum mulieri
teſtificanti fides præſtaretur.

Innocentius III. in c. tam literis 33. de teſtib. commiſit
32 Priori S. Fridiani, & Magiſtro G. Canonico Piſano, ut ad
cognoſcendam irregularitatem, adverſus electum in
Epiſcopum Lucenſem oppoſitam, mulieres etiam in
teſtes adhiberent.

Ita ut hodie nil quæſtinnis babeat, quòd tam de
Jure Civili, quàm Canonico, mulierum teſtimonium
in omni ferè negocio, maximè ad rem criminalem
33 non attinente, recipitur. Tiraquell. de Legib. Connub.
lib. 9. num. 64. & ſeqq. Farin. de Teſtib. quæſt. 59. fe-
rè per tot. Pax Jordan. lib. 14. tit. 18. numer. 529. &
ſeq. part. 3. Piringh. ad tit. de teſtib. numer. 66. & 69.
Anaclet. ad eundem tit. numer. 84. Sperell. deciſ. 81. nu-
mer. 45.

Quamobrem ad vim hnjus objecti, cui nimium con-
fidebant, retundendam, ſic argumentabamur: Mu-
34 lieres in cauſis Civilibus, in qnibus de alieno agitur
præjudicio, integræ fidei reputantur: Gloſ. in cap. quo-
niam, de teſtib. V. Mulieres, ibiq. Abb. num. 2. Crot. de
teſtib. part. 4. num. 154. Farin. d. quæſt. 59. caſ. 2. num.
35. & 36. Clar. §. fin. quæſt. 24. num. 2. Pax Jordan. d.
35 tit. 18. num. 528. A' Cauſis Matrimnnialibus, in qui-
bus teſtes omni exceptione majores exiguntur, ad
36 text. literal. in cap. ex literis, de conſang. & affinit. non
reiiciuntur. Tiraquel. num. 74. Farin. num. 33. Pax Jor-
dan. num. 530. l. cit. Ventrigl. annot. 3. §. 3. numer. 18.
part. 1. Caputaq. dec. 205. num. 1. part. 2. Buratt. dec.
713. numer. 4. part. 2. rec. Barboſ. in Collect. ad Concil.
Trid. cap. 2. ſeſſ. 24. de refor. Matrim. num. 1. A' co-
37 dicillis, qni teſtes graves, & omni pariter exceptione
38 majores requirunt, l. fin. C. de Codicil. mulieres non ex-
cluduntur. Maſcard. de Probat. lib. 2. concl. 763. num.
7. Farin. d. quæſt. 59. caſ. 3. num. 69. Calvin. de Æquit.
lib. 2. quæſt. 154. per tot. Et à probando Baptiſmo,
cujus probatio alterius tantùm ſavorem reſpicit, &
ad quem probandum unicus teſtis ſufficit, erunt ex-
cludendæ.

Ad augendam argumentationis vim addere non im-
portunum exiſtimavimus, quod opinantur Doctores,
numero, & auctoritate magni ponderis, non unico 39
tantum teſti, verùm etiam ſimplici ſchedulæ, collo
appenſæ inſantis expoſiti, quæ baptizzatum teſtifice-
tur, fidem eſſe adhibendam. Gaſpar. Hurtad. diſp. 1.
de Baptiſm. diff. 12. Tambur. dub. 5. de Baptiſm. num. 2.
Diana part. 3. in Addit. ſecund. reſol. 6. & part. 5.
tract. 13. reſol. 85. & part. 9. tract. 6. Miſcell. reſol. 35.
verſ. ſed communis. Caſtropal. part. 4. tract. 19. de Ba- 40
ptiſm. punct. 13. num. 6. ubi etiamſi ſchedula à nemine
ſit ſubſcripta. Laim. lib. 5. tract. 2. cap. 5. num. 3. verſ.
dubium, Tambur. lib. 2. de Baptiſm. cap. 1. §. 7. num.
4. quam opinionem communem dicit, eique adhæret, 41
ſi ſimus inter Chriſtianos, cum Infidelibus, & Ju-
deis non commiſtos. Card. Albit. de Inconſt. in Fide cap.
33. num. 21. Si ergo ſavore Baptiſmatis etiam ſchedu-
læ, quæ nec ſigillo, nec ſubſcriptione firmata, in nul-
lo ſoro, ac tribunali fidem humanam facit Rom. conſ. 42
2n4. n. 3. Card. Thuſc. tom. 7. concl. 74. num. 18. & 25.
lit. S. Maſcard. de Probat. concl. 6. n. 10. fides præſtatur;
Mulieri poſtmodum aſſerenti aliquem baptizzaſſe cre-
dendum non erit?

Nullatenus enim Eccleſia permitteret Mulieri in
neceſſitate baptizzare, niſi etiam bapizzaſſe dicenti
credere voluiſſet, cum ejus naturæ Baptiſmus ſit,
ut cui permittitur baptizzare, neceſſarium etiam ſit,
ni circumſtantiæ diverſum ſuadeant, credere ab eo
collatum eſſe Baptiſmum; quoniam validitas pendet
maximè ab intentione, cujus ſolum inſpector, & te-
ſtis Deus eſſe poteſt. Quamobrem Sotus in 4. ſent. diſt.
3. quæſt. un. graviter eos Parochos reprehendit, qui
omnes Inſantes, quos Obſtetrices in neceſſitate ba- 43
ptizzaſſe teſtantur, nullo prævio examine, ac dili-
gentia, iterum ſub conditione baptizant, & Cardinal.
Albit. de Inconſt. in Fide cap. 33. num. 14. ad 16. di-
cit, admittendas non eſſe Synodos illas, quibus ju-
betur, Baptizzatos ab Obſtetricibus nulla facta di- 44
ligentia ſub conditione rebaptizzari; Nam ſi, inter-
rogatæ de omuibus neceſſariis ad Baptiſmi valorem,
rectè reſpondent, ſupplendæ tantùm ſunt ſolemnita- 45
tes omiſſæ. Diana part. 5. tract. 13. Miſcellan. Reſol. 86.
Suarez in 3. part. quæſt. 71. art. 4. diſp. 31. ſect. 6. Coninch.
quæſt. 66. art. 9. dub. 1. n. 94. Giribal. de Sacr. Bapt. tit.
1. c. 6. dub. 4. n. 33.

In cujus comprnbationem Alexander Patriarcha
Alexandrinus, cum vidiſſet Athanaſium, adhuc pue-
rum, inter alios pueros veluti eorum Epiſcopum agen-
tem, aliquos Cathecumenos ex illis Pueris baptizzaſ-
ſe, ratum Baptiſmum judicavit, ut reſert Gratian. ad 46
can. Spiritus Sanctus 1. quæſt. 1. Ruffin. Hiſtor. lib. 10.
cap. 14. Sozzom lib. 2. cap. 16. quia examinatus ab eo
Athanaſius, habuiſſe reſpondit intentionem faciendi,
quod viderat eundem Patriarcham feciſſe, ut notat 47
Laym. lib. 5. tract. 2. de Bapt. cap. 1. numer. 2. & Baron.
ann. 311. n. 61. 62. Ex quo, ſi ad probandam validi-
tatem Baptiſmi fides habita ſuit etiam puero, qui 48
aliàs à dicendo teſtimonio in omni cauſa, & in omni
foro repellitur l. 3. §. Lege Julia ff. de teſtib. can. teſtes 4.
quæſt. 2. quanto magis habenda erat Mulieri, ætate pro-
vectæ, & quæ tantum adhibuit ſtudii, ac diligentiæ,
ut animam illius Pueri lucraretur.

His ad clamores Hebræorum compeſcendos, & ad
noſtram Cauſam ſuſcipiendam (ſi quis nimiam credu-
litatem noſtram in adhibenda fide uni Mulieri fuiſſet
redarguturus) plnſquam ſatis, & nimis liberali calamo
congeſtis, Doctores etiam adjungimus, Doctores om-
nes magnæ auctoritatis; qui unico teſtimonio Mulie-
ris Baptiſmum probari individualiter ſcripſerunt, Pa- 49
ludan. in 4. ſent. diſt. 6. quæſt. 4. art. 1. concl. 2. Sotus
diſt. 3. quæſt. un. art. 9. Navar. cap. 27. n. 246. D. Antonin.
3. part. tit. 14. cap. 13. §. 12. Sylveſter §. Bapt. 4. quæſt. 9.
n. 7. Tambur. de Bapt. dub. 5. num. 5. Ciarlin. contr. 199.
n. 20. lib. 2. Quintanaduean. Singul. tract. 1. ſingul. 3. n. 3.
& ſingul. 9. n. 11. Auctor alioquin nimis forſan rigidus
in exigenda probatione Baptiſmi, ut animadvertit Tam-
bur. de Sacr. Bapt. c. 1. §. 7. n. 9.

Oppugnata igitur inutili impetu probatione Baptiſ-
mi collati, conabatur Sinagoga non minùs inutili co-
natu ejus validitatem oppugnare.

Et quanquam non minori etiam opere ab iis, quæ
nobis obiiciebantur, expediri potuiſſemus; nihilomi-
nus, cum ad aures noſtras magno cordis mœrore per-
vene-

venerit, ſuiſſe, qui clandeſtinis colloquiis, vel nimia ſollicitam noſtram dicere deliberationem non dubitaverint, & forſan ex iis, qui pro ea pugnare debuiſſent, plura, quàm neceſſaria forent pro demonſtranda validitate controvetſi Baptiſmi, ad eradicandos errores, ſi qui ſerpere clam potuiſſent, afferre coacti ſumus.

Et profectò non mediocriter mirabamur, quòd in dubium revocari validitas collati Baptiſmi tam animoſè potuerit; quando, nèdum validè, verùm etiam licitè à memorata Muliere collatum ſuiſſe aſſerere non dubitamus.

Nec fundamentum noſtrum in ſententia ponimus eo-
50 rum, cui poſſe Infantes Hebræorum, etiam Parentibus repugnantibus, baptizzari conſtanter tenent; quorum principem locum habet inter Theologos *Scotus in 4. ſent. diſt. 4. quæſt. 9.* & eum ſequuntur omnes Scotiſtæ, præſertim *doctiſſ. Card. de Lauræa*, qui in *Tract. de Sacram. diſp. 14. art. 5. per tot.* hanc ſententiam, rejectis auctoritatibus, rationibuſque contrariis, multis argumentis corroborat, & exornat; nec non inter Canoniſtas *Archid. in can. qui ſacera, diſt. 45.* quem plures pariter ſequuntur apud *Afflict. dec. 151. per totam. Tonell. Manud. Infid. ad Fidem concl. 6. num. 19.* cum libenter
51 contrariæ ſententiæ, quæ eſt *D. Thomæ* inter Theologos, *part. 3. quæſt. 68. art. 10. & Abbatis* inter Canoniſtas, *in cap. ſicut, de Judæis*, cui pleniori numero adhærent Doctores, adhæreamus & nos; licèt adhuc in judicatum hanc ſententiam non tranſiviſſe dicat *Epiſcopus Sperell. dec. 1. n. 29.*

Sed ex eo licitum dicimus, quòd collatus fuit prædicto Puero in proximæ mortis periculo conſtituto; cui deſperata ſalus corporis, quæ patrem induxit ad eum committendum ſimplici Mulieri, ignota medicamenta jactanri, animæ ſalutem felici commutatione comparavit: In hoc enim ſtatu, quo nulla ſpes adeſt
52 (prout in caſu noſtro exitus comprobavit) ſuperviventiæ filii, licitum eſſe, invitis etiam parentibus, filios infantes baptizzare, omnes ex utraque ſententia Doctores communiter admittunt. *D. Antonin. p. 2. Summ. tit. 12. cap. 2. §. 4. & in 4. ſent. tom. 1. diſt. 5. quæſt. 15. art. §. Septimam. Suarez in 3. part. quæſt. 68. diſp. 25. ſect. 3. §. Ex his autem. Becan. de Sacr. Bapt. capit. 10. quæſt. 7. num. 7. Hurtad. de Sacr. Bapt. diſp. 3. diff. 3. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 23. quæſt. 10. Gonet. de Sacr. tract. 3. cap. 6. Diana part. 2. tract. 15. reſol. 45. part. 5. tract. 3. reſol 10. Layman. lib. 5. tract. 2. cap. 6. num. 10. verſ. dixi autem. Epiſcopus Abelly. Medall. Theolog. tract. 1. capit. 2. de Bapt. ſect. 3. tom. 2. Tambur. de Sacram lib. 2. cap. 1. §. 2. num. 9. Caſtropal. tract. 19. diſt. un. de Bapt. punt. 9. num. 16. Paſchal. de Virib. Potr. Pot. part. 1. cap. 7. num. 11. Farinac. Fragm. Criminal. part. 2. littera I. num. 630. Ricciull. de Jure Perſon. extra Eccleſ. l. 2. cap. 32. nu. 31. Barboſ. in can. Judæorum 28. quæſt. 1. num. 3. Gaſpar. Juvenin. Comm. Hiſtor. Dogm. de Sacr. diſſert. 2. de Bapt. quæſt. 7. c. 1. art. 2. in fin. Paſqualig. Theor. & Prax. quæſt. 47. num. 18. Coton. lib. 2. controv. 2. num. 31. Sperell. deciſ. 1. num. 41. Ciarlin. controv. 199. n. 13. lib. 2. Carol. Anton. de Luca Animadverſ. in Gratian. ad c. 977. num. 9.* Et ita ſuiſſe Romæ reſolutum in quadam particulari Congregatione *die 28. Januarii 1637.* refert *Nicol. in ſuis Lucubrat. p. 2. l. 1. tit. 1. de Summa Trinit. n. 6. verſ. ſecundo quæro.*

Impleat tandem hanc nobilem Doctorum coronam *Gobat.* qui, non ſolùm in ſuo *Exper. Theol. tr. 2. caſ. 11. ſub n. 316.* tenet in tali ſtatu licitum eſſe Baptiſmum, verùm etiam ſub *nu. 329.* dignè commendat quendam Patrem Henricum Societatis Jeſu, qui in quodam Ger-
53 ſidis Pago vocatus tanquam medicus à Mahumetano ut filiam ſuam triennem morti proximam ſanaret, ſumpta opportunitate illi medendi, quam evitare nec etiam potuiſſet, nè in diram indignationem incurreret dicti Mahumetani, inter alia ſagaci pietate medicamenti nomine aquam adhibens, puellam baptizzavit, quam, nè, ſi adoleſceret, Mahumetanis erroribus inquinaretur, quemadmodum noſtrum Puerum, Divina Bonitas ad Cœlum vocavit.

Quicquid dicat *Navarr.* aliàs doctiſſimus, vir *conſil.*
54 *4. n. 35. de Converſ. Infid. tom. 1.* aſſerens, quòd dicere non auderet filium, etiam in proximæ mortis articulo poſitum, invitis parentibus poſſe baptizzari, eum in hoc ejus auctoritas non attendatur ex duplici ratione; Prima, quia ſe fundat in quadam Bulla *Martini V.* qua dicit mandari, quòd filii Hebræorum, priùs quàm ad annos diſcretionis non pervenerint, ſine conſenſu Parentum nullatenus baptizzentur; & prædictam Bullam non reperiri, ut obſervatum fuit etiam à nobis in alia noſtra reſolutione ſub die 12. *Novembris 1709.* teſtantur *Sperell. dec. 1. num. 34. Ciarl. controv. 42. num. 27. lib. 2.* Secunda, quia contra allegatum *conſil. 4. Navar.* Romæ judicatum fuit, ut legitur in calce *eiuſdem Conſilii*, & teſtatur *Barboſ. in can. Judæi 28. quæſt. 1. num. 9.* nec non *Rutilius Benzon. Epiſcopus in Specul. lib. 1. quæſt. 9. dub. 1.* qui ſcribens juſſu *Gregorii XIII.* contra prædictum *Conſilium Navarri*, victoriam in Judicio reportavit apud *modernum Berton. de Neglig. p. 2. art. 3. n. 75.*

Ab hac ipſa neceſſitate, quæ urgens in periculo mortis licitum reddit Baptiſmum, etiam repugnante voluntate parentum, removentur ſimiliter omnia alia, quæ ad illicitam demonſtrandam prædicti Baptiſmi adminiſtrationem afferri ex adverſo potuiſſent.

Removetur enim defectus Miniſterii ordinarii. Ve-
rum profectò eſt, quòd in *Concilio Carthag. IV. can. 100.* 55
ſtatuitur, ut mulier baptizzare non præſumat; Sed excipitur ab hoc interdicto caſus neceſſitatis. Et quan-
quam hujuſmodi exceptio in *Thomis Conciliorum* non 56
legatur, attamen tam *Magiſter Sententiarum* qui refert hunc Canonem, quam *Gratian. in can. Mulier, de conſecr. diſt. 4.* in quo prædictus *Canon Concil. Carthag.* tranſcribitur, addunt eidem Canoni; *niſi neceſſitate cogente*, itaut ſic legi debeat: *Mulier baptizzare non præſumat, niſi neceſſitate cogente*: quemadmodum declaravit *Urbanus IV.* ſcribens Epiſcopo Brixienſi in *cap. ſuper quibus 30. quæſt. 3.* & definivit poſtmodum *Concilium Florentinum in Decret. Armen. relat. in Bullar. Rom. inter Conſt. Eugen. IV. conſt. 19. §. 10.*

Removetur defectus loci. Quamvis enim tam ex *Conſtitut. Clem. V. in Clem. un. de Bapt.* quàm ex vetuſtiſſima prohibitione in *VI. Synodo can. 59. Concil. Melden. I. can. 48. Concil. Colonien. V. cap. 15.* non poſſint infan-
tes domi baptizzari; limitatur tamen hæc prohibi- 57
tio ab eadem *Conſt. Clem. V.* quotieſcunque neceſſitas urgeat.

Similiter deficientia Patrini. Exigit ſanè ſolemnitas
Baptiſmi, ut Infantes Patrinos habeant, à quibus è 58
ſacro Fonte leventur, quos primis Eccleſiæ ſeculis Suſceptores vocavit *Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hierar. c. ult.* Sponſores *Tertullian. in l. de Bapt.* Fideductores *Auguſt. ep. 32.* At ubi conferatur privatim, & abſque ſolemni-
tate ob periculum mortis, ceſſat quoque obligatio illos 59
adhibendi, *Rodriq. Hurtad.* & alii apud *Quintaduenn. Singul. tr. 1. ſingul. 18. n. 1.*

Defectus tandem removetur aliarum Cæremoniarum, quas nec omitti debere, nec poſſe, latè ſcribit *Bellarm. de Sacram. l. 2. c. 31. quarta Prop. & de Sacram. Bapt. l. 1. c. 24. & ſeq.* nec non definivit *Sacrum Concil. Trident. ſeſſ.
7. de Sacram. can. 31.* cum Baptiſmus ob urgentem ne- 60
ceſſitatem privatim collatus non alligentur modo, quo utitur Eccleſia; & cum quilibet in hujuſmodi neceſſitate poſſit eſſe miniſter hujus Sacramenti, ita etiam quolibet modo conferri poteſt. *Paſqualig. dec. 73. n. 3. & 5.* apud *Quintanaduen. ſing. tr. 1. ſing. 22.*

Ad magis tamen corroborandam hanc noſtram reſolutionem, adjungimus, quòd etiamſi licitus Baptiſmus non ſuiſſet, non ideo ad impediendum, nè in loco ſacro prædictum Puerum ſepeliri mandaremus, potuiſſet nobis opponi, quòd contraria Parentum voluntas invalidum reddidiſſet.

Non quòd velimus Hebræis ſuper patria poteſtate
litem inferre, quam illis pacificam relinquunt *Abbas* 61
in cap. fin. de converſ. Infid. Felym. in cap. Judæi il 2. de Judæis. Navarr. conſ. 4. n. 1. de Converſ. Infidel. Grat. diſcep. 977. num. 7. Paſchal. de Virib. Patr. Pot. part. 1. c. 7. n. 9. Marquard. de Judæis part. 3. c. 4. nu. 10. Sperell. dec. 1. num. 37. Ciarlin. contr. 42. num. 1. cum aliis apud eos.

Et quam nos ipſi in miſerum ſolamen eorum nimis duræ, ac nunquam ſatis deplorabilis cæcitatis, illis quoque relinquimus.

Sed quia conſtanter aſſerimus, eam ullo modo impedire poſſe, quin invitis parentibus eorum filii Infantes validè baptizzentur.

Nam, cum hæc introducta fuerit à Jure Civili §.
Jus autem, Inſt. tit. de patr. pot. l. nam Civium ff. de
iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur. lataque dicatur à Ro-
mulo penes Plutarchum; nec non inter leges duodecim
tabularum legatur apud Joann. Roſin. Antiq. Roman.
62 lib. 8. cap. 7. nullatenus ad Spiritualia extendi poteſt,
63 quæ humanæ ſubduntur poteſtati, ad tex. in cap. fi-
nal. de Judic. in 6. Navar. allegat. conſil. 4. n. 19. Azor.
d. part. 1. lib. 8. cap. 25. quæſt. 3. Paſchal. de Virib. Patr.
Pot. d. cap. 7. num. 10. Barbat. conſil. 57. per totum, lib.
3. Grat. d. c. 977. num. 10. Afflict. deciſ. 151. num. 9. ubi
Uſil. n. 10. Sperell. d. dec. 1. num. 40. Ciarl. d. contr. 42.
n. 16. lib. 1. & contr. 199. num. 11. lib. 2. Paſqualig. Dec.
moral. 389. n. 5. & communiter Theologi, qui ſequun-
tur D. Thomam part. 3. quæſt. 68. art. 10.

Multoque minùs tanti roboris eſſe patriam poteſta-
tem admittimus, quòd, ſi filii infantes invitis paren-
64 tibus baptizzentur, obſiſtere poſſit, nè ſacer in eis im-
primatur character, cum Afflict. dec. 151. per tot. Pa-
ſchal. de Virib. Patr. Pot. d. cap. 7. n. 11. Carol. Anton. de
Luca ad Grat. d. c. 977. n. 7. Ciarl. d. contr. 199. num. 2.
Sperell. d. dec. 1. n. 36. & 42.

Poſita enim debita Materia, Forma, & Intentio-
ne faciendi, quod facit Eccleſia, conſenſus parentum,
65 qui non eſt de eſſentia Baptiſmi, nullatenus opera-
tur, ut abſque eo Baptiſmus validè filiis conferri non
poſſit. Anton. de Souſ. in Aphor. Inquiſit. lib. 4. cap. 6. n.
5. Cardin. Tolet. lib. 2. cap. 21. num. 2. Anton. à Spiri-
tu Sancto de Bapt. tract. 2. diſp. 4. ſect. 3. num. 143. vol.
2. Reginald. Prax. Fori Pœnit. lib. 27. c. ultimo num. 68.
tom. 2.

Si enim patria poteſtas hoc operari valeret; non
tantùm ſequeretur, quòd, cum finita impubertate il-
la non ceſſet, ſed ad puberes etiam ſe extendat,
princ. tit. Inſtit. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. l. nam civium
66 ff. de iis qui ſunt ſui, vel alien. jur. nec filii Hebræo-
rum adulti poſsent abſque parentum conſenſu validè
baptizzari; quod neminem legimus ſcripſiſſe, nec cre-
dimus quam huc uſque dicere auſum fuiſſe; quemad-
modum ante nos quoque animadverterat pius æquè,
ac doctus Epiſcopus Sperell. toties citata dec. 1. nu-
mer. 38.

Verùm etiam ex hoc induceretur, quòd ſolius ma-
tris conſenſus non ſufficeret ad licitè filium reluctan-
67 te patre baptizzandum, contra declarationem Concil.
Tolet. III. can. 54. & Concil. Tolet. IV. can. 62. & con-
tra communem ſententiam, quam in alia noſtra re-
ſolutione. cui pariter Hebræi acquieverunt, rationi-
bus, & Doctorum auctoritatibus munita, ſecuti fui-
mus.

Non ignoramus tamen quoſdam fuiſſe Scholaſticos,
qui ſcripſerunt, neceſſarium eſſe voluntatem paren-
tum, vel eorum, quorum curæ filii infantes commiſſi
ſunt, ut validè baptizzentur; ea ratione ducti, quòd
cum Baptiſmus nulla ſuſcipientis voluntate collatus
inanis, & irritus ſit; Baptiſmus quoque infantium,
68 qui nullam aliam voluntatem habent, quàm volunta-
tem parentum, illis reluctantibus, ex defectu volun-
tatis, ſaltem interpretativæ, nullus pariter ſit; quo-
rum anteſignanus fuit Durandus Epiſcopus Meldenſis in
4. ſent. diſt. 4. quæſt. 7. n. 53.

Huic ſententiæ, quæ pauciſſimos ſectatores; nulloſ-
que plauſus in Scholis, & in Foro habuit, & quæ ir-
rationabilis dicitur à Card. Caiet. in Comm. ad D. Thom. p.
3. quæſt. 68. art. 10. nec non falſa à doctiſſimo Suarez
in eandem 3. part. D. Thomæ d. quæſt. 68. art. 10. diſput.
25. ſect. 1. concl. 2. opponitur D. Auguſtinus, qui ante
noningentos ferè annos, quàm Durandus hanc ſenten-
69 tiam foras dederit, eidem pro nobis reſpondiſſe vi-
detur; Non enim ſcriptum eſt. (ſunt ipſiſſima verba
Auguſtini, ad Bonifacium Epiſcopum Epiſt. 13. ſcri-
bentis) niſi quis renatus fuerit ex parentum voluntate,
aut ex offerentium, vel miniſtrantium fide; ſed niſi quis
renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto. Aqua igitur,
exhibens forinſecus Sacramentum Gratiæ, & Spiritus, ope-
rans intrinſecus beneficium Gratiæ, ſolvens vinculum cul-
pæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in uno
Chriſto ex uno Adam generatum.

Quod ſcripſiſſe D. Auguſtinum refert, ac explicat A-
malarius Fortunatus Archiepiſcopus Trevirenſis lib. 1. de
Eccl. Offic. cap. 24. Ut intelligamus non eſſe opus liberan-
di parvulum voluntate, ſive fide offerentium, ſed Spiritu
Sancto, qui communis eſt, & majoribus offerentibus, &
parvulis renatis.

Nam ſicut parvuli potuerunt peccato infici origina-
li abſque proprio, vel parentum conſenſu, ob ſolam 70
Adæ voluntatem; quid mirùm, quòd poſſint etiam
ab eo peccato mundari ob ſolam voluntatem Chriſti,
& per media ab eo inſtituta, ſine propria, vel paren-
tum voluntate? Suar. d. diſp. 25. concl. 2. Caſtrop. d. diſp.
unica punct. 6. n. 7. part. 4.

Cum enim benigniſſimus Deus agat cum rebus ſe-
cundum earum naturas; adulti, qui habent uſum libe-
ri arbitrii, non juſtificantur à Deo, niſi etiam ipſi 71
per aſſenſum liberi arbitrii concurrant. In pueris
verò, uſum liberi arbitrii non habentibus, hujuſ-
modi aſſenſus, ſeu voluntatis non exigitur concurſus.
Bellarm. de Sacr. Bapt. l. 1. c. 8. verſa ſecunda ratio.

Et ſic originale peccatum, quod ſine conſenſo con-
trahitur, remittitur in Baptiſmo, etiam non con-
ſentienti, ut parvulis. Abb. in cap. majores §. Verum,
num. 1. de Bapt. ibiq. Jo: Andr. num. 1. Fagnan. num. 54.
Quemadmodum declaravit in eodem §. Verum Innoc.
III. ſcribens Michaeli Archiepiſcopo Eccleſiæ Arela- 72
tenſis. Originale igitur, quod ſine conſenſu contrahitur,
ſine conſenſu per vim remittitur Sacramenti. Actuale ve-
rò, quod conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minimè rela-
xatur.

Præterquamquod non eſt credendum, quod Miſeri-
cors, & Miſerator Deus, qui vult omnes ſalvos fieri,
& neminem perire d. capit. majores §. Verum, voluerit
inſtituere Baptiſmum infantium ita pendentem à vo-
luntate, & intentione parentum, ut ea deficiente in-
validus eſſet; tum quia parentes non rarò incerti 73
ſunt, aut occulti; tum quia interdum expedit, quod
filii extremè periclitantes, patris aſſenſu non expe-
ctato baptizzentur; tum etiam quia nunquam de illo-
rum voluntate ſatis conſtare valet, cum ficta, ſeu fal-
ſa eſſe poſſit; ac proindè, vel filii ſæpiſſimè baptiz-
zari non poſſent, vel ſi baptizzarentur, nunquam cer-
tus eſſet eorum Baptiſmus.

Quemadmodum ad oſtendendam hujuſmodi repugnan-
tiam contrariæ ſententiæ, idem D. Auguſtinus in me-
morata Epiſt. 23. utitur ſimilibus exemplis; nimirum,
vel puerorum, qui feruntur à Parentibus ab Baptiſ-
mum non ea intentione, ut gratia ſpitituali ad vitam
regenerentur, ſed ut ſanitatem temporalem recipiant,
& non propterea illi non regenerantur, quia non ab
iſtis hac intentione offeruntur quòd exemplum refertur
etiam in can. non illud 53. de conſecr. diſt. 4. Vel qui non-
nunquam mortuis parentibus baptizzantur, ab eis ob- 74
lati, qui illis hujuſmodi miſericordiam præbere po-
tuerunt; Vel qui crudeliter à Parentibus nutriendi
exponuntur, & ab illis, qui eos colligunt, offerun-
tur ad Baptiſmum.

Quibus tandem rationibus, ac exemplis corroborata
hac noſtra ſententia, poteſt repeti Durando, ac om-
nibus aliis, qui eum ſequuntur, vel quibus ejus ſen-
tentia placet, quod Sanctus Epiſcopus Auguſtinus dixit 75
Bonifacio item Epiſcopo in enunciata Epiſt. 24. Illud
autem nolo te fallat, ut exiſtimes, reatus vinculum ab
Adam tractum, aliter non poſſe diſrumpi, niſi Parvuli
ad recipiendam Chriſti gratiam à Parentibus offeran-
tur.

Cui auctoritati Divi Auguſtini coronam, ac plauſum
facere Theologos omnes ſcribit Azor. Inſt. Moral. part.
1. cap. 25. quæſt. 8. In hac enim ſententia tam Schola
D. Thomæ, quàm illa Scoti conſentit. Diſpares qui-
dem ſunt quo ad licitam adminiſtrationem; utraque
tamen in validitate Baptiſmi, filiis Infidelium invitis
parentibus collati, convenit. Pro Schola Scoti opus non
eſſet aliquos allegare; nam cum ſint in ſententia,
quòd etiam licitè conferatur; multò magis admittunt
tanquam indubitabilem certitudinem validitatis Ba-
ptiſmi; placet nihilominus ex eadem Schola indicare
adverſus Durandum, contrariæ ſententiæ Anteſigna- 76
num, alterum Durandum ſcribentem in 4. ſent. de Sa-
cr. tract. 2. diſp. 3. quæſt. 2. Difficultas non eſt de validi-
tate Baptiſmi, certum enim eſt apud omnes Theologos, ex-
cepto Durando, quòd filii quorumcumque Infidelium invi-
tis parentibus validè baptizzari poſſunt; nec non Card.
de Lauraa in eod. lib. 4. ſent. diſp. 54. art. 5. ubi

ſub

Digitized by Google

ſub num. 58. *Nota quod ſermo non eſt de poſſe valido, quia ſi baptizzarentur, certum eſt remanere baptizzatos, ſed de poſſe licito, id eſt, an licitè fiat, ſi baptizzentur.*

Ex Schola verò D. *Thomæ* ſat ſimiliter eſſet ſolum *Cardin. Cajetanum*, ejus mentis fidum interpretem, adducere, qui in 3. *part. quæſt.* 68. *artic.* 10. ſcribit: *adverte Auctorem* (ſcilicet D. Thomam) *ſentire, immo ſupponere filios Infidelium fore verè baptizzatos, ſi invitis parentibus baptizzarentur*. Verùm juvat & alios allegare, qui hanc ſententiam, uti ſententiam D. *Thomæ*
77 ſequuntur. *D. Antonin. part.* 2. *tit.* 12. *cap.* 2. *§. Judæorum. Sotus in* 4. *ſent. diſt.* 5. *quæſt. unica art.* 10. *verſ. duo hic tamen. Sylveſt. V. Baptiſmus* 4. *quæſt.* 7. *Bartholom. de Piſis in Summa Piſanella in V. Judæus. Joan. Tabien. in Summa tit. de Bapt. quæſt.* 7. *num.* 13. *Barthol Fumus in Summa Armilla V. Baptiſmus, num.* 57. *Didac. Nagn. in* 3. *part. D. Thomæ quæſt.* 68. *art.* 10. *Vincent. Candid. Diſq. Moral. diſq.* 16. *artic.* 5. *dub.* 4. *Anton. de Souſa Aphor. Inq. lib.* 4. *capit.* 6. *numer.* 5. *Vincent. Contenſon. Theol. Ment. & Cord. lib.* 11. *part.* 1. *Diſſert.* 3. *cap.* 2. *de Bapt. Natal. Alex. Theol. Dogm. de Bapt. lib.* 2. *cap.* 7. *prop.* 3. *P. Marcus Serra in* 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 10. quibus omnibus ex eodem Inſtituto, ac Doctrina Thomiſtis, addi poſſunt *Suarez*, qui in *eadem part.* 3. *quæſt.* 68. *art.* 10. *diſp.* 25. *ſect.* 1. *concl.* 2. dicit, hanc eſſe ſententiam D. *Thomæ*, & communiorem Theologorum. *Azor.* qui *ſuprad. quæſt.* 8. hoc ipſum confirmat, nec non *Vaſquez, in eand.* 3. *part. diſp.* 154. *cap.* 6. *num.* 64. *Coninch. in d. quæſt.* 68. *D. Thom. de Sacr. Bapt. art.* 10. *numer.* 66. & 67. *Becan. Summa Theol. tract. de Sacr. cap.* 10. *quæſt.* 7. *n.* 3. *Paulus Mezyer. tom.* 4. *Theol. Schol. tract.* 16. *diſp.* 26. *art.* 1. *§.* 3. qui omnes, vel explicant, vel ex profeſſo *D. Thomam* ſequuntur.

Et quamquam ad ſatietatem demonſtret hujus ſententiæ veritatem utriuſque Scholæ conſenſus, quæ de Theologia ſcholaſtica, optimè meruerunt, libenter
78 tamen adjungimus *Caſtropal. de Sacr. Bapt. tract.* 19. *diſp. unica pun.* 6. *num.* 7. *Reginald. lib.* 27. *cap. ult. numer.* 68. *Gregor. de Valent. Comm. Theol. tom.* 4. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *pun.* 3. *Card. Tolet. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *Hurt. diſp.* 3. *de Bapt. diff.* 3. *Laym. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. *Buſemb. Medull. lib.* 6. *tract.* 2. *de Bapt. cap.* 1. *reſp.* 3. *Cuſp. tract.* 27. *diſp.* 1. *ſect.* 5. *num.* 47. *Anton. à Spir. Sanct. de Sacr. tract.* 2. *diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.* 162. *part.* 1. *Colleg. Salamanticen. tom.* 1. *tract.* 2. *de Sacram. Bapt. cap.* 6. *Bonac. de Bapt. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. *num.* 11. *Leand. tract.* 12. *de Sacr. Bapt. diſp.* 5. *quæſt.* 6. *part.* 1. *Anaclet. in Theol. moral. tract.* 14. *diſp.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 8. *Giribal. de Sacr. tract.* 2. *capit.* 4. *dub.* 3. *n.* 16. nec non etiam cœteros omnes, quos pro licita adminiſtratione Baptiſmi, hujuſmodi filiis contra voluntatem patris collati in extremo vitæ diſcrimine, ſupra collegimus. Nam, ſi neceſſariò ad validitatem Baptiſmi pro voluntate filiorum voluntas parentum requireretur, nec etiam in tali caſu, ea deficiente, immo reſiſtente, conferri validè poſſet. Ap-
79 plaudunt veritati Doctores etiam, qui in Foro, tam Canonico, quàm Civili, huic accedunt ſententiæ *Afflict. dec.* 151. *num.* 8. *Hieronym. de Cevallos Comm. Contra Comm. quæſt.* 745. *numer.* 22. *Farinacc. Fragm. Crim. part.* 2. *lit. I. num.* 629. *Paſchal. de Patr. Pot. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 15. *Ciarlin. contr. foren. cap.* 42. *numer.* 36. & 37. *capit.* 199. *numer.* 12. *Sperell. dec.* 1. *num.* 36. *Antonell. de Loco Legal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 8. *Carol. Ant. de Luca ad Diſcept. Grat. cap.* 977. *numer.* 7. *Berton. de Neglig. part.* 2. *art.* 31. *nu.* 67. *Ricciul. de Jur. Perſon. lib.* 2. *cap.* 34. *per tot. Franciſc. de Magiſtr. in Silv. Eccl. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 6. *numer.* 33. *Pignat. conſult.* 190. *numer.* 20. *tom.* 4. *Epiſc. Vener. in Exam. Epiſcop. lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 21. *Carena de Off. SS. Inq. part.* 2. *tit.* 4. *§.* 20. *num.* 45. *Clericat. dec. de Sacram. Bapt. menſ. ſept. quæſt.* 1. ubi dicit, hoc eſſe extra omnem controverſiam. *Card. Albit. de Inconſt. in Fide cap.* 11. *numer.* 33. *Leon. in Theſaur. For. Eccl. part.* 4. *cap.* 4. *de Judæis num.* 8. ubi dicit, Sacram Cong. Concilii reſcripſiſſe Epiſcopo Foſſanen. Puerum inſciis parentibus, dum à nutrice Chriſtiana lactabatur, baptizzatum, parentibus non eſſe reſtituendum, ſed inter Chriſtianos educandum, ut in Fide Chriſtiana adoleſcere poſſet. Quemadmodum, rejecta opinione *Calderini in conſil.* 3. *de Judæis*, rejectoque *Burſatto conſ.* 231. *num.* 6. *lib.* 3. in alia Noſtra reſolutione declaravimus; quam *Calderini* opinionem reprobatam quoque in Romana Curia fuiſſe tanquam erroneam, & falſam, teſtantur *Ricciull. de Jur. Perſ. lib.* 2. *capit.* 34. *num.* 6. *Ciarl. d. contr.* 42. *num.* 37. *Sperell. dec.* 1. *n.* 42. eamque rejici etiam in præſens ſcribit modernus, ac ſapientiis. *Card. Albit. de Inconſt. in Fide cap.* 11. *numer.* 33. nec non dicunt erroneam, & falſam *Carena de Off. SS. Inquiſit. d. §.* 20. *num.* 45. *Berton. d. art.* 31. *num.* 67. *verſ. & ex Juriſtis*: Sententiam ſimiliter, quam affert *Burſatt.* declarat injuſtiſſimam *Ciarl. d. contr.* 42. *num.* 36. & tanquam exponentem in Fidei ac Religionis contemptum, periculo apoſtatandi filios, quos parentibus Judæis reſtituendos pronunciat, religioſiſſimus æquè, ac doctiſſimus *Epiſcopus Sperellus* acriter impugnat, & refutat *d. dec.* 1. *n.* 45.

Quòd ſi tandem Nobis obiiceretur, ſaltem requiri 80
in defectu parentum Fidem illorum, qui filios offerunt ad Baptiſmum, ut conſentiant pro illis, ex eodem *Auguſtino*, tam in ſuperius allatis exemplis, quàm in *lib.* 3. *cap.* 23. *de Liber. Arbitr. relat. in can. illud perſcrutari, de Conſecr. diſt.* 4. ibi *ſatis piè, rectèque creditur prodeſſe parvulo Fides eorum, à quibus conſecrandus offertur; & hoc Eccleſiæ commendat ſaluberrima auctoritas; ut ex ea quiſque ſentiat, quòd ſibi proſit fides ſua, quando in aliorum quoque beneficium, qui propriam non habent, poteſt aliena commodari*. Et in *lib.* 1. *de Bapt. Parvulor. cap.* 32. & 33. *relat. in. in can. filius, ead. diſt.* 4. ubi ſimiliter legitur; *Parvuli etiam baptizzati inter credentes reputantur per Sacramenti virtutem, & offerentium reſponſionem*.

Faciliter illis occurrimus reſpondentes, mentem Sancti Doctoris ibi non eſſe, quòd Fides offerentium 81
proſit Parvulis per modum neceſſariæ, diſpoſitionis, ſed per id, quòd efficit, ut eis Fidei Sacramentum applicetur; nec quòd reſponſio illorum pertineat ad eſſentiam, ſed ad celebritatem tantùm, ſeu ſolemnitatem Baptiſmi, ut eſt communis ſenſus Theologorum.

Prodeſt enim, ut explicat *Bellarm. de Sacr. Bapt. d. lib.* 1. *cap.* 11. *Prop.* 51. *verſ. dices*, dupliciter Parvulis
Fides aliena. Primò; quia illos ad Baptiſmum ad- 82
ducit. Nam ſicut adulti, ni credant, ad Baptiſmum non veniunt; ſic, niſi parentes pariter credant, filios ad Baptiſmum non deferent; & ſic ubi fides per modum diſpoſitionis adultis prodeſt, quia eſt cauſa proprii Baptiſmi; ita fides aliena prodeſt parvulis, quia eſt cauſa ut baptizzentur. Secundò; quia ſic Deum quoque honorant, & colunt, ac Sathanæ abrenunciant, implendo quæ ad ritum Baptiſmi pertinent per os alienum, cum ſuo non valeant; & hoc obſequium gratum habet Deus per alios præſtitum, cum per ſe ipſi non poſſint.

Et hoc eodem modo ſe declarat idem *D. Auguſtinus in ſerm.* 10. *de V. Apoſt. cap.* 2. *Portantur ad Eccleſiam; & ſi pedibus illuc currere non poſſunt, alienis pedibus currunt, ut ſanentur. Accomodat illis Mater Eccleſia aliorum pedes, ut veniant, aliorum cor, ut credant, aliorum linguam, ut fateantur*.

Et clariùs mentem ſuam aperit in memorata *Epiſt.* 23. *relat. in can. nihil aliud, de conſecr. diſt.* 4. ubi dicit, quòd *reſponſio pro Parvulis ad celebrationem pertinet Sacramenti; & in lib.* 4. *de Bapt. capit.* 24. *relat. in can. cum pro Parvulis, d. diſt.* 4. ibi: *cum pro Parvulis alii reſpondent, ut impleatur erga eos celebratio Sacramenti, valet utique ad eorum conſecrationem, quia ipſi reſpondere non poſſunt*. Ita ut ex eodem *can. nihil aliud*, qui nobis obiicitur, deſumat *Archidiac. num.* 3. *in fin.* quòd, quicquid de offerentibus dicitur, non ad ſubſtantiam, ſed ad ſolemnitatem attinet Sacramenti.

Ex quibus videant, ac intelligant oppoſitores noſtri, oblationem puerorum, Fidemque offerentium
in Baptiſmo non pertinere ad ejus eſſentiam; ſed 83
ad ritum, & ſolemnitatem dumtaxat, ut exponunt *Cajet. in* 3. *part. D. Thomæ quæſt.* 68. *art.* 9. ibique *Suarez in Comment. ad Eundem art.* 9. adeo ut, etiam ſi ea deſit, Baptiſmus validus, ac fructuoſus ſit, latè *Bellarm. d. lib.* 1. *capit.* 11. *prop.* 5. *verſ. ex quibus*.

Tantumque abeſt à veritate, ut fides offerentium

exigatur ad validitatem Baptiſmi parvulorum, ut im-
mò, nec in eo privatim domi collato opus ſit Patrinos
84 adhibere, qui illos offerant, & pro eis conſentiant,
ut præter ſuperiùs allatos in §. *Similiter*, *deficientia*
Patrini, ſcripſerunt *Sotus*, *Henriq. Suarez apud Laym. l.*
5. tract. 2. cap. 9. num. 5. Sanch. de Matrim. lib. 7. diſp.
62. Reginald. d. lib. 27. cap. ult. num. 68. Diana part. 7.
tract. 7. reſol. 67. Becan. de Sacr. Bapt. c. 10. nu. 3 Gobat.
Exper. Theol. tract. 2. caſ 13. ſect. 2. num. 406. Berton. de
Negl. part. 2. art. 31. numer. 67. & quòd eos adhibere
85 ad eſſentiam Baptiſmi non ſpectet *Barboſ. de Pot. Epiſ.*
alleg. 30. n. 33. & in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. nu. 9. de
Ref. Matr. & apud eum *Sotus*, *& Sylveſter.*

Quod adeo certum eſt apud Doctores, ut excitato
articulo inter eos; an qui Patrini munus obeunt in
privato Baptiſmo, ſpiritualem contrahant cognatio-
nem, ad *tex. in can. quod autem 30. quæſt. 4. cap. 1.*
de cognat. ſpiritual. in 6. multi ſunt ex illis, qui ma-
nent in ſententia, quòd eam non contrahant, ea
86 ratione ducti, quòd, cum adhibere Patrinos in Ba-
ptiſmo tantùm ad ritum, & ſolemnitatem attineat,
ex hoc ipſo, quòd in Baptiſmo privatim adminiſtrato
hæc obbligatio remittitur, cum in eo, non ex inſti-
tuto Eccleſiæ, ſed ex propria voluntate partes ſuſce-
ptorum agant, cognationem ſpiritualem non contra-
hant. *Sanch. de Matr. lib 7. diſp. 62. num. 15. Diana*
part. 3. tract. 4. reſol. 18. part. 1. tract. 3. reſol. 7. Hurtad.
de Matr. diſp. 18. diff. 6. Tambur. l. 2. de Bapt. c. 2. num.
8. cap. 4. §. 3. per tot. Quintaduen. Singul. tract. 1. ſin-
gul. 18. numer. 6. & apud eum *Navarrus*, *Naldus*, *&*
alii.

Nam ſicut ad valorem Baptiſmi non requiritur vo-
luntas proxima offerentium, cum non baptizzentur
ſecundum voluntatem eorum Pueri, qui ab illis of-
87 feruntur, ſed ſecundum voluntatem Chriſti, ita nec
requiritur eorum Fides, cum non baptizzentur in Fi-
de ipſorum, ſed in Fide totius Eccleſiæ Chriſtianæ,
ut ſcribit ſapientiſſimus *Layman. lib. 5. tract. 2. cap. 6.*
num. 10.

Quando igitur legimus, Parvulos baptizzari in Fi-
de parentum, ſeu offerentium, non in hoc ſenſu ac-
cipiendum eſt, ut intelligamus, quòd Parvuli juſtifi-
88 centur formaliter, ut ſint fideles aliena Fide, quemad-
modum perperam intellexerunt *Kamnitus*, *& Illiricus*,
vel quòd illis impetretur Fides, qua juſtificentur, à
Fide, & precibus offerentium, pro ut intellexit *Luthe-*
rus apud *Bellarm. de Bapt. in d. c. 11. prop. 5.* cum Par-
vuli habeant Fidem juſtificantem infuſam ex opere
operato Sacramenti, per quod infunduntur illis habi-
tus Fidei, Spei & Charitatis. *Clem. unic. §. Quibuſdam,*
de Summa Trinit. & Fide Cath. Concil. Trident. ſeſſ. 6. c. 7.
ſed in hoc ſenſu accipiendum eſt, ut Fides actualis,
quæ requiritur tanquàm diſpoſitio ad Sacramentum Ba-
ptiſmi, in Parvulis non ſit propria, ſed aliena.

Et hæc Fides aliena non eſt Fides parentum, ſeu
offerentium, ſed Fides Eccleſiæ. *Albert. Magn. in Com-*
pend. Theolog. lib. 6. cap. 9. in qua Fide dicuntur Par-
vuli baptizzari; quemadmodum eſt conſenſus vete-
89 rum Patrum *Dionyſii*, *Ambroſii*, *Auguſtini*, *Proſperi*,
nec non *Bernardi* apud *Bellarm. d. c. 11. prop. 5.* & de-
finivit *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. de Bapt.*
can. 13.

Mater enim Eccleſia, ut habetur ex *Divo Auguſtino*
in can. Mater. 139. de Conſecr. diſt. 4. Os maternum Par-
vulis præſtat, ut Sacris Myſteriis imbuantur, quia nondum
poſſunt corde proprio credere ad Juſtitiam, nec ore proprio
confiteri ad ſalutem.

Ea ſimiliter; ut filios offert, *offeruntur quippè Par-*
vuli, ſcribit eidem *D. Auguſtinus*, relatus in *can. quæ-*
ris à me 129. de Conſecr. diſt. 4. & à D. Thoma in d.
quæſt. 68. art. 9. Ad ſecundum: ad percipiendam ſpiritua-
lem gratiam, non tam ab eis, quorum geſtantur manibus
(quamvis & ab ipſis, ſi ipſi boni fideles ſint) quàm ab
univerſa Societate Sanctorum, atque Fidelium; ab omni-
bus namque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quòd
offeruntur, & quorum ſancta, atque individua charitate
ad communicationem Sancti Spiritus adjuvantur. Tota hoc
ergo Mater Eccleſia, quæ in Sanctis eſt, hoc facit, quia
tota omnes, tota ſingulos parit.

Nec non ipſa eadem Eccleſia impertitur Fidem
ſuam: *involvendo illis in Sacramento, quouſque idonei*
fiant, proprio, non tantùm ſenſu, ſed aſſenſu evolutam,
puramque percipere; ut ſcribit *D. Bernard. in ſerm. 66.*
ſuper Cantic.

Quòd ſi Oppoſitores non acquieſcunt; *nunquid* (re-
ſpondeant Nobis, eos interrogantibus verbis ejuſdem
D. Bernardi) *nunquid Fides Eccleſiæ minor eſt Fide Ca-*
nanææ mulieris, quam conſtat & filiæ ſufficere, & ſibi?
Ideo audivit: Magna eſt Fides tua, fiat tibi ſicut petiſti.
Nunquid minor Fide illorum, qui paralyticum per regu-
las demittentes, animæ ſimul, & corporis illi obtinuerunt
ſalutem?

Dicant tandem nobis; Si voluntas parentum, ſi
Fides offerentium, eſt neceſſaria ad validitatem Ba-
ptiſmi filiorum infantium, quomodo eadem Sancta Ma-
ter Eccleſia vocat infantes illos, qui ab Herode cru-
deliſſimo Rege interfecti fuerunt *Flores Martyrum*? 90
Quomodo illos veneratur ut martyres, & in illis ex
teſtimonio *Origenis Homil. 3. ipſa Bethlem, in qua na-*
tus eſt Dominus, primitias Martyrum Domino obtuliſſe vi-
detur? quando dicti infantes, nec propriam volunta-
tem habuerunt *D. Thom. 2. 2. quæſt. 124. art. 1.* nec
voluntatem ſuorum parentum, nec ab aliquo ad Mar-
tyrium oblati fuerunt? Quinimmò illorum matres,
è quorum manibus eos carnifices eripiebant, mater-
no reſtiterunt conatu, omnibuſque viribus, nè ab
illis interficerentur, enixæ fuerunt, ut ſcribit *D. Au-*
guſt. in ſerm. 1. de Innocent. Quantis modis Infantes vo-
lebant abſcondere, & ipſi ſe Infantuli publicabant? pu-
gnabat mater, & carnifex: ille trahebat, illa tene-
bat.

Dicant; forſitan voluntas, quæ neceſſaria eſt in re-
cipiendo Baptiſmo fluminis, non requiritur, etiam in
Baptiſmo ſanguinis, quem idem eſſe ac Martyrium,
communiter ſentiunt Sancti Patres apud *Card. Bel-* 91
larm. de Sacr. Bapt. lib. 2. c. 6. Suar. in 3. part. quæſt.
69. diſp. 39. ſect. 1. per tot. Sed communis eſt DD. om-
nium ſententia, quòd inter alias conditiones Marty- 92
rii, una eſt voluntas patientis, *Pignatt. conſult. 72.*
num. 6. tom. 4. conſult. 101. num. 4. tom. 9. immò eſt 93
de ratione Martyrii, ut ex doctrina *D. Thomæ* docet
Suar. d. diſp. 39. ſect. 2. Card. Capiſucc. in ſuis Controv. ſe-
lect. controv. 27. de Martyr. quæſt. 1. §. 12. per tot. Si igi-
tur nec propriam, nec voluntatem habuerunt paren-
tum; quomodo (repetemus verbis *D. Auguſt. lib. 3. de*
Lib. Arbitr. c. 23.) *eos in honorem Martyrum receptos ve-*
neratur Eccleſia?

Nullum aliud profectò reſponſum reddere nobis poſ-
ſe videntur, niſi fateri cum doctiſſimo, ac toties ci-
tato *Suar. d. diſc. 39. ſect. 2.* quòd, ſicut in Baptiſmo
Fluminis, ſic etiam in Baptiſmo Sanguinis hæc diffe-
rentia eſt inter adultos, & infantes, quòd volunta- 94
rius conſenſus, qui in illis exigitur, in his nullatenus
eſt neceſſarius. *d. diſp. 3. ſect. 2.*

Et in comprobationem hujus noſtræ veriſſimæ ſen-
tentiæ concludere cum *D. Bern. d. ſerm. 66. qui hoc*
credit, facilè huic perſuadebitur, meritò Eccleſiam præ-
ſumere, non ſolùm baptizzatis in ſua Fide ſalutem, ſed
etiam interfectis pro Chriſto Infantibus coronam Martyrii.

Nec non cum *D. Thoma: ſicut in pueris baptizzatis*
per gratiam baptiſmalem meritum Chriſti operatur ad glo-
riam obtinendam, ita & in occiſis propter Chriſtum, me-
ritum Martyrii Chriſti operatur ad palmam Martyrii conſe-
quendam.

Ac proindè; quemadmodum his, ut coronam Mar-
tyrii conſequerentur, nec voluntas parentum, nec
Fides offerentium fuit neceſſaria; ita nec illis ad ob- 95
tinendam gratiam Baptiſmatis. Aliàs qui negat unum,
neceſſe eſt, quòd neget etiam aliud, cum dubitari
non poſſit de Baptiſmo, quòd etiam de Martyrio in-
fantium non dubitetur. Audiant *D. Auguſt.* apud *D.*
Thom. d. quæſt. 124. art. 1. ad primum, ſanctos Infantes
alloquentem: *Ille de veſtra corona dubitabit in paſſione*
pro Chriſto, qui & parvulis Baptiſmum prodeſſe non æſti-
mat Chriſti.

Manet ergo ratione, ac auctoritate ad eviden-
tiam demonſtratum, quòd ſola voluntas, & Fides
Sanctæ Matris Eccleſiæ, abſque ullo parentum, & 96
offerentium aſſenſu, & voluntate, ad Baptiſmum
Puerorum ſufficit, ex communi Doctorum ſententia.
Laym. d. lib. 5. cap. 6. nu. 10. Caſtropal. d. diſput. unic.
punct. 6. numer. 7. Anton. à Spiritu Sancto de Bapt.
tract.

tract. 2. diſp. 4. ſect. 3. num. 143. vol. 2. Bonac. de Bapt. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 6. num. 11. Coninch. de Sacr. Bapt. quæſt. 68. art. 10. n. 66. & 67. Franc. Saler. conſ. 14. §. 1. Sperell. d. dec. 1. n. 36. Ciarl. d. controv. 199. nu. 12. Caren. de S. Offic. part. 2. tit. 14. §. 20. num. 45. Quæ omnia paucis perſtrinxit *D. Bonavent. in 4. ſent. diſt. 4. art. 2. quæſt. 2.* his verbis: *Tria ſunt ergo diſponentia Parvulum ad ſalutem: Primum Chriſti paſſio: Secundum Fides aliena, ſcilicet Eccleſiæ: Tertium verò immediatum eſt virtus Sacramenti, quæ caracterem imprimit.*

Hiz plus quàm ad exuberantiam pro firmitate noſtræ reſolutionis allatis, non ad eam corroborandam, cum tot Auctoritatibus, tot rationibus munita ſit, ſed ad oſtendendum quanta injuria, ſeo ſaltem par-
97 vo veritatis amore illi detractum fuerit, addere placitum eſt; quòd etiamſi certi omnino non fuiſſemus de veritate, ac validitate Baptiſmi, nihilominus ſola probabilitate contenti, debuiſſemus memorato Puero Eccleſiaſticam ſepulturam decernere, ad tradita *per Poſſevin. de Off. Curat. cap. 14. num. 4. verſ. Baptizzatus, & verſ. ſi verò. Diana part. 5. tract. 3. reſol. 15. Amoſtaz. de Cauſis Piis lib. 6. cap. 10. num. 4. part. 2. Ciardin. contr. 199. num. 7. & 8.* ubi in ipſiſſimis terminis noſtriz quidam puer, quem mulier ad eum curaodum ſimiliter vocata prætextu medicamenti baptizzaverat, fuit ex agro Hebræorum exhumatus, & in loco ſacro ſepultus.

Ex quibus meritò decreta prædicto Puero Eccle-
98 ſiaſtica ſepultura, condemnandus etiam erat Abraham ejus Pater ad funeris impenſas. *Samuel. de Sepult. diſp. 4. contr. 15. concl. 3. Laver. Var. Elucubrat. tit. 2. cap. 16. num. 29. Villalob. in Summa part. 2. tract. 31. diff. 4. num. 1. Ventrigl. Prax. part. 2. annot. 31. §. unico, num. 14. Joan. Strein. in Summ. Juris Canon. part. 2. tit. de Sepult. §. 2. num. 12.* Pro funeris enim impenſis, factis in ſe-
99 peliendo filio, datur adverſus patrem actio funeraria, ad *text. in l. in patrem 21. l. quod ſi nulla 28. l. ſi filius 13. ff. de relig. & ſumpt. Funer.* Et cum teneatur ſepelire, qui tenetur alere. *Antonell. de Loco Legal. lib. 1. cap. 9. n.*
100 *7. Coler. de Alim. lib. 2. cap. 1. num. 12.* certum eſt, quod pater Hebræus non eximitur ab obligatione præſtan-
101 di alimenta filio baptizzato, ad *text. expreſſum in l. cognovimus C. de hæret. Marquard. de Judæis part. 3. cap. 4. num. 1.* quemadmodum fuit condemnatus quidam Nathanael Hebræus Senogalliæ habita ratione ſua-
102 rum facultatum ad formam allegatæ *l. in Patrem* in allegata pariter *controverſ. 199. Ciarl. num. 22.*

Verum, ut cognoſcaot Hebræi, quòd eos, non eorum res querimus, ab Abraham condemnando plus quàm libenter abſtinentes, funus noſtris expenſis faciendum curavimus. *Dent nobis animas:* in alio ſenſu repetemus illis, quod Rex Sodomorum *Geneſ. cap. 14. verſ. 21* dixit eorum Patri Abraham, cujus filiationem miſeri perdiderunt, *Dent nobis animas; cætera tollant ſibi.*

Et ita Sinagoga acerrimè informante reſolutum fuit.

JURIS RESPONSUM.

D. JOSEPHI AVERANI.

In Piſana Canonicatus.

ARGUMENTUM.

Diſpoſitionem Fundatoris, vocantis ad Canonicatum, à ſe erectum in Eccleſia Primatiali Piſarum, Capellanum antiquiorem de univerſitate Capellanorum, eidem Eccleſiæ inſervientium, cum conditionibus in Inſtrumento fundationis expreſſis, intelligendam eſſe traditur, non de quocunque antiquiore Capellano, ſed de illo, in dicta Univerſitate deſcripto.

SUMMARIUM.

1 *In Eccleſia Primatiali Piſarum alii ſunt Capellani participantes de quotidianis diſtributionibus; alii verò non participantes.*

2 *Primi dicuntur Capellani* del quinterno, *& quare.*

3 *Secundi non dicuntur tales, & de ratione, & quotupliciter intra ſe diſtinguantur.*

4 *Capellani, vocati ut ſupra,* del quinterno, *Corpus, ſeu Collegium per ſe conſtituunt, quod vocatur Univerſitas Capellanorum; & omnia negocia Univerſitatis pertractant, quæque adminiſtrationem bonorum, ex quibus quotidianæ Diſtributiones, erogantur, concernunt; locumque proprium, Miniſtros, Libros redditurum, & Archivium habent.*

5 *Univerſitatis nomen convenit cuicunque Collegio, ſeu Societati plurium hominum, qui ſimul congregentur pro tractandis in commune negotiis.*

6 *Ad conſtituendam Univerſitatem, ſufficit arca communis, proprium ſigillum, locus deſtinatus ad tractanda negotia communia, & Syndicus.*

7 *Potiſſimum ſi habeat proprias Conſtitutiones.*

8 *Ex iis, qui gerunt idem munus, & exercent idem officium, poteſt certus numerus conſtituere Collegium, ſeu Univerſitatem, in qua cæteri non continentur.*

9 *Prædictos Capellanos contineri ſub nomine Univerſitatis probatur ex quadam Bulla Pontificia anni* 1458.

10 *Item auctoritate* Viviani, de Jurepatr. & n. 77.

11 *Item ex Inſtrumento fundationis cujuſdam Canonicatus ejuſdem Eccleſiæ.*

12 *Proponitur quæſtio, de qua agitur.*

13 *Antiquior de aliqua Univerſitate dicitur, qui priùs in eam receptus fuit.*

14 *Et antiquior de Collegio dicitur, qui priùs illud ingreſſus fuit,* & n. 45.

15 *Sub appellatione vicinorum alicujus viciniæ qui veniant.*

16 *Vocato antiquiori alicujus Univerſitatis, ſeu Collegii, venit ſolùm ille, qui diù ſtetit ibidem; non verò qui brevi tempore fuit de contemplata Univertate, ſeu Collegio, licèt alibi idem munus, ſeu profeſſionem exercuerit,* & numer. 19. 63. & 64.

17 *Qualitas adjecta enti, ejus naturam mutat, & genus ad certam ſpeciem reſtringit; & affertur exemplum,* & num. 18. & 62.

20 *Præſertim ſi id ſuadeat totus complexus verborum, quibus concepta eſt diſpoſitio.*

21 *Qualitas adjecta orationi qualificat omnia, quæ in eadem oratione continentur, & ab eodem verbo reguntur.*

22 *Oratio, complexiva plurium qualitatum, efficit, ut illæ non debeant ſeparatim conſiderari, ſed conjunctim.*

23 *Copula & quamvis conjungat, & copulet, de ſui tamen natura ponitur inter diverſa, eaque inter ſe diſtinguit.*

24 *Participium, additum rei, ad illam continuativè ſe habet,* & n. 65.

25 *Judex condemnando ad fructus, de Jure debitos, non cenſetur voluiſſe comprehendere fructus utcunque, ſed quatenus Jure deberentur.*

26 *Si fundator invitaverit ad Capellaniam, à ſe erectam, Sacerdotes ſuæ Familiæ, cum conditione, quod præferatur ſenior ejuſdem Familiæ; ea eſt adjudicanda Sacerdoti, qui priùs ad Presbyteratus Ordinem aſcendit, licèt ætate ſit junior.*

27 *Qualitas adjecta in fine diſpoſitionis, reſtringit, & declarat præcedentia; & nonnulla afferuntur exempla.*

28 *Idem operatur ſimilis adjectio, ſi in principio orationis ſit poſita.*

29 *Ex verbis in una ſcriptura prolatis, declaratur quid in alia ſenſeris diſponens,* & n. 32. & 33.

30 *Quando Teſtator qualitatem volitam jam ſatis expreſſit, neceſſe non eſt, ut eam ſemper repetat.*

31 *Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus.*

34 *Ubi diſponens aliquid voluit cum adjectione qualitatum, abſque copula, aut conjunctione, cenſetur illud tanquam unum ab eo conſideratum fuiſſe.*

35 *Ex diſcretivo modo loquendi, difformis etiam diſpoſitio deducitur.*

36 *Geminatio verborum magis enixam voluntatem diſponentis oſtendit.*

37 *Si Teſtator diſpoſuerit ad favorem unius ex Capellanis alicujus Eccleſiæ, ille veriſimiliter cenſetur honoratus, qui magis antiquum ſervitium præſtiterit.*

38 *Aliter naſceretur abſurdum, quod hic à D. Conſulente conſideratur.*

39 *Diluitur objectum ex litera ipſius Fundationis deſumptum.*

40 *Ad hoc, ut quis præditus non dicatur qualitatibus, à Teſtatore volitis, ſufficit, quòd una ex illis deficiat.*

41 *Cum Teſtator de aliquo ſpecialiter diſpoſuit, illud non continetur in alia generali poſteriore diſpoſitione.*

42 *Teſtator præſumitur prædilexiſſe eos, qui de eodem genere ſunt, & eos ſolos conſideraſſe.*

43 *Et ſic vocato proximiore de una Familia, ſi ipſe Teſtator fuerit de aliquo Columnello, ab aliis diſtincto, proximitas metienda eſt à Columnello Teſtatoris.*

44 *Ille eſt præferendus, qui priùs eſt ordinatus,* & oum. 45.

46 *Qualitas impertinens nullum cauſat effectum.*

47 *Incapax reputatur inter non entia.*

48 *Et habetur pro mortuo.*

49 *Paria ſunt non eſſe, & non poſſe admitti,* & n. 50.

51 *In uſucapione non numeratur tempus illud, quo quis poſſedit ſine titulo, & de ratione.*

52 *Idem erit, ſi titulus pendebat ab aliqua conditione.*

53 *Acquirens qualitatem volitam à Teſtatore, antequam acquirat alter, eſt illi præferendus.*

55 *Commune eſt in omnibus officiis, ut ille dicatur antiquior, qui priùs adminiſtrationem conſecutus eſt; & exemplum affertur,* & n. 56. & 57.

58 *In optione Præbendæ, quæ de Jure competit antiquiori Canonico, antiquitas dimetienda eſt, non à die proviſionis Canonicatus, ſed à die, qua illius poſſeſſionem adeptus eſt,* & n. 80. & 82.

59 *Optio Præbendæ eſt quidam fructus, qui poſſeſſori debetur.*

60 *Optare poſſunt etiam ii, qui non ſunt in Sacris, & vocem in Capitulo non habent.*

61 *Diuturnitas ſervitii Eccleſiæ facit, ut quis in optione præferatur.*

66 *Regula, quòd in dubio verba accipienda ſint potiùs demonſtrativè, quàm taxativè, non procedit, quando eadem verba ex propria ſignificatione ſunt reſtrictiva, & qualificativa.*

67 *Participium aliquando reſolvitur in tempus præteritum, & affertur exemplum.*

68 *Et quando conjungitur cum aliquo verbo, tractum ſucceſſivum habente, totum illum temporis tractum comprehendit.*

69 *Verbum* decto *oſtendit diſpoſitionem ad ſuperiora referri.*

70 *Canonicus dicitur de Capitulo, etiamſi vocem in Capitulo non habeat, & de ratione,* & n. 71.

72 *Capitulum eſt Collegium, comprehendens omnes Canonicos, cujus caput eſt Epiſcopus.*

73 *Beneficiati, qui non ſunt verè Canonici, non ſunt de Capitulo.*

74 *Qui ſunt verè Canonici, licèt in Capitulo vocem non habeant, exercere tamen poſſunt omnes actus Collegiales extra illud.*

75 *Canonici merè honorarii, non ſunt de Capitulo, neque illis prodeſt major antiquitas contra veros Canonicos.*

76 *Procuratores Rotales in Curia conſtituunt Collegium de per ſe; cæteri verò conſiderantur uti ſinguli, & nihil cum illis commune habent.*

78 *Jus præeminentiæ, & præcedentiæ, acquiritur potiùs ex aliquo accidenti, vel alia qualitate, præter antiquitatem.*

79 *Inter Canonicos de Jure præcedunt, qui priùs proviſi fuerint.*

81 *In materia præcedentiæ ſolet attendi prærogativa ordinis.*

83 *Et ſtandum eſt conſuetudini loci.*

DECISIO LIX.

Dominus illuminatio mea.

ANtequam reſpondeamus ad ea, quæ doctè, atque eruditè cumulavit Reverendiſſimus D. ad tuendam Fratris Cauſam, & impugnandam præſentationem D. Corazii mei Principalis, operæ pretium eſt quædam pauca præmittere, ex quibus meo judicio tota Cauſa pendet.

Primum, quòd in Eccleſia Primatiali Piſarum duo
ſunt ordines Capellanorum inter ſe diſtincti: Alii
participantes de quotidianis Diſtributionibus, quæ in-
ter eos ſolummodò diſtribuuntur: Alii ſimplices Ca-
pellani non participantes, qui ad percipiendas quoti- 1
dianas Diſtributiones nullatenus admittuntur. Pri-
mi ordinis Capellani vocantur *Cappellani del Quinter-
no*, quia deſcribuntur in quodam libro, qui dicitur
Quinterno, in quo ſolùm illi deſcribuntur, qui perci-
piunt quotidianas Diſtributiones. Ita ſemper nomi- 2
nantur in Breviario Officiorum, quòd inſcribitur *Bac-
chetta degli Offizi*, ibi -- *con diſtribuzione a' Signori Cap-
pellani del Quinterno* -- & rurſus -- *diſtribuzione facta
ſei grano tra' Cappellani del Quinterno* -- & alibi -- *tra'
Signori Canonici, e Cappellani del Quinterno* -- & ita
ſemper in eo libro nominantur. Eodemque nomine
nuncupantur cum invitantur, & convocantur ad ali-
quam functionem Eccleſiaſticam, cui intereſſe ſoleant
ſoli Capellani actu participantes, quo nomine diſtin-
guuntur ab omnibus aliis Capellanis. Itaque ſatis con-
ſtat, hos ſolos eſſe Capellanos -- *del Quinterno* --, ut &
ratio ipſa demonſtrat, quia hi ſoli in Quinterno de-
ſcribuntur, & uſus inveteratus confirmavit.

Secundi ordinis Capellani, qui non percipiunt Di-
ſtributiones quotidianas, in duo genera dividuntur.
Alii enim non deſcribuntur in Quinterno, quia ob-
tinuerunt Capellas, quæ Rectoribus non tribuunt jus
percipiendi quotidianas Diſtributiones, & hi ſunt in-
capaces Diſtributionum ratione Capellæ. Alii verò 3
non deſcribuntur, quia ſunt incapaces ex defectu Or-
dinis ſacri licèt enim Capella, quam obtinuerunt,
ex natura ſua poſſit ipſis tribuere jus percipiendarum
Diſtributionum; tamen ab earum perceptione remo-
ventur, quia Sacro Subdiaconatus Ordine non ſunt
initiati, & ideò non poſſunt deſcribi in Quinterno,
nec continentur nomine Capellanorum *del Quinterno*.
Et hi poſtremi ſunt multò deterioris conditionis quàm
alii, adeout vix ullum in his veſtigium Capellani ap-
pareat. Nam & magnæ violaceæ veſtis uſus ipſis eſt
interdictus, qua alii omnes Capellani utuntur, &
gerunt ſolum cucullum humero ſiniſtro injectum,
quem multi etiam Clerici gerere poſſunt, qui vo-
cantur *Cherici Cappucciants*. Præterea non ſedent in
eodem ordine, quo alii Capellani, ſed in loco infe-
riori, neque diſtincto ductu thuris honore dignantur,
neque Pacis oſculum accipiunt, quemadmodum alii
omnes Capellani. Denique vix ullam functionem Ec-
cleſiaſticam exercere, aut ullam particularem ope-
ram præſtare poſſunt. Nam neque in Sacri Altaris,
Chorive Miniſtros eligi poſſunt, nec Horis Canoni-
cis continendis ſolent intereſſe; & ſi quando inter-
venerint, in canendis Divini Officii lectionibus, an-
tiphonis, invitatoriis, Miſſarum abſolutionibus, ope-
ram minimè impendunt.

Secundò præmittendum eſt, quòd Capellani, quos
in primo ordine recenſuimus, hoc eſt Capellani par-
ticipantes, ſeu, ut dicunt, *exiſtentes ad Quinternum*,
conſtituunt per ſe certum Corpus, ſeu Collegium,
quod vocatur *Univerſitas Capellanorum*: & eſt ſepara-
tum, & diſtinctum ab omnibus aliis Capellanis, qui 4
non concurrunt ad componendam hujuſmodi Univer-
ſitatem. Licèt enim nomen Univerſitatis in lata ſigni-
ficatione ſit aptum ad comprehendendos omnes, ta-
men ex uſu hujus Primatialis Eccleſiæ accipitur mul-
tò contractiùs, & ad Capellanos participantes acco-
modatur; ita ut eorum Collegio, & Congregationi
ſolummodò conveniat. Hi enim ſoli conveniunt ſi-
mul

mul in certam ſedem ad id deſtinatam, ubi negotia Univerſitatis pertractant, & agunt de adminiſtratione bonorum, ex quibus quotidianæ Diſtributiones erogantur, bona locant, in emphyteuſim concedunt, permutant, & omnes hujuſmodi contractus nomine Univerſitatis celebrantur. Eligunt rationalem, qui rationes conficit; & vocatur *Computiſta dell' Univerſità*. Creant Quæſtnrem quotannis, ad quem rationes referuntur, & expunguntur, qui dicitur, *Camerlingo dell' Univerſità*. Et hic debet eligi ex ipſo corpore Univerſitatis. Ex eodem Corpore pariter creant quatuor Præfectos, qui cùm aliis rebus permultis, tum rationibus ſupputandis, expungendiſque præſunt, & vocantur *Soprantendenti dell' Univerſità*. Habet etiam hæc Univerſitas Cancellarium, habet propriam ſedem, in qua congregantur, cui inſcriptum eſt: *Univerſit. Capellan. Beneficiat. P. E. P.* Habet etiam Archivium cum hac inſcriptione. *Archivium Venerab. Univerſitatis Capellanorum Primatialis Eccleſiæ Piſanæ*. Eadem ferè inſcriptin inſculpta eſt in Sigillo: *Univerſitatis Capellæ P. M. E.* ac ſimilis eſt inſculpta in tintinnabulo. Non adſimilem præſeferunt inſcriptionem, tum liber accepti, & expenſi -- *Entrata, e Uſcita della Venerabile Univerſità de' molto Illuſtri, e molto Reverendi Capellani della Primaziale di Piſa* -- tum liber, in quem referuntur eorundem Capellanorum decreta -- *Libri ſpettanti alla Venerabile Univerſità, &c.* In Conſtitutionibus quoque conditis à recolendæ memoriæ Franciſco ex Comitibus Ilcit Archiepiſcopo Piſano, & eorundem Capellanorum decreto approbatis, in quibus norma, ac præſcriptio rectæ adminiſtrationia Continetur, hujuſmodi Collegium ſemper nominatur *Univerſitas Capellanorum Primatialis Eccleſiæ*, atque hoc nomen duodecies in his Conſtitutionibus occurrit. Ex quibus evidentiſſimè conſtat, nomine Univerſitatis Capellanorum ſignificari hujuſmodi conventum, à quo ſunt excluſi omnes Capellani, qui actu non percipiunt Diſtributiones quotidianas, & non ſunt actu deſcripti in Quinterno.

Hæc enim exuberant ad probandam qualitatem Univerſitatis, ad hos tantummodo Capellanos reſtrictam,
5 cum univerſitatis nomen conveniat cuicumque Collegio, ſeu Corpori, ſeu ſocietati plurium hominum, qui ſimul congregantur pro tractandis in commune negotiis. *Briſſon. de Verbor. ſignif. lib.* 19. *V. Univerſitatis appellatione. Calvin. in Lexic. Jur. in V. Univerſitates appellantur. Borcholt. in §. Univerſitatis, num. s. inſtit. tit. de rer. diviſ. & ibi Veſſembec. V. Univerſitatis, & Harprect. num. 1. in fin. Vinn. ibid. n.* 1. „ ibi „ *Univerſitatis appellatio latior eſt, quam civitatis; nam & Collegia, & Societates, aliaque hujuſmodi corpora continet, quibus permiſſum eſt habere res communes, & arcam communem. Anton. Faber in lib. 1. §. Quibus autem, verſ. quemadmodum, ff. quod cujuſque Univerſitatis* — ibi — *iſtorum, quibus coire licet, unum corpus eſſe intelligitur, quod Univerſitas dici poteſt, & debet. Roman. conſil.* 40n. *num.* 4. *& conſ.* 436. *nu.* 3. & evidenter conſtat in jure noſtro, quia tirulus *ff.* qui inſcribitur, *Quod cujuſque Univerſitatis nomine, vel contra eam agatur*, nihil diſponit, niſi de Collegiis, corporibus, Societatibus *lib. s. & toto tit. ff. quod cujuſque Univerſit.* & pariter in titulo *ff. de manumiſ. quæ ſervis ad Univerſitatem pertinentibus imponuntur*, agitur de ſervis manumiſſis ab aliquo Collegio, quod habeat jus coeundi, *l. 1. ff. eod.* Itaque Univerſitas, ſeu Collegium eſt cœtus plurium coæqualium, commune gubernium habentium. *Rot. dec.* 125. *nu.* 13. *p.* 19. *rec.* Et ad conſtituendum Univerſitatem ſufficit: arca communis: pro-
6 prium ſigillum; locus deſtinatus, ubi conveniant ad tractanda negotia communia: & Actor, ſeu Syndicus. *l. 1. §. Quibus, ff. quod cujuſque Univerſitatis* „ ibi „ *habere res communes, arcam communem, & Actorem, ſive Syndicum. Roman. conſ.* 436. *numer.* 6. *&* 7. *Rot. Rom. penes Torr. Variar. quæſt. tom.* 2. *Miſcellan. part.* 1. *deciſ.* 8. *num.* 6. *tit.* 12. *& cor. Cavaler. deciſ.* 274. *num.* 3. *Add. ad Buratt. dec.* 455. *num.* 5. *verſic. præcipua. Ludoviſ. dec.* 482. *num.* 4. *Cobell. ad Bull. bo-*
7 *ni regimin. capit.* 18. *num.* 1. Maximè verò ſi habeat proprias Conſtitutiones. *Mantic. dec.* 255. *n.* 5. *verſic. unde*.

Nec eſt iaconveniens ſolos Capellanos exiſtentes ad Quinternum eſſe de Univerſitate, non antem reliquos Capellanos: cum ex iis, qui gerunt idem munus, & exercent idem officium, poſſit, certus numerus conſtituere Collegium, & Univerſitatem, in qua cæ- 8
teri non continentur, ut in terminis de Procuratoribus Rotalibus deciſum fuit à *Rota Rom. cor. Molines in Romana Juris honorifici Vener.* 24. Mart. 1702. *impreſſa penes Torr. Variar. quæſt. tom.* 2. *Miſcellan. part.* 1. *dec.* 8. *per tot. & ſignanter num.* 22. ubi ex Procuratoribus Rotalibus ſoli viginti quatuor conſtituunt Collegium, & incipiunt eſſe Procuratores Collegiales, cum in illud adſcribuntur, reliqui verò non ſunt de Collegio, licèt idem munus, & officium exerceant.

Sed omnem omninò tollit difficultatem Bulla Summi Pontificis, edita anno ſal. 1458. in qua hoc ſolum Corpus Capellanorum participantium de Diſtributionibus quotidianis, & exiſtentium ad Quinternum, com- 9
prehenditur nomine Univerſitatis. In unione enim Eccleſiarum S. Stephani, & Sancti Lazzari Univerſitati Capellanorum, his verbis diſponit. *Univerſitati Capellanorum prædictæ Eccleſiæ perpetuo uniretur, &c.* & infra *præfatæ Univerſitati in augumentum Diſtributionum quotidianarum pro dictis Capellanis, hujuſmodi officiis intereſſentibus, &c.* Et rurſus, *Capellani ipſi, qui trigintaduo numero exiſtunt; ac Divinis Officiis in dicta Eccleſia diurnis pariter, ac nocturnis intereſſe debent.* Ex quibus evidenter conſtat, ſolos Capellanns, exiſtentes ad Quinternum, contineri nomine Univerſitatis, tum quia alii neque participant de quotidianis Diſtributionibus; neque intereſſe debent Divinis Officiis; tum maximè quia enunciatur, Capellanos componentes Univerſitatem fuiſſe triginta duos, quot præcisè erant eo tempore Capellani exiſtentes ad Quinternum, qui omnes erant Sacerdotes: cum omnes Capellani Primatialis Eccleſiæ eſſent quinquagintaduo, ut probant publica monimenta ejuſdem Eccleſiæ: Er conſonat auctoritas *Viviani l.* 15. *c.* 3. *n.* 557. *de* 10
Jure patron. qui fuit ejuſdem Eccleſiæ Cannnicus, & Corpus Capellanorum participantium appellat *Maſſam, & Univerſitatem*.

Denique præmittimus in facto, quòd olim admodum Rev. D. Antonius Conſorti, unus ex dictis Capellanis Univerſitatis, ad Quinternum exiſtentibus, volens fundare Canonicatum, in precibus, quas Capitulo porrexit, uſus eſt his verbis — *E dipoi ſucceſſivamente il più antico Capellano, che ſia al Quinterno, ed al ſervizio di detta Primaziale*. Iiſdem ferè verbis deinceps in inſtrumento fundationis expreſſit volunta- 11
tem ſuam — *& poſt dictum D. Conſortum, ſucceſſivè volens dictum Canonicatum, & Præbendam in perpetuum pervenire in antiquiorem Capellanum Univerſitatis Capellanorum Piſanæ Civitatis, eidem Eccleſiæ Primatiali deſervientem, ad Quinternum, ut dicunt, exiſtentem, & ad dictæ Eccleſiæ ſervitium, dummodo tamen his qualitatibus ſit præditus; videlicet.*

I. Quòd ſit genitus ex patre nato Piſis, & Cive Piſano.

II. Quòd ſaltem per decennium ſervierit dictæ Eccleſiæ, & fuerit deſcriptus ad dictum Quinternum.

III. Quòd in aliqua Univerſitate dignitatem Doctoratus fuerit conſecutus, &c.

IV. Quòd non fuerit per ſententiam Judicis de aliquo crimine condemnatus, infamiam irrogante.

Quibus conditionibus ſi Antiquior non fuerit præditus, prædictus Canonicatus, & Præbenda tunc gradatim devolvatur, & perveniat ad alium Antiquiorem, qui ſequitur ordine ſucceſſivo, qui eiſdem ſit qualitatibus præditus, & quandocunque vacare contigerit, non ſolùm per obitum obtinentis, verùm etiam per illius reſignationem, dimiſſionem, vel aſſecutionem alterius Beneficii, vel Canonicatus, ſemper ordine prædicto ſpectet ad Antiquiorem Capellanum, nec poſſit alteri conferri, qui non ſit antiquior & præditus qualitatibus jam dictis.

Hiſce præmiſſis, videtur prorſus indubitatum, in concurſu ad hunc Canonicarum præferendum eſſe D. Cotazzium meum principalem, qui biennio ante fuit deſcriptus in Quinterno, & aggregatus Univerſitati Capellanorum, D. Adverſario, qui licèt antea Capellam obtinuiſſet, tamen, cum propter defectum æta-

tis eſſet incapax Ordinis Sacri, biennio poſt deſcri-
ptus fuit in Quinterno, & receptus in Univerſitatem.
Idque certiſſimum eſt, ſive ſpectemus verba Funda-
toris, ſive ejus mentem, ſive Juris diſpoſitionem.

Quantum enim attinet ad verba Fundatoris, ea
ſunt clariſſima. Neque enim Fundator vocavit ad
Caoohicatum, ſen Præbendam, Antiquiorem Ca-
pellanum abſolutè, & in genere: ſed *antiquiorum Cap-
pellanum Univerſitatis Capellanorum Eccleſiæ deſervien-
tem, ad Quinternum, ut dicunt, exiſtentem*. Antiquior
13 Capellanus Univerſitatis Capellanorum eſt, qui priùs
receptus fuit in Univerſitatem Capellanorum, non
qui priùs obtinuit Capellam. *Lotter. de Re Beneſic. lib.
1. quæſt. 16. num. 40.* „ ibi „ *proindè ubi lex dirigit
verba ad antiquiorem de aliquo Collegio, metimur anti-
quitatem ex tempore receptionis. Rot. Rom. in Milevi-
tana Antianitatis 9. Octob. 1702. cor. Molines, impreſſa
poſt Torr. Variar. Quæſt. tom. 2. Miſcellan. part. 1. dec.
12. tit. 12. numer. 3.* „ ibi „ *de Jure namque communi
antiquioritas inter plures de aliquo Collegio deſumitur ex
prioritate receptionis*. Et antiquior dicitur, qui priùs
ingreſſus fuit illud Collegium. *Rot. cor. Duran. dec.
386. num. 1. & dec. 493. numer. 3. & in recent. dec.*
14 *140. num. 2. part. 8. & dec. 19. numer. 11. part. 7.* & in
proximis terminis deciſum fuit à *Rota part. 9. recent.
dec. 5.* quæ in contrarium allegatur: ubi cum ex verbis
Fundatricis Juſpatronatus deferendum eſſet ad tres Vi-
cinos, ex antiqnioribus Vicinis Viciniæ Sanctæ Mar-
garitæ, Rota reſpondit, devolutum fuiſſe ad tres Vi-
cinos, qui diutiùs habitaverant in Vicinia Sanctæ Mar-
garitæ „ ibi, *num. 3. num. 11. & 32.* Nec ſufficeret,
15 eos fuiſſe antiquiores Vicinos, & de præſenti habita-
re io Vicinia Sanctæ Margaritæ, ſi habitaſſeot loo-
go tempore in alia quacunque Vicinia, & brevi tem-
pore in Vicinia Sanctæ Margaritæ, ut pro certo, &
indubitato ibi ſupponit *Rota*: ſed neceſſe eſt eos me-
tiri antiquitatem ex ſola diuturnitate temporis, quo
habitarunt in Vicinia Saoctæ Margaritæ. Qualitas
enim antiquitatis, adjecta à Fundatrice, non ſolùm
reſpicit, & afficit ſubſtantivum *Vicinos*, ſed etiam
adjunctum illud *Viciniæ Sanctæ Margaritæ*. nec ſuffi-
cit antiquitatem habitationis verificari reſpectu cujuſ-
vis alterius Vicioiæ, ſed præciſè debet verificari re-
ſpectu Viciniæ Sanctæ Margaritæ. Ita in caſu no-
ſtro qualitas non afficit, ac reſpicit omnes Capel-
lanos, ſed ſolùm Capellanos Univerſitatis, adeo ut
præciſè verificari debeat de diuturnitate temporis,
16 quo quis fuit de Corpore Univerſitatis. Quemadmo-
dum ſi vocatus eſſet antiquior Lector Univerſitatis
Piſanæ, antiquitas metienda eſſet ex tempore, quo
profeſſus eſſet io Univerſitate Piſana; & ſi vo-
catus eſſet antiquior Eques Divi Stephani, com-
putaretur ſolum tempus, quo militaſſet in Religio-
ne Divi Stephani, non verò tempus, quo in alia
quacunque Religione militaſſet. *Lotter de Re Beneſic.
d. lib. 1. quæſt. 16. num. 40. Rota d. dec. 5. num. 9. par.
9. recent. & in d. Milevitana Antianitatis num. 3. & pen
tot. Rebuff. in tract. Nominat. quæſt. 21. numer. 5. Cobell.*
17 *ad Bull. boni Regimin. cap. 31. num. 159.* Qualitas enim
adjecta enti, mutat naturam entis, & genus reſtrin-
git, & ad certam ſpeciem redigit, atque ipſum ita
qualificat, ut in diverſa ſpecie reponat; *l. ſi ſervus
108. §. Qui quinque, l. ſi ita legatum 65. in princ. l. pla-
ne, §. Sed hoc ita, ff. de legat. 1. Surd. conſil 131. nu-
mer. 24. & 25. & conſ. 135. n. 104. & ſeqq.* ubi ex *Be-
rojo conſ. 159. numer. 38. lib. 2.* affert exemplum ejus,
18 qui dicit „ *omnes homines albi*: hic enim non comprehen-
dit omnes homines, ſed tantùm homines albos, *&
conſ. 321. n. 14. & ſeqq. Anſald. conſ. 6. n. 38. Urſell. con-
cluſ. 98. nu. 4. & 5. & concluſ. 56. num. 208. Add. ad Af-
flict. deciſ. 106. num. 6. Altogr. conſ. 13. num. 37. l. a. Ado-
lin. reſol. 6. num. 30. & reſol. 56. n. 5. Altogr. Jun. con-
trov. 60. n. 30. Rota penes Palm. Nepot. dec. 275. num. 17.*
ubi quòd adjuncta determinant orationem, ac diſpoſi-
tionem. *Venturin. deciſ. 87. num. 6.* Itaque qualitas il-
la antiquioris non qualificat Capellanos in genere,
ſed certam ſpeciem Capellanorum, nempè ſolos Ca-
pellanos Univerſitatis, & ad hos ſollummodo refer-
tur, non autem ad omnes Capellanos Primatialis Ec-
19 cleſiæ: adeoque ille præferendus eſt, qui eſt antiqnior
Capellanus reſpectu Univerſitatis, in quam antea
receptus fuit; non qui eſt antiquior reſpectu Capellæ.
Aotiquitas enim computanda eſt à die, quo cœpit eſ-
ſe Capellanus Univerſitates, non à die, quo cœpit eſ-
ſe Capellanns Primatialis Eccleſiæ, cum Fundator re-
ſtrinxerit ſuam diſpoſitionem ad hanc præciſam ſpe-
ciem Capellanorum, Uoiverſitatis, oulla habita ra-
tione aliorum Capellanorum.

Atque id evidentiùs apparet conſiderando totum
complexum verborum, quæ omnia eo collimant, ut
demonſtrent Fundatorem in mente habuiſſe ſolùm 20
hanc ſpeciem Capellanorum Univerſitatis. Etenim
verba ſubſequentia „ *Eccleſiæ Primatiali deſervientem,
ad Quinternum, ut dicunt, exiſtentem*; ſive accipian-
tur explicativè, ita ut illis verbis clariùs voluerit
denotare Fundator, quos intelligeret nomine *Cappel-
lanorum Univerſitatis*: & hoc caſu evidentiſſimè demon-
ſtrant, Fundatorem ſolummodò in hac vocatione con-
ſideraſſe in ſpecie, ac præciſè Capellanos Univerſi-
tatis exiſtentes ad Quinternum; nullamque rationem
habuiſſe aliorum Capellanorum.

Sive accipiantur de per ſe, tamen cum ſint poſita
in eadem oratione, & ſint connexa, & unita cum ver-
bo *antiquiorem*, ſatis demonſtrant, Fundatorem vocaſ-
ſe, non antiquiorem Capellanum utcunque, & in ge-
nere, ſed antiquiorem exiſtentem ad Quinternnm;
adeoque conſideraſſe antiquitatem, non ratione Ca-
pellaniæ, ſed exiſtentiæ ad Quinternum: Eſt enim
certa, & omnium Doctorum approbata conſenſu il-
la regula, quòd qualitas adjecta orationi, afficit, & 21
qualificat omnia, quæ in eadem oratione continentur,
& ab eodem verbo, reguntur, ſive in principio, ſive
io medio, ſive in fine fuerit adjecta. *Adolin. reſolut.
7. num. 53. & ſeqq. Altograd. Sen. conſ. 88. num. 15.
& multis ſeqq.* ubi copioſè. *Manſ. conſ. 265. num. 14.
Honded. conſ. 91. num. 19. lib. 1. & conſ. 4. num. 14. &
15. lib. 2. Cyriac. controv. 400. num. 101. & ſeqq. Caſtill.
Controv. lib. 5. cap. 90. num. 7. Maſtrill. dec. 66. numer. 2.
Surd. dec. 88. nu. 23. & in fin. Deciſionis. Venturin. de-
ciſ. 103. num. 10. Torre de Majorat. Ital. part. 2. quæſt. 27.
num. 15. & ſeqq. Rota cor. Ludoviſ. dec. 308. num. 3.
& cor Coccin. dec. 2283. n. 2. & ſeqq. & num. 5. & in
recent. part. 1. dec. 780. num 12. & part. 15. dec. 173.
n. 6.* Adeòque qualitas illa majoris antiquitatis, à Fun-
datore requiſita, non reſpicit poſſeſſionem Capella-
niæ, ſed ſervitium Eccleſiæ, & exiſtentiam ad Quin-
ternum, & verificari debet non de Capella, utcun-
que ſumpta, ſed de Capellano exiſtente ad Quinter-
num: Nam ut *Sacræ Rotæ* verbis utar in laudata De-
ciſione *coram Coccineo*, oratio complexiva plurium
qualitatum efficit unum quiddam, & conjungit om- 22
nes qualitates in unum; ac propterea in partes ſcin-
di non debet, nec ſeparatim conſiderari debent illæ
qualitates, ſed conjunctim, & unitim, & relativè
ad antiquitatem temporis. *Aretin. conſ. 1. num. 10. ver-
ſic. ſi ergo*, ubi quòd plures res, unitate ſermonis co-
pulatæ, videntur unum corpus, quem laudat, & ſe-
quitur *Surd. deciſ. 88. num. 24. Honded. conſ. 4. num. 13.
lib. 2. Dec. conſ. 92. num. 2. Gabriel. conſil. 98. num. 17. lib.
1. Torre de Majorat. part. 2. quæſt. 8. num. 61. Altograd.
conſ. 88. num. 15. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 406. num. 9.
part. 15. recen.* ubi quòd unica oratio ſub una eadem-
que ſtructura verborum, integra capi debet, non au-
tem in partes ſcindi, *& inter recollect. à Palma deciſ.
205. num. 16.* ubi quòd qualitas in eadem oratione
ſcindi non debet, *& coram Coccin. deciſ. 2122. nu. 9.*
ubi quòd qualitas exiſtens in uno ex copulatis, etiam
in alio eſt intelligenda. *Severol. penes Pithon. diſcept.
Eccleſ. tom. 2. n. 20.*

Maximè verò in caſu noſtro, in quo oratio eſt
adeo unita, atque connexa, ut nè quidem per copu-
lam una res ab alia diſtinguatur. Copula enim licèt 23
conjungat, & copulet, tamen ſui natura ponitur in-
ter diverſa, eaque inter ſe diſtinguit. *Jaſ. & DD. in l.
ff. de jur. & fact. ignor. Peregr. conſ. 36. num. 8. lib. 1.
Epiſc. Rocca Select. Diſp. cap. 76. num. 37. Torre de Ma-
jor. part. n. c. 37. num. 361. & part. 3. in Januenſ. Majo-
rat. de Grimald. dec. 16. num. 31. & poſt Pacific. de Sal-
viano dec. 184. num. 3. & inter recollect. à Palma Nepot.
dec. 115. n. 12.* Fundator autem, qui ea omnia requiſi-
ta, quæ deſiderabat in Capellano, ad Canonicatum
promovendo, conſideravit tanquam unum quiddam,

noluit

noluit ea diſtinguere, quaſi diverſa, & conjungere pes copulam, ſed omnia uno ſpiritu, atque unico verborum complexu voluit contineri, ut tantò magis appareret, qualitatem majoris antiquitatis, non ad hoc potius, quàm ad illud eſſe referendam, ſed ad totum illum complexum æquè pertinere, tanquam ad unicum corpus.

Fortiùs quia participium illud ex ſui natura continuativè ſe habet ad præcedentia, & reſtrictivè quoad
24 verbum *Capellani*. *Rot. Bonon. pens Actolin. reſol.* 90. *num.* 102. *Altogr. Junior controv.* 60. *num.* 25. *Mareſcot. Variar. Reſol. cap.* 103. *num.* 5. *lib.* 2. *Giovagn. controv.* 39. *num.* 16. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 135. *num.* 103. *& ſeqq. Rot. cor. Ottobon. dec.* 155. *num.* 17. *verſ. altero*. Quemadmodum enim, ut optimè animadvertit, & dilucidè probat Reverendiſſimus D. meus exadverſo ſcribens, verbum *antiquior* ſeparari non poteſt à ſuo ſubſtantivo *Capellanus*, & ipſum qualificat, reſtringit, ac in ſua ſpecie reponit; ita participium *exiſtens ad Quinternum* ſeparari non poteſt ab eodem ſubſtantivo *Capellanus*, & ipſum qualificat, reſtringit, ac in ſua ſpecie reponit, ac propterea adjectivum *antiquior* non qualificat Capellanum in genere, ut exadverſo ſupponitur, ſed Capellanum in ſpecie, nempè Capellanum exiſtentem ad Quinternum. Quemadmodum igitur concedimus Reverendiſſimo D. quòd ſi vocatus eſſet antiquior Capellanus in genere, inſpiciendum eſſet tempus adeptæ poſſeſſionis Capellaniæ, & ex eo tempore menſuranda eſſet antiquitas, quia ex eo tempore factus fuiſſet habilis, & capax conſequendi Canonicatum: ita ipſe quoque nobis concedat neceſſe eſt, quòd cum Fundator non vocaverit Capellanum in genere, ſed in ſpecie Capellanum exiſtentem ad Quinternum, antiquitas menſuranda ſit ab eo tempore, quo deſcriptus fuit ad Quinternum, quia tunc primum acquiſivit illam qualitatem, quæ ipſum reddidit capacem Canonicatus, & repoſuit in ea ſpecie Capellanorum, quos Fundator invitavit ad Canonicatum. Optimè *Rot. in deciſ.* 367. *num.* 27. *& ſeqq. part.* 6. *recent.* quæ in contrarium allegatur, ubi cum Judex condemnaſſet in fructus de jure debitos, reſ-
25 pondit condemnationem non comprehendere fructus utcunque, ſed fructus, quatenus de jure deberentur, quia participium illud *debitos* reſtringit verbum generale *fructus* ad ſpeciem fructuum debitorum, adeont ſi nulli fructus debeantur, nihil contineat condemnatio.

Et in terminis, & quidem fortioribus *Anſald. conſ.* 6. *num.* 37. *& ſeqq.* & per totum, ubi cum Fundator ita diſpoſuiſſet -- *che il ſuo credere univerſale ſia tenuto, ed obligato, eſſendo Preti Sacerdoti nella Caſata de' Cecchi, dare ad officiare la detta Capellania, ed Altare, al più vecchio, e maggior di tempo di detta Caſata*, licèt verba *Senior*, *& major ætate*, ſint conjuncta cum verbis *di detta Caſata*; ac proindè ad ipſam naturaliter referenda ſint; tamen cum Fundator in electione Capellani non requiſiverit ſolùm qualitatem Fami-
26 liæ, ſed reſpexerit etiam ad qualitatem Sacerdotis, reſpondit, præferendum eſſe antiquiorem ratione Sacerdotii, & cum ex eadem Familia duo Sacerdotes concurrerent, alter qui esat Senior, & priùs ſuſceperat habitum, & tonſuram, altes qui esat Junior, & priùs fuerat ad Sacerdotium promotus, copioſè defendit hunc, qui priùs ad Sacerdotium promotus fuerat, licèt Juniorem, præferendum eſſe alteri licèt Seniori, & priùs tonſurato, & perſpicuè diluit omnia argumenta contraria.

Præterquamquod verba illa *ad Quinternum exiſtentem*, in fine poſita, afficiunt, & seſtringunt etiam
27 verbum -- *antiquiorem*, & efficiunt, ut comprehendat ſolummodò antiquiorem exiſtentem ad Quinternum. *l. nam quod liquidæ §. ult. ff. de penu. legat.* ubi cum legata fuiſſet omnis penus prætes vinum, quod Romæ eſſet, verba illa poſtrema -- *quod Romæ eſſet*, licèt adjecta vino, tamen reſtringunt illud adjectivum univerſale *omnis*, ut contineat ſolummodò penum, quæ Romæ eſt. *in l. quæſitum §.* 1. *ff. de leg.* 3. quidam ita ſcripſerat, *argentum omne, ſupellectilem quodcunque habeo, tibi dono, & quicquid in fundo Semproniano habeo*. Reſpondit J.C. contineri ſolummodò argentum, quod in fundo Semproniano eſt: etenim poſtrema illa adjectio reſtringit ſignum illud univerſale *omne* ad id ſolum, quod in fundo Semproniano eſt, clariùs id deciſum in *l. heres §. Uxori ff. eod.* ibi -- *Uxori meæ veſtem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod ejus cauſa factum, paratumque eſſet, omne do lego. Trebatius hæc verba, quod ejus cauſa factum, paratumque eſt, ad aurum, & argentum dumtaxat referri putat: Proculus ad omnia, quod & verum eſt.* Licèt ergo verba *factum paratumque* concordent cum verbis *aurum, & argentum*, tamen referuntur etiam ad omnia antecedentia, eaque reſtringunt, non obſtante univerſalitate illius adjectivi, *omnia*, *in l. ult. §. ult ff. de vino trit. & ol. leg.* ubi ſi legata ſint dulcia, non ſolùm potiones dulces continentur, verum etiam uvæ caricæ, & reliqua dulcia. Contra ſi legatum ſit *vinum amphorarium, aminæum, græcum, & dulcia om-
nia*; nihil inter dulcia legatum videtur, niſi quod po- 28
tionis eſt, quia adjectio illa *vini* adeò reſtringit verba *dulcia omnia*, ut non contineant amplius omnia dulcia, ſed tantummodò dulces potiones, hoc eſt minus contineant, quàm cum ſimpliciter legavi *dulcia*, non adjecto ſigno univerſali *omnia*. *Bartol. in l. cum filio fam.* 11. *num.* 16. ubi, quòd qui conceſſit vineas, & fundum fructibus plenum, videtur conceſſiſſe etiam vineas fructibus plenas, & licèt *Bartolum* reprehendat *Jaſon in d. l. num.* 178. quia qualitas in fine poſita non ſic afficit antecedentia, ſicut poſita in principio influit in conſequentia; tamen *Jaſon* confutatur à *Peregrin. de Fideicom. art.* 16. *num.* 31. *verſ. contra tamen*, *& ab Altogr. Junior. contr.* 60. *num.* 16. *& ſeqq.* ubi latè eum refellit, & probant textus modò allegati. *Cravett. conſ.* 144. *num.* 5. *in fin.* ubi pronomen *ſua* reſtringit univerſalitatem verborum, *tota hæreditas*. *Capra conſ.* 128. *num.* 1. *& ſeqq. latè Dec. conſ.* 92. *per tot. latiſſimè Altog. Sen. conſ.* 88. *num.* 15. *& ſeqq. lib.* 1. *Peregr. art.* 16. *num.* 31. *& art.* 25. *n.* 29. *Palm. Nep. alleg.* 388. *num.* 20. ubi verba ſubſequentia limitant verba antecedentia *plenum uſumfructum*, & in Deciſionibus ab eo recollectis *dec.* 44. *num.* 27. *& dec.* 191. *num.* 14. *&* 15. ubi deciditur, id maximè procedere, quando agitur de declaratione verbi, quod plus, aut minus poteſt continere.

Et in caſu noſtro tollit omnem dubitationem petitio, & preces ejuſdem Fundatoris, in quibus dilucidè, ac perſpicuè id expreſſit illis verbis -- *il più antico Cappellano, che ſia al Quinterno*, -- quæ ad oculum
demonſtrant Fundatorem reſpexiſſe ad antiquitatem 29
exiſtentiæ ad Quintesnum; ex verbis autem in una ſcriptura prolatis declaratur, quid in alia ſenſerit diſponens, *l. hæredes palam §.* 1. *in fin. ff. de teſtam.* ibi -- *ntique placeret conjectionem fieri ejus, quod reliquit, vel ex vicinis ſcripturis, vel ex conſuetudine patris familias l. ſi ſervus plurium §. ult. ff. de legat.* 1. ibi -- *item earum, quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur ſummatum ſcripta ſunt ſpectanda*, *Peregr. de Fideicom. art.* 16. *numer.* 108. *verſ addo. Rot. poſt Torr. de Major. dec.* 1. *num.* 8. *Emerix Sen. dec.* 37. *num.* 3. *& in rec. dec.* 77. *num.* 24. *part.* 10.

Nil refragante, quòd in alia poſteriori petitione ſimpliciter enunciaverit -- *il più anziano Cappellano*, --
ſine ullo adjuncto, tum quia, cum Fundator nomine 30
Capellani ſempes intellexerit eam ſpeciem Capellanorum, qui exiſtunt ad Quinternum, non erat neceſſe id ſemper repetere. *Rot. dec.* 77. *num.* 28. *&* 29. *& ſeqq. ibi infinitos allegat, part.* 10. *rec.* Tum quia Reverendiſſimum Capitulum id acceptavit cum conditionibus expreſſis in prima petitione, adeoque omnia in prima petitione expreſſa, cenſentur in ſecunda repetita, cum referens ſit in relato cum omnibus
ſuis qualitatibus; & magis relatum, quàm referens 31
attendi debeat, præſertim quoties magis præciſè, ac diſtinctè loquitus. *Manſ. conſ.* 99. *num.* 28. *Arguel. dec.* 28. *numer.* 78. *Torre de Majorat. part.* 2. *quæſt.* 13. *numer.* 31. *latiſſimè Tabor. Axiom. lib.* 16. *cap.* 31. *Axiom.* 17. Tum quia verba diſponentium in una parte ac-
cipi debent, ſicut in alia accepta fueruut, quoties plu- 32
res habere poſſunt ſignificationes. *Peregr. de Fideicom. art.* 25. *num.* 30. *verſ. attamen*. *Altogr. conſ.* 60. *nu.* 114. *lib.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 47. *num.* 18. *& alleg.* 61. *n.* 22. *& alleg.* 104. *num.* 14. *Rodulph. alleg.* 65. *n.* 7. *& alleg.* 176. *n.* 7. & verba in medio, interpretanda ſunt in eo ſen-

Digitized by Google

33 ſenſu, in quo diſponens uſus eſt, tum in parte antecedenti, tum in conſequenti. *Mantic. de Conject. lib. 3. tit. 9. n. 3. Caſanat. conſ. 47. num. 60. Altogr. conſ. 79. n. 24. lib. 2. Rot. cor. Duran. dec. 126. nu. 29. Rot. Flor. penes Manſ. conſ. 98. n. 14. Urceol. dec. 4. n. 22. & dec. 23. n. 29.* latè *Valenz. conſ. 23. n. 31.* & *n. 134. uſque ad 139.*

Hæc autem verborum interpretatio eo certior eſt, quòd conſonat cum mente Fundatoris, & cum Juris diſpoſitione. Cum mente Fundatoris, quæ primò elicitur obſervando, quòd qualitates illas, in quibus deſideravit antiquitatem temporis, univit, & copulavit cum verbo *antiquiorem*, ut ſervitium Eccleſiæ, & exiſtentiam ad Quinternum, & ut oſtenderet, hæc ab eo conſiderari tanquam unum, ad majorem unita-
34 tem orationis, nè copulam, & conjunctionem quidem interpoſuit, ut tanto clarius appareret, has qualitates referri ad verbum *antiquiorem*, & intra ejus limites coerceri, ut rectè in terminis monemur *in l. ea tamen adjectio 46. juncta l. anteced. ff. de legat. 3.* Contra verò qualitates illas, in quibus non deſideravit majorem antiquitatem, ſegregavit, ac diſcrevit ab illis, & in ſeparata oratione poſuit, veluti quòd ſit Doctor, ſit Civis Piſanus, & cætera, quæ ſe-
35 quuntur. Ex hac autem diſcretiva, & difformi diſpoſitione, diverſitas voluntatis neceſſariò deducitur. *Caſon. apud Palm. Nepot. alleg. 46. nu. 175. & ſeqq. Palm. alleg. 47. num. 25.* & latiùs *alleg. 48. num. 5. 6. 7. & alleg. 50. num. 51. & ſeq. Rot. cor. Dunozzet. deciſ. 46. n. 20. & cor. Merl. dec. 800. n. 11. & dec. 825. n. 20. & in rec. p. 13. dec. 279. n. 16. & 17. & p. 16. dec. 307. n. 22.*

Secundò quia non poteſt dubitari, Fundatorem reſpexiſſe ad antiquius ſervitium, cum toties id inculca-
36 verit, & repetierit; geminatio enim, & iteratio, præciſam, atque enixam voluntatem diſponentis demonſtrant. *l. Balliſta 22. ff. ad S. C. Trebell. Cephal. conſ. 40. n. 8. & 9. Surd. conſ. 10. n. 54. & conſ. 73. n. 64. Mar. Antonin. variar. reſolut. lib. 1. reſol. 3. num. 7. & lib. 2. cap. 35. num. 9. Valenz. conſ. 102. n. 102. & conſ. 187. num. 74. & 49. Rot. dec. 226. num. 6. & 7. part. 19. & dec. 190. num. 9. part. 15.* Et omninò veriſimile eſt, eum voluiſſe honorare antiquiores quoad hujuſmodi
37 ſervitium, ut optimè in terminis ratiocinatur *Rot. in dec. 5. n. 21. & ſeq. part. 9. rec.* Et ipſe Fundator hanc ſuam voluntatem declaravit, præſcribendo, ſervitium (ſaltem per decennium) eſſe neceſſarium ad obtinendum Canonicatum, quo clariùs demonſtravit, ſe enixè exoptare antiquitatem ſervitii in eo, qui vellet ad Canonicatum adſpirare. Qua poſita præciſa, atque enixa voluntate vocandi ad Canonicatum antiquiorem deſervientem, neceſſariò ſequitur, eum eſſe admittendum, qui priùs fuit deſcriptus ad Quinternum: quia Fundator, qui antiquius ſervitium voluit honorare, ſolummodò conſideravit ſervitium, quod præſtant exiſtentes ad Quinternum, non verò quod præſtant illi, qui non ſunt in Sacris, qui vel nullum ſervitium præſtant, vel adeò modicum, ut vix nomen ſervitii mereatur: ſed qualecunque ſervitium ſit id, quod præſtant; certè hujus rationem nullam habuit Fundator, ſemper enim cum qualitate ſervitii conjunxit exiſtentiam ad Quinternum, ut demonſtraret, ſervitium æſtimandum eſſe ſolummodò juxta exiſtentiam ad Quinternum, & antiquitatem exiſtentiæ ad Quinternum, eſſe menſuram antiquitatis ipſius ſervitii. In petitione prima, ibi - - *Che ſia al Quinterno*. In fundatione, ibi -- *Eccleſiæ deſervientem, ad Quinternum, ut dicunt, exiſtentem, & ad dictæ Eccleſiæ ſervitium*. Et infra -- *Quòd ſaltem per decennium ſervierit dictæ Eccleſiæ, & fuerit deſcriptus ad dictum Quinternum*, ubi obſervandum, quòd non requirit ſolùm exiſtentiam ad Quinternum in præſens tempore vacationis, ſed etiam in præteritum. Et ſanè cui poteſt in mentem venire, Fundatorem, qui de honoranda antiquitate ſervitii eorum, qui exiſtunt ad Quinternum, fuit adeo ſolicitus, voluiſſe admitti ad Canonicatum aliquem Capellanum, qui cum diutiſſimè neglexerit ſacros Ordines ſuſcipere, demum imminente vacatione eos ſuſceperit, & ad Quinternum fuerit de-
38 ſcriptus: atque hunc, qui fortè paucis menſibus ad Quinternum fuerit deſcriptus, & verum ſervitium vix unquam Eccleſiæ præſtiterit, præferri antiquiſſimè deſcriptis, ut facilè poſſet evenire, eiſque tollere jus quæſitum: quod tanquam abſurdum conſiderat *Rot. in dec. 5. num. 24. part. 9.*

Neque hanc validiſſimam conjecturam, ſeu potiùs claram demonſtrationem voluntatis Fundatoris evertit exagerata exadverſo obſervatio, quòd fruſtra Fundator exigeret ſervitium ſaltem decennale, ſi admittendus eſſet antiquior quoad ſervitium, & exiſtentiam ad Quinternum. Facillimè enim diluitur hæc difficultas, quia non rarò evenire poteſt, ut qui antiquior eſt, non habeat tamen ſervitium decennale. Nihil prorſus refragante replicatione; quòd ſi non ha- 39
bet decennale ſervitium antiquior deſerviens, multò minus illud habere poteſt recentior, & tamen Fundator diſpoſuit, ut ſi antiquior non eſſet præditus præſcriptis conditionibus, Canonicatus gradatim devolveretur ad alium antiquiorem ordine ſequentem, qui præditus eſſet eiſdem qualitatibus. Nullius enim momenti eſt hæc oppoſitio, tum quia facilè poteſt evenire, ut antiquior exiſtens ad Quinternum non habeat decennale ſervitium, vel quia extra Diœceſim commoratus diù fuerit, vel quia extra Urbem obtinuerit Beneficium requirens reſidentiam, & habeat decennale ſervitium minùs antiquus, qui continuè ſervierit Eccleſiæ: tum maximè quia ſæpiſſimè evenire poteſt, ut antiquior non ſit præditus qualitatibus à Fundatore requiſitis, & ſit præditus minùs antiquus, veluti ſi antiquior non ſit Doctor; ſi non ſit Civis Piſanus; ſi non ſit genitus ex patre nato Piſis; ſi de aliquo crimine fuerit condemnatus: has autem omnes qualitates habeat minùs antiquus. Ut enim quis non ſit præditus qualitatibus requiſitis à Fundatore, ſufficit unam ex illis deficere, quia ſi ge- 40
neralis oratio in uno deficiat, in totum falſa eſt. *l. ſi is qui ducenta §. Utrum, verſ. quia ſignificatio ff. de reb. dub.* ibi - - *quia ſignificatio ſumitur univerſo, in quo ſi quid falſum, totam orationem falſam efficit*. *Donell. ad l. pignus 9. C. de pignor. act. Gomez ad l. 47. Taur. num. 7. Guttier. in §. Sui, Inſtit. tit. de bæred. qual. & differ.* Præſertim quia in caſu noſtro cum Fundator ſpecia- 41
liter diſponat de antiquitate ſervitii, hæc non continetur in generali illa enunciatione qualitatum, eaque ad alias omnes qualitates referri debet. *l. ſervo manumiſſo ff. de pecul. leg. l. cum in teſtamento §. ult. ff. de bæred. inſtit.*

Tertio quia cum Fundator eſſet unus ex Capellanis exiſtentibus ad Quinternum, cenſetur eos prædilexiſſe, & prætuliſſe aliis omnibus, & eos ſolos conſideraſſe, ut in fortioribus terminis reſpondit *Rota deciſ. 310. num. 6. & per tot. part. 10. rec.* adeo ut antiquitas deſumenda ſit à die, quo deſcripti fuerunt ad Quinternum: quia cum Fundator aliis Capellanis nul- 42
lum jus tribuerit conſequendi Canonicatum, nec potuit habere rationem eorum antiquitatis; ut in ſimili videmus communiter receptum à DD. quòd ſi Teſtator vocaverit proximiorem de ſua Familia, & ipſe ſit de aliquo Columnello, ab aliis diſtincto per aliquod adjunctum, proximitas dinumeranda eſt ex Columnello teſtatoris, adeut qui eſt in eo Columnello, licèt remotior, excludat proximiorem alterius 43
Columnelli, quia Teſtator cenſetur prædilexiſſe exiſtentes in ſuo ramo diſtincto ab aliis, & voluiſſe proximitatem ex eo deſumi, juxta celebre conſilium *Soccini* penes *Curtium Sen. conſ. 40.* ab omnibus approbatum. *Pariſ. conſ. 51. n. 10. & conſ. 88. num. 36. lib. 2. Menoch. conſ. 223. n. 16. & 17. & conſ. 1171. n. 24. & 25. Altogr. conſil. 95. num. 90. lib. 2. Card. de Luca de Fideicom. diſcurſ. 50. num. 8. & ſeqq. & diſc. 52. n. 16. Torr. de Primog. & Major. part. 1. cap. 38. n. 247. Andreol. controv. 338. num. 8. Rot. coram Merlin. dec. 669. num. 26.*

Poſtremò tandem cum verbis, ac mente Fundatoris conſonat Juris diſpoſitio, qua præferri jubetur ille, 44
qui priùs eſt ordinatus, *c. 1. de majorit. & obed. ut ipſe prior, & major babeatur, qui priùs communi conſilio, & concordi fuerit actione ordinatus, & ibi Gloſ. & Abb. num. 2. & 3. Joan. Andreas num. 5. Ant. de Butr. num. 3. Gonzal. num. 6. Valenzuel. conſ. 34. n. 87.* ubi de Canonico Subdiacono, & habente vocem in Capitulo, præferendo tonſurato, & vocem in Capitulo non habenti. *Novar. de Gravam. tom. 2. gravam. 153. num. 3.* ubi priùs deſcriptus potior habetur. *Caſſan. in Cathalog.*

Glor.

Glor. Mund. part. 7. conſil. 46. ubi quòd qui non ſunt de-
ſcripti, habentur tanquam privati.

Et antiquior de Capitulo, vel alio Collegio dici-
45 tur, qui prius ſuit receptus in illud Collegium, *l. 1.
C. de Conſul.* ibi -- *cedere tamen illius temporis Conſuli
debeat, quo ipſe non fuerit. l. 1. C. de Prapoſ. Sacri
Cubiculi*, ibi -- *cum manifeſtè decretum ſit, eum eſſe
potiorem, qui præceſſerit: vel illum ſubſequi, quem re-
centiùs probaverit examen. Gloſſ. in capit. fin. V. antiquio-
res, de conſuetud. in 6. Felin. in C. cum omnes, num.
35. de conſtit. Geminian. in capit. cum in tua, num 11.
de conſuetud. in 6. Valenz. conſ. 34. num. 35. Lotter. de
Re Beneſ. lib. 1. cap. 16. num. 40.* ibi -- *proindè ubicun-
que lex dirigit verba ad antiquiorem de aliquo Collegio,
metimur antiquitatem ex tempore receptionis. Rota in Me-
levitana Antianitatis 9. Octobr. 1702. cor. Molin. num. 3.*
impreſſa poſt *Torr. Var. Quaſt. tom. 2. Miſcellan. part.
1. dec. 52. tit. 12.* ibi -- *de Jure namque communi an-
tiquioritas inter plures de eodem Collegio deſumitur ex prio-
ritate receptionis*. Et qui priùs ingreſſus ſuit illud Col-
legium *Rot. cor. Duran. dec. 386. num. 1. & dec. 493.
num. 3. & in rec. dec. 140. num. 2. part. 8. & dec. 19.
num. 11. part. 7.* Cum igitur D. Coratius priùs ſuerit
ingreſſus in Univerſitatem Capellanorum exiſtentium
ad Quinternum, & in eam priùs ſuerit receptus, du-
bitari non poteſt eum eſſe antiquiorem Capellanum
Univerſitatis, ad Quinternum exiſtentem. *Rebuff. in
tract. Nominat. quaſt. 21. num. 5. Cobell. ad Bull. Boni
Regim. cap. 31. num. 159.*

Neque Adverſarius poteſt ad angendam ſuam an-
tiquitatem computare tempus, quo ſuit ſimplex Be-
neficiatus, nondum in Sacris conſtitutus: tum quia
nondum receptus fuerat in Collegium Capellanorum,
ex quibus eligendus eſt Canonicus, adeoque ab eo tem-
pore non eſt menſuranda antiquitas.

Tum quia cum eo tempore eſſet omninò inhabilis,
& incapax conſequendi Canonicatus, non puterat ei
46 prodeſſe qualitas Capellani, quæ ipſi nullum jus tri-
buebat; ex qualitate enim impertinenti nullus cauſa-
tur effectus. *Aldolia. reſol. 13. num. 46.* & incapax re-
47 putatur inter non entia. *Riminald. Jun. conſil. 15. num.
5. Cyriac. contr. 329. num. 51. Paz. de Tenuta cap. 34.
num. 18. & 19. Caſtill. contr. cap. 178. num. 15.* & pro
48 mortuo habetur. *Giovagn. tom. 1. num. 34. & conſ.
70. num. 17. Caſtill. ubi ſupra, num. 19. Bero. conſ. 150.
num. 8. lib. 2. Sard. conſ. 487. num. 19. Valenz. conſ. 83.
num. 7. & 8. latè Palm. alleg. 204. num. 8. & num. 33. &
ſeqq. Manſ. conſ. 297. num. 5.* Et paria ſunt non eſſe,
49 & non poſſe admitti. *l. 1. ſ. Sed etſi patruus ff. de con-
jug. cum emanc. lib. Counciol. alleg. 32. nu. 3. Paz. de Te-
nuta cap. 34. num. 18. Torr. de Major. part 2. quaſt. 53.
num. 10. Palm. alleg. 374. num. 22. & alleg. 735. num.
31.* & cum paria ſint non eſſe, & inhabilem eſſe,
50 antiquior ille eſt, qui priùs habilitatem eſt conſecu-
tus. *Rebuff. in d. tract. Nomin. quaſt. 21. num. 6.* Maxi-
mè cum agitur de iis, quæ babent, ac requirunt tra-
ctum ſucceſſivum temporis, quo caſu non poteſt dinu-
merari tempus, quo quis nondum erat habilis, & ido-
neus, ut accidit in uſucapione, quæ requirit diutinam
51 poſſeſſionem, nec numeratur tempus illud, quo quis
poſſedit ſine titulo, quia eo tempore non erat habilis
ad uſucapiendum. *l. non ſolum ſ. 1. ff. de uſucap. leg. 1.
ſ. ultim. ff. pro donat. l. 1. ſ. Eſt quaſtio ff. pro dot.* &
52 quamvis habuerit titulum, tamen, ſi titulus pende-
bat ab aliqua conditione, tempus illud non connume-
ratur, licèt eo tempore poſſederit, veluti ſi quis eme-
rit ſub conditione: *l. 2. ſ. Si ſub conditione ff. pro empt.*
Ita in caſu noſtro cum ſimplex Capellanus non exi-
ſtens ad Quinternum non habeat titulum idoneum con-
ſequendi Canonicatum, non poteſt connumerare illud
tempus. Præſertim quia in caſu noſtro obſtabat Ad-
verſario, non inhabilitas accidentalis, ſed naturalis,
cum non haberet ætatem idoneam ad ſuſcipiendos ſa-
cros Ordines.

Tum quia ſtatim ac D. meus Principalis obtinuit
Capellam, ac ordinatus ſuit in Sacris, abſorbuit an-
tiquitatem temporis ab Adverſario quæſitam, & tan-
quam eo major, ipſique præferendus, cæpit ei præva-
lere ratione Ordinationis, quæ præponderat antiqui-
tati temporis, adeòque D. meus Principalis non ſo-
lùm eſt antiquior ratione qualitatis requiſitæ à Fun-
datore, per quam acquiſivit Jus ad Canonicatum, 53
antequam Adverſarius ullum Jus haberet *Rota d. dec.
5. num. 24. part. 9. Caval. dec. 109. numer. 6. & 8.* ſed
etiam ejus qualitatis, per quam de Jure communi ac- 54
quiſivit majoritatem, ac prælationem ſupra Adverſa-
rium, poſthabita ejus anterioritate temporis. *cap. ſta-
tuimus, de majorit. & obed. & ibi Joan. Andr. num. 4. &
5. Abbas num. 1. Imol. num. 1. Hoſtienſ. verſ. & qui major.
Bellamer. num. 1. 2. & 4. & in c. 1. num. 1. ibid. Anton.
de Butr. in d. cap. 1. n. 5. & in d. c. ſtatuimus num. 2. 5. &
9. & ibi Gonzal. num. 5. & 6. in fin. Valenzuel. conſ. 34.
num. 88. & ſeqq. num. 99.* ubi in terminis de Ordine
Subdiaconatus. *Roman. in l. ſi verò 2. 87. poſt medium,
ff. ſol. matrim. Gratian. deciſ. March. 16. nu. 1. Barboſ. de
Canon. cap. 18. n. 9. & in Collectan. Doct. in d. c. ſtatuimus.
Hermoſil. part. 5. gloſſ. 2. in proleg. n. 4.*

Et hoc commune eſt in omnibus Officiis, ut ille
antiquior habeatur, cui priùs conceſſa eſt adminiſtra-
tio, etiamſi alter Officium, & Dignitatem fuerit priùs 55
conſecutus, & in computanda antiquitate numeretur
tempus à die, quo Officialis obtinuit adminiſtratio-
nem, non à die, quo adeptus eſt Officium, & Di-
gnitatem. *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 4. n. 62. Caſtill.
de Tertiis cap. 41. num. 56. Antunez. de Donat. Reg. lib.
3. cap. 42. n. 30. Fab. de Anna conſ. 42. num. 12. & ſeqq.*
& io terminis omninò videndus *Cabed. dec. 4. part. 1.*
ubi ad officium Expeditoris Gravaminum primo aſ-
ſumptus ſuit Senator T. ita ut ſalarium quidem ha-
beret, non tamen Diſtributionem actualem exerce-
ret. Poſtea ad idem officium aſſumptus ſuit Senator M.
ita ut ſtatim ſalarium perciperet, & Diſtributionem
haberet, & eſſet de numero actualium. Deinceps præ- 56
dictus Senator T. obtinuit etiam ipſe, ut Diſtribu-
tionem haberet. Judicatum ſuit, ut Senator M. qui
priùs obtinuit Diſtributionem, & ut eſſet de numero
actualium, quamvis poſt alium fuiſſet ad officium aſ-
ſumptus, *in omnibus, & per omnia antiquior habere-
tur*: ſuot verba deciſionis *num. 9.* Eadem ratione in
omnibus, & per omnia antiquior haberi debet D.
meus Principalis, qui priùs ſuit receptus in numerum
Capellanorum participantium, & habentium admi-
niſtrationem, & Eccleſiæ deſervientium. Quoties
enim aliquid conceditur ratione officii, non habe-
tur in conſideratione officium in habitu; ſed requiri- 57
tur, quòd ſit in actu, & habitu, ut optimè ait *Bald.
in l. ſed & milites 10. ff. Primipilarii, ff. de excuſat. tut.
Fab. de Anna conſ. 42. n. 13. Frecc. de Subfeud. lib. 2. ti-
tul. Qui ſit Dux, n. 52.*

Tum denique, quia ſicut in optione Præbendæ,
quæ de Jure competit antiquiori Canonico, antiqui-
tas dimetienda eſt, non à die, quo ſuit proviſus de
Cannnicatu, ſed à die, quo ſuit receptus in Capitu- 58
lum, & cepit poſſeſſionem Canonicatus: *Gemin. in c.
cum in tua, num. 11. de conſuet. in 6. Valenz. conſ. 34.
num. 35. Gratian. in addit. ad dec. 16. March. nu. 1. & 2.
Gonzal. ad Reg. Cancell. in proœm. §. 3. n. 23. & 24. Barboſ.
de Canon. & Dign. c. 30. nu. 9. & 10.* ita in caſu noſtro
non eſt dinumerandum tempus à die, quo quis ſuit ele-
ctus Capellanus, ſed à die, quo ſuit receptus in Uni-
verſitatem, & ſuit deſcriptus ad Quinternum. Etenim
ratio duplex affertur, cur antiquitas non ſit dimetien-
da à die proviſionis, ſed à die receptionis: utraque
autem militat in caſu noſtro.

Prima eſt, quia optio Præbendæ, eſt quidam fru-
ctus, & fructus poſſeſſori debentur. *Gonzal. ubi ſupra,* 59
*& Barboſ. Tondut. reſolut. Beneſic. cap. 111. num. 4. &
5. & ſeqq.*, & licèt non ſint in Sacris, & vocem in 60
Capitulo non habeant, poſſunt tamen optare, quia
Jus optandi competit ipſis ex Canonia, & Præben-
da, non ex aliis qualitatibus. *Gloſ. in clem. 2. de ata-
te, & qualit. V. in capitulo. Gratian. diſcept. for. cap.
482. num. 21. & ſeqq. Garz. de Beneſic. part. 3. cap. 4.
num. 31. Gonzal. ad Regul. 8. gloſ. 34. num. 128. &
ſeqq. Barboſ. d. cap. 30. num. 15.* adeoque cum ſtatim ac
recepti fueruot in Canonicos; acquiſiverint Jus optan-
di Præbendam, à die receptionis computanda eſt an-
tiquitas.

Altera ratio, cur præfatur prius receptus, eſt diu- 61
turnitas ſervitii. *Vivian. de Jur. Patr. part. 2. lib. 5. c. 1.
num. 115. Valenz. conſ. 34. n. 212. tom. 1. Gloſ. in cap. fin.
V. antiquiores, de conſuetud. in 6. Barboſ. in d. capit. 30.
n. 15.*

n. 11. *Gonzal. ad Reg. Cancell. in d.* §. 3. *nn.* 25. *Card. de Luc. de Canon. diſc.* 15. *n.* 3.

Utraque autem ratio pro nobis facit. Prima, quia
cum Capellanus acquirat Jus ad Canonicatum con-
ſequendum non à die, quo fuit receptus in Capellanum
ſed à die, quo fuit receptus in Univerſitatem, &
deſcriptus ad Quinternum, ab eo die computari de-
bet antiquitas. Etenim etſi eſſet antiquiſſimus quis inter
Capellanos, nunquam tamen fuiſſet ordinatus, ac
deſcriptus ad Quinternum, nullum Jus omninò ha-
beret ad Canonicatum, ut non rarò evenire ſolet.
Sicut igitur Canonico incipit currere tempus à die,
quo incipit habere Jus ad percipiendum fructum optio-
nis; hoc eſt, quo ſit capax optandi: ita & Capel-
lano debet currere tempus ab eo die, quo acquirit
Jus ad Canonicatum, hoc eſt, quo refertur in nu-
merum eorum ex quibus Canonicus eſt eligendus.

Secunda, quia cum Fundator conſideraverit ſolum-
modò ſervitium illud, quod præſtant illi, qui ad Quin-
ternum exiſtunt, & hujus ſervitii diuturnitatem re-
quiſiverit, ſine ulla alia circumſtantia, vel meriti,
vel frequentiæ, ut fieri ſolet etiam in Ordinibus eque-
ſtribus, ut de Religione Hieroſolymitana teſtatur *Let-
ter. de Re Beneſic.* & alii ſupra allegati: D. meus Prin-
cipalis eſt antiquior in hujuſmodi ſervitio, & ideo
omninò præferendus.

Quibus probè conſtitutis, corruunt omnia, quæ ex-
adverſo allegantur. Sunt illa quidem veriſſima, ſed
cum nitantur falſo ſuppoſito, nequeunt ad rem no-
ſtram accomodari. Procedunt enim omnia in ſuppoſi-
to, quòd vocatus eſſet *antiquior Capellanus* ſimpliciter,
& abſolutè ſine ullo adjuncto qualificante, & ſpeci-
ficante nomen Capellani. Itaque ultrò concedimus,
quòd adjectivum *antiquior* cohæret cum ſubſtantivo
Capellanus: & ita cohæret, ut ab eo ſeparari non poſ-
ſit. Sed cum æquè cohæreant eidem ſubſtantivo etiam
verba ſubſequentia, *Univerſitatis, & ad Quinternum
exiſtens*: non poteſt verbum *antiquior* cohærere verbo
62 *Capellanus*, quin cohæreat etiam verbis ſubſequenti-
bus ipſi adjunctis, atque connexis. Hoc enim caſu
verbum *antiquior* non qualificat, & afficit verbum *Ca-
pellanus*, in genere ſumptum, ſed verbum *Capellanus*,
ſpecificatum per verba conſequentia.

Quemadmodum ſi quis legaverit *majorem pateram
auream*, licèt adjectivum *major* cohæreat ſubſtantivo
patera, afficit tamen, & refertur etiam ad adjunctum
illud *auream*, adeoque magnitudo eſt æſtimanda, non
quo ad omnes pateras in genere, velut argenteas,
vitreas, fictiles, ſed tantummodò quoad pateras au-
reas. Neque credo quenquam dubitaturum, quòd ſi
vocetur *antiquior Civis Piſanus*, antiquitas menſuran-
da non ſit computa o tempore, quo aliquis fortè fuit
civis alterius Civitatis, ſed ſuum computandum eſ-
ſe tempus, quo fuit adſcriptus Civitati Piſanæ. Sic
antiquior Eques Melitenſis dicitur, qui diutiùs mi-
litavit in Religione Melitenſi: & ſi quis antea fuiſ-
63 ſet Eques alterius Religionis; hujuſmodi tempus
non computaretur, ſed nihilominus numeraretur an-
tiquitas ſolùm à die, quo ingreſſus eſt Religionem
Melitenſem. *Rot. coram Duran. deciſ.* 386. *num.* 1. *&
dec.* 429. *n.* 3. *& in rec. dec.* 29. *num.* 51. *p.* 7. *& deciſ.*
540. *num.* 2. *part.* 8. *& in d. Melevitana Antianitatis cor.
Molinei num.* 3. *dec.* 12. *poſt Torr. Variar. Quæſt. tom.* 2. *in
Miſcellaneis*. Et antiquior Eques S. Michaelis eſt,
qui priùs receptus fuit in Ordinem S. Michaelis. *Re-
buff. in tract. Nominat. q.* 25. *n.* 5. *Cobell. ad Bull. Boni Re-
gim. c.* 35. *n.* 559.

Item antiquior Monachus Carthuſianus eſt ille,
qui diutiùs profeſſus eſt in Monaſterio Carthuſiano-
rum, nec poſſet computare quis tempus, quo fuiſſet
Ciſtercienſis, ſed à die quo fuit ingreſſus Religionem
Carthuſianam, menſurare deberet antiquitatem ſuam,
immò à die, quo profeſſionem emiſit. *Lavor. Variar.
Lucubrat. tit.* 4. *cap.* 55. *numer.* 89. *Barboſ. Collectan.
Bullar. V. Præcedentia, verſic. Præcedentia inter Monia-
les*. Verbum igitur *antiquior* non afficit, & qualifi-
cat Civem, Equitem, Monachum in genere, ſed
in ſpecie Civem Piſanum; Equitem Melitenſem;
Monachum Carthuſianum, nec ſufficit verificari in
genere de quacunque Religione, ac Civitate, ſed
verificari debet in ſpecie de Civitate Piſana, & de
Religione Melitenſi, & Carthuſiana. Sic etiam vo-
cato antiquiore Vicino viciniæ Sanctæ Margaritæ, 64
verbum *antiquior* non ſolum refertur ad verbum *vici-
nus*, ſed etiam ad verba ſubſequentia *vicinia S. Mar-
garitæ*: nec ſufficit aliquem diutiùs fuiſſe vicinum,
& de præſenti habitare in vicinia S. Margaritæ, ſed
neceſſe eſt, ut diutiùs in dicta vicinia habitaverit,
& ſi antea habitaſſet in alia vicinia, & poſtea tran-
ſtuliſſet habitationem in vicinia Sanctæ Margaritæ,
non computaretur tempus, quo in alia vicinia habi-
tavit, ſed ſolummodò tempus, quo habitavit in vi-
cinia Sanctæ Margaritæ, *d. deciſ.* 5. *p.* 9. *recent.* Non
aliter in caſu noſtro, non ſufficit aliquem fuiſſe diu-
tiùs Capellanum, ut ſit antiquior, ſed neceſſe eſt
eum diutiùs fuiſſe Capellanum ejus Univerſitatis, &
ad Quinternum extitiſſe.

Et quoniam à Reverendiſſimo Domino citor ad tri-
bunal Grammaticorum, non piget adire Grammati-
corum Principem *Priſcianum*, qui *lib.* 11. *cap.* 1. *pro-
pe finem*, agens de Participiis, nos docet, quòd quan-
do nomina, aut participia ad unum omnia referun-
tur, non indigent conjunctione, cum omnia eandem
ſubſtantiam indicent, conjunctio autem ponatur inter 65
diverſa. Quoties autem diverſa ſunt accidentia circa
eadem ſubſtantiam, neceſſaria eſt conjunctio, ut ſi
dicam, ſapiens, & eloquens, & fœlix Cicero. Ita-
que cum Fundator in caſu noſtro abſtinuerit ab om-
ni conjunctione, utique manifeſtè indicavit, ſe ea
omnia tanquam unum conſideraſſe.

Hinc redditur inapplicabilis etiam alia regula, quòd
in dubio, verba demoſtrativè potiùs, quàm taxati-
vè, ſunt accipienda. Neque enim ſumus in dubio,
quoties verba ex propria ſignificatione ſunt reſtricti- 66
va, & adjiciuntur ad qualificandum, & ſpecifican-
dum verbum aliquod generale, cui adjunguntur,
ut in caſu deciſo à *Rota in deciſ.* 167. *n.* 26. *& ſeqq.
part.* 6. *rec.*

Concedimus pariter, quòd participium ſoleat re-
ſolvi in tempus præſens per relativum *qui*, quan-
quam aliquando ſecus ſit, ut apud Ciceronem in Bru-
to; *cum è Sicilia diſcedens, Rhodum veniſſem*: ubi parti-
cipium *diſcedens* indicat tempus præteritum, quia priùs
diſceſſit è Sicilia, poſtea Rhodum venit, & notat
Valla Elegan. lib. 5. *cap.* 31. Veruntamen quoties par- 67
ticipium adjungitur alicui verbo, indicanti tempus
præteritum, ipſum quoque ad tempus præteritum re-
fertur: ut ſi dicam *ego illum docentem audivi, elapſo an-
no Titius occurrit mihi Romam proficiſcenti*: hoc parti-
cipium refertur ad annum præteritum, & non po-
teſt reſolvi in relativum, & tempus præſens. Sed hoc
modo reſolvi debet: *cum anno elapſo Romam proficiſce-
rer, occurrit mihi Titius*. Immò quoties participium
conjungitur cum aliquo verbo, tractum ſucceſſivum
temporis indicante, ipſum quoque participium totum
illum tractum temporis comprehendit. Et cum aga- 68
tur de interpretanda voluntate perſonæ Eccleſiaſticæ
apud Judicem Eccleſiaſticum, utar exemplo Sacra-
rum Literarum, & ipſiuſmet Chriſti Redemptoris
noſtri verbis. Ait hic apud *Luc. capit.* 14. *verſ.* 49.
quotidie vobiſcum eram in templo docens: participium il-
lud *docens*, junctum verbo *quotidie*, non ſolùm præ-
teritum tempus continet, ſed etiam totum illum tra-
ctum temporis, quo Chriſtus docuit in templo. Haud
aliter in caſu noſtro participia illa, conjuncta cum verbo
antiquior, protenduntur in omne tempus, quod com-
prehendit verbum *antiquior*. Et hæc participia non
eſſe ſolvenda in tempus præſens, ſed in tempus præ-
teritum, & continere longum temporis tractum, de-
claravit ipſe Fundator illis verbis: *quòd ſaltem per de-
cennium ſervierit dictæ Eccleſiæ, & fuerit deſcriptus ad
dictum Quinternum*. Hæc verba relativa *dictæ*, & *di-
ctum*, demonſtrant, hanc declarationem referri ad ſu- 69
periora, nempe ad illa participia *deſervientem Eccle-
ſiæ, & ad Quinternum exiſtentem*: latè *Barboſ. diction.*
87. *Redenaſc. conſil.* 53. *num.* 38. *& omnes Doctores*:
ac propterea manifeſtè declarant, participia illa ad
minus continere tractum temporis decennalis, non ve-
rò ſignificare actum præſentem, & momentaneum,
nec dici poſſe antiquiorem exiſtentem ad Quinter-
num, qui ad ipſum non fuerit deſcriptus ſaltem per
decennium.

Con-

Concedimus denique, Canonicum dici de Capitulo,
70 etiamſi vocem non habeat in Capitulo, juxta *deciſ.*
109. *num.* 11. *coram Cavaler.* cui addo *Barboſ. de Ca-*
non. capit. 37. *num.* 1. & 2. *cum ibi relatis*, quia hoc
71 pendet à Canonia, & quicunque ſunt verè Canoni-
ci, neceſſariò etiam ſunt de Capitulo. *Barboſ. ibid.*
quia Capitulum eſt Collegium comprehendens om-
72 nes Canonicos, cujus caput eſt Epiſcopus. *Barboſ.*
de Canon. cap. 2. *num.* 48. & *d. cap.* 37. *num.* 14. & 15.
73 & contra, qui non ſunt verè Canonici, ut Beneficia-
ti, non ſunt de Capitulo: *latè Rot. coram Caval. deciſ.*
57. *per tot. Barboſ. de Canon. c.* 37. *num.* 17. cum ſint in
Eccleſia ut ſinguli, nec ullum corpus conſtituant. *Bar-*
boſ. ibid. Illi autem Canonici, qui ſunt verè Canonici,
licèt non habeant vocem in Capitulo, collegiales ta-
74 men actus ad ea omnia, quæ extra Capitulum fiunt,
exercere poſſunt, ut latè proſequitur *Barboſ. d. cap.* 37.
num. 19. & *multis ſeqq.* & habent ſtallum in Choro
cum aliis Canonicis, habent eandem veſtem, & inſi-
gnia, & cætera omnia gerunt, quæ alii Canonici.
Cæterùm ſi aliquis Canonicus non haberet unionem,
& connexionem cum Capitulo, nec eſſet incorporatus
in Collegio Canonicorum, conſtitueret figuram Ca-
nonici merè honorarii, nec eſſet de Capitulo, nec ei
75 prodeſſet major antiquitas contra veros Canonicos, ut
fuit deciſum à Rota in *Novarien. Præcedentiæ* 3. *Julii*
1713. *coram Lancetta*, & *coram Barbadico* 11. *Decemb.*
1713. *§. Ex moti ratione*, & *§. Nullatenus*, ibi — *At cum*
in caſu, de quo agitur, Canonicus de novo admiſſus nullam
habeat cum Canonicis antiquis participationem, aut ſocieta-
tem, & *conſtituat figuram Canonici merè honorarii, hinc*
neque dicitur de gremio Capituli, neque per conſequens po-
tiri valebit juribus, & *prærogativis, ad antiquos Canoni-*
cos pertinentibus.

In caſu noſtro cum Capellani, ad Quinternum non
exiſtentes, nullam habeant participationem, aut ſo-
cietatem cum Capellanis Univerſitatis: immò nec in
Choro cum illis ſedeant, nec eadem gerant inſignia,
nec quicquam cum illis commune habeant, & non ſo-
lùm non admittantur ad ea, quæ geruntur ab Univer-
ſitate, ſed nec quoad alios actus communicent cum
Univerſitate, utique non ſunt de gremio Univerſita-
76 tis, nec corpus aliquod conſtituunt, ſed conſiderantur
uti ſinguli: quemadmodum etiam in terminis Procu-
ratorum Rotalium deciſum fuit à ſacra Rota *in Ro-*
mana Juris honorifici cor. Molin. impreſſa poſt Torr. Var.
Quæſt. tom. 2. *Miſcellan. p.* 1. *dec.* 8. *n.* 22. & *per tot.*

Et quicquid ſit de Jure: tamen cum agamus de in-
terpretatione verborum, quibus uſus eſt Fundator,
unus ex Capellanis Univerſitatis, & neque in publi-
cis documentis, neque in inſcriptionibus, neque in li-
bris, neque in publicis inſtrumentis, neque in ullo
alio actu nomine Univerſitatis, comprehendantur hu-
juſmodi Capellani, utique impoſſibile eſt, Fundato-
rem eos voluiſſe comprehendere, ut ſupra ſatis eſt de-
monſtratum.

In eadem etiam ſignificatione accipitur à Viviano,
77 hujus Eccleſiæ Primatialis Decano, *in lib.* 15. *cap.* 3.
num. 157. *de Jure Patronat.* illud ſolum mirari ſubit,
quòd cum D. meus Principalis in ſua Informatione
definiviſſet, hanc *Univerſitatem eſſe quandam ſocietatem,*
ſeu Congregationem, compoſitam ex Capellanis participanti-
bus, & *ad ſacros Ordines promotis*: contra hanc defini-
tionem obiiciat Reverendiſſimus D. quòd ea conve-
niat loco, in quo Capellani conveniunt, & congre-
gantur. Neque enim intelligo, quomodo poſſit hæc
definitio loco adaptari, ut ipſe ait: & exiſtimo rectiſ-
ſimam eſſe definitionem, ſi conſideretur hæc Univer-
ſitas in concreto, ut eſt conſideranda in caſu noſtro:
eam verò, quam affert Reverendiſſimus D. convenire
ſolum univerſitati in abſtracto. Sed de his diſputare ſu-
pervacaneum eſſe duco.

Supereſt ſolùm, ut pauca ſubiiciam circa argumen-
tum, quod vulgo circumfertur, quod ut arbitror,
non attigit in ſua doctiſſima Conſultatione Reveren-
diſſimus D. quia non magni momenti illud eſſe judi-
cavit. Deducunt autem illud ex eo, quòd Adverſa-
rius, licèt poſt D. meum Principalem ſacros Ordines
ſuſceperit, & fuerit ad Quinternum deſcriptus, ta-
men quia priùs obtinuit Capellam, ipſi præcedat, &
priore loco deſcriptus ſit. Sed hoc nullius prorſus mo-
menti eſt, ut in puncto reſpondet huic argumento
Cardin. de Luc. de Canon. diſc. 15. *num.* 4. & *ſeqq.* ubi
ait, quòd præeminentiæ, & præcedentiæ dantur po- 78
tiùs ex aliquo accidenti, vel alia qualitate præter an-
tiquitatem: & confirmat exemplo Collegii Advoca-
torum Conſiſtorialium: & apud nos probari poteſt
exemplo hujus Univerſitatis, in qua præcedentia non
datur antiquiori Lectori, ſed antiquiori Doctori. Ita
etiam de Jure inter Canonicos præcedunt, qui priùs 79
proviſi fuerunt de Canonicatu, & eſt communis opi-
nio, ut teſtatur *Barboſa de Canon. cap.* 18. *num.* 8. &
tamen in optione Præbendæ, quæ competit antiquio- 80
ri, præfertur ille, qui prius receptus eſt, licèt poſtea
proviſus, *Idem Barboſ. de Canon. cap.* 30. *num.* 11. *Gon-*
zal. ad Reg. 8. *Cancell. §.* 3. *proœm. num.* 22. & *ſeqq.*
Gratian. in addit. ad dec. 16. *num.* 1. & 2. *Valenz. conſ.*
34. *num.* 35. Sic etiam quoad præcedentiam ſolet at- 81
tendi prærogativa Ordinis juxta Deciſionem Summi
Pontificis in *capit. ſtatuimus, de majorit.* & *obed.* & *ibi*
DD. Valenz. d. conſ. 34. *num.* 87. In optione autem, &
ſimilibus, attenditur ſola antiquitas, non perſonæ 82
prærogativa. *Barboſ. de Canon. d. cap.* 30. *num.* 11. Et
in præcedentiis omnibus illud commune eſt, ut ſerve-
tur conſuetudo loci. *Bald. in cap. cum olim, in primo* 83
notabili, de conſuetud. Menoch. conſil. 52. *num.* 184. &
conſil. 126. *num.* 3. *Tiraquell. de Nobilit. capit.* 20. *num.*
55. *Bartol. in l. non tantum, ff. de decurion. Cobell. ad*
Bull. boni Regim. cap. 31. *num.* 161. & in caſu noſtro
ſolam antiquitatem temporis attendendam eſſe, non
autem prærogativam præcedentiæ, aut locum deſcri-
ptionis, ſatis conſtat ex clara diſpoſitione Fundatoris,
& ex iis, quæ ſupra conſtituimus.

Quare, &c. Salvo, &c.

V O T U M.

Clar. Mem. Eminentiſſimi

S P E R E L L I D E S P E R E L L I S.

In Piſtorien. Juriſdictionis.

A R G U M E N T U M.

An exiſtentibus in Civitate Prati nonnullis Eccleſiis Parochialibus, quorum fines extra mœnia extenduntur, ac intra eoſdem fines quibuſdam privatis Oratoriis, liceat Parochis jura Parochialia exercere in locis extra mœnia poſitis; & an Juriſdictio Epiſcopi Pratenſis, ſeu Capituli Sede vacante, ſe extendat ad omnes fines dictarum Parochiarum, & etiam ad Oratoria prædicta.

S U M M A R I U M.

1 *Ambitus Diœceſis Pratenſis reſtrictus eſt intra mœnia ipſius Prati*, & *quare.*
2 *A' quo facta fuerit Parochiarum diviſio.*
3 *Parochus fundatam habet intentionem Jura Parochialia exercendi intra fines ſuæ Parochiæ.*
4 *Diviſio Cathedralium non alterat jus Parochorum.*
Sicuti è converſo unio minorum Eccleſiarum non præjudicat Diœceſanæ Juriſdictioni eod. num. 4. & num. 33.
5 *Diviſio pariter Diœceſum non tollit jus Eccleſiarum inferiorum.*
6 *Mens Pontificis non eſt derogandi juri tertii, niſi id ſpecialiter fuerit dictum.*
7 *Obſervantia, utpote quæ eſt optima rerum interpres, attendi debet.*
8 *Quicquid exiſtit extra mœnia Prati, cenſeri debet antiquæ Diœceſis Piſtorienſis.*
9 *Membra tamen alicujus Parochiæ, exiſtentia extra mœnia, eodem Jure cenſeri debent ac caput ipſius Parochiæ, ſitæ intra Civitatem.*
Et affertur exemplum arboris, extendentis ramos in alienum fundum, quæ tota nihilominus dicitur eſſe illius, ubi radices habet eod. num. 9.
10 *Monſtruoſum eſſet, quod in una Parochia, unoque Corpore, plura ſint capita cum Juriſdictione inſolidum.*
11 *Duo Epiſcopi in eadem urbe eſſe non poſſunt.*

Ita

Ita nec in una Parochia duo Epiſcopi dari debent eodem num. 11. & num. 14.

12 *Unum, idemque Oppidum, quandoque diviſum eſt ſub duabus Diœceſibus.*

13 *Unus locus unam tantùm antiquitùs Eccleſiam Parochialem habebat, unumque Paſtorem.*

15 *A' capite, & membris, non licet alias membris diſcedere. Una, & eadem ſubſtantia diverſo jure cenſeri non debet* eodem num. 15.

16 *Non repugnat, quòd Epiſcopus Pratenſis ſe ingerat per omnes Parochiarum Pratenſium fines, etiam extra mœnia, quoad Curam animarum tantùm; & affertur exemplum Eccleſiarum Parochialium exemptarum, in quibus hujuſmodi Juriſdictio competit Epiſcopo, etiamſi fuerint Regularium*, & numer. 17.

18 *Quæ requirantur, ut in his Epiſcopus minimè ingerere ſe poſſit.*

19 *Duo Capita, duo domini, poſſeſſoreſve inſolidum dari poſſunt, reſpectu diverſarum rerum.*

20 *Parochi habitantes extra urbem Prati, ubi exiſtit eorum Eccleſia Parochialis, benè dicuntur de Diœceſi Pratenſi.*

21 *Sic Epiſcopus Feſulanus jus habet in totum Populum S. Mariæ in Campo, exiſtentis in media urbe Florentiæ.*

22 *Ordinarius Pratenſis habens Populum exiſtentem intra mœnia, dicitur habere Eccleſias cum pertinentiis ſuis, & ſic omnem Populum.*

Quando aliqua Eccleſiæ Parochiales datæ ſunt alteri Epiſcopo, tunc ille habet omne jus, etiam quoad Populum eodem num. 22.

23 *Si Eccleſia habeat in diverſis Diœceſibus prædia, eaque diſtrahi oporteat, illius ſolùm Epiſcopi auctoritas eſt requirenda, ubi Eccleſia exiſtit.*

24 *Oratoria, exiſtentia extra urbem Prati, quamvis intra fines dictarum Parochialium, ſunt de Diœceſi Piſtorienſi*, & num. 26.

25 *Eccleſia manet ſub Juriſdictione ſui Diœceſani, non obſtante, quòd unita fuerit alteri Eccleſiæ, in aliena Diœceſi exiſtenti.*

27 *Epiſcopus in aliena Diœceſi, vel in loco exempto, viſitare non valet Capellas, & Oratoria.*

28 *Populus degens extra mœnia Prati, exceptis iis, quæ reſpiciunt Curam animarum, in cæteris eſt ſubjectus Juriſdictioni Epiſcopi Piſtorienſis.*

29 *Exemptio Eccleſiæ non extenditur ad exemptionem Populi.*

30 *Quòd ſi ob neceſſitatem Populi opus eſſet dividere Parochiam, vel in aliquo Oratorio Vicarium conſtituere; tunc novus Parochus eſſet ſubditus in omnibus Epiſcopo Piſtorienſi.*

31 *Idem videtur dicendum de Vicario, ſeu Capellano, & quare*, & num. 32.

34 *Bona duarum Eccleſiarum, in duabus Diœceſibus exiſtentium, quæ ſint ſimul unitæ, ſi alienari contingat, unuſquiſque Diœceſanus pro ſua Eccleſia auctoritatem interponet.*

35 *Talem Capellanum, ſeu Vicarium deberet Parochus præſentare Epiſcopo Piſtorienſi, & de ratione.*

36 *Reſpondetur contrariis*, & num. 37. & 38.

DECISIO LX.

PRatum, inſigne Hetruriæ Oppidum, ſub Diœceſi Piſtorienſi continebatur: verum Innocentius X. anno 1653. illud diviſit ibique, Eccleſiam S. Stephani, quæ erat Collegiata, in Cathedralem erexit, & per hanc diviſionem binos effecit æquè principaliter unitos Epiſcopatus, Piſtorienſem, & Pratenſem.

Cum autem pro Civitate, & Diœceſi Pratenſi aſſignaverit ipſum Oppidum Prati, homines, habitatores, & incolas pro Populo, & Vaſſallos, pro Vaſſallis, & pro Capitulo & Clero Capitulum: & Clerum ſuppreſſæ Collegiatæ Eccleſiæ; manifeſtè patet, quòd
1 Diœceſis ambitus geometricè, reſtrictus eſt intra mœnia, & ambitum ipſius Prati) nec ulterius ſe extendit, circumſtante undequaque antiqua Piſtorienſi Diœceſi, quæ id totum habet, ac retinet, quod ab ea non fuit abſciſſum.

Dubitatio tamen ſuborta eſt de nonnullis Eccleſiis Parochialibus, quæ in Civitate Prati quidem exiſtunt; ſed limites protendunt etiam extra mœnia dictæ Civitatis, ac intra fines Parochiarum hujuſmodi adſunt etiam privata quædam Oratoria. Quæritur videlicet, an Parochis Pratenſibus liceat Parochialia jura exercere in locis extra mœnia poſitis: &

An Epiſcopi Pratenſis, ſeu Capituli Sede Vacante juriſdictio, ſe extendat in omnes dictarum Parochiarum fines, atque in eam Populi partem, quæ extra Civitatem eſt, & an etiam in Oratoria prædicta.

Quoad Parochos nihil eſſe videtur, quod eorum impediat juriſdictionem per omnes antiquos Parochiæ fi-
nes juxta Dionyſii Papæ diviſionem, ab Innocentio 2
III. enunciatam *in cap. Paſtoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælat. &* expreſſam *in c. 1. cauſa 13. quæſt. 1.* ibi -- *nullus alterius Parochiæ fines, aut jus invadat, ſed ſit unuſquiſque ſuis terminis contentus* -- ex vulgatiſſima regula, quòd Parochus habet intentionem fundatam, &
Juris Communis aſſiſtentiam ad exercendum juriſdictio- 3
nem per totum ſuæ Parochiæ ambitum. *Zarat. dec. 45. & in recent. deciſ. 225. part. 19. utrobique n. 1. cum aliis cumulatis.*

Siquidem Eccleſiarum diviſio Cathedralium non potuit ſcindere Parochiam, nec efficere, quominùs ſua
integra juriſdictione Parochus perfruatur, quemad- 4
modum unio minorum Eccleſiarum non præjudicat Diœceſanæ juriſdictioni, juxta notata *in c. quia Monaſterium de relig. Domib. ibique Jo. Andreas, & Abbas*, cum cæteris collectis per *Barboſam*, ubi habetur, quòd unio Eccleſiarum inferiorum non alterat, neque mutat Jus
Diœceſis, & in *c. ad Apoſtolatus, de conceſſ. Præbendæ* 5
inter *Extravagantes Joannis* XXII. ubi habetur, quòd diviſio Diœceſum non alterat, neque mutat Jus Inferiorum Eccleſiarum. Si enim Parochis Pratenſibus jus ampliùs non eſſet exercendi ſuum munus, ſuamque juriſdictionem in loca ſita extra mœnia Civitatis eo modo, quo ante Innocentium X. exercebant, ſequeretur abſurdum, videlicet, quòd per dictam diviſionem Diœceſum ſciſſuram quoque pateretur Parochia, & pars, vel acephala evaderet, vel tranſiret in jus alienum, aut vicinorum, aut occupantium, quod planè eſt contra *Text. in d. c. 1. c. 13. quæſt. 1.* & re-
pugnat menti Pontificis, nolentis per diviſionem de- 6
rogare juri tertii, niſi id ſpecialiter fuerit expreſſum in literis, juxta *Text. ſupradd. in c. quia Monaſterium, & in Extrav. ad Apoſtolatus, ibique Canoniſtæ communiter. Rot. dec. 419. num. 3. p. 1. recent. Tondut. quæſt. beneſ. tom. 1. c. 66. num.* 22.

Et hæc eo magis confirmantur, quòd praxis, & obſervantia continuata abſque interruptione ulla obtinuit, ut Parochi etiam in locis ſitis extra Civitatem Prati exerceant jura Parochialia, quæ cum ſit optima re-
rum interpres, eſt maximè attendenda. *l. ſi de interpre-* 7
tatione 37. ff. de leg. Bich. deciſ. 73. num. 9. & in recent. deciſ. 253. num. 8. & deciſ. 260. num. 14. p. 16. Sperell. deciſ. 178. num. 96. & in proximis terminis *d. dec. 419. num. 2. p. 1. rec.*

An verò ſicuti Parochi Pratenſes extendunt ſuos fines extra Civitatem, ita etiam Epiſcopo Pratenſi liberum ſit ad eoſdem uſque fines exercere ſuam juriſdictionem, mihi quidem veritatem dumtaxat reſpicienti videtur magis eſſe, ut Epiſcopus Pratenſis, ſive Capitulum Sede vacante, poſſit juriſdictionem exercere etiam extra Civitatem, in iis tamen, quæ pertinent ad exercitium Curæ Parochialis, exiſtentis intra mœnia Civitatis, & non in aliis.

Præſuppoſito enim, quòd, quicquid exiſtit extra
mœnia Prati, cenſeri debeat Diœceſis, non Prati re- 8
cens, ſed antiqua Piſtorii, juxta Bullam Innocentianam; nihilominus membra Parochiæ exiſtentia extra, eodem jure cenſeri debent, ac caput Parochiæ, exiſtentis intra Civitatem, exemplo arboris, extenden-
tis ramos in alienum fundum, quæ tota nihilominus 9
cenſetur eſſe illius, ubi radices habet, ad *Text. in §. Si Titius 31. Inſtit. de rer. diviſ. cum concordantibus*; nè admittamus quòd in una Parochia, unoque Corpore, diverſa ſint capita cum juriſdictione in ſolidum, quod eſſe quaſi monſtrum exprobrat *Text. in capit. quoniam 14. de Offic. Ordin. Anſald. de Juriſdict. part. 2. tit. 11. capit. 5. num. 128. Eminentiſſimus de Luc. de Juriſd. diſc. 1. num. 28. Rot. deciſ. 90. num. 5. part. 16. rec.* & in

eadem

Digitized by Google

eadem Cauſa *dec.* 39. *&* 28 1. *part.* 15. ſicuti enim in una
11 Urbe duo Epiſcopi ſimul eſſe non poſſunt, veluti
ti expreſſè prohibitum eſt in *d. cap. quoniam*, & jam
antea vetitum erat ex *Canone octavo Concilii Niceni*, ita
nec in una Parochia, unoque Parocho, duo Epiſcopi
dari debent ad *Textum in cap.* 1. *de Parochiis*, ubi ha-
betur, quòd facta diviſione totius Diœceſis inter duos
Epiſcopos, ſi unus locus ſuper ſit dividendus, ſive uni-
ca Parochia, non quidem dividi debet, nec minus de-
bet admitti uterque Epiſcopus, ſed *locus ad eum pertineat*,
inquit Textus, *quem plebs elegerit*. Quamvis enim unum,
12 idemque Oppidum ſub duabus quandoque ſit diviſum
Diœceſibus, ut animadvertit Eminentiſſimus *de Luc. de
Juriſdict. diſc.* 3. *in fin.* nihilominus cum antiquitus unus
locus unam tantùm haberet Eccleſiam Parochialem,
13 unumque Paſtorem, ut notat *Gonzal. Telles in c.* 1. *in fin.
& in cap. ut dominicis* 2. *ſub num.* 9. *de Paroch. ex Concilio
Acquiſgran. can.* 5. *apud Gratian. in cap. plures* 54. *cau-
ſa* 16. *quæſt.* 1. ibi — *plures Baptiſmales Eccleſiæ in una
terminatione eſſe non poſſunt, ſed una tantummodo cum ſub-
ditis Capellis* —: Propterea id conſtitutum fuit, ut plebs
eligeret alterutrum Epiſcopum, cui mallet ſubjacere,
eo quòd conveniens non eſſet, ut in uno loco, ideſt
in una Parochia, uterque Epiſcopus partem ſuam ha-
14 beret, nec ut Parochia inter duos divideretur. *Inno-
cent. in d. cap.* 1. *num.* 1. *& Hoſtien. num.* 2. *verſ. diceret,
de Parochiis*.

In caſu præſenti idem dicendum eſt, ut una Parochia
ſit ſub uno Antiſtite, ad excludendam multiplicitatem
Epiſcoporum, ſed Plebis electio ceſſat, ex quo Paro-
chus, & Eccleſia Parochialis, & etiam pars Populi,
indubitanter ſubſunt Cathedrali Pratenſi, ita ut non
15 liceat à capite, & membris, alia membra diſcedere,
juxta vulgatam regulam, de qua *Barbos. axiom.* 147. *n.*
7. & una, eademque ſubſtantia diverſo jure cenſeri
non debet, *cap. quia circa, de privil. quem Text.* in his
terminis allegat *Lapus alleg.* 139. *n.* 10. *in fin.*

Repugnans autem, aut abſurdum non eſt, ut Diœ-
ceſanus Pratenſis ſe ingerat per univerſos Parochiarum
16 Pratenſium fines, etiam extra mœnia Civitatis, quo-
ad Curam animarum tantùm eo modo, quo Epiſco-
pus in Eccleſias exemptas, & Parochiales Regularium
ſe ingerit, viſitando, corrigendo, & jus dicendo in iis
tantùm, quæ ad curam, & Sacramentorum adminiſtra-
17 tionem pertinent. *cap. per exemptionem* 9. *de privil. in
6. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular*, *ibique Bar-
boſ. n.* 1. *&* 15. *Fraſſ. de Regio Patr. Indiar. cap.* 52. *nu-
mer.* 63. apud quos plurimi cumulantur. Ad hoc enim,
ut Epiſcopus ſe ingerere in his minimè poſſit, debet
locus ſubeſſe alienæ Juriſdictioni copulativè, tam quo-
ad Parochos, quàm quoad Parochianos, ut expreſſum
18 eſt in *Trident. d. c.* 11. *ibique Barboſ. n.* 13.

Neque ob id erunt loco in uno duo Epiſcopi, duo
capita, aut duo Domini, poſſeſſoreſve in ſolidum,
quos non patitur Jus Canonicum, nec Civile, quia
benè dari poſſunt, & compatibiles ſunt reſpectu diver-
19 ſarum rerum, ut explicat *Card. d. Luc. de Feud. diſc.*
62. *num.* 6. *& de Juriſdict. d. diſc.* 4. *nu.* 28. *&* 29. *tom.*
3. ſicuti diverſis reſpectibus duos admitti poſſeſſores,
aut dominos, admonent *DD. in l. duo* 19. *ff. de precar. &
alii paſſim*.

Quinimmo etſi Parochianorum pars habitet quoad æ-
des prophanas extra urbem, & ſic extra Diœceſim Pra-
tenſem materialiter, cum tamen intra urbem ſit eorum
Eccleſia Parochialis, ubi ſuſcipiunt Sacramenta in
Paſchate, ubi debent ſepeliri, & undè petunt etiam
Viaticum, & extremam Unctionem, denique ubi ha-
bent Paſtorem, & Ædem Sacram, nulla videtur ſu-
beſse ratio, quæ prohibeat, illos appellari de Diœ-
ceſi Pratenſi, ac Subditos curæ, & vigilantiæ Epiſco-
20 pi Pratenſis, qui eſt Parochus Parochi ipſorum. Sic Epi-
ſcopus Feſulanus, qui Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Cam-
po ex conceſſione Gregorii IX. acquiſivit una cum per-
tinentiis ſuis in media Urbe Florentiæ, nactus eſt etiam
21 Jus in totum populum illius Eccleſiæ Parochialis, de
quo loquitur *Abbas in cap. ſuper eo, num.* 6. *de Paro-
ch. Rot. dec.* 207. *n.* 5. *part.* 2. *diverſ.* Quapropter mul-
to magis Ordinarius Pratenſis, cui datæ ſunt Eccleſiæ
Parochiales, de quibus agitur, habebit etiam ſub-
jectum populum, & Parochianos, extra Urbem exi-
ſtentes: cum enim indubitanter habeat populum exiſten-
tem intra Urbem, dicitur habere Eccleſias cum perti-
nentiis ſuis, & ſic omnem populum tanquam acceſſo- 22
rium, ac ſequentem naturam ſui principalis, ut in his
terminis ait *Lapus alleg.* 139. *ſub n.* 10. Maximè quia di-
ctæ Parochiales Eccleſiæ, exemptæ, ac reciſæ fuerunt
à Diœceſi Piſtorien. & datæ non inferiori Prælato, ſed
Epiſcopo, quo caſu ſecundus Epiſcopus habet omne
Jus etiam quoad Populum, ut bene animadvertit *La-
pus d. alleg.* 139. *in fine*.

Ad id accedit etiam exemplum Eccleſiæ, quæ habet
in diverſis Diœceſibus prædia, nam ſi ea diſtrahi opor-
teret, illius ſolùm Epiſcopi juriſdictio, & authoritas
eſt adhibenda, ubi Eccleſia exiſtit, non etiam aliorum
Epiſcoporum, ubi prædia ſita ſunt. *Innoc. in cap. paſto-* 23
ralis 19. *num.* 2. *de privileg. Archidiacon. in cap. in vendi-
tionibus* 40. *cauſa* 17. *quæſt.* 4. *Bald. in auth. hoc Jus por-
rectum, num.* 20. *Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Petr. de Ubald. de
Union. cap.* 10. *ſub num.* 1.

Cæterùm Ordinario Pratenſi nullam exiſtimo in reli-
quis eſſe juriſdictionem circa Oratoria, exiſtentia ex-
tra Urbem Prati, quamvis intra confinia dictarum Pa- 24
rochialium: ſunt etenim de Diœceſi Piſtorienſi, ideo-
que locum habet diſpoſitio *Text. in ſuprad. Extravagan-
ti ad Apoſtolatus, de conceſſ. Præb.* quòd per diviſiones E-
piſcopatuum nihil antiquo juri cenſetur detractum, ni-
ſi quod continetur expreſsè: & etiam diſpoſitio *Text. in
d. cap. quia Monaſterium, de religioſ. domib.* ubi quòd Ec-
cleſia manet ſub juriſdictione ſui Diœceſani, etiamſi 25
unita ſit alteri Eccleſiæ, in aliena Diœceſi exiſtenti.
Petr. de Ubald. de Union. d. cap. 10. *ſub num.* 2. *inter tract.
tom.* 15. *part.* 1. *fol. mihi* 241. Ideoque multo magis in-
tegra manet Juriſdictio Piſtorienſis Ordinarii, ſive Ca- 26
pituli Sede Vacante, privativè quoad omnes alios; nec
enim in aliena Diœceſi Epiſcopus, nec in loco exem-
pto Ordinarius valet viſitare Capellas, & Oratoria, 27
ſed ſolummodo jus habet quoad Curam animarum Pa-
rochiæ ſuæ, ut ſæpè cenſuit *Rota Romana, & Sacra Con-
gregatio Concilii apud Barboſ. d. cap.* 12. *num.* 26. *& alios
paſſim*. Accedente præſertim obſervantia, omnium diſ-
poſitionum rectiſſima interpretatrice, quòd Canonici
Piſtorienſes cum ſuo Epiſcopo hujuſmodi Oratoria viſi-
taverint, non autem Pratenſes, juxta ſuperius allegata.

Immò exceptis iis, quæ pertinent ad Curam anima-
rum, Populus degens extra mœnia, tanquam de Pi-
ſtorienſi Diœceſi, in delictis, & ſimilibus, & in foro,
atque actis judicialibus, non erit exemptus à Juriſdi- 28
ctione ſui Diœceſani, per ea, quæ tradit *Joannes Cal-
derin. in Conſilio impreſſo poſt d. allegationem* 139. *Lapi n.*
10. ubi ait, quòd exemptio Populi non eſt acceſſoria
ad exemptionem Eccleſiæ, & exemptio capitis non ex- 29
tenditur ad membra, *cap. cum Capella* 16. *& cap. ex ore*
17. *de privileg.*

Quòd ſi ob neceſſitatem Populi exiſtentis extra Ur-
bem, & habentis Parochum intra Urbem, confu-
giendum eſſe ad proviſiones præparatas à Jure commu-
ni *in cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. & à Trident. in
ſeſſ.* 21. *capit.* 4. *de reform.* ut ſcilicet, vel divideretur
Parochia, vel in aliquo ex prædictis Oratoriis conſti-
tueretur Vicarius, ſeu Capellanus pro adminiſtratio-
ne Sacramentorum, tunc novus Parochus, tam ratio- 30
ne Populi, quàm etiam ratione Eccleſiæ, eſſet ſubdi-
tus in omnibus Epiſcopo Piſtorienſi, tanquam haben-
ti intentionem fundatam in omnes Eccleſias, & Perſo-
nas ſuæ Diœceſis, juxta vulgatum *Text. in cap. omnes
Baſilicæ* 16. *quæſt.* 17.

Sed & Capellanum quoque, ſeu Vicarium, ipſam-
que Capellam & Populum, exiſtimo fore ſubditum Pi-
ſtorienſi, tum ex regula, quòd illi non cenſetur quid-
quam ablatum, niſi quod nominatim expreſſum eſt in
literis erectionis novi Epiſcopatus, ut in ſæpè citata *ex-* 31
travaganti ad Apoſtolatus, de conceſſ. Præben. Tum etiam
quia quando Locus non mutavit naturam, tunc Jus E-
piſcopale perſeverat immutatum, ut *poſt Joann.* tradit
Petr. de Ubald. de Union. d. c. 10. *num.* 2. Tum demum, 32
quia quando duæ Eccleſiæ, in duabus Diœceſibus exi-
ſtentes, ſunt ſimul unitæ etiam acceſſoriè, non ſolùm
præſervatur Jura uniuſcujuſque Diœceſani in eaſdem
Eccleſias, ut *in d. cap. quia Monaſterium, de Relig. do-* 33
mib. ibique *Innocent. Hoſtien. & Joannes de Lignan.* ve-
rùm etiamſi bona utriuſque alienari contingat, unuſ-
quiſque Diœceſanus pro ſua Eccleſia authoritatem præ- 34
ſtabit,

ſtabit, ut diſtinguendo docent *Innocent. Archidiacon. Bald. & Petr. de Ubald. ſupra allegati*. Et quidem Paro-
chus deberet talem Capellanum, ſeu Vicarium præ-
35 ſentare Epiſcopo Piſtorienſi, juxta *Text. in d. cap. ad audientiam il 1. de Eccleſ. ædificand.* nam Populus eſt de
Diœceſi Piſtorienſi, quia extra Urbem Prati: Mini-
ſter, ad exhibenda Sacramenta deputatus, in Diœce-
ſi Piſtorienſi pariter eſſet, quia in prædictis Oratoriis,
non alteri rationem de cura Gregis redditurus, quàm
illi, cujus propriè grex eſt.

Non obſtant quæ ſuperiùs dicta ſunt de Epiſcopo
Feſulano ex *alleg. Laps* 139. quia in eo caſu tradita erat
Epiſcopo Fæſulano in Urbs Florentiæ Eccleſia San-
ctæ Mariæ cum pertinentiis ſuis, hic verò tradita eſt
36 pro Diœceſi Urbs Prati, non verò omnes pertinentiæ
Eccleſiarum Pratenſium, nec ea, quæ extra Urbem
ſunt. Nec urget regula acceſſorii, ſequentis naturam
principalis, quia Miniſter, & Curatus datur propter
37 Gregem, non autem Grex propter Miniſtrum.

Denique in una Parochia non eſſent duo Epiſcopi
38 in ſolidum, quia utriuſque diſtincta eſſet Juriſdictio,
& ſub diverſis Miniſtris unuſquiſque Epiſcopus ſuo Po-
pulo, ſuoque Miniſtro jus diceret,

Et ita &c. Salvo &c.

Sperelli de Sperellis Advocatus.

S U M M A R I U M.

1 *Laudatur clar. mem. Cardinalis Sperellius.*
2 *Approbatio ad Curam animarum, facta ab Epiſcopo, latiùs patere non poteſt, quàm pateat ejus Diœceſis.*
3 *Parochus, habens Parochiam intra fines duarum Diœceſum, indiget approbatione utriuſque Ordinarii.*
4 *Parochus, licèt exemptus non poteſt animarum Curam exercere abſque Epiſcopi approbatione.*
5 *Facultas approbandi Parochos ad Curam animarum eſt inabdicabilis ab Epiſcopo.*
6 *Eſſet abſurdum, quòd Epiſcopus teneatur reddere rationem de Populo ſibi ſubjecto, & quòd alter Ordinarius eo inſcio illius curam committat.*
7 *Epiſcopus poteſt Parochum Regularem, in officio delinquentem, punire.*

ANIMADVERSIONES.

QUamvis venerari nunquam deſinam inſignem do-
ctrinam, ac Sacrorum Canonum peritiam cla-
1 ræ, ac ſemper recolendæ memoriæ Cardinalis
Sperelli, cui me devinctiſſimum profiteor pro ſumma,
qua me, Romæ degentem, humanitate, ac benevo-
lentia complectebatur, ſuiſque familiaribus elucubra-
tionibus, dum vota pro Cauſis in Sacris Congregatio-
nibus reſolvendis edebat, admittere dignabatur, nihi-
lominus ab ejus opinione, in ſupraſcripto Voto firmata,
audeo in ea parte recedere, in qua credit, Parochos Ci-
vitatis Prati, habentes partem Populi extra eandem
Civitatem, quoad illius Curam, ac Sacramentorum
adminiſtrationem ſubjectos eſſe Ordinario Pratenſi, dum
reperii, hujuſmodi articulum diverſimodè fuiſſe nuper
deciſum à *Sac. Rota in Portuen. Juriſdict. 15. April. 1712. cor. Eminent. D. Card. Priolo, & in eadem ſuper Attentatis, ejuſdem diei cor. Eodem, quæ habentur impreſſæ in 2. tomo*;
Et quidem valida, & ineluctabili ratione, quòd nempè
2 approbatio ad Curam animarum, obtenta ab uno Epiſ-
copo, latiùs patere non poſſit, quàm pateat Diœceſis
ipſi ſubjecta, cum Epiſcopus reſpectu alterius Diœceſis
3 habeatur tanquam perſona privata, ideoque Parochus,
habens Parochiam intra fines duarum Diœceſum, indi-
get approbatione utriuſque Epiſcopi, ac utrique ſubje-
ctus manet reſpectu ſubjectionis, quam unuſquiſque po-
pulus habet erga ſuum Epiſcopum; quam ſententiam
antea etiam tenuerat Sacra Epiſcoporum Congregatio
in *Peruſina* 22. *Junii* 1708. *relata in d. Portuen. ſuper Cenſuris, & Attentatis, §. De attentatis autem*.

Cui fundamento etiam alterum ſuperaddere placet,
nimirum quòd nullus Parochus, etiam exemptus, poſ-
ſit animarum Curam exercere, quin priùs facultatem
4 obtinuerit ab Epiſcopo, cujus eſt Populus, tanquam
univerſali Parocho, juxta ea, quæ ad rem docet *Lotter. de Re Benef. quæſt.* 2. *n.* 182. ita, & taliter, ut hujuſ-
modi poteſtas impertiendi facultatem exercendi anima-
rum Curam ab ipſo Epiſcopo ſit inabdicabilis, neque 5
alteri præter ipſum competere valeat, ut advertit idem
Lotterius l. cit. n. ſeq. ideoque excludi non poſsit à conceſ-
ſione hujuſmodi facultatis Epiſcopus, qui licèt non ha-
beat ſubjectam Parochialem Eccleſiam, utpote in alie-
na Diœceſi exiſtentem, habet tamen ſubjectum Popu-
lum; idque ad evitandum intolerabile abſurdum, quòd
Epiſcopus teneatur rationem Deo reddere de Populo 6
prædicto, tanquam de Grege ſibi commiſso, & altero eo
inſcio illius Curam committat. Videtur igitur omnino
dicendum, quòd reſpectu Populi ſibi ſubjecti compe-
tat Ordinario Piſtorien. facultas approbandi Parochos
Praten. pro adminiſtratione Sacramentorum, quoad Po-
pulum degentem extra mœnia Prati, qui eſt de Diœce-
ſi Piſtorien. eoſque in eadem Sacramentorum adminiſtra-
tione delinquentes puniendi, eo prorſus modo, quo po-
teſt Regularem, ſeu Exemptum, animarum Curam
exercentem, non ſolùm examini ſubiicere, ſed etiam
in officio delinquentem punire. *Cardin. de Luc. de Regul. diſc. 15. n. 4. & diſc. 32. nu. 2. & de Juriſd. diſc. 4. nu. 4. verſ. circa verò, & de Paroch. diſc. 13. n. 4. Spad. conſ. 57. n. 6. lib. 1. Pignatt. tom. 3. conſult. 58. n. 5. Rota dec. 391. n. 4. & 5. part. 13. dec. 20. nu. 7. part. 18. rec. & in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis 15. Aprilis 1701. §. Idque, coram Reverendiſs. Domino Molines Decano.*

Jo: Jacobus Scarfantoni.

Volaterrana Beneficii.

A R G U M E N T U M.

Diſputatur quæſtio, utrùm ſub appellatione Canoni-
corum veniant etiam Canonici ſupernumerarii, oc-
caſione cujuſdam Beneficii, ſeu Capellæ, relictæ
uni ex Canonicis Eccleſiæ Volaterranæ.

S U M M A R I U M.

1 *Sub appellatione Canonicorum non veniunt in contracta Canonici ſupernumerarii.*
2 *Ita pariter nec in ultima voluntate.*
3 *Canonici ſupernumerarii prætendere non poſſunt nec vocem in Capitulo, nec Adjunctos ab Epiſcopo, contra eos procedente, aſſumi.*
4 *Item Canonici ſupernumerarii non comprehenduntur in Legibus, ac privilegiis, de Canonicis loquentibus.*
5 *Canonici ſimplicis nominis, ſeu honorarii, dicuntur ficti Canonici.*
6 *Quis dicatur propriè Canonicus.*
7 *Canonicus ſupernumerarius, expectans futuram Commendam, non eſt verè Canonicus.*
8 *Qui dicantur peculiares effectus Canonicatus.*
9 *Ex electione ad Canonicatum oritur actio ad Præbendam.*
10 *Canonicatus poſſunt eſſe abſque Præbenda reſpectu præſentis temporis, ſeu in actu, non verò reſpectu futuri temporis, ſcilicet abſque expectativa.*
11 *Argumentum à conſequenti deſtructo in Jure receptum eſt.*
12 *Valet conſuetudo, quòd à Capitulo creentur, & eligantur Canonici.*
13 *De Jure illorum electio fieri debet à Canonicis ſimultaneè cum Epiſcopo.*
14 *Beneficium eſt ſubjectum inſtitutionis.*
15 *Inſtitutio verificatur in Præbenda, non autem in ſimplici Canonia.*
16 *Verba ultimarum diſpoſitionum, non reſiſtente Teſtatoris voluntate, ex legitimis conjecturis deducta, intelligi debent in ſenſu proprio, non verò in ſenſu ficto.*
17 *Et ad tramites Juris ſane accipienda.*
18 *Neque eſt attendendus ſimplex eorum ſonitus, ſed effectus.*
19 *Effectus magis, & forma, quàm ſimplex denominatio, attendi debet.*
20 *Legatum factum Canonicis indefinitè, ſub nomine appellativo, cenſetur relictum contemplatione Capituli; ſecùs verò ſi uni ex Canonicis fuerit relictum.*
21 Bartol. in l. 2. ff. de reb. dub. *explicatur* à Caſanatt. conſ. 44. num. 20.

22 *Juſpa-*

22 *Juſpatronatus relictum Præpoſito Eccleſiæ ſub nomine appellativo, præſumitur relictum intuitu Eccleſiæ, non perſonæ*, & n. 40.

23 *Sermo indefinitus reputatur ille, in quo terminus communis apponitur abſque aliquo ſigno.*

24 *Regula generalis eſt, quòd relictum Canonicis ſub nomine appellativo, cenſeatur ſemper factum intuitu Capituli.*

25 *In diſpoſitione facta ſub nomine appellativo qualitatis, ſeu dignitatis, non cenſetur contemplata perſona, ſed ipſamet qualitas, vel dignitas.*

26 *Supernumerarii non gaudent privilegiis, ſive emolumentis, conceſſis, & reſpective relictis aliquibus de Collegio numerato.*

27 *Privilegiis dignitati conceſſis non gaudet is, cui ſolùm collata eſt dignitas, & honor, abſque adminiſtratione.*

28 *Regula* VI. Cancell. *non comprehendit Beneficia Cubiculariorum dumtaxat honoris, ſed eorum, qui ſunt verè Cubicularii, quos Secretos nuncupant.*

29 *Pariter* reg. 32. n. 4. *non comprehendit Beneficia Familiarium ex privilegio, & ſimplicis honoris.*

30 *Nec ſufficit deſcriptio in Rotulo.*

31 *Quæ requirantur, ut dicatur vera Curialitas, ad effectum inducendi reſervationem Beneficiorum*, & n. 32.

33 *Filii adoptivi regulariter non veniunt ſub appellatione filiorum, quia fictè, non naturaliter ſunt filii*, & n. 34.

35 *Ad legatum, relictum fratri talis Abbatis, invitatus præſumitur frater carnalis, & naturalis, non verò frater Monachus.*

36 Alex. conſ. 178. n. 19. *quomodo ſit intelligendus.*

37 *In ultimis voluntatibus non eſt inſiſtendum in ratione non expreſſa, ſed in proprietate verborum.*

38 *Legatum ad favorem Tutoris, vel Executoris, præſumitur relictum contemplatione exercitii, ſeu adminiſtrationis.*

39 *Beneficium Villico, Cuſtodi, Diſpenſatori, præſumitur cauſa villicationis, cuſtodiæ, vel diſpenſationis conceſſum.*

DECISIO LXI.

Illuſtriſſime Domine.

REgula Juris reſiſtit directè D. Canonico Maffei:
Nam ſub appellatione Canonicorum, vel in
contractu, vel in ultima voluntate, vel in lege, aut
privilegio, non veniunt Canonici Supernumerarii.
In Contractu probat hoc *Caſtr. conſ.* 365. *per tot. l.*
1 1. & præſertim in fine, ubi præſcindit à circumſtan-
tiis caſus, ſuper quo conſuluit. In ultima voluntate
2 firmant *Rebuff. in l. Decurionibus C. de Suleat. l.* 12. *Ma-
ſtrill. deciſ.* 156. *n.* 33. *Novar. de Elect. Fori ſect.* 4. *quæſt.*
35. *n.* 5. *& per tot.* qui adeò inania agnoſcit Jura Cano-
nici Supernumerarii, ut nec vocem in Capitulo, nec
3 Adjunctos ab Epiſcopo, contra eum procedente, aſ-
ſumi prætendere poſſit, ut firmant *ſub n.* 6. In legibus
demum, ac privilegiis, de Canonicis loquentibus, non
4 comprehendi Canonicos Supernumerarios, ſive hono-
rarios, docent *Nicol. de Neap. penes Bart. in l. ſi duas*
6. *§. Grammatici, in fine ff. de excuſat. tut. Zacar. in Apo-
ſtill. ad Abb. in c. cum M. ſub num.* 29. *lit. D. de conſtit. Cor-
ſett. ſingul.* 312. *verſ. Supernumerarius. Bellamer. conſil.* 20.
n. 9. *Franc. Mar. deciſ. Delphin. quæſt.* 488. *n. fin. & quæſt.*
1047. *nu.* 1. *Jul. Ferr. tract. var. tit. de Juſto, vel Injuſto
Bello ſub n.* 109.
Et jure quidem meritò, nam hujuſmodi Canonici fi-
ctè, atque impropriè talem uſurpant nuncupationem,
5 ut præciſè de Canonicis ſimplicis nominis, ſive hono-
rariis, tradunt *Petr. Greg. Tholoſ. Syntagm. Jur. l.* 15. *c.* 23.
n. 14. *Maſtrill. dec.* 130. *nu.* 24. *& ſeqq. uſq. ad n.* 31. *Pi-
gnatt. conſult. canon.* 48. *n.* 1. *tom.* 6. *de Luc. de Canon. &
Capit. diſc.* 19. *n.* 6. ubi quòd Canonicus propriè dicitur
ille, qui habet Canoniam in titulum collativum ab
Epiſcopo, vel alio ordinario Collatore, vel à Papa,
6 non autem, qui ſine aliquo titulo ſolam habet nun-
cupationem impropriam, ac abuſivam de facto, quæ
7 non facit Canonicum; & in fortioribus terminis de Ca-
nonicis Supernumerariis, expectantibus futuram Com-
mendam, firmant *Petr. Greg. Tholoſ. d. c.* 23. *n.* 14. *De
Luc. de Regular. diſc.* 18. *n.* 5. *Ludov. à Sarav. de Adjunct.
quæſt.* 29. *n.* 33. *& ſeqq. impreſſ. poſt Franc. de Eccleſ.
Cathed. edit. Venet.*
Et ſanè cum Canonicatus peculiares effectus ſint reſi-
dentia, nec non intereſſentia Divinis Officiis, atque 8
aſſiſtentia Epiſcopo celebranti, ſive alia exercenti Pon-
tificalia, ex deductis in præterita Informatione *§. Cum
itaq.* atque ex electione ad Canonicatum oriatur actio ad
Præbendam *c. dilectus filius* 19. *c. relatum* 9. *in fine de Præb.* 9
& Dign. ubi eleganter *Gonzalez* notat, ex receptione
in Fratrem, à Canonicis facta, jus oriri ad proxi-
mè vacaturam Præbendam *Barboſ. de Canon. & Dign.
cap.* 12. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi quod Canonicatus poteſt 10
eſſe ſine Præbenda, ſed non diù, & clariùs diſtinguen-
tes *Ripa num.* 26. *& n.* 170. *Bald. n.* 18. *Fagnan. n.* 16.
& 17. *in c. cum M. de conſtit. Petr. Greg. Syntagm. Jur.
lib.* 15. *c.* 23. *num.* 15. qui objecto, quòd Canonica-
tus eſſe poſſit ſine Præbenda, reſpondent, procedere
reſpectu præſentis temporis, ſive in actu, ſed reſpectu
futuri temporis non poſſe Canonicatum eſſe abſque Præ-
benda, nimirum abſque expectativa.
Ex his patet Dom. Adverſ. non fuiſſe receptum pro-
priè in fratrem, nec eſſe verum Canonicum, dum ex
ejus receptione nullus reſultavit ex conſecutivis, & ne-
ceſſariis effectibus Canonicatus, tam oneroſis, quàm
favorabilibus; Quemadmodum enim bonum eſſet argu-
mentum, eſt Canonicus, ergo tenetur ad onera inte-
reſſentiæ Choro, aliaque ſuperiùs enumerata, & de-
bet provideri de Præbenda; ita è converſo æquè bonum,
& validum eſt argumentum: non tenetur ad onera, nec
habet jus ad Præbendam, ergo non eſt verus Canoni- 11
cus; quod genus argumenti à conſequenti deſtructo re-
ceptum in Jure teſtantur *Soccin. Sen. in l.* 2. *§. Appellata,
n.* 1. *&* 2. *ff. de reb. dub. Barth. Boſc. conſ.* 797. *n.* 7.
Nec relevat reſponſio, quòd D. Adverſarius fuerit
electus Canonicus à Capitolo vigore conſuetudinis, ca- 12
nonizzatæ in *c. cum Eccleſia Vulterrana* 31. *de elect.* hic
enim Textus approbat jus ab eo Capitulo præſcriptum
eligendi Canonicos abſque concurſu Epiſcopi, dum 13
aliàs ſimultanea deberet eſſe electio, quia Canonici cum
Epiſcopo unum corpus conſtituunt. *Barb. de Can. & Di-
gnit. c.* 14. *num.* 2. *& ſeqq.* Cæterùm non dat jus eidem
Capitulo eligendi veros Canonicos abſque oneribus, &
ſine Præbenda, immò apertè loquitur de Canonicis eli-
gendis cum obligatione aſſiſtendi Choro, ut colligi-
tur ex Textus principio, in quo narratur, Canonicos
fuiſſe electos, nè diutiùs Eccleſia debito fraudaretur
obſequio, ac pariter de Canonicis præbendatis, nam
fuerant electi, & inſtituti, ſubjectum autem inſtitutio- 14
nis eſt Beneficium. *Barboſ. de Epiſc. part.* 3. *alleg.* 72. *nu.*
173. *&* 175. *§. Duplex*, quod verificatur in Præbenda, 15
non autem in ſimplici Canonia. *Gonzal. in c.* 1. *n.* 12. *de
Præbend. & Dign.* Textus itaque nihil penitus operari po-
teſt in præſenti Cauſa, nec deſtruit validiſſimum argu-
mentum, quòd ex defectu eorum, quæ Canonicatum
ex diſpoſitione Juris conſequuntur, efformavimus, ad
probandum in D. Adverſario defectum pariter veræ
qualitatis Canonicæ.
Cum ergo verba in ultimis voluntatibus, niſi con-
traria reſiſtat voluntas diſponentis, ex legitimis eruta
conjecturis, debeant intelligi in ſenſu proprio, non ve-
rò in ſenſu ficto: *l.* 3. *§. Hæc verba ff. de neg. geſt. l. ex ea* 16
part. 121. *§. Inſulam ff. de V. ſignif. l. fin. ff. de his qui ven.
ætat. impetr. Rol. conſ.* 68 *n.* 6. *l.* 1. *Paulut. diſſert.* 3. *n.* 5.
Larrea dec. 32. *nu.* 8. *in fin. Rot. dec.* 476. *num.* 10. *coram
Rembold. & in Romana Primogenituræ de Salviatis ſuper
Jocalibus, & Tabulis pictis, dec.* 87. *n.* 36. *& ſeqq. & dec.*
89. *n.* 21. *in Mantiſſa ad Cardin. De Luc. de Fideic. l.* 10. &
ad tramites Juris, quoties diſpoſitio, & ſubjecta mate- 17
ria id patiantur. *l. non aliter ff. de leg.* 3. *l.* 3. *in fin. C. de li-
ber. præt. Cyrocch. diſcept.* 4. *n.* 12. *Caball. conſil.* 132. *nu.* 13.
*& ſeq. Rota in Romana Primogenituræ de Vecchiarellis ſu-
per fructibus* 12. *Martii* 1706. *§. Sed hiſce, coram Anſal-
do*, & non in ſimplici eorum ſonitu, ſed effectu atten-
to. *l.* 1. *§. Hæc autem verba*, ubi *Angel. & Alex. ff. quod* 18
quiſq. jur. Surd. conſ. 178. *num.* 49. *Cyriac. contr.* 103. *nu.*
93. *Ricc. dec. Cur. Archiep. Neapol.* 41. *num.* 3. *part.* 2. *Ro-
ta in Romana Status Zagaroli* 27. *Martii* 1705. *§. Verba
etiam coram Muto*, cum effectus magis, & forma, quàm
ſimplex denominatio debeat attendi. *l. Inſulam l. ſi uno,
ubi Gloſſ. in V. tranſactio. l. in lege ff. præſcript. V. l. ſi olea C.*

eod. tit. l. cum dotem, ubi *Bald. n.* 1. *Cod. de jur. dot. Caſtill. lib.* 5. *controv. tom.* 6. *cap.* 156. *num.* 51. *cum aliis in Piſtorien. Præceptoriæ de Pazzis* 11. *Septembris* 1691. *§. Tertiò præmittebam*, *num.* 18. *cor. Michaloro*, conſequens eſt regulam Juris reſiſtere D. Adverſario, qui non propriè, ſed fictè abſque peculiaribus Juris effectibus nomen uſurpat Canonici, quæ regulæ reſiſtentia ſtabiliùs fundatur etiam in tot Auctoritatibus allegatis in principio *Informationis*, docentibus, tum in Lege, tum in Privilegio, tum demum in ultima voluntate. Canonicos ſupernumerarios non comprehendi ſub appellatione Canonici.

Quarum pondus non evitatur, ex quo loquantur in caſu, in quo fuerint nominati Canonici indefinitè, in quibus terminis Capitulum cenſeatur diſponens contemplatus fuiſſe, cujus Membra non ſunt ſupernumerarii, ac proindè non decidant caſum noſtrum,
20 in quo Beneficium uni Canonico eſt conferendum, & ſic abſque contemplatione Capituli, juxta diſtinctionem *Bartol. in l.* 2. *ff. de reb. dub.* Nam non omiſſo, quòd *Caſtr. conſ.* 365. *l.* 1. conſuluit in caſu, in quo Dignitas conferenda erat Canonico in ſingulari numero expreſſo, multifariam evertitur reſponſio.

Et primò, quia in ſecundo membro diſtinctionis *Bart.* dum dicit legatum cenſeri relictum intuitu perſonæ, non Capituli, quando non Canonicis indefinitè, ſed uni ex Canonicis fuit relictum, intelligendus eſt quando nomen proprium alterius ex Canonicis
21 fuerit expreſſum, prout eum interpretatur *Caſanatt. conſ.* 44. *num* 20. Quod præſertim procedit in caſu noſtro, quia unicum Beneficium non potuit niſi unico Canonico relinqui conferendum. Hinc *Sacra Rota* in terminis Juriſpatronatus activi, relicti Præpoſito Eccleſiæ ſub nomine appellativo, & in numero ſingulari, parificando terminos legati relicti Canonicis, firmavit, illud relictum intuitu Eccleſiæ, non perſonæ, præſumendum, ut in *Mediolanen. Juriſpatronatus* 2. *Julii* 1706. *§. Parum relevante*, *coram Lanceta*, cujus datur Particula in calce informationis.

Et profectò non aliter intelligi poteſt diſtinctio *Bart.* quia in primo membro firmat, quòd ſi Cano-
22 nicis generaliter, vel indefinitè ſub nomine appellativo relictum fuerit, cenſeatur legatum contemplatione Capituli, indefinita autem ſunt ea verba Teſtamenti — *e la detta Cappella la deve ſempre conſeguire un Canonico, e non altre perſone*; — Terminus enim *Canonicus*, quamvis cum illo ſigno unitatis expreſſus, eſt communis omnibus Canonicis, cum ad nullam particularem perſonam ſit reſtrictus, & ideò indefinitus ſer-
23 mo reputandus, juxta theoricam *Bart. in l. ſi ita relictum* 44. *verſ. oratio indefinita ff. de leg.* 2. *& in l.* 1. *n.* 2. *in fin. ff. de reg. jur.*

Et proindè retorquetur directè reſponſio: nam ſi Beneficium conſequi debeat ex lege Teſtamenti unus Canonicus indefinitè, itaut, ex vi ſermonis indefiniti præſumatur Teſtator contemplatus Capitulum, manifeſta erit incapacitas Domini Adverſarii, qui non eſt membrum Capituli, accedente præſertim generali, magiſque recepta regula, quòd relictum Canoni-
24 cis ſub nomine appellativo, cenſeatur ſemper intuitu Capituli, prout indiſtinctè firmant *Gratian. diſcep. for. capit.* 533. *num.* 15. 16. *& ſeqq. Antonel. de Loc. Leg. l.* 2. *cap.* 6. *quæſt.* 9. *Barboſ. de Canon. & Dign. cap.* 42. *n.* 26. *§. Cum ſit mentio. Amoſtaz. de Cauſ. piis l.* 4. *c.* 1. *ex n.* 67. *ad finem. Panimoll. dec.* 48. *adnot.* 2. *n.* 8. *& ſeq. Urſill. ad Afflict. dec.* 244. *n.* 2.

Verùm eſto, quòd perſonas ſingulariter, non Capitulum, Teſtator fuerit contemplatus, ſemper verum erit, eum reſpexiſſe qualitatem Canonicalem, prout ſemper præſumitur in diſpoſitione facta
25 ſub nomine appellativo qualitatis, ſeu dignitatis *Imola in capit. quoniam Abbas numer.* 10. *de offic. de leg. Raud. reſp.* 30. *num.* 21. *vol.* 2. *Caſanatt. conſ.* 44. *num.* 18.

Cum itaque propriæ Canonicatus qualitates deſiderentur in D. Adverſario, eſto quòd non ſit neceſſarium, ut ſit de Capitulo, adhuc erit incapax Beneficii propter defectum alterius qualitatis Canonicalis, à Teſtatore noſtro requiſitæ, ac proindè remanebunt applicabiles, ac punctuales Auctoritates, in principio *Informationis* allegatæ, quæ incapacitatem ſupernumerarii non in eo fundat, quòd non ſit de Capitulo, ſed immò in defectu qualitatis Canonicalis, qua propriè carent ſupernumerarii.

Accedente ulteriùs altero eorundem Doctorum fun- 26
damento, quia nimirum ſupernumerarii non gaudent privilegiis, ſive emolumentis conceſſis, & reſpectivè relictis aliquibus de Collegio, quod non ſolùm procedit quoad Collegium Canonicorum, ſed etiam in quibuſcunque aliis Collegiis numeratis, ut probant expreſſè *Textus in l.* 3. *juncta l.* 2. *C. de off. Magiſtr. milit. & in l. non plures* 4. ubi *Bald. & Caſtr. in princ. & Alciat. lit. E Cod. de Sacroſ. Eccl. & in l. Decurionibus*, ubi *Rebuff. C. de ſilentiar. lib.* 12. *& in l. fin.* ubi *Andr. de Barul. & Luc. de Penn. C. de Apparit. Mag. Mil. lib.* 12. *De Pont. de Poteſt Proreg. tit.* 4. *quæſt.* 35. *num.* 4. 5. *& per tot. Franch. dec.* 234. *num.* 6. ubi *Carol. Anton. De Luc. in obſ. n.* 3.

Quod fortiùs procedit in terminis noſtris, quia Dominus Maffei non propriè ſupernumerarius, ſed immò honorarius ſimpliciter Canonicus fuit electus, itaut nec actu, nec habitu Jura habeat Canoniæ, ſed ſimplicem honorem nominis, habitus, & ſtalli in Choro, & ideò in diſpoſitione facta ad favorem Canonicorum, eo minus prætendere poteſt compræhendi, ut apertè probat *Textus*, *& Rubr. in Auth. ut Ordin. Præfect. collat.* 5. *novell.* 70. & ibi *Bart.* ubi habetur, Præfecturæ privilegiis gaudere eos, quibus Præfectura fuit collata, licèt actu eam non exerceant, ſecus
verò ſi ſola dignitas, & honor fuerit collatus abſ- 27
que adminiſtratione, nec actu, nec habitu. Plurimumque ſtringit paritas deducta ex *Reg.* 6. *Cancell.*, quæ cum reſervet Beneficia Cubiculariorum Papæ minimè, comprehendit Cubicularios honoris, ſeu extra muros, quia verba regulæ debent intelligi de Cubicu-
lariis veris, & numerariis, quos ſecretos nuncupant, 28
ut firmant *Mandoſ. & Cokier. ad eand. Reg.* 6. *Pax Jord. lib.* 10. *Lucubr. tit.* 1. *num.* 17. *Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 51. *num.* 94. *Rota penes Garz. de Benef.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 335. *& ſeqq. & dec.* 90. *alias* 2. *de probat. coram Mohed.* Et tamen hujuſmodi Cubicularii honoris habent locum in Capella, & Cubiculo Papæ, atque in Conſiſtorio, & eundem habitum habent Prælatitium, ac demum participant de quibuſdam Munuſculis, nimirùm de menſtrua præſtatione panis, & vini, & recipiunt Candelam, ac Palmam diebus deſtinatis, prout alii. Cubicularii ſecreti, ut notum eſt, ac narratur in prædictis Deciſionibus: pariter *Regula* 32. *num.* 4. reſervans Beneficia Familiarium Papæ,
vel Cardinalium, non comprehendit vacantia per obi- 29
tum Familiaris ex privilegio, & ſimplicis honoris. *Menoch. de Arbitr. caſ.* 201. *num.* 126. *Lotter. de Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 17. *& ſeqq. nu.* 137. ubi quòd non ſufficit
deſcriptio in Rotulo *De Luc. de Benefic. diſc.* 6. *num.* 5. 30
& ſeqq. cum aliis notiſſimis. Sic etiam Beneficia, vacantia per obitum Curialium, reſervata dicuntur, quatenus vera concurrat Curialitas, itaut reſervatio
non comprehendat Beneficia Curialium, & Officia- 31
lium ſimplicis honoris, ſed requiratur applicatio perſonæ ipſi Curiæ per actuale, vel potentiale exercitium, itaut Curiam ſequi teneatur, ut latè firmavit *Rota dec.* 174. *n.* 13. 14. *& ſeqq. uſque ad n.* 53. *part.* 12. *rec.* ubi quòd non ſufficit Beneficiatum in Curia permanentem gaudere aliquibus honoribus, atque aliqua poſ-
ſe explere, quæ licèt competant Curialibus, non ta- 32
men Curialitatem inducant, ſed oportet, ut neceſſariò Curiam ſequi debeat.

Ex quibus omnibus patet, quòd ubi diſpoſitio loquitur de perſonis, ſub appellativo nomine nuncupatis, propriè non intelligitur de ſupernumerariis, ubi Collegium, prout in Eccleſia Volaterrana, ſit numeratum, & eo minus de habentibus nudum nomen honorificum, ſed propriè de illis, in quibus realiter omnes qualitates illius appellativi nominis verificantur, licèt alii de quibuſdam participent, in quibus tamen officium, ſive dignitas propriè non ſubſtantietur, & ratio eſt, quia verba, niſi contrarium conjecturæ ſuadeant, intelligenda ſunt propriè, & cum effectu, atque in ſenſu Juris.

Hinc filii adoptivi non veniunt regulariter ſub appellatione filiorum, quia fictè ſolum, non autem na-
turaliter ſunt filii. *L. ſi ita quis* 53. *§. fin. ff. de leg.* 2. 33

Mantic.

Mantic. de Conject. lib. 11. tit. 8. num. 2. & ſeqq. Peregrin. de Fideic. art. 22. num. 93. Camarell. de Legat. lib. 2. cap. 8. in V. filius quæſt. 8. fol. n. 131. Rot. deciſ. 89. num. 21. in Manuſſ. ad Cardin. de Luc. de Fideic. lib. 10. alia et-
34 iam accedente ratione, quia nimirùm non debet eſſe in facultate adoptantis mentem Teſtatoris, ac filios verè naturales eludere, ut ponderant *Mantic. & Camarell.* mox allegati, prout ſequeretur in hypotheſi, ſi Juriſpatronatus paſſivi participes fierent Canonici honorarii, quorum numerum poſſet Capitulum augere in immenſum. Sic etiam ad legatum relictum Fratri talis Abbatis, vocatus præſumitur Frater carnalis, & naturalis, non verò Frater Monachus,
35 quia fraternitas inter Monachos eſt ficta, ſeu civilis, non autem naturalis, verba autem in potentiori, & naturali ſignificatu ſunt intelligenda. *Abb. in cap. licèt ſub num. 2. verſ. poteſt etiam intelligi, de off. leg. Camarell. de Leg. d. cap. 8. in V. frater, quæſt. 5. per tot. fol. m. 136.*

Conſtito itaque ex his, quòd proprietas verbi reſiſtit D. Adverſario, ac proindè aſſiſtit regula D. Canonico Incontri, parum relevat, quòd cum de facto D. Maffei nuncupetur Canonicus, hoc ſufficiat pro ejus
36 capacitate Beneficii, uni Canonico conferendi, ad tradita in ſimilibus terminis per *Alex. conſ. 178. numer. 19. l. 2.* ubi firmat, exemptione à Datio Cartecellarum conventa pro Collegio Officii ſexdecim, gaudere ſupernumerarium, ad illud Collegium admiſſum.

Etenim quoad hanc, tanquam punctualem exadverſo laudatam Auctoritatem, reſpondetur, omninò extraneam eſſe, quia ille, qui ſupra numerum decimum ſextum fuerat ad Collegium admiſſus, erat propriè Collegialis, non enim fuerat admiſſus, tanquam ſupernumerarius, ſed immò fractus fuerat numerus Collegii, ac proindè firmavit *Alex.* quòd gaudere deberet immunitate conceſſa toti Collegio, non habita ratione numeri perſonarum, illa enim expreſſio *delli ſedici* ſtabat demonſtrativè, demonſtrando ſcilicet nomen Collegii, non vero taxativè quoad numerum perſonarum, ut patet ex lectura Conſilii, quod nec aliter poteſt intelligi ſine deſtructione omnium Textuum, & Auctoritatum, quas in excluſionem ſupernumerarii allegavi ſub §. *Accedente ulteriùs.*

Tandem non teſragatur, quòd nulla ratio ſit aſſignabilis, cur Teſtator veros Canonicos, non autem honorarios, voluerit ad Beneficium admitti: Nam reſpondetur, quòd in Teſtamentis, cum à ſola voluntate diſponentis dependeant, non eſt inſiſtendum in
37 ratione non expreſſa, ſed in verborum proprietate, ut docet *Mantic. de Conjectur. lib. 6. tit. 14. numer. 1.* Quanquam ſi rationem hujus diſpoſitionis placeat inquirere, non alia profectò erit aſſignabilis, quàm contemplatio qualitatis Canonicalis, & quidem cum illius dignitatis exercitio proprio, cujus intuitu facta præſumitur diſpoſitio, ſemper ac nulla perſona proprio nomine vocata, Teſtator appellativo (prout hìc) uſus fuerit nomine, lex enim in his terminis præſumit eum conſideraſſe non ſolùm qualitatem propriam illius nominis appellativi, ut ſupra ſub §. *Verùm eſto*, ſed etiam exercitium, ac adminiſtra-
38 tionem, ut in terminis legati, facti ad favorem Tutoris, vel Executoris, docent *Crot. conſ. ult. num. 2. lib. 1. Grattan. diſcept. for. capit. 248. num. 38. Gutierez de Tutel. 3. part. cap. 5. num. 15. & c. 13. num. 2. Mantic. de Conject. ult. vol. lib. 6. tit. 16. nu. 5. Capyc. Latr. conſult. 106. num. 23. & ſeqq. De Luc. de Legat. diſc. 22. n. 6. Surd. dec. 38. n. 3. Rota dec. 196. n. 21. part. 8. rec.* & conſonat *Bald. de Feud. tit. de feud. Guard. §. Si verò n. 1. Mandoſ. ad Reg. 6. Cancell. num.* 5. ubi, quòd
39 Beneficium Villico, Cuſtodi, Diſpenſatori, præſumitur cauſa villicationis, cuſtodiæ, vel diſpenſationis conceſſum.

Cum itaque nec exercitium concurrat actuale, nec neceſſarium in Dom. Adverſario, nec qualitas Canoniæ in proprio ſenſu verificetur, & habeamus punctuales auctoritates, docentes, tam in contractu, quàm in lege, nec non demum in ultima voluntate, ſub appellatione Canonici non comprehendi hujuſmodi ſupernumerarios, de aſſiſtentia regulæ ad favorem Domini Canonici Incontri, ac reſiſtentia contra D. Adverſarium, non videtur ampliùs dubitandum.

Quare, &c.

Philippus Luci Advoc. ex Colleg. Nob.

R. P. D. LANCETTA.

Mediolanen. Juriſpatronatus.

Mercurii 2. Julii 1706.

IN ſuo cum quo deceſſit &c.

Parum relevante, quòd ſubſtitutio favore Præpoſiti ob mutationem Eccleſiæ non evanuerit, ex quo facta fuerit perſonæ, & dignitati, non autem Eccle- 40
ſiæ, ejuſque contemplatione. Nam quamvis Legatum fuerit factum Præpoſito Eccleſiæ, non benè infertur illud fuiſſe relictum ipſius perſonæ, reſiſtente diſpoſitione Juris, per quam regulariter Legatum factum Canonicis, vel Præpoſito Eccleſiæ, indefinitè cenſetur relictum contemplatione ipſius Eccleſiæ, ad literam *Textus in c. requiſivit §. Sed conſiderandum, de teſtam. Franc. in cap. per exemptionem, num. 5. de priv. in 6. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 113. numer. 5. Antonell. de Loc. Leg. lib. 2. cap. 9. quæſt. 9. nu. 107. Rota coram Pamphil. dec. 242. n. 11.* & idipſum &c.

RESPONSUM JURIS.

PRO VERITATE.

In Fivizzanen. Juris Nominandi.

ARGUMENTUM.

Doctiſſimè exponitur, quando Juſpatronatus judicandum ſit miſtum, vel ſimpliciter hæreditarium. In Jurepatronatus hæreditario licitum eſt hæredi Fundatoris alterare modum ſucceſſionis, in Fundatione præſcriptum, ſed hujuſmodi alteratio non præſumitur, etiamſi Fundator reſervaverit Juſpatronatus *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*; hæres, verò, in aſſignanda dote Capellæ juxta præceptum Fundatoris, illud reſervaverit pro *hæredibus, deſcendentibus, & ſucceſſoribus*. In alienatione Juris patronatus Capellaniæ laicalis non requiritur Epiſcopi auctoritas, & licèt ea in Fundatione intervenerit, poteſt tamen Capellania eſſe laicalis.

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus cenſetur miſtum, quoties Fundator requiſivit in vocatis qualitatem ſanguinis, & hæreditatis.*

2 *Reſervatum pro ſe*, filiis, & deſcendentibus, *an dici poſſit hæreditarium.*

3 *Quando verbo* deſcendentibus *adjectum fuit verbum* hæredibus, *Juſpatronatus miſtum eſt reputandum.*

4 *Quid importet clauſula* non aliter, nec alio modo.

5 *In juribus hæreditariis licet hæredi novam formam in iis ſuccedendi conſtituere.*

6 *Diverſa forma cenſetur inducta ab hærede, quoties ejus diſpoſitio diverſas conditiones continet, quæ cum prima conciliari non poſſunt*

7 *Hæres non poteſt in alium transferre Juſpatronatus miſtum, ſuperſtitibus deſcendentibus vocatis à Fundatore.*

8 *Fœminæ excluſæ à Statuto ab hæreditate aſcendentium, admittendæ ſunt defectis maſculis.*

9 *In juribus miſtis requiritur qualitas hæreditaria, non tanquam titulus acquiſitionis, ſed tanquam conditio.*

10 *Qualitas hæreditaria ſufficit, ut aliquo tempore concurrat.*

11 *Item ſufficit, ut quis hæres fuerit primi acquirentis,*

licèt non ſit hæres ultimi poſſeſſoris.

12 *Vel quòd per eum non ſteterit, quominus hæres, fuerit, tam primi acquirentis, quàm ultimi poſſeſſoris.*

13 *Quamvis adſit Donatarius univerſalis, non excluditur titulus hæredis in venientc ab inteſtato.*

14 *Titulus hæredis quoad ſolam nuncupationem, eo quia adſit Donatarius univerſalis, ſufficit ut quis admitti debeat ad Juſpatronatus miſtum.*

15 *Teſtator non poteſt gravare hæredem in re, in quam ex propria perſona ſuccedit, niſi de proprio illum bonoraverit.*

16 *Juſpatronatus non poteſt donari ſine Ordinarii conſenſu.*

17 *Juſpatronatus reſervatum pro* hæredibus & ſucceſſoribus *eſt merè hæreditarium.*

18 *Et poteſt ad libitum Patroni in alium transferri.*

19 *Si verbis* hæredibus, & ſucceſſoribus *additum fuerit verbum* deſcendentibus, *non à Fundatore, ſed in actu erectionis ab hærede, vel executore, non alterat naturam qualitatis hæreditariæ, & affertur ratio.*

20 *Ut cenſeatur receſſum à prima diſpoſitione, neceſſe eſt ut ſecundæ diſpoſitionis verba ſint omninò clara, itaut cum verbis primæ diſpoſitionis conciliari non poſſint.*

21 *Notarii ex imperitia ſolent coacervare plura Sinonyma ad eandem rem explicandam, quæ non ſunt æquipollentia.*

22 *Potiùs toleranda eſt verborum ſuperfluitas, quàm admittenda correctio primæ diſpoſitionis.*

23 *Maximè quando ſecunda diſpoſitio eſt facta in adimplementum primæ.*

24 *Vel quando conſtat, quòd ſecundus diſponens deceptus fuit, putando primum diſponentem aliter diſpoſuiſſe.*

25 *Clauſula* non aliàs, non aliter, nec alio modo, *ac ſimiles, famulantur principali diſpoſitioni.*

26 *Et habentur pro non appoſitis, quando adjectæ fuerunt ex falſo ſuppoſito.*

27 *Non eſt neceſſarius conſenſus Ordinarii in translatione Juriſpatronatus titulo univerſali.*

28 *Qua ratione requiratur in translatione Juriſpatronatus ordinarii conſenſus*, & n. ſequen.

30 *In translatione Juriſpatronatus Capellaniæ laicalis non requiritur conſenſus Ordinarii.*

31 *Capellania cenſetur laicalis, etiam ſi habeat annexum onus Miſſarum, ſi à Fundatore ſit relicta adminiſtratio bonorum Capellæ Patronis.*

32 *Item ſi Capellania fuerit collata à laicis ſine authoritate Ordinarii.*

33 *Sententia lata ſuper ſtatu cum legitimo contradictore facit jus quoad omnes.*

34 *Ordinarii authoritas in erectione Capellaniæ eam non reddit Eccleſiaſticam, ſi aliunde conſtet de mente Fundatoris erigendi laicalem Capellaniam.*

DECISIO LXII.

DOminicus de Equio, Caſtro in Fivizzanenſi Ditione poſito, accedente Sarzanenſis Epiſcopi auctoritate, in Eccleſia Parochiali ejuſdem loci Capellaniam erexit, reſervato jure nominandi Capellanum *pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus*, & adjecta promiſſione, ut à ſuis hæredibus tot bona aſſignarentur, quorum redditus pro Altari decenter ornando, & Sacrificiis quotannis celebrandis ſufficerent, atque etiam addita declaratione, ut dictorum Bonorum poſſeſſio, & adminiſtratio penes eoſdem hæredes perpetuò remaneret. Cum itaque in implementum paternæ voluntatis Julius præfati Dominici filius, & hæres, ad aſſignanda bona pro dote Capellæ jam erectæ procederet *juxta formam, ſeriem, & continentiam, Inſtrumenti fundationis*, ratus dictum Jus nominandi Capellanum à Fundatore reſervatum fuiſse, *pro ſe, ſuis hæredibus, deſcendentibus, & ſucceſſoribus*, ad eoſdem illud ſpectare voluit, & declaravit, ſicuti pariter bonorum aſſignatorum adminiſtrationem, itaut hujuſmodi aſſignatio, ſub hac tantum lege eſset valitura, *non aliàs, nec aliter, nec alio modo*. Succeſſivè de anno 1693. Presbyter Antonius Julii filius, ſimul cum cæteris propriis bonis, donavit idem Jus nominandi, & adminiſtrandi præfata bona R. D. Presbytero de Baronibus, nulla tamen in actu Donationis Ordinarii obtenta licentia, eaque Donatione perfecta, ultimum diem clauſit, ſuperſtitibus adhuc tribus germanis Sororibus, quæ putantes vigore præfati Inſtrumenti aſſignationis, ſibi, tanquam deſcendentibus à ſupramemorato Julio, dicta jura, & nominationis, & adminiſtrationis competere, quoad eadem jura, ſuper validitate ejuſdem Donationis, arduam moverunt controverſiam.

Et quidem ad concludendam dictarum Sororum intentionem, plurimùm facere videbatur, quòd prædictus Julius, vocando certum genus perſonarum, utramque qualitatem, & ſanguinis, & hæreditatis habentium, conſtituerit tertiam ſpeciem Juris de hæreditario, & gentilitio, ſeu deſcenſivo participantem, quod Jus miſtum appellatur, ad tradita per *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 60. n. 15. Piton. diſcept. Eccleſ. 53.* 1
num. 16. Rota coram Celſ. deciſ. 106. num. 11. coram Priolo dec. 46. num. 18. coram Ubaldo dec. 127. numer. 9. coram Emerix Jun. dec. 444. num. 6. poſt Vivian. de Jurepatron. dec. 70. n. 15. & in recent. dec. 166. nu. 24. & dec. 217. per tot. p. 6.

Utramque verò dictam qualitatem clariſſimè deduci prætendebant ex dictis verbis, *pro ſe, ſuis hæredibus, deſcendentibus, & ſucceſſoribus*, quæ in præfato Inſtrumento aſſignationis expreſſè fuerunt adjecta; quicquid enim aſſerendum eſſet, ſi fuiſſet dictum dumtaxat —, *pro ſe, filiis, & deſcendentibus* — quo caſu dubium oriri poſſet, utrùm intelligenda eſſet diſpoſitio de deſcendentibus, uti deſcendentibus, prout voluerunt *De Luc. de Linea leg. l. 1. art. 23. n. 18. & ad Gratian. diſcept. 577. num. 23. verſ. contrarium. Leon. de Off. Capellan. quæſt. 4. part. 3. num. 81. Seraph. dec. 364.* 2
& poſt Vivian. de Jurepatr. dec. 41. numer. 19. vel de deſcendentibus, utì hæredibus, juxta theoricam *Bart. in l. ſi tibi §. Si pactum ff. de pactis. Alex. conſ. 18. col. 3. num. 6. & 7. lib. 5. & conſ. 26. col. fin. eod. lib. Covar. Var. Reſol. lib. 2. cap. 18. num. 6. & 7. Lambertin. de Jurepatr. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. art. 2. num. 15. Achil. dec. 9. de Jurepat. Gratian. diſcept. 577. numer. 45.* & ibi *De Luc. num. 13. Rot. dec. 280. part. 7. rec. & coram Bich. dec. 206. num. 1. & coram Merlin. dec. 94. & deciſ. 347. num. 4.* quando, prout in præſenti, verbo *deſcendentibus* adjectum eſt alterum *hæredibus, ſeu ſucceſſoribus*, ad evitandam ſuperfluitatem, & nè alias diſpoſitio reddatur fruſtranea, deſcendentiam ſimul, & ſucceſſionem in perſonis vocatis abſque dubio requiſitam fuiſſe dicendum eſt. *Bartol. in l. ut jure ju-* 3
rando §. Si liberi ff. de oper. lib. Alex. conſ. 44. num. 1. l. 1. Schrad. de Feud. part. 2. cap. 3. num. 25. Rodulph. alleg. 117. n. 6. Vela differt. jur. 56. numer. 12. Covarr. Variar. lib. 2. cap. 18. num. 3. & 13. Amat. reſol. 84. n. 67. Magon. deciſ. Flor. 117. nu. 45. Seraph. dec. 604. & 309. num. 7. & 8. dec. 112. num. 4. part. 6. rec. Bertacbin. vot. 101. nu. 12. & in terminis Juriſpatronatus *De Luc. eod. tract. diſc. 24. num. 6. Buratt. dec. 647. num. 2. & 3. & in Romana Beneficiatus 6. Februarii 1688. apud Piton. diſcep. 4. num. 20.* Attenta præſertim clauſula, *non aliàs, nec aliter, nec alio modo*, qua idemmet Julius voluntatem ſuam firmiùs expreſſit; ejus etenim vis eſt, atque effectus, ut præciſam formam importet, & ad limites diſpoſitionis reſtringat diſponentis intentionem, 4
adeout nec illa diverſo modo intelligi poſſit, nec actus alia ratione ſuſtineatur. *Barboſ. clauſul. 81. per tot.*

Quin aliquam ingerere videretur difficultatem, quòd in Inſtrumento Fundationis fuerit hoc Jus nominandi conſtitutum ſimpliciter hæreditarium, cum reſervatum legatur *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus*; Nam in Juribus merè hæreditariis permiſſum eſt cuique ex hæredibus, novas addere qualitates, diverſamque naturam, & ordinem ſuccedendi conſtituere, ut firmat argumento deducto ex *l. cum. à matre Cod. de rei vind. Caren. reſolut. 542. numer. 4. Luc.* 5
de Jurepatr. diſc. 60. num. 22. Rot. in rec. dec. 237. part. 6. dec. 122. num. 6. & dec. 530. num. 3. & dec. 372. num. 54. part. 11. coram Bich. dec. 277. num. 57. coram Ninot. dec. 25. à num. 25. & poſt De Luc. de Jurepatr.

dec.

dec. 16. n. 13. in Mantiſſ. Et Inſtrumento Fundatio-
nis totiès cenſetur ſuiſse derogatum ab hæredibus ,
quoties ſecunda diſpoſitio contrarias conditiones , ac
leges continet , neque poteſt cum prima ulla ratione
6 conciliari . Gozzad. conſ. 51. n. 7. & conſ. 84. num. 12.
Cald. de Emphyteuſ. lib. 1. quæſt. 4. tit. de renovat. num. 8.
Gratian. diſcept. 913. n. 19. De Luc. de Jurepatr. diſc. 24.
n. 12. & 13. & diſc. 60. n. 10. & 12. Rot. coram Bich.
dec. 483. n. 38. & ſeqq. & poſt De Luc. ad mater. Ser-
vitutis deciſ. 9. n. 17. & 18. ubi in puncto firmari vi-
detur , & penes Paulut. diſſert. 62. n. 108. in recent.
deciſ. 321. numer. 14. verſ. quoniam in poſterioribus
part. 11.

Poſita autem miſtura dictorum Jurium , in neceſſa-
riam deſcendebat conſequentiam , illa non potuiſſe ad
extraneos transferri , ſuperſtitibus adhuc deſcendenti-
tibus ab eo , qui omnem ſuam poſteritatem , quate-
nus hæreditas in illam perveniret , ad eorum acqui-
7 ſitionem invitaverit . Gabriel. conſ. 196. n. 5. lib. 2. Ton-
dut. Quæſt. Beneſic. part. 1. cap. 32. n. 12. & 16. Lotter. de
Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 11. nu. 41. & 42. Rot. dec. 254.
num. 16. part. 11. dec. 630. n. 9. part. 19. tom. 2. & in
terminis emphytheuſis miſtæ , idem firmant Marin. re-
ſolut. 189. n. 41. lib. 2. Menoch. conſ. 933. num. 10. Surd.
conſ. 108. n. 12. Torr. de Major. part. 2. quæſt. 57. nu. 18.
Manſ. conſult. 716. numer. 6. in fin. lib. 8. Gob. de permiſſa
Feud. alien. quæſt. 2. num. 61. ac proindè fœminæ , ab
eodem Julio deſcendentes , reintegrandæ erant ad di-
ctum Jusnominandi Capellanum , & adminiſtrandi bo-
na in Capellæ dotem aſſignata , & ad illa per poſte-
rius ſaltem admittendæ , deficientibus filiis , aliiſque
deſcendentibus maſculis , qui ſecundum Statuti di-
8 ſpoſitionem ab hæreditate Aſcendentium fæminas ex-
cludunt . Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 11. nu. 82.
Tondut. Quæſt. Beneſic. cap. 157. num. 3. Caſtald. conſult.
250. num. 2. Piton. diſcept. 14. num. 6. & diſcept. 26. nu-
mer. 1. Illuſtriſſ. D. meus Auditor Calderon. in ſua doctiſ-
ſima reſolut. 8. num. 24. & reſolut. 47. num. 47. Rot. co-
ram Merlin. dec. 263. num. 15. coram Pamphil. dec. 313.
num. 1. cor. Emerix Jun. dec. 830. n. 13. & poſt Vivian. de
Jur. Patr. dec. 69. n. 3. in rec. deciſ. 166. nu. 15. part. 6.
dec. 121. n. 22. part. 8. & dec. 162. num. 9. part. 11. dec.
667. n. 19. p. 19. & in Mantuana Beneficii 3. Junii 1689.
penes eumdem Piton. diſcept. 14. poſt num. 15. per tot . Ex
ea ratione , quia cum in Juribus miſtis qualitas hære-
ditaria requiratur , non tanquam titulus acquiſitionis ,
ſed tanquam conditio eidem appoſita . Sperell. dec. 72.
9 num. 25. Giurb. de Feud. prælud. 4. num. 41. & 42. De
Luc. de Feud. diſc. 19. n. 19. Bellon. de Jur. Accreſc. cap.
20. quæſt. 30. num. 31. quotiès qualitas hæreditaria ali-
quo tempore , aut caſu concurrat , ſufficit ad hoc ,
ut eadem Jura poſſint ex propria perſona vindicari
à deſcendentibus , tanquam provenientia non ab hæ-
reditate primi Acquirentis , ſed à ſtipulatione , & pro-
videntia illius , aut à largitate , & munificentia con-
10 cedentis . Soccin. Jun. conſ. 112. n. 14. lib. 2. conſil. 42. n.
8. lib. 3. Bellon. de Jur. Accreſcen. c. 10. quæſt. 30. n. 31. &
ſeqq. Franch. dec. 368. nu. 5. Ludovic. Schrader. de Feud.
par. 7. c. 7. n. 34. & ſeqq.

Nec ambigi poteſt , quòd qualitas hæreditaria ,
ſaltem eo modo , quo ſufficiat ad præſens intentum
obtinendum , in præfatis Sororibus reperiatur ; tum
quia non exiſtentibus aliis perſonis de deſcendentia
Fundatoris , veram qualitatem hæreditariam reſpectu
ultimi poſseſsoris habentibus , ſatis eſt , quòd illæ ſint
hæredes primi Acquirentis , quamvis tales dici ne-
queant reſpectu ultimi poſſeſſoris . Surd. conſil. 395. n.
11 41. Giovagnon. conſ. 24. n. 50. lib. 2. Altog. contr. 5. num.
9. Rot. dec. 499. num. 6. & 17. part. 11. rec. dec. 122. nu.
11. poſt Merlin. de legit. vel quòd per eas non ſteterit ,
12 quominus , & ultimi poſſeſſoris , & primi acquiren-
tis hæredes exiſtant . Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt.
21. num. 47. & 48. Rot. penes Piton. diſcept. 4. num. 29.
§. Quia ad effectum , & penes eund. diſcep. 14. numer. 25.
cor. Coccin. dec. 1710. n. 10. in rec. dec. 267. num. 7. part.
6. coram Cerro dec. 502. ſub num. 20. Illuſtriſſ. Dom. Audi-
tor de Comitibus dec. Senen. 32. num. 13. De Luc. de Ju-
repatron. diſc. 30. num. 4. & diſp. 60. num. 26. Tum et-
iam , quia attenta rigoroſa Civilium Legum ſanctio-
ne , pronunciandum eſt , ab eis retineri qualitatem hæ-
reditariam , etiam reſpectu ultimi poſſeſſoris , non ob-
ſtante Donatione univerſali , facta in favorem Domi-
ni Peregrini de Baronibus , cum hæc ſuſpendat qui-
dem effectus tituli hæreditarii quoad bona , in Do-
natione legitimè comprehenſa , non tamen titulum
hæreditarium omninò adimat , atque inficiat , argum. 13
Text. in l. hæreditas 53. ff. de petit. hæredit. Faber. de Erro-
rib. Pragmatic. de cad. 48. error. 6. Connam. Comment. Ju-
ris Civilis l. 10. cap. 5. num. 1. lit. B. & quoad ſimplicem
denominationem admittunt Antunez de Donat. Reg. lib. 1.
prælud. 2. §. 7. num. 39. & ſeqq. Cutel. de Donat. diſc. 1.
ſpecial. 1. num. 9. Torr. de pactis lib. 3. cap. 5. nu. 111. ſuſ-
ficiens autem reputatur ad probandam qualitatem hæ-
reditariam , ut illa , ſaltem denominativè , concur-
rat in perſonis , ad Juſpatronatus miſtum vocatis . 14
Surd. conſ. 63. ſub num. 24. Bellon. de Jure accreſc. cap. 7.
quæſt. 67. n. 170. Piton. diſcept. Eccleſ. cap. 4. num. 16. ſi-
cuti etiam nulla ratione comprehendi validè poterunt
ſub diſpoſitione Donationis prædicta Jura , licèt ad
ea quoque verba Inſtrumenti diſertiſſimè extendan-
tur ; quia cum in miſtis Juribus nomine proprio ſuc-
cedatur , & qualitas hæreditaria ſit ſolum requiſita
tanquam conditio , ſine qua ſucceſſioni locus non ape-
riretur , ut ſuperiùs probatum eſt , non potuit dictus
Antonius gravamen , & onus imponere ſuper re , ju-
re proprio ad ſuas Sorores , licèt hæredes , pertinen-
te , multo minus illam ad libitum alienare , cum ni-
hil ex proprio patrimonio eiſdem reliquerit , prout
ſancitur in l. Imperator 72. §. Si centum , & §. Cum
quidam , & in l. cum pater 79. §. Titio fratri ff. de leg. 15
2. Bartol. in d. l. Imperator , num. 1. & 4. ibique Imola
num. 3. Andreol. contr. 434. numer. 4. Conciol. de Hæred.
art. 3. num. 27. Merlin. de Pignor. lib. 2. quæſt. 16. à nu.
51. uſque in fin. de Luc. de Fideic. diſc. 134. num. 14. &
ſeqq. Emerix Jun. dec. 795. num. 11. & deciſ. 796. num.
17. poſt De Luc. de Donat. deciſ. 20. num. 10. Undè ſibi
illæ permittendum eſſe exiſtimabant , ut hoc jus no-
minandi ſepararent à reliqua ſubſtantia Fratris , cum
ipſe eas nulla alia re , niſi nudo nomine hæredis ,
honoraverit , optimè Ludovic. Schrader. de Feud. part. 8.
n. 12. verſ. hoc tamen fallit , cum ſeqq.

Altero etiam fundamento nitebantur eximii De-
fenſores dictarum Sororum comprobare nullitatem ſu-
pradictæ Donationis , eo quòd in ea defeciſſet conſen-
ſus , & licentia Ordinarii , ſine qua non valere Do-
nationem , ſeu tranſlationem Juriſpatronatus in ex-
traneos , notiſſimi ſunt Textus in c. præterea 23. c. il- 16
lud 15 , c. quod autem 5. de jurepatron. & in c. conſultatio-
nibus , de donationibus .

Ego tamen pro veritate de meo voto requiſitus ,
ſuprafcriptis minimè refragantibus , pro validitate præ-
fatæ Donationis reſpondi . Cum enim dubitari non
poſſit , Jura , de quibus agitur , conſtituta fuiſse me-
rè hæreditaria in Inſtrumento fundationis , in quo re-
ſervata fuerunt pro hæredibus , & ſucceſsoribus : Vi- 17
vian. in Prax. Juriſpatr. part. 3. lib. 14. cap. 2. num. 21.
Rot. in recent. part. 7. dec. 72. & part. 19. dec. 233. n. 8.
& 9. coram Merlin. dec. 44. n. 4. poſt De Luc. in Mantiſſ.
dec. 16. num. 12. de Jurepatron. prout regulariter hujuſ-
modi Jura , quæ ſimilitudinem habent cum Jurepa-
tronatus , ex Juris diſpoſitione præſumuntur hæredi-
taria , ad Text. in cap. 1. & cap. cum ſeculum , de Ju- 18
repatron. Clementina plures eodem tit. Peregr. conſ. 27.
num. 1. vol. 2. Covarr. Var. Reſol. lib. 2. cap. 18. num. 7.
Buratt. deciſ. 183. & 647. num. 1. dec. 220. num. 9. &
dec. 136. num. 2. poſt Vivian. de Jurepatron. in neceſſa-
riam venit conſequentiam , potuiſse Antonium de
iiſdem ad libitum diſponere , & per quemlibet actum ,
ſive inter vivos , ſive ultimæ voluntatis , in quaſcun-
que perſonas transferre ; Franc. in capit. 1. colum. 3.
verſ. tertiò intellige , de Jurepatron. in 6. Caſtrenſ. conſ.
44. num. 4. lib. 2. Alex. conſ. 13. num. 10. conſ. 18. num.
6. & ibi Add. lit. B. & conſ. 26. num. 10. lib. 5. Gratian.
diſcept. 577. nu. 41. & 42. Molin. de Primogen. Hiſpan.
c. 23. nu. 30. Lambertin. de Jurepatron. art. 7. quæſt. 2. p.
n. l. 1. n. 4. Vivian. de Jurepatron. p. 3. l. 14. c. 2. nu. 27.
& ſeqq. Schrader. de Feud. p. 7. c. 2. n. 12. Mareſcott. Var.
Reſolut. l. 2. c. 120. num. 16. Gob. de permiſſ. Feud. alien.
quæſt. 7. n. 1. Rot. dec. 16. n. 2. poſt De Luc. in Mantiſſ. de
Jurepatron.

Neque hujuſmodi qualitati ſimpliciter hæreditariæ
fuit ullatenus derogatum in præfato Inſtrumento

aſſignationis, in quo verbis *hæredibus*, *& ſucceſſoribus*,
fuit ſuperadditum alterum - *deſcendentibus*; Auctori-
tatibus etenim, quæ in contrarium adducebantur,
ſeduló, ac maturè perpenſis, repertum eſt, eas rectè
procedere, ubi ſimilia verba legantur appoſita in ip-
ſa fundatione, ſeu in diſpoſitione independenti, &
proindè nulla antiquior, aut magis valida adverſe-
tur diſpoſitio, ad quam conciliandam recedi debeat
à propria verborum ſignificatione; Secus autem di-
cendum, ubi poſita fuerint in aliquo Inſtrumento po-
ſteriori, & conſecutivo, & reſiſtat tenor ipſius In-
veſtituræ, ſeu fundationis; tunc enim improprius
etiam intellectus capiendus eſt, & dicta verba intel-
ligenda ſunt de *deſcendentibus*, uti hæredibus, quaſi
poſita fuerint tantùm demonſtrativè, non veró ad de-
notandam neceſſarió qualitatem deſcendentis in ſuc-
19 ceſſoribus, in puncto *Ludovic. Bell. conſil. 3. num 132.*
Cappr. Galeott. controv. 31. num. 27. Saminiat. controv.
52. n. 100. & ſeqq. & controv. 13. n. 8. Rota coram Priol.
dec. 181. num. 19. & coram Duran. dec. 147. num. 4. & 5.
Quia ad effectum, ut receſſum dicatur à tenore fun-
dationis, & novæ ſint additæ conditiones, præter eas,
quæ in inveſtitura, ſeu primordiali diſpoſitione le-
guntur, opus eſt, ut certè, & clarè conſtet de con-
traria diſpoſitione, omniſque remanſerit excluſa in-
terpretatio, qua ſimul poſſit ſecunda diſpoſitio cum
20 prima concordari, *ad Text. in cap. 1. de vaſſal. decrepit*
ætat. in lib. feud. Gayl. obſerv. 49. nu. 1. & 2. lib. 2. Ca-
ſtrenſ. conſ. 142. n. 3. Menoch. conſ. 1. n. 124. Surd. conſ.
5. n. 62. Chriſtin. deciſ. 3. ad Conſuetud. feudal. n. 23. vol.
6. Schrader. de Feud. part. 2. c. 5. nu. 28. & ſeqq. Merlin.
dec. 347. n. 5. & ſeqq.

Nec ulla vis fieri poteſt in argumento deducto ex
dicti verbi *deſcendentibus* ſuperfluitate, quæ, admiſſa
tali interpretatione, nullo modo evitaretur: Hoc enim
argumenti genus, deficientibus aliis circumſtantiis,
in Jure noſtro admodum debile, & æquivocum re-
putatur, ex eo quòd in Inſtrumentis, plerunque ex
imperitia Notarii, plura ſinonyma coacervari ſoleant
ad eandem rem denotandam, atque explicandam,
21 ut ad rem ponderant *Peregrin. de Fideicom. art. 14. nu-*
mer. 21. Sperell. deciſ. 144. num. 50. & 51. Rot. in rec.
dec. 348. n. 12. & 13. part. 16. rec. & cor. Emerix Jun.
dec. 1102. n. 7. præſertim quando agitur de inducen-
da correctione alterius diſpoſitionis, cum in illius con-
22 curſu potiùs toleranda ſit verborum ſuperfluitas.
Curt. Sen. conſ. 78. ſub nu. 7. verſ. & ſi diceretur. Barboſ.
axiom. 256. n. 10. Tuſch. lit. S. concl. 895. n. 55. & 57.
Rot. coram Seraphin. dec. 2244. nu. 7. & coram Ubald.
dec. 124. n. 21.

Quæ ſine ulla dubitatione admittenda ſunt in præ-
ſenti hypotheſi, in qua agitur de diſpoſitione facta,
non ſolùm in ſequelam, ſed etiam in adimplemen-
23 tum ipſius fundationis *Manſ. conſ. 332. num. 6. & ſeqq.*
Rot. coram Duran. dec. 147. nu. 8. & cor. Priol. dec. 381.
num. 14. & ulteriùs ipſemet Julius, quadam creduli-
tate, & errore deceptus, aliam fuiſſe Fundatoris in-
tentionem exiſtimavit, quàm ex Inſtumento funda-
dationis facti veritas demonſtret; errantis autem nul-
lus eſt conſenſus, & nulla perfecta diſpoſitio, & error
apertè convincitur ex aſſertione contenta in eodem
Inſtrumento aſſignationis, in quo ſupponitur, à Fun-
datore fuiſſe reſervatum idem Jus nominandi *hæredi-*
bus, *deſcendentibus*, *& ſucceſſoribus*, cum revera fue-
rit dumtaxat reſervatum *pro hæredibus*, *& ſucceſſori-*
24 *bus*, utì obſervant in terminis feudi *Menoch. conſ. 814.*
ſub num. 13. verſ. reſpondetur. Saminiat. contr. 12. nu-
mer. 100. Urceol. conſult. 47. n. 27. Merlin. dec. 150. n. 5.
& in terminis Juriſpatronatus *Manſ. d. conſult. 332. n.*
6. & ſeqq. Rot. cor. Duran. d. dec. 147. n. 6. & 7. Rot. co-
ram Priol. dec. 385. n. 14. & in recent. part. 19. dec. 233.
num. 15.

Quin aliquid officiant clauſulæ, *non aliàs*, *nec ali-*
ter, *nec alio modo*, adjectæ Inſtrumento aſſignationis:
Quia licèt conditionem importent, & quidem omni-
nò reſolutivam in caſibus contrariis; attamen famu-
lantur eidem principali diſpoſitioni, neque illam va-
lent extendere ad aliud genus perſonarum: Ac proin-
dè cum ex hactenus dictis, verbum illud, *deſcenden-*
tibus, accipiendum ſit in ſubjecta materia pro ſino-
nymo, & intelligendum de deſcendentibus, uti hæ-
redibus, non debet diverſam ſignificationem deſume-
re ex clauſularum quarumcunque adjectione. *Hon-*
ded. conſ. 33. numer. 50. lib. 1. Cyriac. controv. 677.
nu. 75. de Franch. deciſ. 6. num. 7. Rot. coram Gregor. 25
dec. 311. num. 5. & part. 14. rec. dec. 51. nu. 7. & part. 9.
dec. 302. n. 20. & dec. 29. n. 78. tom. 6. poſt De Luc. de
Dot.

Vel dicendum eſt, eaſdem clauſulas, tanquam adje-
ctas ſub falſo, & erroneo ſuppoſito paternæ volunta-
tis, haberi pro non appoſitis, nec poſſe alterare ipſius 26
Patris diſpoſitionem, ex adductis per *Dec. conſ. 97. n.*
6. ad med. Roland. conſ. 7. n. 111. l. 3. Menoch. conſ. 103.
n. 78. l. 1. & conſ. 378. n. 27. l. 4. Gratian. diſcept. for. 652.
num. 28.

Minoris difficultatis eſſe videtur alterum objectum,
deductum ex defectu conſenſus Ordinarii: Non ſolùm
quia neceſſarius non eſt, quoties Juſpatronatus cum
univerſitate bonorum transferatur etiam in extra-
neos, ſive id fieri contingat titulo venditionis, ſive
titulo donationis ad *Text. in capit. ex literis*, *& capit.* 27
cum ſecundum, *de Jurepatron. Vivian. d. tract. lib. 4. cap.*
5. n. 8. Card. de Luc. ibid. diſc. 19. n. 34. Pignattell. con-
ſult. 82. n. 95. Fagnan. in d. cap. ex literis, *de Jurepatron.*
num. 3. Rot. coram Dunozzett. Jun. dec. 300. num. 14. cor.
Bich. deciſ. 15. nu. 5. in rec. dec. 615. part. 19. penes Ber-
tachin. vot. 47. num. 22. & 34. & poſt Antonell. de Pri-
vileg. Cleric. dec. 29. num. 10. & 11. Sed etiam quia præ-
fatus conſenſus requiritur in alienatione veri Juriſpa-
tronatus, quód cum importet quandam ſpeciem ſer-
vitutis ſuper ipſamet Eccleſia, & ſpiritualibus ſit
annexum, timeri poſſet, nè Laici, aut cum pericu-
lo ſimoniæ, aut cum Eccleſiæ præjudicio, de eodem
diſponant, illud transferendo in perſonas inhabiles ad
Eccleſiæ defenſionem, aut ipſimet Eccleſiæ infenſas, 28
& inimicas, juxta rationes, quas expendunt *Anto-*
nell. lib. 1. cap. 13. num. 16. Pax Jordan. lib. 10. tit. 7.
num. 143.

Quamvis ſi meliorem rationem placeat inquirere,
propter quam in hujuſmodi alienationibus requira-
tur conſenſus Ordinarii, ea eſſe videtur, quia talia
Jura non ſunt in commercio, ſed tanquam prove-
nientia ex Eccleſiæ gratia, & benignitate, habent
ſpeciem Feudi, aliorumque Jurium regalium, quæ
transferre non decet de uno in alterum, abſque Do-
mini directi aſſenſu, propter reverentiam, & vene- 29
rationem ipſi debitam: niſi agatur de perſonis, quæ
ſuccedentes in univerſum Jus Poſſeſſoris, aliquo mo-
do repræſentare illum valeant, & conſequenter cenſeri,
ac reputari poſſint, tanquam ſi fuiſſent in eadem fun-
datione comprehenſæ. *Emin. de Luc. de Jure Patron.*
diſc. 19. n. 12.

Secus verò dicendum de Capellaniis Laicalibus,
quæ nullam ſuper Eccleſia ſervitutem important, ne-
que ex beneficientia, & gratia Eccleſiæ procedunt, ſed
potiùs cenſendæ ſunt pia legata, cum onere celebra-
tionis Miſſarum, provenientia ex religione, ac pie-
tate Fundatoris, & conſequenter cum deficiat ratio,
propter quam in alienatione veri Juriſpatronatus exi-
gitur conſenſus Ordinarii, dicendum eſt etiam, abſque
ipſius interventu, permiſſam eſſe earundem alienatio-
nem, ſicut admittitur in omnibus aliis Juribus, Lai- 30
cis competentibus. *De Luc. de Jurepatron. diſ. 55. n. 4.*
Rot. dec. 238. part. 5. recent. & cor. Buratt. dec. 1. n. 17.
& ſeqq. & in noſtris terminis *idem De Luc. de Jurepa-*
tron. diſc. 55. n. 9.

Quod autem in præſenti agatur de Capellania me-
rè Laicali, patet ex eo; quia in Inſtrumento Funda-
tionis expreſſa lege ſancitum eſt, poſſeſſionem, &
adminiſtrationem Bonorum, pro Dote aſſignandorum,
perpetuò reſervandam eſſe Patronis cum ſolo onere ce-
lebrationis Miſſarum, & conſervationis Altaris, &
omninò interdicendam eſſe Præsbyteris habentibus
Capellaniam; quod repugnat naturæ Beneficii, ſeu 31
Capellaniæ, verè, & propriæ Eccleſiaſticæ. *Corrad.*
in Praxi Benefic. l. 1. c. 2. n. 20. Rot. dec. 254. n. 2.
part. 2. rec. & in Firmana Beneficii 27. April. 1714. §.
Eandem quoque laicalitatem, *cor. Anſald.*

Deſumitur etiam argumentum pro concludenda
ejuſdem laicalitate ex pluribus collationibus, dein-
dè effectum ſortitis, tamquam de Laicali, cum ſcien-
tia, ac patientia Ordinarii, cujus obſervantiæ, potiſſi-
mum

Digitized by Google

mum in hac materia, plurimum eſt deferendum; Præſumitur enim optimè conſcius de ſtatu univerſæ ſuæ Diœceſis, & penitus inveriſimile apparet, ab eo permiſſam unquam fuiſſe Laicis perſonis collationem Beneficii, non ſine Eccleſiaſticæ ſupremæ Hierarchiæ
32 interverſione, & magno ſuæ Eccleſiæ præjudicio, ut aliis recenſitis firmat *Rot. poſt De Luc. de Jurepatron. in Mantiſſ. dec. 5. nu. 5.* Et ulteriùs cum pro qualitate laicali hujus Capellaniæ aliàs fuerit in Curia ipſius Epiſcopi judicatum, hæc ſententia lata ſuper ſtatu, & cum legitimo Contradictore, ejuſdem Capellaniæ qua-
33 litatem, & naturam, etiam inter alios, plenè probat ad *Text. in l. ingenuam ff. de ſtatu hominum, Schottin. de Tert. venien. ad Cauſam c. 3. n. 1. & ſeqq. Piton. diſcept. 53. n. 28.*

Nec obſtat, quòd in fundatione adhibita fuerit Epiſcopi licentia, ejuſque acceſſerit auctoritas; nam hæc, licèt ſit unum ex requiſitis, quæ intervenire debent in Beneficii fundatione; refertur tamen potiùs ad quandam rei Eccleſiaſticæ curam, & gubernationem, quàm ad veram Beneficii erectionem, quoties ex lege fundationis, & ex aliis argumentis dignoſcatur, Fundatoris intentionem fuiſſe erigendi ſimplicem Laicalem Capellaniam. *Garz. de Benef. p. 1. c. 2. ſub n. 108. Pamphil. dec. 21. n. 24. Rot. deciſ. 1122. n. 3. p. 3. diverſ. poſt De Luc. ad mater. Juriſpatron. in Mantiſſ. dec. 5. n. 15. in rec. dec. 254. n. 2. part. 2.*

Atque ita Juris eſſe cenſeo.

Carolus Nicolaus de Villanis Patritius Piſtorienſis, in Florentina Curia Advocatus.

Juxta prædicta fuit judicatum Florentiæ à Supremo Magiſtratu, referente Illuſtriſſimo D. Joanne Bonaventura Neri Badia, tunc temporis Excelſæ Rotæ Florentinæ Auditore, nunc verò REGIÆ CELSITUDINIS SERENISSIMI *COSMI III. MAGNI ETRURIÆ DUCIS in Signatura Libellorum ſupplicum gratiæ, & juſtitiæ Conſiliario meritiſſimo, prout reperitur in Actis dicti Supremi Magiſtratus ſub die 7. Martii 1718.*

R.P.D. EMERIX DECANO.

Cæſarauguſtana Juriſdictionis.

Ven. 13. Junii 1692.

ARGUMENTUM.

Exemptio Eccleſiæ Regularis ceſſat in caſu, de quo agitur, tum ob declarationem illius Cathedralitatis, tum ob Secularizzationem.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, quæ antea ſemper fuit in opinione ſimplicis Collegiatæ, per declarationem qualitatis Cathedralis, transformata dicitur in novum Corpus cum novo capite, quod eſt Epiſcopus*, & n. 8.
2 *Declaratio quando conſtituat novitatem, ſeu mutationem.*
3 *Stante prædicta Eccleſiæ transformatione, ceſſat illico quævis illius exemptio, & redditur ratio.*
4 *Eccleſia Cathedralis facit unicum Corpus cum Epiſcopo.*
5 *Et eidem Epiſcopo Spirituali conjugio copulatur*, & num. 12.
6 *Adeo ut ipſa dicatur in Epiſcopo, & Epiſcopus in ipſa, adinſtar viri, & uxoris, qui dicuntur una caro.*
7 *Privilegium corruit ex defectu intentionis concedentis.*
9 *Erectio alicujus Eccleſiæ in Cathedralem præſumitur facta ſine præjudicio tertii, vel etiam ipſius Eccleſiæ, quæ in Cathedralem erigitur.*
10 *Viſitatio, & correctio Cathedralium, & Capitulorum, ſpectat ad Epiſcopum, non obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, & conſuetudinibus in contrarium.*
11 *Reprobatur* Card. de Luc. de Præemin. diſc. 3. num. 16.
13 *Eccleſia Cathedralis eſt Sponſa Epiſcopi.*
14 *Spirituale tamen conjugium Epiſcopi cum Eccleſia hoc amplius habet, ut Eccleſia Epiſcopo ſubdatur etiam quoad imperium, & Juriſdictionem.*
15 *Eccleſia Cathedralis dicitur magis conjuncta cum Epiſcopo, quam non ſunt aliæ Eccleſiæ, ſeu Loca pia.*
16 *Cauſa occaſionalis, & impulſiva, non variat ſubſtantiam actus.*
17 *Explicatur* tex. in cap. cum inferior, de majorit. & obed.
18 *Solatio, quæ fit nomine Componendæ, nunquam æquivalet valori privilegii.*
19 *Ubi verè apparet defectus intentionis in concedente privilegium, de illo poteſt Judex cognoſcere, non ſtantibus effrænatis clauſulis, in eodem privilegio appoſitis.*
20 *Exemptio, conceſſa Eccleſiæ, ex cauſa finali Regularis inſtituti, ceſſat deficiente Regularitate.*
21 *Declarantur Auctoritates contrariæ.*
22 *Cauſa finalis tunc ſolum præſtat privilegii ceſſationem, quando cauſa deficit contrariè, ſecus quando negativè.*
23 *Regularitas in caſu: de quo agitur, ceſſare dicitur contrariè potiùs, quàm negativè.*

24 *Reſpondetur objecto præſervativæ privilegiorum, & exemptionum, in Bulla Secularizzationis contentæ.*

DECISIO LXIII.

QUoniam in Deciſione edita ſub die 8. Februarii proximè elapſi firmatum fuit, privilegium Exemptionis anno 1588. conceſſum per ſan. mem. Sixtum V. Eccleſiæ Beatæ Mariæ del Pilar, non obſtare Reverendiſſimo Archiepiſcopo, quo minus ipſe viſitare valeat Eccleſias S. Salvatoris, & B. Mariæ, Cathedralem Metropolitanam Cæſarauguſtanam nuncupatas, earumque novum Capitulum, ac in eiſdem Eccleſiis, & contra idem Capitulum omnimodam Ordinariam Juriſdictionem exercere, ac reſpectivè procedere juxta formam Sac. Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6.* cum fundamento, quòd illud jamdiù caducatum, ac reſolutum fuerit per geminos caſus, in eadem Eccleſia B. Mariæ, ſubſecutos, nempè declarationis ejus Cathedralitatis, ac ipſius Secularizzationis; Capitulum in hodierna Cauſæ repropoſitione totum laborabat in oſtendenda inſubſiſtentia hujuſmodi fundamenti, contendendo per ſubtiles ponderationes, & argumenta, quòd neuter ex præfatis caſibus operetur de jure caducationem, ac reſolutionem privilegii exemptionis. Sed his minimè refragantibus, placuit iterùm Dominis fundamentum deciſionis, quàm proindè confirmandam eſſe reſponderunt.

Subſiſtit etenim caducatio, ac reſolutio privilegii
Exemptionis per utramque ſuperiùs memoratum caſum, tam declaratæ Cathedralitatis Eccleſiæ, quàm
etiam ipſius Secularizzationis. Per caſum, inquam,
declaratæ Eccleſiæ Cathedralitatis, quia cum Eccleſia per quingentos circiter annos ante hujuſmodi de-
clarationem ſemper fuerit in opinione ſimplicis Colle- 1
giatæ, & immediatè ſubjecta Priori Regulari, per
declarationem qualitatis Eccleſiæ Cathedralis, transformata fuit in novum Corpus cum novo Capite,
quod eſt Epiſcopus, ut notant communiter Canoniſtæ *in cap. cum inferior, ac ſignanter Innocent. numer.
2. Hoſtien. num. 12. Abb. numer. 1. verſ. ſed hæc ſolutio,
de majorit. & obedient. Grattian. diſcept. foren. 458. numer. 9. & ſequitur Rota in Lauretana Juriſdictionis impreſſa dec. 313. numer. 9. & ſeq. part. 4. rec.* Non obſtante, quòd declaratio de ſui natura non faciat novitatem, ſeu mutationem, quia ſecus eſt in caſu
diverſæ praxis; & obſervantiæ præcedentis ipſam 2
declarationem, nam in his terminis declaratio dicitur novativa, ſeu immutativa, ſi non inſpecto primordio veritatis, ſaltem ſucceſſivo uſu, & opinione,
ut declarat *Jaſ. in leg. non dubium, num. 11. Cod. de legibus.*

Stante autem hac Eccleſiæ transformatione in novum Corpus cum novo Capite quoad ſolam etiam actualitatem, & æſtimationem, corruit illico quævis
ejus exemptio, tum ex naturali incompatibilitate, 3
quòd unum Corpus, quod, ut præfertur, debet actu
ſubeſſe Epiſcopo, tanquam Capiti, poſſit inſimul ſu-

beſſe alteri Capiti, ſeu Superiori, ut dicitur *in can. in unaquaque 21. quæſt. 2. can. in apibus 7. quæſt. 1. & ponderant Authoritates mox allegatæ*: Tum etiam ex defectu intentionis Papæ, qui tribuit exemptionem Eccleſiæ tanquàm Collegiatæ, non autem tanquam Cathedrali. Si enim Papa ſciviſſet illam eſſe Cathedralem, exemptionem ipſi non conceſſiſſet, aut certè longè difficiliùs ob peculiarem naturam, & 4 conditionem Eccleſiæ Cathedralis, quæ cum Epiſcopo facit unicum Corpus: *cap. novit., de his quæ fiunt à* 5 *Prælato &c.* atque eidem Epiſcopo ſpirituali conjugio copulatur: *cap. cum inter Canonicos, de elect. & cap. inter corporalia, de translat. Prælat.* adeout ipſa dicatur in Epiſcopo, & Epiſcopus in ipſa, quemadmo-6 dum vir, & uxor dicuntur una caro: *cap. ſicut vir.* 7 *7. quæſt. 1.* quod ſufficit, ad hoc, ut privilegium ceſſet ex defectu intentionis. *capit. cæterum, de reſcript.* cum aliis adductis in præterita Deciſione §. *Declarata* & nuper *in Aleſien. Parochialis 5. Maji proximè tranſacti, coram Me*.

Non obſtat motivum noviter adductum pro parte Capituli, quòd ſcilicet actus, qui per Epiſcopum exercentur in Eccleſia Cathedrali, ſint in duplici differentia; Alii enim Epiſcopo competunt in Cathedrali, qua Cathedralis eſt, ac ex peculiari inſtituto, & eſſentia Cathedralitatis, cujuſmodi ſunt retentio Sedis Epiſcopalis, celebratio Synodi, obedientia, reverentia, Collatio Ordinum, benedictio Chriſmatis, & Olei Sancti, ac ſimilia; Alii verò eidem Epiſcopo competant in Cathedrali, non ſimpliciter qua Cathedralis eſt, ſed generaliter, qua eſt una ex Eccleſiis ſuæ Diœceſis, ratione univerſalis dominii, & Juriſdictionis, quod in eas habet, prout ſunt Viſitatio, Collatio Beneficiorum, & alia, quæ non dicunt ſpecialem relationem, ſeu connexionem cum ipſa Cathedralitate, quòdque per declarationem qualitatis Eccleſiæ Cathedralis privilegium exemptionis expiret ſolùm quoad primum genus actuum, quorum reſpectu privilegium dicitur incompatibile cum novo ſtatu Cathedrali, tanquam implicans diſtractionem qualitatis ſubſtantialis Eccleſiæ, ac privationem Cathedræ, & Epiſcopum faciens non Epiſcopum. Secus autem quoad ſecundum, quorum reſpectu nulla ſubeſt incompatibilitas privilegii in Eccleſia Cathedrali, prout non ſubeſt in aliis Eccleſiis inferioribus, in quibus illi explicantur eodem prorſus jure, quo in Eccleſia Cathedrali.

Siquidem, quicquid ſit de veritate hujuſmodi diſtinctionis actuum in abſtracto, illa redditur inapplicabilis in concreto caſus noſtri ex duplici ponderatione: Prima ſcilicet, quod hic non agitur de duobus privilegiis diſtinctis, ac ſeparatis, quorum unum præſeferat exemptionem ab his, quæ ſunt de ſubſtantia, & jure Cathedræ, aliud verò ab his, quæ ſunt de ſimplici dominio, & Juriſdictione, in quibus terminis intrare poſſet inſpectio, utrùm per ſupervenientiam Cathedralitatis caducum fieret primum dumtaxat, an etiam ſecundum: ſed agitur de unico privilegio, complectente univerſitatem exemptionis ab omni Ordinaria Juriſdictione, ac Viſitatione, exceptis ſolùm concernentibus Curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum; Cumque hæc uniververſitas ſit quid individuum, ſequitur quòd ſi ad ſenſum Capituli privilegium reſolvitur quoad actus reſpicientes conſtitutiva Catedræ, ratione individuitatis cauſæ reſolvi debeat etiam quoad alios, profluentes ex ſimplici dominio, & Juriſdictione, idque clarè colligitur ex cenſura ipſiuſmet *cap. cum inferior, de major. & obed.* quod eſt magiſtralis, & unica ſedes noſtræ materiæ, in cujus caſu Archidiaconus, qui in Archidiaconatu Monaſterium habebat ſibi ſubjectum poſt Monaſterii erectionem in Cathedralem re-8 jectus fuit ab omni genere Juriſdictionis in nova Eccleſia Cathedrali, nulla facta diſtinctione inter actus involventes ſubſtantiam Cathedræ, vel potiùs Dominium, & Juriſdictionem immo factus fuit novæ Eccleſiæ, ac novi Epiſcopi ſubditus, ut ſcribit *Hoſtien. in d. capit. cum inferior, numer. 13. Jo: Andr. numer. 12. Abb. in fin. verſ. quinimmo. Pirkingh. in Jus Canon. lib. 5. tit. 33. ſect. 1. §. 3. num. 30. verſ. Hinc ſequitur*.

Et ſecunda, quòd ratio compatibilitatis, vel incompatibilitatis privilegii cum novo ſtatu Eccleſiæ Cathedralis, ponderari dumtaxat ſolet, & debet, quoties quæſtio eſt de nova erectione Eccleſiæ in Cathedralem, quia cum erectio præſumi debeat facta ſine præjudicio tertii, vel etiam ſine præjudicio Eccle-9 ſiæ, quæ in Cathedralem erecta fuit, juxta *Text. in cap. Cum olim, de cenſib. & in eodem cap. Cum ſuperior, verſ. Abſque alieni juris præjudicio*, & ibi *Gonzal. num. 2.* privilegium in Eccleſia competens alicui tertio, vel etiam Eccleſiæ ex præſumpta voluntate Papæ, cenſetur ipſis præſervatum, niſi ſit incompatibile cum novo ſtatu Cathedrali; Et hi ſunt termini, in quibus, præciſo *Lezzana*, qui hac in re procedit abſque fundamento Juris, loquuntur omnes Authoritates in oppoſitum cumulatæ; at ſecus eſt quoties quæſtio (prout in hoc caſu) eſt de privilegio conceſſo Eccleſiæ tanquam ſimplici Collegiatæ, quam deinceps compertum fuit eſſe Cathedralem, itaut principaliter dubitetur de voluntate honorandi Eccleſiam Cathedralem: Nam in his terminis non hoc mordicùs inſpici debet, an privilegium ſit compatibile, vel incompatibile cum novo ſtatu Eccleſiæ Cathedralis, ſed an ipſummet privilegium, quòd conceſſum fuit Eccleſiæ tanquam Collegiatæ, fuiſſet æquè facilè conceſſum Eccleſiæ Cathedrali, quod utique nunquam affirmari valet ob præmiſſam rationem unicitatis Corporis, & Conjugii Spiritualis, quod ſupra cæteras Eccleſias habet Cathedralis Eccleſia cum Epiſcopo: Præſertim poſt Sacrum Concilium Tridentinum, quod ſpeciali cura, ac ſtudio, Viſitationem, & correctionem Cathedralium Eccleſiarum, atque Capitulorum, Epiſcopis reſtituit, & com- 10 mendavit, abolendo quaſcunque contrarias Exemptiones, & Conſuetudines etiam immemorabiles, *ut in ſeſſ. 25. de reformat. cap. 6.* ac poſtquam ipſemet *Sixtus* in privilegio, de quo agitur, ad normam ipſius Sacri Concilii excepit ab exemptione concernentia Curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, qui proindè eo minus videri poteſt eidem Concilio derogaſſe, cui ſe conformavit.

Nec quicquam movet, quod Spirituale Conjugium, quod Epiſcopus contrahit cum Eccleſia, non ſit intelligendum cum materiali Eccleſia Cathedrali, ſed cum Eccleſia formali, ex omnibus Diœceſis Eccleſiis, ac Populo conſtituta. Quoniam, quicquid in 11 hoc puncto dixerit *Card. de Luc. de Præminen. diſc. 3. num. 16.* forſan ad opportunitatem Cauſæ, in qua ſcribebat, vinculum hujus Spiritualis Conjugii eſt 12 ſolùm cum Eccleſia Cathedrali, conſtante ex materia tanquàm corpore, ac ex Capitulo, tanquàm anima, non autem cum aliis Eccleſiis, ac Populo Diœceſis, quæ ſe habent ad inſtar filiarum, & ſubditorum, ut quoad Eccleſias patet, *ex cap. Requiſiviſti §. Secus autem*, ibi -- *Quoniam non eſt tanta communio inter Epiſcopum, & inter Capellas, vel Monaſteria, ſeu alia Loca Pia, quanta eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam Cathedralem, cui eſt Spirituali Conjugio copulatus, de Teſtamen.* Et quo ad alios de Populo, *ex capit. Inter corporalia, §. Sicut*, ibi *Inter perſonas eligentium, & electi, Conjugium ſit ſpirituale contractum, de translat. Epiſcop.* prout etiam vulgò Doctores Cathedralem 13 ſolùm Eccleſiam vocant Epiſcopi Sponſam, ut videre eſt apud *Butr. conſ. 10. nu. 3. Ancharan. conſ. 186. numer. 1. Caſſan. in Cathalog. Glor. Mund. 4. part. conſiderat. 32. argum. 7. Franc. de Eccleſ. Cathed. cap. 6. num. 107. & ſeq.* non attenta replicatione, quòd ſi peculiariter Eccleſia Cathedralis eſt Epiſcopi Sponſa, ratio Conjugii poſtulet, quòd illa regatur ſolùm amore Paſtorali, non autem Imperio, & Juriſdictione; quia hoc ampliùs habet Spirituale Conjugium 14 inter Epiſcopum, & Eccleſiam, quod ipſam Epiſcopo ſubjicit etiam quoad Imperium, & Juriſdictionem, juxta *Text. in cap. 1. in princip. & §. 1. de cenſibus. cap. 1. & cap. Irrefragabili, de Offic. Ordin. & cap. cum Epiſcopus, eodem tit. in 6.* itaut quæ reſpectu Conjugii temporalis foret abſurditas privare virum aliquo obſequiorum genere, quod ſibi competit in uxorem, ea etiam reſpectu Conjugii Spiritualis ſit privare Epiſcopum Imperio, & Juriſdictione, quod habet in ſuam Eccleſiam.

Prout

Prout nec turbat, quòd Sacrum Concilium Triden-
tinum in *d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.* æqualiter obſtet
exemptioni à Viſitatione, & Correctione Epiſcopo-
rum, tam in Eccleſiis Cathedralibus, quàm in Ec-
cleſiis Collegiatis, ibi — *In omnibus Eccleſiis Cathedra-
libus, & Collegiatis &c.* quaſi quòd dum Papam non
retraxit ab exemptione qualitas Eccleſiæ Collegiatæ,
veriſimile ſit, quòd nec etiam ipſum retraxiſſet, aut
difficiliorem præbuiſſet qualitas Eccleſiæ Cathedralis:
Maximè quia exemptio conceſſa fuit ex cauſa litium,
vertentium inter Archiepiſcopum, & Eccleſiam, quæ
ſolent eſſe cauſæ eximendi Eccleſias etiam Cathedra-
les. Quoniam par quidem eſt obſtantia Concilii quoad
25 exemptionem præfatam in Eccleſiis Cathedralibus, &
Collegiatis, ſed non par in utraque Eccleſiarum ſpe-
cie illius ratio. Non enim (ut ſunt verba præallega-
ti *Text. in cap. Requiſiviſtis, de teſtam.*) *Eſt tanta com-
munio inter Epiſcopum, & inter Capellas, vel Monaſte-
ria, ſeu alia Loca Pia, quanta eſt inter Epiſcopum, &
Eccleſiam Cathedralem, cui eſt Spirituali Conjugio copula-*
26 *tus*, nec cauſa litium variat ſubſtantiam exemptio-
nis, cum fuerit cauſa occaſionalis, & impulſiva, non
autem motiva, & finalis, quæ, ut latè probatum
fuit in præterita Deciſione *§. Nec ambigi, & ſeqq.*)
fuit ſolùm ratio inſtituti, & obſervantiæ Regularis.

Sublato igitur ex his præmiſſo novo motivo, atque
omnibus animadverſionibus factis in illius corrobora-
tionem, facilè corruunt objecta denuò repetita, non
enim relevat, quòd *Text. in cap. Cum Inferior, de ma-
jorit. & obedient.* firmans, Eccleſiam Monaſterialem,
ſitam intra limites Archidiaconatus, per ejus erectio-
nem in Cathedralem ſolvi à Juriſdictione Archidiaco-
ni, eam ſolùm rationem alleget, quòd abſurdum ſit,
ut inferior poteſtatem exerceat in Superiorem, quòd-
que proindè ceſſare debeat ejus diſpoſitio in caſu,
quo, prout hìc, Eccleſia præcedenter ſubjecta erat
Superiori, videlicet ipſi Papæ. Quoniam ultra reſ-
reſponſionem prædicto Textui datam in priori Deci-
27 ſione, ponderatum fuit, quòd Textus nititur etiam
aliæ rationi efformationis novi Corporis cum novo Ca-
pite, inſinuatæ *in cap. Cum Cleric. de V. ſignificat.* ibi —
*Et ſi Capitulum intelligatur Eccleſiæ Cathedralis, is tamen,
qui præſtat hujuſmodi juramentum, Epiſcopo, tanquam Ca-
piti, principaliter obligatur*, prout illum interpretando
obſervant *Innocent. Hoſtienſ. Abb. ibidem, numeris ſupe-
riùs allegatis*, quæ ratio æquè locum ſibi vindicat in
caſu præcedentis Eccleſiæ ſubjectionis inferiori, ac
ſuperiori. Deindè quod Textus loquitur de nova ere-
ctione in Cathedralem, & ſic in caſu, in quo nullus
erat allegabilis defectus intentionis concedentis adver-
ſus privilegium, quod ſecus eſt (ut præfertur) in ca-
ſu Cathedralitatis, tempore conceſſionis ignoratæ, ac
poſtea detectæ. Nec pariter urget, quòd privilegium
non ſubſit revocationi, tanquàm conceſſum ex cauſa
oneroſa, prævia ſcilicet ſolutione notabilis pecunia-
rum ſummæ titulo Componendæ, quia, præter quod
ſemper recurrit defectus intentionis, qui obiici poteſt
adverſus quodcunque genus privilegii, adhuc ceſſat
etiam titulus oneroſus ex eo, quòd ſolutio, quæ fit
28 nomine Componendæ, nunquam æquivalet privilegii
valori, ut præter allegatos in præterita Deciſione,
tradita *Gonz. ad Regul. VIII. Cancell. gloſſ. 28. n. 27.* Nec
demum adverſantur effrænatæ clauſulæ, quòd adver-
ſus privilegium dari nequeat de ſubreptione, & obre-
ptione, ac defectu intentionis; quoniam hæ ſemper
famulantur Gratiæ, & cum ea evaneſcunt, neque 19
impediunt, quo minùs Judex, ubi verè defectus in-
tentionis adeſt, de illo cognoſcat, ut firmant *Decius
conſil. 199. num. 6. Lap. allegat. 7. in fine. Mareſcott. va-
riar. reſolut. lib. 2. capit. 1. nu. 169. Rota dec. 84. n. 10.
verſ. non obſtat, poſt ſecundum Volumen Conſiliorum Fari-
nacci*.

Per caſum denique Secularizzationis ſubſiſtit pari-
ter caducatio, ac reſolutio privilegii Exemptionis,
quia cum ex latè firmatis in priori Deciſione Exem-
ptio conceſſa fuerit Eccleſiæ Regulari, & Monachis 20
in ea degentibus, ex cauſa finali Regularis Inſtitu-
ti, quod in illa vigebat, ceſſante in Regularitate,
ceſſat exemptio, juxta *Text. in capit. Abbate, ubi com-
muniter Scribentes, de verbor. ſignific. Rebuff. conſ. 105.
verſ. ſecundus caſus, cum aliis adductis in dicta Deci-
ſione §. Ex facto*: Quibus non obſtant plures in con-
trarium adducti, quia loquuntur, & procedunt in E-
xemptione conceſſa, vel Loco, vel Ordini, vel utriſ- 21
que, abſque tamen peculiari contemplatione, & fi-
nali reſpectu ad ipſam Regularitatem. Neque officit,
imò potiùs favet diſtinctio, quam faciunt *Suarez de
Legib. lib 8. cap. 30. num. 6. & 7. Pirkingh. in Decre-
tal. lib. 5. tit. 33. ſect. 6. §. 1. verſic. Limitatur tertiò*,
quòd defectus cauſæ finalis tunc ſolùm præſtet privi-
legii ceſſationem, quando cauſa deficit contrariè; ſe- 22
cus quando negativè: quoniam utique in hac hypo-
theſi ceſſaſſe videtur prorſus contrariè, quia nempè
exemptio, quæ in Statu Regularitatis videri potuit ra-
tionabilis, & juſta, in ſtatu Secularitatis evaſit irra-
tionabilis, & iniqua, tanquàm ſubtrahens Cathedra- 23
lem Eccleſiam, Epiſcopi Sponſam, ab illius Juriſdi-
ctione, ac Viſitatione, quodque plus eſt, non modò
ipſammet Eccleſiam Beatæ Mariæ, verùm etiam ra-
tione illarum unionis, & incorporationis, etiam alte-
ram Cathedralem Eccleſiam Sancti Salvatoris.

Nec recurri valet ad preſervativam privilegiorum,
& exemptionum, contentam in Bulla Secularizzatio-
nis, quia illa ſtatim modificata fuit, *quoad ea, quæ
ſunt in uſu, nec revocata, nec ſub generali revocatione
comprehenſa, nec ſtatui ſeculari, & Sacris Canonibus, &
Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non Concilii Tridentini de-
cretis, adverſantur*. Non attenta replicatione, quòd
nec Statui Seculari, nec Sacris Canonibus, & Con-
ſtitutionibus Apoſtolicis, neque Concilii Tridentini
Decretis, adverſa dici poſſit Exemptio, de qua agi-
tur, tanquàm munita privilegio Papæ, qui omnia po-
teſt ſupra quoſcunque Canones, & Concilia. Quo- 24
niam quotieſcunque Canones, & Conſtitutiones, at-
que Concilia non ſunt generaliter abrogata, ſeu abo-
lita, ſemper dicuntur exemptioni reſiſtere, licèt aliàs
eorum reſiſtentia propter authoritatem Papæ reddatur
inefficax. Ultra quod ſi intellectus iſte ſubſiſteret, ina-
nis prorſus, & ſupervacua fieret modificatio præfata,
& contra mentem Papæ, qui per ipſam intendit re-
formationi; Nullum enim eſſet privilegium, quan-
tumvis exorbitans (quod eſſe non poſſet niſi Apoſto-
licum) quod non eſſet præſervatum.

Et ita deciſum fuit, utraque.

Finis Deciſionum, & Votorum Tomi Primi.

INDEX

INDEX
RERUM, ET VOTORUM
Quæ in TITULIS, & ANIMADVERSIONIBUS, nec non in DECISIONIBUS, & VOTIS DECISIVIS hujus PRIMÆ PARTIS continentur,

A

ABBAS.

NOMEN Abbatis, attenta ejus origine, propriè conveniebat Capiti Monachorum, & quale erat illius Officium, *tit.* 2. *num.* 13. *lib.* 1. pag. 6

Aſſumptum deinde fuit à Prima Dignitate Eccleſiæ Secularis, *ibid. n.* 14. 6

Abbas Infulatus præfertur Abbati antiquiori, non habenti tale privilegium, *tit.* 8. *n.* 19. *dicto lib.* 1. 33

Quot ſint ſpecies Abbatum, *tit.* 9. *n.* 6. *d. lib.* 1. 36

Alii nulli ſubſunt Epiſcopo, ſed habent Juriſdictionem Ordinariam, & ſunt propriè Prælati, *ibidem ſub d. num.* 6. 36

Alii ſunt exempti à Juriſdictione Epiſcopi quoad eorum perſonam tantùm, & præferuntur non exemptis, *ibidem num.* 7. 36

Alii verò ſunt omninò ſubjecti Epiſcopo habent ex privilegio uſum Pontificalium, *ibidem num.* 8. 36

Hujuſmodi Abbates minores, ſi ſint Capita Eccleſiarum Collegiatarum, appellantur Prælati, & præcedunt Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, & quando, *ibidem n.* 9. pag. 36., *& Animad. ad tit.* 9. *n. final.* 39

Inter Abbates, cæteris paribus, antiquior præfertur, *ibidem num.* 10. 36

Abbates vocantur in aliquibus Locis Rectores ſimplices Eccleſiarum, nulla tamen gaudent prærogativa, etiamſi agatur de Eccleſia, ubi cantetur Miſſa, & Horæ Canonicæ, *ibidem num.* 11. 36

Nomen Abbatis idem ſonat, ac Paternitas, *d. Animadv. ad tit.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. 38

Abbates Regulares, ac omnes Monachi, in ſui origine Epiſcopis ſubdebantur, *ibidem num.* 4. 38

Ideoque, præciſa ſpeciali exemptione, tenetur Abbas promittere Epiſcopo obedientiam, & reverentiam, *ibidem num.* 5. 38

Abbates, cæterique Regulares conſecuti ſunt immunitatem ab Ordinaria Epiſcoporum Juriſdictione ſub *D. Gregorio Magno*, *ibidem num.* 6. 38

Solùmque Ordinariis remanſit Jus exercendi Juriſdictionem delegatam in certis, ac determinatis caſibus, *ibidem num.* 7. 38

Confirmatio electionis Abbatum, juxta veterum Canonum ſanctionem, competebat Epiſcopis, in quorum Diœceſi eorum Monaſteria ſita erant, *ibidem numer.* 8. 38

Uſus Pontificalium, qui ex privilegio, ſeu conſuetudine immemorabili competit Abbatibus, ſi Locus non ſit cum qualitate Nullius, non extenditur ultra ſepta Monaſterii, *ibidem num.* 9. 38

Prohibetur verò etiam intra ſepta Monaſterii, in præſentia Epiſcopi, intra cujus Diœceſim eſt Locus, *ibidem num.* 12 39

Abbates tam Regulares, quàm Seculares, ad Concilia Generalia vocari, non conſtituunt votum Deciſivum, niſi tres ſimul ex ipſis in eandem ſententiam conveniant, *ibidem num.* 25. *&* 26. 39

Abbas in favorabilibus venit appellatione Canonicorum, ſecus in odioſis, *tit.* 13. *num.* 20. *d. lib.* 1. 54

Abbas, qui ſuæ Abbatiæ renunciavit, quem locum in Choro habere debeat, *tit.* 3. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 2. 83

Quid de illo, qui fuiſſet, ob culpam, Abbatia privatus, *ibidem num.* 6. 83

Reliqua ſupple in *Verbo Regulares*, & *Exemptio*.

ACTA.

Quæ non ſunt de Actis, dicuntur eſſe extra mundum, *dec.* 35. *num.* 6. 247

ACTOR.

Sequitur Forum Rei, *tit.* 16. *num.* 13. *lib.* 1. 71

ACTUS.

Multiplicitas actuum excludit præſumptionem, quòd precario geſti fuerint, *Animadv. ad tit.* 1. *n.* 14. *lib.* 1. 4

Et ſufficit, quòd continuati fuerint per ſpatium decem annorum, *ibidem num.* 15. 4

Actus voluntarii, & facultativi, non ſunt apti ad inducendam obligationem, non obſtante quolibet temporis curſu, *Animadv. ad tit.* 13. *n.* 23. *d. lib.* 1. 70

In dubio, an actus proceſſerit ex mera voluntate, vel potius ex obligatione, ſumenda eſt interpretatio, quæ favet Eccleſiæ, *ibidem num.* 24. 70

Multiplicitas actuum, per diuturnum tempus continuatorum, excludit præſumptionem voluntarii, *ibidem num.* 25. 70

Actus conſecutivus tribui debet mandanti, non exequenti, *dec.* 1. *num.* 6. 146

ADJUNCTI.

Diſpoſitio Conciliaris circa materiam Adjunctorum, locum non habet, niſi in Capitulis, exemptis ab Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi ante ipſum Concilium, *dec.* 32. *n.* 2. *&* 3. pag. 237. *& dec.* 34. *n.* 1. *&* 2. 242

Et nihil de novo conceſſit Epiſcopis, ſed illorum Ordinariam Juriſdictionem excitavit, *deciſ.* 32. *numer.* 2. 237

Electio Adjunctorum non competebat de Jure Communi Capitulis exemptis, *ibidem num.* 7. 237

An Epiſcopus de Jure Communi in Cauſis Criminalibus, & correctione Capitularium, teneatur requirere conſilium, ſeu potiùs conſenſum Capituli, Doctores confusè, ac variè locuti ſunt, *ibidem num.* 8. *&* 9. 237

Exemptio ab Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi ante *Concil. Trid.* eſt à Capitulo concludenter probanda, *ibidem num.* 10. 237

Quid requiratur, ad effectum inducendi in ſubjecta materia conſuetudinem, exemptivam ab Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi, *ibidem num.* 11. 237

Actus, per Capitulum geſti pro levibus delictis, quorum cognitio indulgetur Capitulis, potiùs favent Epiſcopis, *ibidem num.* 14. 238

Ex hujuſmodi conceſſione, limitatè facta favore Capituli ad leves exceſſus, ſalva remanet Juriſdictio Ordinarii quoad caſus graves, *ibidem num.* 17. 238

Uſu Adjunctorum valde minuitur Auctoritas Epiſcopalis, *ibidem num.* 29. 239

Longa conſuetudo liberè procedendi abſque Adjunctis eſt attendenda ad favorem Epiſcopi, etiam poſt *Concil. Tridentinum*, *ibidem num.* 30. 239

Neque requiritur ſcientia, vel patientia Capituli, *ibidem num.* 31. 239

Privilegio electionis Adjunctorum per non uſum præſumitur renunciatum, *ibidem num.* 32. *&* 33. pag. 239. *& dec.* 34. *num.* 25. 246

Capitulum, rejectum in turbatione Juriſdictionis Epiſcopalis, ſi ſciens, & patiens acquieſcat, fortior redditur obſervantia privativæ Juriſdictionis favore Epiſcopi, nedum ante, ſed etiam poſt *Concil. Tridentinum*, *ibidem num.* 34. 239

Conſuetudo procedendi in Cauſis Criminalibus Capitularium ſine conſortio Epiſcopi, debet à Capitulo probari cum requiſitis immemorabilis, vel quadragenariæ cum titulo, *dec.* 34. *num.* 13. 244

Et ad hunc effectum neceſſe eſt, quòd *Teſtes* deponant ſuper 40. annos de viſu, *ibidem num.* 18. 245

Subdu-

Subduci tamen debet tempus abſentiæ dictorum *Teſtium* à loco, *ibidem num.* 19. 245

Privilegium Adjunctorum curſu centenariæ valet ab Epiſcopo præſcribi, *ibidem num.* 23. 245

Concil. Trident. cap. 6. *ſeſſ.* 25. *de reform.* ubi derogat conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, reſpicit favorem Epiſcoporum, *ibidem num.* 24. 246

Valet conſuetudo præſcripta, quòd Epiſcopus in inquirendo, puniendo, & corrigendo Subditorum exceſſus, ſui Capituli conſilium inquirere non teneatur, *ibidem num.* 26. 246

Licèt beneficium Adjunctorum ſit facultativum, tamen per non uſum curſu centum annorum amittitur, *ibidem num.* 27. 246

Et ex lapſu hujus longiſſimi temporis præſumitur monitio, ſcientia, & patientia Capituli, *ibidem numer. final.* 246

In Cauſis Capitularium tenetur Epiſcopus procedere de conſilio, & aſſenſu duorum Canonicorum, cum Notario ipſius Epiſcopi, & in ejus Domo, aut conſueto Tribunali, *deciſ.* 39. *num.* 15. 257

ADMINISTRATOR.

Vide in *Verb. Rationum redditio*, & *Epiſcopus quoad redditionem rationis adminiſtrationum.*

ADOPTIVUS.

Filii adoptivi regulariter non veniunt ſub appellatione Filiorum, & quare, *dec.* 61. *n.* 33. & 34. 338

ÆQUALIS, & ÆQUALITAS.

Æqualis habitu, & ordine in ſedendo, & incedendo, parem omnium exigit præeminentiam, *animadv. ad tit.* 8. *num.* 9. *lib.* 1. 34

Idem dicendum ex paritate tractatus, & conventionum, *dec.* 18. *ſub num.* 46. 194

ALIENATIO.

Vide in *Verb. Eccleſia*, & *Unio*.

ALIMENTA.

Regulantur juxta conditionem, & qualitatem perſonæ, *tit.* 6. *num.* 6. *lib.* 1. 23

ALMUTIA, ſeu ALMUTIÆ.

Uſus Almutiarum, ſeu aliorum ſimilium Indumentorum, conceſſus Doctoribus, ſeu Graduatis, cenſetur perſonalis, ac propterea illis ubique permiſſus eſt, cum prærogativa præcedentiæ, *animadv. ad tit.* 13. *num.* 25. *lib.* 1. 36

Cætera vide in *Verb. Canonici quoad habitum Choralem*, & *Epiſcopus quoad proprium habitum*.

ALTERNATIVA.

Non reprobatur in Jure Pontificio Alternativa inter Patronos circa exercitium Juris præſentandi, *dec.* 21. *num.* 2. 164

AMBITIO.

Quid ſit, *tit.* 1. *num.* 17. *lib.* 1. 2

ANIMA.

Eſt valde pretioſior Corpore, *tit.* 10. *n.* 25. *l.* 2. 118

ANNIVERSARIA.

Cuique liberum eſt Anniverſaria, & onera Miſſarum, in qualibet Eccleſia, ſibi benè viſa, pro defunctis relinquere, *dec.* 30. *num.* 2. 232

Fundatio Anniverſariorum, vel onera Miſſarum, non eſt de Juribus Parochialibus, *ibid. n.* 4. & 6. 232

Vide in *Verb. Cathedralis Eccleſia*, *Parochus quoad Quartam funeralem*, & *Maſſa Anniverſariorum*.

ANNUS.

Annale initium diverſimodè regulatur, & quæ ſit hujuſmodi diſcrepantia, *dec.* 18. *num.* 95. 203

ANTIQUIOR.

Commune eſt in omnibus Officiis, ut ille dicatur antiquior, qui priùs adminiſtrationem conſecutus eſt, & affertur exemplum, *dec.* 59. *num.* 55. & *ſeqq.* 331

APPELLATIO.

Aud detur in Judiciis executivis, *dec.* 17. *n.* 3. & 4. 182

Fit communis Appellanti, & Appellato, ita ut alter poſſit petere Sententiam reformari in melius ad ſui favorem, *dec.* 18. *num.* 5. 187

Appellare licet, omiſſo medio, ad Summum Pontificem, *ibidem num.* 71. 198

Appellatio ſupponit gravamen judiciale, *ibidem numer.* 72. & 127. 198

Datur aſcenſus in appellando ab Epiſcopo ad Metropolitanum, *ibidem num.* 73. 199

In rebus, concernentibus ſervitium Dei, bonumque regimen Eccleſiæ, & Animarum, locus non eſt recurſui in ſuſpenſivo, ſed tantùm in devolutivo, *dec.* 31. *numer.* 18. 234

Maximè ſtante clauſula *non retardata*, ſolita apponi in Commiſſionibus Cauſarum; *ibidem num.* 19. 234

Quando agitur de materia Eccleſiaſtica, omnia Acta, ex diſpoſitione *Concilii Tridentini*, tranſportanda ſunt coram Judice Appellationis, *dec.* 36. *n.* 4. 248

Ita ut defectus etiam irrelevantium vitiet actum tranſportationis, & ceſſare faciat Juriſdictionem in Judice Appellationis, *ibidem num.* 5. 248

Immò ſi non reperiatur Regiſtrum Actorum, ſufficit ſola poſſibilitas, *ibidem num.* 6. 248

Idque facit, ut non concedatur reſtitutio in integrum, cum præſumptio ſemper ſtet pro validitate Sententiæ, *ibidem num.* 7. 248

Conſtare non poteſt de patenti injuſtitia Cauſæ, quoties Acta non ſunt integra, *ibidem num.* 8. 248

Supple in *Verb. Res Judicata*.

ARBITRIUM.

Pro expediendo negocio, quod remiſſum ſit in arbitrio, & conſcientia alicujus, nulla cauſa exprimenda eſt, *deciſ.* 35. *num.* 4. 247

ARBOR.

Quæ extendit radices in fundum, tota cenſetur eſſe illius, ubi radices habet, *deciſ.* 60. *ſub num.* 9. 334

ARCHIEPISCOPUS.

Vide in *Verb. Viſitatio*.

ARCHIPRESBYTER.

Ruralis de Jure antiquo quam Juriſdictionem habebat, *tit.* 10. *num.* 34. *lib.* 1. 42

In illius locum ſucceſſit Vicarius Foraneus, *ibidem num.* 35. 42

Quoties Archipresbyter in aliqua Cathedrali non ſit prima Dignitas, omnis præeminentia, illi de Jure debita, competit primæ Dignitati, quocunque nomine appelletur, *animadv. ad tit.* 5. *num.* 3. *lib.* 2. 95

Archipresbyter ſuam Juriſdictionem, non niſi abſente, & deficiente Epiſcopo, exercere valet, *deciſ.* 44. *num.* 10. 272

Vide in *Verb. Dignitates*.

ARCHIVIUM.

Archivium privatum, etiam Epiſcopale, nil probat contra non ſubditum *dec.* 18. *num.* 93. 202

Archivium Capituli non probat ad ipſius favorem, præſertim in re gravi, *deciſ.* 24. *num.* 8. pag. 224. & *dec.* 26. *num.* 14. 228

ARGUMENTUM.

Fortiſſimum eſt argumentum à minori ad majus, *deciſ.* 39. *ſub num.* 15. 257

Valet argumentum è converſo à majori ad minus, *dec.* 46. *ſub num.* 10. 279

Argumentum à conſequenti deſtructo, in Jure receptum eſt, *dec.* 61. *num.* 11. 337

Vide in *Verb. Pars*.

ATTENTIO.

Vide in *Verb. Officium Divinum quoad modum illud recitandi, maximè in Choro.*

AUCTORITAS.

Vide in *Verb. Doctores*.

AUDITOR.

Vide in *Verb. Rota*.

B

BALDACHINUM, ſeu THRONUS.

UBi collocandum ſit Baldachinum, ſeu Thronus, Principi ſupremo competens, *animadv. ad tit.* 3. *num.* 12. 13. & 14. *lib.* 2. 85

Quibus debeatur dictum Baldachinum, ſeu Thronus, *ibidem num.* 15. 85

Duces, Barones, vel Marchiones, licèt non ſint propriè Principes, ſi tamen reperiantur in poſſeſſione uſus Baldachini, toleranda eſt talis conſuetudo, *ibidem num.* 16. & 17. 85

BAPTISMUS, & BAPTIZATUS.

Baptiſmum ſuſcipiens, ſtatim in Chriſti familiam adſcribitur, *dec.* 58. *num.* 2. 317

Et jus acquirit, ut in loco Sacro cum aliis Fidelibus Sepulturam conſequatur, *ibid. num.* 3. & 4. 318

Gra-

Gravis ſit injuria renatis Fonte Baptiſmatis, ſi eorum Corpora extra Locnm Sacrum ſepeliantur, *ibidem num.* 5. 318

Simplici Schedulæ, Inſantis expoſiti collo appenſæ, quæ Baptizatum teſtificetur, fides eſt adhibenda, *ibidem num.* 39. 320

Etiamſi Schedula à nemine fuerit conſcripta, *ibidem num.* 40. *&* 42. 320

Præſertim ſi ſimus inter Chriſtianos, cum Infidelibus, & Judæis non commiſtos, *ibid. n.* 41. 320

Inſantes ab obſtetricibus in neceſſitate baptizati, non debent, abſque prævio examine, ac diligentia iterum ſub conditione baptizari, *ibidem num.* 43. 320

Neque ſunt admittendæ Synodi, id præcipientes, *ibidem num.* 44. 320

Si obſtetrices, in ſimili caſu interrogatæ de omnibus neceſſariis ad valorem Baptiſmi, rectè reſpondeant, ſupplendæ tantùm ſunt Solemnitates omiſſæ, *ibidem num.* 45. 320

Baptiſmus, ab Athanaſio adhuc puero aliquibus pueris collatus, ab Alexandro Patriarcha Alexandrino ratus judicatus fuit, *ibidem num.* 46. *&* 47. 320

Baptiſmus probatur etiam unico mulieris teſtimonio, *ibidem num.* 49 320

Filii Hebræorum, etiam invitis Parentibus, juxta nonnullorum ſeotentiam, baptizari poſſunt, *ibidem numer.* 50. 321

Contrarium tenent alii, *ibidem num.* 51. 325

Communis opinio eſt, id licere, quoties agitur de Puero, in proximo mortis articulo conſtituto, abſque ulla ſpe ſuperviventiæ, *ibidem num.* 52. 321

Refertur ſactum *P. Henrici Societatis Jeſu*, qui vocatus à Mahumetano, ut tanquam Medicus filiam ſuam triennem, morti proximam, ſanaret, aquam, ſpecie medicamenti, adhibens, illam baptizavit, *ibidem num.* 53. 321

Mulier Baptiſmum miniſtrare non debet, *ibidem numer.* 55. 321

Excipitur caſus neceſſitatis, *ibidem num.* 56. 321

Non licet Infantes domi baptizare, niſi urgeat neceſſitas, *ibidem num.* 57. 321

In Baptiſmo adhiberi debent Patrini, à quibus Infantes è Sacro Fonte leventur, *ibidem n.* 58. 321

Sed hoc limitatur, quando Baptiſmus privatim confertur, ob imminens periculum mortis, *ibidem num.* 59. *& num.* 84. 321

In Baptiſmo, privatim collato, non ſunt neceſſariæ Solemnitates, ab Eccleſia inſtitutæ, *ibid. n.* 60. 321

Patria Poteſtas non obſtat, quin Infantes, invitis Parentibus, baptizari validè poſſint, *ibidem num.* 64. *& ſeqq.* 322

Ad validitatem Baptiſmi Inſantium, neceſſaria non eſt voluntas Parentum, vel eorum, quorum curæ commiſſi ſunt, & de ratione, *ibidem num.* 68. *& ſeqq. &* 95. *&* 96. 322

Fides illorum, qui Infantes offerunt ad Baptiſmum, non requiritur quoad eſſentiam, ſed pertinet tantùm ad Solemnitatem, & Ritum, *ibid. n.* 80. *& ſeqq.* 323

Item Patrinos adhibere ad eſſentiam Baptiſmi non ſpectat, *ibidem num.* 85. 324

Patrini in Baptiſmo privato in multorum ſententia Cognationem Spiritualem non contrahunt, *ibidem num.* 86. *&* 87. 324

Quomodo intelligatur, Parvulos baptizari in Fide Parentum, ſeu Offerentium, *ibid. n.* 88. *& ſeqq.* 324

Baptiſmus Sanguinis quid ſit, *ibidem n.* 91. 324

Quæ ſit differentia inter Baptiſmum Fluminis, & Baptiſmum Sanguinis, *ibidem num.* 94. 324

Si aliquis Puer in caſu urgenti baptizetur, & non conſtet de Baptiſmi validitate, dummodo illud ſit probabile, in Loco Sacro eſt ſepeliendus, *ibid. n.* 97. 325

Pater Hebræus tenetur ad expenſas Funeris, pro Filio Baptizato ſepeliendo, *ibid. n.* 98. 99. *&* 102. 325

Eodem modo, quo tenetur eidem alimenta præſtare, *ibidem num. final.* 325

BENEFICIUM.

Villico, Cuſtodi, Diſpenſatori, conceſſum, ſeu elargitum præſumitur cauſa villicationis, Cuſtodiæ, vel Diſpenſationis, *dec.* 61. *num.* 39. 339

BENEFICIA ECCLESIASTICA IN GENERE.

Beneficiorum Collatio non eſt de Juriſdictionalibus, *animadv. ad tit.* 2. *num.* 50. *lib.* 1. 10

Sed connumeratur inter fructus, *ibid. n.* 51. pag. 10. *& dec.* 11. *n.* 17. pag. 165. Declara *n.* 18. *&* 19. 166

Quaſi poſſeſſio, acquiſita per Collatorem quoad aliquod ex Beneficiis, ſuffragatur etiam quoad reliqua ejuſdem naturæ, & qualitatis, *animadv. ad tit.* 4. *num.* 20. *d. lib.* 1. 19

Omnia Beneficia præſumuntur Secularia, niſi probentur Regularia, *tit.* 14. *nu.* 44. *d. lib.* 1. 60

Beneficia Secularia ſunt digniora Regularibus, *ibidem num.* 45. 60

Quid importet clauſula *Volumus autem &c.* in Proviſionibus, factis per S. Pontificem, *dec.* 5. *n.* 8. 153

Item clauſula *ſive præmiſſo &c. ibidem n.* 25. 154

Atteſtationi Ordinarii in materia Beneficiorum eſt valde deferendum, *dec.* 8. *num.* 2. 159

Proviſiones Apoſtolicæ nunquam mutant ſtatum Beneficiorum, niſi conſtito de expreſſa voluntate Pontificis, *dec.* 10. *num.* 9. 163

Per clauſulam *dummodo Collatio &c.* remanet Beneficium in ſuo ſtatu, nec Patronis ullum præjudicium infertur, *ibidem num. fin.* 163

Jus præſentandi tranſit cum univerſitate Bonorum, *dec.* 11. *num.* 21. 166

Mercimonium ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis à Sacr. Canonibus ſummoperè damnatur, *ibid. n. fin.* 166

Verba *mittere, & expellere, collocare, & removere* Beneficiatos, quid importent, *dec.* 14. *num.* 7. 171

Conferre Beneficia eſt effectus Juriſdictionis, *deciſ.* 40. *num.* 5. pag. 260. *declara num.* 11. 260

BENEFICIA QUOAD EORUM COLLATIONEM, CERTO GENERI PERSONARUM, SEU ALIQUA QUALITATE POLLENTI, FACIENDAM.

Concordia inita ſuper Alternativa, *in qua cautum* fuit, Præbendas, ſeu Beneficia certo generi Perſonarum, ſeu aliqua qualitate pollenti, eſſe conferenda, ſervari omnino debet, *animadv. ad tit.* 2. *num.* 71. *&* 72. *lib.* 1. 15

Deſtitutus qualitate, in Fundatione requiſita, non poteſt ad Beneficium eligi, *animadv. ad tit.* 1. *numer.* 17. *lib.* 2. 78

Pro obtinendo aliquo Beneficio, pleniùs ſatisfactum dicitur defectui paucorum menſium Studii, per exercitium plurium annorum in qualitate Doctoris, *dec.* 50. *num.* 1. 284

Reliqua ſupple in *Verb. Cantus in Divinis Officiis perſolvendis.*

BENEFICIA QUOAD DIMISSIONEM, SEU RESIGNATIONEM.

Libera reſignatio Beneficii illius vacationem inducit, *dec.* 5. *n.* 1. pag. 153. Limita *n.* 9. 11. *&* 13. 153

Et eandem vacationem replere debet Collator, qui reperitur in ſtatu conferendi, *ibid. n.* 2. *&* 7. 152

Reſignanti Beneficium non permittitur ad illud redire, *ibidem num.* 15. 153

Dimiſſio Beneficii, cum ſpe adeptionis alterius, dicitur in fraudem facta, *ibidem num.* 24. 154

BENEFICIA QUOAD EORUM IMPETRATIONEM A' S. SEDE.

Subreptionis vitio laborat Gratia, ſi in Impetratione, facta à Sede Apoſtolica, de Beoeficio, ſeu Canonicatu, qualitatem electivam habente, ea reticeatur, *animadv. ad tit.* 2. *num. final. l.* 1. 11

Idem dicendum, quando, ſi Concedens ſciviſſet, ea, quæ reticita fuerunt, Gratiam non conceſſiſſet, *dec.* 9. *num.* 6. 161

Falſa narratio Diſpenſationis, obtentæ ſuper retentione priorum Beneficiorum, non reddit Gratiam ſubreptitiam, quoad acquiſitionem novi Beneficii incompoſſibilis, & quando, *dec.* 12. *num.* 2. 167

A' falſa expreſſione illius, quod neceſſe non erat exponere, nullum ſubreptionis caput exoritur, *ibidem num.* 4. 167

Ad ſalvandam Gratiam à vitio obreptionis, ſola dubietas ſufficit, *ibidem num.* 6. 167

Gratia, obtenta abſque expreſſione Beneficii, jam poſſeſſi, tanquam ſubreptitia, non valet, *ibid. n.* 7. 167

Secus

Secus quoad Beneficia, quæ tanquam unicum provideri conſueverunt, *ibidem num.* 8. 167

Obreptioni non ſubjacet Gratia, quando expreſſio facta fuit juxta ſtatum, in quo de tempore impetrationis Beneficium reperiebatur, *ibidem num.* 9. 167

Reticentia qualitatis reſidentialis Beneficii inducit ſubreptionem, *ibidem num.* 10 167

Limita, quando reſidentia non eſt præciſa, ſed cauſativa *ibidem num.* 11. 161

Vel quando obligatio reſidendi cenſeretur abrogata, & ex quibus id præſumatur, *ibid. num.* 12. 161

Aliquo exiſtente in poſſeſſione Beneficii, agendum eſt ſolùm de juſtificatione Literarum Impetrantis, ſecus autem, ſi poſſeſſio ſit circumſcripta, & quare, *dec.* 52. *num.* 2. 288

Qui ex integro petit Apoſtolicæ Proviſioni, præcedenter obtentæ, executionem, juſtificare debet narrata in ſuis Literis, *ibidem num.* 3. 289

Etiamſi ea conſiſtant in Negativa, *ibidem numer.* 4. & 5. 289

Reſidentia inhærens Beneficio, expreſſa in Precibus, & in Literis Apoſtolicis, an in dubio intelligatur de cauſativa, vel de præciſa, *ibid. n.* 7. & 16. 289

Reſidentia intelligenda eſt de ea, quam Fundator in Beneficii fundatione demandavit, *ibidem n.* 8. 289

Beneficium, habens annexum Servitium Divinorum Officiorum, & Chori, eſt præciſè reſidentiale; ſecus ſi poſitum ſit in Eccleſia, in qua Horæ Canonicæ non recitantur, *ibidem num.* 10. 289

Beneficium poteſt eſſe Sacerdotale, & non Reſidentiale, *ibidem num.* 11. 289

Poteſt autem viceverſa non eſſe Sacerdotale, & tamen eſſe Reſidentiale, *ibidem num.* 12. 289

Stante pœna remotionis, ſeu privationis tituli, ob inobſervantiam circa Miſſarum celebrationem, vel ſervitium Chori, reſidentia dicitur præciſa, & arctativa, *ibidem num.* 13. 289

Idem etiam dicendum eſt, quando onus reſidentiæ, & intereſſentiæ Divinis non eſt continuum, ſed certis ſtatutis diebus perpetuum, ſub pœna tamen privationis tituli, ob non implementum, *ibid. n.* 14. 290

Ob non reſidentiam cauſativam non incurritur pœna privationis tituli, ſed tantùm amiſſionis fructuum Beneficii, *ibidem num.* 15. 290

Recurſus ad S. Sedem ſupponit reſidentiam, inhærentem Beneficio, eſſe præciſam, aliàs idem recurſus eſſet ſupervacaneus, *ibidem num.* 18. 290

Diſpenſationes, dubitativè, & ad cautelam obtentæ, non valent deſtruere obſervantiam pluſquam centenariam, excluſivam qualitatis Sacerdotalis, *ibidem numer.* 31. 291

Examinantur duæ *Sacr. Concil. Congreg.* Reſolutiones, excludentes onus reſidentiæ Capellani, non obſtante pœna privationis in caſu inobedientiæ, *ibidem numer.* 32. 291

Beneficium, tanquam vacans, poteſt certo modo impetrari, vel ex defectu juſtificationis narrativæ, omninò requiſitæ, vel ob iſtius falſitatem, *ibid. n.* 35. 292

Negativa, quòd Beneficium aliquod reſidentiale conſuevit obtineri ſimul cum Canonicatu, abſque diſpenſatione Apoſtolica, debet à Proviſo concludenter probari, *ibidem num.* 36. 292

Quæ ad hunc effectum adhibendæ ſint diligentiæ, remiſſivè, *ibidem num.* 37. 292

Aliàs intrat præſumptio, quòd intervenerit diſpenſatio Apoſtolica, *ibidem num.* 38. 292

Ex duobus modis vacationis, alternativè, ac æquè principaliter Pontifici narratis, ſat eſt, ut alter tantùm verificetur, *ibidem num.* 52. & 53. 293

Reliqua vide in *Verb. Impetrator*, & *Impetratio*.

BENEFICIA QUOAD INCOMPATIBILITATEM.

Duo Beneficia, quorum utrumque requirat reſidentiam, ſunt incompatibilia, *dec.* 5. *num.* 4. 153

Item ſi ſint ſub eodem tecto, *ibidem n.* 5. 153

Beneficium vacat per aſſecutionem alterius Beneficii incompatibilis, *ibid. num.* 6. 153

Aſſecutio tamen, ac etiam acceptatio ſecundi Beneficii incompatibilis, abſque actuali apprehenſione, non ſufficit pro inducenda vacatione, *ibid. n.* 18. 154

Beneficiatus, perſeverans in poſſeſſione duorum Beneficiorum incompatibilium, poſt lapſum duorum menſium utrumque amittit, *ibidem num.* 19. 154

Et à die captæ poſſeſſionis ſecundi Beneficii ſuccedit vacatio primi, *ibidem num.* 20. & 21. 154

Duo Beneficia, perſonalem reſidentiam requirentia, tanquam incompatibilia, non poſſunt abſque diſpenſatione Apoſtolica retineri, *dec.* 12. *num.* 13. 167

Et ob illorum retentionem abſque diſpenſatione Apoſtolica inducitur ipſo Jure vacatio, *dec.* 13. *nn.* 5. & 16. pag. 168. & *dec.* 17. *num.* 11. 183

Neque ſuffragatur ſerotina dimiſſio alterius Beneficii incompatibilis, *ibidem num.* 3. 168

Ex retentione Beneficii Parochialis ſimul cum altero Beneficio, æqualem reſidentiam expoſcente, quando inducatur incompatibilitas, *ibidem n.* 6. 168

Ex diligentiis, factis per Officiales Datariæ, probatur negativa coarctata Diſpenſationis obtentæ ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, *ibidem num.* 11. 169

An ſola poſſibilitas, quòd hujuſmodi diſpenſatio obtineri potuerit à Secretaria Brevium, vel à *S. Congr. Concilii*, ſufficiat ad impediendam executionem Gratiæ Impetrationis, *ibid. num.* 12. & 13. 169

Ex decennali poſſeſsione Beneficiorum incompatibilium præſumitur, quòd diſpenſatio Apoſtolica intervenerit, *ibidem n.* 14. pag. 169. & *dec.* 52. *n.* 60. 293

Limita, quando ex diligentiis, factis per Officiales Datariæ, excluditur omnis poſsibilitas dictæ Diſpenſationis, *ibid. num.* 15. 169

Simultaneam retentionem plurium Beneficiorum incompatibilium omnia Oecumenica Concilia deteſtata ſunt, *dec.* 17. *num.* 7. 183

Quinimmò eam exhorruit etiam in ſuis falſis Sacerdotibus cæca Gentilitas, *ibid. n.* 8. 183

Et reprobarunt quoque in Officiis ſecularibus Jura Civilia, *ibid. n.* 9. 183

Solùm toleratur retentio utriuſque Beneficii incompatibilis, quando ſecundum pacificè non poſsideatur, *ibid. n.* 10. 183

Non operatur diuturna poſseſsio, niſi etiam intercedat effectiva perceptio, citra contradictorem, vel omnium, vel majoris partis fructuum, *ibid. n.* 12. 183

Quando ceſset diſpoſitio *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *de reform.* & *Conſtit. Pii V. decimæ ſextæ in ordine*, *ibid. n.* 13. 183

Per applicationem fructuum Sacriſtiæ, aut conſimili uſui pio, dicitur Beneficiatus à fructuum perceptione legitimè impeditus, *ibid. n.* 14. 183

Quantitas verò fructuum, reſervata pro explendo funere ſuo tempore, habetur pro vera, & effectiva perceptione, *ibid. n.* 15. 183

Idem dicendum eſset, ſi hujuſmodi reſervatio fructuum fieret pro hæredibus Canonici prædefuncti, *ibidem num.* 16. 183

Permittitur perceptio fructuum per ſpatium duorum menſium, conſecutiva ad permiſsam per idem tempus retentionem utriuſquæ Beneficii, *ibid. n.* 17. 183

Quid ſi ultra dictos duos menſes Beneficiatus ex ſua negligentia fructus non percepit, *ibid. n. fin.* 183

Reſidentia cauſativa non parit incompatibilitatem, *dec.* 52. *n.* 57. 290

Conſuetudo retinendi duo Beneficia incompatibilia debet probari quoad tempus, & quoad actus, & quomodo, *ibid. n.* 39. & *ſeqq.* 292

Eaque extendi non poteſt de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, *ibid. n.* 43. 292

Ad effectum vacationis ob incompatibilitatem, requiritur, quòd poſseſsio utriuſque Beneficii poſt duos menſes ſit omnino pacifica de Jure, & de facto, *ibidem num.* 50. 292

Aliàs vacatio non ſubſiſtit, *ibid. n.* 51. 293

Nuncius Apoſtolicus non poteſt in utilitatem perſonæ diſpenſare ſuper pluralitate Beneficiorum incompatibilium, *ibid. n.* 56. 293

Neque pariter Legatus de latere, *ibid. n.* 57. 293

Terminus duorum menſium, ad dimittendum primum Beneficium incompatibile, datur ad ſolicitandam, non ad ſoiendam obligationem, *ibidem numer.* 59. 293

Ad effectum præſcribendi retentionem Beneficiorum incompatibilium, requiritur tempus 40. annorum

rum

rum completorum, adeo ut locus non ſit præſcriptioni, ſi deſi iat aliqua dies, *ibidem num. 61.* 294

Diſpenſationes, obtentæ ſuper retentione Beneficii incompatibilis, excludunt conſuetudinem in contrarium, & confirmant incompatibilitatem, *ibidem numer. 64.* 294

Ex aſſecutione, & retentione ſecundi Beneficii incompatibilis, adeo inducitur renunciatio primi, ut declaratio animi in contrarium non attendatur, *dec. 54. num. 4.* 299

Cætera require in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede.*

BENEFICIA QUOAD PRIVATIONEM.

Vide in *Verb. Penſio.*

BENEFICIA QUOAD QUALITATEM SACERDOTALEM.

Vide in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede.*

BENEFICIA QUOAD RESERVATIONEM.

Per vacationem, tam Sedis Epiſcopalis, quàm Apoſtolicæ, manus cujuslibet Ordinarii Collatoris liberæ remanent, *animadv. ad tit. 2. n. 56. lib. 1.* 10

Menſis Decembris attinet ad Ordinarium, vel alium, habentem Jus conferendi, *dec. 5. num. 3.* 153

Beneficia, vacantia per reſignationem, veriſimiliter factam, ut ſucceſſiva Collatio cadat in perſonam Conſanguinei, ſunt reſervata Sedi Apoſtolicæ, *ibidem numer. final.* 155

Beneficia non cadunt ſub reſervatione, quando Proviſio, per Sedem Apoſtolicam facienda, eſſet contra formam, à Teſtatore præſcriptam, *dec. 10. numer. 2. & 5.* 163

Et ſufficit voluntas Fundatoris, ſaltem virtualis, *ibidem num. 7.* 163

Beneficia, quibus inhæret Cura animarum, diutius vacantia, ad Sedem Apoſtolicam devolvuntur, *dec. 11. num. 3. 7. 9. & 10.* 164

Neque ad evitandam devolutionem in Beneficiis Juriſpatronatus, in quibus fieri deberet Concurſus, ſufficit ſimplex petitio affixionis Edictorum, niſi etiam intra debitum tempus ſequatur nominatio, *ibidem num. 12.* 165

Quæ requirantur, ut dicatur vera Curialitas, ad effectum inducendi reſervationem Beneficiorum, *dec. 61. num. 31. & 32.* 338

BENEFICIA QUOAD RESIDENTIAM.

Ubi in caſu inobſervantiæ Fundator mandet Beneficiatum removeri, per verbum *ipſum*, cenſetur voluiſſe, ut per ſe ipſum tantùm celebret, & officiet, *dec. 52. num. 23.* 290

Beneficia ſimplicia de Jure antiquo requirebant perſonalem reſidentiam; ex poſteriori tamen generali conſuetudine non ſunt reſidentialia, *ibid. n. 24.* 291

Limita niſi obſtet particulare aliquod Statutum, conſuetudo, vel lex fundationis, *ibidem num. 25.* 291

Declarantur contrariæ Auctoritates, *ibid. n. 26.* 291

Nominatione facta Sacerdotis ſub certo Miſſarum onere, abſque tamen præcepto celebrandi per ſe ipſum, vel præciſa prohibitione celebrandi per alium, electa non cenſetur induſtria perſonæ, *ibid. n. 27.* 291

Item quando Fundator mandat, quòd Capellanus, ſeu Beneficiatus, Miſſas, & Anniverſaria celebret, vel celebrare faciat, *ibidem num. 29.* 291

Multoque magis concurrente obſervantia pluſquam centenaria, *ibidem num. 30.* 291

Ex quibus, inſimul junctis, ſatis æquipollenter oriatur in Beneficiato, ſeu Capellano obligatio præciſa reſidendi, & per ſe ipſum inſerviendi, juxta mentem Teſtatoris, *ibidem num. 33.* 291

Qualitas reſidentialis, comprobata ex penultimo, & ultimo ſtatu, debet prorſus attendi, *ibidem numer. 62.* 294

Obtinens Proviſionem Apoſtolicam ſub expreſſa mentione qualitatis reſidentialis Beneficii, ob cujus defectum obtinuerat adjudicationem ab Ordinario, iſtius Judicato videtur renunciaſſe, *ibid. n. 80.* 295

Vel non poteſt ampliùs petere confirmationem, vel infirmationem Sententiæ Ordinarii, in præjudicium Tertii, cui medio tempore Jus fuit irrevocabiliter quæſitum per Gratiam Impetrationis, obtentam à Pontifice, *ibidem num. final.* 295

Reliqua vide in *Verb. Beneficia in genere, Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede, & Beneficia quoad Incompatibilitatem.*

BENEFICIA QUOAD SIMULTANEAM COLLATIONEM.

Non poteſt deveniri ad diviſionem ſimultaneæ, ad inſtantiam unius ex Compatronis, ſed requiritur omnium conſenſus, *dec. 40. num. 1. & ſeqq.* 259

Quam utilitatem afferat Eccleſiæ conſuetudo ſimultaneæ Collationis, *ibidem num. 15. & 19.* 261

Et ad quem finem fuerit adinventa, *ibid. n. 16.* 261

Cætera ſupple in *Verb. Epiſcopus quoad Collationem Beneficiorum, & Capitulum quoad Collationem Præbendarum Canonicalium, & Beneficiorum.*

BENEFICIATI IN GENERE.

Beneficiatus tenetur reintegrare Patronum de expenſis, per ipſum factis in adimplendis oneribus Beneficii pro tempore, quo illius fructus percepit, *dec. 4. num. 13.* 152

Item eidem Patrono ſignificare retrovenditiones Cenſuum, ac tradere notulam omnium Inſtrumentorum, dotem Beneficii reſpicientium, *ibidem n. fin.* 152

Servitium perſonale, præſtitum à Beneficiatis, non dicitur facultativum, conſtito de titulo antecedenti, *dec. 52. num. 63.* 294

BENEFICIATI, SEU CAPELLANI, ALICUJUS ECCLESIÆ SERVITIO ADSCRIPTI.

Beneficiati non ſunt de Corpore Capituli, *animadv. ad tit. 3. num. 31. & 33. lib. 1. cap. 20. & dec. 21. num. 1. pag. 219. & dec. 59. num. 73.* 333

Dicuntùr Manſionarii, & quare, *ibid. n. 32.* 15

Nullum jus illis competit in Capitulo, nec aliquid ſtatuendi circa Eccleſiam, ejuſque ſervitium, *ibidem numer. 34.* 15

Sed reputantur ſervi Eccleſiæ, *ibid. n. 35.* 15

Et ſubſunt Capitulo, tanquam illius Servitores, *ibidem num. 36.* 15

Capellanis imponi non poteſt per Capitulum onus, quod non habent, cum exoneratione ipſorum Canonicorum, *ibidem num. 53.* 16

Beneficiati prædicti, aliique Clerici regulariter excludi non poſſunt ab emolumentis Anniverſariorum, niſi obſtet particularis conſuetudo, Statutum, aut Teſtatoris voluntas, *ibidem num. 54. & 55.* 16

Etiamſi agatur de Legato, relicto pro Anniverſario Capitulo, *ibidem num. fin.* 16

Beneficiati quando conſiderari poſſint tanquam Corpus, *animadv. ad tit. 4. num. 8. dict. l. 1.* 19

An dicti Beneficiati, Cathedrali Eccleſiæ inſervientes, ad funus invitati, præcedere debeant, excepto Parocho defuncti, aliis Eccleſiarum Parochialium Rectoribus, & quando, *animadv. ad tit. 13. nu. 6. & 13. dict. l. 1.* 55

Iſti Beneficiati regulariter Collegium non conſtituunt, *ibidem num. 7.* 55

Limita ex privilegio, vel conſuetudine immemorabili, quoad certos peculiares effectus, *ibidem numer. 12.* 56

Uſus Almutiarum, ſeu Capparum, licèt regulariter concedatur ſolis Canonicis, indulgeri ſolet per Sedem Apoſtolicam etiam Beneficiatis alicujus inſignis Eccleſiæ, *ibidem num. 18.* 56

An Beneficiati, habentes privilegium Almutiarum, ſeu aliorum Indumentorum, valeant ea, etiam extra Eccleſiam cui inſerviunt, deferre, *ibidem n. 20. 23. & 24.* 56

Beneficiati non convenientes ad publicam pſalmodiam, nihilominus tenentur ad privatam recitationem Officii, *tit. 1. n. 6. l. 2.* 74

In Choro ſedere debent in locis, diſtinctis à Canonicis, *tit. 3. n. 17. d. l. 2.* 84

Ex conſuetudine immemorabili, vel Statuto, habere poſſunt vocem in Capitulo, & Stallum in Choro, *animadv. ad tit. 13. n. 4. d. l. 2.* 131

Reliqua ſupple in *Verb. Canonici quoad habitum Choralem, & Capitulum in genere.*

BE-

BENEFICIATI QUOAD HABITUM CLERICALEM.

Beneficiatus, non deferens habitum Clericalem, privandus eſt ipſo facto, & abſque alia monitione, omnibus Beneficiis, *dec. 4. num. 1.* 151

Quando paupertas excuſare valeat ab incurſu hujuſmodi pœnæ, *ibidem num. 2. & 3.* 151

Contra Bullam Sixtinam, hanc pœnam imponentem, an allegari valeat non uſus, *ibid. num. 4.* 151

Incurſa jam pœna privationis Beneficiorum, per diuturnam habitus laicalis geſtationem, non ſuffragatur habitus Clericalis reaſſumptio, *ibidem num. 10. pag. 151 & dec. 13. nu. 4.* 168

BENEFICIATI QUOAD RESIDENTIAM.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Reſidentiam.*

BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Reſervatum cum clauſula *quatenus opus ſit*, non coguntur Contrahentes impetrare, ſi aliàs non requiratur, *dec. 9. num. 12.* 161

Stante lapſu centum annorum, juncta obſervantia, præſumitur, *ibidem num. 13. pag. 161. & deciſ. 36. num. 13.* 249

Abſque Beneplacito Apoſtolico non poſſunt Canonici, ſibi, aut Eccleſiæ, aut Succeſſoribus præjudicare, *d. dec. 36. num. 10.* 249

Limita, quando Jus non eſt certum, vel agitur de meliori modo regendi Eccleſiam, *ibid. n. 11.* 249

C

CADUCITAS.

AD vitandam caducitatem, ſufficit dictum unius gravis viri, *dec. 4. num. 5.* 151

Immò & quælibet cauſa etiam colorata, *ibidem numer. 6.* 151

CÆCUS.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

CÆREMONIALE.

Per Cæremoniale Romanum non tollitur vis immemorabilis, ſeu centenariæ, ſed tantùm conſuetudinis minoris temporis *animad. ad tit. 1. n. 16. l. 1.* 4

Nec abrogatur Statutum, ſeu Rituale particulare alicujus Eccleſiæ, quod ſit in viridi obſervantia, *ibidem num. 17.* 4

Cæremoniale Epiſcoporum, *cap. 33. l. 2.* interpretatur, *tit. 15. num. 14. l. 1.* 67

Item per Cæremoniale Epiſcoporum ſublata non cenſetur immemorabilis, *animadv. ad d. tit. 15. numer. 19. pag. 79. deciſ. 42. numer. 7. & 8. pag. 266. & deciſ. 55. num. 24.* 307

Dummodo contrariæ Cæremoniæ non ſint abuſus, *tit. 5. num. 8. l. 2.* 92

Senſus *Cærem. Epiſc. l. 1. cap. 28.* exponitur, *tit. 7. num. 9. & ſeqq. l. 2.* 102

Obſervantiam Cæremonialis poteſt Epiſcopus Canonicis injungere ſub pœnis pecuniariis, ac etiam Cenſurarum, *ibid. num. 16.* 102

Conſtitutio *Clement.* VIII. ad ea tantùm reſtringitur, quæ in Cæremoniali ſunt expreſſa, *d. deciſ. 55. numer. 62.* 309

Et quæ abuſum redolent, *ibid. n. 63.* 309

Ad ſubſtinendam conſuetudinem, ſatis eſt, ſi dubitetur, an Cæremoniale reſiſtat, *ibid. n. 64.* 309

CÆREMONIÆ.

In Divinis Officiis adhibendæ ſunt Cæremoniæ, quid ſint, & quare adhibeantur, *tit. 5. n. 2. l. 2.* 91

Cæremoniæ, in Sacris Functionibus irreverenter factæ, pariunt in Populo rerum Divinarum contemptum, *ibid. n. 3.* 91

Et eas ita facientes, quandam Sacrilegii ſpeciem committunt, *ibid. n. 4.* 91

In Lege veteri prævaricantes circa Cæremonias graviter puniebantur: illas verò ritè ſervantes Deus proſperos effecit, *ibid. n. 5. & 6.* 92

In Eccleſiis Collegiatis, quæ Cæremoniæ ſervari debeant, *ibid. n. 7* 92

Cæremoniæ inſolitæ non ſunt addendæ in Divinis Officiis, *ibid. n. 28.* 93

Cæremoniæ, ac Ritus Baſilicarum Urbis an ſint ubique ſervandi, *tit. 7. n. 53. dict. l. 2.* 102

CANCELLARIÆ REGULÆ.

Regula *de Jure quæſito non tollendo* quid importet, *animadv. ad tit. 5. n. 8. l. 1.* 22

Secundæ pars Regulæ 35. *de annal. poſſeſſ.* non operatur ipſo Jure, ſed tantùm ope exceptionis cum uſu poſitivo, non per illius ſolam allegationem, ſed per actualem productionem, Parte citata, *deciſ. 52. numer. 69.* 294

Dicta Regula reſpuit omnem diſcuſſionem Jurium poſſidentium, & de ratione, *ibid. n. 70.* 294

Contentatur ſola, ac nuda facti detentatione, *ibidem num. 71.* 295

Et ſuffragatur Intruſo, *ibid. n. 72.* 295

Quæ requirantur, ut fiat locus dictæ Regulæ, *ibidem num. 73.* 295

Nè dici poſſit annalis poſſeſſio pacifica, ſufficit litem fuiſſe motam, *ibid. n. 74.* 295

Eadem regula *de Annali* poteſt ſemper opponi in quacunque parte Judicii, & in quacunque Inſtantia, *ibidem num. 75.* 295

Sua poſſeſſione, veluti illegitima, ſpoliatus, non poteſt ampliùs de dicta Regula excipere, *ibidem numer. 76.* 295

Secus autem ſi ſpolium eſſet violentum, & illegitimum, *ibid. num. 77.* 295

Regula *de Triennali* non habet locum contra *Decreta S. Conc. Trid. Ibid. n. 78.* 295

Ubi non intrat Regula *de Triennali*, multò minùs intrare poteſt Regula *de Annali*, *ibidem n. 79.* 295

Regula VI. non comprehendit Beneficia Cubiculariorum honoris tantùm, ſed eorum, qui ſunt verè Cubicularii, quos Secretos vocant, *dec. 61. n. 28.* 338

Regula XXXII. *num.* 4. non comprehendit pariter Beneficia Familiarium ex privilegio, & ſimplicis honoris, *ibidem n. 29.* 338

Nec ſufficit deſcriptio in Rotulo, *ibid. n. 30.* 338

CANONICI IN GENERE.

In primitiva Eccleſia, creſcente numero Clericorum, peritiores ex eis ab Epiſcopis eligebantur, qui cum ipſis in Cathedrali reſidebant, communemque vitam agebant *tit. 2. num. 8. l. 1. pag. 5. & animadv. ad eundem tit. 2. num. 8. & 9.* 8

Ex iiſdem peritioribus Clericis Collegia in Civitate, & Locis inſignibus Diœceſis fuerunt ab Epiſcopis inſtituta, *dict. tit. 2. num. 9.* 5

Hujuſmodi Clerici erant abſque Præbendis, & recipiebant ab Epiſcopo victum, ac de uno Ærario veſtimenta, *ibidem num. 10.* 6

Quia in certa domo, nuncupata Canonica, habitabant, appellati fuerunt Canonici, *ibid. n. 11.* 6

Unus ex illis conſtituebatur in Eccleſiis Collegiatis Caput, qui vice Epiſcopi præſidebat, aliiſque Canonicis imperabat, *ibidem num. 12.* 6

Canonici noſtrorum temporum quibus in rebus Regulas antiquorum Canonicorum conſervent, *ibidem numer. 17.* 6

Quæ ſit hodie Canonicorum auctoritas, *ibid. n. 18.* 6

Canonici poſſunt cogi ab Epiſcopo, ut in loco, apto ad munus ſuum implendum, habitent, *ibidem numer. 19.* 6

Canonici debent eſſe melioris conditionis, quàm alii Clerici, & quare, *ibidem nu. 20.* 6

Canonici à nonnullis nuncupati fuerunt Eccleſiæ militantis Angeli, *ibidem num. 21.* 6

Dicuntur habere officium publicum, & continuum, *ibidem num. 22.* 6

Olim eandem Juriſdictionem habebant cum Epiſcopo, *animadv. ad dict. tit. 2. num. 1. 2. & 3.* 7

Locus, in quo degebant Canonici Cathedralis, erat contiguus, ſeu ſaltem vicinus Palatio Epiſcopali, & quare, *ibidem num. 10.* 8

Canonicis permiſſum non erat deſerere Collegium, & multò minus renunciare Canonicatui, *ibidem numer. 14.* 8

Nomen iſtud *Canonicus* eſt titulus, gradus, & prærogativa *tit. 3. num. 1. d. l. 1.* 12

Canonici à quo ſic dicti, *ibidem num. 2.* 12

Canonicum ore proprio ſe appellans, ambitione notari non poteſt, *ibidem numer. 4.* 12

Re-

Recenſentur Eccleſiæ, quarum Canonici olim dicebantur Cardinales, *ibidem num.* 5. 12

Palus III. vetuit, nè Canonici nomine Cardinalium appellarenrur, *ibidem num.* 6. 12

Canonici habent quandam comparationem cum Epiſcopo, ſicut Cardinales cum Papa, *ibid. n.* 8. 12

In Canonicos nonnullarum Eccleſiarum recipiuntur ex Indulto Apoſtolico Rex Hiſpaniarum, & Franciæ, *ibidem n.* 15. 12

Et Imperator, ante Conſecrationem, à Canonicis S. Petri de Urbe, & poſt Coronationem à Capitulo S. Joannis Laterani in Canonicum, & Fratrem aſſumitur, *ibidem num.* 12. 12

Canonici quarumcunque Eccleſiarum conſueverunt vocari, bonorificentiæ cauſa, Domini Canonici, *ibidem numer.* 13. 12

Canonici quomodo procedant ad oſculandam Crucem in die Veneris Sancti, *tit.* 8. *n.* 12. *d. l.* 1. 32

Item ad recipiendas Palmas in Dominica Palmarum, *ibidem num.* 13. 32

Canonici ſoli admittuntur ab Epiſcopo ad oſculum pacis, *ibidem num.* 23. 32

Canonicus, qui Canonicatu privatus fuit, ſi deinde per gratiam reſtituatur, non recuperat fructus, medio tempore ſibi debitos, & aliis diſtributos, *animadv. ad dict. tit.* 8. *num.* 26. 35

Canonici olim ſub cura Abbatum manebant circa Canonicam vitam, ac diſciplinam Eccleſiaſticam, *animadv. ad tit.* 9. *num.* 1. *d. l.* 1. 38

Et Canonicorum Domus appellabatur Monaſterium, *ibidem num.* 2. 38

Canonici, vel Cathedralis, non ſunt propriè in Dignitate conſtituti, *tit.* 10. *num.* 7. *dict. l.* 1. 40

Canonici poſſunt facere Capitulum abſque licentia Vicarii Foranei, ſi adſit talis conſuetudo, *tit.* 11. *num.* 24. *d. l.* 1. 47

Cononici ſunt perſonæ graduatæ, *tit.* 53. *numer.* 52. *lib.* 1. 54

In materia odioſa non veniunt appellatione Clericorum; ſecus in favorabili, *ibidem n.* 14. & 19. 54

Nemo poteſt eſſe Canonicus, niſi priùs Clericatu inſignitus ſit, *ibid. n.* 17. 54

Canonici, ita abſolutè vocabantur, quando in eadem domo communiter vivebant nunc autem, quia vitam ducunt cum laicis, Canonici Seculares appellantur, *tit.* 14. *num.* 46. *d. l.* 1. 60

Canonici, qui nuncupantur Cardinales, non veniunt ſub diſpoſitionibus, loquentibus de Cardinalibus, *animadv. ad d. tit.* 14. *nu.* 16. *l.* 1. 62

In una eademque Eccleſia poſſunt eſſe Canonici Seculares, & Monachi, *tit.* 16. *num.* 1. *d. l.* 1. 70

Debent tamen, non ſimul, ſed ſucceſſivè, Divina Officia recitare, & affertur exemplum, *ibidem num.* 2. & 3. 70

Canonicis, ad hoc ut Laicos ſibi benevolos, & gratos reddant, debent vitam ſuam juxta Sacros Canones conformare, *ibidem n.* 27. 71

Ac potiſſimum Caput Collegiatæ, *ibid. n.* 28. 71

Canonici ſuum Præpoſitum quomodo revereri debent, *ibidem num.* 29. 71

Debent ſe diligere, & amoris ſigna oſtendere, *ibidem num.* 30. 71

Canonici ſua dignitate abuti non debent in ambitionem, *ibid. num.* 32. 71

Quomodo excipiendi ſint Canonici Collegiatæ, ad ſimilem Eccleſiam capitulariter accedentes, *tit.* 3. *numer.* 16. *l.* 2. 84

Canonici quibus decorentur prærogativis, *dec.* 39. *ſub num.* 10. 256

Qualia Inſignia conceſſerit *Alex.* II. Canonicis Cathedralis Lucenſis, *dec.* 56. *num.* 4. 312

Canonicus dicitur de Capitulo, etiamſi vocem in Capitulo non babeat, *dec.* 59. *num.* 70. & 71. 333

Qui ſunt verè Canonici, licèt in Capitulo vocem non habeant, exercere poſſunt omnes actus Collegiales extra illud, *ibidem num.* 74. 333

Quis dicatur propriè Canonicus, *dec.* 61. *num.* 6. 337

Valet conſuetudo, quòd à Capitulo creentur Canonici, *ibidem num.* 12. 337

Illorum electio de Jure fieri debet à Capitulo ſimultaneè cum Epiſcopo, *ibidem num.* 13. 337

Legatum, factum Canonicis indefinitè ſub nomine appellativo; relictum cenſetur contemplatione Capituli; ſecus verò ſi uni ex Canonicis fuerit relictum, *ibidem numer.* 20. 338

Regula tamen generalis eſt, quòd relictum Canonicis ſub nomine appellativo, cenſeatur ſemper factum intuitu Capituli, *ibid. n.* 24. 338

Cætera require in *Verb. Beneplacitum Apoſtolicum*, & *Epiſcopus in genere*.

CANONICI HONORARII.

Qui ſint & à quo creeutur, *tit.* 12. *n. fin. l.* 1. 49

Canonici honorarii non conſequuntur, nec Stallum in Choro, nec vocem in Capitulo, *animadv. ad tit.* 14. *num.* 7. *dict. l.* 1. 62

Limita ex mandato Papæ, ſive ex conſuetudine, aut permiſſione Capituli, *ibid. n.* 8. 62

Similes Canonici non poſſunt compelli ad reſidentiam, *ibidem num.* 9. 62

Ideo non probibentur retinere ſimul Beneficium reſidentiale, *ibidem numer.* 11. 62

In creatione horum Canonicorum neceſſarius eſt etiam conſenſus Capituli, *ibidem num.* 13. 62

Canonici honorarii, etiam cum Sede in Choro, non veniunt ſub appellatione Canonicorum, quoties, præſertim in Jure, de Canonicis fit mentio, *ibidem numer.* 14. 62

Habere dicentur Jus Canoniæ de vento, & Canonicatum in aere, *ibid. n.* 15. 62

Nec veniunt ſub appellatione Canonicorum in diſpoſitione hominis, *ibidem num.* 17. 62

Niſi communiter eodem modo tractentur, ac Titulares Canonici, *ibidem n.* 20. 62

Canonici bonorarii, qui creantur à Capitulo Piſtorienſi cum confirmatione Epiſcopi, tractantur prout veri Canonici, & quomodo, *ibid. n.* 21. 63

Qua de cauſa creari debeant Canonici honorarii, & ad quæ in eorum creatione haberi debeat reſpectus, *ibidem num.* 22. 63

Canonicis merè honorarius non prodeſt major antiquitas contra veros Canonicos, *dec.* 59. *num.* 75. 333

Canonici ſimplicis nominis, ſive bonorarii, dicuntur ficti Canonici, *dec.* 61. *num.* 5. 337

CANONICI NOVITER AUCTI.

Canonicorum antiquorum Juriſdictionis præjudicium circa actus Capitulares, in creatione novi Canonici non attenditur, & quare, *animadv. ad tit.* 13. *num.* 33. *lib.* 1. 63

Erectio novi Canonicatus, facta per Epiſcopum, ſubſtinetur, quatenus non tangatur Maſſa antiquorum Canonicorum, *ibid. n.* 35. 63

Requiritur tamen conſenſus Capituli, & quomodo illum præſtare poſſit, *ibidem num.* 36. & 42. 64

In erectione novi Canonicatus, an poſſit Epiſcopus modificare conditiones, à Teſtatore volitas, & quando, *ibidem num.* 39. 64

Et an id poſſit facere etiam Vicarius generalis, *ibidem numer.* 40. 64

Quid ſi in erectione novi Canonici Capitulum injuſtè conſenſum deneget, *ibidem num.* 43. 64

Cauſæ, ob quas Capitulum juſtè ſuum aſſenſum denegare valet in erectione novi Canonicatus, quæ ſint, *ibidem num.* 47. & *ſeqq.* 64

Novi Canonici participare debent de omnibus Juribus, ac Præeminentiis, æquè ac antiqui, *ibidem numer.* 51. & 52. 64

Amplia, etiamſi ſervitium, a novis Canonicis præſtandum, ſit ex mente Teſtatoris difforme, & etiam minus, quàm illud, quod per Canonicos antiquos præſtatur, *ibidem num.* 53. 64

Niſi tamen juſtæ cauſæ concurrant, & quæ ſint, *ibidem num.* 54. 64

Novi Canonici, admiſſi cum pleno Jure Canoniæ, quibus actibus Capitularibus intereſſe valeant, *ibidem n.* 57. & *ſeqq.* 64

An, & quando prædicti Canonici participare debeant de deſtributionibus Maſſæ mortuariæ, aliiſque ſimilibus emolumentis, *ibid. n.* 60. & *ſeqq.* 65

Diminutis redditibus novi Canonicatus, qui in erectione unitus fuerit Maſſæ antiquorum Canonicorum, quomodo reparandum ſit eorum præjudicium, *ibidem numer.* 71. 66

Con-

Conditiones, ſub quibus in caſu particulari admiſſa fuerit à *Sacr. Conc. Congr.* erectio novorum Canonicatuum, *ibid. n. final.* 66

CANONICI QUOAD HABITUM CHORALEM.

Canonici antiquitus Epiſcopalibus ornamentis utebantur, dum res Divinas celebrabant, *tit. 7. num. 2. lib. 1.* 26

Et etiam ad præſens in aliquibus Eccleſiis Mytram geſtant ex privilegio, *ibid ſub eodem n. 2.* 26

Qualis ſit modernus habitus Choralis Canonicorum, *ibid. n. 3.* 26

Antiquus eorum habitus eſt Cappa, *ibid. ſub eodem num. 3.* 26

Gaudentes Indulto geſtandi Cappas, poſſunt æſtivo tempore Cottam ſupra Rocchettum aſſumere: vel eaſdem Cappas, quas aliis temporibus, coopertas pellibus, geſtabant, cum boloſerico Blatteo, loco pellium, deſerre, *ibid. n. 4.* 26

Neque libertas geſtandi æſtivo tempore Cottam ſupra Rocchettum tollitur per contrariam obſervantiam, *ibid. n. 5.* 27

Inſignia propria Canonicorum poſſunt ab eis deferri in Functionibus Eccleſiaſticis, etiam extra Diœceſim, *ibid. n. 7.* pag. 27. *& animadv. ad d. tit. 7. n.* 32. pag. 30. *& ad tit. 13. n.* 21. *l. 1.* pag. 36. Amplia *d. animadv. ad tit. 7. n. 33. & 35.* 30

Habitus Canonicorum non denotat ſuperioritatem, ſed tantùm ornamentum perſonæ, *ibid. n. 8.* 27

Ex ornamentis Eccleſiaſticis, quibus utuntur Canonici, elicitur ipſorum præcedentia ſuper alios Clericos, *ibid. n. 9.* 27

Habitus uſualis Canonicorum olim erat violacei coloris, *ibid. n. 10.* 27

Modò aſſignatur nigri coloris, ſed decentior, quàm Plebanis, & Capellanis, *ibid. n. final.* 27

Uſus Cappæ, & Rocchetti, immo etiam Almutiæ, à ſolo Pontifice conceditur, neque circa hoc quicquam valent ſtatuere Epiſcopi, *animadv. ad tit. 7. n. 1. 3. 48. & 49. d. l. 2.* 28

Rocchetti, & Cappæ delatio quibus conceſſa non apparet, cenſetur prohibita, *ib. n. 2. & 4.* 28

Uſus talium Inſignium neque curſu quadraginta annorum præſcribitur, *ibid. n. 5.* pag. 37. Intellige *ibid. n. 29. & ſeqq.* 29

Quid myſticè ſignificet Cappa, *ibid. n. 12.* 28

Et undè ſic vocetur, *ibid. n. 13.* 28

Habitus Choralis Canonicorum olim communis erat cum Epiſcopo, *ibid. ſub eodem n. 13.* 28

Cappa alio nomine, Byrrus nuncupatur, *ibidem numer. 14.* 28

Almutium, ſeu Almutia quale indumentum ſit, *ibid. n. 15.* 28

Myſtica illius ſignificatio, *ibidem num. 16.* 28

Quaſi poſſeſſio geſtandi hujuſmodi Inſignia non ſufficit ad obtinendam manutentionem, niſi etiam incontinenti doceatur de privilegio, ſtante expreſſa Juris prohibitione, *ibidem nu. 17. & 52.* 29

Immò talis quaſi poſſeſſio, titulo ſufficienti deſtituta, eſt etiam punibilis, *ibidem nu. 18.* 29

Secus ſi adeſſet legitima præſcriptio, ſaltem quadragenaria, *ibid. n. 19.* 29

Dummodo non conſtaret de infectione tituli, *ibid. num. 20.* 29

Vel ageretur de conſuetudine irrationabili, & de præſumendo privilegio inſolito, & non conceſſibili, *ibid. n. 21. & 22.* 29

In generali communicatione Privilegiorum, ſeu in Conceſſione generali *ad inſtar*, an, & quando veniat, uſus hujuſmodi Inſignium, *ibid. n. 24. & ſeqq.* 29

An, & quando Canonici Cathedralis prohibere valeant illis Collegiatæ uſum Inſignium, geſtari ſolitorum per eoſdem Canonicos Cathedralis, quæ abſque ſufficienti titulo aſſumpſerunt, *ibid. n. 27. & 29.* 29

Sacr. Congreg. Rit. cujus Votum à Dataria in conceſſione ſimilium Indumentorum exquiritur, non attendit præjudicium Cathedralis, per geſtationem habitus dignioris à Canonicis Collegiatæ, præſertim ſi Collegiata ſit in Terris, vel Oppidis Diœceſis; quamvis limitet Indultum, quando Canonici Collegiatæ cum illis Cathedralis in habitu Chorali conveniunt, *ibidem numer. 30.* 29

De Habitu Chorali Canonicorum Pratenſium, quomodo illis à S. Sede indultum fuerit, *ibid. ſub eodem num. 30.* 29

Uſus hujuſmodi Inſignium, ac etiam Mozzettæ Epiſcopalis, non denotat Juriſdictionem, ſed ſolùm reputatur tanquam perſonæ ornamentum, *ibid. n. 31.* 30

Canonici, habentes indultum ſimilium Inſignium, poſſunt ea geſtare, non ſolùm in propria Eccleſia, & in tota Diœceſi, ſed etiam extra illam, *ib. n. 32.* 30

Ac etiam coram Superiore, & proprio Epiſcopo, *ibid. num. 33. & 35.* 30

Eadem Inſignia deferre poſſunt Canonici etiam in Eccleſiis exemptis, *d. animadv. ad tit. 13. num. 22. lib. 1.* 56

Aucto numero Canonicorum, ſeu Capellanorum Auctoritate Ordinaria, an Indultum deferendi dicta Inſignia extendatur etiam ad novos Canonicos, ſive Capellanos, & quando, *ibid. num. 26. & ſeqq.* 56

Habitus Choralis Canonicorum debet eſſe uniformis *tit. 4. n. 3. l. 2.* 87

Quid, ſi ſint inſimul Canonici, & Prothonotarii Titulares, *ibid. num. 4.* 87

An Canonicus Prothonotarius poſſit intereſſe Divinis Officiis cum habitu Prælatitio in Navi Eccleſiæ cum aliis Prothonotariis Titularibus non Canonicis, & quo ornatu quoad Scamnum, *ibid. num. 5.* 87

Canonico Prothonotario licitum eſt deferre Subtaneam, ſeu Veſtem violaceam, dummodo deſuper indutus ſit habitu coæquali cæteris Canonicis, *ibid. nu. 6. & 7.* 87

Reliqua vide in *Verb. Rocchettum.*

CANONICI QUOAD OBLIGATIONEM HORAS CANONICAS IN CHORO PERSOLVENDI.

Canonici, in publica Horarum Canonicarum perſolutione pervertentes ordinem ab Eccleſia præſcriptum, an, & quando peccent mortaliter, *tit. 1. nu. 7. lib. 2.* 74

An ſervanda ſit conſuetudo, ſi in aliquibus Locis adſit, canendi Veſperas in Feſtis tempore Quadrageſimæ poſt prandium, *ibidem ſub num. 22.* 76

An peccent Canonici, Veſperas in Feſtis Quadrageſimæ concinentes poſt prandium & cujus culpæ ſint rei, *ibid. ſub eodem n. 22.* 76

Idem quæritur de Canonicis, publicè perſolventibus reliquas Horas Canonicas, extra debitum tempus, *ibidem nu. 23. & 24.* 77

Et ſimiliter, quando in hoc ſuis Prælatis non obtemperent, *ibid. n. final.* 77

Præcipuum munus Canonicorum eſt Officia Divina ſolemniter canere, *animadv. ad tit. 1. n. 1. l. 2.* 77

Quando dicatur adeſſe in Canonico ſufficiens peritia canendi, *ibidem nu. 14.* 78

Publicæ Pſalmodiæ permittendus eſt Campanarum ſonus, & ad quem effectum, *tit. 2. n. 11. d. l. 2.* 79

Circa pulſationem Campanarum, ſervanda eſt conſuetudo cujuslibet Eccleſiæ, *ibid. nu. 12.* 79

An ex eo quòd non fuerint pulſatæ Campanæ, vel Horis intempeſtivis, & inſolitis, non intervenientes in Choro excuſentur, *ibid. n. 13. & 14.* 79

In pulſatione Campanarum ad quid haberi debeat reſpectus, *ibid. n. 15.* 80

Quid cogitare debeant Canonici, cum audiunt ſignum Campanarum, *ibid. num. 16.* 80

Et quid facere debeant, poſtquam ingreſſi ſunt Eccleſiam, *ibid. n. 17.* 80

Habitum Choralem induere debent Canonici modeſtè, & extra Chorum, *ibid. n. 18.* 80

Quid cogitandùm à Canonicis, dum induunt ſe habitu Chorali, *ibid. n. 19.* 80

Quid agendum circa horam pulſandi Campanam, Quando Epiſcopus vult Divinis Officiis intereſſe, *ibid. n. 20.* 80

Antequam Canonici ingrediantur Chorum, quæ debeant prævidere, *ibid. n. 21.* 80

In Solemnioribus Canonici debent exire de Sacriſtia, & ad Chorum procedere bini, & bini, & qui ſint dies Solemniores, *ibid. n. 22.* 80

Exponitur ordo procedendi ad Chorum in dictis Solemnitatibus, *ibid. n. 23.* 80

Servanda eſt conſuetudo, ut Hebdomadarius ſumat Pluviale tantùm ad Capitulum Veſperarum, *ibidem numer.* 24. 80

De Jure antiquo Canonici non adſtringebantur ad recitandas in Choro Horas Canonicas, *tit.* 4. *num.* 1. *d. lib.* 2. 87

Modò, ſub pœna amiſſionis Diſtributionum, ad hoc tenentur, & quidem in Habitu Canonicali, & proprio Stallo, *ibid.* n. 2. 87

Si Canonicatus unitus ſit Menſæ Epiſcopali, Epiſcopus remanet exemptus ab onere intereſsendi in Choro, & nihilominùs lucratur fructus Præbendæ, ac Maſsæ Groſsæ, non autem Diſtributiones, *ibid n.* 14. 15. *&* 16. 87

Canonici in Cæremoniis uniformitatem ſervare debent, & aliter facere inconveniens eſt, *tit.* 5. *n.* 11. *&* 12. *d. l.* 2. 92

Canonici in Choro, quando debeant eſse ſtantes, *ibid. n.* 19. 92

Non poſsunt per Canonicos adhiberi in Divinis Officiis plures Cantores, ſeu Accolithi parati, quàm ſint præſcripti in *Cæremon. & Rubr. Eccleſiaſticis*, *ibidem num.* 29. 93

Canonici, Sacris Ordinibus non initiati, non debent decantare Evangelium cum Homilia in Choro, nec etiam Diaconus munus Hebdomadarii exercere niſi annuentibus Sacerdotibus, in Choro præſentibus, *ibid. n.* 41. 42. *&* 43. 94

Canonico Hebdomadario non comparente in tempore, ad quem ſpectet illius vicem ſupplere, *ibidem num.* 44. 94

Canonicis junioribus incumbit munus ſupplendi vices abſentium, *ibid. n.* 45. 94

Quiſque debet per ſe exercere munus ſuum, *ibid. num. final.* 94

An, & quando Canonici, & Dignitates cogi poſſint, ut in medium Chori ad Legile deſcendant, ad præintonandas Antiphonas, aut alia canenda, *animadv. ad tit.* 5. *n.* 13. pag. 95. *& tit.* 7. *n.* 35. *& ſeqq. dict. lib.* 2. 103

Et an pariter, & quando compelli poſſint ad aſſiſtendum pro Diacono, & Subdiacono in Miſſa ſolemni Canonico, ſeu Dignitati celebranti, *ibidem n.* 14. *&* 15. 95

Quid agere debeat Canonicus, qui, cæpto jam in Choro Officio, ſupervenerit, *tit.* 6. *n.* 1. *d. l.* 2. 96

Quòd Canonicus, veniens ad Chorum incepto Officio, reſideat pro illa vice in ultimo Stallo, juxta diſpoſitionem *Conc. Aquiſgranen.* non eſt amplius in uſu, *ibid. n.* 2. 96

Canonicus, adveniens poſt cæptum Officium, an, & quando culpam incurrat, *ibid. n.* 3. *&* 4. 96

Non debet tunc nimis properanter acccedere, nè det ſcandalum, & quare, *ibid. n.* 5. 96

Superveniens incæpta jam aliqua Hora, an ſit convenientius, ut tunc Chorum ingrediatur, vel expectet, quòd illa terminetur, *ibid. n.* 6. *&* 7. 96

Tardè venientes ad Chorum, privandi ſunt Diſtributionibus, juxta cujuſque Eccleſiæ Conſtitutiones, *ibid. nu.* 8. 96

Tempus, præſcriptum pro amittendis Diſtributionibus, accipiendum eſt moraliter, & non mathematicè, & explicatur, *ibid. n.* 9. 97

A' tali præfixione temporis an inferri poſſit, eam partem Officii eſſe notabilem, ad effectum incurrendi culpam lethalem, niſi repetatur, *ibid. n.* 10. 97

Canonicus, non intrans Chorum tempore præfinito, quas Diſtributiones amittat, *ibid. n.* 11. 97

Canonici, nimis feſtinanter recitantes Officium in Choro, non effugiunt peccatum veniale: & graviùs delinquit Eccleſiæ Præſul, qui id tolerat, *ibidem numer.* 28. 98

Canonici minores irridere non debent majores, Barbariſmos, ſeu Solæciſmos committentes, *ib. n.* 33. 98

Cavere debent Canonici, nè ob tonum variatum in Choro, aut aliquem ſimilem defectum, perturbetur Officium, *ibidem n.* 34. 98

Item ſtudere debent, ut benè, & integrè ipſum Officium perſolvant, *ibid. n. final.* 98

Canonicus non poteſt eſſe Organiſta, & muneri Canonicali ſatisfacere, *tit.* 7. *n.* 8. *d. l.* 2. 102

Canonici debent alta voce canere verſus, ad Chorum ſui lateris pertinentes, & illos alterius partis attentè audire, *ibid. n.* 21. 102

Aliter non lucrantur Diſtributiones, *ibidem num.* 22. *&* 23. 102

Prima Dignitas non eximitur à recitando in Choro alto vocis tono Horas Canonicas, *ibid. n.* 28. 103

Neque à cantu excuſantur Canonici, nobilitate inſignes, & afferuntur exempla D. N. J. C & David, *ibid. n.* 29. *&* 30. 103

Immemorabilis conſuetudo an, & quando excuſet Canonicos ab onere cantandi, *ibid. n.* 31. *& ſeqq.* pag. 103. & remiſſivè *animadv. ad tit.* 8. *n.* 1. *d. l.* 2. 110

Dignitates, & Canonici non excuſantur ab acceſſu ad Legile, ob ignorantiam Cantus Gregoriani, quia tenentur illud ſub gravi culpa addiſcere, *ibidem num.* 37. *&* 38. 103

An Canonici ſatisfaciant ſuo muneri alta voce recitando, vel teneantur decantare, & quid de conſuetudine, *ibid. n.* 39. *& ſeqq.* 103

Quando adhibetur Cantus Figuratus, non tenentur Canonici canere, *ibid. n.* 44. 104

Canonici in eorum Stallo audientes Cantum figuratum, dum à ſolis Muſicis canitur, ſatisfaciunt publicæ Horarum recitationi, *ibid. n.* 45. 104

Reprehenduntur Canonici noſtri temporis, qui ſunt pigri in recitatione Divinarum Laudum, *tit.* 8. *n.* 5. *d. lib.* 2. 107

Canonici, recitantes Horas Canonicas abſque devotione, quam culpam incurrant, *ibid. n.* 6. 107

Verior videtur opinio, quòd Canonici ſuo muneri non ſatisfaciunt per ſolam intereſſentiam in Choro, *animadv. ad d. tit.* 8. *n.* 2. *&* 9. 110

Neque eis ſuffragari poteſt contraria conſuetudo, *ibid. n.* 3. *&* 7. 110

Canonici tenentur per ſe, & non per Subſtitutos, Divina Officia obire, *ibid. nu.* 4. 110

Recenſentur Auctores, tenentes, Canonicos per ſolam intereſſentiam munus ſuum implere, *ibidem numer.* 10. 110

A' tali obligatione quando Canonici poſſint eſſe exempti, *ibid. n.* 11. *& ſeqq.* 110

Canonici tenentur omnibus Horis Divinis intereſſe, *ibid. n.* 17. 111

Ita ut non valeat conſuetudo, quòd ſolùm Horis majoribus interſint, & pro reliquis non ſint aſſignatæ Diſtributiones, *ibid. n.* 18. 111

Toleranda tamen videtur conſuetudo, quòd Horis Minoribus non aſſiſtant omnes Canonici, ſed aliqui eorum per Turnum, *ibid. n.* 19. 111

Item alia conſuetudo, quòd Canonici diebus feriatis non interſint Horis minutis, *ibid. n.* 20. 111

Similis conſuetudo viget in Cathedrali Piſtorienſi, robur habens à Statutis ejuſdem Eccleſiæ, ab *Eugen. IV.* in forma ſpecifica confirmatis, *ibidem numer.* 21. *&* 22. 111

Corporis neceſſitas, & manifeſta Eccleſiæ utilitas, eximunt à Choro Canonicos, eoſque reddunt participes Diſtributionum, aliorumque fructuum, *tit.* 9. *n.* 1. *d. lib.* 2. 112

Gravis infirmitas excuſat à recitatione Divini Officii, tam privata, quàm publica, *ibid. n.* 2. 112

Et quid in dubio, *ibid. n.* 3. 112

Levis morbus quando excuſet ab intereſſentia Chori, *ibid. n.* 4. *&* 5. pag. 112. *& animadv. ad d. tit.* 9. *num.* 5. *&* 6. 114

Gravis infirmitas an eximat ab intereſſentia Chori, etiam quando in eam propria culpa quis inciderit, *ibid. num.* 6. pag. 112. *& d. animadv. ad tit.* 9. *num.* 17. *&* 18. 115

Quæ ad hunc effectum dicatur infirmitas gravis, vel levis, remiſſivè, *ibid. n.* 7. 112

Canonici ægroti non habentur pro præſentibus in Choro, niſi quando tempore bonæ valetudinis ſoliti fuerunt accedere ad Divina Officia, *ibid. nu.* 8. *&* 10. pag. 112. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 2. 3. *&* 4. 114

Qui tempore bonæ valetudinis non erat ſolitus ad Chorum accedere, & morbo correptus proponat Divinis Officiis intereſſe, an lucretur omnes Diſtributiones, tam in Foro interno, quàm externo, *ibid. n.* 11. 12. *&* 13. 112

Quid

Quid requiratur, ut infirmitas gravis excuſet ab onere intereſſendi Choro, *ibid. n.* 14. *&* 15. 513

Ut infirmus, non ſolitus ad Chorum accedere tempore bonæ valetudinis, privari valeat Diſtributionibus, hoc probandum eſt à Capitulo, *ibid. n.* 16. 113

An lucretur Diſtributiones, qui extra locum ſuæ Reſidentiæ ægrotat, *ibid. n.* 17. *&* 18. pag. 513. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 8. *& ſeqq.* 115

Quid de iis, qui domi morantur, quia podagra laborant, vel alia ſimili de cauſa, *ibid. n.* 19. pag. 113. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 7. 115

Aut à Choro diſcedunt ad exonerandum corpus, vel ut barbam radant, *ibid. n.* 20. 113

An ſenio confecti excuſentur à Choro, & quando, *ibid. n.* 21. pag. 113. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 19. *& ſeqq.* 115

Servitium, Eccleſiæ præſtitum per annos quadraginta, non eximit à Choro, niſi adſit Statutum confirmatum à Papa, vel conſuetudo immemorabilis, *ib. num.* 52. 113

A' quibus oneribus conveniat eſſe exemptos eos, qui per diuturnum tempus inſervierunt Eccleſiæ, *ibid. n.* 23. pag. 113. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 24. 115

Qui poſt adeptum Canonicatum evadit cæcus, remanet liber à ſervitio Chori, & lucratur Diſtributiones, *ib. n.* 54. pag. 113. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 25. 115

Secus, ſi debilitatem viſus tantùm patiatur, *ibid. n.* 25. 26. *&* 27. 113

Raucedo non liberat ab intereſſentia Chori, *ibid. n.* 28. pag. 113. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 57. 515

Idem dicendum eſt de defectu ſurditatis, *ibid. n.* 29. pag. 113. *& animadv. ad tit.* 9. *ſub d. n.* 27. 515

Hoc autem vitio laborans non ſatisfacit Eccleſiæ præſcripto, niſi totum Officium per ſe ſubmiſſè recitet, *ibidem numer.* 30. 113

Quid ſi non ſit totaliter ſurdus, *ibid. n.* 31. *&* 32. 113

Qui à Choro abſunt ob alias cauſas, quàm neceſſitatis corporalis, non habentur pro præſentibus, quoad lucrandas Diſtributiones, licèt eximantur à privata recitatione Divini Officii, *ibid. n.* 33. *&* 34. 113

Canonicus, domo non egrediens ob metum inimicorum, vel miſſus in exilium, vel carceratus, quando non privetur Diſtributionibus, *ibidem nu.* 38. pag. 114. *& d. animadv. ad tit.* 9. *n.* 33. *& ſeqq.* 516

Idem quæritur de excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, *ibidem num.* 39. 114

Et de non intereſſentibus Choro, quia Eccleſia eſt interdicta, vel polluta, vel repente diruta, *ibidem numer.* 40. 114

Tempore Interdicti localis generalis tenentur Canonici Officium in Choro ſubmiſſa voce recitare, *ibidem num.* 41. 114

Qui tempore peſtis Choro non interſunt, non lucrantur Diſtributiones, niſi adſit conſuetudo legitimè præſcripta, *ibid. num.* 42. 514

Eccleſiæ utilitas, ob quam abſens à Choro lucratur Diſtributiones, intelligenda eſt quoad propriam Eccleſiam, non alienam, *ibid. num.* 44. 144

Canonici Subcollectores Spoliorum Cameræ Apoſtolicæ, & Conſultores S. Inquiſitionis, ſi Choro non interſint, ut muneri ſuo ſatisfaciant, non amittunt Diſtributiones, *ibid. num.* 45. pag. 514. *& animadv. ad tit.* 11. *n.* 8. *l.* 2. 152

Idem dicendum de Examinatoribus Synodalibus, *ibid. n. final.* 114

Canonico infirmo debentur Diſtributiones Quotidianæ, etiamſi accepta Canonicatus poſſeſſione per Procuratorem, nunquam, propter infirmitatem, Eccleſiæ inſervierit, *animadv. ad tit.* 9. *n.* 13. *l.* 2. 115

Tempus infirmitatis an, & quando computandum ſit Canonico pro tempore Vacationis trium menſium, *ibid. n.* 15. *&* 16. 115

Diſtributiones Quotidianæ debentur etiam Canonico amenti, *ibid. n.* 56. 115

An, & quando ſubſtineatur Statutum, denegans Diſtributiones Canonicis, ſeu Beneficiatis infirmis, *ibidem numer.* 58. *& ſeqq.* 515

Statuta, diſponentia circa Diſtributiones dandas, ſeu denegandas Infirmis non reſidentibus, eatenus ſunt valida, quatenus Epiſcopi approbatio acceſſerit, *ibid. num.* 35. 115

Canonicus infirmus, & ſolitus reſidere, lucratur etiam portionem illam Diſtributionum, quæ à Canonicis, legitimè non impeditis, amittuntur, *ibid. n.* 32. pag. 116. *& tit.* 11. *n.* 1. *& ſeqq. l.* 2. 120

Canonicus Theologus per totam diem, qua legit, excuſatur à Choro, & lucratur Diſtributiones, aliaque emolumenta, *tit.* 10. *n.* 1. *d. l.* 2. pag. 117. *& animadv. ad d. tit.* 51. *n.* 7. 122

Item Canonicus Pœnitentiarius, tempore, quo Confeſſiones excipit, *ibid. n.* 6. pag. 117. *& d. animadv. ad tit.* 11. *n.* 6. 122

Quid de Canonicis, conſtitutis ab Epiſcopo in Collegiatis cum facultate abſolvendi à reſervatis, *ibidem num.* 7. 117

Canonici habentes Curam animarum, dum Parochialia munia exercent, excuſantur à Choro, & lucrantur Diſtributiones, *ibid. nu.* 8. *& ſeqq.* pag. 117. *& animadv. ad tit.* 11. *n.* 9. pag. 122. Amplia *n.* 11. pag. 117. Limita *num.* 15. pag. 117. *& d. animadv. ad tit.* 51. *numer.* 10. 122

An idem dicendum ſit de Canonico Collegiatæ, quæ habeat Curam Animarum, unitam Primæ Dignitati, deputato, ob illius vacationem, in Vicarium, ſeu Oeconomum ejuſdem Eccleſiæ, *ibid. num.* 56. *& ſeqq.* 517

Canonicus, in locum Pœnitentiarii præmortui, vel abſentis ſuffectus, dum audit Confeſſiones, habetur pro præſenti in Choro, *ibid. nu.* 17. 117

Similiter Canonicus Vicarius Capitularis, ſi occaſione muneris ſui implendi ſit impeditus, *ibid. n.* 19. 117

Canonicus, qui tempore Divinorum Officiorum detinetur in facienda Confeſſione ſuorum peccatorum, non reputatur præſens pro lucrandis Diſtributionibus, *ibid. nu.* 24. *&* 26. 517

Limita, quando eo tempore adſtringeretur peccata ſua confiteri, ut Sacrum perageret, pro neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ, *ibid. n.* 27. 117

Idemque procedi, quoad Canonicum, qui à Choro diſcedit, pro audienda illius Confeſſione, *ibidem numer.* 28. 117

Canonicus Sacriſtiæ Præfectus, abſens à Choro pro ſervitio Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ, habetur pro præſenti, & Diſtributiones lucratur, *ibid. n.* 29. 117

Item Canonicus Camerarius, tempore Divinorum Officiorum occupatus in exigendis redditibus Capituli, vel peragendis aliis negotiis ejuſdem, *ibid. nu.* 30. pag. 118. Amplia *n.* 31. 118

Eodem privilegio gaudet Canonicus, in arte ſupputandi peritus, qui in Choro non interſit, cauſa ineundi computa de incertis menſtruis, pro aſſignanda Capitularibus portione, cuique debita, *ibidem numer.* 32. 118

Ita pariter Canonici Collegiatæ, dum ab Epiſcopo convocati accedunt ad Synodum Diœceſanam, *ib. num.* 33. pag. 158. *& dict. animadv. ad tit.* 11. *numer.* 8. *lib.* 2. 122

Quinam fructus, & Diſtributiones debitæ ſint Canonicis, ſeu Beneficiatiatis infirmis, ſeu alia ex cauſa legitimè impeditis, vel habentibus Indultum lucrandi Diſtributiones in abſentia, *animadv. ad tit.* 50. *numer.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. pag. 118. *d. tit.* 11. *num.* 4. *& ſeqq.* pag. 120. *animadv. ad eundem tit.* 51. *num.* 2. *& ſeqq.* pag. 522. *& ad tit.* 12. *numer.* 22. *& ſequentib. lib.* 2. 159

Quæ in hac materia dicuntur de veris Canonicis, locum etiam habent quoad illorum Coadjutores, *d. tit.* 11. *n.* 8. *l.* 2. 150

Privilegium lucrandi fructus Præbendarum in abſentia, cauſa ſtudii, conceſſum fuit tantùm Canonicis, & quare, *ibidem num.* 10. *&* 11. 120

Canonici non debent ad publicum Studium ſe conferre, niſi de licentia Epiſcopi; neque ſufficit licentia Capituli, & quare, *ibid. n.* 12. pag. 120. *& animadv. ad d. tit.* 11. *n.* 30. 33. *&* 34. 123

An, & quando Caput Collegiatæ poſſit habere in ſui ſervitium unum Eccleſiæ Canonicum, cum lucro fructuum ſuæ Præbendæ, *ibid. n.* 14. *&* 15. 120

An differant inter ſe, *intereſſe*, *reſidere*, *& præſens eſſe in Choro*, & quid importent, *ibid. n.* 20. *& ſeqq.* 120

Epiſcopis permiſſum eſt uti opera duorum Canonicorum ſuæ Eccleſiæ, etiam abſque conſenſu Capituli,

tuli, & ptobatione utilitatis ejuſdem Eccleſiæ, qui lucrentur in abſentia fructus ſuarum Præbendarum, *d. animadv. ad tit. 11. n. 12. & 13. l. 2.* 122

Quod privilegium Prælatis Inferioribus limitatè competit, & quomodo, *ibid. n. 14.* 122

An Epiſcopus uti poſſit opera ſui Canonici pro munere Secretarii, *ibid. n. 17. & 18.* 122

Privilegium, quod Epiſcopus habet, retinendi pro ſuo ſervitio duos Canonicos, extenditur etiam ad Beneficiatos, tam Cathedralis, quàm Collegiatæ, *ibid. n. 19. & 20.* 122

Servitium tamen dictorum Canonicorum, ſeu Beneficiatorum, tendere debet in utilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, non autem in proprium, ac particulare commodum Epiſcopi, *ibid. n. 21.* 122

Indultum abſentiæ, à Sede Apoſtolica pet Canonicum obtentum, ei non ſuffragatur, niſi accedat Epiſcopi, aſſenſus, *ibid. n. 33.* 123

Epiſcopis quæ ſpectare debeant in concedendis hujuſmodi licentiis, Jure ordinario, vel delegato, *ibid. n. 35. & ſeqq.* 123

Iidem Epiſcopi poſſunt exigere à Canonicis Studentibus in Univerſitatibus Teſtimoniales ſuper eorum profectu in ſtudiis, *ibid. n. 45.* 123

Et habita notitia, quòd negligenter, vel inutiliter ſtudiis operam darent, poſſunt illos cogere ad reſidentiam, *ibid. n. 46. & 47.* 123

Canonicus, qui percepit fructus, ſeu Diſtributiones Canonicatus cauſa ſtudii, & poſtea tranſit ad ſtatum laicalem, tenetur ad reſtitutionem, *ibidem numer. 48.* 123

Item Epiſcopi cutare debent, ut Canonici, in Studiis manentes, aliquo conſtituto tempore, Teſtimoniales exhibeant Ordinariorum, in quorum Diœceſi ſunt Univerſitates, de eorum converſatione, & vitæ honeſtate, & aliis, *ibidem num. 40. & 50.* 124

Canonicus, abſens cauſa ſtudii, lucratur fructus, ſeu Diſtributiones, etiamſi ſtudeat in Univerſitate, quæ ſit in Civitate ubi habeat Canonicatum, *ibidem num. 51.* 124

Quid, ſi non ſit in Sacris, & juxta Statuta Eccleſiæ, vel conſuetudinem, legitimè præſcriptam, non exiſtens in Sacris Diſtributiones non petcipiat, *ibid. n. 52. & ſeqq.*

Canonicis, qui non interſuerunt Choro, utrum poſſint alii Canonici condonare Diſtributiones amiſſas, *ibid. n. 55. & ſeqq.* 124

Canonici poſſunt à Choro abeſſe per tres menſes, etiam ſine cauſa, & Epiſcopi licentia, *tit. 12. num. 1. d. lib. 2.* 125

An Epiſcopus poſſit dictum trimeſtre ad quadrimeſtre prorogare, *ibid. n. 2. & 3.* 125

Vacationem dictorum trium menſium licitum non eſt omnibus Canonicis eodem tempore aſſumere, ſed tantùm quartæ parti, arbitrio Epiſcopi, & Capituli, *ibidem nu. 4.* 125

Poteſtque Epiſcopus probibere, nè Canonici hujuſmodi vacationem aſſumant in Solemnitatibus, *ibid. num. 5.* 125

Canonicus Pœnitentiarius tenetur reſidere, & Confeſſionali aſſiſtere in Natali, & Paſchate, quamvis aliis diebus non teneatur ad majorem reſidentiam, qoàm alii Canonici, *ibid. n. 6.* 155

Canonicus, qui in fine menſis Septembris cæpit poſſeſſionem ſui Canonicatus, an poſſit à Choto abeſſe tribus ſequentibus menſibus, & anno ſubſequenti eodem privilegio gaudere; & quid de eo, qui in medio anni Canonicus efficitur, *ibid. n. 7. & 8.* 125

Ex fundatione Præbendæ fieri poteſt, ut Canonici non teneantur ſingulis diebus Choro intereſſe, *ibidem num. 9.* 125

Tempus trimeſtris abſentiæ, à *S. C. Trid.* Canonicis indultum, quomodo computetur, *ibidem numer. 10. & 11.* 125

Si contra abſentes abſque legitimo impedimento ultra tres menſes à Choro non procedat Epiſcopus, ob conniventiam, ad privationem fructuum Præbendarum, non tenentur iſti ad reſtitutionem, dummodo privatim Officium Divinum recitent, *ibidem numer. 12.* 125

An valeat Epiſcopus ex dicta cauſa privare fructibus Canonicum, poſſidentem Præbendam adeo tenuem ut dempta eleemoſyna Miſſæ planæ, quam habet annexam, nulli ex eadem Præbenda ſuperſint redditus, *ibid. n. 13. & ſeqq.* 125

Utrùm Canonici, qui ultra tres menſes abſque cauſa à Choro abſunt, peccent mortaliter, *ibidem numer. 16.* 125

Canonici Choro non intereſſentes, & Juris fictione pro præſentibus habiti, ſi Officium Divinum privatim petſolvere omiſerint, privantur fructibus ſui Canonicatus, & Præbendæ, pro rata Officii omiſſi, etiam non expectata Judicis Sententia, *ibid. n. 17. & ſeqq* pag. 126. Amplia *n. 19.* 126

Secus quoad Canonicos, indecora in Choro committentes, qui non tenentur ad reſtitutionem Diſtributionum, niſi poſtquam fuerint ab Epiſcopo condemnati, *ibid. n. 20. & ſeqq.* 126

Canonici, non recitantes culpabiliter Horas Canonicas in Choro, nec extra, non tenentur ad reſtitutionem, niſi poſt primos ſex menſes à die poſſeſſionis Canonicatus, *ibid. n. 25.* 126

Effluxis ſex menſibus, quibus facienda ſit reſtitutio, *ibid. n. 26.* 126

Hanc reſtitutionem poteſt Confeſſarius ipſi Reo, paupertate laboranti, applicare, & quando, *ib. n. 27. & ſeqq.* 126

An à reſtitutionis nexu eximatur, qui ſemel, aut bis in anno prætermittit ex quadam vecordia aliquas Horas, *ibid. n. 30. & 31.* 126

Reſtitutio Diſtributionum, & fructuum, ex omiſſione Divini Officii facienda, quando obliget ſub mortali, & quando ſub veniali tantùm, *ibid. n. 32.* 126

Qui non intervenit aliquibus Horis Canonicis, & obliviſcitur eas privatim recitare, an à dicta reſtitutione excuſetur, *ibid. n. 33.* 126

Quid, ſi pluries expertus ſuiſſet, ſe tali caſu obliviſci privatim ſupplere, *ibid. n. 34.* 126

Quod remedium habeat *Canonicus*, *qui* abſque cauſa omiſit Divinum Officium commune, aut ſpeciale perſolvere, *ibid. nu. 35. & 36.* 126

Diſtributiones, amiſſæ à Canonicis confabulantibus, vel aliàs muneri ſuo non ſatisfacientibus, non ſolent à Sacra Pœnitentiaria condonari, *ibid. nu. 37.* 126

An Canonicis debeantur Diſtributiones, ratione ſolius præſentiæ in Choro, vel potiùs eis præſtentur, ut ibi cantent, *ibid. n. 38. & 39.* 126

Supplens extra Chotum Matutinum, & Veſperas, quas Commemorationes facere debeat, *ibidem num. 42. & 43.* 126

Præter ſeptem Horas Canonicas nulla eſt obligatio recitandi alia Officia, ſeu Preces, quæ in Breviario continentur, niſi ubi fuerit conſuetudo recitandi in Choro Officium parvum B. M. V. *ibid. n. 44.* 127

Hujuſmodi autem conſuetudo, ſub reatu culpæ lethalis afficit omnes Canonicos ſimul, non ſingulos ſeorſim, *ibid. n. 45.* 127

Canonicus, non recitans in Choro, nec extra Chorum Horas Canonicas, quot peccata committit, *ib. num. 46.* 127

Qui non intervenit Choro, ubi ab aliis perſolutæ ſunt Horæ minores Beatiſſimæ Virginis, an peccet, & teneatur eas privatim recitare, *ibid. n. 47.* 127

Qui ob meram devotionem conſueverunt in Choro recitare prædictum Officium, non peccant, illud etiam Collegialirer omittendo, *ibidem n. 48.* 127

Quid cenſendom in dubio, an conſuetudo recitandi in Choro Officium parvum B.M.V. habeat vim legis, vel ſolius devotionis, *ibid. n. 49.* 127

An, ubi hoc Officium recitatur ex devotione, poſſit in Matutinis, & Veſperis poſtponi; & quomodo eo caſo ſit inchoandum, & terminandum, *ibid. numer. 50.* 127

Quando dicitur Officium prædictum, ad Matutinum, & ad Veſperas non ſit commemoratio ſolita B. M. V. niſi in propria Eccleſia, *ibid. n. 51.* 127

In Collegiatis, ubi ex conſuetudine obligatoria recitatur in Choro Officium parvum B. M. V. etiam aſſignandæ ſunt Diſtributiones, *ibid. n. 52.* 127

Canonicus abſens à Choro, ſi habeatur pro præſente, quoad lucrandas Diſtributiones Horarum majorum, reputatur & præſens quoad aſſignatas Officio

minori

minori B. M. V. & è converſo abſens à Choro abſque juſta cauſa neutras acquirit, *ibid. n.* 53. 127

Idem dicendum in caſu, quo ſponte quis evagetur in recitando dicto Officio minori, *ibid. n.* 54. 127

Officium parvum B. V. recitandum eſt in Choro depreſſiori voce, quàm Officium majus, *ibid. n.* 55. 127

Qui in Choro non decantaverit Officium Defunctorum in die Commemorationis eorundem, tenetur illud privatim legere, *ibidem numer.* 56. 127

Canonici non obligantur ad lectionem Martyrologii ad Primam ſub mortali, *ibidem numer. final.* 127

Tempore Vacationis, Canonicis permiſſæ, non debentur illis Diſtributiones, *animadv. ad tit.* 12. *numer.* 1. *l.* 2. 128

Quando redditus omnes Canonicatus conſiſtunt in Diſtributionibus, poſſunt Canonici percipere ratam earundem reſpectu tertiæ partis, *ibid. n.* 2. 128

Dummodo tamen habeant licentiam debitam à Superiore, *ibidem numer.* 3. 128

Conſuetudines, & Statuta in forma communi à Sede Apoſtolica confirmata, quæ tribuunt Canonicis majus tempus abſentiæ, quàm à *Sacr. Conc. Trid.* permittatur, per ipſum *Concilium* ſublata fuerunt, *ibidem num.* 4. 5. *&* 12. 128

Secus quoad Statuta, à S. Sede Apoſtolica approbata in forma ſpecifica, *ibid. n.* 6. 128

An ſub dicta *Conciliari* derogatione comprehendantur Statuta, confirmata à S. R. E. Cardinali, tanquam ſpeciali Delegato Sedis Apoſtolicæ, *ibid. n.* 9. 128

Speciale indultum, à *Sixto IV.* conceſſum Canonicis Piſtorienſibus, abſentiæ ultra tempus, præfinitum à *Sacr. Conc.* an per idem *Concilium* ſublatum cenſeatur, *ibid. n.* 10. 128

Idem quæritur quoad facultatem, ab ipſo *Sixto IV.* Capitulo Piſtorien. indultam, concedendi Canonicis licentiam abſentiæ, *ibid. n.* 11. 128

Non valet conſuetudo, per quam Canonici, intereſſentes una hebdomada, lucrentur Diſtributiones ſequentis hebdomadæ, in qua Divinis non interſunt *ibid. num.* 13. 128

Neque etiam quòd Canonici, gaudentes Indulto deſerviendi per alternas hebdomadas, poſſint recuperare Diſtributiones amiſsas; deſerviendo in Feſtis duplicibus, in quibus aliàs non tenerentur, *ibidem numer.* 14. 128

Toleranda tamen videtur conſuetudo, ut Canonici, occupati juſſu Capituli in revidendis computis, lucrentur Diſtributiones, *ibidem nu.* 15. 128

Capitulum non habet facultatem concedendi licentias abſentiæ, niſi ex cauſa in Corpore Juris comprehenſa, vel ſaltem ſubintellecta, *ibid n.* 16. *&* 17. 128

Et eatenus ſuffragatur, ſi cauſa ſit vera, & evidens, *ibid. num.* 18. 128

Epiſcopus poteſt recognoſcere cauſas hujuſmodi licentiarum, ne fiat fraus Divino Servitio, *ibid. n.* 19. 128

Non ſubſtinetur conſuetudo, quòd Canonici, habentes Indultum deſerviendi Choro per alternas hebdomadas, lucrentur Diſtributiones etiam hebdomadæ vacantis, etiamſi in hebdomada, ſibi tangente, non inſervirent, *ibidem numer.* 21. 129

Capitis fatigatio, ob cantus prolixitatem, cenſetur cauſa rationabilis exeundi è Choro, *tit. ult. numer.* 4. *d. l.* 2. 133

In Choro fugienda eſt inquietudo, *ibid. n.* 5. 133

Refertur inſtructio ad hunc effectum, pro quodam Canonico à Deo S. Birgittæ revelata, *ibid. n.* 6. 133

Canonicus, qui abſque juſta cauſa deſerit Chorum, peccat, *ibidem nu.* 7. 133

Ad id inſtigatus dicitur à Dæmone, & referuntur exempla, *ibidem num.* 8. 133

Magis delinquitur à diſcedente de Choro, antequam finiatur totum Officium, quàm à non comparente ad ejus initium, *ibidem num.* 9. 133

Illa pars Divinorum Officiorum, quæ in principio non reputatur notabilis in non accedendo ad Chorum, habetur talis in recedendo, quoad amittendas Diſtributiones, *ibidem num.* 10. 133

Canonici, antequam à Choro diſcedant, quid agere debeant, *ibid. num.* 17. 134

Recitantibus in fine Officii orationem *Sacroſanctæ &c. Leo Papa X.* conceſſit remiſſionem defectuum in eodem Officio perſolvendo commiſſorum, *ibidem num.* 18. 134

Quando, & quo ordine debeant Canonici à Choro diſcedere, ac ſe in Sacriſtiam recipere, *ibidem numer.* 59. 134

Punctandi ſunt non accedentes ad Chorum ante finem ultimi *Kyrie*, ante finem Miſſæ à Choro recedentes, item non cantantes, confabulantes, alioſque defectus committentes, *ibid. n. final.* 135

Reliqua ſupple in *Verb. Cantus in Divinis Officiis perſolvendis, Officium Divinum quoad modum illud recitandi, maximè in Choro, & Diſtributiones.*

CANONICI QUOAD OBSEQUIA ERGA, EPISCOPUM, AD ECCLESIAM ACCEDENTEM.

Epiſcopo, ad Eccleſiam accedenti, ad effectum aſſiſtendi Sacris Functionibus, tenentur Canonici omnes obviam ire, & in reditu uſque ad januas Eccleſiæ aſſociare, *animadv. ad tit.* 2. *n.* 1. *l.* 2. 81

Acceſſurus ad aliam Eccleſiam, præter Cathedralem, aſſociari debet à duobus Canonicis, tam in acceſſu, quàm in receſſu, *ibid. n.* 2. 81

Epiſcopo, volente Pontificales functiones exercere, non poſſunt Canonici ab Eccleſia abeſſ. ſine legitima cauſa, *ibid. n.* 3. 82

Epiſcopo, Pontificaliter celebranti, quis debeat aſſiſtere, & Miſſale ſuſtinere, *ibid. n.* 4. 83

Cætera require in *Verb. Epiſcopus quoad exercitium Pontificalium.*

CANONICI QUOAD PRÆDICTA OBSEQUIA ERGA EPISCOPUM SUFFRAGANEUM, SIVE COADIUTOREM.

Epiſcopus Suffraganeus non excipitur à Canonicis de ejus Cubiculo, nec eo reducitur, ſed ad januam Eccleſiæ: & ſufficit, quòd ab aliquibus Canonicis excipiatur, *animadv. ad tit.* 2. *n.* 6. *&* 7. *l.* 2. 82

Suffraganeo celebranti tenentur Canonici aſſiſtentiam facere, *ibid. n.* 9. 82

In Ordinationibus generalibus, præſertim ſi in Cathedrali habeantur, tenentur aliqui ex Canonicis Epiſcopo Suffraganeo aſſiſtere, *ibid. n.* 13. 82

CANONICI QUOAD PRÆCEDENTIAM.

Canonici ſunt præferendi Capellanis *tit.* 2. *numer.* 1. *lib.* 1. 5

Canonicis novæ Collegiatæ debetur Præcedentia ſupra Plebanos, ac Rectores, adinſtar Canonicorum aliarum Collegiatarum, *ibidem num.* 2. 5

Canonicorum Præcedentia undè deducatur, *ibidem num.* 3. 5

Canonici præferuntur Parochis, ſive Capellanis, licèt iſti ex Beneficiis majores redditus percipiant, *tit.* 6. *n. final. d. l.* 1. 24

Ideoque locus in Choro aſſignatur Canonicis in primis Subſelliis; Curatis verò, Capellanis, aliiſque inferioris Ordinis Clericis in Subſelliis inferioribus, *tit.* 8. *n.* 2. *dict. l.* 1. 32

Quid, ſi fieri contingat Chorus in aliqua Eccleſia, pro cujus ſitu non ſit diſtinctio primi, & ſecundi Subſellii, & interveniat Epiſcopus, *ibid. n.* 3. 32

Honor Canonicorum conſideratur in ſedendo cum Epiſcopo, *ibid. n.* 7. 32

Canonici, habentes uſum Indumenti magis honorifici, præferuntur non habentibus, *ibid. n.* 21. 33

Limita in concurſu Canonicorum Collegiatæ cum Canonicis Cathedralis, *ibid. n.* 22. 33

Canonici Cathedralium parati præcedunt Vicario Generali Epiſcopi, *tit.* 10. *n.* 1. *d. l.* 1. 40

Si verò non ſint parati, eis Vicarius præcedit *ibid. n.* 2. pag. 53. *& animadv. ad dict. tit.* 10. *n.* 18. *& ſub num.* 20. 44

Hoc tamen fallit, ſtante contraria conſuetudine, legitimè præſcripta, *ibid. n.* 3. 40

Extra Chorum in actibus civilibus præcedentia debetur Vicario Generali, non obſtante contraria conſuetudine, *ibid. n.* 4. 40

Dignitates Cathedralium præcedunt Dignitatibus Collegiatarum, *ibid. n.* 5. 40

Dignitates Collegiatarum an præcedant Canonicis Cathedralium, *ibid. n.* 6. 40

Canonicis Cathedralis, tam collegialiter, quàm ſingulariter, debetur Præcedentia ſupra Canonicos

Collegiatæ, non obſtante contraria conſuetudine, *ibidem num.* 17. pag. 40. *& animadv. ad tit.* 10. *num.* 1. *d. lib.* 1. 43

Amplia etiam in ipſa Eccleſia Collegiata, *tit.* 10. *n.* 18. *d. lib.* 1. 41

Immemorabili tamen conſuetudine introduci poteſt, ut conveniente ad aliquam Sacram Functionem Capitulo Cathedralis cum Capitulo Collegiatæ, Dignitates, & Canonici Cathedralis cum illis Collegiatæ ad invicem miſceantur, & conſundantur, & quomodo, *animadv. ad tit.* 10. *n* 2. *&* 4. 43

Simile temperamentum à *S. Conc. Congr.* captum fuit in quadam controverſia inter duo Capitula Collegiatarum ſuper Præcedentia, *ibid. n.* 5. 43

Licèt aliàs à Sac. Canonibus prohibeatur, nè extraneæ perſonæ cum Capitulo intermiſceantur, *ibidem n.* 6. 43

Quando Epiſcopus cum ſuo Capitulo in Choro, ſeu aliqua Functione ſtant, ſeu incedunt per modum unius Canonici præcedunt Vicario Generali, & quare, *ib. num.* 23. 44

Et tunc Vicarius Generalis, ſi aliàs hujuſmodi inconveniens vitari non poſſit, debet ab interventu abſtinere, *ibid. n.* 24. 44

Idem tamen Vicarius debet admitti in caſu, quo Epiſcopus in ſua Cathedra Pontificali ſedet cum Canonicis, ſibi aſſiſtentibus, & redditur ratio, *ib. n.* 25. 44

Ad hunc Præcedentiæ effectum canonizata fuit à S. Rota diſtinctio interventus Canonicorum cum Epiſcopo ſingulariter, vel Capitulariter, *ibid. n. final.* 45

Canonici Collegiatarum Urbis procedunt Canonicis quarumcunque Cathedralium aliarum Civitatum, *tit.* 11. *n.* 1. *lib.* 1. 45

Inter Canonicos cujuslibet Eccleſiæ debetur Præcedentia antiquiori in poſſeſſione, *ibid. n.* 2. 45

Etiamſi alter fuerit prior in Data, & Proviſione *ibidem num.* 3. pag. 45. *& dec.* 59. *n.* 80. 333

Et in hac materia attenditur prioritas unius horæ, immò unius puncti, ac momenti, *ibid. ſub eodem n.* 3. 45

Canonici, inſtituti ad Præbendas Pœnitentiariæ, vel Theologiæ, non præcedunt antiquioribus, niſi aliud per Statutum cautum ſit, *ibid. n.* 4. 45

Poſteriori in poſſeſſione quando præcederet antiquiori, *ibid. n.* 5. 45

Quid ſit punctum, quid momentum, *ibid. ſub eodem n.* 5. 45

Quid agendum, ſi Canonici in ipſa prima Cathedralis, vel Collegiatæ erectione inſtituantur, *ibid. n.* 6. *&* 7. 46

In Eccleſiis, ubi Præbendæ ſunt diſtinctæ, priores in Ordine præferuntur antiquioribus ordine inferioribus, *ibid. n.* 8. 46

Idque procedit, non obſtante contraria conſuetudine, *ibid. n.* 9. 46

Quid, ubi Præbendæ non ſunt diſtinctæ, *ibidem num.* 10. 46

Canonicus antiquior non Sacerdos poſtponitur Canonico juniori Sacerdoti, *ibid. n.* 11. 46

Recuperat tamen ſuam Præcedentiam poſt promotionem ad Sacerdotium, *ibid. n.* 12. pag. 46. Contrarium *animadv. ad dict. tit.* 11. *n.* 16. 48

Et hæc regula procedit, tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis, *ibid. n.* 13. 46

In Collegiatis, in quibus omnes Præbendæ ſunt Clericales, an Sacerdotes noviter recepti præferantur antiquioribus Clericis, *ibid. nu.* 14. 15. *&* 18. pag. 46. *& d. animadv. ad tit.* 11. *n.* 15. *l.* 1. 48

Quid in hoc caſu operetur conſuetudo, *ibidem numer.* 16. 46

Præeminentia in Choro eſt fructus Præbendæ, *ibid. num.* 19. 46

De conſuetudine Collegiatarum Romæ, Florentiæ, & Lucæ circa dictam Præcedentiam, *ibid. n.* 21. 46

In prædicto caſu, quo Præbendæ non ſunt diſtinctæ in diverſis ordinibus, an eadem regula, quæ procedit in Functionibus Sacris, militet etiam in actibus civilibus, *ibid. num.* 25. *&* 27. 47

In Capitulo Piſtorien. Canonicus antiquior in receptione, & inferior in Ordine, poſt promotionem ad Sacerdotium, recuperat Jus Præcedentiæ, in vim Capitularium Conſtitutionum, à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica confirmatarum, *d. animadv. ad tit.* 11. *n. final. l.* 1. 49

Canonicis præferuntur honorariæ Dignitates, *tit.* 12. *n.* 2. *l.* 1. 49

Canonici Cathedralis præcedunt in Funeribus Parocho defuncti, & quando, *animadv. ad tit.* 13. *n.* 1. 3. *&* 4. *lib.* 1. 55

Vicarius inſimul Canonicus, in Choro, & Capitulo nullam habet præeminentiam, ratione muneris Vicariatus, *ibid. n.* 9. 56

Canonicus, Epiſcopali Dignitate perfulgens, non præfertur in Capitulo antiquioribus Canonicis, *ibid. num.* 10. 56

Dignor eſt ordo Canonicorum ordine Plebanorum, aliorumque Parochorum, *tit.* 14. *n.* 1. *l.* 1. 57

Canonicus Doctor non præcedit in Congregationibus Canonico antiquiori non Doctori, *ibid. n.* 3. 57

Canonici præcedere debent Plebanis, Parochis, aliiſque inferioris ordinis Clericis, non ſolùm in habitu Chorali, ſed etiam in communi, & quare; *ibid. n.* 8. *&* 9. 58

Canonicus, etiam Sacris non initiatus, eſt verè Canonicus, & præcedit Sacerdotibus, non Canonicis, *ibid. n.* 16. 58

Canonici Collegiatæ, proceſſionaliter accedere ſoliti ad aliquam ſimplicem Eccleſiam Parochialem, pro aſſiſtendo Miſſæ cantatæ, ſive Veſperis, quibus aſſiſtit etiam Parochus ejuſdem Eccleſiæ, honorabiliorem locum tenere debent, *ibid. n.* 26. 58

Quid, ſi Parochus ſit ſimul Canonicus, *ibid. n.* 27. 58

Canonici, uti ſinguli, non præcedunt Parocho in ſua Eccleſia, *ibid. n.* 28. *&* 29. 59

Valet aliquando conſuetudo, quòd minor præcedat majori, *ibid. n.* 30. 59

Cætera vide in *Verb. Magiſtratus*, *Dignitates*, *Parochus quoad Præcedentiam*, *& Abbas*.

CANONICI, ET CANONICATUS QUOAD RESIDENTIAM.

Qui in præmium Reſidentiæ non habet fructus, ſeu Diſtributiones, non poteſt ad illam compelli, *animadv. ad tit.* 14. *n.* 10. *l.* 1. 41

Reſidentia, ad quam tenentur ſimplices Canonici, & Dignitates, differt ab illa, cui ſunt obnoxii Canonici, quorum Præbendæ adnexam habent Curam animarum, & quare, *tit.* 11. *n.* 24. *l.* 2. 121

Neque ulla conſuetudine, etiam immemorabili, poſſunt iſti à Reſidentia excuſari, *ibid. n.* 25. 121

Ita nec ſatisfaciunt muneri ſuo, ſi pernoctent in domo Canonicali, relinquentes totam Curam diurnam Capellano, *ibid. n.* 26. 121

Ad quæ vi muneris Paſtoralis teneantur, *ibidem num.* 27. 121

Si Populus numeroſus ſit, licitum eſt, immo & laudabile, aliquem Sacerdotem aſſumere in adjutorium Curæ, *ibid. n.* 28. 121

Habens ex diſpenſatione Canonicatum in una Eccleſia, & Curam animarum in alia, tenetur habitare in domo Parochiali, *ibid. n.* 29. 121

Canonici verò, & Dignitates, Curam animarum non habentes, non arctantur ad Reſidentiam in loco, ubi ſita eſt Eccleſia, ſed ſufficit, quòd horis congruis ad ipſam Eccleſiam accedant, ad celebranda Divina Officia, *ibid. n. final.* 121

Quid ſtatuat *Conc. Trid.* quoad privatione Canonicorum, ſive Præbendatorum, non reſidentium, *animadv. ad tit. ult. n.* 1. *&* 2. *l.* 2. 135

Epiſcopus, volens procedere ad privationem ex cauſa non Reſidentiæ, quæ ſervare debeat, *ibid. n.* 3. 135

Quando ſufficiat citatio per Edictum, *ibidem num.* 4. *&* 5. 136

Quid continere debeat prædicta citatio, *ibidem numer.* 6. 136

An requiratur trina citatio, vel ſufficiat una, habens vim trium, *ibid. n.* 7. *&* 8. 136

Iſta citatio quando non ſit neceſſaria, *ibid. n.* 9. 136

Si fructus omnes Canonicatus conſiſtunt in Diſtributionibus, non eſt locus Sequeſtro, aliàs à *Concilio* præſcripto: ſed tamen ſervandæ ſunt dilationes temporis, ſcilicet integri triennii, *ibid. n.* 10. 136

Præcedente unica citatione perſonali contra non reſidentem, quæ contineat comminationem pœnarum, à

SS.

Digitized by Google

SS. Canonibus, & *Concil. Trid.* inflictarum, clapſo termino, procedi poteſt ad privationem, *ibid.n.*11. 136

Si Canonicus, monitus ad reſidendum, rediret, ſed ſtatim à loco reſidentiæ recederet, poſſet nihilominus privari Canonicatu, *ibid.n.* 12. 136

Proevitanda pœna privationis, non ſufficit ſola præſentia in loco, ubi eſt Eccleſia, ſed requiritur actuale ſervitium eidem Eccleſiæ, *ibid.n.* 13. 136

Epiſcopus contra non reſidentes poteſt procedere etiam cum cenſuris, & aliis pœnis Eccleſiaſticis, *ibidem n.* 15. 136

A' Sententia privationis ob non Reſidentiam non datur appellatio ſuſpenſiva, *ibid.n.final.* 136

Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ requirunt perſonalem Reſidentiam, *dec.* 12.*n.*3. 167

Canonici, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum cogendi ſunt ad reſidentiam, non obſtantibus contrariis Statutis, vel conſuetudine, *ibid.n. final.* pag. 167. *&* *dec.* 13. *n.* 10. pag. 169. *&* *dec.* 52.*n.*19. 290

CANONICI QUOAD STALLUM IN CHORO.

Quando Sedes Dignitatum ſituatæ ſunt in loco eminentiori, ac diſtincto à Sedibus Canonicorum, non poſſunt ii Dignitatum abſentium Sedes occupare, *animadv. ad tit.* 8. *nu.* 1. *&* 3. *lib.* 1. pag. 34. *&* *tit.* 2. *num.* 25. *lib.* 2. 80

Nec ſuffragatur contraria obſervantia, ſeu conſuetudo *d.animadv.ad tit.* 8.*n.*2. 34

Secus ſi Sedilia Dignitatum æqualia ſint illis Canonicorum cum ſimplici Præcedentia Digniorum, *ib. numer.* 4. 34

Quid ſpectandum ſit, pro dignoſcendo, an Sedilia ſint pro Dignitatibus determinata, nec ne, *ibidem numer.* 5. 34

In caſu æqualitatis Sedium inter Dignitates, & Canonicos, Sedes vacantes, non ſolùm poſſunt, ſed etiam debent ab aliis minùs dignis impleri, *ibid.n.*6. *&* 7. pag. 34. *&* *d. tit.*2.*n.*26.*lib.*2. 80

Amplia etiam quoad illos, qui non ſunt de gremio Capituli, dummodo Stallum habeant in æquali ordine Canonicorum, & exemplificatur in Canonicis Supranumerariis, aliiſque ſimilibus, *d.animadv. ad tit.*8. *n.* 8. 10. 11. *&* 12. 34

Stallum dignius ſemper reputatur illud, quod eſt à dextero cornu Chori, *ibid. n.*13. 34

Canonico digniori non licet optare Stallum vacans, in altero latere Chori ſituatum, *ibid.n.* 14. *&* 15. 34

Maximè ſi pro non Optationi Stalli, niſi in proprio Cornu, concurreret etiam decennalis obſervantia, *ib. num.* 16. 35

Canonicus Canonicatu legitimè privatus, ac deinde per gratiam reſtitutus, non recuperat ſuum locum, ſuamque Præcedentiam, in præjudicium Canonicorum, medio tempore receptorum, *ibid. n.*25. pag. 35. *&* *tit.* 3. *n.*7. *lib.* 2. 83

Etiamſi ageretur de Gratia reſtitutionis conceſſa à Papa motu proprio, *d.animadv. ad tit.*8.*n.*28. 35

Niſi tamen aliter ſuaderent verba reſtitutionis, *ib. n.*29. *&* 30. pag. 35. *&* *dict. tit.* 3.*n.*8.*lib.*2. 83

Declara, quando ſententia privationis eſſet juſta, *dict. animadv. ad tit.* 8.*n.* 31. *&* 32. 35

Servanda eſt conſuetudo, legitimè præſcripta, ut in poſtremis Stallis Canonicorum ſedeant aliquæ Perſonæ digniores de Clero, *animadv. ad tit.* 10. *nu.* 8. *&* 11. *lib.* 1. 43

Conceſſio Stalli Canonicalis, ſeu loci in incedendo, facta Perſonæ extraneæ, illam quodammodo conſtituit de illius gremio, *ibid n.*9. 43

Sedes, in qua Canonicus capit poſſeſſionem, dicitur propria ipſius Canonici, neque ea poteſt abſque culpa privari, *tit.*51.*n.*20.*l.*1. 46

Epiſcopus providere debet, nè una pars Chori quandoque vacua ob Canonicorum abſentiam remaneat, dum altera pars è ſuis Sedibus exire recuſat, *dict. tit.* 3.*n.*27.*l.*2. 80

Quid agendum, ſi poſt occupatum majoris locum, hic advenerit, *ibid. n.* 28. 80

Sedilia Dignitatum, & Canonicorum in Choro qualia debeant eſſe, & quomodo diſtribui, *ibidem num.* 29. *&* 31. 80

Quæ dicatur prima Sedes, ubi Altare majus eſt ſeparatum à pariete: & ubi ſtatuendus ſit locus pro Epiſcopo, ſeu Prima Dignitate Collegiatæ, *ibid. nu.* 30. *&* 32. 80

Sedes Epiſcopi, & Prælati in ſua Collegiata, debet eſſe eminentior cæteris, ubicunque ſit poſita, *ibidem n.* 35. 81

Canonicus Hebdomadarius, & Capellanus pariter Hebdomadam faciens, ubi Sedem habere debeant, *ibid.n.*36. *&* 37. 81

In Collegiata, an prima Sedes debeatur Canonico Hebdomadario parato, vel potiùs Primæ Dignitati, *ibid.n.* 38. *&* 39. 81

Ubi apponatur Sedile pro Canonico Celebrante, ex conſuetudine nonnullarum Eccleſiarum, quando occaſione Feſti Tituli alicujus Capellæ, cantatur Miſſa, vel Veſperæ, *ibid.n.*40. 81

Quid, ſi Capitulum accedat pro ſolemnizando aliquo Feſto ad aliam Eccleſiam, *ibid.n.* 41. 81

Sedes pro Prima Dignitate poteſt eſſe elevatior cæteris, non tamen diſtincta à Sedibus Canonicalibus, *ibid. n.final.* 81

Canonicus antiquior in optione Præbendæ Canonicalis non amittit digniorem Locum, ſibi competentem, *tit.* 3.*n.*9.*d.l.*2. 83

Secus dicendum de Canonico, permutante ſuum Canonicatum, *ibid. n.* 10. 83

Canonicus autem antiquior non privatur honorabiliori loco in Choro, niſi poſt captam poſſeſſionem alterius Canonicatus, *ibid. n.*11. *&* 12. 83

Canonicus liberè dimittens in manibus Superioris ſuum Canonicatum, ſtatim amittit cum titulo etiam locum in Choro, & Diſtributiones, *ibid.n.*13. 84

Inter Canonicos non debet quis in Choro Interponi, *ibid.n.* 18. 84

Non eſt tamen incongruum; poſt primum locum, digniorem dare in Choro alicui Perſonæ Eccleſiaſticæ qualificatæ, *ibid.n.*19. 84

CANONICI SUPRANUMERARII.

Olim ab Epiſcopo creabantur, modò ſolùm à Papa, *tit.* 12.*n.*9.*lib.*1. 49

Quando ſunt inſtallati, dicuntur de Corpore Capituli, *ibid.n.*10. 49

Cedunt tamen locum Canonicis Numerarii ejuſdem Ordinis, *ibid.n.*11. 49

Canonicus Supranumerarius cum Expectativa, poteſt eſſe Delegatus Apoſtolicus, *ibid. n.*13. 49

Item Judex Synodalis, *ibid.n.*14. 49

Supranumerarii, & Coadjutores Canonicorum ordinariorum, anteponuntur Canonicis honorariis tantùm, *ibid.n.*15. *&* 16. 49

Canonici Supranumerarii, qui, ultra Expetativam, mandatum habent à Papa, pro aſſignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, dicuntur verè, & propriè Canonici, *animadv.ad tit.*14.*n.*1.*lib.*1. 62

Et poteſt eis conferri Dignitas, quæ ex Statuto, vel Fundatione conferenda eſt Canonico, *ibidem numer.* 2. 62

Et tales Canonici poſſunt intervenire in omnibus tractatibus Capitularibus, prout alii Canonici, niſi aliud antiqua conſuetudine receptum ſit, *ibid.n.* 3. 62

Et conſequuntur etiam Diſtributiones Quotidianas, *ibid. n.*4. 62

E' converſo, qui habent ſimplicem Expectativam, non ſunt verè, ac propriè Canonici, *ibid.n.*5. 62

Creatio horum Canonicorum cum Expectativa non eſt ampliùs in uſu, *ibid.n.*6. 62

Canonicorum, neque Præbendarum numerum certum non habent quædam Eccleſiæ, ſed iſte, ad menſuram Reddituum Maſſæ Capitulariis, augetur, vel minuitur, *ibid.n.*24. 63

In aliquibus certus eſt Canonicorum, & Præbendarum conſtitutus numerus, vel diſtinctio, *ib.n.*25. 63

Aliæ Eccleſiæ habent certum numerum Canonicorum, & Præbendarum, abſque tamen diſtinctione earundem Præbendarum, *ibid.n.*26. 63

Aliæ tandem habent certum numerum Canonicorum, & Præbendarum, quarum dominium licèt ſit penes Capitulum, adminiſtratio tamen reſidet apud particulares Canonicos, *ibid.n.* 27. 63

Ubi certus numerus Canonicorum præfixus eſt, an, & quando poſſit ille alterari, *ibid.n.*28. *&* 64. 63

Digitized by Google

Quando novus Canonicatus habet particularem Præbendam, taciturnitas præfinitionis numeri non annullat Gratiam Apoſtolicam, *ibid. n.* 29. 30. *&* 32. 63

Quam ob cauſam fiat numeri Canonicorum præfinitio *ibid. n.* 31. 63

Canonici Supranumerarii non veniunt in Contractibus ſub appellatione Canonicorum, *dec.* 61 *.n.* 1. 337

Nec pariter in ultima Voluntate *ibid. n.* 2. 337

Canonici Supranumerarii prætendere non poſſunt, nec Vocem in Capitulo, nec aſſumi Adjunctos ab Epiſcopo, contra eos procedente, *ibidem num.* 3. 337

Hujuſmodi Canonici non comprehenduntur in Legibus, ac Privilegiis, de Canonicis loquentibus, *ibid. num.* 4. 337

Canonicus Supranumerarius, expectans futuram Præbendam, non eſt verus Canonicus, *ibid. n.* 7. 337

Supranumerarii non gaudent privilegiis, ſeu emolumentis, conceſſis, & reſpectivè relictis aliquibus de Collegio numerato, *ibid. n.* 26. 338

CANONICI QUOAD VOCEM IN CAPITULO.

Canonici commenſales, & Officiales Epiſcopi, non prohibentur ſuffragium ferre in actibus Capitularibus, in quibus agitur de intereſſe Menſæ, Dignitatis, & Juriſdictionis Epiſcopalis, *dec.* 33. *n.* 1. *& ſeqq.* 240

Reſpondetur Auctoritatibus, & Argumentis, in contrarium adductis, *ibid. n.* 6. *& ſeqq.* 240

CANONICUS CUM PRÆBENDA THEOLOGALI.

Ejus Lectionibus tenentur omnes Canonici intereſſe, *tit.* 10. *n.* 2. *lib.* 2. 117

Cætera vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

CANONICUS POENITENTIARIUS.

In Cathedralibus debet neceſſariò inſtitui Canonicus Pœnitentiarius, *tit.* 10. *n.* 4. *lib.* 2. 117

Qui tenetur congruis horis in ſuo Confeſſionali audire Confeſſiones omnium, etiam Caſus reſervatos non habentium, *ibid. num.* 5. 117

Cætera require in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

CANONICUS SILENTIARIUS.

Vide in *Verb. Collegiatæ Præpoſitus.*

CANONICI REGULARES LATERANENSES.

Præeminent cæteris Regularibus, & quare, *tit.* 14. *n.* 41. *&* 42. *lib.* 1. 59

Cedunt tamen locum Clericis Secularibus, ac præſertim Canonicis, *ibid. n.* 42. 59

CANONICÆ, SIVE CANONICHISSÆ.

In una, eademque Eccleſia eſſe poteſt duplex Collegium, etiam diverſi ſexus, Canonicorum ſcilicet ſecularium, & Canonicarum, ſeu Canonichiſſarum, & dantur exempla, *animadv. ad tit.* 16. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. 72

Iſtæ Canonicæ habent Abbatiſſas, quibus reverentiam, & obedientiam præſtare tenentur; & ſi contumaces fuerint, poſſunt ab eis per cenſuras coerceri, *ibid. num.* 3. 72

Abbatiſſæ, & Capitula Canonicarum, Juriſdictionem habent etiam in Clericos, & Civilem, ac Criminalem Juſtitiam adminiſtrant in Oppidis, ac Territoriis, *ibid. n.* 4. *&* 5. 72

Collegium Canonicorum Officia Divina celebrat in loco, diſtincto ab illo, in quo eadem obeunt præfatæ Canonicæ, *ibid. n.* 6. 72

Canonicæ cum Canonicis in diebus ſolemnioribus Sacras Functiones peragunt, & in Supplicationibus inſimul procedunt, *ibid. n.* 7. 72

Sed hoc Canonicis ſanctionibus adverſatur, & quare, *ibid. n.* 8. 9. *&* 12. 72

CANONICATUS SEU CANONIA IN GENERE.

Canonicatus, & Beneficium differunt, ut ſpecies, & genus, *tit.* 6. *n.* 3. *lib.* 1. 23

Canoniæ definitio, *ibid. n.* 4. 23

Nomine Canonicatus venit etiam Præbenda, & è converſo, *ibid. n.* 5. 23

Canonia, & Dignitas æquiparantur, & lata ſignificatione Canonicatus Cathedralis appellari poteſt Dignitas, *tit.* 9. *n.* 1. *lib.* 1. 36

Canonicatus eſt honor, ſimul & onus, quod verſatur circa Chorum, Altare, & Capitulum, *tit.* 16. *n. final. lib.* 1. 78

Qui dicantur peculiares effectus Canonicatus, *dec.* 61. *num.* 8. 337

Ex electione ad Canonicatum oritur actio ad Præbendam, *ibid. n.* 9. 337

Canonicatus an, & quando poſſint eſſe ſine Præbenda, *ibid. n.* 10. 337

Inſtitutio verificatur in Præbenda, non autem in ſimplici Canonia, *ibid. n.* 15. 337

CANONICATUS QUO AD EORUM COLLATIONEM.

Quibus dotibus præditi eſſe debeant ii, quibus conferendi ſunt Canonicatus, *animadv. ad tit.* 6. *num.* 24. *&* 26. *lib.* 1. 25

Saltem dimidia pars Canonicatuum conferenda eſt Magiſtris, vel Doctoribus, aut Licentiatis in Theologia, vel Jure Canonico, *ibid. n.* 25. 25

Quidam Romanus, Canonicus Eccleſiæ Argentinæ, eo quòd Capitulum plenum erat Canonicis illiteratis, occaſione ſui Turni elegit ſuum Aſinum, *ibidem numer.* 27. 26

Cætera require in *Verb. Capitulum quoad Collationem Præbendarum Canonicalium, & Beneficiorum, & Electio.*

CANTUS IN DIVINIS OFFICIIS PERSOLVENDIS.

An uſus canendi in Eccleſia congruenter receptus fuerit, *animadv. ad tit.* 5. *n.* 2. 3. *&* 5. *lib.* 2. 77

Ritus canendi Divinas Laudes in Eccleſia Mediolanenſi à D. Ambroſio inſtitutus fuit, & undè ipſe acceperit, *ibid. n.* 4. 77

Hujuſmodi canendi uſum habebant antiquitus etiam Hebræi, *ibid. n.* 6. 77

Cantus in Divinis Laudibus adhibendus, gravis debet eſſe, ac diſtinctus *ibid. n.* 7. *&* 8. 77

Cantu delectari, vel alios delectare velle in Divinis Officiis, magis quàm verbis, eſt ſpecies reatus, *ibid. n.* 9. 78

An Cantus in Divinis Officiis celebrandis ſit per ſe Deo valde acceptus, *ibid. n.* 10. 78

Canonici, aliique Beneficiati Cathedralium, ſeu Collegiatarum, tenentur ex vi ſui muneris Cantum Gregorianum addiſcere, *ibid. n.* 11. 78

Peccant ii, qui adeo notabiliter malè canunt, ut vel riſum excitent, vel perturbationem, aut faſtidium pariant, *ibid. n.* 12. 78

Neque ab onere addiſcendi Cantum Gregorianum eximuntur Canonici, aliique Beneficiati, ob juvenilem, vel ſenilem ætatem, *ibid. n.* 13. 78

Si ex Statuto, vel fundatione talis peritia requiratur, hac qualitate deſtitutus à conſecutione Canonicatus, vel Capellaniæ excluditur, *ibid. n.* 16. 78

Etiamſi ageretur de conſanguineo Fundatori, *ibidem n.* 18. 78

In ſolemnioribus diebus, majori gravitate ſuſtinenda eſt vox in cantu Pſalmorum, Hymnorum, atque Canticorum, *tit.* 5. *n.* 35. *lib.* 2. 93

Cantus figuratus in Eccleſia quando ſit commendabilis *tit.* 7. *n.* 46. *&* 47. *lib.* 2. 104

Quando verò circa illum committatur culpa lethalis, vel venialis, remiſſivè, *ibid. n. fin.* 104

CAPELLANUS, ET CAPELLANIA.

Capellani, undè ſic dicti, *tit.* 3. *n.* 15. *l.* 1. 12

Capellani Impropriè dicuntur Sacerdotes, qui à Parocho aſſumuntur in adjutorium Curiæ, *ibidem numer.* 16. 13

Capellani prædicti, quia non habent titulum, etiam ſine cauſa à Parocho amoventur, *ibid. n.* 18. 23

Pro victu Capellani regulariter aſſignantur viginti quatuor ducati, *tit.* 6. *n.* 7. *dict. l.* 1. 23

In Capellaniis amovibilibus poteſt fieri amotio etiam abſque cauſa, neque per hoc læditur fama amotorum, *dec.* 35. *n. final.* 246

Cujus generis ſint Capellani Eccleſiæ Primatialis Piſarum, & quomodo inter ſe diſtinguantur, *dec.* 59. *n.* 1. *& ſeqq.* 326

Ex dictis Capellanis ſolùm Participantes de Diſtributionibus quotidianis, & exiſtentes ad Quinternum, comprehenduntur nomine Univerſitatis, *ibid. num.* 9. *& ſeqq.* 327

Si Fundator invitavit ad Capellaniam, à ſe erectam,

Digitized by Google

ctam, Sacerdotes ſuæ Familiæ cum conditione, quòd præferatur Senior ejuſdem Familiæ; ea eſt adjudicanda Sacerdoti, qui priùs ad Presbyteratus Ordinem aſcendit, licèt ſit ætate junior, *ibid. n.* 26. 329

Ubi Teſtator diſpoſuerit ad favorem antiquioris Capellani alicujus Eccleſiæ, ille veriſimiliter cenſetur honoratus, qui magis antiquum ſervitium præſtiterit, *ibidem num.* 37. 330

Capellania cenſetur laicalis, etiamſi habeat annexum onus Miſſarum, ſi à Fundatore relicta ſit adminiſtratio Bonorum Capellæ Patronis, *decis.* 62. *numer.* 31. 342

Item ſi Capellania fuerit collata à Laicis, ſine auctoritate Ordinarii, *ibid. n.* 32. 343

Ordinarii auctoritas in erectione Capellaniæ, eam non reddit Eccleſiaſticam, ſi aliunde conſtet de contraria mente Fundatoris, *ibidem num. fin.* 343

Cætera vide in *Verb. Beneficiati alicujus Eccleſiæ ſervitio adſcripti*, *Præcedentia*, *Vicarius amovibilis*, & *Juſpatronatus*.

CAPITULUM IN GENERE.

Capitulum à ſolis Canonicis conſtituitur, *tit.* 4. *numer.* 1. *lib.* 5. 17

Quid ſit, *ibidem numer.* 2. pag. 57. & *deciſ.* 59. *numer.* 72. 333

Unde ſic dictum, *ibidem num.* 3. 17

Capituli nomen olim conveniebat ſolùm Eccleſiæ Cathedrali, hodie verò etiam Collegiatæ, *ibidem numer.* 4. 17

Capitulum probatur ex Bulla Fundationis, *ibidem numer.* 5. 17

Ex quibus probari poſſit, ſi non conſtet de Bulla Fundationis, *ibid. n.*6.7.& 9. 17

Neceſſe non eſt, ad probandum Capitulum, quòd plura ſigna ſimul concurrant, ſed ſufficit unum, *ibidem num.* 10. 17

Capitulum Eccleſiæ Secularis eſt propriè Dignitas, *ibidem num.* 11. 17

In odioſis Capitulum non venit nomine Dignitatis, *ibidem numer.* 12. 17

Neque in materia ſtricta comprehenditur appellatione Perſonarum, *ibid. ſub dict. n.* 12. 17

Capitulum poteſt eſſe majus Epiſcopo, & quando, *ibidem num.* 13. 17

Capitulum conſtituere non poſſunt Parochi, nec Capellani, nec alii Presbyteri, *ibid. n* 14. pag. 17. & *animadv. ad d. tit.* 4. *n.* 1. 2. 9. & 10. *l.* 1. pag. 18. Limita *n.* 3. & 4. 18

Præfati congregare ſe non poſſunt, niſi cum licentia Epiſcopi, & quare, *tit.* 4. *n.* 15. *l.* 5. pag. 17. & *dict. animadv. ad eundem tit.* 4. *nu.* 12. 19

Nec eis convenit commune Sigillum, *ibidem numer. final.* 17

An Epiſcopus valeat indulgere Beneficiatis facultatem ſe coaduoandi, ſine conſenſu, vel conſilio Capituli, *d. animadv. ad tit.* 4. *n.* 5. 6. & 7. *l.* 1. 18

Quando poſſint per Clerum Congregationes haberi, licentia petita, licèt non obtenta, *ibidem numer.* 11. & 13. 19

In caſu litis promovendæ per Clerum contra Superiorem, poſſunt exigi collectæ à ſingularibus perſonis ejuſdem Cleri, ſponte tamen contribuere volentibus, *ibid. n.* 14. 19

Quamvis, obtenta victoria, renuentes compelli poſſint Juris remediis ad ſuæ ratæ ſolutionem, *ibidem numer.* 15. 19

Conſuetudine introduci poteſt, quòd extraneus à Capitulo in eo vocem habeat, *animadv. ad tit.* 10. *numer.* 10. *lib.* 1. 43

Capitulum regulariter conſtituitur per Canonicos, non autem per Dignitates, *animadv. ad tit.* 14. *numer.* 33. *l.* 1. 64

Capitulum, unum & idem Corpus conſtituit cum Epiſcopo, *animadv. ad tit.* 15. *n.* 4. *l.* 1. 69

Capitulum in Corpore Cathedram Epiſcopalem repræſentat, eique propterea debetur æqualis honorificentia ac Epiſcopo, *ibidem num.* 5. 69

Jura, pertinentia ad aliquod Collegium, Capitulum, ſeu Univerſitatem, expleri nequeunt à non exiſtente de gremio, *dec.* 11. *num.* 16. 165

Ad quem ſpectet convocare Capitulum, in eoque præſidere, *dec.* 18. *num.* 66. pag. 198. & *dec.* 26. *numer.* 1. & *ſeqq.* pag. 226. & *deciſ.* 43. *num.* 1. & 2. & *per tot.* 268

In Eccleſia Gerunden. ſolùm Canonici conſtituunt Capitulum, non autem Dignitates, *dict. dec.* 26. *num.* 4. pag. 227. & *dec.* 29. *numer.* 16. 231

Nulli Collegio, ſeu Univerſitati licitum eſt ſe congregare ſine Superioris licentia, *ibid. n.* 8. 227

Perſona, de cujus licentia convocandum ſit Capitulum, quomodo debeat ad hunc effectum requiri; & an dicatur abſens, ſi præſens ſit in Civitate, *ibidem num.* 11. 228

Ad oſtendendum modum, quo fieri debeat talis requiſitio, ſufficit etiam unicus actus, Juri conformis, *ibid. num.* 13. 228

Dicta requiſitio non eſt facienda in actu convocationis Capituli, ſed antea, *ibidem num.* 15. 228

Qui habet Jus convocandi Capitulum, habet per conſequens etiam illi præſidendi, *dec.* 27. *num.* 1. 228

Convocato Capitulo per eum, ad quem non ſpectat convocatio, reſolutiones, in eo captæ, ſunt nullæ, *dec.* 28. *num.* 1. 229

Immo ipſo Jure corruunt, etiam ſpreto, & non citato uno Canonico, *ibid. n.* 2. 229

Validum eſt quod fit à majori parte Capituli, apud quam reſidet poteſtas totius Capituli, *dec.* 31. *numer.* 15. pag. 235. & *dec.* 36. *nu.* 12. 249

Capitulo de Jure communi non aſſiſtit univerſalis Juriſdictio, *dec.* 32. *num.* 19. 238

Ubi nullitas actus Capitularis fundatur in contemptu non vocatorum, ſi Canonici contempti nunquam illum impugnarunt, nec Capitulum, nec Succeſſores poſſunt illum impugnare, *d. dec.* 36. *num.* 14. 249

Accedente præſertim diuturna obſervantia, & acquieſcentia, *ibid. n. final.* 249

Inferiora negotia, quæ tangunt particulare intereſſe Canonicorum, expleri poſſunt à Decano, & Capitulo ſine Epiſcopo, non autem ardua, & majora, quæ univerſalem Eccleſiæ ſtatum concernunt, *dec.* 43. *numer.* 15. & *ſeqq.* 269

Cætera vide in *Verb. Epiſcopus in genere*, *Epiſcopus quoad intereſſentiam in Capitulo*, *Beneficiati in genere*, *Decanus*, & *Cathedralis Eccleſiæ*.

CAPITULUM, QUOAD ADMINISTRATIONEM REDDITUUM ECCLESIÆ, ELEEMOSYNARUM, ANNIVERSARIORUM, ALIARUMQUE PIARUM OBLATIONUM.

Ad Capitulum, privativè quoad Beneficiatos, ſeu Capellanos, ſpectat adminiſtratio Piarum Oblationum Eccleſiæ Cathedralis, & maximè ſi proveniant à Jure Parochiali, *animadv. ad tit.* 3. *n.* 48. *l.* 1. pag. 16. Amplia *num.* 49. 16

Licèt Beneficiati, ſeu Capellani ſe non valeant ingerere in adminiſtratione talium Obventionum; ſi tamen habent in illis intereſſe, debet iiſdem per Capitulum adminiſtratorem reddi ratio, *ibidem ſub dict. numer.* 49. 16

Hujuſmodi autem adminiſtratio Jus non tribuit Canonicis, ut per novum Statutum alterare valeant modum diſtribuendi emolumenta, à dictis Oblationibus provenientia, *ibidem nu.* 50. 16

Sed requiritur etiam auctoritas Epiſcopi, *ibidem n.* 51. pag. 16. Declara *n.* 52. 16

Adminiſtratio redditauum Eccleſiæ de Jure ad Capitulum unicè ſpectat, *dec.* 20. *num.* 9. pag. 218. & *dec.* 29. *num.* 17. 231

Cui etiam competit facultas deputandi Clericum in Adminiſtratorem hujuſmodi redditauum, *ibidem numer.* 10. 219

Quomodo accipienda ſint verba *juxta exigentiam Viſitationis*, quibus *Sacr. Conc. Congr.* demandavit Capitulo Hiſpalen. aſportationem Librorum Capitularium ad Palatium Archiepiſcopi, pro redditione rationis, *dec.* 29. *num.* 6. 7. 8. & *final.* 255

Expenſæ pro particulari utilitate Canonicorum, eorumque Jurium, & prærogativarum defenſione, non communibus Eccleſiæ redditibus, ſed propriis ſumptibus fieri debent, *dec.* 20. *num.* 3. & 4. 218

CAPITULUM QUOAD FACULTATEM CONDENDI STATUTA.

Vide *Capitulum quoad Juriſdictionem in Beneficiatos, alioſque Eccleſiæ Miniſtros.*

CAPITULUM QUOAD COLLATIONEM PRÆBENDARUM CANONICALIUM, ET BENEFICIORUM.

Canonicatuum, & Præbendarum Eccleſiæ Cathedralis Collatio, ſtante primordiali communione redituum inter Epiſcopum, & Capitulum, ad utrumque ſimultaneè ſpectat, *animadv. ad tit.* 2. n. 16. *l.* 1. 8

Et hujuſmodi Jus, tam apud Epiſcopum, quàm Capitulum inſolidum reſidet, *ibid.* n. 17. 8

Poteſt tamen ad ſolum Epiſcopum, vel Capitulum pertinere, *ibid. n.* 18. 9

Quando dicta Collatio ad ſolum Capitulum ſpectaret, *ibidem numer.* 19. 20. *&* 21. pag. 9. *& deciſ.* 14. *numer.* 4. 170

An, militante ad favorem Capituli quadragenaria obſervantia, ea ſufficiat ad præſcribendum Jus ſimultaneæ Collationis, abſque titulo, ſaltem putativo, *ibidem. numer.* 22. 23. *&* 24. pag. 9. *& dict. deciſ.* 14. *numer.* 5. *&* 6. 170

Capitulum, ad quod ſpectat ſimultanea Collatio, cenſetur Ordinarius Collator, *ibidem* n. 25. 9

Proviſiones, factæ à Capitulo, ſimultaneam Collationem habente, Proviſo plenum Jus tribuunt, *ibidem num.* 26. 9

Secus verò quoad eas, quæ per viam Electionis, ſeu Præſentationis fiunt, *ibid. n.* 27. *&* 28. 9

Si Epiſcopus, & Capitulum, in eandem perſonam non concurrant, Collatio pro illa vice ad S. Pontificem devolvitur, *ibidem numer.* 29. pag. 9. *& dec.* 40. *numer.* 35. 262

Licèt actus iſte poſſit ab utroque ſeorſim explicari, *ibidem numer.* 30. 9

Uno ex eis intra legitima tempora conferre negligente, totum Jus in altero conſolidatur, *ibidem num.* 31. 32. *&* 33. 9

Indultum, ab Epiſcopo obtentum, conferendi Beneficia etiam in menſibus reſervatis, ſuffragatur quoque Capitulo, reſpectu Beneficiorum ſimultaneæ Collationis, *ibid. num.* 34. 9

Contrarium verius poſt Conſtitutionem Urbanam, *ibidem ſub eodem nu.* 34. 9

Sede Epiſcopali vacante, totum Jus conferendi conſolidatur in Capitulo, *ibid. n.* 35. 9

Non valente Epiſcopo ſine Capitulo; propter Excommunicationem, Interdictum, vel aliud ſimile impedimentum, actum Collationis explere, vel nulliter procedente, ſola alterius Collatio ſubſtinetur, *ibidem numer.* 36. 9

Et tunc non dicitur fieri Collatio Jure devoluto, ſed Jure proprio, *ibidem num.* 37. 9

Etiamſi Capitulum conferre debeat, non ſimultaneè cum Epiſcopo, ſed cum ejus tantùm conſenſu, *ibidem num.* 38. 10

Idque procedit, non obſtante Bulla Piana anni 1576. & *Reg.* 3. *Cancell. ibidem num.* 39. 10

Mortuo Epiſcopo, ante tamen Succeſſoris promotionem, ſi ſequatur vacatio Canonicatus ſimultaneæ Collationis, ad ſolum Capitulum ea ſpectat, *ibidem numer.* 40. 10

Quando ad Capitulum ſpectet Collatio Præbendæ Pœnitentiarii, non obſtante diſpoſitione *S. Conc. Trid. cap.* 8. *ſeſſ.* 24. *de reform. ibid. n.* 41. 10

Diviſio hujuſmodi ſimultaneæ Collationis fieri nequit, niſi de conſenſu Epiſcopi ſimul & Capituli, *ibidem n.* 42. pag. 10. *& dec.* 40. *per tot.* 260

Tranſlato Epiſcopo de uno ad alium Epiſcopatum, totum Jus conferendi conſolidatur in Capitulo, & ſi Capitulum negligat conferre, tale Jus ſpectat ad Succeſſorem in Epiſcopatu, *ibid. n.* 45. 10

Capitulum etiamſi reperiatur in Turno, non poteſt validè Permutationem Beneficii admittere, ſed requiritur Epiſcopi auctoritas, *ibid. n.* 62. 11

Quando in caſu Permutationis, tam Capitulum, quàm Epiſcopus conferre debeant, etiamſi alter tantùm in Turno exiſtat, *ibidem numer.* 63. 11

Ad Capitulum ſpectat admittere liberam Beneficii renunciationem, ſi ejus ſit Collationis, *ibid. n.* 64. 11

Si quis Præbenda Canonicali, ſeu Beneficio ob delictum, ſeu aliam quamcunque cauſam privandus eſſet, quod ad ſimultaneam Collationem Epiſcopi, & Capituli ſpectaret, uterque ad hunc actum concurrere debet, *ibidem num.* 65. pag. 11. *& animadv. ad tit. ult. numer.* 14. *l.* 2. 136

Collatio, facta à Capitulo prædicto Jure conſolidationis, non operatur ſui Turni conſumptionem, ſi non ipſum Capitulum, ſed Epiſcopus fuiſſet in Turno, *ibidem num.* 70. 11

An ſimultanea Collatio, diviſa inter Epiſcopum, & Capitulum, & deinde inter Capitulares, authoritate Apoſtolica, per Turnum ſubdiviſa, pertinere valeat ad Canonicum, non habentem vocem in Capitulo, *ibidem* n. 73. *&* 74. 11

Canonico, qui in Turno reperitur, nominare negligenti, aut impedito, ſuccedit Jure proprio Capitulum, *ibidem numer.* 75. 11

Proviſio tamen Præbendarum, & Canonicatuum in Eccleſiis Collegiatis regulariter facienda eſt ad electionem ipſius Collegii, *ibidem num.* 76. pag. 15. Declara *num. ſeq.* 11

Conſtito verò, quod Canonicatus erecti ſint, mediante unione, ſeu ſuppreſſione Beneficiorum liberæ Collationis Epiſcopi, nullum præjudicium per talem mutationem infertur Epiſcopo circa illorum Collationem, *ibid. num.* 78. 11

Ad Capitulum ſpectat affigere Edicta, occaſione vacationis Præbendarum, vel Canonicatuum, ad quod ſpectat Collatio, vel Inſtitutio, *dec.* 1. n. 15. 147

Collationes, factæ ab Epiſcopo favore electi, ſeu præſentati à Capitulo, non interrumpunt, ſed potiùs coadjuvant centenariam, quam pro ſe habet ipſum Capitulum, *dec.* 14. n. 15. 171

Ubi Simultenea eſt diviſa, quandoque propter affectionem nominantur perſonæ minus aptę ſervitio Eccleſiæ, *dec.* 40. *num.* 18. 261

Examinantur *Textus*, *& Auctoritates*, de materia diviſionis Simultaneæ loquentes, *ibid. n.* 20. *& ſeqq.* 261

Diſſenſus à diviſione Simultaneæ non ſolùm eſt à Jure permiſſus, ſed etiam commendatur, & de ratione, *ibidem num.* 34. 262

Cætera ſupple in *Verb. Epiſcopus quoad Collationem Beneficiorum.*

CAPITULUM, QUOAD JURISDICTIONEM IN BENEFICIATOS, SEU CAPELLANOS, ALIOSQUE ECCLESIÆ MINISTROS.

Capitulum facultatem habet, per modum fraternæ correctionis, mulctandi Beneficiatos, alioſque Eccleſiæ Miniſtros, in Choro, & Eccleſia delinquentes: & quam mulctam poſſit eis imponere, *animadv. ad tit.* 3. *num.* 37. 40. *&* 42. *l.* 1. pag. 15. *& dec.* 22. *num.* 7. *&* 8. pag. 221. *& dec.* 32. *num.* 12. *&* 13. pag. 237. *dec.* 44. *n.* 32. *&* 33. pag. 274. *& dec.* 47. *num.* 1 *&* 3. 280

Mulcta verò cedere non debet in particularem Capitularium utilitatem; ſed in commune commodum, vel Eccleſiæ, eſt convertenda, *ibid. n.* 38. 15

Ad quem ex Capitularibus ſpectet iſtud Jus mulctandi, *ibid.* n. 39. 15

Præſente Epiſcopo in Choro, qui præſidentiam habet nomine Capituli, prædictum Jus non exercet, vel ad ſummum cumulativè tantùm cum Epiſcopo, *ibidem num.* 43. pag. 16. *& d. deciſ.* 44. *num.* 34. *& ſeqq.* pag. 274. Amplia *num.* 44. 16

Hæc facultas, Capitulo competens corrigendi delinquentes circa Divina Officia, exerceri poteſt etiam contra eoſdemmet Capitulares, *ibid.* n. 45. 16

Capitulum jus etiam habet condendi Statuta pœnalia contra Capitulares, & Eccleſiæ Miniſtros, levia delicta committentes circa Divina Officia; ſecus ſi ſint gravia, & non adeſſet ſpeciale privilegium, vel immemorabilis, *ibidem numer.* 46. 16

Valerent tamen talia Statuta pœnalia, etiamſi præſcriptam metam excederent, accedente confirmatione Epiſcopi; vel quando condita ſunt ſimul cum Epiſcopo, *ibidem numer.* 47. pag. 16. *& deciſ.* 3. *numer.* 3. *&* 4. 150

Statutum ſuperaddens Beneficiatis onus, quod non habent, dicitur exorbitare à Jure, *dec.* 2. n. 1. 148

Cui adverſativè diſponere competit ſoli Romano Pon-

Pontifici, *ibidem num.* 2. 148

Statutum reſpiciens ſolummodo favorem Canonicorum, cum evidenti Beneficiatorum gravamine, injuſtum eſt, ac irrationabile, *ibidem num.* 5. 149

Epiſcopus, & Capitulum poſſunt condere Statuta, quæ reſpiciant majorem Dei Cultum, & Populi ædificationem, *dec.* 3. *num.* 2. 150

Statutum, imponens pœnam etiam privationis Diſtributionum quotidianarum, non dicitur exorbitans, quando talis pœna tendit in augumentum Cultus Divini, & non cedit commodo Statuentium, *ibidem numer.* 5. 150

Non poteſt à Capitulo pœna gravis infligi, & ſi infligatur, tanquam injuſta, venit de Jure revocanda, *dec.* 22. *num.* 3. pag. 221. & *dec.* 24. *nu.* 9. 224

Cognitio gravium exceſſuum, gravibus pœnis puniendorum in figura Judicii, ad ſolum Epiſcopum privativè ſpectat, *ibidem numer.* 6. pag. 221. & *dec.* 47. *numer.* 4. 280

Capitula Hiſpaniarum, ultra Jus commune, habent Juriſdictionem in Eccleſiæ Miniſtros, ex generali conſuetudine, *dec.* 47. *numer.* 2. 280

In caſu gravium delictorum, quæ ab Eccleſiæ Miniſtris commiſſa fuerint, ſolùm poteſt Capitulum de eis certiorem reddere Epiſcopum, ut delinquentes condigna pœna mulctare valeat, *ibidem nu.* 6. 280

Verba injurioſa, habita in Choro, pro levi exceſſu reputantur, *ibidem n.* 13. 281

In corrigendis levibus delictis regulariter Epiſcopus ſe ingerere non ſolet, *ibidem numer.* 21. 282

CAPITULUM SEDE EPISCOPALI VACANTE.

Quam Juriſdictionem habeat ſupra Clerum Diœceſis, *animadv. ad tit.* 13. *numer.* 2. *l.* 1. 55

In Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, transfunditur omnis Juriſdictio Epiſcopalis, *animadv. ad tit.* 4. *num.* 1. *l.* 2. 88

Et habet intentionem in Jure fundatam, circa univerſale exercitium Epiſcopalis Poteſtatis, *ibidem numer.* 2. 88

Quo verò ad ea, quæ ſunt Ordinis, idem Capitulum facultatem habet illa committendi alteri Epiſcopo, *ibidem numer.* 3. 88

Poteſt concedere Literas Dimiſſoriales Subditis etiam Nullius, *ibid. n.* 4. 5. 15. 16. 23. 24. 28. & 29. 88

Epiſcopo non ſuccedit Capitulum in Juriſdictione, eidem ſpecialiter delegata, *ibid. n.* 6. 88

Hæc autem ſpecialis Delegatio, vel eſt extranea ab Officio, & Poteſtate Epiſcopi, & quodammodo perſonalis, & non tranſit in Capitulum, Sede vacante, *ibid. num.* 7. 89

Vel eſt perpetuò delegata Dignitati Epiſcopali, & in ea pariter non ſuccedit Capitulum, *ibid. n.* 8. 89

Vel agitur de Delegatione generali, per quandam ſcilicet extenſionem Ordinariæ Poteſtatis, & in hujuſmodi Juriſdictione ſuccedit Capitulum, *ibidem numer.* 9. 89

Quando dicatur tributa Epiſcopo Juriſdictio per quandam extenſionem Ordinariæ Poteſtatis, *ibidem num.* 10. & 11. 89

Item tranſit in Capitulum Juriſdictio Epiſcopo conceſſa per quandam excitationem Ordinariæ Poteſtatis, & in illius augumentum: & exemplificatur in auctoritate transferendi Beneficia Simplicia ab Eccleſiis, vetuſtate collapſis, *ibidem numer.* 12. & 13. 89

Jus viſitandi Territoria Nullius, competens Epiſcopis vicinioribus, non transfunditur in Capitulum, Sede vacante, *ibidem num.* 31. 90

Aliud dicendum de facultate diſpenſandi in Irregularitatibus, & Suſpenſionibus, ex delicto occulto provenientibus, *ibidem num.* 32. 90

Archidiaconus Eccleſiæ Gerundenſis, tanquam Prima Dignitas, ex antiqua conſuetudine illius Eccleſiæ ſuccedit, Sede Epiſcopali vacante, in locum Epiſcopi, *deciſ.* 24. *numer.* 1. pag. 223. & *deciſ.* 26. *numer.* 3. 227

Et habet, in vim concordiæ cum Camera Apoſtolica, jus conferendi Beneficia, *ibid. n.* 5. 223

Quod tamen regulariter non competit Capitulo, *ibidem numer.* 6. 223

Quatenus idem Archidiaconus in excommunicationem incideret, an competat Capitulo reaſſumptio propriæ Juriſdictionis in illum, *ibid. ſub n.* 8. & 9. 224

Acta, per Capitulum expleta in Sede vacante, ipſi Epiſcopo, ejuſque Dignitati non præjudicant, *deciſ.* 31. *num.* 13. 235

CAPUT.

A' proprio Capite regulanda ſunt membra, *deciſ.* 44. *numer.* 23. 273

Non licet membris à Capite, & aliis membris diſcedere, *dec.* 60. *nu.* 15. 335

CARDINALIS.

Priùs nominatus, præcedit ſubſequentibus, eadem vice in ſcriptis datis à Papa, *tit.* 11. *ſub numer.* 6. *lib.* 1. 46

CARTHUSIANI.

Vide in *Verb. Regulares.*

CATHEDRALIS ECCLESIA.

Non repugnat, quòd in aliqua Eccleſia Cathedrali, loco Canonicorum, inſerviant Monachi, *animadv. ad tit.* 16. *n.* 2. *l.* 1. 72

Epiſcopus dictæ Cathedralis Regularis habet in ſe unitam utramque Poteſtatem ſupra eoſdem Monachos, Abbatialem ſcilicet, & Epiſcopalem, *ibid. n.* 22. 73

Eamque poteſtatem exercet privativè quoad Capitulum, *ibidem num.* 23. 73

Maximè, ſi ex Statuto, vel conſuetudine, Monachi obedientiam præſtent in manibus Epiſcopi, *ibidem num. final.* 73

Ante Eccleſiam Cathedralem non poſſunt aliæ Eccleſiæ in Sabbatho Sancto pulſare Campanas, *dec.* 1. *numer.* 3. 146

Regimen Eccleſiæ Cathedralis pertinet ad Capitulum cumulativè cum Epiſcopo, *dec.* 29. *num.* 1. 230

Item adminiſtratio Capellarum, *ibid. n.* 2. 230

Et attenta dicta cumulativa adminiſtratione, in acceptatione Fundationum, Anniverſariorum, & ſimilium, non ſufficit conſenſus Prælati, ſine altero Capituli, *ibidem numer.* 4. & 5. 231

Accedente præſertim obſervantia, *ibid. n.* 6. 231

Eadem cumulativa adminiſtratio locum habet etiam quoad Eccleſiam Regularem Secularizzatam, *ibidem numer.* 13. 231

In Eccleſia Cathedrali permiſſum eſt celebrare Miſſam, non ſolùm Presbyteris in ea exiſtentibus, ſed etiam exteris, *ibidem numer.* 15. 231

In piis Fundationibus Miſſarum, & ſimilibus, requiritur conſenſus Capituli, etiamſi non inferatur ſervitus Eccleſiæ Cathedrali, ſed potiùs augeatur Cultus Divinus, *ibidem num. fin.* 231

Sicuti Eccleſia Cathedralis alios præeminet dignitate, ita illius Canonici, & Portionarii cæteros præſtare debent virtute, & exemplo, *dec.* 40. *num.* 17. 261

Eccleſia, quæ antea ſemper fuit in opinione ſimplicis Collegiatæ, per declarationem Cathedralitatis transformata dicitur in novum Corpus cum novo Capite, quod eſt Epiſcopus, *dec. ult. n.* 1. & 8. 243

Stante prædictæ Eccleſiæ transformatione, ceſſat illico quævis illius exemptio, & redditur ratio, *ibidem num.* 3. 243

Eccleſia Cathedralis facit unicum Corpus cum Epiſcopo, *ibidem numer.* 4. 244

Et eidem Spirituali conjugio copulatur, *ibidem numer.* 5. & 12. 244

Adeo ut ipſa dicatur in Epiſcopo, & Epiſcopus in ipſa, adinſtar viri, & uxoris, qui dicuntur una caro, *ibidem numer.* 6. 244

Erectio alicujus Eccleſiæ in Cathedralem præſumitur facta ſine præjudicio Tertii; vel etiam ipſius Eccleſiæ, quæ in Cathedralem erigitur, *ibid. n.* 9. 244

Viſitatio, & correctio Cathedralium, & Capitulorum ſpectat ad Epiſcopum, non obſtantibus quibuscuoque exemptionibus, & conſuetudinibus in contrarium, *ibidem num.* 10. 244

Eccleſia Cathedralis eſt Sponſa Epiſcopi, *ibidem numer.* 13. 244

Spirituale conjugium Epiſcopi cum Eccleſia hoc amplius habet, ut Eccleſia Epiſcopo ſubdatur etiam quoad imperium, & Juriſdictionem, *ibid. n.* 14. 244

Eccleſia Cathedralis dicitur magis conjuncta cum Epiſcopo, quàm non ſunt aliæ Eccleſiæ, ſeu Loca Pia, *ibidem num.* 15. 245

Re-

Reliqua vide in *Verb. Capitulum quoad adminiſtrationem redditnum Eccleſiæ, Eleemoſynarum, Anniverſariorum, aliarumque piarum Oblationum.*

CAUſA.

De cauſa irrationabili, remota, & non vera, non eſt curandum, *tit.1.n.5.l.1.* 1

Qui facultatem haber aliquid liberè faciendi, dicitur exuberanter cauſam exprimere, adducendo ſervitium Dei, bonumque Eccleſiæ regimen, *deciſ. 21. numer. 11.* 235

Et maximè accedeote obſervantia, *ibid. n. 12.* 235

Quando non attendatur cauſæ duratio, ſed conſumptio effectus, *dec. 54. num.47.* 303

Cauſa occaſionalis, & impulſiva, non variat ſubſtantiam actus, *dec.ult.num.16.* 245

Supple in *Verb. Occaſio.*

CENTENARIA.

Operatur inductionem cujuſcuoque melioris tituli de mundo *deciſ.6. num.13.* 157

Quando non requirat ſcieotiam, & patieotiam Adverſarii, *ibidem num.14.* 157

Centenaria eſt operativa, etiamſi pauci anni deficiant, *dec.14. num. 11.* 571

Stante centenaria, ceſſat fundamentum materiæ facultativæ, *dec.34. num. 27.* 246

Supple cætera in *Verb. Præſeriptio, & Immemorabilis.*

CESſIO, CEDENS, ET CESſIONARIUS.

Cedenti, vel renuncianti non datur regreſſus ad Jura, vel bona ceſſa, vel renunciata, *dec.5.n.14.* 153

Cedens ſacto proprio præjudicare non valet Ceſſionario, *deciſ.11.numer.8.* 565

CHARITATIVUM SUBSIDIUM.

Vide in *Verb. Epiſcopus in genere.*

CHORUS.

Vide *Officium Divinum quoad locum, ubi publicè recitari debet, Laicus, Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi, & Chori Præfectus.*

CHORI PRÆFECTUS.

Ad Decanum, ſeu Primam Dignitatem ſpectat Jus præſidendi in Choro, eaque ordinandi, quæ Divinum Cultum reſpiciuot, *animadv. ad tit.5.num.8.l.2.*pag.95. *& dec.44.numer.1.* 271

Quid ex conſuetudine, *ibidem n. 2.* 95

Decanus, ſeu Prima Dignitas habet Jus præſidendi in Choro cumulativè cum Epiſcopo, *ibidem num.4. &* 12.pag.95.*& d.dec.44. num.2.& ſeqq.* 271

In exercitio autem bujuſmodi juriſdictionis, Epiſcopus illi præfertur, dum in Choro Divinis Officiis aſſiſtit. & affertur ratio, *ibid. num.5.6.& 9.* pag.95.*& d.dec.44. n.5.& ſeqq.* 272

Ad quæ extendatur facultas, ſeu juriſdictio, quam habet Chori Præfectus, *ibidem num.10.& 11.* 95

A quo debet dari ſignum inchoandi Divinum Officium, & liccotia à Choro diſcedendi, & de pœna punctationis, qua plecti poſſunt exeuntes à Choro abſque licentia, per ſalutationem petita, *ibidem numer. 16.* 95

Ao dictam licentiam teneantur petere etiam Dignitates, & Canonici, *tit.13.num.final.l.2.* 130

Dignior de Choro cavere deber, nè exeant plures, quàm duo: & inobedientes punctentur, *tit. ult. num. 1.l. 2.* 130

Archidiaconus Officium ſuum circa Cultum Divinum, & ſignanter circa regimen Chori, exercet nomine Epiſcopi, *d.dec.44. num.29.* 273

In caſu negligentiæ Decani, ſeu alterius Capitularis in corrigendo delinquentes circa Divina Officia, procedere debet Epiſcopus, *ibidem n. 43.* 274

Vel Juriſdictio illins ſit ſimpliciter cumulativa, vel ſit etiam abſolutè privativa, *ibid. n. 45.* 274

Hodie tamen poſt *Conc. Trid.* in quolibet caſu habet Epiſcopus Juriſdictionem cumulativam, & ſimultaneam, *ibidem numer.46.* 274

Non obſtante immemorabili quaſi poſſeſſione contraria, quæ per idem Concilium, expreſsè reiicitur, *ibidem numer 47.* 274

Et eſt potius corruptela, & abuſus, quòd inferior excludat ab exercitio Juriſdictionis Ordinarium in propria Eccleſia, qui eſt Superior, & Capur, *ibidem numer. 48.* 274

Cætera ſupple in *Verb. Collegiata Præpoſitus, & Capitulum quoad Juriſdictionem in Beneficiatos, ſeu Capellanos, alioſque Eccleſiæ Miniſtros.*

CHRISTIANUS.

In principio Eccleſiæ duo erant, ut modo ſunt, Chriſtianorum genera, Clericorum ſcilicet, & Laicorum, inter quos omnia erant communia, *tit. 2. numer. 4. l. 1.* 5

CITATIO.

Par non citat parem, ſed requirit, *tit. 10. numer. 37. lib. 1.* 42

Intereſſe habentes in aliqno actu, citandi ſunt, & expectandi, aliàs actus eſt nullus, *dec.36.n.9.* 249

CIVIS.

Supremæ Civitatis Civis præcedit Civem Inferioris Civitatis, *tit.11.numer.1.l.1.* 45

CLAUSULA.

Clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, non præſervat præjndicium conſecutivum, *animadv.ad tit.5.n.5.l.1.* 22

Sed ſolum illud, qnod venit priocipaliter, *ibidem numer. 6.* 22

Clauſula *Sublata, & Decretum irritans*, quando non inficiat contrariam conſuetudinem, *animadv. ad tit. 8. numer.15. l.2.* 111

Adverſus Brevia Pontificia, cum Clauſula *Sublata, & Decreto irritanti*, nec Judices, nec Partes obloqui poſſunt, non impetrata oris aperitione, *deciſ. 9. num. 5.* 160

Quæ ſit natura Clauſulæ, *& non aliàs &c. dec. 10. n.5.*pag.163.*& dec.62. n.4.* 240

Dicta Clauſula, *ſine præiudicio*, operatur, ut nihil cenſeatur ablatum, niſi quod litteraliter exprimitur, *dec.18.num.155.* 213

Clauſula *non aliàs, aliter, nec alio modo*, ac ſimiles, famulantur principali diſpoſitioni, *dict. deciſ. 62. numer. 25.* 342

Et habentur pro non appoſitis, quando adjectæ fuerunt ex falſo ſuppoſito, *ibid. num. 26.* 342

CLERICUS, ET CLERICATUS.

Nomine Clericorum veniunt Plebani, & Capellani, *tit.13. num.15.l.1.* 54

Quotuplices ſint gradus inter Clericos, *tit. 14. numer. 4. l. 1.* 57

Clerici Secnlares ſunt digniores Monachis, *ibidem numer. 31. & ſeqq.* pag. 59. *& animadv. ad tit. 16. numer. 81. l. 1.* 72

Et præcedunt Regularibus, etiam in eorum Eccleſiis, *ibid. num.48.& 49.* 60

Dignitas Secularis præcedit Dignitati Regulari, *ibidem num. 50. & 51.* 60

Clerus Secularis, & Regularis, debent ſeparatim incedere, & affertur ratio, *ibidem numer. 53.* pag. 60. *& d. animadv. ad tit.16. n. 10. l.1.* 72

Non repugnat, quòd in aliquo Feſto ad Officia Divina ſimul conveniant Clerici, & Regulares, *d. tit.16. num. 4. l. 1.* 70

Quare hoc oon procedat in Officio funebri, *ibidem numer. 5.* 70

Laici ſemper tuentur partes Regnlarium contra Clericos, *ibidem num. 6.* 70

Numeroſitas Clericorum reddit eos contemptibiles, *ibid. n.9.& 10.* 70

Laici dicuntur Lupi io Clericos, & quare, *ibidem numer. 11.* 70

Et regulariter ſunt eis ſemper ioſeſti, *ibidem num. 12. & 26.* 75

Clerici poſſunt trahere Laicos ad Forum Eccleſiaſticum, *ibidem num. 14.* 71

Clerici, quando adſtringuntur in Cauſis Civilibus jndicium movere coram Judice Seculari, dicuntur perſonæ miſerabiles, *ibidem num.15.* 71

Clerici non ligantur Statutis laicalibus, ſed poſſunt iis uti activè, & ſignanter de Jure Prothomiſeos, *ibidem num. 16.* 71

Clericorum Bona ſuot exempta à Collectis variabilibus, quocunque contractu ab iis acquirantur, *ibidem numer. 18.* 71

Amplia, etiamſi ſint tantùm minoribus Ordinibus, vel prima Tonſura initiati, *ibid. n. 19.* 71

Idque procedant, quamvis Eccleſiæ non inſerviant, nec habeant requiſita, à *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6.*

cap. 6. de Reformat. volita, *ibidem num.* 20. 71

Nec poteſt ſuffragari conſuetudo in contrarium, *ibidem numer.* 21. 71

Clerici tenentur contribuere pro communi utilitate, concurrentibus tribus requiſitis, & quæ ſint, *ibidem numer* 22. *& ſeqq.* 71

Decet Clericos alios ſalutationibus præveoire, *ibidem num.* 31. 71

Reprobatur opinio aliquorum, tenentium nullam dari incompatibilitatem inter Clericatum, & Militiam, *dec.* 54. *num.* 8. 299

Ex aſſumptione Cinguli Militaris oritur ſaltem præſumptio animi dimittendi ſtatum Clericalem, quæ transfundit onus probandi in contrarium, *ibid. n.* 9. 299

Hujuſmodi præſumptio non ceſſat, ex quo Clericus, effectus miles, relictis deinde armis pœniteat, & de facto habitum Clericalem reaſſumat, *ibid. n.* 10. 299

Etiamſi id ſequatur poſt aliquot dies, *ibid. n.* 11. 300

Clericus, actualiter militans in exercitu, habere dicitur voluntatem dimittendi Statum Clericalem, *ibidem num.* 12. 300

Item Clericus, qui ſe implicat in negociis, ſecularibus, & muneribus publicis, *ibidem num.* 13. 300

Non incedens in habitu Clericali, ab omnibus reputatur ut Laicus, *ibidem numer.* 14. 300

Cenſetur pariter animum dimittendi Statum Clericatus habere, qui militat in defenſionem Principis extranei, *ibidem numer.* 15. 300

Idem judicatur de eo, qui gradum, & ſtipendia accepit in Ordine Militari, & utitur ejuſdem gradus inſigniis, *ibidem numer.* 16. 300

Ad effectum inducendæ dimiſſionis Clericatus, aliud non requiritur, quàm ſimplex probatio aſſumptionis Militiæ temporalis, *ibid. n.* 19. 20. *&* 30. 300

Militiam Cœleſtem deferere dicitur etiam Clericus, qui bello intereſt, non uti ſimplex miles, ſed tanquam Magiſter, & Dux Militum, *ibidem numer.* 22. *&* 23. 300

Clericis non convenit arma ſumere, nec etiam contra Saracenos, & Infideles, niſi ex præciſa neceſſitate, *ibidem numer.* 24. *&* 30. 301

Chriſtus prohibuit Petro arma tractare in defenſionem ſui ipſius, *ibid. n.* 26. 301

An ad effectum incompatibilitatis Status Clericalis cum Militia ſubſiſtat diſtinctio inter Militiam Pontificis, & illam Principis Secularis, *ibid. n.* 27. 301

An pariter ad hunc eundem effectum differat Feudum Eccleſiaſticum à Feudo, procedente à Principe Seculari, *ibidem num.* 28. 301

Bulla hortatoria ad pugnandum cum Chriſtiani nominis hoſtibus, etiam verbis generalibus concepta, non comprehendit Clericos privilegiatos, *ibidem numer.* 32. 302

Præſumptio animi deſerendi Clericatum pariformiter urget, ſive agatur de militia, ſive de matrimonio, *ibidem num.* 45. 303

Cætera require in *Verb. Penſio*, & *Terra Sancta*.

CLERUS.

Vide in *Verb. Capitulum in genere*, & *Præcedentia*.

COADJUTOR, ET COADJUTORIA IN GENERE.

Coadjutores non poſſunt eſſe Delegati Apoſtolici, *tit.* 12. *numer.* 14. *l.* 1. 49

Tenor Literarum Coadjutoriæ eſt unicè attendendus, licèt eſſet præter, vel contra Jus, *animadv. ad tit.* 12. *numer.* 1. 50

Coadjutores non ſunt, niſi ficti Canonici, *ibidem numer.* 2. 50

Coadjutoria eſt ſimplex munus, & Officium, non autem Beneficium, *ibidem n.* 3. 50

Penes Coadjutum reſidet totale Jus in Canonicatu, *ibidem num.* 4. 50

Ejuſque poſſeſſionem habet inſolidum, *ibidem num.* 7. *& ſeqq.* 51

In Statutis, aliiſque diſpoſitionibus, Coadjutores non veniunt appellatione Canonicorum, *ibid. n.* 10. 51

Coadjutori juvare non poteſt concordia, cum veris Canonicis inita, *ibid. n.* 11. 51

Quid importet communicatio privilegiorum, & Jurium, Coadjuto competentiam, facta à Dataria favore Coadjutoris, *ibid. num.* 12. 51

Eveniente obitu Coadjuti, quomodo poſſeſſionem capere debeat Coadjutor, *ibid. n.* 13. *&* 14. 51

Per mortem Coadjuti expirat Coadjutoria, & Coadjutor ex gratia penitùs diverſa obtinet Canonicatum, *ibidem numer.* 15. 51

Quid, ſi Coadjutor poſt mortem Coadjuti novam non caperet poſſeſſionem, ſed, patientibus Canonicis, continuaret in exercitio actuum Canonicalium, *ibidem nu.* 16. 51

Coadjutor quando teneatur ſolvere ſolitam taxam Sacriſtiæ, vel Fabricæ Eccleſiæ, & profeſſionem Fidei facere, *ibidem n.* 17. *&* 18. 51

Coadjutor, non niſi poſt mortem Coadjuti, repelli poteſt, ob defectum qualitatis, requiſitæ pro obtinendo Canonicatu, *ibidem numer.* 19. 51

Finis conceſſionis Coadjutoriæ quinam ſit, *ibid. nu.* 45. *&* 47. *pag.* 53. *& dec.* 8. *numer. fin.* 159

Etſi Coadjutor nullum ſervitium Eccleſiæ præſtitiſſet, ob ſecutum obitum Coadjuti, poſt ſignatam Gratiam Coadjutoriæ, ſed ante Litterarum Expeditionem, Canonicatum nihilominus obtinere debet, ac ſi diù Eccleſiæ inſerviſſet, *ibidem numer.* 48. *pag.* 53. *& d. dec.* 8. *num.* 4. *& ſeqq.* 159

Mors ſubſequens Coadjuti arguit illius malam valetudinem *d. dec.* 8. *numer.* 3. 159

Supple in *Verb. Jubilatio*, *& Jubilatus*.

COADJUTOR EPISCOPI.

Vide in *Verb. Epiſcopus Suffraganeus*, *ſive Coadjutor*.

COADJUTOR CANONICI QUOAD EXERCITIUM FUNCTIONUM, AD COADJUTUM SPECTANTIUM.

Coadjutor, Sacris non initiatus, non eſt excludendus ab illis Functionibus, quæ ſolo habitu Chorali exerceri poſſunt, *animadv. ad tit.* 12. *n.* 33. *l.* 1. 53

Secus quoad aſſiſtentiam Epiſcopo, ſolemniter celebranti, vel cum Cappa Divinis intereſſenti, ad quam non admittuntur Coadjutores, niſi in defectum Canonicorum Titularium, *ibidem numer.* 34. *& ſeqq.* 53

Coadjutores admittuntur ad ſupplendam vicem ſui Coadjuti, non autem aliorum Canonicorum, *ibid. num.* 37. *pag.* 53. *& animadv. ad tit.* 5. *num.* 46. *l.* 2. 94

Neque exercendo varias Functiones, aut occupando locum non ſibi debitum, cum patientia Capituli, manutentionem prætendere poſſunt, *ibidem num.* 38. *&* 39. 53

COADJUTOR CANONICI QUOAD INTERESSENTIAM CHORI, ET CAPITULI.

Ad actus Capitulares, aut Officia Capituli, non ſunt admittendi Coadjutores, etiam abſentibus Coadjutis, & quando ſecus, *animadv. ad tit.* 12. *numer.* 40. *lib.* 1. 53

Choro autem intereſſe non prohibentur, dummodo adſit conſenſus Principalium, & ſedeant in ultimo loco, *ibid. n.* 41. *pag.* 53. *& tit.* 3. *n.* 14. *l.* 2. 84

Et non percipiunt, niſi unicam tantùm diſtributionem, *ibidem num.* 42. 53

An, & quando Coadjutores, omittendo intereſſentiam Chori, propter aliquam ex tribus cauſis, de quibus *in c. unic. de Cleric. non reſiden. in* 6. lucrentur Diſtributiones ad favorem ſuorum Principalium, voluntariè pariter non intereſſentium, *ibid. n.* 43. *& ſeqq.* 53

Coadjutor, effectus inhabilis ad præſtandum ſervitium Eccleſiæ, amittit jus ad futuram ſucceſſionem in Canonicatu, & poteſt Coadjutus petere, ut alius Coadjutor ſibi detur, *ibid. n.* 46. *&* 47. 53

Coadjutor, Divinis intereſſendo, lucratur fructus, & Diſtributiones favore Coadjuti, quatenus iſte ſit capax, *ibidem num.* 49. 53

Quando veri Canonici ſunt parati, conveniens eſt, Coadjutorem intereſſe cum habitu tantùm Canonicali, & quare, *tit.* 3. *n.* 15. *l.* 2. 84

Coadjutotibus Canonicorum, ultra tempus permiſſum, à Choro abſentibus, tenentur Coadjuti ad reſtitutionem, & quomodo eorum indemnitati conſulatur, *tit.* 12. *num.* 40. *l.* 2. 126

Canonicus Coadjutor, nondum Sacris initiatus, ex ſola Coadjutoria non tenetur, abſens à Choro, privatim Horas Canonicas perſolvere, *ibid. n.* 41. 126

Supple in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi*.

CO-

COADJUTOR CANONICI QUOAD PRÆCEDENTIAM.

Coadjutores Dignitatum præcedunt Canonicis antiquioribus, *tit. 12. numer. 1. l. 1.* 49

Coadjutores Canonicorum non præferuntur Canonicis, etiam noviter receptis, *ibidem num.* 4. 49

Declara in Choro, & Proceſſionibus, non autem in communibus congreſſibus, *ibidem numer. 5.* 49

Coadjutor ſuum Coadjutum repræſentat ſolùm in Choro, *ibidem numer. 6.* 49

Quid, ſi in Bulla Coadjutoriæ dictum fuerit, quòd Coadjutor fruatur omnibus præeminentiis Coadjuti, *ibidem num. 7.* 49

Coadjutor Canonici Cathedralis in actibus Civilibus an præferatur Canonico ordinario inſignis Eccleſiæ Collegiatæ *ibid. n. 8.* 49

Coadjutoribus an præcedant Canonici Supranumerarii, *ibidem num. 12.* 49

Quale tempus attendatur pro determinanda Coadjutorum antianitate, ſeu præeminentia, *animadv. ad d. tit. 12. num. 5.* 50

Coadjutoribus debentur omnes præeminentiæ, quæ Coadjutis competunt, tam in Eccleſia, ubi Coadjutoria exercetur, quàm extra illam, ac in omnibus actibus, *ibidem num. 20.* 51

Contrarium eſt verius, *ibid. num. 21. & ſeqq.* 51

Coadjutores Canonicorum præcedere debent Canonicis honorariis, licèt ante obtentam Coadjutoriam electis, *ibidem num. 32.* 53

COADJUTOR CANONICI QUOAD STALLUM IN CHORO.

Coadjutor, datus Dignitati, abſente Coadjuto, ſedere debet in Stallo, eidem Coadjuto debito, omneſque functiones facere, quæ ad illum ſpectarent, *animadv. ad tit. 12. n. 25. l. 1.* pag. 69. Limita *n. 29.* 53

Coadjutor verò Canonici, ſedere, incedere, & functiones facere debet poſt omnes Canonicos, etiam poſt ſuſceptum Coadjutoriæ officium admiſſos, *ibidem num. 26.* pag. 52. Declara *n. 31.* 53

Coadjutor, ſecuto obitu Coadjuti, an, & quando retineat Sedem, quam vivente ipſo Coadjuto occupabat, *ibidem numer. 27. & 28.* 52

COLLEGIATA ECCLSIA IN GENERE.

Qualitas Collegialitatis non deperditur, licèt Canonici à multo tempore non reſideant, dummodo reſideat Caput, ſeu Prima Dignitas, *animadv. ad tit. 4. n. 30. & 31. l. 1.* 20

Collegiata Eccleſia qualibet ſimplici Parochiali illuſtrior eſt, *tit. 5. num. 1. l. 1.* 20

Et eſt ſecundaria poſt Cathedralem, *ibid. n. 2.* 20

Collegiatæ Eccleſiæ viſitandæ ſunt ante Parochiales, *ibid. numer. 3.* 21

Et viſitantur tantùm per Epiſcopum: Parochiales verò ſimplices etiam per alios Inferiores, *ibidem ſub dict. numer. 3.* 21

Collegiata in odioſis non venit appellatione Eccleſiæ Parochialis, *ibid. num. 5.* 21

Collegiata Eccleſia diruta, ſi reædificetur, continuat privilegia Collegiatæ, *ibidem numer. 8.* 21

Collegiata, etſi ob paupertatem non habeat actu Collegium, poteſt nihilominus talis nuncupari, *ibidem numer. 9.* 21

Et ſi ad pinguiorem fortunam devenerit, uti poteſt Juribus Collegii, ut priùs, *ibid. ſub d. n. 9.* 21

Collegiatarum Canonici an ſint in Dignitate conſtituti, & an eis delegentur Commiſſiones Juſtitiæ, *tit. 9. n. 2. l. 1.* 36

In Collegiatis de Jure Præbendæ non requirunt Ordinem Sacrum, *tit. 11. n. 17. l. 1.* 46

Parochialis, in Collegiatam erecta, non amittit Jura, ipſi Parochiæ conceſſa, *tit. 13. n. fin. l. 1.* 55

Collegiatarum Canonici non tenentur omnes ad Synodum Diœceſanam accedere, ſed ex his quatuor, *tit. 10. n. fin. l. 2.* 118

Ex quibus excluſa remaneat qualitas Collegialitatis, *deciſ. 12. numer. 5.* 167

COLLEGIATA ECCLESIA QUOAD ERECTIONEM.

Eccleſiam ſimplicem ad ſtatum Collegialitatis elevare non poteſt Epiſcopus auctoritate ordinaria; ſed hoc reſervatum eſt ſoli Sedi Apoſtolicæ, *animadv. ad tit. 4. num. 33. & 34. l. 1.* pag. 20. *& tit. 5. numer. 7. dict. lib. 1.* 21

Neque è converſo Eccleſiam Collegiatam ad Parochialem ſimplicem reducere, *ibidem num. 35.* pag. 26. *& d. tit. 5. ſub d. num. 7.* 21

Poteſt tamen idem Epiſcopus, ſive etiam illius Vicarius, ſi Eccleſia Collegiata deſtituta fuerit, etiam per plura ſecula, Canonicorum Collegio, qualitatem Collegialitatis per ſententiam declarare, eamque in priſtinum ſtatum reducere, *ibid. n. fin.* 20

Collegiatæ erectio non conceditur, niſi in Civitatibus, vel Oppidis, aut Terris inſignibus, *d. tit. 5. num. 4. l. 1.* 21

In erectione Eccleſiæ Collegiatæ conſtitui debet ſaltem duodenarius numerus Canonicorum, *tit. 8. numer. 5. l. 1.* 32

COLLEGIATA ECCLESIA, QUOAD INSIGNITATEM.

Collegiata Inſignis præfertur non inſigni, etiam priùs inſtitutæ, *tit. 5. n. 10. l. 1.* 21

In impetratione primæ Dignitatis Collegiatæ Inſignis, ſi facta non fuerit expreſſio Inſignitatis, gratia eſt nulla, *ibidem numer. 11.* 22

Quæ dicatur Collegiata Inſignis, *ibidem numer. 12. & ſub num. 13.* 21

Collegiatæ Inſignes æquiparantur Cathedralibus, *ibidem n. final.* 21

Collegiata Eccleſia an prærogativam Inſignitatis mereatur, arbitrio Judicis remittitur: & quæ ad hunc effectum debeant conſiderari, *animadv. ad tit. 5. numer. 1.* 22

Collegiatarum Inſignium primæ Dignitates conferri debent tantùm Magiſtris, & Doctoribus, ac Licentiatis in Theologia, ſeu Jure Canonico, *ibid. n. 2.* 22

COLLEGIATA ECCLESIA QUOAD PRÆCEDENTIAM.

Eccleſia Filialis, ſi erigatur in Collegiatam, anteponenda eſt in præeminentiis ipſi Matrici, *tit. 5. n. 6. l. 1.* pag. 21. *& animadv. ad d. tit. 5. num. 3.* 22

Amplia, non obſtante Clauſula, *ſine alicujus præjudicio*, appoſita in Bulla Erectionis, ac *Regula Cancell. Apoſt. de jure quæſito non tollendo*, *d. animadv. ad tit. 5. num. 4.* 22

Omnis Eccleſia Regularis, in qua reſident Regulares, licèt de Jure ſit Collegiata, Præcedentiam tamen debet Eccleſiis Secularibus inferioribus, non Collegiatis, *ibidem num. 11.* 22

Ex diverſis Eccleſiis Collegiatis, præcedentia debetur antiquiori, & quando, *animadv. ad tit. 11. numer. 1. & 2. l. 1.* 47

Quid, ſi antiquioritas proveniret à Statu Regulari, quem Eccleſia Collegiata habuiſſet antequam fuiſſet ſecularizzata, *ibidem numer. 3.* 47

Quando principia Collegialitatis adeo vetuſta ſunt, ut conſtare non poſſit, quænam ad Collegialitatem priùs erecta fuerit, probatio antiquioritatis deſumenda eſt ab Hiſtoriis, *ibidem n. 4.* 48

Item ab obſervantia, ſive conſuetudine, *ibidem numer. 5.* 48

Item à priori nominatione, ſeu deſcriptione, *ibidem num. 6.* 48

Si ambæ Eccleſiæ qualitatem Collegialitatis contemporaneè ſortitæ fuerint, à quibus regulari debeat inter eas præcedentia, *ibid. num. 7.* 48

Antiquioritas ad hunc effectum adeo ſervanda eſt, ut non attendantur extrinſecæ qualitates, quibus poſtea Eccleſia minùs antiqua ornata fuerit, *ibidem numer. 8.* 48

Eccleſia Secularis, alteri Eccleſiæ Regulari unita, & poſtea ad priſtinum Statum redacta, an, & quando recuperet Præcedentiam, qua ante unionem fruebatur, *ibidem num. 10. 12. & ſeqq.* 48

Ante Eccleſiam Matricem an poſſit Collegiata, quæ ſolita ſit habere omnimodam Præcedentiam ſuper ipſam, pulſare in Sabbatho Sancto Campanas, *dec. 1. num. 4.* 146

COLLEGIATA ECCLESIA QUOAD EJUS PROVISIONEM, SEU COLLATIONEM.

Quoties examinatur qualitas Collegialitatis, ad effectum ſubſtinendi, necne, Proviſionem factam ob Or-

Ordinario, ultimus Status eſt unicè attendendus, *animadv. ad tit.4.num.16.& 17.l.1.* 19
Etiamſi ultimus Status impreſſus fuiſſet per Proviſiones Apoſtolicas, *ibidem num.18.* 19
Potiſſimùm, ſi hujuſmodi Proviſiones non apparerent continuatæ per notabilem temporis curſum, aptum ad imprimendam novam qualitatem Beneficio, *ibidem num. 19.* 19
Neque effectus ultimi Status impediti poteſt, niſi per publicum Inſtrumentum, Sententiam, vel Partis confeſſionem, *ibidem numer.21.* 19
Diverſæ tamen militant regulæ, ubi non agitur de ſubſtituenda Collatione jam facta, ſed de firmando Statu, ac qualitate Collegialitatis, *ibidem n. 23.* 19
Quæ ad hunc effectum dicantur probationes æquivocæ, & inſufficientes, *ibid.n.24.& 25.* 19
Quæ ſigna Eccleſiæ Collegiatæ reiiciantur, vel approbentur à *S. Rot. ibidem num.26. & 27.* 20
Proviſio Eccleſiæ Collegiatæ, tanquam de ſimplici Parochiali, à Sede Apoſtolica emanata ad ſupplicationem Partis, non immutat illius qualitatem, *ibidem numer. 28.* 20
Niſi intercesſerit centenaria, ſeu aliud longiſſimum tempus, aptum ad præſumere faciendum novum titulum, *ibid.n.29.* 20
Sola Collegialitatis habitualitas ſufficit ad hoc, ut intret reſervatio *Reg. 1. Cancellariæ, ibid.n.32.* 20

COLLEGIATÆ PRÆPOSITUS, SIVE PRIMA DIGNITAS.

Collegiatæ Præpoſito non conceditur abeſſe à Choro, etiam pro ſervitio Epiſcopi, niſi ex urgentiſſima cauſa, & afferuntur rationes, *tit. 13. numer. 1. & ſeqq. l. 2.* 129
Quare ſit Officium Primæ Dignitatis circa Chori diſciplinam, *ibidem numer.5.6.& 8.* 130
Ad procurandam dictam Choralem diſciplinam, non poteſt Epiſcopus alium, præter Primam Dignitatem, in Collegiatis deputare, *ibidem num.7.* 130
Eadem Prima Dignitas docere debet potiùs exemplo, quàm verbis, quomodo alii in Choro ſe gerere debeant, *ibid. n. 9.* 130
Quomodo procedendum contra Canonicos, non parentes Præpoſito circa ea, quæ Chori gubernium concernunt, *ibidem num. 10.& 11.* 130
Quam culpam admittat idem Præpoſitus, tolerans defectus, ex quibus Divini Cultus diminutio, & Chori perturbatio ſequatur, *ibid. n.12.& 14.* 130
Ubi conſtitui ſolet Chori Magiſter, quomodo ſe gerere debeat Præpoſitus, ſi erretur in iis, quæ ad probatam ejuſdem Chori rationem pertinent, *ibidem numer. 15.* 130
Quid, ubi ſolitum non ſit Chori Magiſtrum deputare, *ibidem numer. 16.* 130
Canonico Silentiario, ſilentium præcipiente, an ſilere debeat etiam Prima Dignitas, & quid, ſi ipſa ſilentium frangat, *ibid. n.17.& 20.* 130
Canonicus Silentiarius ſilentium indicit etiam Populo, ſi opus ſit, *ibidem num. 18.* 130
Affertur exemplum Ranarum, quæ juſſæ à Sacerdote, ut conticeſcerent, obtemperaverunt, *ibidem numer. 19.* 130
Canonici, qui Silentiario non parent, punctantur, *ibidem nu. 20.* 130
Præpoſitus, ob juſtam occupationem Choro egrediens, non tenetur licentiam ab alio petere, *ibidem numer. 21.* 130

COLLEGIUM.

Quis dicatur antiquior de Collegio, *deciſ. 59. num. 14. & 45.* 328
Supple in *Verb. Capitulum in genere*, & *Univerſitas*.

COLOR.

Niger, vel obſcurus, inter infimos colores reputatur, *animadv.ad tit.7.ſub num.35.l.1.* 30

COMPONENDA.

Solutio, quæ fit nomine Componendæ, nunquam æquivalet valori Privilegii, *dec.ult.num.18.* 245

COMPOSTELLANA ECCLESIA.

Compoſtellanæ Eccleſiæ Canonici, ex peculiari Apoſtolico Indulto, nomen Cardinalium retinent, *tit. 3.num.7. l.1.* 12

CONCESSIO.

Quod in uno caſu conceditur, in aliis cenſetur prohibitum, *dec.44.num.38.* 274

CONCILIUM IN GENERE.

Integrum votum ferre in Conciliis quibus de Jure competat, *dec.18.n.48.* 194

CONCILIUM TRIDENTINUM.

Vide in *Verb. Derogatio*, & *Gratia*.

CONCORDIA.

Longæva obſervantia, ſubſequens Concordiam, alio Jure inducta non cenſetur, quàm in vim ejuſdem Concordiæ, *dec.2.num.7.* 148

CONFESSIO.

Confeſſiones, aliæque enunciativæ, ad effectum inducendi præjudicium, debent eſſe certæ, & indubitatæ, *dec.32.num.25.* 239
Fides præſtanda non eſt confeſſioni, emiſſæ à perſona, intereſſe habente, *ibidem n.26.* 239
Confeſſio plenè probat contra confitentem, *deciſ. 33. num. 17.* 241
Confeſſiones, per Cauſidicos emiſſæ in eorum Informationibus, nullum valent præjudicium inferre ſuis Principalibus, *deciſ.41. num.10.* 264
Confeſſio, in precibus emiſſa, eſt potiſſimum attendenda, *dec.52.numer.34.* 291
Nulla dari poteſt major probatio propria confeſſione, *deciſ.54.numer.1.pag.299.& dec.55.num.9.* 306
Junctis præſertim aliis probationibus, *dict. dec. 55. numer. 10.* 306

CONFESSARIUS.

Confeſſarii Seculares Diœceſis cogi poſſunt, ut accedant ad Conferentias Caſuum, à Vicariis Foraneis præſcriptas, *tit.10. num.3.l.2.* 117

CONFIRMATIO.

Simplex confirmatio corroborat, non extendit confirmatum, *dec.18.ſub num.78.* 199
Quod tendit ad majus robur, & confirmationem, deſervire non debet ad deſtructionem, *ibid.n.126.* 208

CONFIRMATIO SACRAMENTUM.

Quilibet ſimplex Sacerdos, ex ſpeciali Sum. Pontificis delegatione, poteſt Sacramentum Confirmationis adminiſtrare, *deciſ.15. num.83.* 200
Abbas S. Mariæ Florentiæ habet indultum iſtud Sacramentum conferendi, *ibidem num. 84.* 200

CONFRATERNITAS, ET CONFRATRES.

Confratres alicujus Sodalitatis participant qualitatis Eccleſiaſticæ, *deciſ.42.numer.11.* 267
Confraternitates, auctoritate Ordinarii erectæ, illius Juriſdictioni ſubjacent, *deciſ.45.numer.1.* 275
Diſſoluta Confraternitate, ceſſat ſtatim in Confratribus jus adminiſtrandi, & conſequenter non poſſunt de Supellectilibus, ad Confraternitatem ſpectantibus, diſponere, *ibid. num.2.* 275
Sed, tanquam Bona vacantia, remanent ſub diſpoſitione S. Pontificis, vel Ordinarii, *ibidem numer. 3. 5. & 13.* 275
Ita ut nec ratione depoſiti poſſint penes alium remanere, *ibidem numer.4.* 275
Ad formam Conſtitutionum Apoſtolicarum, debet in qualibet Eccleſia Parochiali erigi Confraternitas ſub invocatione SS. Sacramenti, pro illius aſſociatione ad infirmos, *ibid. nu. 6.* 275
An, & quando Bona Confraternitatum, quæ in aliqua Eccleſia fundata reperiuntur, dicantur propria illius Eccleſiæ, *ibid.n.7.11.& 12.* 275
Supellectilia Confraternitatum, ſi eæ diſſolvantur, non poſſunt in alios uſus converti, *ibid. n. 8.* 275
In dubio, an ſupellectilia, per Confratres deſtinata ad uſum Sacrarii, acquiſita fuerint Eccleſiæ, ubi erecta ſunt, Confratrum voluntas favore ipſius Eccleſiæ declaratur ex traditione eorundem ſupellectilium, in actu diſſolutionis ab eis facta prædictæ Eccleſiæ, *ibidem numer.9.* 275
Si Confraternitas de una ad aliam Eccleſiam transferatur, receſſus licitus eſt etiam cum Bonis, *ibidem numer. 10.* 275
Refertur temperamentum in hoc propoſito captum in caſu particulari à *Sacr. Rota ibid. n.fin.* 276
Reliqua ſupple in *Verb. Proceſſio*, & *Diſtributiones*, & *Eccleſia*.

CONGREGATIONES.

Sacr. Congregationum Declarationes an obligent, ſi non ſuerint acceptatæ, *tit.10.n.14.l.1.* 41

Sacr. Rit. Congr. eſt inſtitutum pro *Sacris Ritibus*, *ibidem num.25.* 41

Declaratur quoddam Decretum *S. Congregationis* circa præcedentiam, *ibidem numer. 26.* 41

Contra inobſervantes *Decreta Sacrarum Congregationum*, an poſſit Epiſcopus pœnam Cenſurarum imponere, *tit. 7. numer.15.l.2.* 102

Decreta Sac. Congr. Conc. faciunt legem quoad omnes, quando interpretatur ipſum Concilium, *animadv. ad tit.8.numer.8.l.2.*pag.150.*& dec.33.num.5.* 240

Sacr. Congreg. reſolutiones ſunt reverenter ſuſcipiendæ, *deciſ. 28. numer.6.* 230

S. Rotæ Tribunal, *Decretis SS. Congregationum* reverenter ſuſceptis, ſolet ſimplex confirmationis robur adiicere, *dec.39.num.4.*pag.255.*& dec.43.n.10.* 269

Eaque in judicatum tranſacta, & à Partibus acceptata non refricare, *ibidem ſub eodem num. 4.* 255

CONJECTURA.

Vide in *Verb. Interpretatio*, & *Diſpoſitio*.

CONSCIENTIA.

Vide in *Verb. Arbitrium*.

CONSENSUS.

In actu per Superiorem perficiendo, ſi Inferior, qui conſenſum præſtare debet, illum irrationabiliter deneget, vel per eundem Superiorem ſuppletur, vel habetur pro præſtito, *animadv.ad tit.14.n.44.l.1.* 64

Quoties requiritur conſenſus duorum, non ſufficit conſenſus unius, *dec.29.num.3.* 231

In denegatione conſenſus non præſumitur æmulatio, ſed juſta, & rationabilis cauſa, *deciſ.40.n.33.* 262

CONSEQUENS.

Conceſſo antecedenti, cenſetur etiam conceſſum neceſſarium conſequens, quatenus expreſsè non adimatur, *deciſ. 9. numer. 17.* pag. 162. *deciſ. 17. numer. 1.* pag. 182. *& dec. 41. n.6.* 264

CONSUETUDO.

Ubi actus Juris diſpoſitioni non adverſatur, ſufficit conſuetudo decennalis, *animadv. ad tit. 1. num. 11. l. 1.* pag. 4. *& dec.55. n.53.* 309

Ad inducendam conſuetudinem non valent actus, gratuitò, & ex quadam conniventia geſti, *ibidem numer. 12.* 4

Conſuetudo dat Juriſdictionem, *tit. 10. numer. 42. dict. l. 1.* 42

Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, *animadv. ad tit. 10. n. 17. l. 1.* pag. 44. *dec.7. num.final.* pag. 158. *dec.32.n.14. & 15.*pag. 238. *dec.37.n.final.* pag.251. *& dec.38. num.7.* 253

Conſuetudo notoria non indiget probatione, *tit.14. num. 10. l.1.* 58

Quando non eſt contra Jus, extenditur de loco ad locum, *ibidem ſub d.numer.10.* 58

Quod procedit, etiamſi Juri communi aliqualiter repugnaret, *ibidem num. 11.* 58

Quæ ſint requiſita conſuetudinis, remiſſive, *deciſ. 23. numer. 5.* 222

Conſuetudo, per Leges permiſsa contra Juris communis diſpoſitionem, intelligi debet, de ea, quæ præſcribitur per ſpatium quadraginta annorum, *deciſ. 34. n. 14.*pag.244. *& dec.37.n.9.* 251

Conſuetudinem alleganti onus incumbit illam probandi *dec.37.n.5.* 251

Unicus actus non ſufficit ad inducendam conſuetudinem, *ibid. num. 11.* 251

Per contradictionem remanet interrupta conſuetudo, adhuc non completa, *ibidem numer. 12.* 251

A' conſuetudine, ſeu uſu unius Eccleſiæ, nequit ad aliam inferri, *ibid. n.16.*pag.251.*& dec.38.n.6.* 253

Ad inducendam conſuetudinem requiritur actuum frequentia, & uniformitas cum temporis diuturnitate, *dec.38.num.1.* 252

Conſuetudo ſpecifica, & individualis eſt omninò attendenda, *dec.39. num.20.* 258

Praxis generalis aliorum Locorum adjacentium, pacificè ſervata, eſt maximè attendenda, *ibidem numer. 21.* 258

Conſultius eſt conſuetudines, longo Populorum uſu receptas, permittere, quàm in eorum ſcandalum abolere, ſeu interrumpere, *dec. 41. numer. 53.* pag. 264. Limita *num. 15.*

Immò mutatio etiam in melius majorum ſolet eſse principium malorum, *ibidem n. 14.* 264

Conſuetudo, quæ ſit contra Jus, & pro ea militet aliqua rationabilitas, vel ulteriùs procedendo Jus non reſiſtat, quadraginta annorum ſpatio præſcribitur, *deciſ.55.num.52.* 308

Conſuetudo, quæ eſt tantùm præter Jus ſpatio decem annorum inducitur, etiamſi aliquantulum Juri communi repugnet, *ibidem n.54.* 309

Nec inquirendum eſt, an talis conſuetudo rationi nitatur, & quare, *ibidem n. 56.* 309

Conſuetudo quando dicatur non contraria Juri, ſed præter Jus, *ibid. n.57.& 58.* 309

In Judicis arbitrio reſidet declarare, an conſuetudo ſit rationabilis necne, *ibid. n.59.* 309

Ex quibus dicatur ſufficienter probata conſuetudo, *ibidem num.69.* 309

Ad probandam conſuetudinem, non circa ſubſtantiam rei, ſed circa aliquam circumſtantiam, minores actus, & minor numerus teſtium requiritur, *ibidem numer. 70.* 309

Cætera require in *Verb. Decretum irritans*, *& Teſtis*.

CONSULATUS.

Qui primò adeptus fuit Conſulatum, præfertur ei, qui bis hujuſmodi Officium geſſit, *animadv. ad tit. 11. numer. 9. l. 1.* 48

CONTRACTUS.

Metu geſti ſunt reſcindendi, *dec.18. n.114.* 206

Supple in *V. Diſpoſitio*.

CONTRARIETAS.

Contrarietas, & repugnantia omnino vitanda eſt, *dec.43.num.12.* 269

CREDITOR.

Uno creditore agente, alter, licèt ſileat, poteſt deinde venire ad Cauſam, ſine detrimento ſuorum Jurium, *dec.18.n.164.* 214

CRUCIS ANTE SE DELATIO, SEU ELEVATIO.

Jus deferendi ante ſe Crucem eſt prærogativa ſublimis, ac penè regia, quæ à S. Sede tributa ſuit D. Stephano, Hungariæ Regi, ejuſque Succeſsoribus, & quare, *dec.56. num.2.* 312

Poſseſſio Prædeceſsorum Epiſcoporum in delatione Crucis etiam in Eccleſiis Regularium exemptis, intra Diœceſim exiſtentibus, ſuffragatur ad effectum manutentionis etiam Succeſsori, *ibidem num.5.* 312

Crucis delatio non eſt actus Juriſdictionis, ſed ſignificatio honoris, & Jus reverentiale ratione Dignitatis, *ibidem n.6.7.8, & 23.* 312

Hujuſmodi indultum habens, illo uti poteſt etiam in actibus voluntariis, *ibidem numer.19.* pag.313.*& deciſ.57. num.1.* 315

Crucem deferre licet quandocunque, per vias, extra Eccleſiam, extra Divina Officia, ſine Sacris Paramentis, *ibidem num.22.* 313

Tam Epiſcopus Papienſis, quàm Rex Hungaricus, ex Privilegio Apoſtolico Crucem ante ſe elevatam deferunt etiam in Exemptorum Eccleſiis, & Monaſteriis, *dec.57.num 9.* 315

Epiſcopi ad Eccleſias Regularium elevata Cruce ex Privilegio Apoſtolico accedentes, nulla inter illos præeminentia fulgent, *ibid. num.12.* 316

Confutantur argumenta, in hoc propoſito contra Epiſcopum Lucenſem à PP. Lateranenſibus allata, *ibidem numer.14. & ſeqq.* 316

Supple in *Verb. Epiſcopus quoad Regulares*, *Lucenſis Epiſcopus*.

CULTUS DIVINUS.

Pro augumento Cultus Divini facienda eſt omnis interpretatio, *dec.55.n.68.* 309

Supple in *Verb. Diſtributiones*.

CURA ANIMARUM.

Vide in *Verb. Vicarius amovibilis*.

CURIALITAS.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Reſervationem*.

DE-

D

DECANUS.

EST caput Capituli, & dicitur pars honorabilior illius, *decij.43.n.14.* 269

Decanus, ſeu alius Capitularis, ad quem ſpectat præſidere in Capitulo abſente Epiſcopo, id explere valet, etiamſi non ſit in Sacris conſtitutus, *ibidem num.* 20. 270

Cætera require in *Verb. Capitulum in genere*, & *Chori Præfectus*.

Subrogatur in locum Archipresbyteri abſentis, & eaſdem prærogativas habet ac ipſe Archipresbyter, *diſc.* 44.*n.*9. 272

DECIMÆ, ET JUS DECIMANDI.

Ad quem de Jure ſpectet Jus decimandi, *deciſ.*18. *num.*45. 194

Etiam Perſona laica gaudere poteſt ex privilegio Jure decimandi, *ibid. n.* 87. 201

DECISIONES.

Dec. 66. *coram Emerix* examinatur, *animadv. ad tit.* 11.*nu.*17.*l.*1. 49

Item *dec.* 193. *coram Burat. animadv. ad tit.*14.*numer.* 69,*d.l.*1. 65

Deciſiones ſunt motiva pro ferenda ſententia, & ipſam præcedunt loco Dubiorum, *dec.*18.*n.*131. 209

Difformitas Deciſionis à verbis ſententiæ quando cauſare valeat nullitatem, *dec.*21.*n.final.* 220

*Dec.*639.*coram Seraphin.* declaratur, *dec.*44.*n.*31. 273

Supple in *Verb. Sententia*.

DECLARATIO.

Quando importet novitatem, ſeu mutationem, *dec. ult.n.*2. 243

DECRETUM.

Decretum ſubſecutum intelligi debet juxta propoſitionem antea factam, *dec.*33.*n.*20. 242

Tam Decreta, quàm Indulta, tanquam, ſtricti Juris, non patiuntur extanſionem, *dec.*41. *n.*4. 263

Declarationem accipiunt à Supplicatione, vel Libello, *ibid.n.*5. 264

Limita, *ibid.n.*9.

DECRETUM IRRITANS.

Decretum irritans inficit futuram conſuetudinem, *dec.*37.*n.*13. 251

Supple in *Verb. Clauſula*, & *Præſcriptio*.

DELEGATUS.

Judex delegatus ſervare debet ad ungem limites Commiſſionis, *dec.*39.*n.*5. 255

DELICTUM.

Delictum non præſumitur, *dec.*33. *n.* 15. 241

DENOMINATIO.

Effectus, & forma, magis quàm ſimplex denominatio attendi debet, *dec.*61.*n.* 19. 265

DEROGATIO.

Ad derogandum Juri communi, & *Sac. Conc. Tridentino*, non ſufficiunt verba generalia, ſed requiruntur expreſſa, *dec.*39.*ſub n.*19. 257

DESTITUTIO.

Ad deſtitutionem deveniri non poteſt niſi cum legitima cauſa, *dec.*31.*n.*6. 234

DEVOTIO.

Quid ſit, *dec.*57.*n.* 3. 234

DICTIO.

Poſt denotat ordinem ſucceſſivum, præcipuè quando reſpicit perſonam, *dec.*44.*n.*16. 273

Et, ac *etiam*, qualitates primæ diſpoſitionis repetunt in ſequenti, *ibid.n.*18. 273

Præſertim non excludit alios caſus, ſed exprimit minùs dubitabilem, *ibid. n.* 44. 274

Et quamvis conjungat, & copulet, de ſui tamen natura ponitur inter diverſa, eaque inter ſe diſtinguit, *dec.*59.*n.*23. 328

Supple in *Verb. Verba in ſpecie*.

DIGNITATES.

Ubi Sedilia pro Dignitatibus ſunt fixa, poſſeſſio, capta extra proprium Sedile, eſt nulla, *animadv. ad tit.* 8. *ſub n.* 5.*l.* 1. 34

Dignitates non conſtituuntur, niſi in Cathedralibus, & Collegiatis, *tit.*9.*n.* 12.*l.*1. 36

Prima Dignitas poſt Pontificalem, eſt Archidiaconatus, *tit.*10.*n.*9.*l.*1. 40

Archidiaconus præcedit Archipresbytero, etiamſi non ſit Sacerdos, *ibidem numer.* 10. 40

In eadem Eccleſia poſſunt eſſe plures Dignitates ejuſdem nominis, *ibid.n.*11. 40

In aliquibus Cathedralibus Prima Dignitas eſt Decanatus, in aliis Archipresbyteratus, & in aliis Præpoſitura, *ibid. nu.* 15. 40

Quocunque nomine nuncupetur Prima Dignitas, cæteris præcedit, *ibid. n.* 13. 41

Inter Dignitates quomodo de Jure regulanda ſit Præcedentia, *ibid. n.* 14. 41

Quid operetur ad hunc effectum prior poſſeſſio, *ib. num.* 15. 41

Prædictæ Dignitates non habent Juriſdictionem, licèt ſint veræ Dignitates, *ibid. n.* 16. 41

Dignitates honorariæ non ſunt Beneficia, *tit.* 12. *num.*3.*l.*1. 49

Toleranda videtur conſuetudo, quòd Prima Dignitas utatur habitu Prælatitio Prothonotariatus, & lucretur Diſtributiones, *animadv.ad tit.*13.*n.* 29.*l.*1. pag. 57.& *tit.*4.*n.*8.*l.* 2. 87

Prima Dignitas, quæ habet uſum Mozzettæ, an teneatur illam depónere in præſentia Epiſcopi, & Cardinalis, *ibid. n.*9.& 10. 87

Quid, ſi dicta Prima Dignitas ſit exempta, *ibidem num.* 11. 87

Dignitates, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, de Jure adſtringuntur, in quantum permiſerit valetudo, Horarias Supplicationes quotidie in Choro recitare, ac æqualiter cum cæteris Officia Canonicorum exercere, *ibid. n.* 17. 87

Neque ab his oneribus eximitur Prima Dignitas, & Caput Collegiatæ, quæ ſit de Capitulo, etiamſi Nullius Diœceſis, *ibid.n. final.* 88

Quæ ſint verè, ac propriè Dignitates, in Eccleſiis Cathedralibus inſtitutæ, *animadv. ad tit.* 13. *num.* 5. *lib.* 2. 131

Dignitates Cathedralium de Jure non ſunt de gremio Capituli, *ibid. n.*2. 135

Limita ex conſuetudine, Statuto, vel Fundatione, *ibid. nu.* 3. & 5. 131

Extra actus Capitulares debetur ſemper præeminentia Dignitatibus ſupra Canonicos, *ibid. n.* 6. 131

Licèt Dignitates non habeant vocem in Capitulo, poſſunt tamen ſe ingerere, ſimul cum Canonicis, in iis, quæ honorificentiam Eccleſiæ reſpiciunt, *ibidem num.* 7. 131

Dignitates non tenentur ſubire onera Maſæ, quæ per Capitulares adminiſtratur, *ibid.n.*8. 131

Ad Dignitates gradatim ſpectat Functiones, quæ Pontificales nuncupantur, exercere, non autem ad Canonicum Hebdomadarium, neque per Epiſcopum poſſunt alteri committi, contraria conſuetudine non obſtante, niſi ſit immemorabilis, *ibidem n.*9.11.& 15. 131

Quæ ſint Functiones Pontificales, quæ ſpectant ad Primam Dignitatem, eaque impedita, ad alias gradatim, *ibidem n.* 10. 131

Ad primam Dignitatem pariter ſpectat adminiſtratio Sacramentorum Epiſcopo decumbenti, eidemque defuncto exequias celebrare, *ibid. num.*13. pag.132. Amplia *num.* 14. 132

Item fungi Officio Presbyteri Aſſiſtentis Epiſcopo, Pontificaliter celebranti, *ibidem num.* 15. 132

Prima Dignitas, vel in ejus defectum, Dignior de Capitulo, debet ſubſtinere Miſſale Epiſcopo, Pontificaliter celebranti, *ibidem n.* 16. 132

Eadem Prima Dignitas non tenetur ſuſcipere Lauream Doctoralem, etiamſi in Literis Proviſionis Apoſtolicæ tale onus appoſitum fuerit, *ibidem nu.final.* 132

Scholaſteria, tanquam Dignitas, onus reſidentiæ annexum habet, *dec.* 13. *n.* 8. 168

Cætera quære in *Verb. Canonici quoad Stallum in Choro*, *Canonici quoad Præcedentiam*, & *Clericus*, & *Clericatus*.

DIOECESIS.

Quid ſit, *tit.* 5. *num.* 7. *lib.* 1. 5

Creſcente in dies numero Fidelium, Diœceſis diviſa fuit per Parochias, *ibidem num.* 15. 6

Nullus eſt Locus, qui in ſui origine non fuerit de

Digitized by Google

Diœceſi alic. jus Epiſcopi, *animadv. ad tit. 4. n. 19. l. 2.* 89

Uſque in Eccleſiæ Catholicæ exordio, SS. Apoſtoli, eorumque Princeps Petrus, omnibus Diœceſibus limites conſtituerunt, licèt aliqui eandem diviſionem Dionyſio I. adſcribant, *ibid. n.* 20. *&* 21. pag. 89. *& dec. 18. n. 13. & ſeqq.* 189

Non repugnat, quòd una pars Diœceſis ſit in una Ditione temporali, & alia in altera, *d. dec. 18. numer.* 89. 201

Vocabulum iſtud *Diœceſis* eſt indifferens ad ſignificandum Territorium materiale, ſeu locum, in quo quis aliqua etiam ſubalternante Eccleſiaſtica Juriſdictione fruitur, *ibid. n.* 136. 210

Diviſio Diœceſum non tollit Jus Eccleſiarum inferiorum, *dec. 60. n. 5.* 334

Unum, idemque Oppidum, quandoque diviſum eſt ſub duabus Diœceſibus, *ibid. n.* 12. 335

DISMEMBRATIO.

Materia Diſmembrationis, cum ſit odioſa, non præſumitur, ſed venit concludenter probanda, *deciſ. 15. num. 32.* 178

DISPENSATIO.

Etiam nulliter data, inſervit ad declarandam neceſſitatem illam obtinendi, *dec. 52. n.* 58. 293

Ubi quis diſpenſatur, neceſſariò ſupponitur impedimentum, *dec. 53. n. 13.* pag. 297. *& dec. 54. n.* 29. 301

Diſpenſatio non inducitur niſi per verba clara, & expreſſa, adeo ut non fiat extenſio, nec ex æqualitate, aut identitate, aut etiam majoritate rationis, *dec. 54. n.* 34. 302

Cætera ſupple in *Verb. Beneficia quoad eorum impetrationem à S. Sede, & Negativa.*

DISPOSITIO, ET DISPONENS.

In diſpoſitione concepta ſub nomine univerſali, veniunt etiam perſonæ ex poſt adauctæ; ſecus ſi verba ſint indefinita, *animadv. ad tit. 14. n. 66. l. 1.* 65

Diſpoſitiones omnes, & contractus, ſumunt interpretationem à Jure, & conſuetudine, *dec. 9. n. 20.* 162

Verba univerſalia diſpoſitionis reſtringuntur per alia limitativa, ac præſervativa, quæ ſubſequuntur, *dec. 15. num.* 14. 175

Et declarantur ab aliis ſubſequentibus, ſpecificè, ac diſtinctè loquentibus, *ibid. ſub d. n.* 14. 175

Ubi habentur verba clara, explicantia mentem Diſponentis, fruſtra recurritur ad conjecturas, & interpretationes, *ibid. n.* 30. 178

Diſpoſitio, præſuppoſitivè confirmans antecedentem diſpoſitionem, ad hujus limites interpretari debet, *ibid. n.* 33. 178

Ceſſante ſuppoſito, tota diſpoſitio, ſuper illo fundata, corruere debet, *ibid. n.* 35. *&* 38. 179

Vel ſaltem venit reſtringenda juxta mentem Diſponentis, *ibid. ſub d. n.* 35. 179

Oratio ſubſequentis diſpoſitionis, ſi regatur ab alio verbo, & ſit concepta per adverſativam *autem*, non recipit declarationem ab antecedenti, *dec. 18. n. 63.* 197

Ex verbis, in una Scriptura prolatis, declaratur quid in alia ſenſerit Diſponens, *dec. 59. num.* 29. 32. *&* 33. 329

Ubi Diſponens aliquid voluit cum adjectione qualitatum abſque copula, aut conjunctione, cenſetur, illud tanquam unum ab eo conſideratum fuiſſe, *ibid. num.* 34. 330

Ex diſcretivo modo loquendi difformis etiam diſpoſitio deducitur, *ibid. n.* 35. 330

Geminatio verborum magis enixam voluntatem Diſponentis oſtendit, *ibid. n.* 36. 330

In diſpoſitione, facta ſub nomine appellativo qualitatis, ſeu Dignitatis, non cenſetur contemplata perſona, ſed ipſamet qualitas, vel Dignitas, *dec. 61. n.* 25. 338

Potiùs toleranda eſt verborum ſuperfluitas, quàm admittenda correctio primæ diſpoſitionis, *deciſ. 62. num.* 22. 342

Maximè quando ſecunda diſpoſitio facta eſt in adimplementum primæ, *ibid. n.* 23. 342

Vel quando conſtat, ſecundum Diſponentem deceptum fuiſſe, putando, primum Diſponentem aliter diſpoſuiſſe, *ibid. n.* 24. 342

DISTINCTIO.

Ubi non fit diſtinctio, omnia æqualia ſunt, *dec. 57. num.* 2. 315

DISTRIBUTIONES.

Ad quem finem inſtitutæ fuerint in Eccleſia Diſtributiones, *animadv. ad tit. 6. num.* 1. pag. 99. *& tit. 8. nu. 42. lib. 2.* 109

Qui Chorum frequentant, animo tantùm lucrandi Diſtributiones, non ſatisfaciunt menti Eccleſiæ, *ibid. num.* 2. 99

Immò quandam Simoniæ ſpeciem committunt, & mortaliter peccant, *ibid. n.* 3. pag. 99. *& d. tit. 8. n.* 43. pag. 109. Declara *n.* 44. 109

Eccleſia, quæ non judicat de occultis, non excludit à lucro Diſtributionum eos, qui Choro interſunt, ſolo intuitu earundem, *ibid. n.* 5. 99

Sed habebunt ultorem Deum, qui eſt cordium ſcrutator, *ibid. n.* 6. 99

Undè dignoſcatur, quòd quis principaliter ſpe lucri Choro interſit, *ibid. n.* 7. 99

Canonicus, diſpenſatus ſuper defectu ætatis, cum conditione ſuſcipiendi Ordines, adveniente tempore congruo, ſi tunc non curavit illos ſuſcipere, amittit Diſtributiones, *ibid. n.* 22. 100

Et tenetur perceptas reſtituere, etiamſi fuerit in bona fide, *ibid. n. fin.* 100

Canonicus, Horas Canonicas cum voluntaria diſtractione recitans, etiamſi eas repetat extra Chorum, non lucratur Diſtributiones, *tit. 8. numer.* 40. *&* 41. *lib.* 2. 109

Qui accedit ad Chorum primariò propter amorem Dei, ſecundariò propter Diſtributiones, non committit peccatum, & comprobatur exemplis, *ibid. n.* 45. *& ſeqq.* 109

Canonici, vel Capellani, Choro addicti, non lucrantur Diſtributiones, ſi non pſallant, ſed materialem tantùm præſentiam præſtent; & rei mortalis culpæ fiunt, *animadv. ad d. tit. 8. n.* 5. *&* 6. 110

Canonicus tranſmittit ad hæredes Diſtributiones jam lucratas, etiamſi non fuerint exactæ, *animadv. ad tit. 9. n.* 37. *&* 38. *l.* 2. 116

Diſtingue, *animadv. ad tit. 10. n.* 13. *& ſeqq. l.* 2. 119

Diſtributiones, inter alios Canonicos repartitæ, an, & quando repeti poſſint à Canonico, cui de Jure debebantur, *ibid. n.* 39. *&* 40. 116

Quæ ſit Maſſa Communis, & quomodo inter Canonicos dividatur, *tit. 11. n. 19. l.* 2. 120

Diſtributiones quando aſſumant naturam Præbendæ, *animadv. ad tit. 10. n.* 2. *&* 14. 118

Diſtributiones, cujuſcunque generis ſint, acquiruntur Canonicis, earumque ſunt veri domini, *ib. n.* 12. 118

Diſtributiones quotidianæ requirunt pro earum lucro corporalem intereſſentiam Divinis Officiis, *animadv. ad tit. 12. n. 20. lib. 2.* pag. 129. *& dec. 49. n.* 1. *&* 2. 283

Diſtributiones, quæ dantur pro aſſiſtentia Anniverſariis, aliiſque extraordinariis Functionibus, non veniunt appellatione Diſtributionum, quæ debentur pro aſſiſtentia Horis Canonicis, *ibid. n.* 22. 129

Prædictæ Diſtributiones non debentur fictè intereſſentibus, etiamſi conſiſtant in pane, & vino, *ibid. n.* 23. *&* 24. 129

Miſſa venit appellatione Divinorum Officiorum, & æquiparatur Horæ Canonicæ, eique adinſtar Horarum Canonicarum aſſignantur Diſtributiones, *tit. ult. num. 48. lib.* 2. 135

Quaſi poſſeſſio percipiendi Diſtributiones in abſentia non eſt manutenibilis, etiamſi fuiſſet per plures annos continuata, & quare, *dec. 48. n.* 1. 282

Conventiones, quòd Beneficiati, & Portionarii, occupati in adminiſtratione alicujus Confraternitatis, ſuperlucrentur Diſtributiones, tanquam præjudiciales Cultui Divino, non ſunt attendendæ, *ibidem n.* 2. pag. 282. *& dec. 49. n.* 3. *&* 7. 283

Conſuetudo, quòd Diſtributiones percipiantur etiam in abſentia, tanquam irrationabilis, non eſt admittenda, etiamſi diutiſſimè, & abſque ulla contradictione fuerit obſervata, *ibid. n.* 3. 282

Non debet tolerari participatio Diſtributionum in abſentia cum præjudicio Cultus Divini, quòd aliàs evitari poteſt, *d. dec. 49. n.* 5. 283

An ſubſtineatur Concordia de lucrandis Diſtributionibus in abſentia, in actu Fundationis inita, *ibidem n.* 6. *&* 7. 284

Reliqua vide in *Verb. Canonici quoad obligationem*

Horas

Horas Canonicas in Choro perſolvendi, & Proceſſio.

DIVISIO.

Noo obſtante Statuto, ſeu Lege, prohibente diviſionem, quando illa peti poſſit, *dec. 40.n.4.& 12.* 260

Supple io *Verb. Societas, Parochus in genere, & Diœceſis.*

DOCTORES.

Declaratur *Ciarlin. controv. 46. animadv. ad tit. 4. nu. 35. lib. 2.* 90

Commendatur *Fr. Gabriel* Carmelita Excalceatus, *tit.10.n.14.l.2.* 117

Juſtam cauſam aliquid faciendi tribuunt etiam meræ opiniones inſignium Doctorum, & Tribunalium, *dec.18.n.117.* 207

Reiicitur *Sarav. de Adjunct. quaeſt. 1. nu. 11. & ſeqq. dec.32.n.4.* 237

Auctoritas unius Doctoris, non habentis contradictorem, dicitur caſus Legis, *dec. 33.n.4.* 240

Auctoritates, generaliter loquentes, intelligi debent juxta tenorem illarum, quæ diſtinguunt, *ibidem numer. 8.* 241

Declaratur *Card. de Luc. in Conflict. Leg. & Ration. obſerv. 270. & de Translat. Penſ. c. 13. n. 21. deciſ. 54. n.6.& 25.* 299

Idem Auctor *de Praem. diſc. 3. nu. 16.* reiicitur *dec. ult. num. 11.* 344

Navar. conſ. 4. n. 35. de Converſ. Infid. tom. 1. refellitur, *dec.58.n.54.* 321

Sperellus Serelli S. R. E. Cardinalis commendatur, *animadv.ad dec.60. n.1.* 336

Bartol. in l. 2. ff. de reb. dub. à Caſanatt. conſ. 44. nu.20. explicatur, *dec.61.n.21.* 338

Alexander conſ. 178. n. 59. l.2. quomodo ſit intelligendus, *ibid.n.36.* 339

DOCUMENTUM.

Documenta originali in manibus Judicis paſſim exhibentur, *dec.39.n.23.in fin.* 258

DOMESTICUS.

Vide in *Verb. Familiaris, & Familiaritas.*

DOLUS.

Dolo non caret, qui ſcienter rem prohibitam facit, *dec.4.n.11.* 152

DOMINUS.

Duo domini, diverſis reſpectibus, dari poſſunc, *dec.60.n.19.* 335

DONATIO.

Continuata poſſeſſio rei donatæ poſt donationem arguit animum excluſivum veræ abdicationis, *deciſ. 5. num.12.* 153

E

ECCLESIA.

PRO validitate tranſactioois, etiam ſuper Juribus Eccleſiaſticis, & incorporalibus, requiritur Beneplacitum Apoſtolicum, quamvis agatur inter duas Eccleſias, *animadv. ad tit.1.num.18.l.1.* 4

Limita quoad concordiam, initam inter Perſonas Eccleſiaſticas ſuper Præcedentia, *ibid. n. 19.* 4

Et etiam ſuper Decimis, Funeralibus, & aliis Juribus Parochialibus, *ibid.n.20.*pag.4. & *dec.9.n.11.* 161

Neceſſaria tamen eſt authoritas, & confirmatio Epiſcopi, cum præcedenti cauſæ cognitione, *ibidem num.21.* 4

Aliàs tranſactio eſt nulla, *ibid. n. 22.* 4

De una ad aliam Eccleſiam tranſire, juxta priſcam diſciplioam, vetitum erac, *animadv. ad tit. 2.n. 12.& 13.lib.1.* 8

Contractus ſuper re Eccleſiæ, ſine ſolemnitate geſtus, eſt nullus, ſi Eccleſia ipſa velit, *animadv. ad tit.6.n.11.l. 1.* 24

Regulariter non attenditur illud præjudicium, quod è contrario, habet favorem Eccleſiæ, & Cultus Divini augmentum, *animadv. ad tit. 14.n. 34.l.1.* 63

Ad probandam Eccleſiæ Conſecrationem, ſufficic unus teſtis de auditu, *tit.1.n.10.l.2.* 75

Eccleſia alia eſt Spiritualis, alia materialis; iſtaque poſterior quas partes habeat, *tit.2.n.3.l.2.* 79

Cuilibet retinere licet in Eccleſia Scamnum, quod per diuturnum tempus, cum patientia Rectorum ibidem habuit, *animadv. ad tit. 3. num. 21. lib. 2.* 86

Poteſt tamen idem ſcamnum in alio loco, æquè digno, collocari, ſi ita exigat Eccleſiæ ſervitium, *ib. num. 23.* 86

Quid circa hoc ſervandum, ſi immutaretur antiqua forma Eccleſiæ, ad majus decus ejuſdem, *ibid.n.24.* 86

Quando ex remotione Scamnorum, ſeu Sedilium ab Eccleſia oriretur ſcandalum, conſultius eſt illa tolerare: & monentur Eccleſiarum Rectores, ut cautè ſe gerant in illis ab initio permittendis, *ibid. n. 25.* 86

Eccleſiæ, tum ioſeriores, tum etiam Catbedrales, & Metropolitanæ, ſolent honorem deſerre earum Fundatoribus, vel Deſenſoribus, & affertur exemplum Metropolitanæ Florentinæ erga Familiam Cortigianorum, aliorumque, *ibid. n. 26.* 86

Iiſdem Eccleſiarum Patronis, ſeu Advocatis licitum eſt, ex antiqua conſuetudine, adminiſtrare earum fructus, dum vacant, *ibid. nu. 27.* 86

Sicuti etiam Jus percipiendi alimenta ex fructibus Eccleſiæ vacantis, *ibid.n.28.* 86

In relaxatione Juris, quod agnita veritate declaratur ad alium ſpectare, non intrat prohibitio Extravag. *Ambitioſæ, dec. 9.n.10.* 161

Pro Eccleſia, & Piis Operibus, unicuique de Populo competit actio contradicendi, ut omnia rectè agantur *deciſ.20.n.final.* 219

Utilitas publica Eccleſiæ prævalere debet commodo, & utilitati privatæ, *dec.40.n. 37.* 262

Ex diviſione Simultaneæ præjudicium inſertur Sedi Apoſtolicæ, ob ceſſationem devolutionum in caſu diſcordiæ, ſeu paritatis votorum, *ibidem numer. 41. & 43.* 262

Ex hoc ſolo motivo *Rot. coram Merlin. dec. 179.* non approbavic concordiam, inter Epiſcopum, & Canonicos initam, *ibid. n. 42.* 262

Ex commodo, & emolumento, quod reportant Capitulares, dici non poteſt, quòd reſultet utilitas communis Eccleſiæ, *dec.48.n. 6.* 283

Quando Eccleſia, & Confraternitates veniant diſcretè, & ſeparatè conſiderandæ, adeo ut incumbens negociis Confraternitatum, non dicatur incumbere negociis Eccleſiæ, *ibid. n.final.*pag.283.& *dec.49.n.4.* 283

Si Eccleſia habeat in diverſis Diœceſibus Prædia, eaque diſtrahi oporteat, illius Epiſcopi auctoritas eſt ſolùm requirenda, ubi Eccleſia exiſtit, *dec. 60. numer. 23.* 335

Reliqua ſupple in *Verb. Actus, Beneplacitum Apoſtolicum, & Conſuetudo.*

ECCLESIASTICUS.

Arma Eccleſiaſticorum ſunc Breviarium, *tit.1. nu. 9.lib. 1.* 2

Pro defenſione Patriæ licet Eccleſiaſticis Mœnia, & Portas Civitatis armis cuſtodire, ſi ad id Laici non ſufficiant; non tamen Jus Præcedentiæ, *ibid. n.10.* 2

Eccleſiaſtica Dignitas nobilior eſt Seculari, *animadv. ad tit. 15.n.6.l.1.* 67

Eccleſiaſticæ perſonæ an poſſint Juri Civili operam dare, *animadv.ad tit.11.n.38.& ſeqq.l.2.* 123

ELECTIO.

Electionis ad formam *cap. quia propter, de elect.* requiſita ſubſtantialia quæ ſint, remiſſivè, *animadv. ad tit.3.n.11.l. 1.* 14

Ut valida ſic, concurrere debent vota majoris partis Electorum, *ibid. n. 12.* 14

Nec ſufficiunt in ſola medietate, ſed illam debent excedere, *ibid. n. 13.* 14

Et quidem comparativè ad univerſum Corpus Electorum, *ibid.n. 14.* 14

Quamvis ſufficiat exceſſus votorum in ſola medietate voti, *ibid.nu.15.* 14

Et computantur etiam vota illorum, qui aliquo juſto impedimento detenti, Procuratorem ad eligendum deputaverunt cum ſpeciali mandato; & quid in eo contineti debeat, *ibid. n. 16.& 17.* 14

Si in mandato non adſinc opportunæ facultates, non tenentur Electores in actu Electionis ſuperſedere, ſed poſſunt ad illam die condicto procedere, *ibidem numer. 18.* 14

Non ſunc computandi illi, qui à Capitularibus Comitiis abſque juſta cauſa receſſerunt, ſi major pars ad actum Electionis devenire voluerit, *ibidem nu-*

mer. 19. *&* 10. pag. 15. Declara *num.* 31. 15

Capitulares, alioquin excluſi à ferendo voto, ſi admiſſi fuerint ad tractatum futuræ Electionis, non valent deinde repelli ab Electione, *ibidem numer.* 22. *&* 23. 15

Capitularis, ob aliquod delictum, vel aliam cauſam voce activa privatus, non niſi poſt Sententiam declaratoriam ſuper ipſo facto, ſeu delicto, reiiciendus eſt ab Electione, aliiſque actibus Capitularibus, *ibidem num.* 24. 15

Nec pariter ante Sententiam declaratoriam invalida cenſenda eſt Electio, jam facta ab aliquibus ex Electoribus, ſub prætextu non ſervatæ formæ, *d. cap. quia propter*, *ibid. n.* 25. 15

Ab Electione, cæteriſque Actibus Capitularibus non poſſunt repelli Canonici habentes titulum nullum, ſeu injuſtum, dummodo reperiantur in poſſeſſione, vel quaſi Canonicatus, *ibid. numer.* 26. 15

Neque in caſu, quo lis penderet ſuper titulo, ac proprietate Canonicatus, *ibid. n.* 27. *&* 28. 15

Electio, abſque urgente cauſa facta extra ſolitum Locum, nempe Aulam Capitularem, ab aliquibus Capitularibus, eſt nulla, etiamſi majorem partem conſtituerent, *ibid. n.* 29. 15

Forma, tradita in prædicto *cap. quia propter*, eſt de neceſſitate ſervanda in Electione tantùm Prælati, non autem Canonicatuum, ſeu Dignitatum, *ibidem num.* 30. 15

Electio facta, contempto uno ex Electoribus, eſt nulla, *dec.* 51. *n.* 1. 285

In Electionibus faciendis uſus ſortis prohibetur, *ibid. n.* 2. 285

Electores, in officio ſuo delinquentes, privantur pro illa vice Jure eligendi, quod in aliis non delinquentibus conſolidatur, *ibid. n.* 3. 286

Ad effectum amittendi Jus præſentandi, non abſolutè, ſed pro illa vice, qua aliqui ex Electoribus in officio deliquerunt, ſufficit probare ſcientiam præſumptam, *ibid. n.* 6. 286

In Electione quando ab uno repræſentari valet totum Collegium, *ibid. n.* 7. 286

Electio, ſeu Præſentatio poteſt fieri ab uno de Collegio, vel Capitulo, aliis omnibus abſentibus, vel impeditis, *ibid. n.* 8. 286

Electio S. Pontificis, cæteris Cardinalibus mortuis, impeditis, vel abſentibus, expleri poteſt ab uno ſolo, à quo repræſentatur totum Sacrum Collegium, *ibid. num.* 9. 286

Locus non eſt de ſubſtantia Electionis, ſed ea ubicunque fieri poteſt, dummodo ſit locus honeſtus, & tutus, *ibid. n.* 10. 286

In quibus caſibus procedant contrariæ Auctoritates, *ibid. n. final.* 286

ENUNCIATIVA.

Judicis arbitrio remittitur, quod tempus dicatur antiquum, ad hoc ut Enunciativa in antiquis ſit attendenda, *dec.* 55. *n.* 39. 308

Multo magis probant Enunciativæ in antiquis, ſi fulciantur aliis adminiculis, *ibid. n.* 40. 308

Supple cætera in *Verb. Confeſſio*,

EPISCOPUS IN GENERE.

Quæ fuerit cauſa Epiſcopos creandi, *tit.* 1. *n.* 6. *l.* 1. 5

Epiſcopi ſubrogati ſunt loco Apoſtolorum, *ibid. ſub n.* 7. pag. 5. *&* *dec.* 39. *n.* 10. 256

Apud Epiſcopum reſidet præcipua omnium rerum agendarum auctoritas: *animadv. ad tit.* 2. *n.* 4. pag. 8. *&* *dec.* 1. *n.* 2. 145

Epiſcopus in aliquibus Eccleſiis eſt etiam Canonicus, *tit.* 3. *n.* 11. *l.* 5. 12

Nemo præſumitur magis informatus de negociis ſuæ Eccleſiæ, quàm Epiſcopus, *deciſ.* 5. *n.* 16. 154

Licentias prædicandi, aut Confeſſiones audiendi eſt in arbitrio Epiſcopi concedere, aut etiam revocare, *dec.* 7. *n.* 1. 158

Et eidem Epiſcopo tenentur hæc munera exercentes exhibere licentias, quibus illa exercent, *ibidem num.* 2. 158

Epiſcopus tenetur inquirere de titulis Ordinum, & qualiter quæque Officia in Eccleſia peragantur, *ibidem n.* 3. 158

Capitulum, ejuſque Secretarius, non poſſunt denegare Epiſcopo copiam Reſolutionum Capitularium, *dec.* 25. *n.* 1. *&* 7. 225

Quod procedit etiam reſpectu Archidiaconi, ſeu alterius de Capitulo, qui Sede Epiſcopali vacante, ſuccedit in locum Epiſcopi, *ibid. n.* 2. 225

Multò magis tenetur Capitulum tradere copiam dictarum Reſolutionum Epiſcopo, quando intereſſe Eccleſiæ Cathedralis eſt commune inter Epiſcopum, & Capitulum, *ibid. n.* 4. 225

Pro copia Reſolutionum Capitularium non debetur Epiſcopo ſalarium, neque Capitulo, neque Cancellario, *ibid. n.* 8. 225

Etiamſi Cancellarius conduxiſſet Archivium pro certa annua penſione, *ibid. n.* 9. 225

Niſi tamen, ob anguſtiam temporis, vel multiplicitatem negociorum, adhibenda eſſet opera Amanuenſium, *ibid. n.* 10. 226

Quomodo ſe gerere debeant Epiſcopi in iis, quæ eis committuntur à Sum. Pontificibus cum clauſula *Conſcientiam ſuam oneramus*, *dec.* 31. *n. final.* 236

Epiſcopus in qualibet parte ſuæ Diœceſis liberè exercere poteſt Juriſdictionem, tam voluntariam, quàm contentioſam, *dec.* 32. *n.* 1. 237

In dubio Sacri Canones ſemper favent Epiſcopis, ne præjudicium aliquod irrogetur illorum Ordinariæ Juriſdictioni, *ibid. n.* 20. 238

Epiſcopo, habenti Juris aſſiſtentiam pro omnimoda Juriſdictione, ſufficit offuſcare contrarias probationes, *ibid. n.* 27. 239

Eoque magis ad exclusionem Exemptionis, exorbitantis à Jure, *ibid. n.* 28. 239

Epiſcopus in Cauſa ſuæ menſæ non poteſt in totum recuſari, ſed ſolùm peti poteſt, ut procedat cum Adjuncto, *dec.* 33. *n.* 10. 241

Epiſcopus quantum ſupra Canonicos Dignitate præſtet, ab eiſque ſit honorandus, *deciſ.* 39. *numer.* 10. *in final.* 256

Epiſcopi, tempore, quo cœperunt in Eccleſias, & Eccleſiaſticos Judiciariam poteſtatem exercere, proprium Tribunal, in quo Jus, dicerent, ex Apoſtolorum inſtitutione erexere, *ibid. n.* 13. 256

Epiſcopus habens Juriſdictionem Ordinariam in tota ejus Diœceſi, poteſt unum, vel plura Tribunalia in locis ſibi benè viſis erigere ad reddendum Jus, *ibidem ſub dict. num.* 13. 256

Ac etiam in propria Camera, *ibid. n.* 14. 257

Si Diœceſis ſit ampla, an Epiſcopus cogere queat Subditos ad litigandum in Loco longinquo, vel potiùs teneatur ipſe ad locum litigii accedere, aut alium delegare, *ibid. ſub d. n.* 14. 257

Epiſcopus eſt cuſtos Sacr. Canonum, *ibid. ſub n.* 21. 258

Duobus Epiſcopis ſimultaneè competente exactione Charitativi Suſidii ab eadem Eccleſia, poteſt eos Metropolitanus compellere, ut illud alternis vicibus exigant, *dec.* 40. *n.* 7. 260

Idem dicendum in caſu, quo ad duos Epiſcopos ſpectent unius Eccleſiæ redditus, ſi ipſi non conveniant, *ibid. n.* 8. 260

Quod pariter procedit, ſi inter duos Epiſcopos oriatur diſcordia occaſione Eccleſiæ, ſitæ in confinio ſuarum Diœceſum, circa illius diſpoſitionem, ſeu Collationem, inter ipſos communem, *ibid. n.* 9. 260

Et hæc Superioris auctoritas extenditur etiam ad coactionem, *ibid. n.* 10. 260

Mandante aliquo Statuto, quòd Functiones Eccleſiaſticæ explicantur per Archipreſbyterum, vel Archidiaconum, non intelligitur excluſus Epiſcopus, volens eaſdem Functiones per ſe ipſum exercere, *deciſ.* 41. *num.* 8. 264

Epiſcopus eſt Caput Eccleſiæ, Capitulum autem, & Canonici ſunt membra, *dec.* 44. *n.* 22. 273

Epiſcopi ſuæ Juriſdictionis ſunt religioſiſſimi defenſores, *dec.* 47. *n.* 22. 282

Duo Epiſcopi in eadem Urbe eſſe non poſſunt, *dec.* 60. *n.* 11. 335

Ita nec dari debent duo Parochi in una Parochia, *ibid. ſub eodem n.* 11. *&* *n.* 14. 335

Cætera vide in *Verb. Chori Præfectus*, *Juriſdictio*, *&* *Regulares*.

EPISCOPUS QUOAD COLLATIONEM BENEFICIORUM.

Epiſcopus conferre non poteſt vigore Alternativæ, à Sede Apoſtolica obtentæ, Beneficia, quæ ſuut ad nominationem Capituli, *animadv. ad tit. 2. n. 58.l.1.* 10

Vel quando ſunt Simultaneæ Collationis, *ibidem num. 59.* 10

Collatio, diviſa per Turnum, comprebenditur ſub dicta Alternativa, ab Epiſcopo acceptata, *ibidem num. 60.* 10

In Beneficiis Juriſpatronatus, ſive Simplicibus, ſive Curatis, ad Epiſcopum aliud non ſpectat, quàm recognoſcere idoneitatem Præſentati, *dec. 11.n.13.* 165

Epiſcopus habet aſſiſtentiam Juris pro libera Collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis, *dec.14. num. 1.* 170

Limita, quoad Præbendas, & Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, quorum Collatio de Jure ad Epiſcopum, & Capitulum ſimultaneè ſpectat, *ibid. n.2.* 170

Ultra quatuor menſes, quos vigore Regularum Cancellariæ habent Epiſcopi, duos alios offert S. Pontifex iiſdem Epiſcopis, in propria Diœceſi reſidentibus, *ibid. num. 18.* 172

Cætera ſupple in *Verb. Capitulum quoad Collationem Præbendarum Canonicalium, & Beneficiorum.*

EPISCOPUS QUOAD DEPOSITIONEM AB EPISCOPATU.

Epiſcopi depoſitione in Conciſtorio ſecuta, irritum remanet, etiam ante notitiam depoſitionis, quicquid ab eo geſtum fuerit, *animadv.ad tit.2.num.48.l.1.* 10

PEISCOPUS QUOAD EXEMPTOS.

Facultas, conceſſa à *Clem. VIII.* Epiſcopis procedendi ad Cenſuras contra exemptos, denegantes reverentiam illis debitam, licèt loquatur de erectione Baldachini, & Pontificalium celebratione, locum habere poteſt in quocunque alio ſimili caſu, *dec. 56. numer. 56.* 313

Plures actus voluntarios exercere poſſunt ſimplices Epiſcopi non privilegiati in Eccleſiis Exemptorum, *ibid. n. 20.* 313

Licèt Eccleſia ſit exempta, quo tamen ad Parochum, & Populum, iſti ſubſunt Ordinariæ Epiſcopi Juriſdictioni, *dec. 57. n. 4.* 315

Quæ requirantur ad hoc, ut Epiſcopus in Eccleſiis exemptis, neque quoad Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ſe ingerere valeat, *dec. 60.n.18.* 335

Epiſcopus in aliena Diœceſi, vel in Loco exempto, viſitare non valet Capellas, & Oratoria: ſed ſolummodo jus habet quoad Curam animarum Parochiæ ſuæ, *ibid.n.27.* 335

Cætera require in *Verb. Exemptio, & Epiſcopus, quoad Regulares.*

EPISCOPUS QUOAD INTERESSENTIAM IN CAPITULO.

Quando agitur de particulari intereſſe Epiſcopi, vel ſuorum, expoſitis negociis, tenetur is è Capitulo exire, *dec. 25.n.5.& 6.pag. 225.& dec.27.n.3.pag.229. & dec.43.n. 21.* 270

In Eccleſiis Hiſpaniæ Epiſcopi, qui ſunt etiam Canonici, interveniunt in Capitulis tanquam Canonici, *dec.26.n.6.* 227

Quando Epiſcopus eſt præſens in Capitulo ad ipſum, & non ad Decanum, ſeu alium Capitularem, ſpectat in illo præſidere, *dec.43.n.1.& 2.* 268

Epiſcopus de Jure præſumitur intervenire in Capitulo tanquam Prælatus, & non utì Canonicus, *ibid. numer.3.* 268

Ad Epiſcopum, tanquam Caput Principale Eccleſiæ, & Capituli, ſpectat proponere, & reſolvere, juxta majorem partem Suffragiorum, omniaque alia ordinare, *ibid. n.4.* 268

Prædictum Jus Epiſcopo competit, non obſtantibus privilegiis, ſeutentiis, juramentis, Concordiis, & Conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, *ibid. n. 5. & ſeqq.* 268

Epiſcopus non habet vocem in Capitulo, *ibid. numer. 18.* 270

Servanda eſt conſuetudo, quòd Epiſcopus, qui ſimul ſit Canonicus in ſua Eccleſia, quoties aſſiſtit in Capitulo utì Canonicus, ſedeat in loco inferiori, & quare, *ibidem nu. 22.& 23.* 270

Reliqua require in *Verb. Epiſcopus quoad Præeminentiam, & Capitulum in genere.*

EPISCOPUS QUOAD INTERESSENTIAM IN CHORO.

Vide in *Verb. Chori Præfectus.*

EPISCOPUS QUOAD PROPRIUM HABITUM.

Epiſcopus in tota ſua Diœceſi uti poteſt Rocchetto & Mozzetta, *animadv.ad tit.7.n.37.l.1.* 30

Neque prædicta ſuæ Dignitatis Inſignia deponere debet, quoties ad Eccleſias, ſive Monaſteria Regularium, vel Regularibus ſubjecta, accedit, *ibidem num. 39.* 30

Multòque magis, dum in actu talis Acceſſus Juriſdictionem, à Sede Apoſtolica delegatam, exercet, *ibid. num. 39.* 30

In caſu, quo competit Epiſcopo Juriſdictio in Locis exemptis, poteſt illam exercere tanquam Judex, & conſequenter uti Inſignibus, aliiſque rebus, per quas denotetur Juriſdictio, *ibid. n. 46.* 30

Epiſcopi, in Baſilicis urbis, ubi poſſident Canonicatus, occupant primum locum inter Canonicos, & habitu Epiſcopali utuntur, *animadv. ad tit. 13. numer. final. l.1.* 57

Epiſcopus, qui ſit ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, poteſt in Choro uti Rocchettò, & Mozzetta, *tit. 4. n. 23. l. 2.* 87

EPISCOPUS QUOAD EXERCITIUM PONTIFICALIUM.

Epiſcopus, dum ſolemniter celebrat in Cathedrali, vel Collegiata, tenetur aſſumere Canonicos, qui ei ſerviant, *tit.8.n.4. l. 1.* 32

Deficientibus Canonicis neceſſariis, aſſumendi ſunt alii honeſtiores Clerici, *ibid.n.6.* 32

Epiſcopo Pontificaliter celebranti in Plebania, præſentibus Collegiatæ Canonicis, ad eos, & non ad Plebanum, & Clericos ejuſdem Plebaniæ, ſpectat inſervire, *ibid.n. 10.* 32

Canonici, Miniſtrantes Epiſcopo, ſe tantùm inclinant: reliqui autem de Clero genuflectunt, *ibidem numer. 11.* 32

Canonici tenentur ſubminiſtrare Epiſcopo, occaſione exercendi Pontificalia, Sacra Paramenta, tum in Cathedrali, tum extra illam, *animadv. ad tit. 2. num. 5. lib. 2.* 82

Cætera vide in *Verb. Canonici quoad obſequia erga Epiſcopum, ad Eccleſiam accedentem.*

EPISCOPUS, QUOAD NEGOCIA, EXPEDIENDA CUM CONSILIO, ET CONSENSU CAPITULI, VEL SINE.

Epiſcopus nonnulla graviora negocia expedire tenetur cum conſilio, & conſenſu Capituli, *animadv.ad tit.2.n.5.l.1.pag.8.& dec. 31.n.5.* 534

Non quidem ad integrandam perſonam Epiſcopi, ſed propter intereſſe Capituli, circa ſtatum Eccleſiæ, *ibid. n. 6.* 8

In cæteris omnimodam Juriſdictionem habet, privativè quoad Capitulum, in ſuos Subditos, *ibid. ſub eodem n. 6.* 8

EPISCOPUS QUOAD PRÆEMINENTIAM.

Epiſcopo tantùm reſervanda eſt Sedes aliis eminentior, ac ornatior, in qualibet Eccleſia ſuæ Diœceſis, *animadv.ad tit.8. n.23.l.1.* 35

Epiſcopus, etiam extra ſuam Diœceſim, poteſt facere ſibi geſtare caudam Cappæ, *tit.15.n.19.l.1.* 68

Locus, ubi manet Epiſcopus, reputatur ſemper nobilior, ſive ſit à dextris, ſive à ſiniſtris, *tit. 2. num. 33.lib.2.* 80

Epiſcopo, qui, dimiſſo Epiſcopatu, Canonicatum poſtea obtinuit in Cathedrali, vel Collegiata olim ſuæ Diœceſis, qui locus in Choro debeatur, *tit. 3. num. 1. lib.2.* 83

Quamvis Epiſcopus, & Canonici faciant unum Corpus, Epiſcopus tamen eſt Caput, *dec. 1. num. 1. pag. 145.& dec. 25.n. 3.* 225

Epiſcopus, ſimul Canonicus ejuſdem Eccleſiæ, interveniens Capitulo utì Canonicus, præeminentiam habere debet ſupra Canonicos digniores, & antiquiores, non obſtante conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili, & declarantur contrariæ Auctoritates, *ibid. n. 5. & ſeqq.* 246

Epiſcopus, occupans primam Sedem, intervenire dicitur uti Epiſcopus, non uti Canonicus, *ibid. n.* 13. pag. 147. & *dec.* 43. *n.* 27. 270

EPISCOPUS QUOAD REDDITIONEM RATIONIS ADMINISTRATIONUM.

Epiſcopus jus habet cogendi Adminiſtratores ad redditionem rationis, nedum poteſtate Ordinaria, ſed etiam delegata, *dec.* 39. *n.* 11. 256

Et poteſt punire eoſdem Adminiſtratores, ſi in adminiſtratione malè ſe geſſerint, *ibidem ſub eodem numer.* 11. 256

Redditiones rationum præſtandas eſſe ab Adminiſtratoribus Locorum Piorum in Palatio Epiſcopali, pluriès *S. Conc. Congr.* reſpondit, *ibid. n.* 16. 257

Eamque opinionem eadem *S. Congregatio* ſemper tenuit, *ibidem ſub eodem num.* 16.

Cætera ſupple in *Verb. Capitulum, quoad adminiſtrationem redditnum Eccleſiæ, Eleemoſynarum, aliarumque Piarum Oblationum, & Rationum redditio.*

EPISCOPUS QUOAD REGULARES.

Epiſcopis olim competebat Juriſdictio, tam in Loca, quàm Perſonas Regulatium, *animadv. ad tit.* 7. *n.* 40. *lib.* 1. pag. 30. & *dec.* 15. *num.* 8. pag. 174. Limita *ut num.* 17. 176

Et propter quendam babitualem Juriſdictionem, quam adhuc retinent, poſſunt in Regularium Eccleſiis ea omnia peragere, quæ prærogativam Dignitatis reſpiciunt, & quæ ſint, *ibid. nu.* 41. & 43. 30

Abbates Regulares, habentes uſum Pontificalium, non poſſunt, Epiſcopo præſente, Cathedram aſcendere, ſed illam debent cedere Epiſcopo, *ibidem numer.* 42. 30

Non tamen licet Epiſcopis in Locis Regularium ea exercere, quæ contentioſam Juriſdictionem concernunt, *ibid. n.* 44. 30

Epiſcopus, qui adinſtar Archiepiſcoporum, privilegium habet Crucem ante ſe deferendi, poteſt illam erigere occaſione viſitandi Confraternitatem Laicorum, in Eccleſia Regularium inſtitutam, *ibid. n.* 47. 30

Cuncta Orbis Monaſteria, eorumque Eccleſiæ, exemptæ ſunt in vim particularium privilegiorum, tam à Lege Diœceſana, quàm Juriſdictionali, *dec.* 15. *n.* 9. & 10. 175

In iis tamen, quæ concernunt Curam, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſubiiciuntur Ordinariæ Epiſcoporum, Juriſdictioni, *ibid. n.* 22. 24. & 25. pag. 176, & *dec.* 60. *n.* 17. 335

Si verò Regulares non exerceant Curam perſonarum ſecularium in ſuis Monaſteriis, ſed ſolum eiſdem ſecularibus Sacramenta miniſtrent, in iiſque miniſtrandis delinquant, tunc ſubſunt Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, *ibidem ſub n.* 26. 177

Regulares propter memoriam, & Reliquias antiquæ ſubjectionis, tenentur Epiſcopum, ad eorum Eccleſias venientem, cum honore ſuſcipere, *dec.* 56. *n.* 11. 313

Eccleſia S. Frigidiani Civitatis Lucæ, quæ olim erat Cathedralis Lucenſis, fuit ab eodem S. Frigidiano Epiſcopo fundata, & ipſe, ejuſque Succeſſores ibi retinuerunt antiquæ Juriſdictionis Reliquias, *ibidem numer.* 12. 313

Quas functiones peragat Capitulum Cathedralis Lucenſis in Eccleſia S. Frigidiani, *ibid. n.* 13. 313

Exemptio Regularium ab obedientia Epiſcoporum non placuit S. Bernardo, *ibid. n.* 18. 313

Epiſcopus poteſt Regularem, ſeu Exemptum, animarum Curam exercentem, non ſolùm examini ſubiicere, ſed etiam in officio delinquentem punire, *animadv. ad dec.* 60. *n. final.* 336

Cætera vide in *Verb. Epiſcopus quoad proprium habitum, & Cathedralis Eccleſia.*

EPISCOPUS QUOAD RESIDENTIAM.

Tenentur Epiſcopi pro explendis Sacris Functionibus apud Cathedralem reſidere in ſolemnioribus anni Feſtivitatibus, niſi negocia ſuæ Diœceſis eos aliò evocent, & quæ ſint dictæ Feſtivitates, *animadv. ad tit.* 2. *n.* 15. *l.* 2. 83

Nec ſufficit, præciſa aliqua urgenti, vel juſta cauſa, quòd in prædictis temporibus intra Diœceſim reſideant, *ibid. numer.* 16. 83

Quid ſi Epiſcopus habeat duas Eccleſias principaliter unitas, *ibid. n. final.* 83

EPISCOPUS QUOAD TRANSLATIONEM DE UNO EPISCOPATU AD ALIUM.

Epiſcopus, ſtatim poſt translationem factam in Conciſtorio, ſolvitur à vinculo prioris Eccleſiæ, & alligatus remanet ſecundæ, *animadv. ad tit.* 2. *num.* 46. & 47. *l.* 1. 10

Poteſt tamen, ante acceptam certam notitiam tranſlationis, exercere ea, quæ pertinent ad Ordinariam Juriſdictionem, *ibid. n.* 49. 10

EPISCOPUS INSIMUL CANONICUS.

Quomodo juxta conſuetudinem Hiſpaniarum aſſiſtat in Choro, & an circa Sedem ab aliis Canonicis diſtinguatur, *dec.* 43. *n.* 26. 270

Reliqua ſupple in *Verb. Epiſcopus quoad intereſſentiam in Capitulo, & Epiſcopus quoad præeminentiam.*

EPISCOPUS SUFFRAGANEUS, SIVE COADJUTOR.

Quomodo indutus incedat Epiſcopus Suffraganeus coram ſuo Principali, *animadv. ad tit.* 2. *numer.* 8. *lib.* 2. 82

Idem Suffraganeus in fine Miſſæ ſolemnis Populo benedicit, quod & facit incedens per Civitatem, de licentia tamen Coadjuti, *ibid. n.* 10. 82

Indulgentias non largitur, niſi ſub nomine Coadjuti, *ibid. n.* 11. 82

Quæ ſint præeminentialia, & obſequialia, quæ competunt, vel non, Epiſcopis Suffraganeis: & plura, ac varia in hac materia afferuntur Decreta *S. Rit. Congr. ibid. n.* 12. & 14. 82

Cætera vide in *Verb. Canonici quoad prædicta obſequia erga Epiſcopum Suffraganeum, ſive Coadjutorem.*

EPISCOPUS VICINIOR.

Vide in *Verb. Exemptio, & Capitulum Sede Vacante.*

EPISCOPUS QUOAD VISITATIONEM.

Vide in *Verb. Viſitatio.*

EPISTOLA.

Scripta pro tertio, & contra tertium nihil probat, *dec.* 39. *ſub n.* 21. 258

EXAMINATORES SYNODALES.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

EXCEPTIO.

Eſt de comprehenſis in regula, & intelligitur retentis terminis regulæ, *dec.* 15. *n.* 16. *in fin.* 176

Reſtringit regulam, non tamen revocat totam Diſpoſitionem, *ibid. n.* 29. 178

Firmat regulam in non exceptis, *dec.* 43. *n.* 13. 269

Exceptio, quæ pendet ab examine articuli Juris, non dicitur requirere altiorem indaginem, *deciſ.* 54. *num.* 48. 303

Turbida non dicitur, quæ talis redditur ex replicatione Actoris, *ibid. n.* 49. 303

SS. EUCARISTIA.

Vide in *Verb. Venerabile.*

EXCOMMUNICATUS, ET EXCOMMUNICATIO.

Qui non poteſt per ſe aliquid agere, ex cauſa incurſæ excommunicationis, neque per alium ad ſui utilitatem explere valet, *animadv. ad tit.* 12. *numer.* 50. *lib.* 1. 53

Incongruum eſt, ut excommunicatus de Patrimonio Eccleſiæ, cui inobediens eſt participare debeat, *ibid. num. final.* 54

Ubi nulla pœna, vel privatio contra aliquem comminata eſt, multò minùs poteſt eſſe locus pœnis, à Jure ſtatutis contra excommunicatos, *dec.* 24. *num. final.* 224

EXEMPTIO.

Non repugnat, quòd Prælatus Inferior in aliquo Loco Juriſdictionem habeat, & privilegio Exemptionis fruatur; & tamen Epiſcopus, intra cujus Diœceſim ſituatus eſt Locus, ſuam Ordinariam Juriſdictionem cumulativè inibi exerceat, *animadv. ad tit.* 9. *n.* 10. *l.* 1. 38

Liber Pontificalium uſus convenit tantùm iis Prælatis, qui Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent cum Territorio Separato, *ibidem numer.* 11. 39

Inter conjecturas, excludentes qualitatem Territorii Separati, prima eſt, quando Prælatus Loci cum ſuo Clero conſueverint ſolvere Epiſcopo Cathedraticum, aut Subſidium Charitativum, *ibid. nu.* 13. 39

Secun-

Secunda eſt receptio Olei Sancti per Eccleſiam Matricem Loci à Cathedrali Epiſcopi, *ibid. n.*14. 39

Tertia eſt approbatio ad audiendas Sacramentales Confeſſiones, *ibid. n.* 15. 39

Quarta eſt convocatio ad Synodum Diœceſanam, & ad illam reſpectivè acceſſus Prælati, & Cleri, *ib. num.* 16. 39

Quinta eſt Collatio Ordinum, ſeu Dimiſſorialium Literarum conceſſio, *ibid. n.* 17. 39

Sexta eſt deputatio ad præſidendum in Electionibus Abbatiſſarum, & ad illas confirmandas, & Monaſteria viſitanda, *ibid. n.*18. 39

Septima eſt erectio Eccleſiarum, Monaſteriorum, Confraternitatum, aliorumque Locorum Piorum, *ibid. n.* 19. 39

Octava eſt adminiſtratio Sacramenti Confirmationis in Loco, *ibid. n.* 20. 39

Nona eſt licentia, Prædicatoribus conceſſa, annunciandi Verbum Dei, *ibid.n.* 21. 39

Recenſentur plures alii actus, habiles ad convincendam ſituationem Loci intra Diœceſim, & quando, *ibid.n.*12. 39

Suſceptio ſub imediata protectione D. Petri, & Sedis Apoſtolicæ, operatur tantùm Exemptionem paſſivam à Superioritate Epiſcopi, non etiam activam, *ibidem nu.* 23. pag. 39.*dec.* 18. *n.* 30. 55. & 64. pag.191. & *dec.* 19.*n.*14. 216

Non cenſetur conceſſa Juriſdictio cum Territorio Separato, niſi verba Privilegii ſint adeo clara, ut in alium ſenſum nullatenus retorqueri valeant, *ibid. n.* 24. & *dec.* 19.*n.*4. 5. 6. & 11. 216

Prælati inferiores, quantumvis exempti, non poſſunt Literas Dimiſſorias pro Ordinum ſuſceptione ſuis ſubditis concedere, *animadv. ad tit.* 4. *numer.*14.& 34. *lib.* 2. 89

Iidem Prælati inferiores, non niſi per Privilegium Apoſtolicum, aut Immemorabilem, prætendere poſſunt Exemptionem ab Epiſcoporum Viciniorum Juriſdictione, *ibidem num.* 18. 89

Territoria dictorum Prælatorum inferiorum præſumuntur avulſa à Diœceſibus Epiſcoporum, quorum finibus adjacent, *ibid. n.* 22. 90

Territorium Piſcien. an totum diſmembratum fuerit à Diœceſi Lucana, vel etiam pro aliqua inſigni parte à Diœceſi Piſtorien. *ibidem num.* 25. 90

Epiſcopi Vicinioris electio, per Prælatum inferiorem ſemel facta, eſt irrevocabilis, *ibid. n.* 26. 90

Subditi *Nullius* non debent eſſe magis privilegiati, quàm Subditi Epiſcopatus Vicinioris, *ibid. n.*30. 90

Facultas, per *Sacr. Conc. Trident.* conceſſa Epiſcopis Vicinioribus reſpectu Ordinationis Subditorum *Nullius* undè proveniat, *ibidem nu.* 33. 90

Item Prælati Regulares in Locis *Nullius* non poſſunt concedere Subditis ſuis Regularibus Literas Teſtimoniales pro ſuſcipiendis Ordinibus ad quemcunque Epiſcopum: Sed tenentur illos mittere ad Epiſcopum Viciniorem, *ibid. n. final.* 91

Prælati inferiores, prætendentes habere Territorium diſtinctum, ac ſeparatum, quæ probare debeant, *dec.*6.*n.*1.& 2. 155

Juriſdictio contentioſa, ad certum genus perſonarum, & locum reſtricta, eſt compatibilis cum Juriſdictione univerſali, & Diœceſana, quam habet Epiſcopus, *ibid. n.* 5. 156

A' ſubjectione Eccleſiæ, & perſonarum eidem inſervientium, inferri non poteſt ad Juriſdictionem ordinariam in Curam, & Populum, *ibid.n.*10. pag.156. & *dec.* 15. *n.*34. 178

Ex quibus arguatur Ordinaria Juriſdictio, *ibid.num.* 11. & 12. 156

Commiſſio Curæ animarum ad eum ſpectare debet, cujus ſunt oves, habitantes in Parochia, *ibidem numer.*15. 157

Facultas cognoſcendi Cauſas, tam Civiles, & Matrimoniales, quàm Criminales, ad certas perſonas, & locum reſtricta, non eſt tranſlativa Parochialitatis, & Curæ in Populum, *ibid. n.* 18. 157

Quæ pertinent ad Juriſdictionem Epiſcopalem poſſunt præſcribi ab Inferiore, non autem ea, quæ ſunt Ordinis, *dec.*14.*n.*3. 170

Separatio Territorii ab uno Ordinario, ejuſque applicatio alteri, ab habente legitimam facultatem facta, quid operentur, *dec.*15.*ſub n.*6. 174

Eccleſiæ, Civitates, Caſtra, aliaque Loca, quæ Pontificis auctoritate in alia Loca, aut Diœceſes transferuntur, ſua Jura, & exemptiones retinent, *ibid. ſub n.*12. 175

Exemptio facit, ut Eccleſiæ exemptæ non dicantur de Diœceſi, non verò ut non ſit in Diœceſi, *ibid. n.* 18. 176

Non eſt incompatibile, quòd quis aliquo reſpectu ſit exemptus ab Ordinario, & alio ſit eidem ſubjectus, *ibid.n.*23. 177

Privilegium exemptionis debet adeo interpretari, ut quantum fieri poteſt, evitetur Juris derogatio, præſertim *S.Conc.Trident.ibid.n.*28. 177

Ex quibus arguatur Juriſdictio ordinaria, Epiſcopis competens in Eccleſiis, & perſonis exemptis, *ib. num.* 36. 179

Omnes Eccleſiæ, juxta Juris communis præſumptionem, cenſentur Seculares, non Regulares, *ibid. num.*40. 179

Simplex dependentia unius Eccleſiæ ab altera exempta, non facit illam pariter exemptam, *ibidem numer.* 41. 179

Ita exempto Capite, non præſumuntur exempta membra, *ibid.ſub eod.n.*41. 179

Regula, quòd de annexis idem ſit judicium, non procedit in privilegiis, & præſertim exemptionum, neque trahenda venit de loco ad locum, *ibid.ſub eod. num.* 41. 179

Eccleſiæ Seculares exemptæ, ſive Curatæ, ſive non, viſitari poſſunt ab Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, & quidem quoad omnia, *ibid. n. final.* 179

Ad differentiam Eccleſiarum Regularium, quibus imminet Cura animarum, quæ non niſi in pertinentibus ad Curam, & adminiſtrationem Sacramentorum, viſitari poſſunt, *ibid.ſub eodem n. final.* 180

An, & quando per ampliſſimam exemptionem, conceſſam à S. Sede alicui Monaſterio, cenſeatur tributa plenaria, & quaſi Epiſcopalis Juriſdictio, *dec.* 18.*n.* 1.& 2. 187

Ad præſcribendam Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum Territorio Separato ſufficit quadragenaria cum titulo colorato, *ibid. n.*3.& 102. 187

Epiſcopus, prætendens aliquem locum ſibi ſubjectum, quid probare debeat, *ibid.n.*11. pag. 188.& *d. dec.*19.*n.*2.& 3. 216

Nullo dato aliquibus Locis per S. Sedem Epiſcopo, eorum Juriſdictio præſumitur conceſſa illi inferiori Prælato, qui ibi fuerit deputatus Superior, *ibidem n.* 12.& 17. 188

Omnis exemptio, niſi aliud literaliter exprimatur, regulariter reſtringitur ad præſentia, *ibid.n.* 18. 189

Exemptio dari non poteſt, niſi à S. Pontifice, *ib. n.*19.& 24. 190

Sola qualitas Abbatialis Regularis de per ſe non dat Juriſdictionem activam, & exemptivam à Juriſdictione Epiſcoporum, *ibid.n.*27.& 28. 191

Sola creatio Epiſcopi per ſe non transfundit Juriſdictionem, niſi detur à S. Pontifice, qui potuit eam ampliare, aut reſtringere, *ib.n.* 29. 191

In aliquibus particularibus caſibus habent Epiſcopi Juriſdictionem etiam in exemptos ex delegatione S. Sedis, *ibid.n.*31. 192

An privilegium, conceſſum alicui Monaſterio, quòd nullius alterius Eccleſiæ poteſtati ſubmittatur, importet conceſſionem Juriſdictionis activæ, *ibid.n.*32.& 55. *verſ. ſed quia.* 192

Quando S. Pontifex eximit à poteſtate Diœceſana non ſolùm Monaſterium, & ſed Loca præſentia, & futura, an eadem Loca conſtituant Territorium Separatum, *ibid.n.*33.& 56. 192

Per exemptionem Locorum, neque Parochiani, neque perſonæ reputantur exemptæ, *ibidem num.* 34. 56. & *ſeqq.*pag. 192.& *dec.* 60. *n.*29. 335

A' poteſtate judicandi an arguatur Juriſdictio activa, *ibid.n.*35.& 67. 192

Idem quæritur de poteſtate habendi Synodum, ſive Concilium, *ibid.n.*36.68.& 69. 192

Verbum *Nullius* à modernioribus ſeculis citra ſigni-

ficat Territorium Separatum, *ibidem num.* 37. 193

Exemptio, alicui Prælatu inferiori conceſſa in loco, ubi non adſit Epiſcopus, ſaltem deſervir ad interpretanda privilegia iu ſenſum dativæ Juriſdictionis, *ibid. n.*38. 593

Ex perceptione Decimarum pœnalium oritur probatio Ordinariæ Juriſdictionis, *ibid. n.* 46. 194

Qui fuerit primus ex Summis Pontificibus, qui Monaſterio B. Martini exemptionem concesserit, *ibidem numer.* 51. 195

Exemptionis privilegia probari debent verbis claris, & expreſſis, *ibid. n.* 52.59.61.*&* 80. 195

Quicquid per privilegium exemptionis non adimitur & alteri datur, reſervatum cenſetur Locorum Ordinariis, *ibid.n.*53. 195.*& d. dec.* 19.*n.*7.*&* 8. 216

Horum nomine qui veniant, *ibid.n.*54. 196

Ab exemptione Locorum, ſeu Bonorum à Juriſdictione Epiſcopi, nou infertur ad conceſſionem Territorii Separari, *ibid. n.* 56. 96

Quæ requirantur ad conſtitutionem Juriſdictionis activæ cum Territorio Separato ex privilegio, *ibidem num.* 62. 197

Conceſſa Prælato inferiori aliqua prærogativa, quæ de Jure competat ſoli Epiſcopo, non rectè ſequitur, quòd ille polleat vera Juriſdictione Epiſcopali, *ibid. ſub n.* 70. pag. 198.*& d.dec.* 19.*n.*19. 217

Quis ſit Exemptorum Judex, *ibid. ſub n.* 71. 198

Abbas D. Galli in Helvetiis caret Juriſdictione quaſi Epiſcopali, *ibid. n.* 76. 199

Privilegia, promanantia à Poteſtate ſeculari, non ſunt apta comprehendere conceſſionem Juriſdictionis Spiritualis, & quaſi Epiſcopalis, *ibidem numer.* 77. *&* 81. 199

Habere Clericos, & Populos non arguit Juriſdictionem Epiſcopalem, *ibid. n.* 86. 201

Cognitio Cauſarum Criminalium, per *S.Conc.Trid.* reſervata ſoli Epiſcopo, non præſcribitur niſi per immemorabilem, *ibid. n.*101. 203

Præſcriptio quadragenaria faciliùs procedit quoad Jus inſtituendi ad regimen Curæ animarum, & quando, *ibid. n.* 103. 204

Maximè accedente titulo colorato, *ibid. n.* 104. 204

An Abbas, ſeu alius inferior Prælatus poſſit præſcribere etiam poteſtatem abſolvendi in graviſſimis culpis, *ibid.n.* 105. 204

Quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis non poſſunt per inferiorem Prælatum præſcribi. *ibid.ſub eodem n.*105. 204

Quot ſint modi acquirendi Territorium verè Separatum, *ibid. n.* 106. *& ſeqq.* 204

Au præſcriptio quadragenaria cum titulo, & bona fide, æquiparetur centenariæ, & immemorabili, *ibid. n.* 111. *& ſeqq.* 205

Quando quis dicatur habere ad hunc effectum titulum coloratum, *ibid. n.* 112. 205

Contradictio non ſolùm eſt ſolitum remedium Exemptorum, ſed potentiſſimum requiſitum ad ſolidandam præſcriptionem, *ibid. n.* 115. 206

Au Prælatus iuferior omnia Jura Epiſcopalia diſtributivè per quadragenariam præſcribere valeat in proprium titulum, vel tantùm jure quodam vicario, *ibid. n.* 134. *&* 135. 209

Item an eadem Jura Epiſcopalia univerſaliter intellecta acquirere poſſit ſine expreſſo Privilegio Apoſtolico, ſaltem allegabili in vim præſcriptionis immemorabilis, *ibid. nu.*137.141. 144.*& ſeqq.* 210

Cognitio Cauſarum Matrimonialium, & Criminalium veniunt in ſequelam Status *Nullius* & Territorii Separati, *ibid.ſub eodem n.* 144. 211

Epiſcopus, aſſiſtentiam Juris habens ſuper univerſalitate Juriſdictionis in ſua Diœceſi, debet in ea manuteneri etiamſi nihil probet, *ibid. n.*149. 212

Agnita inſufficientia tituli, vigore cujus ſecuta eſt poſſeſſio, ſolet *S. Rotæ* Tribunal prætenſionem Territorii Separari reiicere, *ibid. n.*152. 212

Ad præſervandam univerſalitatem Juriſdictionis Epiſcopalis contra Inferiorem, præſcribere prætendentem, ſufficit unicus actus pro Epiſcopo, *ibidem numer.* 158. 213

Ex generali Juris præſumptione, omnia Loca præſumuntur eſſe in aliqua Diœceſi, *dec.* 19.*n.*1. 215

In materia Exemptionis recedendum non eſt à litera Pivilegii, *ibidem. num.* 9. 216

Verba, quòd Prælatus inferior habeat Eccleſiaſtica Jura, quomodo ſint accipienda, *ibid. n.* 10. 216

Exemptio à Decimis, liberatio ab accedendo ad Synodum, & his ſimilia, ſonant in puram, ac ſimplicem Exemptionem, *ibid.n.*15.17. *&* 18. 217

Exemptio ad certos, ac determinatos actus, eſt compatibilis in reliquis cum Ordinaria Juriſdictione Epiſcopi, *ibid. n.* 16. 217

Ab Ordinarii Juriſdictione ſunt immunes omnes ii, qui privilegia exemptionum obtinuerunt, *dec.* 34. *num.* 4. 243

Prætendentes exemptionem à Juriſdictione Ordinarii, vel in parte, vel in totum, quæ probare debeant, *ibid. nu.*12. 244

Conficere Chriſma, Oleum Sanctum, conſecrare Altaria, Ordines conferre, ſpectant ad Ordinarium, & Exempti illa ab eo petere debent, *dec.*56.*n.*15. 313

Privilegium Exemptionis odioſum cenſetur, *ibidem num.* 27. 314

Et dummodo aliquid operetur, tantum derogat, quantum verba expreſſè declarant, *ibid. n. final.* 314

Quando Eccleſia Parochialis eximitur, ac ſeparatur ab aliqua Diœceſi, & datur, non Prælato inferiori, ſed Epiſcopo, tunc is acquirit omne Jus etiam quoad Populum, *dec.*60.*ſub n.*22. 335

Exemptio, conceſſa Eccleſiæ ex cauſa finali Regularis inſtituti, ceſſat, deficiente Regularitate, *dec. ult.n.* 20. 345

Declarantur Auctoritates contrariæ, *ibid. n.*21. 345

Quotieſcunque Canones, Conſtitutiones, atque Concilia non ſunt generaliter abrogata, ſeu abolita, ſemper dicuntur Exemptioni reſiſtere, licèt aliàs eorum reſiſtentia propter auctoritatem Papæ reddatur inefficax, *ibid.n.final.* 345

F

FACTUM.

QUod factum eſt, præſumitur factum prout de Jure faciendum erar, *dec.*40.*n.*38. 262

Quando quis præſumatur ſcire factum alterius, *dec.* 51. *n.* 4. 263

FAMA.

Fama publica quid operetur in antiquis, *dec.* 55. *num.* 43. 308

FAMILIARIS, ET FAMILIARITAS.

Nimia familiaritas contemptum parit, *tit.* 16.*num.* 7. *lib.*1. 70

Familiaris familiaris mei, ſeu domeſticos domeſtici mei, & ſocius ſocii mei, non dicitur familiaris, domeſticus, ſeu ſocius meus, *dec.*38.*n.final.* 254

Supple in *Verb. Teſtis.*

FARFENSIS ABBAS, ET ABBATIA.

Quæ Caſtra, & quomodo avulſa fuerint à Juriſdictione Abbatiæ Farfenſis juſſu *Greg.* XIII. & reſpectivè applicata Diœceſi Firmanæ, *dec.*15.*n.*1. *&* 2. 173

Refertur Seculariʒʒatio Eccleſiæ S. Victoriæ Ordinis S. Benedicti alterius ex Eccleſiis, in dicta diſmembratione comprehenſis, facta ab *Urbano, VIII. ibid.n.*3. 174

Abbas Farſenſis habet Jus quaſi Epiſcopale, cum qualitate *Nullius*, *ibidem n.* 6. 174

A' parte exceptiva dicti Brevis Gregoriani arguitur, quæ fuerit mens illius Pontificis, *ibid. n.* 13. 175

Reiicitar prætenſio Abbatis Commendatarii ſuper Juriſdictione quaſi Epiſcopali in Exemptos, Curæ animarum præpoſitos, *ibid.n.* 17. *&* 27. 176

Declaratur Bulla Seculariʒʒationis antedictæ Eccleſiæ S. Victoriæ, *ibid.n.* 31.*&* 32. 178

FESULANUS EPISCOPUS.

Eccleſiam S. Mariæ in Campo in media Civitate Florentiæ, ex conceſſione *Gregor.* IX. & Jus in totum Populum illius Parochialis acquiſivit, *deciſ.* 60. *numer.* 21. 335

FEUDUM.

Vide in *Verb. Societas.*

FIDES.

Fides informes, & lite pendente reportatæ, non probant, *dec.* 16.*n.*10. 181

Digitized by Google

FOEMINÆ.

Excluſæ à Statu ab hæreditate Aſcendentium, admitti debent, defectis maſculis, *dec.61.num.8.* 341

FORMA.

Quod eſt de expreſſa forma, non poteſt per æquipollens adimpleri, *deciſ.26. numer.12.* 228

Non cenſentur eſſe de forma ſubſtaotiali ea, quæ ſubſequi poſſuot, *dec.30. n.5.* 284

Quando dicatur per æquipollens formæ, quantumvis ſpecificæ, ſatisfactum, *ibidem num.3.* 285

FRUCTUS.

Valet argumentum à fructibus ad Collationem, *animadv.ad tit.2. n.52.l.1.* 50

FULDENSIS ABBAS, ET ABBATIA.

Quando, & à quo conſtructum fuerit Monaſterium Fuldenſe, *dec.18. num.6.* 188

Quotuplicem figuram repræſentet Abbas Fuldenſis, aliique illi conſimiles, *ibid.n.39.* 193

FUNDATIO MISSARUM.

Vide in *Verb. Cathedralis Eccleſia*, *& Anniverſaria.*

FUNUS, ET FUNERALIA.

Poſt aſſociationem Cadaveris ad Eccleſias Regularium, Canonici, & Clerici Seculares ad proprias regredi debent, *tit.15.num.21.l.1.* 68

Solus Parochus poteſt, depoſita Stola, ibi remanere, pro conſequenda Quarta Funerali, *ibidem numer.22.* 68

Regulares pariter, collocato Cadavere in Eccleſia Seculari, reverti debent ad ſua Monaſteria, *ibidem numer.23.* 68

Canonici debent una cum Parocho Officium funebre peragere, excluſis tamen Regularibus, & quare, *ibidem numer.24.& 25.* 68

Cætera ſupple in *Verb. Parochus quoad Quartam Funeralem*, & *Parochus quoad Præcedentiam.*

G

GENUS.

Appellatione generis quando non veniat ſpecies, *tit.13.n.16.l.1.* 54

GRATIA.

Omnes Gratiæ, & Conceſſiones Apoſtolicæ, favore perſonarum particularium emanatæ, & ad eorum inſtantiam, continent in ventre conditionem, quatenus Impetrantes iis uti voluerint, *dec.9.num.4.* 160

Gratiam Principis decet eſſe perpetuam, *deciſ.41. numer.2.* 263

Gratia non debet ab alieno arbitrio pendere, *ibidem num.3.* 263

Quoties Gratia, ſeu Indultum adverſatur diſpoſitioni *S. Conc. Trid.* neceſſaria noo eſt illius explicita mentio, *ibidem n.7.* 264

Corruente ſuppoſito Gratiæ, corruit etiam ipſamet Gratia, *deciſ.42.num.9.* 266

Verificata è converſo ſuppoſitiooe Gratiæ, debet illa executioni demandari, *ibidem n.10.* 267

Pro ſubſtentatione Gratiæ, ſufficit, quòd factum expoſitum ſit per æquipollens, vel quòd intellectualiter veniat in ſequelam expoſitorum, *ibid.n.14.* 267

Quoties aliquo non expreſſo, adhuc Pontifex Gratiam conceſſiſſet, illa ſubreptitia non dicitur, *deciſ.50. num. fin.* 285

H

HABILITATIO.

Quid ſit, *dec.48.numer.5.* 282

HABITUS.

Habitus dignior infert per neceſſe ad locum digniorem, *animadv. ad tit.13. num.19. l.1.* 56

Habitus, & Cuculla non facit Monachum, *tit.14. numer.6. l.1.* 57

Cætera ſupple io *Verb. Almutia*, *ſeu Almutiæ*, *Canonici quoad Habitum Choralem*, & *Epiſcopus quoad proprium Habitum.*

HEBRÆUS.

Hebræi amiſerunt filiationem Abrahæ, & ab Eccleſia ejecti ſuot, *dec.58.num.9.* 318

Interdicitur Chriſtianis communicatio cum Hebræis, tam in vita, quàm in morte, *ibidem n.10.& 11.* 318

Sepeliri inter eoſdem eſt cum illis communicare, *ibid. num.12.* 318

Hæbreis non denegatur Patria Poteſtas ſuper eorum Filiis, *ibidem numer.61.* 321

Reliqua vide in *Verb. Baptiſmus*, *& Baptizatus.*

HEBDOMADARIUS.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi*, *& Punctator.*

HÆRES.

Licitum eſt hæredi in Juribus hæreditariis novam formam ſuccedendi conſtituere, *deciſ.62. n.5.* 340

In Juribus mixtis requiritur qualitas hæreditaria, non tanquàm titulus acquiſitionis, ſed tanquam conditio, *ibid. num.9.* 341

Quoties qualitas hæreditaria aliquo tempore, aut caſu ſuperveniat, ſufficit ad hoc, ut eadem Jura poſſint à Deſcendentibus ex perſoaa propria viodicari, *ibidem num.10.* 341

Item ſufficit, quòd quis hæres fuerit primi Acquirentis, licèt hæres non ſit ultimi Poſſeſſoris, *ibidem numer.11.* 341

Vel quod per eum non ſteterit, quominus hæres fuerit, *ibidem num.12.* 341

Quamvis adſit Donatarius univerſalis, non excluditur in veniente ab inteſtato titulus hæredis, *ibidem numer.13.* 341

Titulus hæredis, etiam quoad ſolam nuncupationem, ſufficit, ut quis admitti debeat ad Juſpatronatus mixtum, *ibid. num.14.* 341

HIEROSOLYMITANA RELIGIO.

Ejus magnus Magiſter Juriſdictionem non exercet in Clerum, & Populum, ſed is regitur ſub proprio Antiſtite Melevitano, *deciſ.18.numer.79.* 199

HISPALENSIS ECCLESIA.

In Hiſpalenſi Eccleſia quis Dignitates, Officia, atque alia, ad Cultum Divinum ſpectantia, ordinaverit, *deciſ.44.numer.6.* 272

HISTORIÆ, ET HISTORICI.

Valde deferendum eſt Hiſtoricis, qui ſcripſerunt in loco, ubi res geſta fuit, & ad totius Populi notitiam devenerat, *deciſ.55. num.28.* 307

Maximè ſi de re, quam referunt, erant ob aliquod Officium veriſimiliter ioformati, *ibid.n.29.* 307

Hiſtoricis antiquis, præſertim per alios Hiſtoricos corroboratis, plena fides adhibenda eſt, *ibidem num.31. & 41.* 308

Ex ſolo libro Hiſtoricorum Judex moveri poteſt ad judicandum, *ibidem num.34.* 308

Etiamſi de alieno auditu loquantur, *ibid.n.35.* 308

Præſertim ſi agatur de factis antiquis, *ibid.n.36.* 308

Hiſtoricis, & Chroniſtis fides adhibetur, quando fuerunt communiter recepti, *ibid. numer.80.* pag.310. Limita *ibidem numer.81.& ſeqq.* 310

HOMO.

Liber naſcitur, adeo ut, præſcindendo à Legibus Civilibus, Parentes ab eo nihil aliud exigere valent, quàm paternam reverentiam, *dec.18.ſub num.20.* 190

HONOR, ET HONORIFICENTIA.

Non debet homo ſuum honorem, & famam, à virtute procedentem, negligere, *tit.1.n.18.l.1.* 2

Sed ita tamen, ut humilitatem corde retineat, *ibidem ſub eodem numer.18.* 2

Exemplum de quodam Theologo, qui veſte ordinaria indutus comparens in Capitulo Generali, prima Seſſione non fuit bene tractatus; altera verò die rediens cum pretioſa Cappa, fuit honorificè receptus, unde Cappæ gratias retulit, *tit.6.num.13.l.1.* 24

Ex qualitate extrinſeca ornamenti demonſtratur perſonæ honorificentia, *tit.7.n.1.l.1.* pag.26. *& animadv. ad dict. tit.7.ſub n.30.in fin.* 29

Honorabilior eſt, quem talem Princeps oſtendit, *tit.8.n.8.l.1.* 32

Dignior reputatur ille, à quo digniora tractantur, *ibidem num.9.* 32

Item qui fuit priùs deſcriptus, ſeu nominatus, *ibidem numer.25.* 33

Omnia Jura, præſertim Eccleſiaſtica, exigunt, ut quantum fieri poteſt, honori, ac famæ Proximi conſulatur, *dec.31. num.7.* 234

HO-

HORÆ CANONICÆ.

Vide in *Verb. Officium Divinum.*

HUNGARIÆ REX.

Vide in *Verb. Crucis ante ſe delatio, ſeu elevatio.*

I

IGNORANTIA.

JUris ignorantia quando excuſet à pœna, ab eodem Jure inflicta, *dec.4. num.7.* 151

Quando dicatur ſupina, ad bonam fidem cauſandam non ſufficiens, *ibidem num. 9.* 151

ILLATIO.

A' diverſis non fit illatio, *dec.1.num.14.* pag.147. *& deciſ.30.num.9.* 232

IMMEDIATUM.

Eſt illud, quod omnem interſecationem excludit, *dec.10.num.3.* 563

IMMEMORABILIS.

Tantum eſt jus Immemorabilis conſuetudinis, nt ceſſante irrationabilitate, non ſit attendenda contraria Juris cenſuta, *animadv. ad tit.10. n.3.& 7.l.1.* 38

Ad interrumpendam Immemorabilem, ſufficit ſolus rumor in contrarium, *dec. 1. numer.* 19. pag. 147. *dec.18. num.156.* pag.213. *deciſ.23. numer.6.* pag.222. *& deciſ. 47. numer.16,* 281

In quo conſiſtat eſſentia immemorabilis, *deciſ. 14. numer. 9.* 171

Quando procedat regula, quod privilegium, & Immemorabilis ſimul allegari non poſſint, *ibidem numer. 13. & 14.* 171

Sola immemorabilis tribuit meliorem titulnm de mundo, non autem quælibet alia inferior, & minus longa præſcriptio, *dec.18.num.142.& 147. in final.* pag 210.*& dec.31.n.3.* 234

Datur cautela alleganti Immemorabilem, quòd titulum non exhibeat, ne eo detectu minùs habente, corruat præſcriptio, *ibid. n.153.* 212

Conſuetudo plurium Seculorum, adinſtar Immemorabilis, trihuit meliorem titulum de Mundo, *deciſ. 20. num.6.* pag. 218. *dec. 24. num. 4.* pag. 227. *& deciſ. 26. num.10.* 227

Habens pro ſe Immemorabilem poteſt illam adducete, tam per viam obſervantiæ præſctiptivæ quàm interpretativæ, *dec.31.n.2.* 234

Sola enunciativa in antiquis ab Hiſtorieis emiſſa, probat Immemorabilem, *dec.55. numer.33.* 308

Item enunciativæ antiquæ, & continuatæ Scripturarum, *ibidem n. 37.* 308

Maximè ſi ſint geminatæ à diverſis perſonis, *ibidem numer. 38.* 308

Quæ ſint requiſita neceſſaria ad probandam immemorabilem, *dec.55.n.44.* 308

Concurrentibus neceſſariis requiſitis, Teſtes probant etiam in eo, quod deponunt de auditu, *ibidem numer. 45.* 308

Et de publica voce, & ſama, *ibid. nu. 46.* 308

Nec eſt neceſſe, quòd deponant de Immemorabili, ſed ſufficit, quod teſtentur de diuturno tempore, *ibidem numer. 47.* 308

Teſtes, Hiſtoriæ, atque alia adminicula, ſimul jnncta, ad probandam Immemorabilem ſufficiunt, *ibidem num. 48.* 308

Vide reliqua in *Verb. Cæremoniale, exemptio Magiſtratus, & Præſcriptio.*

IMMISSIO.

Petens Immiſſionem fatetur ſe non poſſidere, *dec. 18. num. 163.* 214

IMPERATOR.

Imperator, & Reges Sacra unctione inunguntur in brachio, vel humero, *tit. 3.numer.23.l.2.*pag.84. *& animadv. ad eundem tit. 3. n.6.* 85

Hujuſmodi Principes poſſunt ex ſpeciali Indulto miniſtrare Papæ in Officio Subdiaconali, *dict. tit. 3. num. 24. l. 2.* 84

Imperator, aſſiſtens Matntino noctis Nativitatis D. N. J. C. præſente Papa, cantat lectionem ſub Evangelio -- *Exiit edictum, ibidem n.25.* 84

Imperatores advocationem babent S. Sedis Apoſtolicæ, *dec. 18. num. 78.* 199

Brachinm Imperatorum, & Principum implorare, non dedignantur Sacri Canones, *ibidem n. 113.* 206

IMPETRATOR, & IMPETRATIO.

Impetrantes Beneficia, tanquam odioſi, rigore juſtificare tenentur narrata, excludendo omnem poſſibilitatem, & dubietatem in contrarium, *deciſ. 52. numer. 65.* 294

Quæ ſint Impetrationes minus odibiles, & quæ prorſus odibiles, alias piſcatoriæ, *ibid.n.66.* 294

Impetrans debet infra ſex menſes ad Judicium evocare Poſſeſſorem Beneficii, *ibid. num. 67.* 294

Tempus ad effectum prædictum quomodo computetur, *ibidem n. 68.* 294

Reliqua quære in *Verb. Beneficia quoad eorum impetrationem à S. Sede, & Beneficia quoad incompatibilitatem.*

INCAPAX.

Reputatur inter non entia, *dec. 59.n.47.* 331

Et habetur pro mortuo, *ibidem n. 48.* 331

Paria ſunt non eſſe, & non poſſe admitti, *ibidem numer.49.& 50.* 331

INCÆPTUM.

Regula, quòd incæptum habeatur pro completo, procedit in favorabilibus, *dec.18.n.7.* 188

INCOMPATIBILES, ET INCOMPATIBILITAS.

Qui animum ſuum applicat ad nnum, cum alio incompatibile, ab illo ſtatim ſe avertit, adeo ut non valeat declaratio, in contrarium emiſſa, *deciſ. 54. numer. 7.* 299

Cætera ſupple in *Verb. Beneficia quoad incompatibilitatem.*

INDULTUM.

Vide in *Verb. Privilegium, Decretum, & Gratia.*

INEFECTUATIO.

Ex nova conventione, abſque mentione conventionum, jam præteritarum, arguitur illarum ineffectuatio, *dec.9. num.7.* 161

INFERIOR.

Vide in *Verb. Præcedentia.*

INFIRMUS.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

S. INQUISITIO.

Vide ut ſupra.

INSCRIPTIONES.

Publicas inſcriptiones credendum non eſt ſuiſſe permiſſas, niſi geſta, quæ in eis referuntur, eſſent vera, *dec.55. n.27.* 307

INSIGNIA.

Prohibere quis poteſt, ne alter propria Inſignia ſibi nſurpet, præſertim ſi ignobilior Nobilioris aſſumeret, *animadv. ad tit.7. num.28. l.1.* 29

INSTRUMENTUM.

In concurſu ſtari ſemper debet potiùs integro tranſumpto inſtrumenti, quàm extractioni particulæ ejuſdem *dec. 33. n.18.* 242

INTERPRETATIO.

Ea capi debet interpretatio, per quam evitatur abſurdum, & ſuperfluitas, *dec.15.ſub n.29.* 178

Interpretatione opus eſt in ambiguis, secùs autem in claris, *deciſ.39.nnmer.8.* 255

In dubio facienda ſemper eſt benigna interpretatio, *dec.40. n. 40.* 262

INVERISIMILITUDO.

Speciem induit facultatis, *dec.18. n.96.* 203

IRREGULARITAS.

Irregularitatem incurriſse reputandus eſt *Miles*, qui adſuit bello juſto, in quo plures hinc inde remanſerunt occiſi, *dec.54. num.21.* 300

JUBILATIO, & JUBILATUS.

Statuta, concedentia indultum Jubilationis, poſt quadragenarium Eccleſiæ ſervitium, laudabiliter præſtitum, an, & quando valeant, *animadv. ad tit.6. numer. 9. 10. & 12.l.2.* 99

Sacr. Concil. Congr. etiam non extante ſimili Statuto, paſſim concedit prædictam Jubilationem, *ibidem numer. 11.* 100

Canonicus, ſeu Capellanus jubilatus lueratur omnes fructus, & Diſtributiones, etiamſi moram trahat extra locum ſuæ Eccleſiæ, *ibid. n.13.* 100

Im-

Immo etiamſi eo tempore ſit propter aliquod delictum carceratus, vel excommunicatus, *ibidem numer.* 14. 100

An, & quando admittatur ad participationem ſalleniarum aliorum Canonicorum, ſeu Capellanorum, *ibidem num.* 15. 100

Canonico jubilato licitum eſt Officia, & onera ſui Canonicatus, ſi voluerit, ſubire, & lucratur emolumenta, pro illis deſtinata, *ibid. n.* 16. 100

An habens hujuſmodi Indultum conſequatur etiam emolumenta, provenientia ex Feſtivitatibus, & Anniverſariis, tam fixis, quàm incertis, & extraordinariis, ac ex Funeralibus, *ibid. n.* 17. *&* 18. 100

Item an Canonicus jubilatus teneatur intereſſe Capitulis, & Congregationibus, quæ habentur, pro tractandis negotiis Eccleſiæ, & Capituli, *ibidem ſub dict. num.* 18. 100

Quid requiratur ad hoc, ut hujuſmodi Indultum ſuffragari poſſit, *ibid. num.* 19. 100

Canonicus, qui, poſt obtentum Jubilationis indultum, de Canonicatu, ſeu Dignitate in eadem Eccleſia de novo provideatur, non indiget novo Indulto ad lucrandos fructus, & Diſtributiones ſecundi Canonicatus, *ibidem num.* 20. 100

Indultum Jubilationis, obtentum à Canonico Coadjuto, non ſuffragatur Coadjutori, *ibid. nu.* 21. 100

JUDEX.

Nemo debet eſſe Judex in Cauſa propria, *dec.* 22. *num.* 5. pag. 221 *& dec.* 28. *num.* 5. 230

Judex condemnando ad fructus, de Jure debitos, non cenſetur voluiſſe comprehendere fructus utcunque, ſed quatenus de Jure deberentur, *dec.* 59. *numer.* 25. 329

Cætera vide in *Verb. Delegatus*, *Documenta*, *Papa*, & *Hiſtoriæ*, & *Hiſtorici*.

JURAMENTUM.

Regula, quod quis venire non poteſt contra proprium Juramentum, non procedit in iis, in quibus non eſt adeundus Prætor, *deciſ.* 46. *ſub n.* 3. 277

Juramentum, præſtitum ſuper obſervantia alicujus Conſtitutionis, initium impedit adverſativæ conſuetudinis, *deciſ.* 32. *numer.* 18. 238

Impugnari non poteſt Statutum illud, cujus obſervantiam medio Juramento quis promiſit *deciſ.* 34. *numer.* 5. *&* 6. 243

JURISDICTIO.

In exercitio cumulativæ Juriſdictionis regulariter datur præventio, *animadv. ad tit.* 5. *n.* 7. *l.* 2. 95

Non obſtante etiam majoritate perſonæ, quæ prævenitur, *ibidem num.* 8. 95

Habens pro ſe Juris aſſiſtentiam non tenetur docere de actibus poſſeſſoriis, ut ſuam Juriſdictionem exercere valeat, *deciſ.* 7. *numer.* 5. 158

Juriſdictionem habens immediatam non dicitur eam exercere auctoritate delegata, ſed ordinaria, *dec.* 15. *ſub num.* 25. 177

Quando conceſſa cenſeatur Juriſdictio ordinaria, vel potius delegata, *ibidem n.* 26. 177

Juriſdictio debet ab initio certitudinaliter præfigi in his, vel illis perſonis, in hoc, vel illo loco, *deciſ.* 18. *numer.* 9. 188

Juriſdictio non competit, niſi concedatur, *ibidem numer.* 20. 190

Omnis Spiritualis, & Eccleſiaſtica Juriſdictio à Papa deſcendit, *ibid. nu.* 21. *&* 22. 190

A' temporali dominio non valet argumentum ad ſpiritualem, ſeu Eccleſiaſticam Juriſdictionem, *dec.* 18. *numer.* 88. 201

Tituli, ſeu præeminentiæ non arguunt per neceſſe Juriſdictionem, *ibid. n.* 90. 201

Habenti aſſiſtentiam Juris pro exercitio Juriſdictionis ſufficiunt, ad deſtruendam contrariam obſervantiam, actus numero minores, immo etiam ſecundum aliquos etiam unicus actus in oppoſitum, *ibidem numer.* 91. 202

Actus exerciti in una parte Diœceſis præſervant Juriſdictionem univerſalem quoad omnes, *ibid. ſub eodem numer.* 91, *in fin.* 202

In materia Juriſdictionis non poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, vel de ſpecie ad ſpeciem, *ibidem numer.* 140. 210

Parochialitas, ſeu Cura animarum nihil commune habet cum Juriſdictione Ordinaria, *dec.* 19. *n.* 12. 216

Neque ea inſertur ex dominio temporali Bonorum, obvenientium ex donationibus Regum, aliorumque Principum Secularium, *ibid. n.* 13. 216

Termini apponi ſolent ad diſtinguenda Territoria, & Juriſdictiones, *ibidem numer.* 20. pag. 217. Declara *num.* 21. 217

Juriſdictio quaſi Epiſcopalis quomodo acquiratur, *dec.* 30. *num.* 10. 233

Comminatio pœnarum in caſu inobedientiæ denotat Juriſdictionem, *dec.* 34. *num.* 7. 243

Item revocatio eorum, quæ ab alio geſta ſunt, cum acceptatione, & acquieſcentia, *ibid. n.* 8. 244

Per conceſſionem Juriſdictionis, à Superiore factam Inferiori, nunquam remiſſa cenſetur Juriſdictio ipſius Superioris concedentis, ſed penes illum remanet ſemper illæſa, ac major illa, quæ Inferiori fuit conceſſa, *deciſ.* 44. *num.* 7. 30. *&* 42. 272

De natura conceſſionis eſt, ut Juriſdictio nunquam cenſeatur tributa, quando concedens vult per ſe eandem exercere, *ibidem n.* 39. 274

Verbum *poſſit* Juriſdictionem merè cumulativam denotat, *ibid. n.* 40. 274

Juriſdictio in dubio conceſſa cenſetur cumulativè, non privativè ad Judicem Ordinarium, *ibid. n.* 41. 274

Juriſdictionis Eccleſiaſticæ de Jure Communi Laici incapaces reputantur, *deciſ.* 46. *ſub num.* 6. 278

Non tamen prohibentur illam ex conceſſione Papæ acquirere, *ibid. ſub eodem num.* 6. 278

Præſertim quando Juriſdictio habitualis Laicis conceditur ea conditione, quòd actualis à Viro Eccleſiaſtico Vicario nomine exerceatur, *ibidem ſub eodem numer.* 6. 278

Idque extenditur etiam ad mulieres, quæ vigore Privilegii Apoſtolici capaces ſunt Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, per Subſtitutos exercendæ, *ibidem ſub eodem numer.* 6. 278

Juriſdictio, in aliquibus caſibus conceſſa, in reliquis cenſetur Concedens eam ſibi reſervaſſe, *deciſ.* 47. *num.* 5. 280

Juriſdictio, cui Jus Canonicum, & Conciliare adverſatur non præſcribitur, niſi per actus, à tempore immemorabili, vel per centum annos exercitos, *ibidem nu.* 7. 280

Ultra temporis diuturnitatem, requiritur etiam actuum frequentia, & multiplicitas, *ibid. n.* 10. 281

Quòdque effectum ſortiti fuerint, *ibid. n.* 11. 281

Atque illos emanaſſe cum ſcientia, & patientia illius, cujus jura præſcribuntur, *ibid. num.* 12. 281

Reliqua vide in *Verb. Exemptio*, *Conſuetudo*, *Viſitatio*, *Epiſcopus in genere*, & *Præventio*.

JUS.

Quamvis factum voluntarium ſit, voluntarium tamen non eſt effectum Juris impedire, qui oritur ex facto, *dec.* 54. *num.* 5. 299

Quo quiſque Jure alium judicare vult, eodem ipſe uti debet, *deciſ.* 55. *num.* 26. 307

Supple in *Verb. Prætor*.

JUS CIVILE.

Vide in *Verb. Eccleſiaſticus*.

JUSPATRONATUS.

Juſpatronatus miſtum, quando vacat in Turno Eccleſiaſtico, cadit ſub reſervatione Apoſtolica, *animadv. ad tit.* 2. *num.* 34. *verſ. & hoc*, *l.* 1. 9

Amplia etiamſi temporaliter tantùm ad Eccleſiam tranſierit, *ibid. d. n.* 34. *in fin.* 9

Regulare eſt in materia Beneficii Juriſpatronatus, ut ultimus ſtatus non abſorbeatur, niſi per claras diverſi ſtatus probationes, *animadv. ad titul.* 4. *numer.* 22. *l.* 1. 19

Juſpatronatus, Eccleſiaſticis relictum, eſt de ſui natura indifferens ad recipienda quæcunque pacta, & conditiones, Fundatori bene viſas, dummodo non ſint impoſſibiles, aut bonis moribus repugnantes, *deciſ.* 10. *num.* 6. 163

S. Conc. Trid. ſubſtulit Juſpatronatus ex privilegio, *deciſ.* 14. *num.* 21. 172

Perſonæ ſuſpectæ de uſurpatione tenentur Juſpatronatus rigoroſiùs probare, & quomodo, *ibidem numer.* 22. 172

An

An Conciliare Decretum in ea parte, ubi requirit præſentationes continuatas ſpatio annorum 50. à Jure Communi eaorbitet, *ib d.n.*23. 172

Per eandem Co cili rem Diſpoſitionem non cenſetur deropatum cauſæ oneroſæ, *ibidem n.*24. 172

Nec locum habet, quoties vigore immemorabilis allegari poteſt quilibet melior titulus dè mundo, *ibidem num.*25. 172

An prædicta Conciliaris Diſpoſitio procedat, quando æqualis potentiæ, & auctoritatis eſſet ille, contrà quem præſcribitur, *ibid.nu.* 26. 172

Dictum Conciliare Decretum locum non habet quoad perſon s Eccleſiaſticas, & quare, *ibid. num.*27. 172

Extra caſum potentiæ, & uſurpationis, quæſtio decidenda eſt juxta terminos Juris Communis, *ibidem num. final.* 172

Juſpatronatus, relictum Præpoſito Eccleſiæ ſub uomine appellativo, præſumitur relictum intuitu Eccleſiæ, non perſonæ, *dec.*61.*n.*22.*&* 40. 338

Juſpatronatus quando cenſeatur miſtum, *deciſ.* 61. *num.* 1. *&* 3. 340

Reſervatum pro ſe, filiis, & deſcendentibus, an dici poſſit hæreditarium, *ibidem n.*2. 340

Diverſa forma cenſetur ab Hærede inducta, quoties ejus diſpoſitio diverſas continet conditiones, quæ cum Fandatione conciliari non poſſint, *ibid.*a.6. 341

Hæres non poteſt in alium transferre Juſpatronatus miſtum, ſuperſtitibus Deſcendentibus, à Fundatore vocatis, *ibidem* a. 7. 341

Juſpatronatus non poteſt donari ſine Ordinarii conſenſu, *ibidem num.* 16. pag. 341. Limita, quando cum nniverſitate Bonorum transfertur, *ibidem num.*27. 342

Juſpatronatus, reſervatum pro hæredibus, & ſucceſſoribus, eſt merè hæreditarium, *ibid. n.*17. 341

Et poteſt ad libitum Patroni in alium transferri, *ibidem numer.* 18. 341

Si verbis *hæredibus*, *&* *ſucceſſoribus* additum fuerit *deſcendentibus*, non à Fundatore, ſed in actu erectionis ab Hærede, vel Executore, an, & quando alteret naturam qualitatis hæreditariæ, *ibidem numer.* 19. *&* 20. 342

In translatione Juriſpatronatus cur conſenſus Ordinarii requiratur, *ibidem num.*20.*&* 29. 302

In translatione Juriſpatronatus Capellaniæ laicalis non requiritur conſenſus Ordinarii, *ibidem n.*30. 342

Supple in *Verb. Beneficia Eccleſiaſtica in genere*, *Epiſcopus quoad Collationem Beneficiorum*, & *Electio*.

JUS PUBLICUM.

In iis, quæ Juris Publici ſunt. præſumitur quis ob Bonum publicum magis, quàm ex amore, aut timore moveri, *deciſ.*33.*numer.*14. 241

L

LABOR.

De Jure naturali, & Divino eſt, nt labori merces debeatur, *deciſ.*2. *numer.*3. 148

LAICUS.

Laici nndè ſic dicti, *tit.*2.*ſub num.*4. *l.*1. 5

Laici, quantumvis nobiles, repelluntur à Choro, & Presbyterio, *tit.* 3. *numer.*20.*l.*2. pag.84. Limita *animadv.ad eundem tit.*3.*n.*1. 85

Laicorum ſedilia collocari debent in Navi Eccleſiæ à corna Epiſtolæ, *ibidem numer.*21. 84

Imperator, & Reges, an Sedes habere poſſint in Choro, & Presbyterio, *ibid.*a.22. *&* *ſeqq.* pag. 84. *&* *d.animadv. ad d.tit.*3.*n.*4. *&* *ſeqq. l.*2. 85

An item id aliis Principibus permittatur, *ibid. numer.* 26. *&* 27. 84

Qualis ſit locus in Eccleſia, nbi Laicis vetitum ſit verſari, *d.animadv ad tit.*3.*n.*3.*l.*2. 85

Quare non permittatur Laicis in Presbyterio Sedem habere, *ibidem numer.*10. 85

Ubi collocanda ſit Sedes pro iis, quibus ob Dignitatem, Patronatum, vel aliam ſimilem cauſam, congruit eam habere diſtinctam, *ibidem numer.* 11. *&* 18. 86

Cætera vide in *Verb. Juriſdictio*.

S. LAURENTIUS.

Cur Eccleſia magis colat S. Laurentium Diaconum, quàm Syxtum Sum. Pontificem, *tit.* 2. *ſub n. final. lib.* 1. 6

LEGATUM.

Ad legatum, relictum Fratri talis Abbatis, invitatus præſumitur Frater carnalis, & naturalis, non verò Frater Monachus, *dec.*61.*num.*35. 339

Legatum ad ſavorem Tutoris, vel Executoris, relictum præſumitur contemplatione exercitii, ſeu adminiſtrationis, *ibidem n.*38. 339

Cætera vide in *Verb. Canonici in genere*, & *Juſpatronatus*.

LEGATUS DE LATERE.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Incompatibilitatem*.

LEX.

Ubi Lex nón diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *tit.*10.*num.*23. *l.*2.pag.117. *dec.*1.*num.*12.pag.146. *&* *dec.*41. *num.*12. 264

Lex poſterior abrogat præcedentes, eidem contrarias, *animadv. ad tit.*13.*num.*17.*l.*2. 132

Lea non reſpicit præterita, ſed futura, *deciſ.* 31. *numer.* 8. 234

Leges non obligant ad impoſſibile, immò nec ipſe Deus, *dec.*42. a.12. 267

Quoties Lex remanet in ſuo volito fine impleta, fruſtra quæritur de forma, *ibid. n.*13. 267

Non valent Leges, promulgatæ in præjudicium eorum, quibus per antiquas Conſtitutiones fuerat Jus quæſitum, *dec.*49.*num.final.* 284

LIBER.

Partitæ, à Libris extractæ, Parte non citata, nnn ſunt attendendæ, *dec.*16.a.11. 181

Libri Capitulares non probant contra non exiſtentes de gremio Capituli, *dec.*47. a.8. 280

Maximè in iis, quæ concernunt utilitatem ipſius Capituli, *ibidem num.*9. 281

Libro, habenti ſpeciem antiquitatis, deſerendum eſt, *dec.*55.*n.*36. 307

Partita, extracta ex Libro alicujus Loci particularis, rei veritatem in antiquis confirmat, *ibidem numer.* 42. 308

Non creditur Libro, ſi non appareat de cujus auctoritate fuerit conſcriptus. *ibidem* a. 85. 310

LICENTIA.

Qui petit ab alio licentiam pro aliquo actu exercendo, fatetur ſe talem facultatem ex ſe ipſo non habere, *dec.*48.*n.*4.pag.282.*&* *dec.*57.*num.*5. 315

Eſt collatio libertatis ei, qui à ſe non habet, *dict. deciſ.*57. *numer.*6. 315

Præſuppoait dominium concedentis, *ibid. n.* 7. 315

LITANIÆ.

Cantari poſſunt ſolùm in Eccleſiis, & Proceſſionibus, *tit.ult.*aa.25.*l.*2. 134

His addi non poſſunt nomina Sanctorum, etiamſi ſint deſcripta in Breviario, *ibidem* a.26. 134

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Qualis ſit effectus delegatæ à Signatura Juſtitiæ executionis Literarum Apoſtolicarum, circumſcripta poſſeſſione, ubi non adeſt legitimus contradictor, *deciſ.* 5.*numer.* 23. 154

Literæ Apoſtolicæ in omnibus juſtificatæ promptam merentur executionem, *dec.*13. *n.*2. 168

Expeditæ in forma gratioſa, nullam regulariter expectant juſtificationem, *dec.*8.*num.*1. 159

Quando non ſint exequendæ, *dec.*10.*num.*1.pag.163 *&* *deciſ.*52. *num.*6. 289

Literarum Apoſtolicarum Judicium eſt penitus executivum, *dec.*57.*num.*3. 182

Falſitas narrativæ probari debet cum qualitate doli, aut malæ fidei, *dec.*52. *num.*45. 292

Declara, quando falſitas narrativæ non movet concedentem, nec eſt fundamentum Gratiæ, vel ubi agitur de Literis Apoſtolicis ſimplicis Juſtitiæ, *ibidem numer.* 46 292

In Literis gratioſis Proviſionis Apoſtolicæ ſemper ſubintelligitur clauſula *ſi preces veritati innitantur*, & quælibet falſa expreſſio doloſa præſumitur, & vitiat Gratiam, *ibid. nu.*47. 292

Si Papa Beneficii proviſionem non conceſſiſſet, vel difficiliùs, falſi expreſſio ſemper reddit Gratiam nullam; quicquid eſſet, ſi iſta non fuiſſet cauſa finalis, ſed tantùm impulſiva, *ibidem n.*48. 292

Vide

Vide in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede*.

LOCUS.

Locus nobilitatur à perſona, & afferuntur exempla, *tit. 1. numer. 34. l. 2.* 80

LUCENSIS EPISCOPUS.

Gaudet Apoſtolico Indulto Crucem elevatam ante ſe deferendi, & uſu Pallii, *dec. 56. n. 1.* 312

Honor iſte æqualis eſt honori Legatorum Sedis Apoſtolicæ, *ibidem num. 3.* 312

Propterea exæquatus dicitur Archiepiſcopo, & ab eo in nihilo differre, *decif. 57. num. 8.* 315

Vide in *Verb. Crucis ante ſe delatio, ſeu elevatio*.

M

MAGISTER CAPELLÆ.

Vide in *Verb. Muſica, & Muſicalia Inſtrumenta*.

MAGISTRATUS.

Quot ſint Magiſtratuum Secularium ſpecies, *animadv. ad tit. 15. num. 1. l. 1.* 68

Magiſtratus Rerum publicarum, & alij, Principem immediatè repræſentantes, præeminentiam habent ſupra Capitulum, & Canonicos Cathedralis, *ibidem numer. 2.* 69

Canonicis è converſo debetur Præcedentia ſupra Magiſtratus inferiores, & quando, *ibidem numer. 3. & ſeqq.* 69

Capitulum, Sede vacante, ſeu Epiſcopo impedito, Juriſdictionem habet exercibilem, tam ſupra Populum, quàm Magiſtratum ipſum, *ibid. num. 7.* 69

Canonici, ante Magiſtratus inferiores ſunt thurificandi, & non ſimul cum eis, adhibitis duobus Thuribulis, *ibid. nu. 16.* 69

Toleranda tamen contraria conſuetudo, dummodo ſit immemorabilis, *ibid. num. 18. & 20.* 69

Quale tempus probatio Immemorabilis in hoc caſu percutere debeat, *ibid. n. 21.* 69

Convenientibus ad Concionem, abſente Epiſcopo, vel Sede vacante, Capitulo Cathedralis, & Magiſtratu, qui non ſit de majoribus, debet Capitulum priùs à Concionatore ſalutari, & quomodo, *ibidem numer. 22.* 69

Magiſtratus, ſoliti accedere ad Eccleſiam, occaſione Sacrarum Functionum, ſi renuant continuare conſueta obſequia, poſſunt ad id, etiam per Cenſuras, compelli, *ibid. n. fin.* 79

MAJOR, ET MAJORITAS.

Omni Jure major in honore anteferendus eſt minori, *tit. 8. numer. 14. l. 1.* 32

Signa, majoritatem denotantia, ſunt priùs vocari, & reſpondere, *ibid. num. 15.* 32

Non valet Lex, ut minor præcedat majorem, *ibidem n. 17.* 33

MANUTENTIO.

Exceptio, quòd actus ſit gratuitus, & precarius, non impedit, quin poſſeſſor manutentionem obtineat, *animadv. ad tit. 1. numer. 13. l. 1. pag. 4. animadv. ad titul. 15. numer. 26. l. 1.* 70

Manutentio non eſt concedenda, quando poſſeſſio à petitorio claro remanet abſorta, *animadv. ad tit. 7. numer. fin. l. 1.* 31

Manutentio nunquam denegatur docenti de ſua poſſeſſione, *dec. 1. n. 7.* 146

Nihil magis famulatur manutentioni, quàm prætentio unius, & contradictio alterius, cum ſubſecuta acquieſcentia prætenſoris, *ibid. n. 9. pag. 146. & dec. 21. num. 3.* 319

Teſtis inductus pro parte petentis manutentionem, contra ipſum valde probat, *ibid. n. 17.* 147

Donec probetur ſpolium, manutentio tribuenda eſt poſſidenti, *dec. 18. num. 129.* 208

Injuſtè ſpoliatus debet in ſua poſſeſſione manuteneri, *decif. 22. num. 1.* 220

Exceptiones, reſultantes ex ventre Scripturæ, in qua Actor ſe fundat, nunquam cenſentur excluſæ in Judicio, quantumvis ſummario, & executivo, etiamſi altiorem indaginem requirant, *decif. 53. nu. 15.* 297

Actore, & Reo ſuper Poſſeſſione certantibus, ſi una Pars inſtet priùs ſuper Poſſeſſorio pronunciari, Judex non habet Juriſdictionem in Petitorio; Secus autem quando altera Pars non negat Poſſeſſionem, *ibidem numer. 16 pag. 297. & dec. 54. num. 52.* 304

Immo in una, eademque Sententia ſimul pronunciari poteſt, tam ſuper Poſſeſſorio, quàm Petitorio, *ibidem numer. 17. & 19. pag. 297. & dict. decif. 54. numer. final.* 304

Ad hoc ut ſtante Juris reſiſtentia non detur manutentio, debet illa eſſe vehemens, & inevitabilis, *decif. 55. numer. 55.* 309

Cætera ſupple in *Verb. Penſio, & Immiſſio*.

MARTYRIUM.

Inter alias conditiones Martyrii, una eſt voluntas Patientis, *decif. 58. num. 92.* 324

Immo eſt de ratione Martyrii, *ibid. n. 93.* 324

MASSA ANNIVERSARIORUM.

De Maſſa Anniverſariorum in Eccleſia Gerunden. indiſtinctè participant etiam Presbyteri conductitii, *decif. 21. num. 4.* 219

Eadem Maſſa prædicari nequit de Maſſa Diſtributionum Quotidianarum, & de ratione, *ibidem numer. 5.* 219

Maſſa Anniverſariorum, & illa Diſtributionum, differunt inter ſe, & qualiter, *ibid. n. 6. & ſeqq.* 220

Anniverſaria non comprehenduntur ſub appellatione Diſtributionum Quotidianarum, neque ab iſtis licitum eſt ad illa argumentari, *ibid. n. 10.* 220

MASSA COMMUNIS, SEU GROSSA.

Vide in *Verb. Diſtributiones, & Parochialia Jura, & Functiones*.

MASSA CIVITAS.

Ejus Collegiata eſt valde inſignis, & quæ illam talem reddant, *tit. 5. n. 13. l. 1.* 21

Deſcribitur, & commendatur ipſamet Civitas, *ibidem numer. 14.* 21

MELITENSIS EPISCOPUS.

Sedet in Conſilio poſt Priorem, vel Magnum Magiſtrum, cum non interveniat uti Epiſcopus, ſed uti deferens magnam Crucem, *decif. 43. numer. 24.* 280

MENSIS.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Reſervationem*.

MILES.

Vide in *Verb. Clericus, & Clericatus, & Irregularitas*.

MILITARIS ORDO.

In omnibus Ordinibus Militaribus, Officia Juriſdictionalia, Prælaturæ, Dignitates, & Commendæ ad nutum Superioris poſſidentur, *dec. 46. ſub n. 4.* 278

MISSA.

In celebratione Miſſæ, pluſquam opus operantis, conſideratur opus operatum, *dec. 52. num. 28.* 291

MONACHUS.

Monachi unde ſic appellati, *tit. 2. num. 5. l. 1.* 5

Olim Monachi non initiabantur Ordinibus Clericalibus, *tit. 16. numer. 8. l. 1.* 6

Vide cætera in *Verb. Abbas, Canonici in genere, Cathedralis Eccleſia, Epiſcopus quoad Regulares, & Regulares*.

MOS.

Mos, ſive ſimilitudo, non facit unum, & idem, *decif. 18. numer. 70.* 198

MULIER.

Vide in *Verb. Juriſdictio, & Teſtis*.

MUSICA, ET MUSICALIA INSTRUMENTA.

Ad majorem Feſti ſolemnitatem, licitè adhibentur Concertus, & Symphoniæ, & quando, *tit. 9. nu. 33. & 34. l. 2.* 93

Ad Verſus Pſalmorum, & Strophas Hymnorum, inter unam, & alteram, quando non conveniat pulſari Organum, *tit. 7. n. 9. l. 2.* 102

Cantus Sacrorum Miniſtrorum eſt magis aptus ad glorificandum Deum, quàm ſonus Organi, *ibidem numer. 10.* 102

Sonus Organicus qualis debeat eſſe, *ibidem n. 20.* 102

Ad quem finem introducta ſit Muſica, & Muſicalia Inſtrumenta in perſolvendis Divinis Officiis, *animadv. ad dict. tit. 7. n. 1. & 3. l. 2.* 104

Inſtrumenta Muſicalia inter Divina Officia antiquis temporibus non erant in uſu, & adducitur ratio, *ibidem num. 2.* 104

Can-

Cantus, & Soni in Eccleſia, qui olim erant graves, & pii, nunc in leves, ac effœminatos immutati ſunt, *ibid. n. 4.* 105

Qualis debeat eſſe uſus Muſicæ, & Sonorum in Divinis Officiis celebrandis, *ibid. num. 5. & 6.* 105

Undè ſumenda ſint verba, à Muſicis inter Divina Officia, vel expoſito SS. Sacramento, canenda, *ibidem num. 7. & 8.* 105

Datur Edictum *Sacr. Congreg. Viſit. Apoſtol.* per quod conſultum fuit abuſibus, circa Muſicam occurrentibus, *ibid. nu. 9.* 105

Improbatur uſus in Eccleſia omnis generis inſtrumentorum, *ibidem num. 10.* 106

Et quando ea poſſint tolerari, *ibid. n. 11.* 106

Cujus culpæ rei ſint, qui vel utuntur, vel uti permittunt inter Divina Officia hujuſmodi Inſtrumentis, *ibidem num. 12.* 106

Prælati tolerare non debent ſimiles abuſus, ſub prætextu, quòd à ſuis Prædeceſſoribus fuerint permiſſi, *ibid. num. 13.* 106

Ad quem pertineat electio Magiſtri Capellæ, & Muſicorum, *ibid. num. 14. & 15.* 106

Epiſcopi munus eſt providere, ne in Divinis Officiis Muſicales Cantus prophani, ſeu laſcivi intermiſceantur, *ibidem num. fin.* 106

MUTATIO.

Mutationes Clericorum de una Eccleſia ad aliam ſunt de Jure prohibitæ, *deciſ. 35. numer. 2.* 246

Declara id procedere, quando translatio fieret ad diverſas Eccleſias, & mutaretur titulus; ſecus verò ſi mutatio fiat de una Eccleſia ad aliam, quæ unam formalem Eccleſiam conſtituat, *ibid. nu. 3.* 246

N

NEGATIVA.

NEgativa Diſpenſationis quomodo probetur, *dec. 12. numer. 1.* 166

Ex impoſſibilitate materiali dicitur probata negativa coarctata, *dec. 18. num 97.* 203

Negativa probari debet ab eo, qui in illa ſe fundat, *deciſ. 29. num. 7.* 231

Cætera ſupple in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede*, & *Beneficia quoad Incompatibilitatem.*

NEGLIGENTIA.

Pœna negligentiæ ſolvenda eſt ab eo, qui ſervitium præſtare tenetur, *dec. 2. n. 4.* 149

Nemo præſumitur in proprio officio negligens, *dec. 55. num. 83.* 310

NOBILIS, ET NOBILITAS.

A' Nobilioribus eſt ſemper inchoandum, *tit. 8. numer. final. l. 1.* 33

In materia Nobilitatis de Jure non ſolùm ſpectatur origo; ſed etiam progreſſus, *animadv. ad tit. 11. num. 9. l. 1.* 48

NOMEN.

Non valet argumentum à nomine proprio; *tit. 3. num. 3. l. 1.* 12

Valet tamen argumentatio ab ethymologia nominis appellativi, *ibid. ſub eodem nu. 3.* 12

Denominatio ſumitur à majori, & digniori parte, *tit. 13. num. 18. l. 1.* 54

NOTARIUS.

Notarii ex imperitia coacervare ſolent in Inſtrumentis plura ſinonyma ad eandem rem explicandam, quæ non ſunt æquipollentia, *dec. 62. num. 21.* 342

NOVITAS.

Omnia nova placent, *tit. 1. nu. 1. l. 1.* 1

Perturbatione tamen non caret novitas, etiamſi ſit bona, *ibidem n. 2.* 1

NUNCIUS APOSTOLICUS.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Incompatibilitatem.*

O

OBSERVANTIA.

OBſervantia interpretativa non operatur in claris, *deciſ. 10. n. 8.* 163

Obſervantia longiſſimi temporis eſt optima interpres diſpoſitionis dubiæ, *deciſ. 14. numer. 20.* 172

Obſervantia, proxima actui, venit principaliter attendenda, *dec. 15. num. 37.* 179

Pro inducenda obſervantia non ſunt attendendi actus contrarii illis, qui habent Juris aſſiſtentiam, *ibidem numer. 39.* 179

Obſervantia in præjudicium Eccleſiæ introducta, tanquam abuſus, & corruptela non eſt ſervanda, *deciſ. 20. numer. 7.* 218

Obſervantia in dubiis plurimum valet, *ibidem numer. 8.* 218

Actus, aliquo modo æquivoci, infringere non valent obſervantiam jam firmatam, *dec. 29. num. 8.* 231

Obſervantia ſubſecuta declarat ſtatum antecedentem, *dec. 34. numer. 9.* 244

Etiamſi contraria intelligentia eſſet de Jure verior, *ibidem numer. 10.* 244

Obſervantia declarat verba alioquin dubia, *deciſ. 35. num. 5.* 247

Obſervantia noſtræ voluntatis eſt optima interpres, *dec. 39. n. 19. pag. 257. & dec. 60. n. 7.* 334

Controverti non poteſt, quod omnibus videntibus obſervatum eſt per tempus antiquiſſimum, *deciſ. 55. numer. 71.* 310

OBREPTIO.

Vide in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede, & Literæ Apoſtolicæ.*

OCCASIO.

Quid ſit, & quomodo differat à cauſa, *tit. 1. numer. 3. l. 1.* 1

Occaſionem quærit qui vult recedere ab amico, *ibidem numer. 4.* 1

OFFICIUM.

Qui poſt privationem Officii ad illud reſtituitur, Officium an recuperet, ſi ante reſtitutionem fuerit alteri collatum, *animadv. ad tit. 8. n. 27 l. 1.* 35

Officium in genere ſumptum quid ſit, *titul. 1. numer. 1, lib. 2.* 74

Multiplicitas, & incompatibilitas Officiorum etiam ſecularium damnatur, *dec. 17. num. 9.* 183

Prætendens non poſſe ab aliquo munere removeri, ratione connexionis cum altero, à quo fieri non poteſt remotio, juſtificare debet concludenter hujuſmodi connexionem, *deciſ. 46. num. 9.* 279

Officia quando dicantur connexa, & inſeparabilia, *ibidem ſub eodem numer. 9.* 279

Quando agitur de Officio, de ſua natura amovibili, poteſt ſine cauſa, & ad beneplacitum fieri amotio, *ibidem n. 11.* 279

Accedente præſertim obſervantia, *ibid. n. 12.* 279

Ad removendum aliquem ab Officio, ad nutum conceſſo, ſufficit quælibet cauſa etiam levis, & leviſſima, *ibidem num. 13.* 279

Immò ſuperabundant multiplices querelæ, rationis fomentum præſeferentes, *ibid. ſub eod. nu. 13.* 279

OFFICIUM DIVINUM IN GENERE.

Officium Divinum quid ſit, *tit. 1. n. 2. l. 2.* 74

Officium Divinum, & Horæ Canonicæ ſunt idem; & hæ undè ſic dictæ, *ibidem numer. 3.* 74

Initio Eccleſiæ tam Clerus, quàm Populus Divinum Officium in Eccleſia cantabant, *ibid. n. 4.* 74

Deinde inſtitutum fuit, ut à ſolis Clericis publicè decantaretur, *ibidem num. 5.* 74

Officium Patroni Eccleſiæ, ſive Cathedralis, non obſtante Conſtitutione Urbana ſuper Feſtorum obſervatione, recitandum eſt, & à quibus, *ibidem n. 8.* 75

Occurrente eadem die Feſto Conſecrationis Cathedralis, & alterius Eccleſiæ inferioris, quodnam Officium ſit recitandum, *ibidem num. 9.* 75

De Sancto Titulari Altaris non debet fieri Officium, niſi illud habeat proprium in Breviario, *ibidem numer. 11.* 75

An grave peccatum ſit unum Officium pro alio recita-

cita-

citare: & quid, ſi hoc accidat per errorem, *ibidem numer.* 12. 75

Sanctorum, quorum inſignis eſt Reliquia in aliqua Eccleſia, poteſt fieri Officium ſub ritu duplici, & quando, *ibidem n.* 13. 75

Sine ſpeciali Indulto non poteſt recitari Officium in die obitus, & translationis alicujus Sancti, *ibidem numer.* 14. 75

De Sancto Canonizzato, cujus nondum in Breviario adeſt Officium, an poſſit illud recitari, *ibidem numer.* 15. 75

Epiſcopus præcipere non poteſt quòd Officium ſimplex ſub ritu duplici recitetur, *ibid. n.* 16. 75

Nihil eſt innovandum in Officio Eccleſiaſtico contra Rubricas, nec etiam ut indulgeatur Populi devotioni, *tit. 5. n. 30. 31. & 32. l. 2.* 93

Quænam omiſſio in privata recitatione Divini Officii conſtituat peccatum lethale, & adducuntur variæ opiniones, *tit. 6. n. 12. & ſeqq. l. 2.* 97

Idem quæritur in publica recitatione, *ibid. n.* 16. 97

Si in publica recitatione aliquid omiſſum fuerit ex inadvertentia, quid agendum, *ibid. n.* 17. 97

Interruptio Horarum in privata recitatione qualis culpa ſit, *ibidem n.* 18. 97

Et qualis in publica, & quando debeat Officium ab initio reſumi, *ibidem num.* 19. 97

Quam intentionem habere debeant ii, quorum munus eſt divina Officia perſolvere, *animadv. ad tit. 6. numer. 4. l. 2.* 99

Omiſſiones, factæ in pluribus Horis Canonicis ejuſdem diei, quando conſtituant peccatum lethale, & afferuntur exempla, *tit. 7. n. 1. & 2. l. 2.* 101

Ante recitationem Horarum Canonicarum adhibenda eſt præparatio, eaque quotuplex ſit, *tit. 8. num. 7. 9. & 10. l. 2.* 107

Qui non poteſt recitare majorem partem Divini Officii, an excuſetur à recitatione minoris partis, *tit. 9. num. 35. 36. & 37. l. 2.* 113

OFFICIUM DIVINUM, QUOAD MODUM ILLUD RECITANDI, MAXIMÈ IN CHORO.

Modus, in recitatione Divini Officii ſervandus, qualis ſit, *tit. 2. num. 10. l. 2.* 79

An, & quando detecto capite ſtare debeant Eccleſiaſtici, dum perſolvunt Horas Canonicas, *tit. 5. numer. 9. l. 2.* 92

Publica Pſalmodia recitatur partim ſtando, partim ſedendo, & partim genibus flexis, & quid ex eis ſit decentius, & melius, *ibid. n.* 10. 92

Ad majorem de Choro ſpectat de Jure Initium Officii intonare, niſi aliud conſuetudine invaluerit, *ibidem numer.* 13. 92

Quomodo incipiendum Officium tam per Hebdomadarium, quàm alios de Choro, *ibidem numer.* 14. 15. & 16. 92

Hebdomadarius, non paratus, antequam incipiat Divinum Officium, caput aliquantulum inclinare debet Primæ Dignitati, cæteriſque Canonicis, *ibidem num.* 17. 92

Idem Hebdomadarius, in Matutinis, & Veſperis Solemnibus, quæ debeat intonare, cum præintonatione ſibi facta à Capellanis, *ibid. n.* 18. 92

Et quomodo ſe gerere in intonandis Hymnis *Veni Creator Spiritus*, & *Ave Maris Stella*, necnon ad eadem genuflectendo, & de Miniſtris, & cæteris de Choro, *ibid. num.* 10. 92

Quando item genuflectendum ſit ad alias Hymnorum Strophas, vel Verſiculos Pſalmorum, *ibidem n.* 21. & 22. 92

Ad Pſalmos, & Lectiones omnes ſedent, niſi dum ab Epiſcopo, vel Prælato principali leguntur, *ibidem num.* 23. 93

Ad *verſ. Gloria Patri &c.* omnes vel ſurgunt, vel caput detegunt, & profundè inclinant: & de Indulgentia, quam inclinantes lucrantur, *ibidem numer.* 24. & 25. 93

In Horariis Precibus quando ſit caput inclinandum, *ibid. num.* 26. 93

Omittentes in Choro abſque cauſa prædictas Cæremonias, quam culpam incurrant, *ibid. n.* 27. 93

Lectiones quomodo, & à quibus ſint legendæ, vel cantandæ, & quæ in eis ſervari debeant Cæremoniæ, *ibid. n. 36. 37. & 40.* 93

Si Epiſcopus aſſiſtat Matutino, ab eo ſemper petitur benedictio, & quid, ſi aſſiſtat Prælatus Collegiatæ, *ibidem num. 38. & 39.* 94

In privata recitatione, Matutinum dividi poteſt à Laudibus; non ita in publica, niſi in nocte Nativitatis Domini, *tit. 6. numer. 20. l. 2.* 97

In principio Eccleſiæ Pſalmi, & Hymni canebantur à Clericis, & Laicis confusè, & non alternatim, *ibid. num.* 21. 97

Ritum hunc alternatim canendi approbavit S. Damaſus Papa, *ibid. num.* 22. 97

Non ſolùm Pſalmi, & Hymni, ſed etiam Antiphonæ alternis vicibus cantari debent, & quando decantandæ ſint ab utraque parte Chori, *ibid. n.* 23. 97

Reſponſoria poſt Lectiones à toto Choro ſunt recitanda: verſus verò, qui interponitur, à lectore Lectionis, *ibid. nu.* 24. 97

Quæ proferuntur ab Hebdomadario, vel Cantore ſufficit attentè auſcultare, *ibid. n.* 25. 98

Cavendum eſt in Choro à Syncopatione verborum; quæ, ſi ſit notabilis, peccatur graviter, & Eccleſiæ præcepto non ſatisfit, *ibid. num. 26. & 27.* 98

Qualiter peccent, qui nimis celeriter recitando Officium Divinum, præveniunt finem verſus alterius partis Chori, *ibid. n.* 29. 98

Peccant non facientes pauſam in medio verſiculi Pſalmorum, & qualiter, *ibid. n. 30. & 31.* 98

Pſallentes in Choro debent evitare Solæciſmos, & Barbariſmos, nè Populus ad riſum moveatur, *ibidem numer.* 31. 98

Qui inconſideratè recitando Horas Canonicas, verba præciderit, ſeu obtruncaverit, an, & quando teneatur ea ſupplere, & quomodo, *tit. 6. n. 3. l. 2.* 101

Qui ex aliqua juſta cauſa aliquos verſus decantare prætermiſerit, vel extra Chorum exierit, excuſatur ab eorum repetitione, *ibid. ſub eod. n.* 3. 101

Idem dicendum, ſi hoc accidat, occaſione quærendi in Breviario Pſalmos, vel Antiphonas, *ibidem numer.* 4. 101

Excuſatur à recitatione Cantici *Magnificat* Hebdomadarius, dum exit de Choro ad thurificandum, *ibidem num.* 5. 101

An idem dicendum ſit de Organiſta, & quando, *ibidem num. 6. & 7.* 101

Interim dum tangitur organum, debet per aliquem de Choro recitari quod prætermittitur voce clara, & intelligibili, *ibid. n.* 18. 102

Cantantibus autem Muſicis, ſufficit attentè audire, *ibidem numer.* 19. 102

Si univerſi unius lateris Chori tam ſubmiſſa voce Sacra Verba proferrent, ut nequirent ab altero Choro intelligi, amitterent Diſtributiones, & culpam gravem incurrerent, & quare, *ibidem numer.* 24. 26. & 27. 103

Alta voce canere quomodo ſit accipiendum, *ibid. numer.* 25. 103

Vox Canentium in Choro qualis debeat eſſe, *ibidem n.* 42. 104

Habens vocem, quæ offendat aures Auditorum, poteſt ſubmiſſa voce recitare, *ibidem n.* 43. 104

Quid ſit ſtudioſè, & devotè Officium Divinum recitare, *tit. 8. n. 1. 2. & 3. l. 2.* 107

Divinæ Laudes alacriter debent recitari, *ibidem numer.* 4. 107

In recitatione earundem neceſſaria non eſt devotio ſenſibilis, *ibidem num.* 11. 107

In celebrandis Divinis Officiis, an Eccleſia præcipiat actum internum devotionis, & attentionis, vel tantùm externum, *ibidem num. 12. & ſeqq.* 107

Attentio non ſolùm eſt adhibenda in recitatione Horarum Canonicarum, ſed & in aliis Orationibus non præceptis, *ibidem n.* 18. 108

Qui autem ultrò diſtrahitur in Oratione, quam facit ex devotione, non plus peccat, quàm venialiter, *ibidem numer.* 19. 108

Quotuplex ſit attentio, & explicantur ejus ſpecies: quæ ſufficiat, quæque ſit præſtantior, & majoris meriti, *ibidem n. 20. & ſeqq.* 108

Diſtractio voluntaria, vel procedens à negligentia

craſſa, quando impediat ſatisfactionem præcepti de recitando Divino Officio, *ibid. n.28.29. & 30.* 108
Dormientes in Choro per aliquam notabilem partem Officii, non ſatisfaciunt. *ibid. n. 31.* 108
Quid ſi dormitantes interim attendunt aliqualiter ad id, quod dicunt, *ibid. num.32. & 33.* 108
An ſit melius Horas Canonicas in Choro memoriter recitare, aut illas legere in Breviario, *ibidem numer. 34. & 35.* 108
Neceſſe non eſt, quòd recitans Horas Canonicas continuò conetur habere actualem gradum attentionis, *ibid. num.36.* 109
In recitatinne Officii requiritur etiam intentio, & quæ ſufficiat, *ibid. n. 37.* 109
An ille, qui involuntarias diſtractiones paſſus fuit, teneatur iterum repetere Officium, *ibidem numer. 38. & 39.* 109
Officium Divinum quomodo in Choro compleatur, *tit. ult. n. 15. l.2.* 134
Quando in Choro amittatur verſic. *& Fidelium Animæ &c. ibid. n.16.* 534
Supple reliqua in *Verb. Canonici quoad obligationes Horas Canonicas in Choro perſolvendi*, & *Muſica*, & *Muſicalia Inſtrumenta*.

OFFICIUM DIVINUM QUOAD LOCUM, UBI PUBLICE' RECITARI DEBET.

Locus obſervandus eſt in publica recitatione Divinorum Officiorum; an autem & inprivata, *titul.2. numer. 1. l. 2.* 79
In Aulis Principam non licet illud decantare, *ibidem numer. 2.* 79
Pro publica Horarum Canonicarum perſolutione locus deſtinatus, eſt Chorus, *ibidem numer. 4.* 79
Obligatio recitandi in Choro Divina Officia eſt realis, & afficit Capitulum, non autem ſingulas perſonas Capitulares, *ibidem num. 5.* 79
Quid, ſi Capitulum non ſatisfaciat huic oneri, *ibidem num. 6.* 79
Chorus undè ſic dictus, *ibid. nu. 7.* 79
Tempore hyemis an poſſit à Canonicis recitari Officium in Sacriſtia, vel alibi, *ibid. n.8.* 79
Locus, ubi Canonici Divina celebrent Officia, dicitur Chorus, & quando, *ibidem n.9.* 79
Ad quem finem intrare debemus in Choro, *tit. 5. n. 5. l. 2.* 91

OFFICIUM DIVINUM QUOAD TEMPUS ILLUD RECITANDI.

Quale ſit tempus proprium pro recitatione Horarum Canonicarum, tam privatim, quàm publicè, *tit. 1. nu.17. l. 2.* 75
Matutinum cum Laudibns an licitum ſit pro die ſequenti anticipare, & qua hora recitandum ſit, *ibid. numer. 18.* 76
In Cathedralibus, & Collegiatis tempus recitandi Matutinum eſt poſt mediam noctem; ſed toleranda eſt conſuetudo illud recitandi poſt ortum Solis, *ibidem numer. 19.* 76
Privilegium pridie recitandi Matutinum in Collegiata poſt Completorium, quomodo circa horam Completorii ſit intelligendum, *ibidem num.20.* 76
Matutinum, præciſo privilegio, aut conſuetudine immemorabili, ex rationabili cauſa introducta, ſummo mane eſt recitandum, *ibidem n.25.* 76
Antiquitus ſingulæ Horæ Canonicæ diſtinctis vicibus decantabantur, *ibid. num. 22.* 76

OMNE.

Quomodo differat à toto, *deciſ.58. num.138.* 210

OPTIO.

Vide in *Verb. Canonici quoad Stallum in Choro*, & *Præbenda Canonicalis*.

ORATIO.

Indefinita reputatur illa, in qua terminus communis apponitur abſque aliquo ſigno, *deciſ.61. n.23.* 338

ORATORIUM.

In erectione novi Oratorii, conſenſus Parochi, intra cujus Parochiæ limites illud exiſtit, irrationabiliter ſe opponentis, per Superiorem ſuppletur, *animadv. ad tit. 14. num.45. l.1.* 64
Licèt aliàs de Jure ſit neceſſarius ad præſervanda Jura Parochialia, *deciſ.30. numer.7.* 232
Supple in *V. Pratenſis Diœceſis*.

ORDO.

Quid ſit, *tit.1. ſub numer.14. l.1,* [illegible]

ORDO SACER, ET ORDINATUS.

Ille eſt præferendus, qui priùs eſt ordinatus, *deciſ. 59. numer.44. & 54.* 330

P

PACTUM.

NOva pacta, & conventiones derogant prioribus, *dec. 9. num. 8.* 161
Supple in *Verb. Statutum*.

PALLIUM.

Uſus Pallii quando concedatur, *dec.56. num.25.* 313

PAPA.

Eſt nomen Dignitatis, *tit.9. num.5. l.1.* 36
Papa eſt dominus Beneficiorum, *deciſ.14. n.17.* 171
Juriſdictionem ſpecialem habet in totum Mundum, & eſt Diœceſanus Diœceſanorum, *deciſ.18. n.23.* 590
Poteſt Cauſam, quantumvis Spiritualem, delegare Laico, etiam privato, *ibidem num.116.* 206
Brevi Pontificio, per viam ſtabilimenti, ſeu Legis procedenti, omninò parendum eſt, *dec.37. n.1.* 250
In opinionum conflictu, quoties accedit declaratio Papæ, ea eſt attendenda, *ibid. nu.8* 251
Papa confirmans actum, qui forſan aliquem defectum patitur, ſi is fuerit narratus, cenſetur ipſum ſanaſſe, *dec.46. numer.7.* 278
Ubi adſunt claræ Pontificum Confirmationes, an, & quando poſſit Judex judicium ſuum interponere, *ibid. numer. 8.* 278
Mens Pontificis non eſt derogandi Juribus Tertii, niſi id ſpecialiter fuerit dictum, *dec. 60. n.6.* 334
Supple in *Verb. Gratia*, & *Electio*.

PAPIENSIS EPISCOPUS.

Vide in *Verb. Crucis ante ſe Delatio, ſeu Elevatio*.

PAROCHUS, PAROCHIA, ET PAROCHIANUS IN GENERE.

Parochi nomen à quo derivet, *tit.2. n.16. l.1.* 6
Parochi cur dicantur etiam Rectores, *ibid. ſub eodem nu. 16.* 6
In una Ecclesia unus tantùm Parochus poteſt inſtitui, *tit. 3. num.17. l.1.* 53
Parochus in ſua Eccleſia primam figuram gerit, *animadv. ad tit 8. n.18. l.1.* 35
Non debetur Parocho Sedes eminentior, atque ornatior in medio Chori, diſtincta à Sedibus, deſtinatis pro reliquis Sacerdotibus, ſeu Capellanis, in eadem Eccleſia Divinis intereſſentibus, *ibidem numer. 59. & ſeqq.* 35
Sed debet eſſe contentus prima ſede à latere dextero, *eodem nu. 22.* 35
Eoque magis, ſi res eſſet nova, & per alios Parochos anteceſſores non practicata, *ibidem n. 24.* 35
Parochus dicitur ille, qui curam gerit in Civitate: Plebanus verò, qui illam extra adminiſtrat, *tit. 13. num.1. l.1.* 54
Parochus nullam habet Dignitatem, *animadv. ad tit.13. num.15. l.5.* 56
Parochi, extra Curæ exercitium, reputantur ſimplicer Clerici, *ibidem num.16.* 56
Curam Animarum habentes, tempore peſtis, non poſſunt fugere, & oves relinquere, *titul. 9. numer. 43. lib. 2.* 184
Parocho ex diſpoſitione Juris debentur omnia emolumenta Parochialia, *dec.9. n.16.* 162
Ad inducendam legitimam diviſionem inter Parochum, & Beneficiatos circa emolumenta Parochialia, ſufficit ſpatium 40. annorum, *ibidem num. final.* 162
Qui Parochialem Eccleſiam obtinuit, ad reſidentiam tenetur, *deciſ.13. num.5.* 168
Commiſſio adminiſtrationis Spiritualium, alicui perſonaliter delegata, importat obligationem exercendi Curam per ſe ipſum, *ibid. n. 7.* 188
Ex licentia, data à Parocho, ædificandi Eccleſiam intra fines Parochiæ, non poteſt inferri ad qualitatem filiationis, *deciſ. 30. numer.8.* 232
Duobus Parochis, communiter poſſidentibus domum, in confinio ſuarum Parochiarum ſitam, ſimultanea adminiſtratio Jurium Parochialium, quoad exercitium

citium dividi poteſt, licèt tale Jus per ſe ſit individuum, *dec.40. num.6.* 260

Parochiarum diviſio à quo ſuerit facta, *deciſ.* 60. *numer.* 2. 334

Diviſio Cathedralium non alterat Jus Parochorum, *ibid. numer.* 4. 334

Monſtruoſum eſt, quòd in una Parochia, unoque Corpore plura ſint capita cum Juriſdictione inſolidum, *ibidem num.*10. 334

Unus locus unam tantùm Eccleſiam Parochialem antiquitùs habebat, unumque Paſtorem, *ibidem numer.* 13. 335

Parochus, licèt exemptus, non poteſt Curam animarum exercere abſque Epiſcopi approbatione, *animadv. ad d. dec.60.num.4.* 336

Facultas approbandi Parochos ad Curam animarum eſt inabdicabilis ab Epiſcopo, *ibid.n.5.* 336

Reliqua require in *V. Capitulum in genere*, *Præcedentia*, *Proceſſio*, *Anniverſaria*, *Canonici*, & *Canonicatus quoad Reſidentiam*.

PAROCHUS QUOAD PRÆCEDENTIAM.

An, & quando Parochus defuncti præcedat in Funeribus Canonicis Cathedralis, vide in *V. Canonici quoad Præcedentiam*.

Beneficiatis, ſeu Capellanis præcedit, etiamſi Collegialiter incederent, *Animadv.ad tit.13.n.5.l.1.* 55

Qualitas Parochialitatis, extra actuale exercitium Officii Parochialis, nihil ad Præcedentiam ſuffragatur, *ibidem n.17.* 56

In Proceſſione funebri, an Curatus, deſerens Stolam, præcedat Canonicis Collegiatæ, *tit.14. num.17. & ſeqq. l. 1.* 58

In Eccleſia Collegiata, ubi non exercetur Cura, Officium ſuper Cadaver faciendum eſt à Canonicis, non autem à Parocho defuncti, *ibid.n.20.& 21.* 58

Maximè, ſi Officium fiat ſuper Canonico defuncto, *ibid. n.* 22. 58

Quando Officium competit Parocho habet is Præcedentiam ſupra Canonicos, & quando competat, *ibidem numer.* 23. 58

Præcedentia in his, & ſimilibus Functionibus competit Parocho, non ratione loci, ſed proprii Miniſterii, *ibid num.24.* 58

Et tunc præcedit etiam Capitulo Collegiatæ, *ibidem num.* 25. 58

PAROCHUS QUOAD QUARTAM FUNERALEM.

Parocho debetur quarta pars omnium obventionum Funeralium, quæ dantur, vel relinquuntur Eccleſiæ, ubi quis extra propriam Parochiam Sepulturam ſibi elegerit, *deciſ.16. numer.3.* 180

Inter quas veniunt etiam Candelæ, ſuper Altaribus cauſa Funeri poſitæ, *ibid. n.4. & 15.* 180

Limita, ubi adſit conſuetudo dandi Parocho dimidiam dictarum obventionum, ſolo etiam ſpatio decem annorum continuata, quæ eſt ſervanda, *ibidem numer. 5. & 6.* 180

Secùs quando ageretur de præſcribenda portione ultra dimidiam, vel è converſo infra quartam, vel in totum, quia tunc requireretur immemorabilis, aut ſaltem quadragenaria, *ibidem num.* 7. 180

Quomodo probetur hujuſmodi conſuetudo, *ibidem numer.* 8. 181

An ad præſcribendum in hac materia contra Eccleſias Ordinis S. Franciſci, neceſſaria ſit quadragenaria, vel alia longioris temporis obſervantia, *ibidem num.* 9. 181

Appellatione Quartæ Funeralis venit etiam medietas emolumentorum, quæ ratione Funeris percipiuntur, *ibidem num.* 12. 181

Factum aliorum Parochorum præjudicare non debet ei, qui pro ſe rem judicatam habet, *ibidem numer.* 13. 181

Conſuetudinem non inficit, quòd pompa funebris, olim practicata in deferendo Cadavere nocturno tempore ad Eccleſiam, hodie deſierit fieri, & quare, *ibidem num.* 14. 181

Si ſucceſſivis temporibus majora fiant emolumenta, occaſione Funeris, ea cedere debent in commune utriuſque Eccleſiæ Beneficium, *ibid. n.16.* 181

Parocho non debetur Quarta ex Legatis factis pro Anniverſariis, implendis in Eccleſiis inferioribus, *deciſ.* 30. *numer.* 5. 232

PAROCHUS QUOAD RESIDENTIAM.

Vide in *Verb. Canonici*, & *Canonicatus quoad Reſidentiam*.

PAROCHIALIA JURA, ET FUNCTIONES.

Qui ſe ingerit in adminiſtratione Sacramentorum, & exercitio Functionum Parochialium in aliena Parochia, eſt ipſo facto excommunicatus, *deciſ.* 6. *numer.* 17. 157

Ratione Parochialitatis habet quis intentionem fundatam in Juribus Parochialibus, *dec.* 9. *num.* 1. pag. 160. *& dec.60. n.3.* 334

Sub generali Jurium Parochialium reſervatione quæ contineantur, *ibidem n.* 15. 162

Inter Jura Parochialia non recenſentur Maſſa groſſa, & Anniverſaria, *ibid.n.19.* 162

Pia Opera, quæ non percutiunt Jura Parochialia, poſſunt intra fines Parochiæ, abſque licentia Parochi, exerceri, *deciſ.30.num.2.* 232

Quæ dicantur percutere Curam animarum, & Parochi Juriſdictionem, remiſſivè, *ibid. n.3.* 232

Supple in *Verb. Eccleſia*.

PARS.

Ejuſdem naturæ eſt pars, cujus eſt totum, *tit.* 14. *numer.* 2. *l.1.* pag. 57. *animadv.ad tit.15. nu.9.l. 1.* pag. 69. *& tit. 9. n. 9. l. 2.* 112

Minor pars, ſeu ſumma includitur in majori, *deciſ.18.numer.130.* 209

Valet argumentum de parte ad totum, & è converſo, *dec.41.n.11.* 264

PARTICIPIUM.

Additum rei, ad illam continuativè ſe habet, *deciſ.59.numer.24.* 329

Aliquando reſolvitur in tempus præteritum, & affertur exemplum, *ibidem numer.* 67. 332

Et quando conjungitur cum aliquo verbo, tractum ſucceſſivum habente, totum illum temporis tractum comprehendit, *ibid. n.* 68. 332

PATRIA POTESTAS.

A quo Jure fuerit introducta, *dec.58. n.* 62. 322

PATRINUS.

Vide in *Verb. Baptiſmus*, & *Baptizatus*.

PATRONUS.

Patrono Eccleſiæ competit jus retinendi Scamnum in aliquo honorabiliori loco ejuſdem Eccleſiæ, *animadv.ad titul.3.num.19.l.2.* 86

Etſi ſit in poſſeſſione, danda eſt illi manutentio, *ibidem numer.* 20. *& 21.* 86

Diſpoſitio *S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* circa præſentationem ad Eccleſiam Parochialem, infra decem dies à Patrono faciendam, nec per particularem Conſtitutionem, nec per ſtylum contrarium, abrogari poteſt, *dec.11. n.14.* 163

Quæ ſint remedia in caſu, quo Patroni in nominatione, ſeu præſentatione diſcordent, remiſſivè, *deciſ.40. num.26.* 261

Cætera ſupple in *Verb. Eccleſia*, & *Beneficiatus in genere*.

PENSIO.

Clericus, effectus miles Secularis, redditur incapax retinendi, nedum Beneficia Eccleſiaſtica, ſed etiam Penſiones, *dec.* 53. *num.* 2. pag. 296. *& dec.* 54. *num.* 2. *&* 3. 299

Ubi non conſtat, mentem Pontificis fuiſſe reſervandi Penſionem pro Seculari, reſervaſſe cenſetur pro Clerico, ſaltem prima Tonſura initiato, *ibidem n.* 3. 296

Attenta clauſula *Poſtquam Clericali caractere inſignitus fueris, ſi nondum inſignitus ſis*, Penſio dicitur reſervata pro Clerico, *ibid. num.4.* 296

Quid operetur Indultum retinendi Penſionem etiam in habitu laicali, ac in Statu Bigamiæ, *ibidem num.* 5. *&* 6. 296

Clericus, militans contra Turcas, non amittit Penſionem, *ibid.n.7.* pag. 296. Contrarium *ibid.n.8.* 296

Opinio negativa in quibus terminis procedat, *ibidem num.9. & ſeqq.* 296

An Clerici militantes ſub Vexillo S. Pontificis, ſine ſpeciali Indulto, Penſionem amittant, *ibidem num.* 12. pag. 297. *& dec.54.n.27.* 301

Exceptio, quòd Penſio, ſub conditione Status Clericalis reſervata, per contrariam Profeſſionem extincta remaoſerit, eſt admittenda etiam in Judicio manutentionis, & quare, *ibid. nu.*14. 297

Pro retardanda executione maodati de manutenendo ſufficit, quòd probabiliter dubitari poſſit de extinctione Penſionis, *ibid.nu.*18. 297

In materia Penſionum militia, & conjugium æquiparantur, *ibidem a. final.* 297. *&* *deciſ.* 54. *numer.* 42. *&* 43. 302

Trina monitio requiritur in caſibus, in quibus agitur de pœna privationis Penſionis, vel Beneficii ob aliquod delictum: vel de privando Clerico aliis Privilegiis, non autem ad effectum extinctionis Penſionum, & Beneficiorum vacationis, *dec.*54.*n.*17. 300

Item eadam trina monitio requiritur, ubi quæſtio eſt de Officiis, & muneribus, noo omnino contrariis Statui Clericali; Secus verò ſi agatur de illis, cum Clericatu prorſus incompatibilibus, *ibidem numer.* 18. 300

Conſtito de extinctione Penſionis, denegatur Poſſeſſori manutentio, *ibid.* a.37.*&* 38. 302

Exceptio extinctionis Penſionis, reſultans ab aſſumptione militiæ Secularis, dicitur notoria, *ibidem num.* 39. 302

Ideoque Judex privare valet poſſeſſorem ſua poſſeſſione abſque citationn, *ibidem numer.* 40. 302

Exceptio iſta oritur ex ventre Literarum, io quibus eſt reſervata Penſio ſub conditione Clericatus, *ibid.n.*41. 302

Penſio, ſemel extincta, revivifcere ampliùs non poteſt, *ibid. num.*44. 303

Clericus animum ſuum applicans matrimonio, ſtatim Penſionem amittit, adeo ut illa non reviviſcat, matrimonio diſſoluto, vel non conſumato, *ibidem numer.* 46. 303

Si Clericus, in Sacris conſtitutus, Statum cum Clericatu incompatibilem aſſumat, non dicitur ſtatim extincta Penſio, ſeu vacans Beneficium, & redditur ratio, *ibid. n.*51. 303

PERITUS, ET PERITIA.

Quis dicatur habere ſufficientem ſcientiam pro munere ſuo adimplendo, *animadv. ad tit.* 1. *num.* 15. *lib.* 2. 78

P E R S O N A.

Eadem perſona, reſpectu diverſæ qualitatis, vicem duarum perſonarum ſubſtinere valet, & afferuntur exempla, *diſc.*43.*n.*23.*&* *ſeqq.* 33

PISARUM CANONICI.

Habent uſum Cappæ coloris rubei, undè ſunt præferendi Canonicis aliarum Eccleſiarnm, non habentibus tale indultum, *tit.*8.*a.*20.*l.* 5. 289

P I S C I A.

In Eccleſia S. Mariæ de Piſcia à quo tempore viguerit Collegialitas, & Chori ſervitium, *deciſ.* 52. *num.* 9. 289

PISTORIENSIS ECCLESIA CATHEDRALIS.

Refertur per extenſum *Bulla Anaſt. IV.* qua confirmatur communis vita, ac nbſervantia Regularis; quæ olim vigebat in Eccleſia Cathedrali Piſtorienſi, *animadv. ad tit.* 2.*n.*11.*l.*1. 8

Deſcribitur tempus, per qnod Eccleſia prædicta continuavir in electione ſui Prælati juxta Juris communis diſpoſitionem, & refertur circa præfatam electionem Breve Innoc. IV. *animadv.ad tit.* 3. *aumer.* 8. *lib.* 1. 14

In dicta Eccleſia Piſtorienſi præfixus eſt numerus Canonicorum per Conſtitutiones, ab *Eugen. IV.* confirmatas, *animadv. ad titul.* 14. *numer.* 70.*l.* 1. 66

Idem Canonici gaudent Indulto vacandi à Choro pro quarta parte anni, cui per *S. C. Trid.* non eſſe derogatum reſolvit *Sac.* ejuſdem *Conc. Congregatio*, *animadv.ad tit.* 8.*n.final.l.* 2. 511

Supple in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

P L E B A N U S.

Plebanis, aliiſque Eccleſiarum Rectoribus competit titulus iſte *Dominus*, *tit.*3.*n.*14.*l.*1. 32

Iidem facultatem non habent condendi Statuta, *tit.* 8.*n.*54.*l.*1. 33

Plebanus an dicatur in Dignitate conſtitutus, *titul.* 9. *numer.* 3. *lib.* 1. 36

Vide in *Verb. Præcedentia.*

P L U R A L I T A S.

Non præſumitur, ſed potius error, *dec.*18.*n.*500. 203

P O E N A.

Pœnam ſubire debet, qui rem pœnæ nomine juſſam non exequitur, *dec.* 4.*n.*12. 552

Pœna auctorem ſuum ligare debet, neque ad alios extendi, *dec.*28.*n.fin.* 230

POSSESSOR, ET POSSESSIO.

Poſſeſſio non poteſt, eodem reſpectu, eodemque tempore, apud duos, inſolidum reſidere, *aaimadv.ad tit.* 52.*n.* 7. *lib.*1. 51

Duo tamen poſſeſſores inſolidum dari poſſunt, diverſis reſpectibus, *dec.*60.*n.*19. 335

PRÆBENDA CANONICALIS.

In diviſione reddituum Eccleſiæ, qui olim ſolum aſſignata inter Epiſcopam, & Capicommunes erant ſuir Canonicis quædam portio Bonorum, nomine Præbendæ appellata, *animadv. ad tit.* 2. *numer.* 15. *lib.* 1. 8

Præbenda quomodo definiatur, tit. 6.*n.*1.*l.*1. 23

Non venit in materia odioſa ſub nomine Beneficii, *ibidem n.* 2. 23

Undè ſic dicta, *ibidem num.* 8. 23

Qualis ſumma requiratur pro commoda Canonici ſubſtentatione, *ibid. n.* 9. 23

Licitum non eſt Canonico victum ſibi quærere ex laborerio, vel alio artificio, quod tamen licitum eſt Clerico pauperi, *ibid. n.* 10. 23

Epiſcopus curare debet, nt Canonici babeant ſufficientes Præbendas, *ibidem n.* 11. 23

Et ad hunc effectum poteſt Præbendas tenues ad pauciorem numerum reducere, vel iiſdem ſimplicia Beneficia unire; vigore *Conc.Trid.ſeſſ.*24.*c.*15.*de reform. ibidem n.* 12. 23

Pro validitate hujuſmodi nnionis intervenire debet Capituli conſenſus, *animadv. ad titul.* 6. *numer.* 2. *lib.* 1. 24

Nec ſufficit conſenſus tacitus, ſed requiritur expreſſus, *ibidem n.* 3.*&* 4. 24

Licèt non ſit de neceſſitate, quòd præſtetur contemporaneè cum actu unionis, ſed poteſt etiam ſubſequi, *ibid.num.*5. 25

Declarantur contrariæ Authoritates, *ibidem nu.* 6. *&* *ſeqq.* 25

Ob defectum conſenſus Capituli, non poteſt dare de nullitate unionis niſi ipſum Capitulum, *ibidem numer.* 10. 25

Si Beneficium eſset de Jurepatronatus, ultra conſenſum Capituli, requiritur etiam ille Patronorum, *ib.ſub n.*13. 25

Nec ſufficeret conſenſus majoris partis, ſed requireretur conſenſus omnium, *ibid. ſub eodem* a.13. 25

Prædicta unio facienda eſt, non Maſſæ Capitulari in genere, ſed ſingulis Præbendis, *ibid. n.* 14. 25

Nec per viam ſuppreſſionis, & extinctivè ſed acceſſoriè, *ibid.n.*15.pag.33.Limita a.28. *&* 29. 26

Quæ ſit cauſa legitima deveniendi ad hujuſmodi uniones, *ibid.n.* 16. *&* 17. 25

Pro juſtificatione dictæ cauſæ an, & quando attendantur Epiſcoporum aſsertiones, *ibid.n.*18.*&* 19. 25

De nullitatis vitio notari non poteſt unio, concepta per verba *unimus*, *ſupprimimus*, *&* *incorporamus*, tanquam extinctivè facta, & quare, *ibid. n.* 20. 25

Quæ pariter unio de nullitate redargui non valeat, uti facta Canonicis in genere, *ibid. num.* 21. 25

Utrùm, non verificata tenuitate Præbendarum reſpectu omnium, ſed aliquarum tantùm, actus remaneat in totum infectus, vel pro parte, *ibidem numer.* 22. 25

Pro legitimitate cauſæ faciendi dictas uniones, quæ ſint ponderanda, *ibidem num.* 23. 25

Uniones, in vim prædictæ Conciliaris diſpoſitionis factæ, non ſubjacent *Regul.* 13. *Cancellariæ*, *ibid. numer.* 31. 26

Secus, ſi agatur de Unione, ab Epiſcopo facta authoritate ordinaria, ſibi à Sacris Canonibus attributa, *ibidem num.* 32. 26

Actualis apprehenſio poſſeſſionis unius ex pluribus

Be-

Beneficiis unico actu unitis, facit, ut non intret regula prædicta, *ibidem num.* 33. 26

Quando Epiſcopus poſſit diſſolvere unionem jam factam, *ibidem num.* 34. 26

Tali caſu requiritur pariter Capituli aſſenſus, *ibid. num.* 35. 26

Non autem quando per viam Juris procedens, declararet nullam unionem, *ibidem num. final.* 26

Præbenda non eſt de ſubſtantia Canonicatus; *animadv. ad tit.* 14. *n.* 12. *l.* 1. 62

In optione Præbendæ, quæ de Jure competit antiquiori Canonico, antiquitas à quo tempore dimetienda ſit, *deciſ.* 59. *n.* 58. 80. *&* 82. 331

Optio Præbendæ eſt quidam fructus, qui poſſeſſori debetur, *ibidem num.* 59. 331

Optare poſſunt etiam ii, qui non ſunt in Sacris, & & vocem in Capitulo non habent, *ibidem n.* 60. 331

Diuturnitas Servitii Eccleſiæ facit, ut quis in optione præferatur, *ibidem nu.* 61. 331

PRÆCEDENTIA.

Cauſæ Præcedentiæ inter graves reputantur, *tit.* 1. *n.* 6. *l.* 1. pag. 2. *& dec.* 55. *n.* 1. 305

Quomodo definiatur Præcedentia, *ibid. n.* 7. 2

An, & à quibus poſſit armata manu defendi, *ibid. num.* 8. 2

Is, cui locus in ſedendo, ſeu alia in re ſibi competens, adimitur, actione injuriarum agere poteſt, *ibid. n.* 11. 2

Præcedentia ſpectat ad Jus publicum, & provenit à Deo, à natura, & à Lege; eaque omnia explicantur, *ibid. n.* 12. *&* 13. 2

Sublata Præcedentia, ſequeretur confuſio, *ibidem numer.* 14. 2

Peccat qui Præcedentiam, non ſibi debitam, uſurpat, *ibid. nu.* 15. 2

Et in pœnam, ultimum locum meretur, *ibid. ſub eodem n.* 15. 2

Qui Legis auctoritate alteri præferri prætendit, ambitioſus dicendus non eſt, *ibid. n.* 16. 2

Etiam in Cœlo ſunt in Sanctis ordines Dignitatum, & unus alium præcellit, *ibid. n.* 19. 2

Sub Chriſto Redemptore, licèt humillimo, diverſi gradus extiterunt diſcipulorum, Evangeliſtarum, & Apoſtolorum: & majores præcedebant minoribus, *ib. num.* 20. 2

Quæſtiones de Præcedentia inter Perſonas Eccleſiaſticas debent ab Epiſcopo ſummariè terminari, amota appellatione, *ibid. n.* 21. pag. 3. *& animadv. ad d. tit.* 1. *n.* 4. *l.* 1. 3

Et etiam inter Laicos Nobiles, ſi lis oriatur occaſione Functionum Eccleſiaſticarum, *ibidem ſub eodem num.* 21. 3

In Congreſſibus Civilibus, ſi minor recuſet majori Præcedentiam dare, non poteſt Epiſcopi, ſeu alterius Judicis Officium implorari, *ibid. n.* 22. 3

Poteſt tamen Epiſcopus compellere Eccleſiaſticos minores ad ſalutandum majores, publicè obviantes, *ibid. num.* 23. 3

Lites ſuper Præcedentia non ſunt novæ in hoc ſeculo, & non ceſſabunt, niſi in fine Mundi, *ibidem numer.* 24. 3

Tunc tamen non deſinet majoritas, & ordo manſionum, *ibidem numer.* 25. 3

Laudabiles ſunt controverſiæ ſuper Præcedentia, ſi animo ſervandi debitum ordinem excitentur, *animadv. ad tit.* 1. *numer.* 1. *lib.* 1. pag. 4. *& d. dec.* 55. *num.* 2. 305

Unicuique, ſecundum ſuum gradum, & Dignitatem, honor, & Præcedentia debetur, *ibid. n.* 2. 4

Reprehendendi ſunt, qui ob inanis gloriæ cupiditatem honores appetunt, *ibidem num.* 3. pag. 4. *& d. dec.* 55. *num.* 7. 305

Declaratur concluſio, docens, Epiſcopum terminare debere lites ſuper Præcedentia, amota appellatione, quòd procedat quoad effectum tantùm ſuſpenſivum, *ib. num.* 5. 4

In Proceſſionibus, juxta Bullam Gregorianam, Præcedentia debetur iis, qui in quaſi poſſeſſione Juris præcedendi reperiuntur, *ibidem n.* 6. *&* 8. 4

Quid, ſi non conſtaret, cui nam quaſi poſſeſſio aſſiſtat, *ibid. n.* 7. 4

In materia Præcedentiæ, ſeu Præeminentiarum, regulariter attenditur conſuetudo, & poſſeſſio, *ibid. n.* 9. pag. 4. *tit.* 11. *n.* 23. *l.* 1. pag. 7. *d. dec.* 55. *n.* 21. pag. 306. *dec.* 59. *nu. final.* 333

Etiamſi hujuſmodi conſuetudo Juris diſpoſitioni adverſetur, *ibidem num.* 10. pag. 4. *& d. dec.* 55. *n.* 22. 307

Clerus Secularis Regulari præcedit, *animadv. ad tit.* 5. *n. final. l.* 1. 22

Ex ordine ſedendi diſtinguuntur prærogativæ, *tit.* 8. *n.* 1. *l.* 1. 32

Incedere, ſedere, & vocari, aut loqui, ſunt prærogativæ, quæ à pari procedunt, *ibid. n.* 16. 33

Præcedentia qua ratione ſit regulanda, *tit.* 9. *nu.* 4. *l.* 1. pag. 36. *& dec.* 59. *n.* 81. 333

Quòd duo vincula magis ſtringant, quàm unum, procedit etiam in materia Præcedentiæ, & afferuntur exempla, *tit.* 10. *n.* 29. *l.* 1. 41

Dupliciter qualificatus quando anteferatur ſimpliciter qualificato, *ibid. n.* 30. 41

Qui Præcedentiam habet in actibus, qui intra Eccleſiam geruntur, illam habere debet & in iis, qui extra Eccleſiam fiunt, *animadv. ad tit.* 10. *num.* 15. *lib.* 1. 44

Declara, quando tam in Eccleſia, quàm extra, quis eandem perſonam repræſentat, *ibid. nu.* 16. 44

Habens plures qualitates quòd præferatur habenti unam tantùm, quando procedat, *tit.* 11. *n.* 26. *l.* 1. 47

Quis præferatur inter exercentes Curam animarum, *tit.* 13. *n.* 2. *&* 3. *l.* 1. 54

Vicarii perpetui præcedunt Beneficiatis, & hi Capellanis, *ibidem n.* 4. 54

Capellani de menſa Capituli, præferuntur aliis Capellanis ejuſdem Eccleſiæ, *ibidem n.* 5. 54

Capellani Titulares præcedunt Mercenariis, *ibidem numer.* 6. 54

Inter ſimplices Sacerdotes, antiquior Sacerdotio præfertur poſteriori, etiam Doctori, *ibid. n.* 7. 54

Quid ſi eadem die uterque ordinatus fuiſſet, *ibid. num.* 8. 54

Circa Præcedentiam in Functionibus Eccleſiaſticis non attenditur nobilitas, aut ſcientia, *ibid. n.* 9. 54

Sed ſolùm ætas longæva, cui quivis ſine livore, ac rubore locum cedit, *ibid. n.* 10. 54

Hoc fallit in Canonicis Cathedralis, ſeu Collegiatæ, *ibid. n.* 11. 54

Regula *qui prior eſt in tempore, potior eſt in Jure* habet locum ſolùm inter pares, *ibid. n.* 13. 54

Ad obtinendam Præcedentiam, allegari non valet Dignitas, qua quis non utitur in actu, de quo eſt quæſtio, *animadv. ad d. tit.* 13. *n.* 8. *l.* 1. 55

Quoad Præcedentiam non attenditur in perſonis notis habitus, *tit.* 14. *n.* 5. *l.* 1. 57

Ad acquirendam Præcedentiam in congreſſibus Civilibus, an valeant actus permiſſi urbanitatis gratia, *ibid. n.* 12. 58

Et an ex dictis actibus acquiratur quaſi poſſeſſio, *ibid. n.* 13. 58

Circa Præcedentiam, conſuetudo carens ratione non attenditur, *ibid. n.* 14. 58. *& dec.* 55. *n.* 49. 308

Item quando d. conſuetudo perverteret ordinem Hyerarchiæ Eccleſiaſticæ, *ibid. n.* 15. 58

Minori pollens poteſtate, ac Juriſdictione monſtruoſum eſt, quòd antecedat habentes majorem, *dec.* 18. *num.* 40. 193

In materia Præcedentiæ, ad præſcribendam conſuetudinem requiritur, quòd illi, qui de Præcedentia contendunt, inſimul conveniant, *dec.* 37. *n.* 10. 231

In materia Functionum, & Præeminentiarum Eccleſiaſticarum, licèt in abſtracto monſtruoſum ſit, quòd inferior præcedat Superiorem, aliud tamen eſt in concreto alicujus caſus, vel actus particularis, *dec.* 41. *n.* 18. *&* 19. pag. 265. *& dec.* 55. *n.* 50. 308

Laudantur Generales PP. Jeſuitarum, & Cappuccinorum, ob controverſiam, non de ſublimiori, ſed de humiliori loco inter eos excitatam, *dec.* 55. *num.* 8. 305

In Præcedentiæ materia multum valet obſervantia, *ibid. n.* 20. 306

Exiſtens in poſſeſſione, ſeu quaſi, præcedendi per aliquod tempus conſiderabile, manutenendus eſt, *ib. num.* 23. 307

An inceſſus ad manum dexteram Præcedentiam importet, *ibid. n.60.& 73.* 209

Magis, vel minus præcedere, non dicitur habere Juris reſiſtentiam, & quare, *ibid.num. 65.* 309

Decentia in materia Præcedentiæ eſt attendenda, & quod eſt indecorum, evitandum, *ibidem nu.67.* 309

Ordo Scripturæ non ſemper ordinem præcedendi deſignat, & quare, *ibid. n. 84.* 310

Ab actu vocandi non infertur ad actum inceſſus, *ibidem n.88.* 310

Cætera ſupple in *Verb. Eccleſiaſticus*, *Honor*, *Manutentio*, *& Conſuetudo*.

PRÆEMINENTIA.

Quid ſignificet, *dec.57.n.10.* 315

Minus quàm inter duos haberi oon poteſt, *ib.n.11.* 316

Jus præeminentiæ, & Præcedentiæ acquiritur potius ex aliquo accidenti, vel alia qualitate, præter antiquitatem, *deciſ.59. n. 78.* 333

PRÆJUDICIUM.

Non præſumitur id, quod in proprium damnum reſultat, *dec.33.n.16.* 241

PRÆLATUS.

Prælati electio de Jure communi ſpectat ad Capitulum, Collegium, ſeu Conventum, *tit. 3.n.9. & 10. l. 1.* pag. 12.*& animadv. ad d. tit. n.1.* 14

Prælati verò electi confirmatio ad proximum Superiorem, *d. animadv. ad tit. 3. n.2.l.c.* 14

De Jure autem oovo Prælatitia Dignitas providetur à S. Pontifice, *ibidem n. 35.& ſeqq.* 54

In Germania hujuſmodi electio fit à Capitulis, *ibid. numer.4.* 14

Canonici tantùm, ubi talis electio ad Capitulum ſpectat, juxta Concordata cum Sede Apoſtolica, votum in illa habent, excluſis Portionariis, ſeu Beneficiatis, *ibidem* a. 9. *&* 10. 14

PRÆLATI INFERIORES.

Vide in *Verb. Exemptio*, & *Juriſdictio*.

PRÆSCRIPTIO.

Pro inducenda præſcriptione, in conſideratione habendus non eſt actus, qui liti cauſam dedit, *dec. 54. num.* 10. 271

Qualibet præſcriptio ad hoc ut habeat locum, completa debet eſſe, & nunquam interrupta, *deciſ. 18. num.119.* 207

Limita in Centenaria, in qua non requiritur rigoroſum complementum, *ibid.n.*120. 207

Præſcriptionem interrumpit concordia, *ibidem numer.* 121. 207

Simplex tractatus, pendens à futura ratibabitione, ſi fuerit ineffectuatus, malam fidem inducere non valet, *ibidem* a. 122. 208

Acquieſcientia poſt contradictionem, confirmat, & auget bonam fidem, *ibid. n.*123. 208

Præſcriptio incepta non interrumpitur per litem, introductam contra Poſſeſſorem, ſi is minimè ſuccubuerit, *ibidem n.*124. 208

Præſcriptione Semel interrupta, non impeditur, quominus altera juridicè inchoetur, *ibidem nu n.* 125. *&* 159. 208

Præſcriptio neceſſariò requirit poſſeſſionem, ſeu quaſi illius rei, ſeu juris, quod quis præſcribere intendit, *ibid. n.* 148. 211

Allegatio tituli inſufficientis inducit malam fidem, quæ inficit poſſeſſionem cujuſcunque longiſſimi temporis, *ibidem numer.*151. 212

Titulus clarus, & expreſſus quandoqne requirit quadragenariam, *ibid. n.* 154. 212

Ut præſcriptio ſuffragari valeat, debet eſse continua, bona fide completa, & animo præſcribendi, *ib. num.* 157. 213

Vis præſcriptionis fundatur in negligentia ejus, contra quem præſcribitur, *ibidem numer.* 160.pag.213. *& dec.37.n.2.* 250

Contra Statutum, Privilegium, vel aliud ſimile, non poteſt additivè præſcribi, *dec.34.n.15.* 244

Stante decreto irritante, non intrat præſcriptio per non uſum, immo nec per uſum contrarium, *d. dec. 37.nu.4.* 250

Actus, contioentes iniquitatem, vel injuſtitiam, non ſuffsagantur ad effectum præſcribendi, *dec. 47. num.* 14. 281

Mala fides obſtat præſcriptioni, *ibidem num.* 15. 281

Supple in *Verb. Teſtis*, & *Exemptio*.

PRÆSENTATIO, ET JUS PRÆSENTANDI.

Vide in *Verb. Beneficia Eccleſiaſtica in genere*.

PRÆTOR.

A' Prætore determinari debet locus Juris reddendi, ſalva majeſtate Imperii ſui, & more majorum; & quando ita cenſendum ſit, *dec.39.ſub n.11.* 256

PRÆVENTIO.

Ubi datur præventio, ſi actus ſint contemporanei, qui præferri debeat, *dec.44.a.20.* 273

Quòd Superior, & Judex Ordinarius præveniri, & excludi debeat ab Inferiore, & Subdito, eſt contra Juris diſpoſitionem, *ibid, num.21.* 273

Eſt locus præventioni inter Judices, habentes inſolidum Juriſdictionem cumulativam, *ibid,num.14.* 273

Ita ut nec ratione majoris Dignitatis, ſeu Juriſdictionis, dari debeat inter eoſdem prælatio, *ibidem num.25.* 273

Limita quoad concedentem alteri Juriſdictionem, quem non repugnat præferri in exercitio ejuſdem Juriſdictionis, *ibid.n.26.* 273

Supple in *Verb. Juriſdictio*.

PRATENSIS DIOECESIS.

Ambitus Diœceſis Pratenſis reſtrictus eſt intra mœnia ipſius Civitatis Prati, *dec.60.n.1.* 334

An Epiſcopus Praten. ſeu Capitulum Sede Epiſcopali Vacante, exercere poſſit Juriſdictionem in Populum Parochialium, intra mœnia, Civitatis Prati exiſtentium, *ibid.nu.7.& ſeqq.* pag. 334. *& animadv.ad d. diſc. 60.per tot.* 336

An pariter Oratoria, extra Urbem Prati, intra tamen fines dictarum Parochialium ſita, de Diœceſi Piſtorien. vel Praten. exiſtant, *ibidem n.24.& 26.* 335

Quid, ſi ob neceſſitatem Populi, opus eſſet dividere Parochiam, vel in aliquo Oratorio Vicarium conſtituere, *ibid. nu.30.& ſeqq.* 335

PRAXIS.

Vide in *Verb. Conſuetudo*.

PRESBYTER.

Presbyteri nomen quid ſignificet, *tit. 3. numer.* 19. *lib.* 1. 13

Rex Hiſpaniarum non permittit, Sacerdotes coram ſe verba proferre, niſi capite cooperto, *tit. 14. n. 35. lib.* 1. 59

Presbyteri quomodo à Principibus honorandi, *ibid. n.36.& ſeqq.* 59

PRESBYTERIUM.

Vide in *Verb. Subdiaconus*, & *Laicus*.

PRIMATUS.

Nihil tribuit, præter titulum, & præeminentiam; & non datur, niſi ſupponat aliorum de cætero paritatem, *dec.18.a.65.* 197

PRIMICERIUS.

Ad Primicerium ſpectat in Choro præeſſe, ac ordinare ea, quæ ordinem canendi concernunt, *animadv. ad tit. 1.n.19.*pag. 78.*ad tit.5.n.final.*pag.95.*ad tit.7.n.16. lib.* 2. 506

Et in ſigoum hujuſmodi poteſtatis, ſolet in aliquibus Eccleſiis, in præcipuis Feſtivitatibus, nti Baculo argenteo, *d.aimadv.ad tit.1.n.20.* 78

Hujuſmodi autem Jus, & authoritas deficit in eo, qui habet ſimplex nomen, ſine adminiſtratione Officii, *ibid.n.final.* 78

PRINCEPS.

Principi adſcribuntur delicta, ſi negligat illa punire, *tit.13.n.13.l.2.* 130

Principis atteſtationi, factum aliquod concernenti, valde deferendum eſt, *dec.18.n.42.* 193

Quod Principi placuit, Legis habet vigorem, & reverenter ſequi debemus, *dec.42.n.6.* 266

PRINCIPALE.

Attendendum eſt, quod principaliter agitur, non id, quod in conſequentiam venit, *dec.53.n.9.* 345

PRIVILEGIUM, ET PRIVILEGIATUS.

Privilegium, quod in aliorum præjudicium non tendit, non amittitur per non uſum *tit.7.n.6. l.1.* 27

Privilegium perſonale perſonam ſequitur ubique, *ibid.ſub n.7.* 27

Supplicans pro Indulto, fatetur eodem carere, qui-

Digitized by Google

animadv. ad d. tit. 7. num. 50. pag. 31. & dec. 18. numer. 85. 201

Magis privilegiatus præfertur minùs privilegiato, & afferuntur exempla, *tit. 8. n. 18. l. 1.* 33

Unuſquiſque Juribus ſuis, ac Privilegiis renunciare poteſt, *dec. 9. n. 9.* 161

Non præſumitur Pontifex uno verbo velle tollere privilegia, quæ tot vigiliis fuerunt per anteceſſores pontifices conceſſa, *dec. 15. n. 11.* 175

Totum poſſibile fieri debet, ut Conſtitutio poſterior cum privilegiis concilietur, ad evitandam derogationem, *ibidem numer. 12.* 175

Privilegia benigniùs ſunt interpretanda, *deciſ. 18. num 25.* 191

Limita quoad Privilegium, attributivum Juriſdictionis, *ibidem num. 26.* 191

Privilegium dubium interpretationem recipit ab obſervantia, *ibidem n. 47.* 194

In interpretandis privilegiis nulla eſt facienda differentia inter magis, vel minùs vetuſta, *ibid. num. 49. & 50.* 195

In Privilegiis Apoſtolicis non admittitur ſuperfluitas, *ibid. ſub n. 82.* 200

Privilegium meretur amittere, qui indulta ſibi facultate abutitur, *dec. 56. n. 17.* 313

Quid operetur clauſula *non obſtantibus &c.* in privilegio appoſita, *ibid. n. 24.* 314

Privilegium, ſeu Gratia generalis non comprehendit ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt, *ibid. n. 25.* 314

Unum privilegium, quantum fieri poteſt, compatibiliter ſe habere debet cum alio, *ibidem numer. 26.* 314

Privilegio, Dignitati conceſſo, non gaudet is, cui ſolùm collata eſt Dignitas, & honor, abſque adminiſtratione, *dec. 61. n. 27.* 338

Privilegium corruit ex defectu intentionis concedentis, *dec. ult. n. 7.* 344

Ubi verè apparet defectus intentionis in Concedente privilegium, poteſt Judex de illo cognoſcere, non obſtantibus effrænaris clauſulis, in eodem privilegio appoſitis, *ibidem numer. 19.* 345

Cauſa finalis tunc ſolùm præſtat privilegii ceſſationem, quando cauſa deficit contrariè; ſecus quando negativè, *ibid. n. 22.* 345

Vide in *Verb. Tranſactio*.

PROBATIO.

Imperfectæ probationes, quæ per ſe non operantur, nec unitæ concludunt, *dec. 18. n. 74.* 199

PROCESSIO.

In Proceſſionibus an, & quando Capellani, ſeu Beneficiati Cathedralis, qui incedere deberent immediatè poſt Canonicos, locum Perſonis dignioribus cedant, *animadv. ad tit. 10. n. 12. 13. & 14. l. 1.* 44

In iis minores antecedunt, & majores ſubſequuntur, *tit. 15. n. 1. l. 1. pag. 67. & animadv. ad tit. 16. n. 13. & 16. d. l. 1. pag. 73. & dec. 55. n. 61. & 72.* 309

Confraternitates Laicorum antecedunt Clerum Secularem, & Regularem, & cui ex ipſis competat Præcedentia, *ibid. n. 2. & 3.* 67

Theatini, Jeſuitæ, aliique Clerici Regulares, quem locum habeant in Proceſſionibus, *ibid. n. 4. & 5.* 67

Poſt Regulares ſequitur Clerus Secularis, *ibid. numer. 6.* 67

Prothonotarii honorarii, habitu Prælatitio induti, incedunt omnes in una linea poſt Epiſcopum, *ibid. num. 7.* 67

Epiſcopum ſubſequitur Princeps Secularis, & deinde Majores de Civitate, *ibidem num. 8.* 67

Inter Laicos, majores præeunt, minores ſubſequuntur, & quare, *ibid. n. 9. & 10.* 67

In Proceſſione Synodi, Capitula Collegiatarum præcedunt Parochis, & aliis Presbyteris Civitatis, *ibid. num. 11.* 67

Clerici, & Capellani Cathedralis procedunt poſt Capitula Collegiatarum, & in Choro ſedent poſt Canonicos ejuſdem Cathedralis, & de ratione, *ibidem n. 12. & 13.* 67

Clerici Seminarii ſpectantur ut unum Corpus cum Canonicis Cathedralis, *ibidem numer. 15.* 67

Idemque dicendum eſt de Seminariſtis Collegiatarum, *ibidem n. 16.* 67

Parochus, qui ſit Prothonotarius, in Proceſſionibus quando incedere non poſſit indutus habitu Prælatitio, *ibidem num. 17.* 67

Præpoſitus Collegiatæ, habens uſum Cappæ, poteſt facere ſibi deferre Caudam, & redditur ratio, *ib. num. 18.* 68

Præpoſitus prædictus non poteſt incedere in Proceſſionibus poſt Canonicum, indutum Pluviali, Officium facientem, *ibidem num. 20.* 68

Quando agitur de perſonis diverſi Corporis, non ſufficit Præcedentia lateris dexteri, & quare, *animadv. ad tit. 16. n. 14. & 15. l. 1.* 73

Sed neceſſe eſt, quòd omnes de Corpore digniori, ſine miſtione extraneorum, præcedant illis de Corpore minùs digno, *ibidem num. 17.* pag. 73. & *dec. 55. num. 15.* 306

Conſuetudo, quòd Regulares cum Secularibus miſtim incedant, reputari debet abuſus, *ibid. n. 18.* 73

Et adverſatur Cœremoniali Epiſcoporum, *ibidem num. 19.* 73

Quod inficit contrarias conſuetudines, *ibidem n. 20. pag. 73. & d. dec. 55. n. 16.* 306

Proceſſionibus, quæ cadunt ſub obligatione recitandi publicè Divinum Officium, aſſignantur Diſtributiones, juxta quantitatem precum, & temporis, in eis inſumendi, *tit. ult. n. 22. l. 2.* 134

Et regulariter major portio attribuitur intereſſentibus Proceſſioni, quàm uni Horæ Canonicæ, *ibidem numer. 23.* 134

In Proceſſionibus quæ cantari debeant, *ibidem numer. 24.* 134

Dictis Supplicationibus, an, & quando intereſſe debeant etiam Canonici Regulares, aliique Monachi, *ibid. n. 27.* 134

Quibus pœnis poſſit Epiſcopus, ſi renuant, illos punire, *ibid. nu. 28.* 134

Canonici an, & quando obligentur intereſſe Proceſſionibus privatis, & quæ ſint, *ibid. n. 29.* 134

Quæ verò dicantur Proceſſiones publicæ, *ibidem num. 30.* 134

Ad quem ſpectent in Cathedrali Proceſſiones, tam ſolemnes, quàm minus ſolemnes, indicere, *ibid. n. 31. & 32.* 134

Canonici Collegiatæ quando poſſint prætendere, quòd Proceſſiones publicæ abſque eorum conſilio non dirigantur, *ibid. n. 33.* 134

In Diœceſi ad Plebanum, ſeu Rectorem in ſua Parochia pertinet, Proceſſiones, tam publicas, quàm privatas dirigere, & de novo introducere, *ibidem numer. 34.* 134

Quid, ſi Eccleſia Collegiata eſſet Parochialis, & Primæ Dignitati tota Cura animarum immineret, *ibid. num. 35.* 134

Proceſſiones denunciare valet ſimplex Canonicus, cui animarum Cura incumbat, privativè quod alios, etiam quoad Primam Dignitatem, *ibid. n. 36.* 134

Ad Epiſcopum ſpectat præcipere Regularibus in ſua Diœceſi, ut eant ad Proceſſiones, & eo abſente, ad Vicarium Foraneum, *ibid. n. 37.* 134

Ubi congregari debeant obligati ad intereſſendum Proceſſionibus, & quinam locus ſit eis aſſignandus, *ibid. n. 38.* 134

Canonici, qui cum habitu Chorali non fuerint in ſuo Stallo ad Litanias, ante invocationem SS. Trinitatis, reputantur abſentes quoad lucrandas Diſtributiones, *ibid. n. 39.* 134

In Proceſſionibus omnes devotè cantent Litanias, Hymnos, & Pſalmos, & contrafacientes punctentur, *ibidem numer. 40.* 135

Canonici, & Dignitates qua diſtantia in Proceſſionibus incedere debeant, *ibidem numer. 41.* 135

Quid ſervandum, quando tam Dignitates, quàm Canonici, ſunt numero impares; & quid, ſi habitus Dignitatum eſſet diſtinctus ab habitu Canonicorum, *ibid. n. 42. & 43.* 135

Quem ordinem tenere debeant Canonici, quando incedunt parati, *ibidem numer. 44. & 45.* 135

In Proceſſione SS. Sacramenti omnes incedere debent capite aperto, & nec etiam pileolus permittitur, niſi ex cauſa, *ib. n. 46.* 135

Ad verſ. *Te ergo quæſumus*, & *Tantum ergo &c.* per viam non genuflectitur, *ibid. n. 47.* 135

In Anniverſaria Corporis Chriſti ſolemnitate, competit Epiſcopo privativa facultas Venerabile Sacramentum propriis manibus deferendi, *deciſ. 41. numer. 1.* 263

Apud Ordinarium reſidere debet in Proceſſionibus, aliiſque Functionibus Eccleſiaſticis, præcipua auctoritas rerum omnium agendarum, *ibid. n. 16.* 265

Plures Cruces non ſunt in principio Proceſſionum coacervandæ, *dec. 55. n. 11.* 306

Crux Metropolitanæ, tanquam dignior, omnes alias inferiorum Eccleſiarum præcedere debet, *ibidem numer. 12.* 306

Multoque magis præcedere debet Crucem Cleri Regularis, *ibid. n. 13. 14. & 18.* 306

Unio duarum Crucium unitatem etiam Corporum efficit, *ibidem n. 17.* 306

Quodlibet Corpus, ſive Secularium, ſive Regularium Clericorum, ſub propria Cruce procedere debet, *ibidem numer. 25.* 307

Crux deferenda eſt inter duos Ceroferarios, *ibid. numer. 66.* 309

Confuſionem diverſorum Membrorum, Clericorum ſcilicet Secularium, & Regularium, Jura abhorrent, *ibidem n. 75. & 77.* 310

Quin immo etſi diverſa Secularium tantùm Corpora miſceantur, *ibid. n. 76.* 310

Explicatur illud Deuteronomii: *Non arabis in Bove, & Aſino*, *ibid. num. 79.* 310

Supple alia in *Verb. Præcedentia, & Punctator, & Punctatio.*

PROCURATOR.

Non ſibi, ſed principali acquirit, *animadv. ad tit. 12. num. 8. l. 1.* 51

Procurator an præſumatur certioraſſe ſuum Principalem, ſemſſivè, *dec. 18. n. 118.* 107

PRODUCTIO.

Quæ producuntur, cenſentur in omnibus approbata *dec. 33. n. 19.* 242

PROHIBITIO.

In materia prohibitoria, totum id dicitur permiſſum, quod non reperitus expreſſè prohibitum, *dec. 33. n. 2.* 240

PROTONOTARIUS.

Ex Prothonotariis alii dicuntur Participantes, qui ſunt verè Prælati, & omnibus Canonicis, Dignitatibus, & Abbatibus præcedunt, *tit. 9. n. 13. l. 1.* 36

Alii dicuntur Prothonotarii in Partibus, ſive Honorarii, vel Titulares, & à quibus creentur, *ibidem numer. 14.* 36

Prothonotarii ad quid teneantur poſt creationem, *ibidem n. 15.* 36

Sunt propriè in Dignitate conſtituti, *ibid. n. 16.* 37

Poſſunt deputari Conſervatores, Judices Synodales, & Collectores Apoſtolici, *ibidem n. 17.* 37

Eorum Beneficia ſunt Papæ reſervata, niſi ſint de Jurepatronatus Laicorum, *ibidem n. 18.* 37

Poſſunt apponere ſuper Stegmate propriæ Familiæ Pileum nigrum cum Chordulia, *ibid. n. 19.* 37

Geſtantes continuò habitum Prælatitium ſunt exempti à Juriſdictione Epiſcopi, *ibid. n. 20.* 37

Quibus privilegiis gaudeant, *ib. n. 21. & ſeqq.* 37

Conſiderantur uti perſonæ ſingulares, ideoque non præcedunt Canonicis Capitulariter incedentibus, *ibid. n. 24. & 25.* 37

Secus verò quoad Canonicos particulares, quibus præcedunt, & quando, *ibid. n. 26. & 28.* 37

Quomodo reguletur Præcedentia inter ipſos Prothonotarios, *ibid. n. 27.* 37

Olim non creabantur Prothonotarii, niſi perſonæ Nobiles, & Doctores, *ibid. n. 29.* 37

Hodie tamen eorum Dignitas ob numeroſitatem vileſcit, *ibid. n. 30.* 37

Et etiam, quia ab illis non ſubſtinetur Officii gradus, *ibid. n. final.* 37

Prothonotarii, non induti habitu Prælatitio, non habent Præcedentiam, *tit. 14. n. 7. l. 1.* 57

Cetera ſupple in *Verb. Canonici quoad Habitum Choralem, & Proceſſio.*

PROMISSIO.

Quælibet promiſſio ad veroſimilia, & congrua ſemper referri debet, *dec. 39. ſub n. 19.* 258

PROTESTATIO.

Facta occaſione abſtinentiæ ab aliquo actu, præſervat jus proteſtantis, *dec. 1. n. 20.* 147

Non tamen attenditur, ſi ſit contraria facto, *ibid. num. 21.* 147

PROXIMITAS, ET PROXIMIOR.

Vide in *Verb. Teſtator.*

PUBLICUM BONUM.

Eſt ſemper privato præferendum, *dec. 42. n. 17.* 265

PUNCTATOR, ET PUNCTATIO.

Fidem præſtare debet Canonicis, ſuper juſta cauſa egrediendi de Choro, *tit. ult. n. 2. l. 2.* 183

Si quis verò frequenter exiret de Choro, tunc cauſa aperienda eſſet Capitulo, ab eoque probanda, *ibid. num. 3.* 133

Punctator perſiſtere debet in Choro à principio Divini Officii uſque ad finem, ut munus ſuum benè impleat, *ibidem numer. 11.* 133

Aliàs tenetur ipſe de proprio in Choro benè ſervientibus reſtituere, *ibidem numer. 10.* 134

Ad Punctatoris munus quolibet menſe, vel ad annum, juxta conſuetudinem, conſtituitur unus ex Canonicis ejuſdem Eccleſiæ, *ibid. n. 13.* 134

Qui tempore ſui Officii non poteſt deputari Sacriſtiæ Præfectus, nec Hebdomadarius, *ibid. n. 14.* 134

Canonicus Punctator, abſens à Choro, à quo punctandus ſit, cum aliis abſentibus, ſive etiam præſentibus, qui ibi delinquunt, *ibidem numer. 20.* 134

Ad Punctatoris munus ſpectat etiam punctare non intereſſentes Proceſſionibus, quæ cadunt ſub obligatione recitandi publicè Divinum Officium, *ibidem numer. 21.* 134

Libris Punctatoris Capituli, quoad intereſſentiam, Divinis Officiis, eſt omnino deferendum, *dec. 52. num. 55.* 293

Cætera ſupple in *Verb. Collegiatæ Præpoſitus, Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi, & Chori Præfectus,*

O

QUALITAS.

ADjecta enti ejus naturam mutat, & genus ad certam ſpeciem reſtringit, & affertur exemplum, *dec. 59. n. 17. 18. & 62.* 328

Qualitas, adjecta orationi, qualificat omnia, quæ in eadem oratione continentur, & ab eodem verbo reguntur, *ibid. num. 21.* 328

Oratio, complexiva plurium qualitatum, efficit, ut illæ non debeant ſeparatim conſiderari, ſed conjunctim, *ibidem numer. 22.* 328

Qualitas, adjecta in fine diſpoſitionis, reſtringit, & declarat præcedentia, & afferuntur exempla, *ibid. numer. 27.* 329

Idem operatur ſimilis adjectio in principio orationis, *ibidem n. 28.* 329

QUARTA FUNERALIS.

Vide in *Verb. Parochus quoad Quartam Funeralem.*

R

RATIONUM REDDITIO,

IN arbitrio Judicis repoſita eſt deſtinatio loci, in quo adminiſtrationum rationes reddi debent, ſpectata qualitate, tam eorum, qui illas præſtare, quàm aliorum, qui eaſdem ſuſcipere tenentur, *dec. 39. n. 9.* 256

Dominus, qui in Reipublicæ negotiis eſt implicatus, compellendus non eſt ad locum adminiſtrationis accedere, pro ratione accipienda, *ibid. nu. 12.* 256

Cætera ſupple in *Verb. Capitulum quoad Adminiſtrationem reddituum Eccleſiæ, Eleemoſynarum, Anniverſariorum, aliarumque piarum Oblationum.*

RAUCUS.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

RECUSATIO.

Ob facilitatem inveniendi alios Judices, facilius recu-

recuſatur Judex, quam alius, intervenire debens in aliquo negocio, *dec.33.num.12.* 241

REFERENS, RELATIO, & RELATUM.

Simplex relatio ad Scripturas, & Jura non exhibita, præſertim ab intereſſe habente exarata, nullum probationis gradum conſtituit, *dec.30.num.fin.* 233

Referens eſt in relato cum omnibus ſuis qualitatibus, *dec.32.num.21.pag.238.& deciſ.59.n.31.* 329

REGULA.

Qui habet regulam pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, *deciſ.31.numer.14.* 235

REGULARES.

Licèt Regulares, eorumque Monaſteria, non ſint de Diœceſi, ſunt tamen in Diœceſi, *animadv. ad tit. 7. num.38.l.1.* 30

Regularis, factus Epiſcopus, & deinde, dimiſſo Epiſcopatu, ad Religionem rediens, quem locum in Choro obtinere debeat, *tit.3. num.2.l.2.* 83

Idem an recuperet ea, quibus ante Profeſſionem renunciavit, & jam Renunciatario, vel Monaſterio ſunt quæſita, *animadv. ad d.tit.3. n.30. l.2.* 86

Quid circa Bona, quæ Regulari, facto Epiſcopo, poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, obvenerunt, *ibidem num. 31.33.& 35.* 86

An ſuccedat in Feudo, ſucceſſionis cujus Monachi ſunt incapaces, *ibid. n. 32.* 86

Quid, ſi renunciatio concepta ſit cum clauſulis ampliſſimis, *ibidem n. 34.* 86

Inter antiquos Canoniſtas controverſum fuit, an Regulares de Jure prohiberentur Curam animarum exercere, & referuntur variæ Auctorum opiniones, *deciſ.15. num. 19. & ſeqq.* 176

Hanc controverſiam definivit anno 1581. *Greg.* XIII. & quomodo, *ibid. n.21.in fin.* 176

PP. Carthuſiani, æquè ac Canonici Lateranenſes, exempti ſunt ab Epiſcoporum Juriſdictione, *deciſ. 56. numer. 9.* 313

Et Mendicantium gaudent privilegiis, ſicut iidem Lateranenſes, *ibid. n.10.* 313

PP. Lateranenſes S. Frigidiani Lucen. fruuntur Indulto Apoſtolico accipiendi Chriſma, Oleum Sanctum, aliaque à quocunque alio Epiſcopo Catholico, ſi Epiſcopus Lucenſis dare noluerit, *ibidem numer.14.* 313

Reliqua vide in *V. Proceſſio*, *Funus*, & *Funeralia*, *Epiſcopus quoad Regulares*, & *Abbas.*

REMEDIUM.

Quando adeſt remedium, à Jure præſcriptum, recurrendum non eſt ad extraordinarium, & arbitrarium, *dec.40.n.22.* 261

REMISSORIA.

Quando denegetur, *dec.16.n.17.& 18.* 181

Supple in *Verb. Teſtis.*

RENUNCIATIO.

Vide in *Verb. Ceſſio*, *Cedens*, & *Ceſſionarius.*

RESERVATIO APOSTOLICA.

Vide in *Verb. Beneficia quoad Reſervationem*, & *Juſpatronatus.*

RES JUDICATA.

Ad conſtituendam rem Judicatam quæ requirantur, *deciſ.11.num.4.& ſeqq.pag.164.& dec.16.num.1.* 180

Reſtitutio in integrum adverſus tres conformes non datur, niſi plenè & concludenter probetur læſio, *ibidem num.2.pag.180.& deciſ.17.numer.6.* 182

Res judicata, per apprehenſionem poſſeſſionis conſummata, ſuſpendi non debet, eoque minùs retractari, *dict.deciſ.17. num.2.* 182

Quid requiratur, ut appellatio in Judicio executivo ſuffragetur Appellanti, pro impediendo tranſitu Sententiæ in rem Judicatam, vel illius executione, *ibidem num. 5.* 182

Res Judicata facit de albo nigrum, & æquipollet Privilegio, Pacto, vel Inſtrumento, *deciſ.31. num.4. pag. 234.& deciſ.46.ſub nu.8.* 278

Quoties clarè non liquet de nullitate, ſeu injuſtitia Rei Judicatæ, illius executio retardari non poteſt, *deciſ.36. num. 1.* 247

Res Judicata, per plures Sententias confirmata, non niſi ob potentiſſimam nullitatem, & conſimilem injuſtitiam, ex iiſdem Actis reſultantem, de medio tolli poteſt, *ibidem num.2. & 3.* 247

RESIDENTIA.

Vide in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede*, *Canonici quoad Reſidentiam*, & *Epiſcopus quoad Reſidentiam.*

RESTITUTIO IN INTEGRUM.

Vide in *Verb. Res Judicata.*

REX.

Vide in *Verb. Imperator.*

ROCCHETTUM.

Alio vocabulo nuncupatur Linea, ſeu Camiſia Romana, *animadv.ad tit.7. numer.6. l.1.* 28

A quo derivet hæc vox *Rocchettum*, *ibid. n.7.* 28

Aliæ illius ethymologiæ, remiſſivè, *ibid. n. 8.* 28

Rocchettum deſignat veſtem lineam Prælatorum, & Canonicorum Regularium, & apud quos fuerit in uſu, *ibidem numer.9.* 28

Hujuſmodi Veſtis delatio antiquitus commiſſa fuit omnibus Clericis, qua induti prodibant in publicum, *ibidem numer. 10.* 28

Non adhibebatur inter Sacrificandum, ſed tanquam prophana cenſebatur, *ibid. n. 11.* 28

Quid myſticè ſignificet, *ibid. n. 12.* 28

Supple in *V. Canonici quoad Habitum Choralem.*

ROTA.

Rotæ opinio communem ſententiam conſtituit, *deciſ. 4. numer. 8.* 151

In *Sac. Rotæ* Tribunali malè audiuntur, quæ vel injurioſa ſunt, vel in facto non ſubſiſtunt, *dec. 40. numer. 32.* 262

Sacr. Rotæ Auditor factus Epiſcopus cum retentione Auditoratus, ſuum locum tenet juxta ejus antianitatem, ſed extra Rotam præcedit omnes Auditores, *dec.43. num. 25.* 270

Procuratores Rotales in Curia conſtituunt Collegium de per ſe; cæteri autem conſiderantur uti ſinguli, & nihil cum illis commune habent, *deciſ. 59. numer. 76.* 333

Supple in *Verb. Congregationes.*

S

SACERDOTES.

Vide in *Verb. Presbyteri.*

SACRISTIÆ PRÆFECTUS.

Vide in *Verb. Punctator.*

SCAMNUM.

Vide in *Verb. Laicus*, & *Eccleſia.*

SCANDALUM.

Scandala paſſiva merentur omninò contemni, *dec. 31. num. 16.* 235

SCHOLARIS.

Scholarium appellatione in favorabilibus veniunt Magiſtri, & Privilegia, illis competentia, iſtis denegari nequeunt, *dec. 50. n.4.* 285

Scholaris, etſi non intret Scholas, ut domi meliùs ſtudeat, gaudet nihilominus Privilegiis Scholarium, *ibidem numer.5.* 285

SCHOLASTERIA.

Vide in *Verb. Dignitates.*

SCRIPTURA.

Simplici Scripturæ nulla fides eſt adhibenda, *dec. 34. num.16. & 20.* 245

Scriptura præſumitur ſubtracta ab eo, cui nocere poterat, *dec.37.n.14.pag.251.* Limita *n.15.* 251

Scripturæ ordo ſequendus eſt, *dec.59. n.19.* 306

Hoc autem argumentum in Jure leviſſimum reputatur, *ibidem numer. 84.* 310

Expreſſa declaratio tacitæ argumentationi ab ordine Scripturæ præferri debet, *ibidem numer. 87.* 310

SENIOR.

Vide in *Verb. Capellanus*, & *Capellania.*

SENTENTIA.

Sententiæ regulantur à Deciſionibus, & ab eis reſtrictionem accipiunt, *deciſ. 6. num. 6. pag. 156. & deciſ. 9. num. 3.* 161

Sententia non extenditur ad ea, quæ ibi non ſunt expreſſa, *dec. 7. n.4.* 158

Certum redditur Jus alicui competens, ex Sententia cum legitimo contradictore, ejuſque acquieſcentia,

Digitized by Google

tia, emanata, etiam contra alios, idem Jus impugnantes, *dec.29.n.9.&* 10. 231

Fortiùs quando tale Jus per plures Sententias canonizatum ſuerit, *ibidem num.* 11. 231

Sententia, lata in Cauſa Status, & in Judicatum tranſacta, pro veritate haberi debet, præſertim ſi fuerit antiqua, *deciſ.*30.*n.*11.pag.233.*& dec.*62. *n.*33. 343

Conſtare non poteſt de injuſtitia Sententiæ, niſi ſequatur integra Actorum tranſportatio, *dec.*35.*n* 7. 247

Sententia, prolata in Cauſa diverſa, non eſt attendenda, *deciſ.*44. *numer.*49. 274

Maximè contra oon citatum, *ibidem num. fin.* 274

Supple in *Verb. Deciſiones*, & *Res judicata*.

SEPULTURA.

Cadavera regulariter ſepelienda ſunt in Eccleſia Parochiali, *deciſ.* 23. *n.*2. 221

Limita, quando quis Sepulturam alibi elegerit, *ibidem numer.* 3. 222

Etiam in Monaſteriis, eorumque Eccleſiis, *ibidem n.* 4. *& ſeqq.* 222

PP. Servitæ privilegio gaudent ſepelliendi in ſuis Eccleſiis Cadavera eligentium inibi Sepulturam, non obſtante qualibet conſuetudine in contrarium, *ibidem numer.* 7. 222

Refertur Votum Patriarcharum Jacob, & Joſeph, ut in Terra Sancta ſepelirentur, *deciſ.*58.*n.*6. 318

Inter Sacros Parietes recipit Eccleſia Corpora ſuorum Fidelium, & donec reſurgant, cuſtodit, *ibidem num.* 7. 318

Petrus de Pilichdorff reprehendit Waldenſes, qui aſſerebant, melius non eſſe ſepeliri in Cæmeterio, quàm in Agro, *ibidem num.* 8. 318

Vide in *Verb. Baptiſmus*, & *Baptizatus*.

SIMILITUDO.

Vide in *Verb. Mos*.

SIMULATIO.

Simulationem facit præſumere nimis affectata cauthela, *dec.*5.*numer.*17. 154

SOCIETAS.

In Societate nemo invitus permanere cogitur, *animadv.ad tit.*2. *num.*43.*l.*1. 10

Et hæc regula locum etiam habet circa materias Spirituales, & Eccleſiaſticas, *ibid. n.* 44. 10

In re communi melior eſt conditio prohibentis, *deciſ.*40. *numer.*2. 260

In communione Bonorum, & Societate feudali, ſeu uſuſructus, permitti poteſt diviſio Bonorum, vel exercitii rei, etiam indiviſibilis, *ibid. num.* 12. 261

Secus verò quoad Societatem, à Jure, vel Statuto inductam, quæ reſpicit non ſimpliciter commodum Sociorum, ſed principaliter publicam utilitatem, *ibidem numer.* 13. 261

Et ideo non niſi juſta cauſa, & omnium conſenſu, ac Superioris auctoritate, dari poteſt diviſio, etiam quoad exercitium, *ibid. num.*14. 261

SOCIUS.

Vide in *Verb. Familiaris*, & *Familiaritas*.

SOLITUM.

Expreſſio ſoliti in una tantùm vice verificatur, *deciſ.*52.*num.*44. 292

SPOLIUM.

Vide in *Verb. Manutentio*.

STATUTUM.

Quando dicatur confirmatum à Sede Apoſtolica in forma ſpecifica, *animadv.ad tit.*12.*n.*7.*&* 8.*l.*2. 128

Statutum dicitur juſtum, ſi probetur conditum fuiſſe ad bonum finem, & ab habente poteſtatem illud condendi, *dec.*3.*nu.*1. 149

Ad hoc ut aliquod Statutum ſit legitimum, & ſervari debeat, ſatis eſſe ſolet quæcunque rationabilis cauſa, etiamſi tendat in aliquorum præjudicium, & in conſequentiam cedat in aliorum commodum, *ibidem num.* 6. 150

Statutum circa opus pium, obſervatum per ſpatium triginta annorum, & ultra, non poteſt amplius impugnari, *ibid. nu.* 7. 150

Ex modicitate pœnæ reſultat moderatio, & lenitas Statuti, *ibid. nu. fin.* 150

Omnia Decreta, Edicta, & Conſtitutiones interpretari debent ſecundum honeſtam rationem, *deciſ.* 11, *numer.*20. 166

Statutum conditum pro felici ſtatu, & gubernio Eccleſiæ, eſt conſtanter ſervandum, *dec.*20. *n.*1. 218

Maximè accedente Juramento ſuper illius obſervantia, *ibidem num.*2. 218

Statuta, & Conſtitutiones, alioquin dubiæ, intelliguntur eo modo, quo fuerunt obſervatæ, *deciſ.* 21. *numer.* 2. 219

Statutum, ſive pactum, Juri Communi adjectum, efficit, ut non liceat fieri, quod aliàs de Jure liceret, *deciſ.*40. *num.*3. 260

SUBCOLLECTORES.

Vide in *Verb. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi*.

SUBDIACONUS.

In principio naſcentis Eccleſiæ, quando Subdiaconatus non erat Ordo Sacer, Subdiaconi à Presbyterio arcebantur, *animadv.ad tit.*3. *n.*2.*l.*2. 85

SUBREPTIO.

Vide in *Verb. Beneficia quoad eorum Impetrationem à S. Sede*, & *Literæ Apoſtolicæ*.

SUBROGATIO, & SUBROGATUS.

Subrogatus induit in omnibus naturam illius, in cujus locum ſubrogatur, *animadv.ad tit.*4.*num.*27. *l.*2.pag. 90. *dec.*15.*num.*7.pag.174.*& dec.*46.*n.*5. 278

Declara, quando perſona ſubrogata ſit ſubjectum capax illius qualitatis, quæ competebat ei, cui ſubrogatur, *d.dec.*15.*ſub eod.n.*7.pag.174.*& d.dec.*46. *n.*6. 278

Subrogatum nequit ſe extendere ultra limites illius, in cujus locum facta fuit ſubrogatio, *dec.*18.*n.*16. 189

SUBSTANTIA.

Eadem ſubſtantia diverſo Jure cenſeri non debet, *deciſ.*60. *ſub numer.*15. 335

SUCCESSOR.

Quando negligentia Prædeceſſorum non præjudicet Succeſſoribus, *deciſ.*37.*numer.*3. 250

SUPERIOR.

In præſentia Superioris regulariter debet Inferior inſignia, ſuam Juriſdictionem denotantia, deponere, & dantur exempla, *animadv. ad tit.*7. *n.*33.*&* 34.*l.*1. 30

Superioris legem tollere non poteſt Inferior, *tit.*10. *numer.*23. *l.*1. 41

Non eſt licitum ſubdito Jus dicere contra proprium Superiorem, *dec.*22.*n.*2.pag.221.*& dec.*24. *n.*2. 223

Et qualibet conſuetudo, in contrarium introducta, eſt irrationabilis, & exterminanda, *d.dec.*24.*n.*3. 223

Nunquam attentare licet contra habentem Juriſdictionem, dum quis ab eo ſe gravatum ſentit, ſed recurrendum eſt ad Superiorem, *ibid.num.*7. 223

Qui habet Superioritatem, & Juriſdictionem, poteſt aliquem compellere ad aliquid faciendum, etiam ſub pœnæ comminatione, *dec.*25.*n.fin.* 226

Quandoque intereſt, ut Superior oou cogatur cauſam punitionis exprimere, & quarè, *dec.*31.*n.*17. 235

Supple in *Verb. Præcedentia*.

SUPPOSITUM.

Corruente ſuppoſito, ruit conceſſio ex defectu intentionis Concedentis, *dec.*32. *n.fin.* 240

Vide in *Verb. Gratia*.

SUPRANUMERARIUS.

Vide in *Verb. Canonici Supranumerarii*.

SURDUS.

Vide in *Verb. Canonici quoad Horas Canonicas in Choro perſolvendi*.

SUSPECTUS, & SUSPICIO.

Pat affectionis cauſa omnem ſuſpicionem removet, *dec.*33.*n.*13. pag.241.*& dec.*38.*n.*8. 253

SYNODUS.

Provincialis, Juris diſpoſitioni conformis, & à S. Sede approbata & confirmata, obligat omnes Provinciales, *dec.*13. *n.*9. 169

Synodales Conſtitutiones faciunt legem, ab omnibus indifferenter ſervandam, non obſtante contraria conſuetudine, *dec.*32.*n.*16. 238

Supple in *V. Collegiata Eccleſia in genere*.

TER.

T

TERRA SANCTA.

PRivilegia tum ſpiritualia, tum temporalia, conceſſa ſunt omnibus Chriſtifidelibus, ſuſcipientibus Bellum contra Infideles pro recuperatione Terræ Sanctæ, *dec. 54. n. 35.* 302

Clerici, etiam Cruce inſigniti, qui voverint, ſe exponere periculo prædicto piiſſimi Belli, voto non obſtringuntur, & de ratione, *ibid. n. 36.* 302

TESTATOR.

Quando qualitatem à ſe volitam jam ſatis expreſſit, neceſſe non eſt, ut eam ſemper repetat, *deciſ. 59. numer. 30.* 329

Ad hoc ut quis præditus non dicatur qualitatibus, à Teſtatore volitis, ſufficit, quòd una ex illis deficiat, *ibid. n. 40.* 330

Cum Teſtator de aliquo ſpecialiter diſpoſuit, illud non continetur in alia poſteriore diſpoſitione, *ibidem numer. 41.* 330

Teſtator præſumitur prædilexiſſe eos, qui de eodem genere ſunt, *ibid. n. 42.* 330

Et ſic vocato proximiore de una Familia, ſi ipſe Teſtator fuerit de aliquo Columnello, ab aliis diſtincto, proximitas metienda eſt à Columnello Teſtatoris, *ibid. n. 43.* 330

Acquirens qualitatem volitam à Teſtatore, antequam acquirat alter, eſt illi præferendus, *ibidem numer. 53.* 331

Quando Teſtator poſſit gravare hæredem in re, in qua ex propria perſona ſuccedit, *dec. 62. num. 15.* 341

TESTIS.

Teſtes, pendente lite, & ſine citatione Partis examinati, non ſunt attendendi, *animadv. ad tit. 7. numer. 51. l. 1.* 31

In conflictu Teſtium, ſunt præferendi illi, qui deponunt pro habente Juris aſſiſtentiam, *dec. 1. n. 18.* 147

Probatio Teſtium æquivoca non eſt attendenda, *deciſ. 32. num. 22.* 238

Quoties Jura alicujus poſſunt aliunde convinci, non eſt recurrendum ad examen Teſtium, *ibid. n. 23.* 238

Omnis interpretatio ſumenda eſt, ut dicta Teſtium ad concordiam reducantur, *ibidem numer. 24.* 238

Quæ ſint formalitates, requiſitæ in examine Teſtium in Curia, remiſſivè, *dec. 34. num. 17.* 245

A mendacio ſalvari non poſſunt Teſtes, deponentes contra factum probatum ex publicis actibus, & documentis, *ibid. num. 21.* 245

Teſtis, mendax in uno, talis præſumitur in omnibus, *ibidem numer. 22.* 245

A Teſtibus, deponentibus ſuper quadragenaria favore Capituli contra Epiſcopum, demendum eſt tempus Sedis vacantis, & pupillaris ætatis, *deciſ. 38. numer. 2.* 253

Circa ea, quæ cadunt ſub ſenſu viſus, valet Teſtis deponere etiam de re, quæ paulò ante pubertatem contingit, *ibidem numer. 3.* 253

Teſti, licèt unico, plena fides adhibetur contra inducentem, *ibidem n. 4.* 253

Teſtes, generaliter, & indiſtinctè deponentes, quando probent, *ibidem num. 5.* 253

Licèt Familiaris repellatur à teſtimonio ferendo, non tamen repellitur Familiaris ejuſdem Familiaris, *ibidem num. 9.* 253

Teſtes de materia optimè informati, & formiter examinati, plenè probant, *dec. 51. num. 5.* 286

Teſtes, deponentes per verbum *videtur*, non probant, *deciſ. 55. numer. 89.* 310

Vel cum nimia animoſitate, *ibidem num. 90.* 310

Vel quia eorum dictum per neceſſe non concludat, *ibidem num. 91.* 310

Vel quia ſunt conſanguinei, *ibid. numer. 92.* 310

Vel quia de eorum intereſſe agitur, *ibid. n. 93.* 310

Teſtes, ſuper affirmativa deponentes, magis probant, *ibidem numer. 94.* 310

Et quando pro reo convento deponunt, *ibidem numer. 95.* 311

Ac de veriſimili deponunt, *ibid. n. 96.* 311

Et de re, continuata, tam reſpectu principii, quàm medii, & finis, *ibidem num. 97.* 311

Teſtibus magis creditur informatis de re, ad proprium officium pertinente, *ibid. n. 97.* 311

Varietas ſuper re, ad quam probandam Teſtis principaliter fuit inductus, dicitur eſſe ſubſtantialis, *ibidem num. 99.* 311

Vitiatur Teſtium dictum, ſi ſint varii in ſubſtantialibus, *ibid. numer. 100.* 311

Teſtes à Teſtibus contrariis debilitantur, *ibidem numer. 101.* 311

Immo ab illis ſuperantur, ſi aliis probationibus ſint ſuffulti, *ibid. n. 102.* 311

Vel ſi concurrant adminicula, *ibid. n. 103.* 311

In conquaſſatione Teſtium prævalet Pars, quæ habet pro ſe documenta minùs ſuſpecta, *ibid. n. 104.* 311

Præſertim ſi agatur de re antiqua, *ibid. n. fin.* 311

Teſtis in Cauſa propria eſſe nemini licet, *dec. 57. num. final.* 316

Dictum unius, dictum nullius, *dec. 58. num. 13.* 318

Unicus Teſtis plenam probationem non facit, *ibidem numer. 14. & 15.* 318

Nec de Jure Divino, *ibidem. 16.* 318

Neque Eccleſiaſtico, *ibid. ſub eod. num. 16.* 318

Neque Civili, *ibidem n. 17.* 318

Interdum ab hac Regula receditur, & unico Teſti plena fides adhibetur, & referuntur exempla, *ibidem num. 18. & ſeqq.* 318

Recenſentur, inter alias, quinque limitationes, quas patitur regula mox dicta, *ibid. n. 21. & ſeqq.* 319

Mulieres olim Teſtes eſſe non poterant, & quare, *ibidem num. 27.* 320

Poſtea, remiſſo antiquorum temporum rigore, non ſolùm ad teſtificandum admiſſæ ſunt, ſed etiam, ut admitterentur, ſancitum eſt, & plura de hoc afferuntur exempla, *ibidem num. 28. & ſeqq.* 320

Hodie tam de Jure Civili, quàm Canonico, in omni ferè negocio, maximè ſi non ſit Cauſa Criminalis, mulieres admittuntur ad teſtificandum, *ibidem num. 33.* 320

Mulieres in Cauſa Civili integræ fidei reputantur, *ibidem num. 34.* 320

In Cauſis Matrimonialibus requiruntur Teſtes omni exceptione majores, *ibidem numer. 35.* 320

Et in iis non reiiciuntur mulieres à teſtificando, *ibidem numer. 36.* 320

In condendis Codicillis, Teſtes exiguntur graves, & omni exceptione majores, *ibid. n. 37.* 320

In quibus poſſunt mulieres, tanquam Teſtes, intervenire, *ibid. n. 38.* 320

Puer à teſtificando repellitur, *ibidem n. 48.* 320

Vide in *Verb. Manutentio*, & *Adjuncti*.

TEXTUS.

In quibus terminis procedat diſpoſitio *cap. Statuimus de major. & obed. tit. 51. num. 22. l. 1.* 46

Can. Epiſcopus 15. quæſt. 7. in deſuetudinem abiit, *dec. 32. numer. 5.* 237

Declaratur *text. in cap. accepimus, de fid. inſtrum. deciſ. 39. num. 22. & 23.* 258

Quomodo intelligendus ſit *text. in Can. Perlectis, diſt. 25. dec. 44. num. 27. & 28.* 273

Tex. in cap. cum Inferior, de major. & obed. explicatur, *dec. ult. n. 17.* 345

THURRIBULUM.

Duo Thurribula ſolùm adhibenda ſunt in Proceſſionibus Sanctiſſimi Sacramenti, & in ſolemnibus Translationibus Sacrarum Reliquiarum, *animadv. ad tit. 15. num. 17. l. 1.* 69

TITULUS.

Putativus, & coloratus deſumi meliùs non poteſt, quàm à confirmatione, & approbatione SS. Pontificum, *deciſ. 14. nu. 12.* 171

Vim tituli putativi, & colorati non tollunt verba, alioquin dubia, aut obſcura, *ibid. n. 19.* 171

TOTUM.

Vide in *Verb. Pars*, & *Omne*.

TRANSACTIO.

Etiam in terminis Statuti, ſeu Privilegii Apoſtolici, ſi inter Partes tranſactio ſequatur, eſt ſervanda, *dec. 2. n. 6. pag. 149. dec. 6. n. 16. pag. 157. & dec. 9. n. 14.* 162

Non tenet Tranſactio, niſi aliquid hinc inde detur, aut remittatur, *deciſ. 18. num. 133.* 209

Tran-

Tranſactio neceſſariò requirit, vel litem præexiſtentem, vel illius juſtum timorem, *ibid n.*161. 213

Tranſactio non ligat io ea noo oominatos, *deciſ.* 23. *numer.* 8. 222

Accedente præſertim clauſula *ſine alicujus præjudicio*, *ibid. numer. fin.* 222

Supple reliqna in *Verb. Eccleſia.*

TURNUS.

Collatio, facta ab cxiſtente in Turno, reputatur ac ſi ab utroque ſacta ſuiſſet, *animadv. ad titul.* 2. *numer.* 53. *l.* 1. 10

Ille qui eſt in Turno, dicitur ſolus Collator, *ibidem num.* 54. 10

Si deficiat exiſtens in Turno, Collatio pertinet ad ſuperſtitem, per viam Juris oon decreſcendi, *ibidem num.* 55. 10

Diviſio Juris conſerendi per Turnum, cenſetur ſemper facta quoad ſimplex exercitium, *ibid. nu.* 57. 10

Turnus conſumitur, etiamſi Collatio fiat ex cauſa permutationis, *ibidem n.*61. 11

Turni conſumptio non fit, niſi poſt acceptationem ejus, cui collatus fuit Canonicatus, ſeu Beneficium, *ibidem numer.* 66. 11

Dicitur autem conſumptus, ſi is, ad quem ſpectat Collatio, permittat, alterum, non exiſtentem in Turno, conferre, *ibidem num.*67. *&* 68. 11

Quid, ſi Collatio ſacta fuiſſet bona fide, & cum prnbabili Juris opinione, *ibidem numer.*69. 11

Totum Jus Capituli ad præſentandum, ſtante Turno, inter Canonicos exiſtente, reſidet in Canonico Turnario, *dec.*11. *n.*15. 166

Vide io *Verb. Capitulum quoad Collationem Præbendarum Canonicalium, & Beneficiorum.*

V

VENERABILE.

SUper Cuſtndia Venerabilis ex diſpoſitione Cæremonialis ſemper apponendum eſt Baldacchioum, *dec.*42.*num.*1. 266

Si Venerabile circumſerri debeat, præſertim in illius anoua Solemnitate, propriis manibus Celebrantis eſt deſerendum, *ibidem num.*2. 266

Ita ut reprobanda ſit conſuetudo illud geſtandi etiam ſuper humeris Sacerdotum, *ibid. n.*3.*&* 4. 266

In Regno tamen Hiſpaaiarum, ad devotum illorum Populorum ſolatium, indultum fuit, ot vetuſta conſuetudo ſervaretur, *ibid. nu.* 5. 266

VERBA IN GENERE.

A' propria ſignificatione verborum regulariter recedendum non eſt, *animadv.ad tit.*14.*n.*18.*l.*1. 62

Illa eſt propria verborum ſignificatio, quæ provenit ex auctoritate Legis, *ibid. num.* 19. 62

Verba, factis noo reſpondentia oon attenduntur, *deciſ.*5.*numer.*9. 153

Verbum generale generaliter eſt accipiendum, ſi aliud non concurrat, à quo reſtringatur, *deciſ.* 15. *num.* 16. 176

Verba in parte exceptuativa, ſive declarativa, in eodem ſenſu accipi debeot, quo adhibita fuerunt in conceſſiva, *ibid. ſub eod. num.*16. 176

Verba, principaliter prolata, ſicut etiam facta ſuppoſitiva, quando proveniunt ab eo, qui poteſt diſponere, diſponunt, *deciſ.*18. *numer.*43. 194

Verba, in eadem oratione prolata, intelliguntur retento eodem themate præcedenti, *dec.*44. *n.*17. 273

Verba generalia operantur ſemper intra ſphæram perſonarum habilium, *dec.*54.*n.*31.*&* 32. 302

Verba, quæ plura determinant, æqualiter debent iotelligi, *dec.*55. *n.*86. 310

Regula, quod in dubio verba accipienda ſint potius demonſtrativè, quàm taxativè, non procedit, quando eadem verba ex propria ſignificatione ſunt reſtrictiva, & qualificativa, *dec.*59.*n.*66. 333

Reliqua ſupple in *Verb. Ultima Voluntas.*

VERBA IN SPECIE.

Pertinere quid importet, *animadv. ad titul.* 4. *num.* 17. *lib.* 2. 89

Tam, & quàm, antecedentia ſeqoentibus omninò æquiparant, *deciſ.*10. *num.*4. 163

Sicut olim in antea habuiſtis, habeatis, ſunt conceſſiva diſpoſitivè, & approbativè, non conditionaliter & ſuppoſitivè, *dec.*14.*numer.*8. 171

Suus dominium, & poſſeſſionem regulariter importat, *deciſ.*18. *n.*44. 194

Bannum accipere, & Placitum habere, denotant Juriſdictionem in debente concedere, *ibid. n.*92. 202

Plus, & minus ſubſtantiam rei minimè immutant, *ibidem num.* 128. 208

Liberè omnem ſervitutem, & vinculum excludit, *dec.* 31. *nu.* 9. 234

Et idem præſefert, ac ſi dicatur *ſine cauſa*, ſive *ad nutum, & ad libitum*, *ibidem num.* 10. 235

In omnibus caſibus, tanquam generaliſſima, omnes prorſus caſus comprehendunt, *deciſ.*44. *n.* 37. 274

Secundum ritum, & formam, & conſuetudinem, ſunt præſuppoſitiva, & inducunt parificationem, *deciſ.* 52. *numer.* 20. *&* 21. 290

Et ſi in prædictis, vel aliquibus prædictorum defecerit, comprebeodunt omnes caſus inobſervantiæ, *ibidem numer.* 22. 290

Detto oſtendit, diſpoſitionem ad ſuperiora referri, *deciſ.*59. *numer.*69. 332

Cætera ſupple in *Verb. Cauſa, & Arbitrium.*

VICARIUS AMOVIBILIS.

Poteſt ad tempus, & limitatè deputari, *deciſ.* 6. *numer.* 19. 157

Vicario amovibili non aptantur termini Inſtitutionis, & deſtitutionis, *ibidem n.* 20. 157

Vicarius amovibilis, qui poteſt ad tempus deputari, poteſt etiam ad novum examen revocari, *ibid.n.*21. 157

Et ita redditur diligentior, ac promptior ad ſervitium, ſub ſpe obtinendi prorogationem in Officio, *ibidem num. fin.* 157

Regulariter omnes ii, qui facultatem habent deputandi Vicarios, poſſunt illos ad libitum removere, *dec.* 46. *n.* 3. 277

Etiamſi dicta deputatio facta fuerit cum juramento, *ibidem ſub eod. num.* 3. 277

Vicarius impugnare non valet facultatem illius, à quo fuit deputatus, *ibidem num.* 4. 277

Vicarii, pro exercitio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ deputati, ſunt ſimplices Miniſtri, & Servitores, *ibidem ſub eodem num.* 4. 278

Animarum Cura, poſt *Conc. Trid.* exerceri poteſt per Vicarios ad nutum amovibiles, *ibidem n.*10. 279

Ita ut nec ipſe Epiſcopus facultatem habeat reddendi Vicarios Amovibiles perpetuos, oiſi juſta concurrente cauſa, *ibidem ſub eodem num.*10. 279

VICARIUS PERPETUUS.

Vide in *V. Præcedentia.*

VICARIUS CAPITULARIS.

Vicarius Capitularis, non Canonicus, quam Sedem habeat in Choro, *tit.*4. *numer.*12.*l.*2. 87

Cætera require in *V. Canonici quoad obligationem Horas Canonicas in Choro perſolvendi.*

VICARIUS FORANEUS.

An, & quando præcedat Præpoſito Collegiatæ, *tit.* 10. *num.*19.*l.*1. 41

Vicarius Foraneus oon eſt in Dignitate conſtitutus, *ibidem num.* 20. 41

Quam Præcedentiam habeat, ſi ſit etiam Canonicus Collegiatæ, *ibidem num.*21. 41

Vicarius Foraneus, incedens cum Pluviali, in Proceſſionibus Synodi præcedit Clero, Diœceſis, *ibidem num.* 22. 41

Vicario Foraneo quare debetur Præcedentia, *ibidem num.* 28. 41

Vicarius Foraneus in multis vicem gerit Epiſcopi, *ibid. num.* 31. 42

Quare dicatur Foraneus, *ibidem numer.* 32. 42

Ejus Caocellarius gaudet privilegio Fori, *ibidem numer.* 33. 42

Vicarius Foraneus decidit Cauſas minores, & quam Juriſdictionem exerceat, *ibid. n.* 36. 42

Fabricat Proceſſus informativos in Criminalibus, *ibidem num.* 38. 42

Poteſt inhibere cum cauſa Confeſſario approbato, oe audiat Confeſſiones, *ibidem num.* 39. 42

Ad eum ſpectat revidere computa Locorum Piorum, & alia facere, *ibid. num.*40.*&* 41. 42

Eidem

Google

Eidem Vicario Foraneo debetur obedientia, etiam à Sacerdote, Officiali S. Inquiſitionis, *ibid. n. 43.* 42

Si Miniſtri Principis Secularis ſunt honorandi, multo magis ab Eccleſiaſticis ſuæ Vicariæ honorandus eſt Vicarius Foraneus, & quare, *ibid. n. 44.* 42

Vicarius Foraneus, Canonicus præcedit cæteris Canonicis de ſua Vicaria, *ibid. n. fin.* 42

Vide in *V. Confeſſarius*.

VICARIUS GENERALIS.

Interveniens in Choro, uti Vicarius, locum habere debet in primo Stallo ejuſdem Chori à latere dextero: & ſi illud ab aliquo Prælato, ſeu alia Perſona magis qualificata occupatum fuerit, ſedere debet in primo Stallo alterius Cornu, *animadv. ad tit. 8. numer. 17. l. 1.* 35

Quamvis contraria opinio ſit de Jure verior, *animadv. ad tit. 10. numer. 19. l. 1.* 44

Declara, ut prima ſententia procedat, ubi adeſt obſervantia, *ibidem numer. 20.* 44

Vicarius Generalis, vigore antiquæ conſuetudinis, ſedens in loco primæ Dignitatis, non cenſetur illius Stallum occupare, *ibid. num. 21.* 44

Stans autem è converſo extra Subſellia Canonicorum, qua Sede contentus eſſe debeat, *ibid. n. 22.* 44

Epiſcopo, in ſua Cathedra aſſiſtente Miſſæ ſolemni cum Cappa, vel Pluviali, Vicarius Generalis, tanquam extraneus, non debet deſcendere ad circulos, prout deſcendunt Canonici, *ibid. n. 26.* 44

An, & quando Vicarius Generalis in Synodo Diœceſana ſedere debeat immediatè poſt Epiſcopum, *ibidem n. 27. & ſeqq.* pag. 45. *& dec. 37. n. 6. & 7.* 250

Vicarius unum, & idem Tribunal facit cum Epiſcopo, ita ut ab uno ad alium non detur appellatio, *deciſ. 47. numer. 17.* 281

Vicarius Epiſcopi, qui ſimul ſit Canonicus, quando dicatur interveniſſe in Capitulo uti Vicarius, vel uti Canonicus, *ibidem numer. 18. & ſeqq.* 281

Cætera ſupple in *V. Canonici quoad Præcedentiam*, & *Canonici noviter erecti*.

VICINIA, ET VICINUS.

Sub appellatione Vicinorum alicujus Viciniæ qui veniant, *dec. 59. num. 15.* 328

VINCULUM.

Duo vincula magis ligant, quàm unum, *dec. 18. ſub num. 108. in fin.* 205

VISITATIO.

Modus, ac forma, in Viſitatione ſervanda, faciliùs præſcribitur, quàm ipſa Viſitatio, *animadv. ad tit. 7. num. 36. l. 1.* 30

Viſitationes, concernentes Curam animarum, fieri poſſunt cumulativè ab Epiſcopo, & à Prælato inferiori, *dec. 15. num. 39.* 179

Jus Viſitationis ſignum potiſſimum eſt Juriſdictionis Ordinariæ, *dec. 34. numer. 3.* 243

Longè diverſa præſcribitur forma Viſitationis, explendæ à particulari Viſitatore, per Epiſcopum deputato, ac ab ipſomet Epiſcopo, *dec. 39. n. 17.* 257

Archiepiſcopus viſitans ſuam Provinciam, ſi commodè, & ſine difficultate ad unamquamque Eccleſiam non poteſt accedere, ad congruum locum Clericos, & Laicos convocare valet, *ibidem n. 18.* 257

In Viſitationibus ſemper ſpectari debet, nè Epiſcopi magno, & exorbitanti incommodo afficiantur, *ibidem ſub d. num. 18.* 257

Viſitatio materialis non poteſt fieri, niſi cum acceſſu perſonali, ſecus verò quoad Viſitationem formalem, *ibid. ſub numer. 20.* 258

Vide *Epiſcopus quoad Exemptos*, & *Exemptio*.

ULTIMA VOLUNTAS.

Ultimas voluntates non poteſt Epiſcopus commutare nec etiam de conſenſu Patronorum, *animadv. ad tit. 14. n. 37. l. 1.* 64

Sed hoc reſervatum eſt Supremæ Auctoritati Sedis Apoſtolicæ, *ibidem num. 38.* 64

Licitum tamen eſt Epiſcopo ultimas voluntates ex juſta cauſa in limine fundationis immutare, circa accidentia, *ibid. n. 41.* 64

Verba ultimarum diſpoſitionum, niſi contraria reſiſtat diſponentis voluntas, ex legitimis conjecturis elicita, intelligi debent in ſenſu proprio, non verò in ficto, *dec. 61. n. 16.* 337

Et ad tramites Juris ſunt accipienda, *ibid. n. 17.* 337

Attendendus non eſt ſimplex eorum ſonus, ſed effectus, *ibidem numer. 18.* 338

In ultimis voluntatibus non eſt inſiſtendum in ratione non expreſſa, ſed in proprietate verborum, *ibidem numer. 37.* 339

UNIO.

Eccleſia, unita alteri Eccleſiæ exemptæ, iiſdem privilegiis, & exemptionibus gaudet, ac illa, cui aggregata fuit, non attento tertii præjudicio, *animadv. ad tit. 5. n. 10. l. 1.* 22

Ex unione duarum Eccleſiarum, æquè principaliter facta, non procedit confuſio, & incorporatio Privilegiorum, & Præeminentiarum, *animadv. ad tit. 7. ſub num. 30. l. 1.* 29

Ideoque antiquior Eccleſia debet ſemper prænominari, *ibid. ſub eodem n. 30.* 29

Quoties unio alicujus Secularis Eccleſiæ Collegiatæ, cum Regulari facta, de Jure diſſolvi debet, opus non eſt nova erectione, ſed res ad priſtinum ſtatum reducitur, *animadv. ad tit. 11. n. 11. l. 1.* 48

Ad quos effectus fieri permittantur uniones Beneficiorum, *deciſ. 11. num. 1.* 164

Unio minorum Eccleſiarum non præjudicat Diœceſanæ Juriſdictioni, *deciſ. 60. ſub nu. 4. & n. 33.* 334

Eccleſia manet ſub Juriſdictione ſui Diœceſani, non obſtante quòd unita fuerit alteri Eccleſiæ, in aliena Diœceſi exiſtenti, *ibidem numer. 25.* 335

Si alienari contingat Bona Eccleſiarum, in duabus Diœceſibus exiſtentium, quæ ſint ſimul unitæ, unuſquiſque Diœceſanus pro ſua Eccleſia auctoritatem interponet, *ibidem num. 34.* 336

Vide in *V. Præbenda Canonicalis*.

UNIVERSITAS.

Univerſitatis nomen convenit cuicunque Collegio, ſeu Societati plurium hominum, qui ſimul congregentur protractandis in commune negociis, *dec. 59. n. 5.* 327

Ad conſtituendam Univerſitatem, quæ concurrere debeant, *ibidem n. 6. & 7.* 327

Ex iis, qui gerunt idem munus, & officium, poteſt certus numerus conſtituere Univerſitatem, ſeu Collegium, in quo cæteri non contineantur, *ibidem numer. 8.* 327

Antiquior de aliqua Univerſitate, quis dicatur, *ibidem num. 13.* 328

Vocato antiquiori alicujus Univerſitatis, ſeu Collegii, qui veniat, *ibid. n. 16. 19. 63. & 64.* 328

Vide in *V. Capitulum in genere*.

USUCAPIO.

In uſucapione non numeratur tempus illud, quo quis poſſedit ſine titulo, *dec. 59. n. 51.* 331

Idem erit, ſi titulus pendebat ab aliqua conditione, *ibidem num. 52.* 331

USUSFRUCTUS.

Vide in *V. Societas*.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google